H. 10

Digitized by Google

IOANNIS
DE PINEDA
HISPALENSIS
SOCIETATIS IESV
Ad ſuos in Salomonem commentarios

SALOMON PRÆVIVS,
SIVE DE REBVS SALOMONIS REGIS
LIBRI OCTO.

QVIBVS IPSA VITAE EIVS AVSPICIA, REGNVM, SAPIENTIA, Opulentia, Domus regia, Corporis Animique bona, Morum deprauatio, ac Mors denique execrandæ vindex Impietatis non minus luculenter quàm ſolide proponuntur, & Summa tandem operis vniuerſi Chronologica illuſtrantur.

NVNC PRIMVM IN ITALIA EDITI
ac Summarijs ad quorumq; Capitum initia perutilibus donati.

Indice præterea quintuplici, noua, & facili non minus quam artificioſa methodo in gratiam ſtudioſi Lectoris concinnato, locupletati.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS. MDCXI.

Apud Thomam Ballionum.

. 7 .

Digitized by Google

FACVLLTAS SOCIETATIS.

EGO Franciſcus de Queſada, Prouincialis Societatis Ieſu, in Prouincia Bætica, poteſtate ad id mihi facta, à R. admodo P. N. Claudio Aquauiua, Generali Præpoſito, facultatem concedo, Vt *Libri VIII. de rebus Salomonis Regis, à* P. IOANNE *de* PINEDA, *Societatis noſtræ Sacrarum litterarum profeſſore, compoſiti*; & eiuſdem Societatis grauium doctorumque virorum iudicio examinati, & approbati, typis mandentur.

In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & noſtri officij ſigillo munitas, dedimus, Granatæ, die IX. Auguſti, Anni. M. DCVIII.

Franciſcus de Queſada.

Ex mandato P. Prouincialis.

Ferdinandus Muxillo Secretarius.

CENSVRA OPERIS.

ATtentè legimus hos *VIII. Libros de rebus Salomonis Regis à R. P.* IOANNE *de* PINEDA, *noſtræ Societatis, compoſitos*: egregium ſanè opus, ac ſuo dignum auctore; & quod, ſi in lucem edatur, in maximum Dei honorem, & vniuerſæ Eccleſiæ, Societatiſque noſtræ, bonum cedet. Nam, vt doctrinæ candorem omittam, illuſtre admodum argumentum, integre, & longè plenius quàm alij, auctor perſequitur, exornatque tum quamplurimis, & quidem non vulgaribus, ſacræ Scripturæ locis; tum præclaris Sanctorum Patrum, atque grauium aliorum ſcriptorum teſtimonijs: attexit etiam ad pulchritudinem, & iucundiſſimam varietatem, ſingularia non pauca, ex Coſmographia, Medicina, & alijs Philoſophiæ partibus mitioribus deprompta: ſpargit denique ſuos Thoelogiæ ſcholaſticæ flores, ex arido diſputationum campo ſelectos, ſed qui ſuauem odorem efflant, & noua quadam luce veſtiti, ſapientum oculos paſcunt. Ergo opus per ſeſe imprimis vtile, & ad omnes Salomonis libros neceſſariò præuium. Hiſpali. kalendis Iulij, Anni. M. DCVIII.

Petrus de Vargas. Iacobus Granado. Barnabas de Lara.

CVM

CVM priſca illa omnis SALOMONIS GLORIA, nihil ſanè aliud quàm CHRISTI IESV, Filij Dei, veriſſimi Regis, prætenuis quædam ſpecies, &, imperfecta licèt, præclara tamen adumbratiò fuerit; vltro videtur omnibus expreſſæ atque ſolidæ CHRITI effigiei motibus reſpondiſſe: vt qui in Salomonicæ gloriæ vmbram incurrat, vel omnia in omnibus, vel ſaltem plurima in plurimis SALOMONIS, geſtis CHRISTI Domini vitæ, & Regni DEI myſteria, quaſi ſub vmbra deliteſcentia deprehendere ac tenere neceſſe ſit; maxima licèt prorſuſque Diuina cum minimis humaniſque compoſita. Vt in hanc veriſſimè rem ipſa dixit Veritas; ECCE PLVS QVAM SALOMON HIC. Expoſuit verò ſapienter Irenæus. *Plus & minus in his dicitur, quæ eiuſdem ſunt ſubſtantiæ, & communicant ſecum; ſolùm autem altitudine & magnitudine differunt; quemadmodum aqua ab aqua; lumen à lumine; & gratia à gratia.* Et verò quæ per ſeſe, & in eadem veluti ſubſtantia, coniunctiſſima ſunt, qui diuellet, nequiter faciet: quæ mutuò ad ſeſe referuntur, qui inter ſe non contendet, prauè & imperitè. Aſt qui referet, & vnum alteri, quod ſuum eſt, reddet, is omnino rectè & meritò. Ergo SALOMONEM hunc meum, id eſt, vniuerſæ illius gloriæ ac geſtorum vitæ deſcriptionem ita ſcripſi, vt VERO SALOMONI CRISTO IESV inſcribendam ducerem; & ad illum ita referrem, vt iam nunc debitum referam, & quæ ſua ſunt offeram ſupplex; eiuſque NVMINI ET NOMINI dicatiſſimus DEDICEM, CONSECREM LIBENS LIBENS MERITO. Aſcitis interim, ac veluti ab iniquo poſſeſſore extortis priſcis Dedicandi & Conſecrandi formulis, Tituliſque pulcerrimis, ſed immeritis, quibus Romana olim ambitio ſuis Principibus falſæ Diuinitatis vmbram conſectantibus ſubblandiebatur.

AETERNO IMPERATORI NOSTRO O. M. CHRISTO IESV.

VERI DAVIDIS VERÓ SALOMONI. FILIO DILECTIONIS.
VNIGENITO IN PATRIS INGENITI SINV. VNIG. CORAM MATRE. V.
REGI REGVM. PACIFICATORI MAXIMO. SALVATORI MAXIMO.
INLVMINATORI MAXIMO.
IPSÍ MAIESTATI. PACI. SALVTI. SAPIENTIAE.
OMNEIS ANTE ET POST SE PRINCIPVM GLORIAS SVPERGRESSO.
IN QVO OMNES DEI THESAVRI ET INESTIMABILES DIVITIAE.
QVEM ADORANT REGES. CVIVS VESTIGIA LINGVNT INIMICI
CVI SERVIVNT GENTES.
DOMINANTI AB EXTREMIS TERRAE FINIBVS AD SVMMOS
VSQ. CAELI CARDINES. IN AETERNVM ET VLTRA.
AVGVSTISSIMI PER TOTVM ORBEM TEMPLI FVNDATORI.
AMPLIFICATORI. VINDICI. CONSERVATORI.
ECCLESIAE VNICAE PVLCHERRIMAE SPONSO DVLCISSIMO.
GENERIS HVMANI AMORI ET DESIDERIO.
PLVSQVAM SALOMONI.
OB EXTINCTAM PESTIFERAM TYRANNIDEM. SVBLATO SATANAE
HOSTIVMQ. PERNICIOSISSIMORVM OCCVRSV MALO.
ET ORBEM CAELO AC TERRA PACATVM. PRISCA SALOMONIS
GLORIAE IMAGINE AD SVMMVM MAGNITVDINIS
SPLENDORISQ. FASTIGIVM ADDVCTA.
IOANNES DE PINEDA HISPALEN. EX EIVSDEM IESV SOCIETATE
SACERDOS. THEOLOGVS.
PVBLICVM MVLTARVM VIGILIARVM DE SALOMONE OPVS
VT OLIM AD IPSVM CHRISTVM SALOMONIDEM. ITA NVNC
QVOQ. AD SVOS IN SALOMONIS SCRIPTA
COMMENTARIOS PRAEVIO.
AD CELEBRITATEM ET GLORIAM SANCTISSIMI IESV NOMINIS.
AD SPONSAEQ. CATHOLICAE SVPELLECTILEM ET VSVM.
OFFERT SVPPLEX CONSECRATQ.

L. L. M.

PROLOGVS.

IN QVO LECTORI

VNIVERSI OPERIS RATIO,

Neceſsitas, ordo, partitio, ſingulorum librorum atque capitum argumenta et materies proponuntur.

AD Regis Salomonis, Regum opulentiſſimi, mortalium ſapientiſſimi, Doctorum Ethicæ qua naturalis quà ſupernaturalis, probatiſſimi atque veriſſimi; Philoſophorum primi; ſacrorum ſeu Theologorum ſeu Prophetarum non vltimi, librorum explanationem aggredienti, nihil prius quàm vt ab eodem ipſo Salomone dicendi ac ſcribendi initium capiat; ac Salomonem Salomoni abijciat, id eſt, Auctoris vitam cum illius ipſius ſcriptis committat, & rerum à Salomone geſtarum, vitæque vniuerſæ initiorum, progreſſionum, varietatum, ac ſecum ipſius per vices & ætates pugnantis diſſimilitudinis narrationem præmittat. Quippe cum ſic ſcribat Salomon, vt in ea, quam nobis tradit, doctrina, viuis ſeipſum coloribus deſcribat, ac ſuo nos exemplo vel ad imitationem excitet, vel ad pluſquam vulgariter ſapiendum erudiat; ſanè quidem non alius opportunior dilucidiorve Commentarius ſententiarum Salomonis, quàm res Salomonis ipſæ; neq; quàm ex illius hiſtoria, lux ad illius doctrinam percipiendam & perſpiciendam aliunde verior aut illuſtrior.

Salomonis vita, ſuæ doctrinæ interpres.

Quod vt vnico quaſi aſpectu, in breuiſſima tabella, apertè & exploratè perſpici poſſit, librorum omnium, ſiue qui Salomonis ſunt, ſiue qui illius nomine à priſcis Patribus indigetari ſolent, deſcriptionem repræſentabimus; in quibus ita Salomonis vitæ, & morum geſta imbibita & impreſſa ſunt, vt niſi priùs hauſtis & expreſſis quaſi in vnicam narrationem, vera atque germana illorum intelligentia & nexus teneri exprimique vix poſſint.

Salomonis geſta in illius libris impreſſa.

Enim vero ingredienti in Prouerbiorum librum, occurret ſtatim facem præferens Salomon [tenellus coram patre, vnigenitus coram matre ſua;] eadem ipſa bene viuendi præcepta à parentibus accipiens, quæ nobis tradidit. Iam paulo adoleſcentior [Sapientiam] ardens, & illius nuptias mirabili ambiens charitatis ratione: nimirum vt mortales omnes velit eiuſdem conſilij, id eſt, eiuſdem ſapientiæ amatores & procos. Poſtea matris ſapientiſſimæ perinde ac indulgentiſſimæ monitis de [mulieroſitate] & de [vinoſitate] admonitus, vtinam opportunè prohibitus, aut ſaltem aliquando reuocatus; quod & videtur; nimirum cum ſapientia iterum, tanquam [virginitatis dux] cum prima ſponſa & [Muliere forti] nuptias lætiſſimas inſtaurans.

Prouerbiorum liber pars hiſtoriæ Salomonis.
Prou. 4. 3.
Prou. 7. 4.
c. 8. & c. 9.
Pro 31. 3 4.
Pro. 31. 10.

Eccleſiaſtes totus cæcus & anceps labyrinthus eſt, niſi filum ducat idem Salomon, ex opulentiſſimo & feliciſſimo voluptarius & totus euanidus: Ruſus ex delicioſiſſimo & in omne voluptatum genus proiectiſſimo, dolens & ingemiſcens in extremâ ſenectute, vix tolerans acerbiſſimas pœnitentiæ, ſiue illius ſalutaris, quæ [ad vitam eſt,] ſiue alterius mortiferæ, quam efficiunt peccata, quibus exagitabatur, aculeos.

Interpres Eccleſiaſtæ Salomonis vita voluptuaria.
2. Cor. 7 10

Iam vero cantico diuiniſſimo, quod totum de Chriſto & Eccleſia nuptiale eſt, niſi ſeruiant illæ Salomonis cum Pharaonis filia nuptiæ nuptiarumque celebritas, in quibus Salomonis ſocij, ſponſæ quoque virgines pediſſequæ, nocturna lumina, ſolennes alij nuptiales ritus, coronæ, ſerta, flores, conuiuales quæſtiones, & ænigmata, pretioſa vnguenta, generoſa vina,

Cantico, & nuptijs Chriſti, & Eccleſiæ ſeruiũt Salomonica.

Thalamus genialis domus Salomonicæ, cellaria, conclauia, horti ad voluptatem comparati; cum quibus, corporeis licèt, & craſſa pinguique materia conſtantibus, ſpiritualia illa, atque diuina ſponte colludunt ſua, & ſub corporea, & perſonata ſpecie in oculos & intelligentias noſtras incurrunt; niſi Diuinis, inquam, ſeruiant Salomonica, opportuna ſanè, atq; magnificentiſſima ſeruitia rerum, quaſi ſeruorum famulitium, & comitatus præferentium lumina in tanta rerum diuinarum maieſtate, atque lætitia deſiderabuntur.

Sap. 7. 8. 9

Porro in Sapientiæ libro, licèt à Salomone minimè ſcripto, eiuſdem Salomonis conceptio, ortus, naſcendique auſpicia, enucleatè omnia deſcribuntur: necnon ſapientiæ obtinendæ vota & preces: Ipſius verò ſapientiæ, generis claritas; opulentia, pulchritudo, conſuetudinis ſuauitas, & deliciæ, dos honoris & bonorum omnium affluentiſſima, facultatum & doctrinarum omnium quæ ſapientiæ, ancillantur chorus pulcherrimus, Virtutum aliarum, quaſi pediſſequarum comitatus magnificentiſſimus.

Eccleſiaſticus reſpiciens Salomonis Sapientiam.

Denique Ieſus Siracides in ſuo Eccleſiaſtico, ita ſapientiam celebrat, & ſapientiæ obtinendæ præcepta, atque rationem tradit, vt vnicam Salomonis ſapientiam, & hiſtoriam, vitæ noſtræ clariſſimam lucem ſpectandam & capiendam nobis ob oculos propoſuiſſe viſus ſit, tum in alijs capitibus tum in extremo clariſſimè.

Neceſſitas hiſtoriæ Salomonis ſcribendæ.

Ergo imprimis neceſſarium vnicum hiſtoriæ Salomonicæ opus, atque idem proculdubio ſpiſſum & operoſum: non ſolùm quod ex illis, quos recenſuimus, atque ex alijs ſacræ hiſtoriæ libris multo labore hauriri, & quaſi guttatim & minutatim colligi oporteat, ſed quod ipſum per ſe operis argumentum ſit rerum multitudine ad complectendum infinitum; magnitudine ad ponderandum grauiſſimum; difficultate ad explicandum impeditum; & quod non vltimum habet aſperitatis & laboris locum, à nemine adhuc, non ſolùm abſolutum, & expeditum fœliciter; ſed neque tentatum libere & audacter.

Scriptores eiuſdem argumenti. I. L. Viual.

In partem quidem huius Salomonicæ tractationis præiuit Ioannes Ludouicus Viualdus, in ſuo regalis operis tractatu [de Magnificentia Salomonis:] ſed ſuo licèt auctor ſæculo non inelegans, neque omnino macer; noſtro proculdubio tenuior & exilior, & planè diſpar argumenti magnitudini. Librum præterea edidiſſe audio Ioannem Cognatum [de proſperitate & exitio Salomonis.] Sed Cognatum videre mihi non licuit, neq; valde aureo: Non quòd virum doctum, vel ſola auditione notum, non amem & colam: ſed quòd acceperim, illum in vnicam Salomonis damnationem perſuadendam totum incumbere; atque ſi non indiſerto ſtilo, argumenti magnificentiſſimi & ampliſſimi non valde magnificis ornamentis. Tertius idemque nouiſſimus noſter Ioannes Baptiſta Villalpandus, cùm accuratiſſimè atque diligentiſſimè rem ſuam vrbis ac Templi Ieroſolymitani magnifico in communem ſibi, ac doctiſſimo item noſtri ordinis viro Hieronymo Prado, Ezechielem apparatu, perfecerit exornaritque, illas tamen tantùm rerum Salomonicarum tractandas ſuſcepit, quæ cum Templo & Vrbe facerent. quas tam copioſè tamq; diligenter perſequutus eſt, vt vnus is noſtri ordinis & laboris ſocius magna nos huius partis elaborandæ cura & onere leuauerit. Eò cum peruenerimus, quæ ſua ſunt, auctori reddemus ſuo, quæ egit non acturi, & quidem contenti quædam, cùm opus erit, indicaſſe, pauca, cùm res & ratio ſuaſerint paulò aliter conſtituiſſe, aliorum vbi temporis & materiæ opportunitas tulerit, ſpicilegium feciſſe, quæ diligentis meſſoris manus effugerint: In ea, quæ noſtri inſtituti ſunt, toti nos incumbemus, id eſt, in vniuerſæ hiſtoriæ Salomonis telam, quam primi integram ordimur; vtinam conatu non irrito poſſimus, atque perficiamus.

I. Cognat.

I. B. Villalpandus. Hierony. Pradus.

Hiſtoriæ Salomonis argumentũ à nemine tẽtatum.

Hiſtoriæ Salomonis attexitur Eccleſiaſtes.

Sed quid (inquis lector) Hiſtoriæ Salomonis texendæ continuò ducis attexendum Eccleſiaſten? Annon id laboris atque operæ opportuniùs præmittendum, & aſſuendum initio librorum Salomonis, id eſt, ipſi libri Prouerbiorum veſtibulo, quæ, vt audio, tibi non ſolùm in animo, & in votis, ſed pars etiam elaborata in ſchedis? Sanè quidem neque præpoſtere neque non opportunè nunc à nobis ſuſcipitur ad Eccleſiaſten continuò edendum, noſter is PRAEVIVS SALOMON. Qua de re, vt tibi, lector, ſatisfaciam plenè, planè exponam totius rei geſtæ conſilijque mei rationem atque veriſſimè.

Ratio Eccleſiaſtę nõdum editi.

Decreueram ante quinque ſexve annos tibi offerre, non amplius differre meos in Eccleſiaſten commentarios iuſtis prolegomenis inſtructos. Rem ipſam me agentem, atq; curantem, ecce obedientia (ex qua viuo) longo ac neceſſario itinere Romam auocat. Peregrinari meos quoque mecum commentarios volo itineris & laborum ſocios, & cum bona ſpe, & omine, fore, vt in Vrbe, quæ Eccleſiæ caput ſit, Eccleſiaſten recognoſcendi, locupletandi, euulgandi otium daretur, atque facultas. Illud mihi negarunt alia neceſſariò agenda! Hanc valetudo qua vſus ſum, incommoda; & cœli illius, quæ me conantem ſæpius repulit, ſiue inſalubritas ſiue peregrinitas. In patriam poſtliminio reuerſus dum afflictam valetudinem ad nouas iterum ſtudiorum moleſtias pauliſper recreo, & illud ſiue veſtibulum, ſiue prologum mei Eccleſiaſtæ reuiſo, multa me de Salomonis rebus indicare, quàm dicere animaduerto, longiorem tractationem deſiderantia. In ipſos commentarios ingreſſus, occaſionem dari, & viam pateſieri video ad Salomonis ſapientiam conſiderandam, ponderandas opes, vitæ priorem fœlicitatem recenſendam, poſterioris vanitatem & lapſus numerandos, denique com-

paran-

parandum pulcherrimum ſanctiſſimæ adoleſcentiæ florem cum miſerandó corruptiſſimæ ſenectutis marcore quodam & incredibilibus incommodis. Nouum ſanè iuſti laboris iuſtique voluminis opus: quid porro agerem? cum neque videretur emittendus Eccleſiaſtes ſine eo rerum variarum perinde ac difficilium neceſſario apparatu; neque onerandi atque impediendi commentarij longioribus & frequentioribus digreſſionibus cum lectoris moleſtia & tædio, cum inſigni etiam commentariorum damno; quippe abrupto per momenta filo continentis interpretationis. Quæ ſanè iam à tam multis tam crebrò poſtulabatur, vt de tanta operis cunctatione conuitio pene quotidiano cum auctore expoſtularetur. In tanta rerum ſecum pugnantium ſiue varietate, ſiue contrarietate, ad id, quod optimum, & vel è re lectoris, vel è ſacrarum litterarum intelligentiæ ornamento aliquo, vel è mei qualiſcumque laboris officio futurum eſſet, tanquam ad Cynoſuram fluctuantem animum direxi, ac nefas duxi labori conniuere, vel pulcherrimæ æquè ac iucundiſſimæ, in qua ſpatiari & ſe ſe oblectare poſſet, materiæ ſyluam, ſacrarum litterarum ſtudioſo inuidere lectori. Ergo complectendas res Salomonis vniuerſas vnica per ſe ac peculiaris argumenti tractatione, quæ vt communis eſſet omnibus Salomonis libris interpretandis, ita ſingulos ab eo onere liberiores & expeditiores proprio, & peculiari ſuo muneri perficiendo relinqueret; neque iam illi per ſe libri poſtulare poſſent ab interprete rerum ſibi omnibus communium ſæpe ac ſæpius repetendam cum tædio tractationem: neque ſi illa communia præambula non præmitterentur, meritò cum interprete expoſtulare poſſent de re ſibi omnino neceſſaria prætermiſſa. Itaq; dum eum neceſſarium ſingularium Salomonis rerum omnium ſuis libris communium, apparatum comparo, ne quod dedecens videretur, ſine ſuo ſiue prologo, ſiue anteambulone incederet Eccleſiaſtes; prodire eatenus in publicum non eſt permiſſus, ſed non ſine ingenti pretio tarditatis vt ſuo loco monebitur lector. Hæc igitur præuij huius operis ratio: ſed nexus & ſocietatis cum libro Eccleſiaſtæ, ea quæ ſequitur.

Eccleſiaſtes non emittendus ſine præuio Salomone.

Vſus huius operis ad ſingulos Salomonis libros.

Eſſent ſanè nobis in præſentiarum ſatis, certa & vera ratione expoſuiſſe nullum ex Salomonis libris ſine hoc noſtro [Salomone præuio] obiri à nobis commodè potuiſſe. Sed oſtendamus quoque peculiaris neceſſitatem nexus cum Eccleſiaſte, & inter reliquos Salomonis libros, certo atque optimo iure rerum Salomonis hiſtoriam ſoli Eccleſiaſtæ vniuerſam deberi atque reſpondere. Præterquam enim quòd Hebræorum nonnulli, imo & grauiſſimus Hieronymus, atque poſt illum viri ſapientes (quibus libenter accedo,) & non niſi firmis adducti coniecturis (vt ſuo loco oſtendemus) exiſtimarunt eum librum fuiſſe primum omnium à Salomone conſcriptum, pœnitentiam agente, & ſapientiæ amiſſæ ſpiritu iam recuperato; propterea primo ante alios reponendum loco, & quæ communia libris omnibus ſunt huic præponenda: at vt ſit vltimus, & ad extremum vitæ, ex longa meditatione, & diuturno rerum multarum atq. magnarum vſu, atq. experientia collectus, ſanè quidem is vnus vniuerſam Salomonis vitam per ſuos quaſi gradus & ætates nobis repræſentat, varios illius caſus & diſcrimina recenſet, & ex meta ſenectutis extrema, quam iam Eccleſiaſtes attigit ita ad priora recurrit, vt veſtigia, quæ in viuendi ſtadio fecit vniuerſa; nunc recognoſcat, & quæ vel temere, atque imprudenter in lubrico & præcipiti poſita inuenerit, doleat, factique pœnitens delere conetur; vel fœliciter impreſſis, benefixis, benefactis, inſiſtat, cæteroſque mortales ad conſequendum vehementiùs cohortetur. Cæcus igitur & manu tentans, qui ſine præuia huius hiſtoriæ face Eccleſiaſten adire tentet.

Soli Eccleſiaſtæ debita integra Salomonis hiſtoria.

Eccleſiaſtę liber à Salomone ante alios ſcriptus.

Sed neque ſolùm ſequentis commentarij, & ſententiarum Eccleſiaſtæ difficillimarum pretium explanationis hoc noſtro labore faciendum; verumetiam plurimorum aliorum Scripturæ locorum difficultate inſignium, quæ cum Salomonem magnificè & ſplendidè exornabunt; tum pulchram cum iucunditate & voluptate multiplicium rerum varietatem efficient. Varietati verò atque oblectationi aderit illa alia hiſtoriæ virtus, Perſpicuitas, quæ ſanè ex accommodato & opportuno omnium hujus tractationis partium ordine, & collocatione conſurget; rerum autem multarum, atque variarum diſtributio in octo omnino libros facienda, eo, qui ſequitur, ordine.

Salomonis hiſtoria plenius atq; difficilimæ Scripturæ locis inſperſa.

PRIMVS LIBER ſibi vendicabit prima ipſa Salomonis vitæ auſpicia, [Parentes,] ortum, infantiàm, [Pueritiam,] pædagogiam. Multa hic Ethica & Phyſica Hiſtoricis interdum variata.

Librorum partitio, & materia ſingulorum.

SECVNDVS LIBER, deſcribet illius in [regnum] auſpicia, & inaugurationis atq; ſacræ regum vnctionis ſolennes ritus, publicæq; lætitiæ cærimonias. Politica non pauca, & ſingularia quædam ex Hebræorum Republica.

TERTIVM iure & ordine ſibi poſtulat [Sapientia] illa incredibilis, ac pene diuina diuinitus Salomoni affluens: quæ cùm tanta tamque multiplex fuerit; multa quoq; ante illam conſideranda poſtulat; multa in illa, poſt illam non pauca. Chronologica hic quædam, Theologica, Phyſiologica, pluſcula exquiſita, & varia.

QVARTVS inibit Salomonicam [Opulentiam,] pacem, gloriam, & Iſraelitici ſub illo regni incrementa, magnitudinem, [felicitatem.] Quàm ingens hic campus! quàm vber, atque diues rerum variarum, atque pulcherrimarum, & quæ ad Hiſtoriam, & Coſmographiam!

QVINTVS

QVINTVS LIBER miſcellaneus eſt, quippe, [Domũm regiam,] familiam, rem familiarem Salomonis contemplabitur, demirabitur etiam cum [Regina Sabęa.] Peculiaria quædam Salomonis præclarè geſta recenſebit, & ſpicilegium eorum faciet, quæ ad Salomonis magnificentiam LIBER QVARTVS de induſtria dimiſerat. Hic quoq; materia locuples, & diues, ac copioſa rerum varietas, & Hiſtoricorum cum Politicis coniunctio quædam vtilis, mutuaque conſenſio. Mirificè verò exhilarabit totum librum fauſtiſſimarum Regis [Nuptiarum] lætitia, [Epithalamium] canente, dicenteque Dauide Regi filio ſponſo, & ſponſæ Reginæ. Salomonine, an potiùs Chriſto Ieſu, Salomoni veriori ac meliori? Illuſtrabitur ergo accurato commentario [Pſalmus 44. Eructauit cor meum, &c.]

SEXTVS proferet tum [Corporis] externa, tum [animi] interna Regis ampliſſimi magnificentiſſima, atq; lautiſſima [ornamenta:] Et inter Salomonis [virtutes] recenſendas, optimum principem inſtruet neceſſarijs atque regalibus virtutibus. Quæ cùm omnia à ſupremo illo Regum rege, atque abſolutiſſimo exemplari [Chriſto Ieſu,] cuius figuram geſtat Salomon, duci oporteat; clauſulam libro imponet Pſalmi Septuageſimi primi commentarius; [Deus iudicium tuum regi da, &c.] qui ſub Salomonis typo Chriſti regis ac regni fęlicitatem, & magnitudinem deſcribet. Hic item maiori ex parte Ethicus liber.

SEPTIMVS ſuſcipiet Regis regnique [declinationem ac deprauationem; perſequeturque vitæ poſterioris turpitudinem, & alias impietatis notas atque grauiſſimorum peccatorum non leuia ſupplicia. Iam alia Regis, regnique rerum facies triſtiſſima. Sed quæ & hiſtoriæ lumen, & moribus vtilitatem ingentem afferre poſſit.

OCTAVVM claudet mors & ſupremitatis honor, atque extremæ pęnitentiæ ſalus. An non reſipiſcentis animi damnatio? Tandem vniuerſi operis ſumma Chronologica.

Capitum, & ſectionũ ratio. Hæc forma & facies Librorum; ſub quibus plura capita; ſed quæ interdum ne magnitudine ſua iuſtam menſuram excederent aut lectorem deterrerent, ſecando, & diuidendo in plura membra, ad plura quaſi capitula redegimus. Illud verò laboris pretium videri poteſt, quòd ſingulorum capitum initio propoſitum quemdam locum præfigimus, qui velut argumentum indicet totius capitis, & materiam differendi præbeat. Quæ loca ſingulis capitibus propoſita quamuis ſparſim libereque ex vniuerſa Scriptura lecta fuerint, ſed ita tamen ad rem Salomonis colliguntur & colligantur vt veluti florum faſciculum quendam, non tam naribus ad odorandum, quàm oculis ad legendum, & fruendum, Lector admouere non grauetur, ſed iam is, qui ſequitur Capitum ordo, & facies.

PRIMVS LIBER,

Qui eſt de Salomonis Infantia & Pueritia, diſtinguitur Capitibus decem, & nouem.

CAP. I. QVi rerum Salomonicarum Scriptores. Ad locum 2. Paralip. 9. 29. diuiditur ſectionibus quindecim.

II. Sancto parente ſuſceptus Salomon. Ad locum 1. Reg. 13. 14.

III. Nihil Salomoni filio nocuiſſe Dauidis peccata per pœnitentiam excuſata & deleta. Ad locum 3. Reg. 1. 21. ſectiones tredecim.

IV. Bethſabee mater eius ſapiens, ſancta ac Deo familiaris fęmina. Ad locum Prou. 31. 1. Sectiones quinque.

V. Salomon ex legitimis nuptijs ſuſceptus. Ad locum Matth. 1. 6.

VI. Salomonis prænuntiatio & diuina promiſſio, atque pro illo matris vota. Ad locum 2. Reg. 12. 24. Prou. 31. 2.

VII. Salomon nec ex miraculo conceptus, & per repromiſſionem natus. Ad locum 2. Reg. 11. 12.

VIII. An Dauid alios præter Salomonem ex Bethſabee liberos procreauerit. Ad locum Prou. 4. 3. Sectiones duæ.

IX. Suæ conceptionis, ac primę formationis primordia ab ipſomet Salomone deſcripta. Ad locum Sap. 7. 1. 2. Sectiones tres.

X. Eius legitimum in aluo materna geſtationis tempus, & perfecta partus maturitas. Ad locum Sap. 7. 2. Sectiones octo.

XI. Eadem Salomoni quæ cæteris humanæ generationis principia. Ad locum Sap. 2. Sectiones tres.

XII. Eius naſcentis primus vitæ hauſtus; recens nati caſus in terram; prima vox. Ad locum Sap. 7. 3. Sectiones tres.

XIII. Eius ſuſceptio, attacta primum terra. alia etiam obſtetricis officia diligenter exhibita. Ad locum Ezech. 16. 4.

XIV. Salomonis cunabula, & feſtum Natalitium. Ad locum cap. 7. 4.

XV. Lactatio eius, & plena ſolicitudinis nutritio. Ad locum Sap. 7. 4.

XVI. Eiuſdem circumciſio & impoſitio nominis. Ad locum 2. Regum 12. 24. Sectiones quatuor.

XVII. Illius ablactatio & ablactionis tempus & lætitia. Ad locum 1. Reg. 1. 24.

XVIII. Illius præclara indoles & ingenium; prima etiam ſpecies regno digna. Ad locum Sapient. 8. 19.

XIX. Pædagogus eiuſdem, & Pædagogiæ ratio. Ad locum 2. Reg. 12. 25.

Secundus liber, qui eſt de Salomonis primis in regnum auſpicijs, & inaugurationis ſolemni Hebræorum ritu, continetur capitibus tredecim.

CAP. I. AN primogenij iure regnum adeptus Salomon. Ad locum 3. Reg. 15. 22.

II. Populine ſuffragijs Rex creatus Salomon. Ad locum 3. Reg. 1. 8.

III. Is Dei & Dauidis parentis voluntate & decreto declaratus Rex. Ad locũ 3. Reg. 1. 20

IV. Solennis eiuſdem comitatus ad regni inaugurationem. Ad locum 3. Reg. 1. 38. Sectiones ſex.

V. Inaugurandi Salomonis præuij ſolennes ritus. Ad locũ 3. Reg. 1. 33. 38. Sectiones tres.

VI. Salomonis regis iniunctio, acclamatio, publica lætitia. Ad locum 3. Reg. 1. 34. Sectiones quatuor.

VII. Inaugurati Salomonis reductio, Thronus, & regium diadema. Ad locum 3. Reg. 1. 35.

VIII. Eiuſdem conſecrati, & coronati ſolenne cum Deo cum populo fœdus. Ad locum Deuter. 17. 18.

IX. Peracta eius initiatione, ſacrificia & regale epulum. Ad locum 1. Paralip. 29. 22.

X. Eundem inijſſe regnum viuente adhuc Dauide parente. Ad locum 3. Reg. 1. 48.

XI. Dauidis ad inauguratum filium, & primos populi ordines concio. Ad Cap. 1. Par. 27. 28. & 29. breuia ſcholia.

XII. Secunda Salomonis conſecratio, & repetitum cum populo fœdus. Ad locum 1. Paralip. 29. 22.

XIII. Tempus & externa, in quæ incidit Salomonis inauguratio. Ad locum 3. Reg. 6. 1.

Liber

Liber Tertius, qui eſt de Salomonis ſapientia, diuiditur capitibus nouem ſupra viginti.

CAP. I. Salomon ne ſtatim à ſuſcepto regno, & defuncto parente, adeptus ſapientiam. Ad locum Sap.9.7.10.
II. Quoto is ætatis ſuæ anno ſapientiam accepit. Ad locum 1.Paralip.22.9.
III. Quænam egit Salomon pro ſapientia obtinenda. Ad locum Sap.8.18.
IV. Iacob Patriarchæ in Rachelis & Salomonis in ſapientiæ ſtudio parallela. Ad locum Prouer.31.10.
V. Quæ Salomonis preces pro ſapientia obtinenda. Ad locum 3. Regum 3.6.7.8.9. 2.Paralip.1.8.
VI. Eiuſdem repetitæ, & longiores pro ſapientia preces. Breues ad cap. 9. Sapientiæ. notationes.
VII. Ex eius precibus ſacrificium. Et illud quonam loco, quo ritu. Ad locum 2.Paralip. 1.2.habet ſectiones ſex.
VIII. Eiuſdem ex ſacrificio diuinum ſomnium. Et hoc an Propheticum & rei,quæ gerebatur opportuniſſimum. Ad locum 3.Reg.3.5.2.Paral.1.7.Sectiones nouem.
IX. Eidem ex ſomnio ſapientia communicata, & cuius generis hæc Principem deceat. Ad locum 3.Reg.3.9.
X. Multarum de Salomonis ſapientia quæſtiuncularum congeries, & elucidatio. Ad locum 3.Reg.4.29.diſtinctum ſectionibus tredecim.
XI. Salomon loquendi & ſcribendi artifex & auctor. Ad locum Sap.7.16.
XII. Salomon Eloquentiæ virtute admirabilis. Ad locum Sap.7.5.
XIII. Is poeſi,atque Muſica clariſſimus. Ad locum Prouer.31.10.
XIV. Idem dialecticus ſubtiliſſimus. Ad locum Sap.8.8.
XV. Obſcuriſſimorum is Aenigmatum propoſitor, & expoſitor acutiſſimus. Ad locum Eccleſ.47.21.
XVI. Pulcherrimarum Parabolarum compoſitor ſapientiſſimus. Ad locum Prou.25.11.
XVII. Ille quoque Hiſtoriæ peritiſſimus. Ad locum Sap.8.8.
XVIII. Idem ſummus Aſtronomus. Ad locum Sap.7.18.
XIX. Geometra, & Arithmeticus præſtantiſſimus. Ad locum 3.Reg.6.7.
XX. Coſmographia,Geographia,Hydrographia, Architectura abſolutiſſimus Salomon. Ad locum Sap.7.17.
XXI. Idem ſummus Phyſiologus. Ad locum Sap.7.17.
XXII. Hiſtoriæ Naturæ ſcriptor,& ſcrutator diligentiſſimus. Ad locum Sap.20.Diuiditur ſectionibus nouem.
XXIII. Medicinæ princeps,& Magiæ naturalis ſcientiſſimus. Ad locum Sap.7.13.
XXIV. Idem Ciuilis doctrinæ conſultiſſimus. Ad locum Sap.9.10.12.
XXV. Oeconomiæ atque Ethicæ ſapientiſſimus præceptor. Ad locum Sap.7.25.
XXVI. Idem ſummus Theologus naturalis,ſupernaturalis. Ad locum Sap.7.25.
XXVII. Eum publicè ſapientiæ profeſſorem fuiſſe. Ad locum Sap.7.13.
XXVIII. Eum ſapientiæ Gymnaſium Ieroſolymis vel aperuiſſe,vel amplificaſſe. Ad locum. Prouer.9.1.2.3.
XXIX. Libri ab eodem conſcripti. Ad locum Eccleſiaſtæ.12.10.

Liber Quartus, qui eſt de Salomonis regis Diuitijs, & regni ſub illo opulentia, & felicitate, abſoluitur capitibus quatuor & viginti, ſub quibus hæ potisſimæ diſputati oner. I. de Portu, *& Mari Rubro, in quo adornabantur Salomonis claſſes. II. de* Tharſis. *III. de* Ophir. *IV. de alijs* diuitiarum *Salomonis fontibus.*

CAP. I. Salomon hæres ampliſſimarum Dauidis parentis facultatum. Ad locum 1. Paral. 29.22.Sectiones habet nouem.
II. Salomonis opum eædem fere,quæ Dauidis cauſæ,ſed veriores & vberiores. Ad locum Sap.7.5.
III. Salomonis nauigatio & claſſis,atque circa illas quæſtiuncularum ſumma Capita. Ad locum 3.Reg.9.26.& 3.Reg.10.22.
IV. Quo primum tempore inſtituta à Salomone nauigatio. Ad locum 3.Reg.10.11.12. & 2.Paralip.9.10.
V. Fuitne vnica in Ophir & in Tharſis nauigatio, & claſſis. Ad locum 2.Paral.9.21.

VI. Quo

VI. Vtramque regionem Tharſis & Ophir eadem Salomonis claſſe adiri potuiſſe. Ad eundem locum 2.Paral.9,21.& 3.Reg.10.22.

VII. Ex quonam portu ſoluebant Salomonicæ claſſes. Id eſt, vbi terrarum Aſiongaber. Ad locum 3.Reg.9.26.

VIII. Præcedentium de loco Aſiongaber ſententiarum maior lux; atque veræ, & noſtræ confirmatio ex obiectorum ſolutione. Ad eundem locum 3.Reg.9.26. Deut.28.

IX. Pro Latino Intetprete contra Becanum, de Maris Rubri vera & idonea ex Hebræo & Latino appellatione. Ad eadem loca,& Exod.23.31.

X. Quidnam propriè [Mare Suph.] è cnius portu claſſis Salomonica ſoluebat. Vbi de appellatione & [colore] maris Rubri. Ad locnm Ionæ 2.5.

XI. De colore & terminis [Maris ſuph] firma ex experimento teſtimonia. Ad eadem ſcripturarum loca.

XII. Orauit ne Ionas in mari Suph. Et ex quo in quod littus eiectus. Ad locum Ionæ.2.6.12. Notationes in cap. Ionæ. 2.

XIII. Salomonem ſuos naucleros aduerſus ingentes maris Rubri difficultates ſapienter inſtruxiſſe. Ad locum 2.Paral.8.17.

XIV. Quonam Salomonis claſſis nauigabat, id eſt, quæ regio ſit Tharſis. An Hiſpania ad Bæticæ & Tarteſſi Hiſpalenſes oras. Ad locum 3. Reg.10.22. Complectitur ſectiones, velut diſputationes ſeptem.

XV. Obijciuntur, ſimulq; diluuntur, quæ Tharſis longè ab Hiſpania ſeparandam contendunt. Ad eadem loca; octo item alijs membris, ſeu diſputationibus ſecatur.

XVI. Vbinam Gentium Ophir, quam petebat Salomonis claſſis. Ad locum 2.Paral.9.10. Nouem ſectionibus diuiſum.

XVII. Quæ ex Tharſis adferebantur ad Salomonem. Ad locum 3.Reg.10.12. Quatuor item ſectionibus conſtans.

XVIII. Quid Salomoni referebat claſſis ex Ophir. Ad locũ 2.Par.9.10. Sectiones duodecim.

XIX. Quantæ iam veriſſimæ illæ Salomonis opes ex priſci ſæculi theſaurorum coniectura. Ad locum 2.Paral.1.12.

XX. Tum Salomonis, tum Ieroſolymitanæ vrbis opes quàm exaggeratiſſimæ. Ad locum Eccleſ.47.23.

XXI. An Salomonis opes ortæ quoque & auctæ arte chimica. Ad locum Sap.8.18.

XXII. An Theſauris inuentis Theſauros quoq; ſuos auxerit Salomon. Ad locũ Eccl.47.16

XXIII. Quantæ Salomonis opes ex negotiatione. Ad locum 3.Reg.10.15.28.

XXIV. Quantæ Salomonis opes ex Tributis, Vectigalibus, & Donis. Ad locum 3.Reg.10.14. ſectiones ſex.

Liber Quintus miſcellaneus, qui eſt de ſplendore & magnificentia Domus, & Familiæ, *atque aliorum præclariſſimorum Salomonis bonorum &* operum, *continetur tribus ſupra viginti capitibus, atque his potiſſimum diſputationibus. I. de fauſtis congratulationibus &* Nuptijs *Regis. II. de* Ædificio, *& fabrica Templi, atque alijs ad ædes regias ſpectantibus. III. de amplitudine regalis* Familiæ. *IV. de* Ædificijs *tum vrbanis, tum externis. V. de aduentu* Reginæ Saba.

CAP. I. SAlomoni ſummus Regis regum honor delatus, & congratulationes factæ. Ad locum Prou.8.15.

II. Eius cum filia Pharaonis fauſtiſſimæ nuptiæ. Ad locum 3.Reg.1. Sectiones quatuor.

III. Tempus & aliæ nuptiales cerimoniæ, tum Salomonis regis, tum ſponſæ Pharaonidæ. Ad locum Cant.3.11. explicantur ſectionibus duodecim.

IV. Epitalamium, id eſt, ſacer in Nuptijs Salomonis hymnus. Commentarius in Pſal.44. tot ſectionibus, quot verſiculis diſtinctum, id eſt, octodecim.

V. Ieroſolymitani Templi toto orbe nominatiſſimi ædificator Salomon. Ad locũ Sap.8.9. Sect. quatuor ſupra viginti comprehenſum.

VI. Aedium Regalium fabrica magnificentiſſima. Ad locum 3.Reg.7.1. Sect. nouem.

VII. Eius prætorij, & regalis ſolij locus, an in domo ſaltus. Ad locum 3.Reg.7.8.

VIII. Quanta domus regiæ Salomonis familia, & quotidianum dimenſum. Ad locum. Eccleſ.2.7.3.Reg.4.22.

IX. Eius in publicum proceſſus, & ſuſcepta itinera. Ad locum Sap.8.15. ſectiones ſex.

X. Eius equitatus magnificentiſſimus. Ad locum 3.Reg.4.26.

XI. Aedificia per eum vrbana. Ad locum 3.Reg.9.15. Sectiones quinque.

XII. Externa per eum ædificia. Ad locum 3.Reg.9.15.19.2.Paral.8.2.3. Sect. quinque.

XIII. Officia per eum aut ex cogitata aut dignis viris attributa. Notationes ad c.4.lib.3. Reg.Sectiones duodecim.
XIV. Reginæ Saba ad eum inuiſendum aduentus. Notationes ad cap.10.3.Reg.Comprehendit quæſtionem,ſectionesve nouem.

Sextus Liber, qui eſt de regalibus corporis atque animi Salomonis ornamentis exigit viginti capita.

CAP. I. AMpliſſimam Salomonis regis maieſtatem Diuinæ imaginem prætuliſſe. Ad locum 2.Reg.8.12.
II. Eum habuiſſe omnia gloriæ, & regiæ maieſtatis æterna ornamenta. Ad locum 3. Reg.10.23.
III. Eum fuiſſe ſpecie imperio digna. Ad locum Sap.8.20.
IV. Statura & pulchritudo corporis eius membratum.Ad locum Cant. 5. 9. Explicatur ſectionibus decem.
V. Cultus & veſtitus corporis eius. Ad locum Matth.6.29.
VI. Salomonis ornamenta fuiſſe inferiora liliorum ſplendore, & pulchritudine.Ad eundem locum Matth.6.29.
VII. Eius Throni regalis amplitudo, & maieſtas ex pretioſa materia. Ad locum 3.Reg. 10.18.Sectiones duæ.
VIII. Exquiſita Troni Salomonici ars & figuratio. Ad locum 3.Reg.10.20.
IX. Illum tum alijs virtutibus, tum vero in primis,magnanimitate inſignem fuiſſe. Ad locum 3.Reg.4.29.
X. Eius erga matrem pietas. Ad locum 3.Reg.2.19.
XI. Eius erga parentem Dauidem pietas. Ad locum Sap.9.22.
XII. Illius pietas & religio aduerſus Deum. Ad locum 3.Reg.3.3.
XIII. Eius in iudicando ſapientia,& moderatio. Ad locum 3.Reg.3.28.
XIV. Eius in iudicando ſapientia cum ſumma iuſtitiæ integritate. Ad locum 3. Reg.2.9. Exponitur ſectionibus quatuor.
XV. Eius Clementia ſingularis. Ad locum Eccleſ.47.17.
XVI. Salomonem Chriſti Ieſu perſonam repræſentaſſe. Ad locum Matth.12.24.
XVII. An ampliſſimarum de Chriſto promiſſionum Salomon fuerit typus,& figura? Ad locum 2.Reg.7.14.& ad Titulos Pſalmorum 44.& 71.
XVIII. Obiectionum extremæ ſententiæ aduerſus Salomonem dilutio.
XIX. Quæ hiſtoricè de Salomone dicuntur,veriſſimè de Chriſto Domino prædicta fuiſſe. Digreſſio ad errorem Theodori Mopſueſteni circa veterum de Chriſto figurarum interpretationem.
XX. Iudiciariæ Salomonis poteſtatis, & vniuerſi regni felicitas, & ſplendor Chriſti Regis maieſtatem & gloriam adumbrantes. Breuis commentarius in Pſalmum 71. tot ſectionibus,quot verſiculis diſtinctus, id eſt,viginti.

Liber Septimus, qui eſt,de declinatione & deprauatione Regis, & Regni Salomonici, complectitur viginti ſex capita.

CAP. I. REgni opulentiſſimi gloriam in Salomone rege declinaſſe. Ad locum Pſal. 71.5.
II. Eius peccatorum ſummæ quædam cauſæ,& capita.Ad locum 3.Reg.11.9.
III. Per omne peccatorum genus turpiter excurrens Salomon. Ad locum 1.Ioan.2. 16. Sectiones quatuor.
IV. Peccauit ne Salomon ducens vxorem Pharaonis filiam. Ad locum 3.Reg.11.1.
V. Grauiter illum peccaſſe plurimarum fœminarum coniugio. Ad locum 3.Reg.11.1.
VI. Illum peccaſſe grauius ductis alienigenis. Ad eundem locum 3.Reg. 11.1.
VII. Incredibili eum libidinis furore inſaniſſe. Ad locum 3.Reg.11.1.
VIII. Quæ Salomonis Apoſtaſiæ,& idololatriæ origo & occaſio. Ad locum 3.Reg.11.4.
IX. Is ne verè Idololatra. Ad locum. Eccleſ.47.22.
X. Quot Dijs,quo loco fana ædificauit Salomon.Ad locum 3.Reg.11.8.Sect.quatuor.
XI. Quoſnam Deos nominatim ille coluit. Ad locũ 3.Reg.11.5.Continet Sect.quatuor.
XII. An etiam cùm Idololatria Magiam coluit. Ad locum 4.Reg.21.6.
XIII. An ex auaritia coaceruauit aurum & argentum.Ad locum Deuter.17.17. Habet Sectiones duas.
XIV. Peccauit ne Salomon equitatu numeroſiſſimo comparato. Ad locum Deuter.17.16. Explicatur ſectionibus duabus.

XV. Pecca-

XV. Peccauit ne is, Boum & aliorum animalium figuras inuehens in Templi vſum & ornamenta. Ad locum Exod. 20. 4.
XVI. Quædam alia minutiora illius peccata.
XVII. Peccauit ne Salomon donatis Regi Hiram viginti prouinciæ Galilæ oppidis. Ad locum 3. Reg. 9. 11.
XVIII. In eius impietatem grauiter à Deo comminatum, & animaduerſum. Ad locum 3. Reg. 11. 10.
XIX. Eum præclaræ exiſtimationis & ſapientiæ honorem, atque adeo opulentiæ ſplendorem propter peccata perdidiſſe. Ad locum Sap. 1. 4.
XX. Coniurationes contra eum factæ. Ad locum 2. Reg. 7. 14.
XXI. Prima aduerſus Salomonem rebellatio Adad Idumæi. Ad locum 3. Reg. 11. 14.
XXII. Salomonis infeſtatio ex rebellatione Razonis. Ad locum 3. Reg. 11. 23. 24. 25.
XXIII. Tertia aduerſus Salomonem, eaque grauiſſima Ieroboam rebellatio. Ad locum 3. Reg. 11. 26. 27.
XXIV. Infœlicitas eius circa ſobolem. Ad locum Eccl. 2. 18. 19. explicatur ſectione duplici.
XXV. An ſtirps Salomonis, & regia linea exciſa in Ioas rege. Ad locum Matth. 1. 9.
XXVI. An Chriſtus Dominus ſecundum carnem duxerit ex Salomone origine, id eſt, An Beata virgo ex Salomonis genere prognata fuerit. Ad locum Pſalmi. 131. 11.

Liber Octauus, qui eſt de extremis vitæ eius & pœnitentiæ geſtis, atque de honore ſupremi tatus, totum opus abſoluit capitibus.

CAP. I. AN Salomonem ſatis exactæ vitæ ſcelerum pœnituit. Ad locum 3. Reg. 7. 15. Sectionibus ſeptem continetur.
II. Quantum poſt eius pœnitentiam, atque vitæ vniuerſæ tempus.
III. Eius vitæ exitus, & ſupremus ſepulturæ honos & locus.
IV. Salomonis vitæ & rerum Chronologia.

Ergo clauditur vniuerſum opus libris octo, capitibus, ſeu tractationibus centum quinquaginta duabus: ſectionibus ſeu membris trecentis vndecim.

Præter ea verò loca, quæ ſingulorum capitum initio præponuntur, & quæ inter diſſerendum varia atq; plurima diligenter tractantur, peculiari hic in initio operis indice colligenda; viſum eſt è re Lectoris Scripturarum ſtudioſi futurum, præcipuas quaſdam ſacrorum librorum partes, aut capita, quæ integra, & perpetuo fere commentario in hoc opere exponuntur, ſua in hoc loco tabella, & vnico aſpectu ſpectanda ſubijcere.

Ex lib. 2. Regum.
Maxima pars capitis ſeptimi.
Ex lib. 3. Regum.
Vndecim priora capita.
Ex 1. Paralip.
Capita vigeſimum octauum, & vigeſimum nonum.
Ex lib. 2. Paralip.
Nouem priora capita.
Ex lib. Pſalmorum.
Pſalmi quadrageſimus quartus, & ſeptuageſimus primus.
Ex Cantico.
Bona pars capitis quinti.
Ex lib. Sapientiæ.
Capita ſeptimum, octauum, nonum.
Ex Eccleſiaſtico.
Maxima pars capitis quadrageſimi ſeptimi: bona etiam capitis vltimi.
Ex Iona.
Caput ſecundum.

TOTIVS

TOTIVS OPERIS
INDICES QVINQVE.

I. *Librorum, & ſingulorum capitum, ſectionumq́ue. Quem pręmiſimus in prologo; vt ipſo ſtatim initio, vuiuerſi operis formam & materiam repręſentaremus Lectori.*

II. *Locorum S. Scripturę, qui peculiari aliquo intelligentię Scripturarum, vel doctrinę morum pretio citantur, & explicantur. Et hic te admonitum volo, Lector ſtudioſe, nunquam tibi indicari in indice inutiliter locum aliquem, quamuis indicatos plurimos videas. Tum prӕterea non minimam partem librorum Regum, & Paralip. atque librorum Salomonis, Sapientię prӕſertim, & Canticorum explicationem ex hoc indice iuuari, aut illuſtrari facilè poſſe.*

III. *Qui potiſſimùm ſtudioſo Scripturarum vſui eſſe poſſit, complectiturq́ue ſimplicium vocum, ſiue Latinarum, ſiue Hebraicarum, & Gręcarum ſignificationes & proprietates in ſacro ſermone. Tum prӕterea ſacrę dictionis loquutiones & Phraſes, figuras, & alias intelligendarum Scripturarum regulas.*

IIII. *His, qui res ſacras in ſcholis, diſputationibus & quęſtionibus tractant, ingenti commodo ſit, diſputationes, & quęſtiones indicabit, quę proponuntur, & explicantur, poſtquam in vtramq́ue partem ſuis probationibus & auctoritate inſtruuntur plurimę.*

V. *Generalis, copioſiſſimuſq́ue verborum, ac rerum omnium, atque earum potiſſimum, quę ad virtutes, & vitia, remq́ue moralem conducere poſſunt.*

INDEX II.

S. SCRIPTVRÆ LOCORVM, QVI VEL AD vocis et phraſis intelligentiam, vel ad morum doctrinam diligenter in hoc opere tractantur; innumeris alijs prætermiſsis, qui uel obiter indicantur, uel non cum peculiari intelligentiæ pretio inter diſſerendum adducuntur. Illos autem ſtellula notauimus, qui initio ſingulorum capitum, ueluti illorũ materia et argumenta prælucent.

Prior numerus paginam, poſterior columnam, literæ autem minuſculæ lineam ferè indigitant.

GENESIS.

C.1.v.1 VIdit lucem, quod eſſet bona. 417.2.c
21 Omne volatile ſecundum genus ſuum 137.1.e
22 Creſcite & multiplicamini, &c. 137.2.c
31 Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. 407.2.c
C.2.7 Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. 402.c
9 Lignum ſcientiæ boni & mali. 136.1.b
15 Vt operaretur & cuſtodiret. 498.2.2
24 Relinquet homo patrem ſuum, &c. 256.2.a, 487.1.e
C.3.16 Sub viri poteſtate eris, &c. 590.2.c
C.4.1 Poſſedi hominem per Deum. 47.1.d
23 Occidi virum in vulnus meum, &c. 102.a
25 Poſuit mihi ſemen aliud, &c. 23.2.e
C.6.2 Videntes filij Dei filias hominũ, &c. 7.2.b, 417.2.c
5 Videns Deus quòd multa malitia hominum eſſet. 488.1,b
16 Oſtium arcæ pones, &c. 119.1.a
16 Cænacula & triſtega facies in ea. 148.1.d
C.8.3 Reuerſæ ſunt aquæ de terra euntes, &c. 233.1.c
C.9.1.7 Benedixitq; Deus, & dixit: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. 145.2.d 269.2.a, 295.2.d
C.10.4 Filij autem Iauan, Eliſa & Tharſis. 185.1.c
Nemrod robuſtus & potens, &c. 390.1.a
C.12.1 Egredere de terra tua &c. 290.2.a
2 Faciamque te in gentem magnam. 98.1.e
6 Vſque ad conuallem illuſtrem. 147.1.b, 498.2.c
C.13.18 Abraham habitauit iuxta conuallem Mambre, &c. 147.1.c
C.15.7 Ego ſũ Dominus qui eduxi te de Vr, &c. 146.2.b
C.16.11 Paries filiũ, vocabiſque nomẽ eius Iſmael. 47.2.c
C.18.11 Deſierant Sare fieri muliebria. 38.1.a
19 Scio enim ꝙ præcepturus ſit filiis ſuis, &c. 53.1.c
C.20.13 Dices quòd frater tuus ſim. 263.2.c
Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, &c. 257.1.b 16
Concluſerat enim Dominus omnem vuluã. 9.2.b 18
Quicumque audierit, corridebit mihi &c. 44.2.d C.21.6
Fecit Abraham grande conuiuium, &c. 50.2.d 8
Iuxta miſericordiam, quam feci &c. 557.2.e 23
Abraham plantauit nemus in Berſabee, &c. 146.2.b 498.2.a 33
Tolle filium tuum vnigenitum. 28.2.b 2
Abraham de nocte conſurgens, &c. 106.2.e C.22.23
Quadringentis ſiclis argenti valet &c. 519.2.b C.23.15
Prolatis vaſis argenteis dedit ea Rebeccæ promunere, &c. 252.1.d C.24.52
Egreſſus fuerat ad meditãdũ in agro, &c. 498.1.e 63
Introduxit Rebeccam in tabernaculum Saræ, &c. 255.1.e 67
Deprecatus eſt Iſaac ad Dominum pro vxore ſua &c. 25.1.e C.25.20
Egrediens plantam fratris ſui tenebat. 498.1 25
Vir ſimplex habitabat in tabernaculis. 92.1.c, 146.1.2 27
Iſaac amabat Eſau. 93.1.b 28
Da mihi de coctione hac rufa. 420.1.c 30
Senuit autẽ Iſaac, & caligauerũt oculi eius. 93.1.c C.27.1
Fac mihi pulmentum ſicut velle me noſti, &c. 441.2.b 4
Maior ſeruiet minori. 93.1.d 6
Fili mi acquieſce conſiliis meis. 92.1.e 8
Homo piloſus ſit, & ego lenis. ibid. a 12
Vt ſenſit veſtimẽtorũ illius fragrãtiã, &c. 428.2.b 27
Egreſſo Iacob venit Eſau. 94.1.a 30
Tædet me vitæ meæ, &c. ibid. b 46
Noli accipere vxorem de genere Kanaam. ibid. C.28.1
Ad domum Bathuel patris matris tuæ. 94.1.a 2
Cacumen illius tangens, cœlum, &c. ibid. c 12
Eleuata voce fleuit. 95.1.d C.29.11
Lia lippis erat oculis. 85.2.e, 89.1.c 17
Rachel decora facie & venuſto aſpectu, &c. 89.1.c 94.1.e
Melius eſt vt tibi eandem, &c. 95.1.d 19

20 Videbantur illi pauci dies &c. ibid.e, 91.1.2
22 Vocatis amicorum turbis ad cõuiuiũ,&c. 63. 2. d
27 Imple hebdomadã dierũ huius copulę, &c. 63.2.e
42 Genuit filium, vocauitq; nomẽ eius Rubẽ. 47.2. c
C.30.1 Rachel infœcunda, &c. 96.1.a
2 Da mihi liberos, alioquin moriar. 24. 2.e 25.2.e
23 Concepit & peperit filium, dicens, &c. 96. 1.c
40 Poſuit virgas in canalibus. 1.3.1.a
C.31.14 Nunquid habemus reſidui, &c. nonne quaſi alienas reputauit nos, &c. 252.1.e 378.1.c
15 Vendidit, comeditque pretium noſtrum? 95.1.d
19 Rachel furata eſt idola patris ſui. 97.1. a
35 Coram te aſſurgere nequeo, &c. ibid.
C.32.20 Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, &c. 291.2.e, 292.1.b
C.34.3 Conglutinata eſt anima eius cum ea. 487.2.a
10 Terra in poteſtate veſtra eſt. 242.1.a
11.12 Quæcunque ſtatueritis dabo: augete dotem, &c. 252.1.e
14 Non poſſum dare ſororem noſtram homini incircumciſo, &c. 481.2. d
C.35.4 Infodit ea ſubter terebinthum. 97.1.c, 498.2
8 Debora ſepulta eſt ſuper quercum. 498.2.d
C.37.3 Fecitque ei tunicam polymitan. 425.1.b
3 Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos. 440.2.e
28 Prætereũtibus negotiatorib. Madianitis. 242.1.a
C.40.14 Memento mei vt ſuggeras Pharaoni. 296.2.d
C.41.32 Quod vidiſti ſecundò ad eãdem rem, &c. 471.1.b
34 Clamante pręcone vt omnes corã eo &c. 389.2.c
40 Vno tantùm regni ſolio præcedam te. 432.1.d
41 Prepoſitus vniuerſæ terræ Aegypti. 54.2.b
43 Vt omnes coram eo genuflecterent. ibid.
C.42.21 Meritò hæc patimur, &c. 552.2.b
C.44.15 Cur ſic agere voluiſtis. 433.2.c
C.45.8 Deus fecit me quaſi patrem Pharaonis. 389.2.b
C.48.22 Do tibi partem vnam extra fratres tuos. 530.2.b
C.49.3 Ruben primogenitus meus, &c. 54.1.b
4 Effuſus eſt ſicut aqua. 247.2.a
9 Catulus leonis, &c. quis ſuſcitabit eam? 347.2.a
10 Et dux de femore eius. 383.2.a
12 Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius, &c. 268.2.e, 421.1.e
16 Dan iudicabit populum ſuum. 112.2.e
22 Decor⁹ aſpectu: filiæ diſcurrerũt p murũ. 368.2.b
24 Diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius. 223.1.d
24 Paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. 152.2.e
26 Benedictiones patris tui, fiãt in c. Ioſeph. 370.1.c
27 Beniamin lupus rapax manè comedet prædam, &c. 317.2.d, 435.1.d
32 Finitis mãdatis, quib. filios inſtruebat, &c. 76.2.c
C.50.17 Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris, &c. 440.1.b 332.2.b

Exodus.

C.2.14 Quis te conſtituit principem, &c. 381.2.c
C.4.10 Non ſum eloquẽs, &c. ſed impeditioris & tardioris linguæ ſum. 26.1. 118.2.b
11 Quis fecit os hominis, &c. 118.2.e
C.6.6 Redimam vos in brachio excelſo. 305.2.a
30 Incircumciſus labiis ſum. 413.1.b
C.7.4 Educam exercitum, & populum meũ, &c. 305.1.d
C.11.5 A primogenito Pharaonis, qui ſedet, &c. 55.2.b 69.2.b
C.14.21 Abſtulit illud Dominus flante vento, &c. 179.1.e
23 Perſequentes Aegyptii ingreſſi ſunt, &c. 189.2.a
25 Subuertit rotas curruum, ibid. 179.1.d, 2.d
C.15.1 Equum & aſcenſorem deiecit in mare. 272.1.e
17 Sanctuarium tuum, quod firmauerunt manus tuę. 299.2.b

Sumpſit Maria tympanum, &c. 261.2.c 20
Aſſumpto thuribolo quod de prunis, &c. 345.2.d C.16.12
Cumque eleuaret Moyſes manus, &c. 576.1.c, 305.2.a C.17.11
Aedificato autem altari, &c. 432.2.a 15.16
Manus ſolij gloriæ Domini. 277.2.c 17
Tulit Sephoram vxorem Moyſi quam remiſerat. 252.2.a, 378.1.e C.18.2
Prouide viros timentes Deum, &c. 279.2.b 21
Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem, &c. 515.2.a, & d C.20.4
Faciens miſericordiam in millia, &c. 100.2.b 6
Non facies Deos argenteos, &c. 497.2.d 24
Non iunges manum tuam cum impio. 81.1.c C.23.1
Non inibis cum eis fœdus. 481.2.b 3
Terrorẽ meũ emittã in præcorsũ tuũ, &c. 527.1.d 27
Ponam terminos tuos à mari Rubro, &c. 170.1.e 31
Erat ſpecies glorię Dñi quaſi ignis ardẽs. 412.1.b C.24.17
Lapides onychinos, &c. 377.2.d, & gemmas. 317.2.e C.25.7
Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatẽ. 436.2.e C.28.30
Stringeſque tunicam byſſo. 395.2.a 39
Filiis Aaron tunicas lineas parabis &c. 425.2.c 40
Facies altare, &c. habẽs cubitum lõgitudinis, &c. 346.2.c C.30.2
Veſties illud auro puriſſimo, &c. 324.1.e 34
Quando tuleris ſummã filiorũ Iſrael, &c. 12.1.e 164.1.b 12
Caro hominis non vngetur ex eo. 66.2.c 32
Et dederit ex eo alieno, exterminabitur. ead.2.e 33
Facies thymiama compoſitum opere pigmẽtarii. ead.1.a 35
Peccauit populus. 501.1.b C.32.7
Conſecraſtis manus veſtras hodie, &c. 304.1.b 452.1.d 29
Non aſcendam tecum quia populus duræ ceruicis es. 98.2.b, 302.1.e C.33.3
Miniſter eius Ioſue filius Nun puer. 531.2.e 11
Vt cernat populus iſte in cuius es medio. 98.2. b C.34.10
Aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, &c. 498.1.b 13
Nec vxorem de filiab. eorũ accipies, &c. 490.2 b 16
Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, &c. 132 2.b C.35.10
Omnis vir ſapiens cui dedit Dominus, &c. ibid. C.36.1
Plus offeret populus, q̃ neceſſariũ ſit, &c. 315.2.b 5

Leuiticus.

Si ſacerdos peccauerit, &c. 554.2.c C.4.3
Vt habeatis ſcientiam diſcernendi, &c. 382.2.d C.10.10
Si fœmina in pepererit, immunda erit, &c. 32.2.e C.12.5
De ſemine tuo nõ dabis vt cõſecretur, &c. 504 1.a C.18 21
Octaua tabernaculorum. 349.2.a C.23 35
Qui irrogauerit maculam alicui, &c. 52.1.d C.24.19
Non facietis vobis idolum, &c. 301.1. b C.26.1
Deſtruam excelſa veſtra, &c. 497.2.a 30
Quidquid ſemel fuerit conſecratum, &c. 13.2.a C.27.28

Numeri.

Singuli per turmas, &c. 98.2 a C.2 2
Quem inuenerunt filii Iſrael, &c. 55.2.b C.5.32
Quidquid ex vinea eſſe poteſt, &c. 135.2.b C.6.4
Cũ ĩgrederetur Moyſes tabernaculũ, &c. 544.1. c C.7,89
Seruum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me. 493.2.a, 557.2.a C.14.24
Anima q̃ per ſuperbiã aliquid cõmiſerit. 531.1.d C.15.30
Nec ſequantur cogitationes ſuas &c. 491.2.a 39
Idcirco dicitur in Prouerbio, &c. 124.2.d 126.1.b C.21.27
Auertit ſe de itinere. 475.2.c C.22.23
Duxit eum ad excelſa Baal, &c. 497.1.d 41

Robu-

C.24 21 Robuſtum habitaculum. 349.2.d
C.27.3 Pater noſter non fuit in ſeditione,&c. 98.1.e
C.33.55 Si nolueritis interficere habitatores terræ, &c. 490.2.c
55 Et lanceæ in lateribus. 360.2.a
C.35.31 Non accipietis pretium ab eo,quia reus ſanguinis eſt. 449.2.e
C.36.7 Omnes viri ducent vxores de tribu,&c. 481.1.b

Deuteronomium.

C.1.2 Diuiſit mare Rubrum. 170.2.e
15 Decanos qui docerent vos ſingula. 382.2.e
17 Dei iudicium eſt. 102.1.b.
C.2.8 Sequutus eſt Dominum, 557.2.a
36 De Aſiongaber venimus ad iter,&c. 269.1.a
C.4.5 Hoc eſt animal qđ comedere debetis, &c.367.1.a
29 Cum quæſieris Dominum Deum tuũ,&c.105.2.a
C.7.3 Non ſociabis cum eis coniugia,&c. 479.2.e
25 Sculptilia eorum igne combures,&c. 15.1.a
26 Ne ſeruias diis eorum,&c. 491.1.c
C.11.11 Terra montuoſa & campeſtris. 461.1.d
C.12.5 Locum quem elegerit Dominus,vbi nomen ſuum ponat. 308.2.b
C.14.19 Omne quod reptat. 157.2.a
C.16.21 Non plantabis lucũ & omnẽ arborẽ.&c.498.1.b
C.17.1 Non immolabis Domino Deo tuo,&c. 52 1.e
15 Non poteris alterius gẽtis hominem regem facere. 57.2.c
26 Cùm fuerit conſtitutus rex,nõ multiplicabit, &c. Per eandem viam reuertamini. 481.1.d,509.2.b, 512.2.c
17 Non habebit vx ores plurimas. 481.1.d
Argenti & auri immenſa pondera. 508.1.d,510.1.d,505.1.a
18 Poſtquàm ſederit in ſolio regni ſui, &c. 71.1.b 383.1.d
C.18.15 Prophetam de fratribus ſuis ſuſcitabit,&c. 98.1.e
C.21.4 Vallis aſpera,atque ſaxoſa. 349 2.b
13 Flebit patrem & matrem ſuam vno mẽſe.481.2.c 486.1.c
14 Si quis per inſidias occiderit proximum ſuũ, &c. 448.2.d
15 Si habuerit homo vxores duas,vnam dilectam & alteram odioſam. 441.1.a,482.2.2
C.22.8 Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti. 333.1
C.23.2 Non ingredietur mamzer,&c. 22.1.e
C.24.1 Si acceperit homo vxorem,&c. 491.2.e
C.25.5 Suſcitabit ſemen fratris. 470.1.b
C.28.54 Homo delicatus in te,& delicatus valde. 85.2.d
56 Tenera mulier & delicata,&c. ibid.
C.29.5 Non ſunt attrita veſtimenta veſtra. 431.1.2
19 Et abſumat ebria ſitientem. 488.1.c
C.31.2 Centum & viginti annorũ ſum hodie,&c.144.2.a
19 Nunc deſcribite vobis canticum iſtud. 69.2.c
29 Iniquè agetis. 501.1.c
C.32.1 Audite cœli quæ loquor.&c. 80.1.b
2 Deſcendat ſicut pluuia doctrina mea,&c.463.2.c
12 Non erat cum eo Deus alienus. 485.1.c
15 Incraſſatus, dilatatus, recalcitrauit. 97. 2.d, 478.1.a
23 Sagittas meas complebo in eis. 377.2.c
C.33.8 Perfectio tua & doctrina tua. 383.1.c
10 Iudicia tua,ò Iacob,&c. ibid.
12 Beniamin amantiſſimus Domini inter humeros illius commorabitur. 300.2.c,301.2.b.317.2.e 435.1.e
17 Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius, &c. 270.1.a,435.2.a,530.2.a
19 Inundationẽ maris quaſi lac ſugent,&c.162.1.e
26 Aſſcenſor cœli auxiliator tuus. 272.1 d

Ioſue.

Sicut fui cum Moyſe,ita ero tecum,&c. 305.2.b C.1.5
Mulieris meretricis nomine Rahab, 444.1.c C.2.1
Noui quòd Dominus tradiderit,&c. 527.1.d 9.11
Scietis quòd Dominus Deus viuens,&c. 305.2.b C.3.10
Non remanſit in eis ſpiritus. 407.2.b C.5.1
Quidquid auri & argenti fuerit,&c. 320.2.a 19
Leua clypeum qui in manu tua eſt,&c. 305.1.d C.8.18
Populus multus nimis ſicut arena,&c. 514.2.b C.11.4
Ego ſequutus ſum Dominum. 557.2.a 14 8.9.14
Ab Oriente erit initium eius. 268.1.c C.15.2
Erùntque termini eius mare magnum. ibid. 4
Inde ſe erigens ad verticem montis,&c. 318.2.e 8
Et nõ interfecerũt filij Ephraim Chananæũ, &c. 378.1.a C.16.10
Tertia pars vrbis Nopheth. 318.1.e,& 2.a C.17.11
Fuit hæreditas eorum in medio poſſeſſionis, &c. 535.1.a C.19.2
Egrediturque ad læuam Cabul, 518 2.a 27
Sint vobis in foueam ac laqueum,&c. 490.2.c C.23.13
Amorrhæus,Pherezæus,&c. 486.2.c C.24.15
Tulit lapidem prægrandẽ,poſuitque,&c.498.2.c 26

Indices.

Habitauit Iebuſæus cũ filiis Beniamĩ,&c. 435.1.c C.1.21.
Poſtquã cõfortatus eſt Iſrael,&c.240.1.b,527.1.b 28
Dij eorum ſint vobis in ruinam. 491.1.c C.2.3
Addiderunt filij Iſrael facere malum,&c.527.1.a C.3.12.13
Dominus tecũ,virorũ fortiſſime,283.2.e,305.2.d C.6.12
Tulit omnia ſub quercu,& obtulit ei,&c.498.2.d 19
Cõſtituerunt regẽ Abimelech,&c.65.2.d,498.2.e C.9.6
Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe regem. 282.1.e 8
Iepthe filius mulieris meretricis. 444.1.c C.11.1
Congregati ſunt ad eum viri inopes.&c. 16.1.a 3
Dominus qui hæc audit,ipſe mediator,&c.78.1.b 10
Nunquid Ephrataæus es, 311.2.a C.12.5
Filias quas emittens foras maritis dedit. 252.1.a 9
Quem cùm ſumpſiſſet in manibus,&c. 464.2.a C.14.9
De comedente exiuit cibus,&c. 124.1.d 11
Vt habeamus te patrem & ſacerdotem. 53.2.a C.18.19

Lib. I. Regum.

Lactauit filium ſuum. 50.1.e C.1.23
Adduxit eum poſtquam ablactauerat,&c.ead.2.c 24
Puer erat adhuc infantulus. ibid. 24
Vt ſedeat cum principibus,& ſoliũ gloriæ teneat. 365.1.d C.8 2
Tunicam paruam faciebat ei mater ſua. 429.2.b 19
Quare feciſtis res huiuſmodi. 25.1.e 23
Quicũq; glorificauerit me, glorificabo eum, &c. 522.1.e 30
Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem,&c. 61.1.d 35
Non te abiecerunt,ſed me,&c. 58.2.277.1.d C.8.7
Prædic eis ius regis qui regnaturus eſt,&c.71.1.d 9
Hoc erit ius regis q̃ imperaturus eſt vobis. 158.1.c 11
Filias quoque veſtras faciet vnguentarias.371.2.b 13
Saul electus & bonus. 7.2.b,417.2.c C 9.2
Tulit Samuel lenticulam olei,&c. & deoſculatus eſt eum,&c. 67.1.e C.10.2
Fac quæcunque inuenerit manus tua. 283.2 7
Certè videtis quem elegit Dominus,&c. & clamauit omnis populus,Viuat rex. 7.2.b,68.1.e 24
Loquutus eſt Samuel ad populum,&c. 71.1.c 25
Et ait populus ad Samuelem,&c. 74.2.c C.11.12
Venite & eamus in Galgala,&c. 57.1.c 72.1.a 14
Deus qui fecit Moyſem & Aaron. 453.2.c C.12.2

13 Præſtò eſt rex veſter, quem elegiſtis, &c. 58.2.2
C.13.1 Filius vnius anni erat Saul, &c. 100.1
5 Triginta millia curruum, & ſex millia equitum. 373.1.c
14* Quæſiuit Dominus virum iuxta cor ſuum. 7.1.a
C.14.7 Perge quò cupis, & ero tecum, &c. 18.2.e
C.16.2 Ad immolandum Domino veni, &c. 721.1.c
12 Erat autem rufus, & pulcher aſpectu, &c. 417.2.c
C.17.12 Iſai erat in diebus Saul, &c. 563.1.c
C.18.1 Anima Ionathæ conglutinata eſt, &c. 487.2.b
21 In duabus rebus gener meus eris hodie. 252.1.c
25 Non habet rex ſponſalia neceſſe. ibid.d
C.19.11.12 Vt cuſtodirent eum, & interficerent mane. 62.1.b
C.20.6 Dimitte me vt abſcondar in agro. 14.1.b
30 Fili mulieris virum vltrò rapientis. 23.2.b
C.21.5 Via hæc polluta eſt, ſed & ipſa hodie, &c. 13.1.b
7 Potentiſſimus paſtorum Saulis. 64.1.d, 513.1.d
9 Si iſtum vis tollere, tolle, &c. 13.2 b
C.22.2 Conuenerunt ad eum omnes, &c. 15.2.e
22 Sciebā in die illa, ꝙ cū ibi eſſet Doeg, &c. 14.1.c
c.24.5.6.7 Dixerūt ſerui Dauid ad eū: Ecce dies, &c. 532.2.e
14 Ideò dicitur in prouerbio antiquo. 126.1.b
C.25.26 Viuit Dominus, & viuet anima tua, &c. 11.2.a
C.27.12 Credidit ergo Achis Dauid, &c. 14.2.d
C.28.1.2 Cōgregauerūt Philiſthijm agmina ſua, &c. ibid.2
C.30.40 Ad meridiem Caleb, &c. 62.2.e
C.31.13 Venerunt labes Galaad, & tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in mare labes. 498.2.d

Lib.2.Regum.

C.1.16 Amabilis ſuper amorem mulierum, &c. 441.1.2
21 Abiectus eſt clypeus fortium, &c. 283.
C.2.9 Et circunduxit eum per caſtra. 65.2.d
10 Sola domus Iuda ſequebatur Dauid. 335.2.a
C.3.1 Dauid proficiens, & ſeipſo robuſtior, domus antē Saul decreſcens. 527.1.c
29 Non deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis, &c. 448.2.e
38 Num ignoratis quoniam princeps & maximus, &c. 379.2.c
39 Ego adhuc delicatus, & vnctus rex. 86.1.b, 447.1.b
C.5.9 Vocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum a Mello, & intrinſecus. 373.2.c, 376.1.c
13 Accepit ergo Dauid adhuc concubinas. 482.2.b
C.6.5 Dauid & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis. 325.2.d
16 Vidit regē Dauid ſubſilientē, &c. 214.1.c, 350.2.a
17.18 Obtulit Dauid holocauſta, & pacifica coram Domino. 99
23 Michol filiæ Saul non eſt natus filius, &c. 536.2.c
C.7.1 Factum eſt cum ſediſſet rex in domo ſua, &c. 303.1.c, 305.1.a, 308.2.c
2 Videſne quòd ego habitem in domo cedrina, &c. 308.1.c, 362.2.e
5 Vade, & loquere ad ſeruum meum, &c. 308.2.d
6.7 Neq; .n. habitaui in domo ex die illa, &c. 305.2.d
9 Fecique tibi nomen grande, &c. 8.1.2 (706
10 Omne quod eſt ī corde tuo, vade fac, &c. 307.2.e
11 Prædicit tibi Dominus, quòd domum faciat, &c. 309.1.a
12 Cumque cōpleti fuerint dies, &c. 306.1.b, 454.2.a
*13 Stabiliam thronum eius vſque in ſempiternum. 414.2.a
16 Thronus tuus erit firmus iugiter. 462.2.c
*14 Ipſe erit mihi in filium, &c. 453.1.a
*14 Si iniquè aliquid geſſerit, arguam eum, &c. 507.1.a, 523.2.b
14 Ego ero ei in patrem, &c. 563.1.b
15 Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, &c. 547.1.555.1.d, 2.c, 563.2.a
18 Ingreſſus eſt Rex Dauid, & ſedit coram Domino. 352.1.d

Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea; &c. 59.1.c, 543.1.a 18
Et tulit Dauid Frenum tributi, &c. 86.2.b C.8.1
Et percuſſit Moab, & menſus eſt, &c. ibid. 2
In manu eius erant vaſa aurea, & vaſa argentea, vaſa ærea, &c. 312.2.c 10
Super Cerethi & Phelethi: filij autem Dauid ſacerdotes erant. 62.1.a, 62.2.c. 385.1.c 18
Nūquid ſupereſt aliq̄d de domo Saul, &c. 385.1.c C.9.3
Cur venitis nouiſſimi ad reducendum regem, &c. 534.2.d 10.11
Vertente anno eo tempore, &c. 86.2.d C.11.1
Et deambularet in ſolario domus regiæ. 21.1.e 2
Erat autem mulier pulchra valde. 26.2.b *2
Dormiuit cum ea, ſtatimque ſanctificata eſt, &c. ibidem d 4
Egreſſus veſpere dormiuit in ſtrato ſuo, &c. 390.2.d 9
Arca Dei Iſrael & Iuda habitabant in papilionibus, &c. 305.2.e 11
Audiuit vxor Vriæ, quòd mortuus eſſet Vrias, &c. 21.1.a, 23.1.b 26
Diſplicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid corā Domino. 27
Pauper habebat ouem paruulam, &c. 252.2.c, 289.2.d C.12.3
Ouem reddet in quadruplum, &c. 9.2.a 6
Si parua ſunt iſta, adiiciam, &c. 493.1.e 8
Vriam interfeciſti gladio filiorum Ammon. 10.2.a 11.2.d 9
Tu feciſti abſcondite; ego autem faciam, &c. 11.1.c, 450.1.a 12
Veruntamen filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. 9.2.b 14
Percuſſit Dominus paruulum, quem pepererat vxor Vriæ, &c. 22.2.c 15
Et conſolatus eſt Dauid Bethſabee, &c. 23.2.e 26.1.e, 28.1.e, 32.1.d, 93.2.d *24
Quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, &c. 46.1.c, 50.1.a *24
Miſit in manu Nathan prophetæ, &c. 48.1.c, 49.1.c, 53.2.d, 56.1.d *25
Amabilis Domino. 454.1.c 25
Et tulit diadema regis eorum de capite eius, &c. 25.1.2, 50.1.c, 505.1.d 30
Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite; Regnauit Abſalom in Hebron. 68.1.b C.15.10
Et reliquit rex decē mulier cōcubinas, &c. 482.ab 16
Nudis pedibus & aperto capite. 556.1.d 30
Ita loquebatur Semei cum malediceret Dauid, &c. 449.2.d C.16.7.8
Ambulabat itaque Dauid & ſocij eius, &c. ibid. 13
Hæc eſt gratia ad amicum tuum? 98.2.b 17
Ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos. 314.2.d C.18.11
Cur efficimini hodie mihi in Satan? 525.1.a C.19.22
Ergòne hodie interficietur vir in Iſrael? 16.2.d 22
Accinctus gladio depēdēte, &c. 270.2.d, 390.2.d C.20.8
Non obſeruauit gladium, & percuſſit eum in latere. 390.2.d 10
Ira Iairites Sacerdos Dauid. 387.1.b 26
In ſepulchro Cis patris eius. 573.1.b C.21.14
Sedens in Cathedra ſapientiſſimus, &c. 152.1.c C.23.8
Fecitque eum ſibi Dauid auricularium a ſecreto. 61.2.d, 193.1.b 23
Conſpiciens Areuna animaduertit, &c. 313.1.c C.24.20
Adorauit regē prono in terram vultu, &c. 74.1.b 21
Dauid emit aream & bouem, &c. 314.1.b

Lib.3.Regum.

Quæramus Domino noſtro regi adoleſcentulam. 257.2.e C.1.2

5.6 Adonias eleuabatur,&c. 93.2.b
6 Nec corripuit eum pater ſuus,&c. 15.1.c
*8 Sadoc ſacerdos & Banaias fili⁹ Ioiadæ.&c.57.1.d
9 Immolatis Adoniæ arietibus & vitulis,&c.72.2.c
10 Omnes viros Iuda ſeruos regis. 76.1.b
11 Dominus noſter Dauid hoc ignorat. 15.2.a
13.17 Ipſe ſedebit in ſolio meo. 69.2.d
*20 Domine mi rex,in te oculi reſpiciunt totius Iſrael
&c. 58.2.c,59.2.d
21 Erit cũ dormierit Dominus,rex,erimus,&c. 8.2.a
17.1.c,20.1.d
27 Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbũ?
3.2.b
30 Sicut iuraui tibi per Dominum Deum Iſrael, &c.
74.1.c
33 Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri,&c.63.2.d
33.38* Impoſuerũt Salomonem ſuper mulã regis. 64.2.a
34* Vngat eum Sadoc ſacerdos & Natham propheta.
66.1.c
35* Aſcendetis poſt eum,& veniet,&c. 68.2.c
38* Deſcendit Sadoc ſacerdos,&c. 60.2.d,69.1.b
40 Aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, &c. Inſonuit terra à clamore eorum,&c. 69.1.a
46 Sed & Salomõ ſedet ſuper ſoliũ regni,&c. 74.1.e
48* Adorauit rex in lectulo ſuo,&c. 73.1.d 73.2.c
50 Adonias timens Salomonem,&c. 75.2.e
52 Si fuerit vir bonus, non cadet ne vllus quidem capillus,&c. 446.2.d
C.2.2 Confortare,& eſto vir. 86.1.d
5 Tu quoq; noſti q̃ fecerit mihi Ioab,&c. 447.1.d
6 Facies iuxta ſapientiam tuam. 84.2.a
7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis,&c. 440.1.d
8 Habes apud te Semei filium Gera filij Iemini.
449.1.c
9* Vir ſapiẽs es,vt ſcias quid facias ei. 84.2.a,86.1.d
445.2.d
10 Dormiuit Dauid cũ patribus ſuis 562.1.a,573.1.a
12 Salomon ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui,& firmatum eſt regnum eius nimis. 253.1.a
15 Meum erat regnum,ſed eſt translatũ,&c. 56.1.b
60.1.a,77.1.b
17 Precor vt dicas Salomoni,&c. 437.2.e
*19 Surrexit rex in occurſum eius,&c. 438.1.a
20 Pete mater mea,nec enim fas eſt,&c. ibid.b
*22 Poſtula ei & regnum: ipſe eſt enim frater meus maior me. 55.446.2.c,541.1.d
22 Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem,&c.439.1.c
446.2.b
23 Hæc faciat mihi Deus,&c. quia hodie occidetur, Adonias. 75.1.d 446.2.a
26 Vade in Anathoth ad agrum tuum,&c. 440.1.a
450.1.c,452.1.c
28 Venit nuntius ad Ioab,&c. 447.2.d
29 Nũtiatum eſt regi Salomoni,quòd fugiſſet Ioab, &c. 448.1.d
31 Interfice eum, & amouebis ſanguinem, &c.
447.2.b,449.1.a
3 Reuertetur ſanguis in caput Ioab,&c. 439.2.d
34 Aſcendit Banaias filius Ioiadæ, & eum interfecit.
449.1.c
36.37.38 Aedifica tibi domum in Ieruſalem,&c. 450.1.b
38 Habitauit Semei ĩ Ieruſalẽ diebus multis, 84.1.b
C.3.*1 Affinitate coniunctus Pharaoni, accepit namque filiam eius,& adduxit eam,&c. 250.1.c
356.1.b,373.2.c
2 Populus immolabat in excelſis,&c. 299.2.e
*3 Dilexit Salomon Dominum ambulãs,&c.103.2.c
504.2.d,299.2.c,440.2.b,d,480.1.a
4 Abiit in Gabaon,vt immolaret ibi. 299.2.c
*5 Apparuit Dominus Salomoni per ſomniũ nocte.
106.1.b
6.7.8.9 Cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, &c.
98.1.a,& ſeq.
Tu regnare feciſti Salomonem,&c. ignorãs egreſſum & introitum meum. 58.1.c,86.1.c 7
Seru⁹ tuus ĩ medio eſt populi,&c. 98.1.d,415.1.c 8
Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, &c.97.1.a 400. *9
1.c.2.c 239.2.c 460.2.c
Placuit ergo ſermo coram Domino,&c. 110.2.d 10
Non petiſti tibi dies multos,&c. 89.2.c 11
Ecce dedi tibi cor intelligens. 99.1.d,116.1.e 12
Sed & hæc quæ non poſtulaſti,&c.96.2.d,522.1.c 13
Nemo ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. 13
415.1.c,509.2.d
Si ambulaueris in viis meis,&c. 6.1.d 14
Euigilauit Salomon, & intellexit quod eſſet ſomnium. 106.2.c,108.1.e 109.2.b 15
16. vſque ad 27
Ego & mulier hæc habitabamus,&c. 443.1.c
Date illi infantem viuum. 16.2.c,444 2.a 26
Audiuit omnis Iſrael iudicium, &c.& timuerunt regem, &c. 24.1.442.2.a,445.1.b,460.2.e *28
Ad cap.4.notationes. 378.2.c *
Zabud fili⁹ Nathã ſacerdos & amic⁹ regis.243.2.a C.4.5
Iuda & Iſrael innumerabiles,&c.412.1.c,468.2.d 20
Omnis regio,quæ erat trans flumẽ,&c. 249.1.c 21
Erat cibus Salomonis p dies ſingulos,&c.366.1.d *22
Ipſe enim obtinebat regionem,&c. 367.2.a 24
Habitabat Iuda & Iſrael abſque timore vllo,&c. 25
279.1.a
Habebat Salomon xl.millia præſepia,&c.371.2.e *26
Dedit Deus ſapiẽtiã Salomoni,&c.87.1.d,111.1.d *29
113.2.b,231.1.c,435.2.d,436.2.a
Præcedebat ſapiẽtia Salomonis,&c.116.2.b,128.2.c 30
Fuit ſapientior Ethan. 121.2.a 31
Diſputauit à Cedro,quæ eſt ĩ Libano,&c.124.1.e 32
152.1.d
Vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete. 33
134.1.c,135.2.b,136.1.c,& 2.c
Veniebant de cunctis populis,&c. 119.2.e,151.1.a 34
Miſit Hiram rex Tyri ſeruos ſuos,&c. 248 2.b C.5.1
Tu ſcis voluntatẽ Dauid patris mei,&c. 301.2.a,b 3
Nunc requiem dedit Dominus Deus, &c. & non eſt Satan,neque occurſus malus,&c. 524 2.d 4
526.1.d
Benedictus Dñs Deus hodie,q dedit,&c.404.1.a 7
Miſit Hiram ad Salomonem dicẽs, &c. ego faciã omnem voluntatem tuam,&c. 243.1.e,325.2.b 8
326.1.c
Præbebiſque neceſſaria mihi,&c. 237.2.b 9
Præcepitque rex vt tollerent lapides. 328.2.e 18
Quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis Iſrael,&c. 81.2.b,330.2.b,331.2.a C.6.*1
Porticus erat ante templum. 324.2.c 3
Fecit in templo feneſtras obliquas. 345.1.c 4
Domus cum ædificaretur,de lapidib. dolatis,&c. 7
328.1.c
Malleus,& ſecuris, & omne ferramẽtum nõ ſunt audita,&c. 130.2.b 7*
Si cuſtodieris omnia mandata mea,&c. 337.2.c 12
Oraculum veſtiuit auro puriſſimo,&c. 324.1.c 20
Domum ante oraculum operuit auro puriſſimo, &c. & affixit laminas clauis aureis ead.2.c 21
Totum altare oraculi texit auro. eod.1.d 22
In anno vndecimo perfecta eſt domus Domini, &c. 326.2.b 38
Domũ autem ſuã ædificauit Salomõ,&c. 355.1.a C.7*1
Vnus ordo habebat columnas quindecim, &c. 4.5
363.2.b
Porticum ſolij,in qua tribunal eſt,fecit, 359.1.a 7
363.1.c,432.1.b
Tam intrinſecus quàm extrinſecus ferrati erant. 9
329.1.b,357.2.b
Ait Dominus ad Dauid patrem meũ,&c. 308.2.c 18
Et ſtabat ſuper duodecim boues,&c. 435.1.a 25

12 Atrium maius rotundum,&c. 330.1.e,337.2.b,e, 341.2.d
45 Lebetes & ſcutras,& hamulas,&c. 322.1.a
47 Propter multitudinem nimiá,nō erat,&c.232.2.c
48 Fecit Salomon omnia vaſa,&c. 346.2.b
50 Cardines oſtiorum domus interioris,&c. 325.1.b
50 Et thuribula de auro puriſſimo. 226.1.c
Ad caput 8.Notationes. 348
C.8.5 Immolabat oues & boues abſque æſtimatione & numero 441.1.e
16 Elegi Dauid vt eſſet ſup populū meū Iſrael. 306.2
24.25 Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid,&c. 563.2.b
25 Nunc igitur domine Deus Iſrael,&c. 307.1.b 440.1.b,539.1.b
26 Domine Deus Iſrael,firmētur verba tua,&c.8.1.c 460.2.a
32 Iudicabis ſeruos tuos condemnans. 441.2.d
41 Alienigena,qui nō eſt de populo tuo,&c.393.1.b
61 Sit cor noſtrum perfectum,&c. 557.1.c
63 Mactauit Salomon hoſtias pacificas,&c. 104.1.c, 441.2.a
66 Dimiſit populos lætātes & alacri corde,&c. 440.1.c,441.2.c,468.1.c
C.9.3 Erunt oculi mei & cor meum,&c. 354.1.b
6 Si autem auerſione auerſi fueritis,&c. 348.1.a
6 Si colueritis Deos alienos,&c. 497.2.b
11* Tūc dedit Salomō Hirā vigīti opplda,&c. 518.1.d
12 Egreſſus Hiram de Tyro,&c. ibid.
13 Hæcine ſunt ciuitates,quas dediſti mihi. 519.2.b
15* Hæc eſt ſumma expenſarum quam obtulit rex Salomon,&c. 162.2.c 374.2.a
16 Pharao cepit Gazer, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ. 251.1.e
19 Et quodcumque ei placuit,vt ædificaret in Ieruſalem,&c. 378.1.b
20 Vniuerſum populum qui remanſerat,&c. 240.1.e
22 De filijs Iſrael non cōſtituit Salomō,&c.305.1.c, 416.2.a
24 Filia Pharaonis aſcēdit de ciuitate Dauid. 377.1.a
25 Offerebat Salomon tribus vicibus,&c. 407.2.a
26* Claſsē fecit rex Salomō &c.162.1.c.2.b,167.2.b,e 169.2.c
28 Quadrigentorum viginti talentorum. 167.2.d
* Caput 10.quod eſt de aduētu Reginæ Saba à verſu.1.vſque ad 10.diligenter exponitur. 391.2.c
C.10.1 Regina Saba audita fama Salomonis,&c.113.2.c 416.1.b,393.2.c,402.1.b,in nomine Domini.
*4 Videns autem regina Saba omnem ſapientiam Salomonis,&c. 51.2.c,403.2.d,572.1.a
11 Attulit ex Ophir ligna,&c. 163.1.d,186.2.e
12 Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini,&c.Non ſunt allata huiuſcemodi ligna,&c. 163.1.e,218.1.d,219.1.e
13 Rex Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit,&c. 405.2.d
14* Erat pond⁹ auri,&c. 162.2.e,167.1.d 235.2.c 239.2.b 240.2.d
15 Excepto quod afferebāt viri, qui ſuper vectigalia erant,&c. 159.1.b.
15 Vniuerſique ſcruta vendentes. 242.1.e,& ſeqq.
16 Fecit rex Salomon ducenta ſcuta,&c. 359.2.d, 361.2.c
17 Trecentæ minæ auri vnam peltam veſtiebant, 361.2.b
*18 Fecit rex Salomon thronum de ebore grādē,&c. 431.2.e, 432.2.b
*20 Nō eſt factū tale opus in vniuerſis regnis. 433.2.a & veſtiuit eum auro fuluo nimis. 222.1.d
21 Non erat argētum nec alicuius pretij,&c. 331.1.e 322.2.d
*22 Claſſis regis p mare,&c. 161.1.c 162.2.d 166.1.b 167.1.c 213.1.b
Magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terræ. 248.1.b 249 23
Vniuerſa terra deſiderabat vultū Salomonis,&c. 292.1.c,463.1.b,d 24
Singuli deferebant ei munera, &c, & arma bellica,&c. 162.1.b.226.1.b 570.1.e 25
Facti ſunt ei mille quadrigēti currus,&c. 369.1.a 26
Fecit vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem,quāta & lapidū. 262.2.b, 231.1.c,511.2.c 27
Et educebantur equi Salomonis de Aegypto,&c. 237.2.b.238.1.a 28
Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas. 279.2.c,479.2.a,480.2.c,481.1.c,484.2.e,489.2.c,528.1.d C.11.*1.2
Certiſſimè auertent corda veſtra, &c. 492.2.c 2
His copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore. 487.1.b *3
Cùm iā eſſet ſenex deprauatum eſt,&c. Nec erat cor eius perfectum,&c.6.1.d,490.2.d,489.1.c, 493.1.b,495.1.a *4
Colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidon,& Moloc. 501.1.a 5
Fecit Salomon quod non placuerat,&c. 557.1.d 6
Nō adimpleuit vt ſequeretur,&c. 493.1.c,557.1.c 6
Aedificauit fanum Chamos,&c. 496.1.c *7
Atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus, &c. 496.1.b 8
Iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet, &c.143.2.c,474.1.c,475.2.a,475.1.e 9*
Dixit Dominus Salomoni,quia habuiſti,&c.475.2.e,521.2.d 11
Diſrumpens ſcindam regnum tuum.521.1.c.530.1.b,556.1.b,564.2.b 11
De manu filij tui ſcindam illud, &c. 533.2.d 12
Suſcitauit Dominus aduerſarium Salomoni, &c. 525.2.b 14
Suſcitauitque ei Deus aduerſarium Razon,qui fugerat,&c. 527.2.c,e 23.24.25
Et hoc eſt malum Adad,&c. ibid.e 25
Ieroboam quoque filius Nabad leuauit manum ſuam contra regem,&c. 529.2.a 26.27*
A verſ.26.vſque ad 40.exponitur.530.1.c,& deinceps.
Edificauit Mello & coæquauit voraginē,&c.375.2.d,376.1.d 27
Erat Ieroboam vir fortis, &c. 380.2.c 28
Et inuenires eum Ahias propheta in via. 532.1.c 29
Nec auferam omne regnū de manu,&c. 533.2.d 34
Ieruſalem quam elegi,vt eſſet nomen meum ibi, &c. 308.2.c 36
Regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua, &c. 58.1.c,432.2.c 37
Tradam tibi Iſrael,& affligā,&c.521.1.b,534.1.c 38
In libro verborū dierū Salomonis. 2.2.b,152.2.c 41
Dormiuit Salomon cum patribus ſuis. 561.2.c 573.1.a 43*
Congregatus erat omnis Iſrael ad conſtituendū eum regem. 57.2.e C.12.1
Iugum duriſſimum, atque grauiſſimum,&c. 161.1.e 4
Si hodie obedieris populo,&c. 99.1.c 7
Roboam adhibuit adoleſcentes qui nutriti fuerant,&c. 54.2.d 8
Digitus meus minimus groſſior eſt, &c. 87.2.b 87.2.b.537.1.c 10
Iniit conſilium rex Roboam,&c. 386.2.e 16
Cùm audiſſet omnis Iſrael,&c. 58.1.c 20
Venit autem Roboam Ieruſalem,&c. 534.1.b 21
Dixit Ieroboam in corde ſuo,&c. 562.2.c 26
Stultè egiſti,quod ſi non feciſſes,&c. 59.2.b C.13.13
Peccare fecit Iſrael, &c. 554.2.c C.14.16
Quadraginta & vnius anni erat Roboam. 85.1.b 21

Fecit

22 Fecit Iudas malum coram Domino &c. 537.2.e
23 Aedificauerunt ſibi aras & ſtatuas,&c. 497.1.e
26 Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon, &c. 361.1.b
31 Dormiuit Roboam cũ patribus ſuis,&c. 573.1.c
C.15.3 Ambulauit in omnibus peccatis,&c. 557.1.c
5 Et non declinaſſet ab omnibus,&c. 9.1.d,12.2.a
12 Purgauit vniuerſas ſordes. 554.2.d
14 Excelſa autem non abſtulit,&c. 496.2.d
14 Cor Aſa perfectũ erat cum Domino,&c.557.1.d
C.16.34 In diebus eius ædificauit Hiel & Bethel, Iericho. 554.2.a
C.20.11 Nõ glorietur accinctus,æquè vt diſcinct⁹. 270.1.d
23 Dij montium ſunt Dij eorum,&c. 301.1.b.497.2.c,502.1.a
32 Si adhuc viuit,frater meus eſt, &c. 519.2.a
C.21.25 Qui venundatus eſt, vt faceret malum,&c. 488.2.c.551.1.d
29 Quia humiliatus eſt Dei cauſa, &c. 556.2.a
C.22.38 Mortuus eſt rex,& lauerũt currũ eius,&c.444.1,c
48 Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom. 386.2.c
49 Rex Ioſaphat fecerat claſſes,&c.161.2.b,166.2.b 206.2.c

Lib. 4. Regum.

C.2.23 Aſcende calue. 419.2.a
C.3.21 Oẽs qui accincti erant baltheo deſuper. 270.1.d
27 Accipienſque filium ſuum vnigenitũ,&c. 55.2.c
C.4.15 In medio populi mei ego habito,&c. 98.1.d
C.9.6 At ille fudit oleum ſuper caput eius. 67.1.e
22.13 Hæc dicit Dominus: Vnxi te regem,&c. 69.1.e
24 Iehu tetendit arcum manu. 377.2.c
C.11.6 Tertia pars veſtrũ obſeruet excubias,&c. 338.1.e
12 Poſuit ſuper eum diadema,&c. Viuat rex. 68.1.e 69.1.e
14 Vidit regem ſtantem ſuper tribunal,&c. 69.1.d
29 Deduxeruntque regem de domo Domini, &c. 338.2.a
C.12.18 Omnia quæ conſecrauerant,&c. 324.2.d
C.14.22 Ipſe ædificauit Aelath,&c. 168.2.d
C.16.3 Filium ſuum conſecrauit, transferens per ignem. 505.2.c
10 Cumque vidiſſet altare Damaſci,&c. 310.1.d
C.17.31 Qui erant de Sepharuaim. 204.2.a
C.18.2.3.4 Diſſipauit excelſa,& contriuit ſtatuas,&c.554.2.e 568.2.e
17 Cum manu valida venerunt Ieruſalem. 398.1.d
34 Vbi eſt Deus Emath. 208.1.e
C.19.12 Non in Spiritu Dominus, non in commotione, &c. 329.1.d
34 Protegamque vrbem hanc propter me,&c. 8.1.c
C.20.13 Oſtendit eis domum aromatum,&c. 358.2.e
C.21.5 Et extruxit altaria vniuerſæ militiæ cæli,&c. 333.2.d
6 Et ariolatus ẽ, & obſeruauit auguria,&c. 506.2.b
16 Sãguinem innoxium fudit Manaſſes,&c.336.1.a
18 Dormiuit Manaſſes cum patribus ſuis. 562.1.b
20 Fecit malum in conſpectu Domini. ibid.e
21 Seruiuit immunditiis, &c. 569.2.b
C.22.14 Habitabat in Ieruſalem in Secunda. 148.2.d
C.23.3 Stetit rex ſuper gradum. 148.2.e
7 Deſtruxit ædiculas effœminatorum,&c. 568.2.c
12 Altaria quæ fecerat Manaſſes,&c.499.2.b, 569.1
13 Excelſa quæ ædificauerat Salomon,&c. 498.1.a, 500.2.e,553.1.e,502.1.e
C.24.14 Et tranſtulit omnem Ieruſalem,&c. 497.2.b

Lib. 1. Paralipomenon.

C.1.7 Ecce aũt in ipſa nocte apparuit ei Deus. 106.2.c
15 Præbuit rex argentum,& aurum,&c. 467.2.d
In Ieruſalem nati ſunt ei filij, &c. 27.1.b C.3.5.
Sadoch genuit Achimaas,&c. 381.1.c C.6.8
Quos cõſtituerunt Dauid & Samuel videns, &c. C.9.22 310.1.b
Omnis qui percuſſerit Iebuſæum, &c. 385.2.c C.11.6
Aedificauit vrbem in circuitu,&c. 374.2.c 7
Poſuit eũ Dauid ad auriculã ſuã. 51.2.d,390.1.a 25
Puer paruulus & delicatus. 312.1.b C.12.5
Fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus, &c. 39 72.1.e
Citharis pro octaua canebant epinicion. 260.1.c C.15.21
Conſtituit coram arca de Leuitis,&c. 385.2.a C.16.4
Non ædificabis tu mihi domum,&c. 303.1.b C.17.4.5.6
Annuntio tibi,quòd ædificaturus ſit,&c. 362.2.e 10
Feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines, &c. 248.1.c 17
Cœpiſti benedicere domui ſerui tui,&c. 269.2.c 27
Adiuuit eum Dominus in cunctis,&c. 159.1.a C.18.6
Dauid tulit de vrbibus Adarezer,&c. 321.2.c 8
Omnia vaſa aurea & argentea conſecrauit Dauid,&c. 312.2.b 11
Filij Dauid primi ad manum regis. 405.1.e 17
Tulit Dauid coronã Melchon,&c. 15.1.d,70.2.c C.20.2
Argentum dabo quantum valet, &c. 313.2 C.21.24
Siclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos. 314.2.a 25
Hæc eſt domus Dei,& hoc altare,&c. 310.2.e, 313.2.e C.22.1
Ferrum quoque plurimum ad clauos,&c.æris põdus innumerabile. 232.2.b, 320.2.a 3
Dixit Dauid: Filius meus puer paruulus eſt, &c. 84.2.e,85.2.d,161.2.d, 312.1.b 5.6.
Ante mortem ſuam præparauit omnes impenſas. 161.2.a 5
Vocauit Salomonem filium ſuum,&c. 316.1.c 6
Multum ſanguinem fudiſti, &c. 10.1.e,49.1.a, 492.1.c 8
Vir quietiſſimus erit,&c. 49.2.c,54.1.d,92.2.c 9
Pacificus vocabitur,&c. 479.1.c 9
Sit Dominus tecum,& proſperare,&c. 70.2.d 11
Ecce ego in paupertate mea præparaui,&c. 157.1.c 14
In qua parte domus erat ſeniorũ cõciliũ. 338.2.d C. 6. 15
Super theſauros regis,&c. 158.2.e C.27.25
Omnes hi principes ſubſtantiæ regis Dauid, &c. ead.1.d 16
Chuſai Arachites amicus regis. 387.2.b 33
Scholia in cap.28.& 29. 75.2.c
Eo quòd ſis vir bellator, &c. C.28.3
Elegit Salomonẽ filiũ meũ,&c. 282.2.b,462.2.c 5
Nunc coram vniuerſo cœtu Iſrael,&c. 81.1.b 8
Tu Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui,& ſeruito ei corde perfecto. 72.1.b, 153.1 9
Si quæſieris eum inuenies, &c. 125.1 9
Quia elegit te Dominus, vt ædificares,&c. 307.2.a 10
Dedit Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem, &c.132.2.c, 114.2.c,334.1.b,330.2.c 11
Similiter & argentum in alias menſas argenteas 324.1.a 16
Et Leunculos aureos pro qualitate, &c. 323.2.a 17
Omnia venerunt ſcripta manu Domini,&c.310.1.c,2.a, 329.2.d 19
Viriliter age & conſortare,&c. 161.1.a,298.2.c 20
Ecce diuiſiones Sacerdotum & Leuitarum, &c. 80.1.c 21
Opus grande eſt, neque enim homini præparatur,&c. 298.1.d C.29.1.2
Ego autem totis viribus meis præparaui,&c. 312.1.c,315.1.d 2
Et marmor Parium abundantiſſimè. 326.2.b 2
Super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, &c. 160.1.c 3

45 Tria millia talenta auri de Ophir,&c. 322.2.c
5 Si quis ſponte offert, impleat manum ſuam, &c. 315.1.d
6 Principes familiarum,& proceres tribuum Iſrael. 240. 2.c
8 Apud quemcumque inuenti ſunt lapides, &c. 315.1.d
11 Salomonem filium meum vnum,&c. 28.1.b
19 Salomoni filio meo da cor perfectū,&c. 557.1.c
21 Immolauerunt victimas Domino,&c. 72.2.c
22* Comederunt & biberunt coram Domino, &c. 72.1.b
22* Vnxerunt ſecūdò Salomonem regem,&c.77.1.d 79.1.d,80.2.b
23 Seditque Salomon ſuper ſolium Domini. 57.2.e 60.2.a,276.2.c,415.2.c,462.2.c
24 Vniuerſi principes & potentes,&c. 72.1.a.81.1.c
28* Mortuus eſt Dauid in ſenectute bona. 156.2.a 165
29.30 Geſta Dauidis ſcripta ſunt,&c. 128.2.a

Lib. 2. Paralipomenon.

C.1.1 Confortatus eſt Salomon in regno ſuo. 248.1.a
5 Magnificauit eum in excelſum. ibid.c
2*. Præcepit Salomon vniuerſo Iſrael,&c. 206.1.b
*6 Aſcendit Salomon ad altare æneum, & obtulit, &c. 106.1.c
5 Requiſiuit Salomon,& omnis Eccleſia. 105.2.a
9 Super populum tuum, qui tam innumerabilis eſt &c. 415.2.c
*12 Diuitias & ſubſtantiam dabo tibi,&c. 227.2.d 230.2.d,509.2.d
14 Congregauit ſibi currus & equites,&c. 372.1.b
15 Præbuit rex Cedros quaſi Sycomoros,&c.135.2.e
17 Similiter de vniuerſis regnis Hethæorum, &c. 237.2.d
C.2.1 Et cœpit Salomon ædificare domum Domini, &c. 310.2.d,330.2.b
2 Octoginta millia qui cæderēt lapides,&c.328.2.b
5 Domus, quam ædificare cupio, magna eſt, &c. 298. 1.d
C.3.3 Hæc ſunt fundamenta, quæ iecit Salomon, &c. 344. 2.c
6 Strauit pauimentum templi pretioſiſſimo marmore decore multo. 425.2.c
9 Clauos fecit aureos,&c. 325.1.a
C.4.1 Viginti cubitorum longitudinis,&c. 104.1.e
7 Fecit candelabra aurea,&c. 346.1.c
9 Fecit Salomon baſilicam grandem,&c. 337.2.a
18 Erat autem multitudo vaſorum innumerabilis. 322.2.c
C.6.10 Sedi ſuper thronum Iſrael,&c. ibid.
12 Stetit ergo coram altari Domini,&c. 352.1.a
13 Fecerat Salomon baſim æneam,&c. 339.1.a
32 Externum quoque, qui nō eſt de populo tuo,&c. 335.1.a
39 Tu exaudies de cœlo, de ſublimi habitaculo tuo. 353.1.e
41 Conſurge Domine Deus, in requiem tuam, &c. 351.1.e
C.7.1 Cum compleſſet Salomon fundens preces, &c. 354.2.c
10 Euellam vos de terra mea,&c. 495.2.b
C.8.1 Expletis autem viginti annis poſtquam ædificauit, &c. 356.1.a
2 Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, &c. 378.1.d
7 Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis,&c. 240.1.a
11 Filiam verò Pharaonis tranſtulit,&c. 356.2.a
*17 Abiit Salomon in Aſiongaber,&c. 131.2.c, 166. 2.b.178.1.d, 298.1.c
Non fuerunt aromata talia,&c. 369.2.d C.9.9
Serui Hiram cum ſeruis Salomonis,&c. 162.2.c 206.2.b, 216.2.c *10
Rex autē Salomō dedit reginæ Saba,&c.437.1.e 12
Erat pondus auri, quod afferebatur Salomoni, &c. 159.1.a 13
Legati diuerſarum gentium. 241.2.e 14
Fecit ducentas haſtas aureas,&c. 359.2.d 15
In armamentario, quod erat conſitum nemore. 358.2.c 16
Omnia vaſa cōuiuij regis erant aurea,&c. ibid.b 20
Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur. 162.1.c,240.2.c,322.2.e 20
Naues regis ibant in Tharſis,&c. 164.1.b.c,165. 1.a, 169.170 21*
Magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terræ. 249.2.e 22
Omnes reges terrarū deſiderabāt videre faciem, &c. 245.1.e,246.1.c 23
Habuit Salomon quadraginta millia equorum, &c. 372.1.b 25
Exercuit etiam poteſtatem ſuper cunctos reges, &c. 245.1.a 26
Tantam copiam præbuit argenti,&c. 231.1.d 27
Reliqua operum Salomonis priorum & nouiſſimorum,&c. 1.2.1.d,4.1.a 29*
Ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis annis tantùm tribus. 572.1.d,562.2.e C.11.* 17
Conſtituit verò in capite Abiam,&c. 61.1.b 22
Libyes ſcilicet & Troglodytę,& Aethiopes. 464. 2.e C.12.3
Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos, &c. 556.2.b 7
Seſac tulit & clypeos aureos, quos fecerat Salomon. 368.2.c 9
Fecit malum, & non præparauit cor ſuum, &c. 558.1.a 14
Opera Roboā prima & nouiſſima ſcripta ſunt, &c. ibidem 15
Præualuerunt contra Roboam,&c. Roboam erat rudis & corde pauido. 86.1.b.537.1.b C.13.7
Terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. 527.2.a C.15.5.6
Oculi Domini cōtemplantur vniuerſam terram, &c. 527.1.e C.16.9
Aegrotauit Aſa anno tertio,&c. 292.1.d 12
Cumque ſumpſiſſet cor eius audaciā,&c. 300.2.a 554.2.c C.17.6
Miſit de principibus ſuis,&c. 384.1.e 7
Habetiſque magiſtros Leuitas. 383.1.c,384.1.d C.19.11
Cuncta euenient proſpera. 272.1.d C.20.20
Vt facerent naues, quæ irent in Tharſis. 207.1.b 264.2.e,166.1.e,2.e 36
Dedit eis pater ſuus multa munera,&c. 60.1.a C.21.3
Non in ſepulcro Regum. 573.2.d 20
Conſtituerunt Ochoziam filium Ioram regem. 541.2.b C.22.1
Dederunt in manu eius tenendam legem. 71.2.e C.23.11
Imprecatique ſunt ei, atque dixerunt: Viuat rex. 68.1.d 11
Quod cùm audiſſet Athalia vocem,&c. 69.1.d 12
Stantem ſuper gradum,&c. 148.2.c 13
Fecerunt deſcendere regem de domo Domini, &c. 338.2.a 20
Fecit bonum in conſpectu Domini,&c. 557.1.d C.25.2
Cumque roboratum ſibi videret imperium, &c. 248. 1.a 3
Omne quoque aurum & argentum, & vaſa aurea,&c. 338.2.d 24
Ipſi ædificauit Ailath, &c. 168.2.d C.26.2
Egreſſum eſt nomen eius procul,&c. 527.2.d 15

Azarias

17 Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini, &c. 79.2.c
C.28.19 Humiliauerat enim Dominus Iudã, &c. 527.2.d
23 Immolauit diis Damaſci, &c. 502.1.b
C.30.8 Nolite indurare ceruices veſtras, &c. 81.1.d
C.32.5 Aedificauit agens induſtrie omnẽ murũ. 375.2.c 377.1.b, 2.a
30 Ipſe eſt Ezechias, qui obturauit ſuperiorem fontem, &c. 66.2.a
30 Fecit proſperè quæ voluit. 80.2.c
33 Sepultus ſuper ſepulcra filiorum Dauid. 573.2.e, 574.2.e,
C.33.15 Abſtulit Deos alienos, &c. 569.1
19 Oratio Manaſſe & exauditio eius, &c. ibid.
C.34.31 Stans in tribunali ſuo. 148.2.e
C.35.4 Præparate vos per domos, &c. 154.2.c
26 Celiqua ſermonum Ioſiæ, &c. 100.2.d
C.36.4 Conſtituit pro eo regem, &c. 59.1.e
19 Incenderunt domum Dei, &c. 236.1.c

Lib. 1. Eſdræ.

C.6.3.4 Cyrus rex decreuit, &c. 342.2.a
C.7.6 Ipſe ſcriba velox in lege Moyſi. 481.2.b
10 Parauit cor ſuũ, vt inueſtigaret legẽ, &c. 383.2.c
C.8.25 Vaſa argentea centum, auri centum talenta, &c. 324.2.e
C.9.1 Non eſt ſeparatus populus Iſrael, &c. 479.2.d
C.19.19 Dederunt manus ſuas vt eiicerent, &c. 81.1.c

Lib. 2. Eſdræ.

C.2.3 Ciuitas domus ſepulchrorum, &c. 236.1.c
C.3.30 Poſt eum ædificauit Hanania, &c. 245.2.e
C.9.7 Tu elegiſti Abraham, & eduxiſti, &c. 146.2.a
25 Ceperũt vrbes munitas, & humum pinguem, &c. 478.1.b
C.11.4 In Ieruſalem habitauerunt de filiis, &c. 317.2.c 435.1.d
24 In manu regis. 405.2.e
C.13.26 Numquid non in huiuſmodi re peccauit Salomon? 553.1.c
30 Mundaui eos ab omnibus alienigenis. 485.1.d

Tobias.

C.8.9 Non luxuriæ cauſa; ſed poſteritatis dilectione. 482.1.e

Iudith.

C.2.13. Effregit autem ciuitatem opinatiſſimam Melothi, &c. 205.1.b
C.5.24 Perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorũ, &c. 527.2.b
C.8.5 In ſuperioribus domus ſuæ, &c. 292.2.a
7 Erat eleganti aſpectu nimis. 25.2.c
C.9.8 Tenuit pedes eorũ abyſſus, &c. 179.2.d 180.1.d

Eſther.

C.1.2 Quando ſedit in ſolio regni ſui, &c. 69.2.b
4 Vt oſtenderent diuitias gloriæ regni ſui, &c. 415.1.a
6 Super pauimentum ſmaragdinum, &c. 327.1.b
7 Vinum vt magnificentia regia dignum erat. 406.1.a
13 Sapientes qui ex more regio ſemper ei aderant. 380.2.b
22 Miſit epiſtolas, vt quæque gens, &c. ibidem
C.20.13 Compoſitę de triclinio fœminarum, &c. 484.2.b
15 Erat enim formoſa valdè, & incredibili pulchritudine, &c. 26.1.b
Poſuit diadema regni in capite eius, &c. 258.2.a 17
Nec habebat poteſtatem ad regem vltrà redeundi, &c. 483.1.b C.3.14
Iuſſit afferri hiſtorias, &c. 385.1.a C.6.1
Homo, quem rex honorare cupit, &c. 64.1.e 8
Rex maximus, &c. 248.2.d C.13.1
Aman omnib. prouinciis præpoſitus, &c. 389.2.e 6
Noſti quia oderim gloriam iniquorum, &c. 431.1.e C.14.15
Cumque regio fulgeret habitu, &c. 430.2.b C.15.5
Vidi te Domine quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt, &c. 431.1.d 16

Iob.

Nonne Dominus vallauit eum, &c. 525.1.d C.1.10
Irruerunt Sabæi. 398.1.b 15
Manus tuæ, Domine, fecerunt me, &c. 30.1.d C.10.10
Excelſior cælo & profundior inferno. 353.1.b C.11.8
In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. 107.2.c C.12.12
Conſumentur velut a tinea. 462.1.d C.4.19
Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me, &c. 408.1.a C.22.18
Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. 221.1.c & e. 224.1.c 24
Non dabitur aurum obrizum pro ea. 226.1.d & 2.a C.28.15
Et in circuitu meo pueri mei. 301.2.c C.29.5
Si declinauit de via pes meus. 475.2.d C.31.7
Super illam incuruentur alii. 488.1.a 10
Ignis eſt vſque ad perditionẽ deuorãs, &c. 23.2.c 560.2.e 12
Formauit me in vulua vuus. 247.1.a 15
Finita ſunt verba Iob. 471.2.b 40
Qui docet nos ſuper iumenta terræ, &c. 110.1.b C.35.11
Depone magnitudinem tuam, &c. 224.1.d C.36.19
Cum mare quaſi pannis infantiæ obuoluerem. 43 2.d C.38.9
Si habes brachium ſicut Deus, &c. 427.2.a C.40.4.5
Sternet ſibi aurum quaſi lutum. 232.2.b C.41.21

Pſalmi.

Aſtiterunt reges terræ. 386 2.c Pſ.2.2
Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. 263 2.c 7
Apprehendite diſciplinam. 99.1.a, 469 2.c 13
Gloriam in puluerem deducat. 522.1.d Pſ.7.6
Quam admirabile eſt nomen tuum. 87.1.b Pſ.8.1
Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, &c. 280.1.b Pſ.10.7
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael. 319.2.a Pſ.13.7
Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras, &c. 378.1.a Pſ.16.5
Diſciplina tua ipſa me docebit. 273.1.e Pſ.17.37
In omnem terram exiuit ſonus eorũ, &c. 302.2.c 464.2.c Pſ.18.5
Super aurum & lapidem pretioſum. 222.1.b 11
Nos in nomine Dei noſtri inuocabimus. 286.2.e Pſ.19.8
Poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. 71.1.e Pſ.20.3
Circundederunt me vituli multi. 366.2.c Pſ.21.13
Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt. 62.2.b Pſ.22.4
Dulcis & rectus Dominus. 279.1.a Pſ.24.8
Miſericordia & veritas. 273.1.c 10
Vnam petii a Domino, hanc requiram, &c. 301.2.b Pſ.26.3.4
Refloruit caro mea. 427.1.b Pſ.27.7
Dilectus filius quemadmodũ vnicorniũ. 270.2.c Pſ.28.6
Dominus diluuium inhabitare facit, &c. 79.2.b 10
Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, &c. 573.1.e Pſ.31.1
Exquiſiui Dominum, &c. 105.2.a Pſ.33.4

Inqui-

11 Inquirentes Dominũ non minuentur,&c. 96.2.d
Pſ.34.2 Apprehende arma & ſcutum. 360.1.e
Pſ.35.8 Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam. 87.1.a
Pſ.37.8 Renes mei impleti ſunt illuſionibus. 523.1.e
11 Cor meum conturbatum eſt. 475.1.b
Pſ.38.6 Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. 388.1.e
Pſ.39.9 Legem tuam in medio cordis mei. 263.1.d
Pſ.40.1 Beatus qui intelligit ſuper egenum,&c. 87.2.e
13 Confirmaſti me. 386.2.d
Pſ.43.14 Ponite corda veſtra in virtute eius. 349.2.e
19 Non receſſit retro cor noſtrum. 475.2.d
* Pſ.44 Pſalmi 44.interpretatio.à pag. 259
* Titulus Pſalmi 139. 427.1.a,453.2.c,454.1.a
2 Lingua mea calamus ſcribæ,&c. 383.1.c
3 Specioſus formá præ filijs hominum. 417.2.d, & ſeqq.
4 Accingere gladio tuo,&c. 264.1.c
6 Propter veritatem & manſuetudinẽ,&c. 436.2.d
7 Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi,&c. 454.2.a
8 Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. 76.1.c 371.2.a
9 Myrrha & gutta & caſia,&c. 428.2.a
10 Aſtitit regina à dextris tuis. In veſtitu deaurato. 71.2.b,72.2.d,225.1.b,426.1.e
11 Audi filia,& vide,& obliuiſcere populum tuum, &c. 289.1.a,481.2.c
14 Omnis gloria filiæ regis ab intus, 256.1.c
15 Adducentur regi virgines poſt eam, in lætitia & exultatione. 253.2.e,256.1.e,483.2.e
Pſ.45.5 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. 275.2.b
Pſ.47.3 Fundatur exultatione vniuerſæ terræ,&c. 285.2.d 299.1.a,354.1.a
Pſ.48.5 Audite hæc omnes gentes,&c. inclinabo in parabolam aurem meam. 71.1.e
3 Quique terrigenæ & filij hominum. 30.1.a
Pſ.50.6 Libera me de ſanguinibus,&c. 6.2.c,10.2.a
Pſ.59.3 Deus repuliſti nos,& deſtruxiſti nos. 555.2.a
11 Quis deducet me in ciuitatem munitam, &c. 294.2.e
Pſ.62.3 In terra deſerta,inuia & inaquoſa,&c. 353.2.c
9 Adhæſit anima mea poſt te. 487.2.b
11 Animalia tua habitabunt in ea. 516.2.c
Pſ.67.12 Dominus dabit verbum euangelizantibus, &c. 261.2.e
16 Mons Dei,mons coagulatus,&c. 319.2.e
18 Currus Dei decẽ millibus multiplex,&c. 412.1.c
22 Confringet capita inimicorum,&c. 370.1.d
32 Venient legati ex Aegypto,&c. 246.1.c
Pſ.68.11 Extraneus factus ſum fratribus meis &c. 485.1.d
* Pſal.71 Commentarius. 459.2.d,& ſeqq.
* Titulus Pſ. 473.1.c
2 Deus iudicium tuum regi da,&c. 24.2.a 75.1.c
* 5 Permanebit cum ſole,& ante lunam,&c. 472.2.b 454.& 1.b
7 Donec auferatur luna. 473.1.a
8 Dominabitur à mari vſque ad mare,& à flumine,&c. 182.1.c 191.2.c,255.1.c,453.2.b
9 Coram illo procident Aethiopes,&c. 246.1.b
10 Reges Tharſis & inſulæ,&c. 182.1.a 181.1.c
Reges Arabum & Saba,&c. 396.2.a
11 Omnes gentes ſeruient ei,&c. 415.2.c
15 Dabitur ei de auro Arabiæ,&c. 400.2.a
17 Omnes gentes magnificabunt eum. 415.2.c
19 Benedictum nomen maieſtatis eius,&c. 416.1.a
Pſ.72.6 Operti ſunt iniquitate, & impietate ſua. 491.1.a
25 Quid enim mihi eſt in cælo,&c. 298.2.a
Pſ.73.1 Vt quid Domine repuliſti in finem,&c. 555.2.a
15 Tu ſiccaſti fluuios Ethan. 349.2.d
Pſ.75.1 Notus in Iudæa Deus. 5.2.a
Pſ.76.17 Viderunt te aquæ Deus,&c. 412.1.c
Pſ.77.60 Repulit tabernaculum Silo,&c. 105.1.c,317
Aedificauit ſicut vnicornium ſanctificium, &c. 299.1.a 69
Elegit Dauid ſeruum ſuum. 8.1.d 70
Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, &c. 365.2.d Pſ.81.1
Benedictionem dabit legiſlator. 463.2.c Pſ.83.7
Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, &c. 281.1.d Pſ.84.11
Iuſtitia ante eum ambulabit,&c. 464.1.c 14
Lætetur cor meum vt timeat,&c. 28.1.b Pſ.85.11
Diligit Dominus portas Sion,&c. 319.1.e Pſ.86.2
Numquid Sion dicet homo,&c. 66.1.a 263.2.e 5
Dominus narrabit in ſcripturis populorum. 275.1.e Pſ.88.6
Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. 274.1.e 15
Exaltaui electum de plebe mea. 7.1.d 20
Oleo ſancto meo vnxi eum. 68.2.b 21
Viſitabo in virga iniquitatis eorum,&c. 62.2.b 33
Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, &c. 473.1.a
Scuto circũ dabit te veritas eius. 243.1.a.360.2.b d,361.2.e Pſ.90.4
Iuſtus vt palma florebit,&c. 301.2.a Pſ.91.13.14
Saluauit ſibi dextera eius,&c. 274.2.c Pſ.97.1
Iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. 460.2.b Pſ.98.4
In columna nubis loquebatur ad eos. 149.1.a 7
Non adhæſit mihi cor prauum,&c. 280.1.d Pſ.100.4
Oculi mei ad fideles terræ,vt ſedeant mecũ, &c. ibidem. 6
Notas fecit vias ſuas Moyſi,&c. 99.1.a Pſ.102.7
Velut amictum mutabis eos,&c. 430.2.d 28
Amictus lumine ſicut veſtimento. 412.1.c Pſ.103.2
Ponis nubem aſcenſum tuum. 274.1.d 3
Saturabuntur ligna campi. 466.2.c 16
Animalia puſilla cum magnis,&c. 547.2.d 25
Deficient peccatores a terra,&c. 275.1.e 35
Vt erudiret principes eius,&c. 54.2.d,389.2.e Pſ.104.22
Deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto. 179.1.e 180.1.e Pſ.105.9
Si non Moyſes eius ſtetiſſet in confractione, &c. 468.1.a 23
Seruierunt ſculptilibus eorum,&c. 491.1.c 36
Immolauerũt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, &c. 504.1.b Pſ.105.34
Irritauerunt aſcendentes in mare &c. 170.2.b Pſ.106.7
Dixit Dominus Domino meo,&c. 276.1.c Pſ.109.1
Confirmatum eſt cor eius. 298.2.d Pſ.111.8
De Aegypto domus Iacob, de populo barbaro. 122.2.e Pſ.113.1
Montes exultauerunt vt arietes,&c. 461.1.e 3
Beati immaculati in via,&c. 350.2.d Pſ.118.1
Paratus ſum,& non ſum turbatus,&c. 475.1.c 60
Quomodo dilexi legem tuam Domine, &c. 487.2.c 97
Feci iudicium & iuſtitiam,&c. 553.1.b 121
Eructabunt labia mea hymnum. 66. 171
Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, &c. 351.1.c Pſ.121.1
Sicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum,&c. 290.1.c Pſ.122.2
Sicut iurauit Domino,&c. 309.1.e Pſ.131.2.3
Si introiero in tabernaculum domus,&c. eadem. 2.b 4
Si dedero ſomnum oculis meis,&c. ibid.e 5
Ecce audiuimus eam in Ephrata,&c. 311.1.b 6
De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 542.1.b,543.2.d 11.
Elegit Dominus Sion,&c. 306.1.e 13.14
Inimicos eius induam confuſione,&c. 360.2.a 18
Sicut vnguentum in capite,&c. 255.2.c Pſ.132.2
Diuiſit mare Rubrum. 63.2.c Pſ.135.13
In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus, &c. 498.1.c Pſ.136.2

Tu

Pſ.138.2 Tu cognouiſti ſeſſionem meam,&c. 135.2.b
15 Subſtantia mea in inferioribus terræ. 30.1.d
18 Exſurrexi,& adhuc ſum tecum. 17.1.d
Pſ.140.5 Corripiat me iuſtus in miſericordia. 97.2.b
Pſ.144.9* Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 69.1.b
12 Circumornatæ vt ſimilitudo templi. 301.2.a
13 Regnum tuum omnium ſæculorum, &c. 277.2.c
Pſ.148.5 Ipſe dixit,& facta ſunt. 329.1.c
Pſ.149.6 Gladij ancipites,&c.ad faciẽdam vindictam, &c. 62.2.b

Prouerbia.

C.1.4 Sortem mitte nobiſcum. 99.1.e
6 Sapientum ænigmata. 124.1.d
7 Timor Domini principium ſapientiæ. 567.2.c
14 Sortem mitte nobiſcum. 99.1.e
C.2.15 Relinquit ducem pubertatis ſuæ. 380.2.c
C.3.16 Lógitudo dierum in dextera eius. 38.2.b,232.2.c
35 Stultorum exaltatio ignominia. 7.1.d
C.4.1 Audite filij diſciplinam patris,&c. 53.1.b.2.e
*3 Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea. 26.2.c,& ſeqq.45.1.c 86.1.a,92.2.a
5 Poſſide ſapientiam,poſſide prudẽtiam,&c.92.2.d
22 Fili mi,auſculta eloquia mea,&c. 126.1.b
C.6.31 Non grandis eſt culpa,&c. 13.2.e
C.7.10 Occurrit illi mulier ornatu meretricio. 491.1.a
14 Victimas pro ſalute deuoui,&c. 25.1.a
10 Straui lectum meũ tapetibus pictis ex Aegypto, 239.1.d
C.8.10 Doctrinam magis quàm aurum eligite. 225.1.a
14 Meum eſt cõſilium & æquitas,&c. 140.1.b 247.
*15.16 Per me reges regnant,&c. 140.2.c
31 Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. 301.2.c
C.9.*.1.2 Sapientia ædificauit ſibi domum,&c. 147.2.d & ſeq.
3 Verte impios & non erunt. 275.1.e
C.12.7 Iacebunt mali ante bonos. 312
C.14.19 Corona ſapientum diuitię eorum. 156.1.b
24 Lingua ſapientum ornat ſcientiam,&c. 119.1.a
C.15.2 Os ſtultorum ebullit,&c. 263.1.e
3 In hilaritate vultus regis,&c. 368.2.a
C.16.15 Non decent ſtultum verba compoſita. 127.2.b
C.17.7 Non decent ſtultum deliciæ. 115.1.e
C.19.10 Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem.279.2.a
C.20.28 Sicut diuiſiones aquarũ.ita cor regis,&c. 99.1.b 368.2.2
C.21.1 Cogitationes robuſti ſemper in abundantia. 224.2.d
5
16 Vir qui errauit à via doctrinæ,&c. 30.1.c
C.22.2 Pauper & diues obuiauerunt ſibi,&c. 440.2.a, 467.1.c
4 Finis modeſtiæ timor Domini. 273.1.b
11 Propter gratiam labiorum ſuorum,&c. 269.1.d
29 Coram regibus ſtabit. 386.2.d
C.23.31 Vinum quando flaueſcit. 420.1.b
C.24.16 Septies i die cadit iuſtus,& reſurgit.17.1.c,558.2.e
30.31.32* Per agrum hominis pigri,&c. 475.1.e,560.2.a
C.25.2 Gloria Dei eſt celare verbum,&c. 99.1.e,102.2.d
3 Cælum ſurſum & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile. 446.1.c
9 Quomodo ſi ſpina naſcatur,&c. 124.1.e
*11 Mala antea in lectis argẽteis,&c. 325.1.a 126.2.e 226.2.c
C.26.7 Quomodo pulchras habet fruſtra claudus tibias,&c. 127.2.e
24 Labiis ſuis intelligitur inimicus. 269.1,b
C.29.12 Princeps qui audit verba mendacij,&c. 436.2.d
13 Pauper & creditor obuiauerunt ſibi,&c. 467.1.c
Multi requirunt faciem potentis. 292.1.a 26
Verba congregantis,&c. 561.1.a C.30 1
Duo rogaui te,&c. ibid.d 7
Vanitatem longè fac à me,&c. 478.1.a 8
Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ,&c. 560.2.d 15.16
Tria ſunt difficilia mihi,&c. 87.1.b 18
Viſio qua erudiuit eum mater ſua. 17.2.d,20.2.c C.31.*1
Quid dilecte mi,quid dilecte votorum meorum? 23.2.c, 24.2.e, 45.1.e, 93.1.a *2
Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. 93.2.e 3
Noli regibus,ò Lamuel,noli regibus dare vinum. 477.2.d 4
Mulierem fortẽ quis inueniet,&c. 20.2.d,91.2.c, 94.2.c,121.1.a *10
Procul & de vltimis finibus pretium eius,&c.293 1.b,396.1.c
Redde ei bonum & non malum. 90.2.d 12
Operata eſt cõſilio manuum ſuarum,&c. ead.1.d 13

Eccleſiaſtes.

Nihil ſub ſole nouum,&c. 143.1.b 202.1.b 210.1.e C.1.10
Ego fui Rex in Ieruſalem. 565.2.e 11
Vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. 478.2.d 14
Ecce magnus effectus ſum. 248.2.b 16
Vadam,& affluam delicijs,&c. 456.2.b C.2.1
Plantaui mihi vineas,&c. 158.2.d 477.2.c 5
Habui ſeruos & ancillas,&c. 366.1.b 7*
Quæ deſiderauerunt oculi mei,&c. 473.2.d 10
Cùm me conuertiſſem ad vniuerſa opera. ibid.& 523.1.e 11
Tranſiui ad contemplandam ſapientiam, &c. 523.1.b 12
Idcirco tæduit me vitæ meæ,&c. 520.2.d 18.19*
Deteſtatus ſum omnem induſtriam, &c. 536.1.a 572.2.d
Cũcti dies eius dolorib. & ærũnis pleni ſunt, &c. 520.2.d 23
Multas curas ſequuntur ſomnia. 88.2.d C.5.2
Hæc quoque vidi in dieb. vanitatis meæ. 566 1.a C.7.16
Neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. 479.1.b 17
Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi,&c. 523.2.c 24
Virum de mille vnum reperi,&c.566.1.b,483.1.b 39
Laudaui Lætitiam, quòd non eſſet homini, &c. 295.1.a. C.8.15
Vidi ſub ſole,&c.nec ſapientiũ panẽ, &c. 156.1.a 524.1.e C.9.11
Cor ſapientis in dextera eius. 32.1.c C.10.2
Væ tibi terra,cui[9] rex puer eſt,&c.59.1.e,477.2.c 16
Memento creatoris tui,&c. 572.2.a C.12.1
Reuertantur nubes poſt pluuiam. ibid. 2
Cùm eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes,conſcripſit, &c. 124.1.e 152 1.d 9*
Stimuli & claui in altum defixi. 124.1.d 11
Deum time,& mandata eius obſerua,&c. 567.2.d 13

Cantica.

Meliora ſunt vbera tua vino. 255.1.e C.1.1
Oleum effuſum nomen tuum,&c.371.1.e,404.1.b 2
Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te. 269.1.e 2
Introduxit me rex in cellariam ſuam. 256.1.d 406.1.b 4
Ne vagari incipiam poſt greges,&c. 257.2.d 7
Equitatui meo in curribus Pharaonis. 254.1.d 373.2.d 9
Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. 258.1.c 10
Inter vbera mea commorabitur. 255.1.e 13
Ecce tu pulcher es,dilecte mi,&c. ead.1.d 15
Lectulus noſter floridus. 309.2.d 17

Sicut

C.2.1.2 Sicut lilium inter ſpinas, ſic,&c. 261.1.b
5 Fulcite me floribus,ſtipate me malis. 255.2.c
12 Propera amica mea,iã hyems trãſiuit,&c.253.2.b
C.3.1 Quæſiui quem diligit anima mea. 7.1.a
4 Introducam illum in domũ matris meæ. 256.1.e
7.8 En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiũt, &c. 62.1.c,390.1.e
9 Ferculum fecit ſibi rex Salomon,&c. 370.2.b
10 Aſcenſum eius purpureum. 274.1.e
11 Egredimini,& videte filiæ Sion regem,&c. 253. 1.d 254.2.b,348.2.c,368.2.b,442.1.a
C.4.1 Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. 126.2.d,256.2.b,257.1.e
4 Sicut turris Dauid collũ tuũ,&c. 149.1.c,434.2.a
8 Veni de libano ſpóſa mea,veni coronaberis. 254. 1.c, 255.2.c
11 Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. 252.1.c,428.2.b
C.5.1 Comedi fauum cum melle meo,&c. 259.1.b
2 Ego dormio,& cor meum vigilat. 108.1.a
*9 Qualis eſt dilectus tuus,&c. 266.1.b,418.1.c
10 Dilectus meus candidus,& rubicundus. 419.1.a, 421.2.c
11 Caput eius aurum optimom.Comæ eius,&c.222. 1.b,223.1.b,419.1.c
12 Oculi eius ſicut columbæ,&c. 422.1.a
13 Genæ illius ſicut areolæ,&c. ead.2.d
11 Labia eius diſtillantia,&c. 255.2.c,423.1.a
14 Manus eius tornatiles aureæ pleuæ hyacinthis. 423.1.b
14 Venter eius eburneus,&c. ibid.e
15 Crura illius columnæ marmoreæ,&c. 326.2.c, 423.2.c
13 Species eius vt libani,&c. 424.1.b
16 Guttur illius ſuauiſſimum. ibidem c
C.6.4 Auerte oculos tuos a me,quia ipſi me a volare fecerunt. 95.2.a
6 Sicut cortex mali punici,ſic genę tuę,&c.256.2.c
7 Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, &c. 483.2.b
8 Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt. 484.1.e
9 Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora, &c. 421.2.e
C.7.2 Vmbilicus tuus ſicut crater tornatilis,&c. 150.1.b
4 Collum tuum ſicut turris eburnea. 434.1.d
Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon,&c. 129.1.c, 442.2.d
5 Comæ capitis tui ſicut purpura regis. 421.2.e
6 Quàm pulchra es,& quàm decora,&c. 442.2.d
7 Statura tua aſſimilata eſt palmæ. 424.1.d
C.8.1 Quis mihi det te fratrem meum, &c. 150.1.b
6 Lampades eius,lampades ignis,&c. 254.2.b
7 Si dederit homo omnem ſubſtãtiam,&c. 252.2.c
8 Vinea mea coram me eſt,&c. 535.2.b

Sapientia.

C.1.1 Diligite iuſtitiam,&c. 279.1.a,279.1.b
*4 In maleuolam animam non introibit ſapientia, &c. 98.2.c,522.1.a
C.4.1 O quam caſta eſt generatio,&c. 9.2.b
3 Spuria vitulamina non dabunt radices altas, &c. 23.2.b
6 Ex iniquis enim ſomniis filij,&c. 11.2.c,22.2.c, 39.1.b
7 In perpetuum coronata triumphat. 255.1.d
12 Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, &c. 523. 1.d
C 6.7 Exiguo conceditur miſericordia, &c.
26 Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum, 114.2.e

Sum quidem & ego mortalis homo,&c. 29.2.e C.7.*1
& 30.60.2.a
Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſan *2
guine,& ſemine hominis,&c. 31.2.c,37.1.b
Et ego natus accepi communem aerem, &c. *3
40.1.a
In inuolumentis nutritus ſum,&c. 43.2.c,44.1.a *4
Nutritus ſum & curis magnis. 44.1.2 *4
Propter hoc optaui,& datus eſt mihi,&c. 40.1.e 7.8
436.2.b
Super ſalutem & ſpeciem dilexi ſapientiam, 514. 10
1.d
Propoſui pro luce habere illam,&c.89.2.e,91.1.a,
93.2.c,94.2.2
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum il 11
la,&c. 90.1.d,156.1.b,161.1.e,553.2.a
Innumerabilis honeſtas per manus illius. 38.2.b 11
Lætatus ſum in omnibus, quoniam antecedebat 12
ſapientia,&c. 89.1.c.91.1.e,95.2.b
Sine fictione didici,&c. 138.1.d,145.1.e 150.2.b *13
Mihi dedit Deus diſcere ex ſcientia,&c. 117.1.b 15
118.1.c,119.1.a
Et præſumere digna horum quæ mihi dantur. *15
120.2.d
Quoniam ipſe Sapientiæ dux eſt,&c. 118.2.2 15
In manu illius & nos,& ſermones noſtri. 127.1.d
2.a,118.1.e *16
Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam verã
&c. 115.2.b,132.2.d *17
Vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum. 131.2.d, *17
133.1.e,99.1.a,213.1.c,237.1.c
Initium & conſummationem,& medietatem tem 18
poris,&c. 129.2.b
Dedit mihi Deus, vt ſciã anni curſus,&c. ead.1.b *19
Naturas animalium, & iras beſtiarum,&c. 134.
1.a,137.1.a *20
Quæcumque ſunt abſconſa & improuiſa didici;
&c. 129.2.c,138.1.a 21
Spiritus intelligentiæ ſubtilis,acutus,&c.113.1.c, 22.23.24
120.1.2,143.1.c,445.1.c
Vapor eſt enim virtutis Dei,&c. 142.2.d,143.2.e *25
Candor eſt enim lucis æternæ,&c. 95.1.2,143.1.c 26
Eſt enim ſpecioſior ſole,&c. 95.1.a
Hanc amaui,& exquiſiui à iuuentute mea,&c.87. 29
2.b,90.1.b C.8.2
Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei,&c.80.2.a,90.1.c
Si diuitię appetuntur, quid ſapientia locupletius, 4
&c. 160.2.c,161.1.b,233.2.d *5
Si multitudinem ſcientię deſiderat quis,&c. 127.
2.d,128.1.d *8
Scit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argu-
mentorum. 121.1.b,113.1.b *8
Erit alloquutio cogitationis,& tædij mei. 90.2.b 9
Signa & monſtra ſcit,&c. 129.2.ſi
Habebo per hanc claritatem ad turbas,&c. 87. 10.11.12
2.b,139.2.b,248.1.d
In conſpectu potentium admirabilis ero. 119.2.e 11
Habebo immortalitatem,& memoriam,&c.436. 13
2.b
Diſponam populos & nationes,&c. 91.1.b,140. 14
2.c, 249.1.a
In multitudine videbor bonus,&c. 91.1.b,140. *15
1.d,367.2.c,415.2.c,451.2.c
Intrans in domum meam conquieſcam cum illa. 16
90.2.b,368.1.a
Hæc cogitans apud me,&c. 90.2.a 17
In operibus manuum illius honeſtas ſine defe- *18
ctione. 90.2.c,91.1.c,161.1.d 232.2.c
In certamine loquelæ illius, &c. 90.2.c,124. 18
1.d
Circuibam quęrens vt mihi illam aſſumerem. 84. *18
2.c,88.1.2,89.1.a

19 Puer eram ingenioſus,& ſortitus ſum,&c. 51.1.d 89.2.b,92.2.a
*20 Cùm eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. 417.1.b
21 Vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens,&c. adij Dominum & deprecatus ſum illum. 89.1.d,90.2.e
*C.9 Integrum notationibus illuſtratur.99.2.b, vſque ad 97.1.c
3 Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiã,&c. 111.1.a
5 Quoniã ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ. 20.1.b
5 Homo infirmus,& exigui temporis. 86.1.c.
*7 Tu eligiſti me regem populo tuo,&c.83.2.b,307.1.e,460.2.d
*8 Et dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo,&c.297.1.c,308.2.c,307.1.c,316.1.c,343.c
*10 Mitte illã de cælis ſãctis tuis, &c.114.2.c.139.2.b 307.1.e,293.1.c
11 Et deducet me ĩ operibus meis ſobriè,&c.139.2.e
*12 Et ero dignus ſedium patris mei.97,2.a,436.2.a,439.1.d
C.10.1 Hæc illum qui primus formatus eſt,&c. 552.2.d
11 Hæc profugũ iræ fratris iuſtũ deduxit,&c.92.1.d
C.14.11 In muſcipulam pedibus inſipientium. 491.1.c
12 Initium enim omnis fornicationis eſt,&c.582.2.b
C.18.21 Proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum,&c. 388.1.d
C.19.4 Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas. 450.2.b
7 Ex aqua quæ antea era terra arida,&c. 178.2.c
9 Tanquam equi depauerunt eſcam,&c. 179.2.c

Eccleſiaſticus.

C.1.1 Omnis ſapientia à Domino Deo eſt,&c. 116.2.e 393.1.c
5 Fons ſapientiæ verbum Dei,&c. 144.1.b
16 Cum fidelibus in vulua concreatus eſt. 440
18 Plenitudo ſapientię eſt timere Deum,&c.144.1.a
31 In theſauris ſapiẽtię ſignificatio diſciplinę.126.2b
C.6.19 Quaſi qui arat,& q̃ ſeminat,accede ad eã. 94.2.e
36 Si videris ſenſatum,euigila ad eum. 92.2.e
C.8.6 Ne deſpicias hoiem auertẽtẽ ſe a peccato. 555.1.d
C.10.2 Secũdũ iudicẽ populi,ſic & miniſtri eius. 280.1.d
C.12.13 Quis miſerebitur incantatori,&c. 557.2.c
C.13.16 Diues loquutus eſt ſuperba,& iuſtificauerunt illũ. 466.1.b
C.15.2 Qui continens eſt iuſtitiæ,apprehẽdet illã.254.2.e
C.17.5 Conſilium & linguam,& oculos, & aures dedit, diſciplinam intellectus repleuit illos. 118.2.b 120.2.e
29.30 Neq; enim omnia poſſunt eſſe in hominibus,&c. 25.2.e
C.20.32 Sapiẽtia abſconſa,& theſaur⁹ inuiſus,&c. 150.2.d
C.21.29 In corde ſapientium os illorum,&c. 119.1.c
C.23.24 Homini fornicario omnis panis dulcis. 159.1.e
C.24.7 Thronus meus in columna nubis. 149.2.a
C.27.12 Homo ſanctus in ſapiẽtia manet ſicut Sol.473.1.b
C.30.7 Pro animab. filiorum colligabit vulnera ſua, &c. 45.1.d
C.39.19. Florete flores quaſi lilium,&c. 427.1.b
C.43.8 Luminare quod minuitur ĩ cõſũmatione. 473.1.a
C.44.19. Teſtamenta ſæculi depoſita ſunt,&c. 145.2.c
C.47.1 Surrexit Nathan Propheta in diebus Dauid.3.2.a 54.1.c
2 Sicut adeps ſeparatus à carne,&c. 6.2.a
13 Domin⁹ purgauit peccata ipſi⁹,&c. 16.2.e,553.2.a
14 Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus,&c. 8.1.b
15 Quemadmodũ eruditus es in iuuentute tua. 53.1.2,87.1.a
16 Impletus es quaſi flumen ſapientia. 110.2.d
Terram retexit anima tua. 113.2.e,234.2.c,236. *16
Repleſti in comparationibus ænigmata. 113.2.e *17 236.1.e
Diuulgatum eſt nomen tuum,& dilectus es in pace tua. 231.144.1.c,14.1.e,416.1.b *17
Miratæ ſunt turbæ,&c. 399.1.b 19
Collegiſti quaſi aurichalcum aurum,&c.236.1.e & 2.b,509.2.c *20
Inclinaſti femora tua mulieribus. Poteſtatem habuiſti in corpore tuo. 488.1.c,& 490.2.d 21
Dediſti maculã in gloria tua &c. 489.1.c,572 2.c 22
Profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam,&c. 489.2.b,499.2.b,556.2.d.495,1.e *22
Deus non derelinquet miſericordiã,&c. 564.1.d 24
Et finem habuit Salomon,&c. 562.1.c 26
Dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo,&c. 536.1.a 27
Imminutus a prudentia,&c. 553.1.d,572.2.e 28
Præter Dauid,& Ezechiam, & Ioſiam peccatum commiſerunt,&c. 563.2.d C.49.5
Cùm adhuc iunior eſſem,priuſquã oberrarẽ, &c. 87.1.d,93.2.e,132.1.b 19
Vſque in nouiſſimis inquiram illam,&c. 91.2.a 19
Colluctata eſt anima mea in illa. 92.2.b 25
Manus meas extendi in altum,&c. 89.1.e 26
Operamini opus ante tempus,&c. 88.2.e 28
Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam. 119.2.e 30
Modicum laboraui & inueni,&c. 91.2.a,94.2.d 35.38

Iſaias.

Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, &c. 366.2.c,372.2.b C.1.3
Principes Sodomorum. 485.2.c 10
Ciuitas fidelis,plena iudicii,&c. 443.1.b 21
Pupillo non iudicant,&c. ibid. 23
Sion in iudicio redimetur. 460.2.b 27
Erit præparatus mons dom⁹ Domini,&c.299.1.c 301.1.a,317 C.2.2
Venite & aſcendamus ad montem Domini,&c. 149.1.c 3
Conflabunt gladios ſuos in vomeres,&c. 134.2.b 245.2.d 416.2.c 4
Repleta eſt terra argento & auro,&c. 514.2.e 7
Quieſcite ab homine,cuius ſpiritus in manib.eius eſt. 270.2.c 22
Auferam fortem. 390.2.a C.3.2
Ruina autem hæc ſub manu tua,&c. 112.2.a 5.8
Stat ad iudicandum Dominus. 384.2.c 13
Tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos. 292.1.b C.4.1
Quid eſt quod debui vltrà facere,&c. 499.1.d C.5.4
Vocabitur nomen eius Emanuel. 47.2.e C.7.14
Dominus exercituum qui habitat,&c. 317.1.b C.8.18
Primo tpe alleuiata eſt terra Zabulõ,&c. 520.1.b C.9.1
Paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis. 445.2.b 6
Multiplicabitur eius imperium,&c. 277.1.b 7
Super ſolium Dauid & ſuper regnum,&c.278 1.b 7
Agitabit manũ ſuã ſuper montẽ,&c. 317.1.b,2.a C.10.32
Egredietur virga de radice Ieſſe. 460.2.c C.11.4
Erit iuſtitia cingulum lumborum eius. 280.1.b 533.1.d 5
Qui dicebas in corde tuo:in cęlum conſcendam, &c. 300.2.e C.14.12.13
Sicut excuſſio oleæ duarum vel trium oliuarum, &c. 130.1.e C.17.6
Væ terræ cymbalo alarum,quæ eſt trans flumina, &c. 188.1.e C.18.5
Surgite principes,arripite clypeum. 284.1.a C.21.5
Parietem nudauit clypeus. 359.2.e C.22.6
Et reuelabitur operimentum Iudæ,&c. 358.1.e 8
Onus Tyri vlulate naues maris,&c.101.1.c.205.1.b C.23.1

8 Negotiatores principes terræ. 242.1.a
10 Filia maris non eſt cingulum vltra tibi. 181.2.d
C.24.8 Dulcedo citharæ. 281.2.a
15 In doctrinis glorificate Deum. 146.2.c
21 Viſitabit Dominus ſuper malitiã cæli,&c. 353.1.c
C.25.5 Propaginem fortium marceſcere facies. 521.1.b
C.26.19 Viuent mortui tui &c. 275.1.c
C.27.7 Numquid iuxta plagam percutientis,&c. 564.1.d
8 In menſura contra menſuram,&c. ibidem
C.28.9 Quem docebit ſcientiam,&c. 150.1.b
14 Audite verbum Domini,viri illuſtres,&c. 125.2.c
C.29.12 Reſpondebit,Non poſſum,ſignatus eſt enim.383 1.b
15 Si reuertamini,& quieſcatis,&c. 514.1.c
C.30.32 Erit tranſitus virgæ fundatus,&c. 563.1.d
C.31.1 Væ qui deſcendunt in Aegyptum. 514.1.d
C.31.8 Iuuenes eius vectigales erunt. 241.1.c
9 Dominus cuius ignis eſt in Sion,&c. 434.1.c
C.32.5 Non vocabitur vltra is,qui inſipiens eſt,&c. 101. 2.c
8 Princeps ea quæ digna ſunt principe cogitabit. 437.2.a
17.19 Erit opus iuſtitię pax & cuſtos iuſtitię,&c. 525.2.c
C.33.16 Iſte in excelſis habitabit,&c. 149.2.b
C.34.4 Tabeſcet omnis militia cælorum. 351.1.c
C.35.1 Exultabit ſolitudo,&c. 260.2.d
C.38.2 Conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietẽ, &c. 353.2.c
19 Pater notam faciet filiis veritatem. 53.2.a
C.39.2 Lætatus eſt autem ſuper eis, &c. 406.1.b
C.40.3 Vox clamantis in deſerto, &c. 286.2.b
4 Omnis Vallis exaltabitur, &c. 478.2.b
12 Cælos palmo ponderauit. 330.1.a
C.41.2 Reges obtinebit. 464.2.a
3 Tranſibit in pace,ſemita in pedibus eius,&c. 184. 2.a
7 Confortauit eum clauis,&c. 320.2.b
C.42.1 Non clamabit, neque accipiet perſonam,&c.551. 2.b
C.44.2 Noli timere ſerue meus Iacob,&c. 97.2.c
19 Medietatem eius combuſſi igni,&c. 499.1.b
C.45.1 Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro. 67.1.c, 280.2.c
2 Glorioſos terræ humiliabo. 279.1.a
8 Rorate cæli deſuper, &c. 464.1.b
15 Verè tu es Deus abſconditus,&c. 5.2.a,202.1.c
C.49.14 Ecce in manibus meis ſcripſi te,&c. 329.2.d
Leua in circuitu oculos tuos,& vide,&c. 296.1.b
19 His omnibus velut ornamento veſtieris,&c. 533. 1.d
23 Vultu in terram demiſſo adorabũt te,&c. 465.1.a
C.50.4 Dominus dedit mihi linguam eruditam,&c. 269. 2.c,463.2.d
C.52.7 Quàm pulchri ſuper montes pedes,&c. 461.2.d
C.54.11 Ego ſternam per ordinem lapides tuos. 327.2.b
17 Omne vas quod factum eſt,&c. 80.2.d
C.55.1 Qui non habetis argẽtum,properate,&c.314.1.b
C.56.7 Adducã eos in montẽ ſanctum meũ,&c. 301.2.d
7 Domus mea,domus orationis vocabitur,&c.343. 2.a
C.57.1 Viri miſericordiæ. 555.2.c
5 Qui conſolamini in Diis, &c. 598.2.c
8 Poſt oſtium & retro poſuiſti memoriale tuum. 500.2.b
8 Iuxta me diſcooperuiſti & ſuſcepiſti adulterum, &c. 554.1.c
C.58.14 Suſtollam te ſuper altitudines terrę. 272.1.c
C.59.12 Peccata noſtra reſponderunt nobis. 9.1.b
C.60.4 Filij tui de longè venient &c. 296.1.b
5 Quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, &c. 275.1.b
14 Et venient ad te curui filij eorum. 466.1.d

Occupabit ſalus muros tuos. 48.1.c 18
Eo q vnxerit me,vt mederer cõtritis,&c. 283.2.d C.61.1
Gaudens gaudebo in Domino, &c. 281.1.c 10
Quaſi ſponſum decoratum corona. 254.2.c 20
Qui reminiſcimini Dñi ne taceatis,&c. 385.1.d C.62.2
Habitabit iuuenis cum virgine. 492.1.a 5
Ecce merces eius cum eo,&c. 527.2.a 11
Miſerationum Domini recordabor. 296.2.d C.63.7
Quęſierunt me qui antea non interrogabant.105 1.c C.65.1
In quo qui benedictus erit,&c. 464.2.c 16
In hortis comedebant carnem,&c. 499.1.c C.66.17
Adducent oẽs fratres veſtros,&c. 64.1.c,373.2.b 20

Ieremias.

Nec timere te faciam vultum eorum,&c. 298.2.c C.1.17
Maculata es in iniquitate tua. 226.1.b C.2.22
In alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperũ. 499.1.d 34
Amodo voca me Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. 289.2.d,491.2.c C.3.4
Vt quid mihi thus de Saba,&c. 396.1.c C.6.20
Nolite confidere in verbis mendacij,&c.302.1.c, 345.1.2, 347.2.c C.7.4
Templum Domini, Templum Domini, Templũ Domini eſt. 302.1.c 4.5.6
Topheth,quæ eſt in valle filij Ennom. 497.2.a 31
Et aurum de Ophaz. 157.2.c,222.1.c,224.1.a C.10.9
Oliuam vberem pulchrã fructiferam,&c. 296.1.a C.11.16
Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri,ſic agglutinaui,&c. 487.2.a 11
Non parcam,& non concedam,&c. 466.2.d C.13.14
Peccatũ Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo, &c. 226.1.b 1
Solium gloriæ altitudinis,à principio,&c. 277.2.c 302.1.b C.17.12
Si pœnitentiam egerit à malo ſuo, &c. 109.a C.18.8
Dereliquerunt me,& alienũ fecerũt, &c. 485.1.c C.19.4
Repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum. 505.1.b 5
Phaſſur miſit Ieremiam in neruum,&c. 339.1.b C.20.2
Non flectetur, neque parcet,&c. 466.2.c C.21.7
Scribe virum iſtum ſterilem,&c. 81.1.a C.22.30
Non erit de ſemine eius vir,&c. 542.2.b 30
Regnabit rex & ſapiens erit,&c. 460.1.c C.23.8
Vſquequò deliciis diſſolueris filia vaga?&c. 89. 1.2 C.31.22
Amicietur terra Aegypti,&c. 533.1.c C.43.11
Vitula elegans,atque formoſa Aegyptus,&c. 265. 2.d C.46.20
Confuſa eſt Moab à Chamos,&c. 502.1.b C.48.13
Calix aureus. 220.2.d C.51.7
Mons peſtifer. 501.1.a 25
Princeps Prophetiæ. 387.2.d 59

Threni.

Ciuitas plena populo. 98.2.b C.1.1
Firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis. 288.1.b C.2.4
Mutatus eſt color optimus. 226.1.c C.4.1
Amicti auro primo. 222.1.b 2
Rubicundiores ebore antiquo. 215.2.d,420.1.c 7
Sapphiro pulchriores. 412.2.a 7
Aegypto dedimus manum. 81.1.d C.5.6

Baruch.

Gigantes ſtatura magna,&c. 390.1.a C.3.26
Videbitis in Babylonia Deos aureos,&c. 491.1.c C.6.3
Mulieres eorum decerpentes,&c. 492.1.c 27
Quia mulieres apponunt Diis argenteis,&c.ibid. 29

Ezechiel.

Ezechiel.

C.1.4 Et ſplendor in circuitu eius,&c. 413.1.c
6 Quatuor facies vni. 414.1.a
13 Similitudo animalium & aſpectus eorum, &c. 274.2.d
C.3.1 Comede volumen iſtud,&c. 109.2.c
5.6 Non ad populum profundi ſermonis,&c. 118.2.e
8 Vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuam. 328. 2.c
20 Si iuſtus fecerit iniquitatem, non erit memoria, &c. 385.1.d
5 Ego dedi tibi annos iniquitatum eorum, &c. 495.1.c
C.5.5 Iſta eſt Ieruſalem, in medio gentium poſui eam. 353.2.c, 509.2.b
C.6.2 Montes Iſrael audite verbũ Domini, &c. 497.1.c
C.8.16 Introduxit me in atrium domus Domini, &cæt. 342.2.c
16 Dorſa habentes contra Templum, 501.1.e
C.9.4 Signa Thau ſuper frontes. 383.1.b
C.16.3 Radix tua de terra Chanaam. 489.2.c
4 Quando nata es in die ortus tui, non eſt præciſus vmbilicus tuus,&c. 42.1.d
5 Proiecta es ſuper faciem terræ,&c. 42.2.c
8 Ecce tempus tuũ tempus amantium,&c. 265.2.e
10 Veſtiui te diſcoloribus,&c. 258.1.b, 293.2.e, 294.1.d
13 Similam & mel & oleum comediſti,&c. 259.1.d
13 Profeciſti in regnum. 80.2.e
17 Feciſti tibi imagines maſculinas,&c. 491.2.b
44 Omnis qui dicit vulgo prouerbium,&c. 126.1.c
49 Superbia, ſaturitas panis,& abũdãtia,&c. 479.1.c
C.17.18 Spreuerat iuramẽtũ vt ſolueret fœdus,&c. 81.1.d
C.18.8 Iudicium verum. 97.2.d
C.20.24 Poſt idola patrum ſuorum. 481.2.a
29 Qui eſt de excelſũ, ad quod vos ingredimini,&c. 496.2.d
49 Numquid nõ per parabolas loquitur iſte? 126.2.b
C.21.28 Mucro, vt interficias & fulgeas. 352.2.a
C.23.19 Dedit fornicationes ſuas ſuper filios,&c. 481.1.d
C.25.16 Interficiam interfectores. 62.1.d
C.26.15 A ſonitu ruinæ tuæ,& gemitu interfectorum,&c. 191.1.c
C.27.3 Dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, &c. 191.1.d
9 Omnes naues maris & nautæ earum,&c. ibid.b
12 Carthaginenſes negotiatores tui,&c. ibid.a
14 Equos & equites adduxerunt,&c. 373.1.d
22 Venditores Saba,& Reema,&c. 495.2.c
22 Negotiatores tui cum vniuerſis primis aromatibus,&c. 242.1.e
C.28.5 In multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicaſti,&c. 236.2.e
C.33.25 Oculos veſtros leuatis ad immũditias,&c. 482.2.a
C.40.2 Diuiſit me ſuper montem excelſum, ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis,&c. 300.1.d
Menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno, &c. 333.1.a
20 Thalami portæ ad Orientem,&c. 339.2.d
39 In veſtibulo portæ duæ menſæ hinc,&c. ead.1.d
43 Menſæ ad holocauſtum, ſuper quas ponant, &c. 320.2.d
46 Qui excubant ad miniſterium altaris. 343.1.a
47 Menſus eſt atrium longitudine centũ,&c. 340.2.c
49 Statuit duas colũnas in porticu tẽpli,&c. 347.2.b
C.41.3 Introgreſſus intrinſecus menſus eſt in fronte,&c. 344.1.c
10 Oſtium lateris ad orationem,&c. 342.2.d
16 Limina & feneſtras obliquas, & ethecas in circuitu,&c. 333.1.d
Feneſtræ clauſæ vſque ad domum interiorem. 327.2.d 16
Trium cubitorum altitudo,&c. 346.2.c 22
Hæc eſt menſa coram Domino. 324.2.a 22
Erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora, &c. 342.1.a C.42.5
Peribolum atrij in faciem ædificij ſeparati, &c. ead.2.b 10
Eduxit me,& menſus eſt eam,&c. 333.1.b 16
Per quatuor ventos menſus eſt murũ,&c. 335.1.b 338.1.b 20
Filij hominis locus ſolij mei,&c. 302.2.b C.43.7
Figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus,&c. 319.2.e 11
Iſta eſt lex domus in ſummitate montis. 319.2.d 332.2.d 12
Omnis finis eius in circuitu Sanctum Sanctorũ, &c. 302.1.a 12
Erit ex omni parte ſanctificatum,&c. 335.1.b C.45.2
Eduxit me in atrium exterius,&c. 337.2.c C.46.21.20
Iordanis determinans ad mare Oriẽtale. 170.2.c C.47.18

Daniel.

Decoros forma & eruditos omni ſapientia, &c. 116.2.b, 122.2.b C.1.4
Ipſe Deus dat ſapientiam ſapiẽtibus,&c. 106.2.c C.2.21
Statura ſublimis. 331.1.a 31
Caput ex auro optimo erat. 222.1.c 32
Tu rex regum es,& Deus cæli, regnũ,&c. 248.1.a 37
Hoſtias & incenſum præcepit, vt ſacrificarentur ei. 388.1.c 46
Neque facies tua immutetur. 331.1.a C.5.10
Mane, Thecel Phares. 382.2.d 25
Ingreſſus domũ ſuã feneſtris apertis,&c. 353.2.d C.6.10
Impudens facie, & intelligẽns propoſitiones. 133.2.a C.8.23
Renes eius accincti auro obrizo. 222.1.c C.10.5
Semen Chanaam, & non Iuda. 489.2.c

Oſeas.

Sume tibi vxorem fornicationum,&c. 19.2.c 23.1.e C.1.2
Saluabo eos in Domino Deo ſuo,&c. 514.2.a 7
Argentum multiplicaui eis,&c. 512.1.e C.2.8
Fodi eam mihi quindecim argenteis,&c. 251.2.e C.3.2
Subtus quercum & populum,&c. 500.1.a C.4.13
Iudicia tua tanquam lux egredientur. 443.1.a 451.1.a C.6.5
Miſericordiam volo,& non ſacrificium. 556.1.a 6
Quaſi participes ſacerdotum. 362.2.c 9
Principes regnauerunt,& non ex me. 58.1.d 61.1.b C.8.4
Principes extiterunt. 158.2.c 4
Et ego quaſi nutritius Ephraim,&c. 42.1.c C.11.3
In funiculis Adam traham eos,&c. 520.2.b 4
In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. 53.2.d 460.1.b, 533.1.c C.12.10
Altaria eorum ſicut acerui,&c. 500.2.d 11
Perditio tua Iſrael. 501.1.a C.13.9
Ero quaſi ros Iſrael, &c. 464.1.b C.14.6

Ioel.

Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum, &c. 373.1.c C.2.4
Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes. 342.2.d 17
Filij Sion exultate,& lætamini,&c. 463.2.c 23
Venundabunt eos Sabæis,&c. 397.2.c, 496.1.c C.3.8
Vallis conciſionis. 224.1.c 14

Amos.

Amos.

C.2.7 Qui conterunt ſuper puluerem terræ. 467.1.d
C.3.15. Percutiam domum hiemalem,&c. 256.2.d
C.6.4 Laſciuitia in ſtratis veſtris. 309.2.d
C.7.1 Ecce fictor locuſtæ,&c. 463.2.b

Ionas.

C.1.2 Deſcendit in eam, vt ires in Tharſis. 206.1.d
In c.2. Notationes. 375.2.b
1 Fuit Ionas in ventre piſcis,&c. 176.1.b
3 Clamaui de tribulatione mea. 178.1.b
4 Et proiecisti me in profundum. 177.1.b
5 Et ego dixi, Abiectus ſum a conſpectu,&c. ibid.b
5 Pelagus operuit caput meum. 170. 1.d, 171. 2.c
6 175.2.c
7 Circumdederunt me aquæ,&c. 177.1.c
9 Ad extrema montium deſcendi. ibidem.c
9 Qui cuſtodiunt vanitates,&c. 555.2.c
11 Dixit Dominus piſci,& euomuit Ionam. 177.2.a
C.4.10 Tu doles ſuper hederam. 466.2.c

Nahum.

C.1.3 Nebulæ puluis pedum eius. 465.1.d
C.2.3 Clypeus eius ignitus. 410.2.b
3 Agitatores conſopiti ſunt. 325.2.c
C.3.2 Vox flagelli,& vox impetus rotæ. 373.2.a
8 Alexandria populorum. 326.2.d
17 Cuſtodes hi quaſi locuſtæ. 370.1.b

Habacuc.

C.1.14 Quaſi piſces maris,& quaſi reptile. 137.1.c
C.2.6 Loquelam ænigmatum. 525.1.a
C.3.8 Quadrigæ tuæ ſaluatio. 412.1.c

Sophonias.

C.1.2 Congregabo omnia à facie terræ. 171.2.a
11 In voluti argento. 314.1.b
8 Viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. 425.1.c, 486.1.d
C.2.1 Gens non amabilis. 5.2.a, 354.1.d, 362.2.d
5 Væ qui habitatis funiculum maris. 63.2.e
C.3.9 Vt inuocent omnes in nomine Domini. 315.2.c
9 Seruiant ei humero vno. 362.2.c
Silebit Deus in dilectione ſua,&c. 553.2.a

Aggeus.

C.1.2 Hæc ait Dominus exercituum. Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. 303.2.b

Zacharias.

C.2.12 Poſſidebit Dominus partem ſuam in terra, &c. 350.1.2
C.3.1 Satan ſtabat à dextris eius,&c. 523.2.e
7 Si cuſtodiam meam cuſtodieris,&c. 390.1.b
C.4.2 Candelabrum aureum totum,& lampas eius, &c. 284.2.e
12 Suffuſoria ex auro. 220.2.c
C.5.6 Hæc eſt oculus illorum in vniuerſa terra. 554.1.b
C.6.12.13 Ipſe ædificabit templum Domino,&c. 345.1.a
C.8.19 Ieiunium erit in gaudium. 281.2.b
C.9.13. Extēdi mihi Iudam quaſi arcum, 275.2.c, 377.2.b
C.11.1 Comedet ignis Cedros tuas,&c. 357.1.d
C.14.4 Stabunt pedes eius ſuper montem,&c. 501.2.c
Quod ſupra frænum equi eſt, ſanctum Domino. 157.1.c 20

Malachias.

Lex veritatis. 97.2.d C.2.6
In pace & in æquitate. 278.2.e 6
Habuit filiam Dei alieni. 491.2.e 11
Tunc loquuti ſunt timentes Dominū,&c. 385.1.c C.3.16

Lib. 1. Machabæorum.

Alexander egreſſus de terra Cethim,&c. 183.2.b C.1.1
Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, &c. 298. 1.b 41.42
Expanderunt libros legis, de quibus ſcrutabantur gentes,&c. 498.1.c C.3.48
Aſcenderūt in montem Sion,&c. 317.1.c, 435.1.d C.4.37
Viderunt in atriis virgulta nata,&c. 334.2.c 38
Et ornauerunt faciem templi coronis aureis,&c. 301.1.c 57
Renuntiatum eſt Ionathæ & Simoni,&c. 254.2.c C.9.37
Statuerunt ei libertatem, & deſcripſerunt, &c. 333.1.e C.14.26
Scripturam iſtam dixerant ponere,&c. ibidem 48

Lib. 2. Machabæorum.

Apparebit maieſtas Domini,&c. 351.2.d C.2.8
Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. 354.2.d 12
Et templo, quod per vniuerſum mundum honoratur,&c. 298.1.c C.3.12
Apparuerunt duo iuuenes virtute decori,&c. 110. 2.c 26
Neſcio qualiter ī vtero meo apparuiſtis,&c. 29.1.b C.7.22
Fili mi miſerere mei, quę te in vtero nouem menſibus portaui. 45.1.c, 49.2.e 27
Inuenerunt ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum. 15.1.b C.12.40
Verecūdum viſu, modeſtum, moribus & eloquio decorum. 268.2.d C.15.12

Matthæus.

Dauid genuit Salomonē ex ea q̄ fuit Vriæ. 21.2.c C.1. 6
Ozias autem genuit Ioatham,&c. 538.2.d 9.
Ab Abraham vſque ad Dauid generationes quatuordecim. 475.1.d 17
Vocabis nomen eius Ieſum. 47.2.c 21
Si ſal infatuatum fuerit,&c. 557.2.b C.5.13
Iota vnū aut vnus apex nō præteribit,&c. 301.1.d 18
Qui ſolem ſuum oriri facit, &c. 180.2.d 45
Adueniat regnum tuum. 471.1.b C.6.10
Nemo poteſt duob. dominis ſeruire,&c. 508.2.c 14
Conſiderate lilia campi,&c. 429.1.c 28
Dico enim vobis, quia nec Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt ſicut vnum ex iſtis. 424.2.d 29
Nolite ſoliciti eſſe, dicentes, quid manducabimus,&c. 430.1.c 31
Quærite primum regnum Dei,& hæc omnia adijcientur vobis. 91.1.d, 95.2.c 33
Erat docens ſicut poteſtatem habens,&c. 126.1.b C.7.29
Pax huic domui, pax veſtra reuertetur ad vos. 465.1.d,e C.10.13
Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum,&c. ead.2.a 15
Nolite timere eos qui occidūt corpus,&c. 563.1.b 28
Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. 428.1.b C.11.8
Venite ad me omnes qui laboratis,&c. 16.1.c 28
Ex abundantia cordis os loquitur. 263.1.2 C.12.34

Regina

42 Regina Auſtri ſurget in iudicio, quia venit à finibus terræ, &c. 144.2.d, 396.1.a, 398.1.b
42 Ecce plus quàm Salomon hic. 452.2.d
C.17.2 Veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. 427.1.e
C.19.28 Cum ſederit filius hominis, &c. 361.2.d
C.21.25 Cogitabant inter ſe dicentes: Si dixerimus, è cælo, &c. 123.1.e
C.22.12 At ille obmutuit, &c. ligatis manibus, & pedibus, &c. 450.2.e
C.24.30 Videbunt filium hominis venientem, &c. 416.2.d
C.25.1 Exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. 254.2.b
6 Media nocte clamor factus eſt, &c. ead.1.a
26 Si dixerimus, è cælo, dicent nobis, &c. 523.1.e

Marcus.

C.11.16 Et non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum. 336.2.e
Domus mea, domus orationis vocabitur, &c. 335.2.a
28 In qua poteſtate hæc facis, & quis dedit tibi hanc poteſtatem? 526.1.e

Lucas.

C.1.14 Multi in natiuitate eius gaudebunt 44.2.d
13 Exaudita eſt deprecatio tua. 26.1.e
29 Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. 123.1.e
31 Vocabis nomen eius Ieſum. 47.2.e
32 Et dabit Dominus Deus ſedē Dauid, &c. 462.2.b
36 Menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis. 34.2.d
56 Vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. 48.1.d
C.2.21 Poſtquam impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, &c. 46.1.e
C.3.5 Omnis vallis implebitur, &c. 178.2.b
5 Et aſpera in vias planas. 178.2.c
C.4.18 Propter quod vnxit me euangelizare, &c. 281.1.a
22 Mirabantur in verbis gratiæ, &c. 269.2.b
C.7.30 Scriba doctus in regno cælorum. 383.2.e
C.8.15 A ſollicitudinibus & diuitijs, &c. 475.1.d
C.10.26 In lege quid ſcriptum eſt? &c. 383.2.e
41 Turbaris erga plurima. 475.1.e
C.11.2 Adueniat ſpiritus ſanctus tuus, &c. 471.1.b
C.12.3 Prædicabitur in tectis. 133.2.c
C.14.28 Sedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt. 161.1.e
C.15.13 Peregre profectus eſt in regionē longinquā. 86.1.e
C.20.2 In qua poteſtate & hæc facis? &c. 126.1.e
C.21.2 Vidua pauper plus omnibus miſit, &c. 315.2.d

Ioannes.

C.1.46 A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? 520.1.c
C.2.19 Soluite templum hoc, &c. 454.1.e
C.4.22 Nos adoramus quod ſcimus. 300.1.b
C.5.22 Nec enim pater iudicat quemquam. 460.1.d
C.6.45 Omnis qui audiuit & didicit à Patre, &c. 144.1.b
C.7.46 Nunquam ſic loquutus eſt homo. 269.2.b
C.8.6 Inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. 551.2.d
56 Vidit diem meum, & gauiſus eſt. 144.2.c
C.12.20 Erant quidam Gentiles ex his qui aſcenderant vt adorarent, &c. 335.2.c
C.16.21 Iam non meminit preſſuræ propter gaudiū. 44.2.d
C.18.20 Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo. 384.1.e

Actus Apoſtolorum.

C.2.29 Quoniam defunctus eſt, & ſepultus, &c. 574.2.c
De fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius. 543.2.d 30
Eruditus eſt Moyſes omni ſapientia. 129.1.c, 147.1.e C.7.22
Vos ſcitis quomodo abominatum ſit, &c. 282.2.d, 354.1.d C.10.28
Vnxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute. 282.2.e 38
Exiſtimabat ſe viſum videre. 106.2.d C.12.9
Segregate mihi Saulum & Barnabam. 7.1.e C.13.2
Suſcitauit illis Dauid regem, &c. ibid.b 22
Ignoto Deo. 5.1.a C.17.27
Attendite vobis & vniuerſo gregi, &c. 502.1.e C.20.28
Quam acquiſiuit ſanguine ſuo. 252.2.c 28
Viri Iſraelitæ, adiuuate. Hic eſt homo, &c. 335.2.c C.21.26

Epiſtola ad Romanos.

Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. 489.1.d, 492.2.b C.1.26
Parentibus non obedientes, &c. 437.2.e 31
Tribulatio & anguſtia in omnem animam, &c. 521.1.e C.2.9
Et emortuam vuluam Saræ. 38.1.a C.4.19
Sentio in membris meis aliam legem, &c. 488.2.d C.7.13
Quia & ipſa creatura liberabitur, &c. 464.1.a C.8.21
Rebecca ex vno concubitu, &c. 31.1.c C.9.10
Nō in comeſſationibus & ebrietatib. &c. 506.1.b 13
Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiū, &c. 461.2.c C.10.15
Regnum Dei non eſt eſca, &c. 278.1.d C.14.17

I. *ad Corinthios.*

Perdam ſapientiam ſapientium, &c. 383.1.e C.1.19
Quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. 476.2.d 28
Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, &c. 132.1.e C.3.10
Ego autem vobis parco. 536.1.d C.7.28
In ſpe fructus percipiendi. 284.2.a C.9.10
Debet mulier poteſtatem habere, &c. 267.2.b, 488.2.a C.11.10
Vir, ſi comam nutriat, ignominia eſt ei. 369.2.b 14
Capilli pro velamine ei dati ſunt. 256.2.d 15
Si noſmetipſos dijudicaremus, &c. 553.2.b 31
Diuiſiones verò, gratiarum ſunt, &c. 294.1.e C.12.4
Diſcretio ſpirituum, genera linguarū, &c. 110.1.c 10
Non enim permittitur eis loqui, &c. 390.1.e C.14.34
Cum tradiderit regnum Deo & Patri 277.2.d C.15.24
Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. 417.1.b 51

II. Ad Corinthios.

Fidelis Deus, quia ſermo noſter, &c. Dei enim filius Ieſus Chriſtus, &c. 466.2.d C.1.18.19
Deo autem gratias qui ſemper triumphat, &c. 274.1.d C.2.14
Mortificationem Ieſu Chriſti in corpore, &c. 271.1.a C.4.10
Ecce enim ſecundum Deum contriſtari vos, &c. 87.1.b C.7.11
Obſecro per manſuetudinem & modeſtiā Chriſti, &c. 273.1.c C.10.1

Ad Galatas.

Inſtruite in lenitate. 67.2.c C.6.1

Ad Epheſios.

Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, &c. 470.2.c C.1.3
Ipſe &c. eſt pax noſtra. 453.1.a C.2.14
Qui fecit vtraque vnum. 251.1.e 14

20 Fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.
112.2.c
C.5.5 Fornicator aut auarus, qui eſt idolorum ſeruitus.
490.2.c,508.1.a
27 Exhibuit ſibi ipſe glorioſam Eccleſia,&c. 289.2.b

Ad Philippenſes.

C.1.8 Teſtis mihi eſt Deus quomodo cupiã omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. 487.2.c
C.2.6 Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. 61.2.d
10 In nomine Ieſu omne genu flectatur. 277.2.d

Ad Coloſſenſes.

C.2.9 In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 113.1.c,& 2.d,277.2.d,284.2.d,303.1.a
15 Spolians principatus & poteſtates,&c. 269.2.b
C.3.5 Fornicationem,immunditiam,libidinem,&c.
490.2.c
15 Grati eſtote. 269.1.b
C.4.6.4 Sermo veſter ſemper ſit in gratia,&c. ibid.c

Ad Theſſalonicenſes. I.

C.4.17 Rapiemur obuiam,&c. 295.1.c
C.5.23 Ipſe Deus pacis ſanctificet vos,&c. 488.2.c

Ad Timotheum. I.

C.2.11 Mulier in ſilentio diſcat,&c. 125.2.d,290.1.c

Ad Titum.

C.3.9 Stultas autem genealogias,&c. 384.1.b

Ad Hebræos.

C.1.1 Multifariam,multiſque modis,&c. 533.1.c
8 Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. 277.2.a
C.2.8 Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. 101.1.c
10 Decebat eum qui multos filios in gloriam adduxerat,auctoremque ſalutis,&c. 261.1.b
14 Qui communicauerunt carni & ſanguini. 284.1.e
C.3.14 Participes effecti ſumus,&c. ibid.c
C.4.13 Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. 74.a
C.5.4 Nec quiſquam ſumit ſibi honorem,&c. ead.2.a

Interiora velaminis. 285.1.a C.6.20
Qui de alia tribu eſt. 284.1.c C.7.13
Plures facti ſunt reges,ideò,&c. 278.1.d 23
Tabernaculum quod dicitur Sancta Sanctorum, C.9.4
&c. 345.2.d
In qua,vrna aurea habẽs manna,& virga Aaron, 4
&c. 351.2.b
Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, 12
&c. 303.1.d

Epiſtola Iacobi.

Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens, &c. C.3.15
144.1.c
Quæ de ſurſum eſt ſapientia pudica. 102.1.b 17

Prima Petri.

Regale ſacerdotium,gens ſancta. 66.2.c C.2.9
Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans.
47.1.c,291.1.a

Secunda Petri.

Doctas fabulas, 125.1.c C.1.16
Oculos habentes plenos adulterij,&c. 491.1.b C.2.14

Epiſtola Ioannis. I.

Omne quod eſt in mundo,Concupiſcentia carnis C.2.16
eſt,&c. 476.2.d
Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere. 445.2.b C.4.3
Nos ergo diligamus Deum, &c. 290.2.e 19

Apocalypſis.

Tenentes doctrinam Balaam, qui docebat, &c. C.2.14
485.2.e
Et in circuito throni. 555.2.d C.5.13
In conſpectu throni eius ſunt. ibid. C.7.11
Accipe librum,& deuora illum,&c. 109.2.c C.10.9
Atriũ quod eſt foris tẽplum,eijce foras. 335.1.d C.11.2
Mercatores tui erant principes terræ. 236.2.e C.18.23
Audiui quaſi vocem turbæ magnæ,&c. 264.2.a C.19.6
Beati qui ad cœnam nuptiarum vocati ſunt. 9
258.2.b
Et ſeducet gentes,quæ ſunt,&c. 205.2.e C.20.7
Tabernaculum Dei cum hominibus,&c. 302.2.d C.21.3
Ciuitas in quadro poſita. 330.1.a 16

INDEX III.

VOCVM SIMPLICIVM HEBRAIC. GRAEC. LATIN.
& aliarum Scripturæ intelligendæ Phraſium, & Regularum.

א

אבד Perire, pendere. 218.1.c
אביון Inops, pauper. 466.2.d
אבוסים Boues ſaginati. 366.2.c
אבב Dolore & mœrore intabeſcere. 218.1.b
אדם Rubrum. 419.2.d
אדן אדון Dominus. 112.2.b
אדנין אדני Deus. 291.1.b
אהב Amare, diligere. 103.2.b, 282.1.e, 440.2.c, 487.2.b
אהל Extendere. 286.1.e
אהלות Aloe, gutta. 286.1.c
אוה Concupiſcere. 290.2.d
און Dolor, iniquitas. 104.1.c
אופיר Ophir, aurum. 226.1.a
אופז Aurum. ead. 2.d. 222.1.a
אוצר Theſaurus. 235.1.b, אוצרים Theſauri. 146.2.b
אור Doctrina, ignis. 220.2.e, aurem. 136.1.e
אזוב Hyſſopus. 136.1.c
איתן Durum, forte eſſe. 349.1.c
אל Particula priuatiua. 218.2.b
אלמגים. אלגומים Ligna thyina. 227.2.e
אלון מורה Quercus doctoris. 147.1.c, 498.2.c
אלה Deus. 280.2.d
אלם Siue אולם Porticus, veſtibulum. 343.2.c
אם Mater familias. 288.1.e
אמן Credere, fidelem eſſe. 97.2.c, 288.1.e
אמר Dicere, edicere. 176.2.e, 263.2.e
אנוש Vir. 563.1.c, אנשים. Homines. 404.1.e
אסף Concilium. 338.2.c
אפירן Lectus genialis. 299.2.d, 370.2.b
אפף Circundare, circumrotare. 371.2.d
ארגמן Purpura. 274.2.a
ארה Colligere. 372.2.a
ארז. ארזים Cedrus. 135.2.d, 325.2.b
ארות Præſepia. 332.2.a
אריות Leones, Leænæ. 433.2.b
ארך Permanere, prolongare. 464.1.a
אשר Benedicere, magnificare. 470.2.b

ב

בהמה Iumentum. 137.1.a
בוא Adducere, venire facere. 245.1.a, introducere. 256.1.e
בול Truncus. 499.2.b
בחר Eligere, procerum eſſe. 424.1.b
בין Intelligere, cognoſcere. 99.1.d. 112.1.c
ביתן Nemus, hortus delicioſus. 185.1.a
במה Fanum, excelſum. 496.2.b
בנה Aedificare. 310.1.c
בעל Baal, Dominus, maritus. 491.2.d
בעלת Baalath ciuitas. 379.1.d
בקר Vacca, bos. 366.2.b
בקש Quærere. 7.1.a
בר Frumentum, filius. 469.2.b
ברא Impinguare. 367.1.d, ברי Delicatiſſima, & lectiſſima auis. ibid.
ברבורים Aues, altilia. ibid.c
ברוש Abies, ברושים. Abietes. 325.2.b
ברות. Cupreſſus. ibid.c
ברך Benedicere. 269.1.e
ברנאל Satelles. 62.1.c
ברזל Percuſſor, iudicis miniſter. ibid.d
ביתן Locus, vel domus vitæ. 185.1.a
בתשבע Bethſabee. 18.1.c

ג

גבן Gabaon. 108.1.b
גבע Collis. 311.2.a
גזר Gazer, ciuitas. 378.2.d
גיבור Potens, gigas. 270.2.a, גיבורים. Gigantes. 390.2.a
גדל Magnificare. 248.1.b
גדר Maceria, ſeps. 184.2.a
גיל Exultare, coætaneus. 297.1.b
גרן Area. 314.2.a

ד

דאב Dolere, languere. 218.1.d
דבק Copulare, agglutinare. 487.1.d
דבר Loqui. דביר. Oraculum. 137.2.c
דגא Piſcis. 173.2.c
דין Iudicare, iudicem eſſe. 110.1.e
דמים Sanguines. 10.2.b
דרש Requirere. 100.2.a

ה

הבל Vanitas. 567.2.e
הדר Honor,pulchritudo. 271.2.c
הוד Decor,ſpecies,laus. ibid.c
הובנים Elephantes, ebur ebeninum. 215.1.b
היכל Templum, domus eburnea. 287.2.e,343.2.d
יהל Proprerea. 269.1.d
הלך Ambulare,procedere, diſcurrere. 233.1.d
המלך Regnare facere,conſtituere regem. 58.1.d
העוף Volucris. 137.1.d

ז

זבח Sacrificare. 399.1.d
זהב Aurum. 220.2.c
זונת Meretrix. 444.1.b
זול Separare. 221.1.e
זכר Recordari, commemorare. מזכיר. A commentarijs. 385.1.a
זנח Proijcere. 555.1.e
זרח Alienare,alienum eſſe. 22.1.e

ח

חבר Participare, inire amicitiam. 281.2.b
Iungere copulare. 320.2.c
חגר Accingere. 370.1.d
חדד Aenigma,problema. 124.1.c
חוס Parcere. 466.2.d
חזק Confortare,roborare. 248.1.a, 527.1.c
חטא Errare. 17.1.e
חיל Comitatus, virtus, exercitus. 398.1.d
חכם Intelligere, cognoſcere. 102.1.d
חלף Mutare. 430.2.d
חלץ Nudare. ibid.
חמס Iniquè agere, opprimere. 467.1.d
חמר Lutum.366.2.d, חמור. Bubalus, aſinus. ibid.
חנן Gratificari,gratia. 269.1.b
חסד Miſericordia. 555.2.e
חרץ Præſcindere, ſeparare vtile ab inutili. 224.2.c חרוץ Aurum, præciſum,ſeparatum, conciſum. ibid.
חשב Cogitare. 292.1.c
חתת Pauere,conſternari, refugere. 299.2.e

ט

טוב Benefacere, gratum facere. 30.2.e, Bonum iucundum. 263.1.e, Opus, ſapientia. 403.2.c,405.2.d
טוס Pauo. 215.1.b
טור Vel,טיר, Ordo. 341.2.e
טמן Theſaurus. 235.1.b
טורקסין Murus. 344.2.a

י

יבל Adducere cum lætitia. 294.2.e
ידידה Amabilis Domini. 454.1.c, ידידים. Dilectiones. 261.2.b, 453.1.c
ידע Scire. 14.1.e
יפו Vrbs, & portus Palæſtinus. 190.2.c
יחד Vnicum eſſe, vnigenitus. 28.1.d
יחמור Aſinus,Bubalus. 366.2.d
יי Deus. 280.2.e
יכול Præualere. 344.1.a
ימים Muli. 64.1.b
ימין Dextera. 288.1.e
יסר Erudire. 20.2.a
יעץ Conſilium. 140.1.b
יערים Syluæ,condenſa. 311.1.e
יפה Pulchrum eſſe, pulchreſcere. 265.2.e, יפיפית. Pulchruiſti. ibidem.
יפהפית Specioſus forma, decore pulchrior. 418.1.a
יצב Erigere,conſtituere. 500.1.c, Stare,aſſiſtere. 386.2.c
יצע Stratum. 309.2.d
יצץ Florere. 468.2.d
יצק Diffundere. 269.1.b
יקף Circundare,circuire. 213.2.e
יקר Pretioſum eſſe, in pretio eſſe. 326.2.e
ירא Timere. 298.2.d,467.1.a,permanere. 472.1.b
ירה Docere, iaculari, deducere. 273.2.a
ירך Femur. 270.2.b
ידע Intelligere, cognoſcere. 99.1.d
ישע Saluare. 43.1.b,ſeruare, adiuuare. 159.2.b
ישר Dilectus,rectus.97.2.e,rectum eſſe,dirigere. 278.2.b

כ

כבד Grauitas,maieſtas. 411.1.a, Gloria. 522.1.c,d
כבל Compedes, Terra Chabul. 519.2.e
כול Capere,continere. 362.2.a
כון Solidum eſſe. 247.1.b
כתב Inſcriptum,figuratum. 226.1.c
כילכל Capere,ſuſtentare. 352.2.a
כלב Canis. 520.1.b
כלה Conſumare, perficere. 343.1.a,

343.1.a,471.2.b
כמש Occultare,recondere. 506.1.c
כן Proprerea. 269.1.d
כסא Siue כסה Thronus, ſolium. 276.2.c,432.1.d
כסיל Sultus,inconſtans. 473.1.b
כפף Incuruare,mortariolum, cochlear. 323.1.d
כפר Expiare,placare. ead.2.d
כרה Scindere,perfodere. 63.1.c
כרע Incuruare ſe, procidere. 464.2.d
כרת Abſcindere,certare. ibidem. כרתי. Exciſores, Cretenſes, ibidem.
כתב Scribere. 310.1.d
כתם Aurum. 225.1.b

ל

לגם Lignum thyinum. 217.2.e
לחש Muſſitare, ſuſurrare, murmurare. 321.2.e
למנצח In finem,in triumphum, in victoriam. 260.1.c
למרבה Multiplicabitur. 277.1.c
לעז Barbarus. 118.2.d

מ

ם Mem clauſum in medio. 277.1.d
מגדו Maggedo ciuitas. 378.2.e
מגנים Scuta. 359.2.e
מרחשת Craticula,Sartago. 262.2.e
מרון Vir excelſus. 110.2.c
מהלכים Itinera. 233.2.c
מהמה Turbari,retardari. 475.1.d
מהר Donare ſponſam. 252.1.e
מוג Tabeſcere,liquefieri. 218.2.b
מולך Moloc. 502.2.e
מופז Aurum. 222.1.a,433.1.d
מור Putare. 323.1.e
מזלגת Fuſcinulæ. ibid.
מחיר Pretium,commutatio. 314.2.e
מטמון Theſaurus. 235.1.b
מל Implere. 557.1.e
מלא Implere. מלא. Plenitudo. 375.2.e, Implere tempus. 557.1.e. מלאים Lapis impletionum, ſeu plenitudinis. 323.2.e
מלבן Typus, ſeu fornax laterum. 505.1.e,& 2.a
מלכם Idolum. 503.2.e
מליץ Interpres,eloquens. 124.2.c
מן Præ. 266.1.b,vltra,pluſquam comparationis nota.
מנחה Munus. 245.1.d,465.2.c
מס Vectigal,tributum. 241.1.c, 388.2.c
מעקה Murus tecti, paruus murus, antemurale. 333.1.a
מועד Conuentus, teſtamentum, Templum. 300.2.e
מקוה Expectatio. 238.1.b,d
מרץ Forte, aut violentum eſſe. 449.2.c
משורה Menſura,princeps. 380.2.e
משח Vngere. 501.1.b. משיח. vnctus, Chriſtus. 285.1.d משוח vnctus, oleaginoſus. 501.1.b
משל Dominari,poteſtatem exercere. 125.2.e, משלי Parabola, prouerbium. ibid.a
משנה Secunda,duplex. 148.1.e משנים Duplicia. 430.2.d
משתה-המילה Vini, aut compotationis plenitudo. 46.1.b
משחית Offenſio, corruptio, deſtructio, mons offenſionis. 501.1.a

נ

נא Particula exhortantis. 308.1.e
נזר Separare,ſanctificare, Separari ab alijs. 370.1.a, נזר Corona. 70.1.b
נחושתן Aes. 321.2.c, נחש augurari. ibid. נחשת Aes,aurichalcum. 232.2.b
נטה Auertere. 144.1.a.audire. 290.2.c,declinare, auerti. 475.2.a
נין Filius. 470.1.b
נכר Alienigena. 485.1.b
נעלסה Pauo. 215.2.c
נסע Profectio,egreſſio,perfectum. 328.2.a
נעם Iucunditas,dulcedo,voluptas. 301.2.b
נער Puer. 50.1.a,82.1.a.526.1.a, 531.2.c
נצב Aſſiſtere. 288.1.d
נשא Suſcipere. 461.1.d,Eleuare. 551.2.b
נשק Arma,armatura. 245.2.e, 359.2.c
נשק Oſculari,coniungi. 275.1.d, Apprehendere, adorare. 469.2.c
נתן Dare,ponere. 231.d,315.1.a, 511.2.c

ס

סבא Conuiuari,deliciari. 395.2.b
סביב In circuitu. 330.1.d
סגולה Aurum. 226.2.e,Peculium, theſaurus. 511.1.e
סגר Claudere,concludere. 226.1.d סגור aurum. ibid.
סחרת Lapis negotiarionis. 327.1.b

סוס Equus סוסים equi. 373.1.a
סוף Finire. 173.1.e
סוף Iuncus,carix,mare. 171.2.b
סופה Turbo , procella. 173.1.d
סור Auertere,declinare,porta Sur Orientalis. 339.2.a, Amouere. 555.1.e, Allicere, 481.1.e
סחר Negotiare. 159.1.d. negotiatio. 242.1.b, circuire. 243.1.a, conturbari. 475.1.b
סחר·הרכלים Negotiatio aromatariorum. 242.1.e
סכן Fouere,familiarẽ eſſe, aut conſuetudinem habere, conſuetudinaria vxor. 251.2.c
סמר Clauus. 230.2.b
ספינה Nauis. ספר. regionis nomen. 184.1.d.e
ספר Liber,ſcriptura, nota, littera. 381.2.a

ע

עבד Colere. 99.1.c, operari. 498.2.a
עד Aeternitas. 266.2.a
עזר Auxiliari , עזרה auxiliatorium, oratorium,baſilica. 337.2.a
עטה Operire,vagari. 258.1.a
עלה Aſcendere. 407.2.a
עלמות Adoleſcentulæ. 484.2.a
עמד Stare,ſuſtentare. 149.1.a
ענג Delectari,deliciari. 85.2.d
ענה Humiliare,affligere, laborare. 157.2.b,521.b. Manſuetum eſſe, affligi. 309.1.c,pauper afflictus. 450.2.d, Manſuetudo. 273.1.c
עצם Ebur. 215.2.d
ערש Lectus. 309.2.d
עשה Opus. 264.1.b,433.2.c, 531.2.d
עשתות Aſtharthe idolum. 531.2.a
עשתור Arcturus,ordo gyrans. ibid.d
עשתרות Aſtharoth idolum. ibid.a
עתר Orare. 25.1.e

פ

פאר Glorioſum eſſe. 295.2.d
פוך Sribium. 327.2.d
פוק Eructare , haurire , effundere. 264.1.b
פז Aurum. 222.1.a,433.1.e, פזז Roborare. 222.2.e,& ſeqq. fulueſcere , aut flaueſcere. 223.2.a,359.2.b
פחה Magiſtratus, duces , tyranni. 245.2.b. Princeps , dux. 159.1.d
פיתגבר Placentula frumenti. 469.1.a
פלא Scindere,diuidere. 63.1.d
פלח Separare,ſeligere. ibid.
פלל Orare,adorare. 467.2.e
פלט Euadere,ſaluare. 63.1.d
פנה Reſpicere. 292.2.c,293.2.d, פנים Ab intus פנימה intrinſecus. ibid.
פס Fragmentum tritici, denſitas. 468.1.e
פר Vitulus. 227.1.b.366.2.b
פרד Diuidere,ſeparare. 64.1.b
פרדים muli. ibid.d
פרה Creſcere,multiplicare. 295.2.d,311.2.b
פרוים Aurum. 311.2.b
פרח Florere,germinare. 311.2.b
פרש Pungere. פרשים Equites. 373.1.b,c, Explanare ſe in curſu. ead.2.a

צ

צדק Iuſtum eſſe,iuſtitia. 280.1.b
צהב Flauum,fulgens. 220.2.c
צאן Aries,ouis. 366.2.c,d
צור Clamare. 177.1.b,Munire. 224.2.b, בצר munitio , fortitudo,aurum. ibid.
צירים Latera. 325.1.c
ציה,ציים Aetiopes , eremitæ , barbari. 464.2.e,465.1.a
ציונים Sion,ſpeculatores. 317.1.e
צלח Proſperè agere , proſperari. 82.2.c,222.1.c
צנה Scutum,haſta. 359.2.e,& ſequent.
צנח Defigere. 360. צנן ſpina. ibid.
צפן Abſcondere. 184.1.d
צר Tyrus , tribulatio , ſilex. 291.2.b

קדשה Meretrix, ſcortum. 444.1.b
קו Sonus, linea. 302.2.e,464.2.c
קוה Expectare. 238.1.d
קוף Simia. 213.2.a
קוץ Odium,malitia. 529.1.c
קטר Suffumigare,aromata,pigmenta. 357.2.c
קציעות Caſia. 286.2.b
קצע Decorticare. ibid.e
קרב Intra. 180.1.b
קרית יערים Vrbs ſyluarum. 311.1.e
קרנות שן Dentes eburnei. 215.2.e
קשה Indurare, durum , & graue eſſe. 447.1.c

ר

רבב Magna,multa. 98.2.c
רדה Dominari. 464.2.a
רום Exaltare. 7.1.d
רחב Dilatare, latum, vel dilatatum eſſe. 112.1.d

רחש Eructare. 262.2.d
ריקמה Circumamicta. 293.2.e
רך Tenerum,molle. 85.2.d, רכה tenerum,delicatũ. ibid.
רכא Humiliare. 462.1.d
רכב Regnare,aſcendere. 274.1.e Currus,aſcenſus. 272.2.e
רכל Mercator aromatarius 242.1.e ſcruta vendens. 242.2.d
רמם Excelſum , Rhinoceros. 299.1.b
רעה Amicus,ſocius. 387.2.b,malum,afflictio. 528.1.d
רעש Superextolli,agitari 468.2.c
רפד Stipare, fulcire, reclinatoriũ. 371.1.b
רקם Vario colore veſtem intexere,variegare. 327.1.a
רקק Extenuare. 299.2.d
רשע Impium eſſe,iniquitas. 280.2.b, vir aut reus ſanguinis. 449.2.c
רשש Depauperare. 423.1.d

ש

שכב Cubare. 287.2.e
שכן Quies,tranquillitas. 397.2.b
שנץ Stringere. 293.1.c
שגל Dormire,vxorem eſſe 287.2.c
שוב Offerre. 465.2.d
שום Ponere. 119.1.a
שוע Clamare. 466.1.a,b
שוק Crus. 423.2.c
שוש Gaudium,lætitia. 281.1.c
שושנים Lilia. 360.2.c, שושן idem. 281.1.c
שהם Onychinus lapis. 327.2.c
שחה Adorare. 466.1.d
שחור Nigrum. 143.2.c
שחט Puriſſimum,malleatũ. 361.1.d
שחר Nigredo , fuligo carbonum. 421.2.d
שחת Perdere , diſſipare , corrumpere. 501.1.a
שטים Ligna Setim. 219.1.c
שטן Aduerſarius,hoſtis. 524.2.d
שיח Meditatio. 149.2.d
שית Veſpres,ſpina. 491.1.a
שכב Lectus. 127.1.b
שכל Intentum animi ſtudium in rem aliquam. 261.1.e
שכר Donum. 465.2.d
שלח Mittere. 252.2.a, שלוחים. dona miſſa. ibidem. & 368.1.c
שלט Arma,ſcuta. 361.1.a
שלם Pax. 24.1.e, Pacificum eſſe. 48.1.e,97.2.d. Pacificum,& perfectum eſſe. 557.1.d
שלמת Veſtes. 246.2.e
שמח Delectare,gratuiri. 287.1.d Lætitia. 297.1.a
שממת Simia. 213.2.c
שמע Audiens,obediens. 98.2.e
שמיר Samir vermiculus. 328.2.b,d
שנה Secundare,iterare, duplicare. 148.1.e,mutare, commutare. 430.2.d
שן Ebur. 215.2.c, שנהבים dentes elephantorum. ead.1.e
שפה Ora,ripa,labium. 184.1.d
שפט Iudicare. 462.1.b
שקט Otium,tranquillitas. 478.1.c
שרץ Ebullire , eructare , ſcaturire. 137.2.c,263.2.c
שש Marmor. 326.2.b
ששת Sex, inſtrumentum muſicum. 261.1.e
ששון Lætitia , venuſtas , gloria. 281.1.c

ת

תוך Pauo. 214.2.e
תוך Vſura. 407.1.b
תור Conſiderare.259.1.c. Explorare,inſpicere. 241.2.a
תושיה Lex,decretum. 140.1.c
תימן Dextrum. 401.2.b
תכן Appendere , ordinare. 329.2.e
תלל Criſpari,condenſari, aceruus, claræ. 419.1.d
תלדות Generationes, Toletum. 290.2.b
תקוה Linum, filum, netum. 238.2.d
תרים Legati diuerſarum gentium. 241.1.c

INDEX VOCUM GRAECARUM.

A

Αἴθριον, Atrium. 334.2.b
Ἀμίαντος, 324.1.a
Ἀναδύω, Emergo. 180.2.a
Ἀνατέλλω, Oriri facio. 180.2.a
Ἀπεκάλυψε, Retexit, reuelauit. 236.2.a
Ἄπλαστος, Simplex. 92.1.c
Ἀφορίζω, de Exaltatione. 7.1.a

B

Βαρεῖς, de Templis. 287.1.b

Γ

Γάμος, Conuiuium, nuptiae. 227.1.c

Δ

Δημήτηρ, Terramater. 41.1.a
Διορθωτής, Emendator. 318.2.b

E

Ἔγλυφεν, 30.1.d
Ἐξερεύγω, Eructo. 363.2.b
Ἐλάσσων, Minor, iunior. 86.1.c
Ἐντείνω, Intendo. 272.1.b
Ἐπεκάλυψεν, Texit. 236.2.b
Ἐργάζομαι, Operor. 361.1.b
Εὐφυής, Natura, ingenium vireſcens. 51.2.c
Εὐχάριστοι, Grati, gratioſi. 269.1.c

Θ

Θὶς, Theſaurus. 235.1.b
Θύειν, Sacrificare. 399.1.d

K

Κασσίτερος, Stannum, aurichalcum. 232.1.a
Κόπος, Labor. 307.1.a
Κρατέω, Certo. 63.2.d
Κρεμάθρα, Repoſitorium, vncinus. 323.1.a
Κῶμος, Compotatio, laſciuia. 306.1.a

Λ

Λαγόνες, Femora. 487.2.d
Λόγος, 318.1.a

M

Μετέχω, Conſors, particeps ſum. 381.2.b
Μύστις, Doctrix, initiatrix. 90.1.a
Μῶμος, Macula. 489.1.a

O

Ὁμοιοπαθὴς, Similiter paſſa, ſimiliter facta. 41.2.a

Π

Πάρεδρος, Praeſes, antiſtes. 104.2.a. πρόεδρος, Idem. ibid.
Προεδρία, Honoris ſedes. ibidem.
Παρεγκλίνω, Inclino. 488.1.a
Πλανᾶσθαι, Oberrare. 87.1.d
Πολυπληθία, Multitudo. 128.1.c
Πρέπω, Verecundus, venerandus, ſum. 268.2.a
Προσκολλάομαι, Copulor adhaereo. 487.2.a
Προτέλειοι εὐχαὶ, Precationes ante nuptias. 261.1.c

Σ

Σέβω, Veneror. 399.1.d
Σήσαμον, Genus frumenti. 258.2.c
Σορὸς, Arca, Serapis 29.1.c
Σπάρτον, Hiſpanicon, varum. 184.1.a. 192.2.d
Στάζω, Stilla. 286.1.a
Συγγυμνασία, Certamen. 93.2.c
Συκοφάντης, Calumnias ſtruens. 462.1.d
Συνάλλαγμα, Nuptia, permutatio. 260.1.a
Σύστασις, Depoſitio. 133.2.a

T

Ταώς, Pauo. 211.1.a
Τέλεος, Conſummatus perfectus. 101.2.b
Τελεία, Iuno, τέλειος, ſtatis, Iupiter. 216.1.a
Τεχνίτης, Artifex. 258.2.a

Φ

Φορεῖον, Ferculum. 370.2.d
Φορμός, Sporta, vas. 44.2.a
Φρόνησις, Prudentia. 161.1.b
Φροντὶς, Cogitatio coniuncta cum animi ſollicitudine.
Φροντίζειν, 45.1.c

X

Χύω, ſiue Χύνω, de Chimica arte, vel fuſoria. 233.2.b

Ω

Ὥρα, Hora, tempus. 461.2.d
Ὡραῖος, Tempeſtiuus Specioſus, 265.2.a

INDEX LATINVS VOCVM SIMPLICIVM, PHRASIVM,

Regularum Sacræ dictionis.

A

Abies. 325.2.b
Abſcondere. 184.1.c
Accingere. 270.1.d
Alam. 59.2.a
Adimplere. 557.1.d
Adonai. 116.2.b.291.1.b
Adorare. 467.2.b.466.1.d.438.2.a
Aedificium. 333.1.a
Aenigmata. 124.1.c.Aenigmatiſta. 125.1.c
Aequitas. 278.2.b
Aes. 238.2.b.381.1.d & 2.c
Affligere. 251.1.b
Abiſar. 539.2.b
Alchimia. 233.1.c,& 2.b
Aleph. 382.2.a
Allentare,ſene. 522.1.d
Alienus.485.1.d,Alienigena. ibid.b
Altare. 597.2.b
Ambulare. 100.2.c
Amicus regis. 387.2.a
Amor. 487.2.b
Amouere. 555.1.b
Anima. 80.2.a
Ante. 472.2.d,462.2.a
Apex. 382.1.c
Appropinquare. 548.1.c
Apparere. 180.2.d
Apparitio Dei,vide Deus.
Aquile. 339.1.c
Arceuthonia. 326.1.a
Ara, 448.1.b, Aram tenere. ibidem
Area. 314.2.a
Argentum,ead.1.b,Argenteus. 361.2
Arma. 359.2.b
Aromata. 242.2.b
Aſcenſus. 278.1.c
Aſongaber. 168.2.d
Aſſiſtere. 386.2.c
Aſbarthe. 506.2.a
Atrium. 288.1.b,332.1.c,& 2.a
Auaritia. 490.2.b
Audire,audiri. 311.1.d
Auorum. 144.1.a,475.2.a
Aula. 334.2.b
Aurum. 220.2.c. per totam.222.2.c,223.1.d, 224.1.c,225.2.b.227.1.c,Aureum.193.1.b,361.1.b,Aureus. 418.2
Aurichalcum. 231.2.b,& ſeq.
Abſtractum pro concreto. 241.2.c.464.1.a
Anticipatio hiſtoria. 381.1.d
Antiphraſis. 489.1.c
Apoſtrophe. 265.2.a,495.1.d
Acquirere ſponſam: 252.2.d
Appone ad Patres,vide,Pater.
Audire & videre. 290.1.b
Aurem inclinare. 290.2.a

B

Baal. 491.2.a,503.1.b,c,505.1.c
Baris. 184.2.b
Baſilica. 337.2.a
Belial. 449.2.a
Benedicere. 119.1.c,269.1.a
Bethſabee. 58.2.b
Bonitas, bonum. 7.2.c,263.1.c,368.2.c,404.1.a, 405.2.c,407.2.c
Bos. 336.2.c
Bubalus. 367.1.a
Byſſus. 326.2.c

C

Calamus. 333.1.a
Cælum. 298.2.a,353.1.d
Calumniator. 462.1.c
Candidum. 427.1.d
Capere. 352.2.a
Cardo. 345.1.b
Cariathſepher viculus litterarum. 146.2.d
Caro. 30.2.c,536.1.d
Caſtra. 66.1.b
Cauponari. 491.2.c
Cauſa ſcientia. 122.1.d
Cedrus. 325.2.b
Certamen. 98.2.c
Chabuel. 519.2.c
Chalcon. 221.2.d
Chriſti. 282.1.a
Chetem. 288.2.a
Chimica ars. 233.1.a
Cidaris. 69.2.a
Cinifle. 419.2.a
Circuire. 89.1.a
Clamor. 466.2.b
Clementia. 452.1.d
Circumagere. 405.1.a
Concernare. 478.1.a
Coagulare. 87.1.a
Cogitatio. 123.1.d
Colere. 99.1.c
Columba. 397.2.c,d
Columna. 148.2.c,357.1.c,370.2.c
à Commentarijs. 364.2.d,e
Complere. 471.2.b
Concupiſcere. 290.2.d
Confiteri. 297.1.b
Conſecratio. 59.1.a
Cantus. 360.1.c
Copulari. 487.1.d
Cor. 354.2.a
Corona. 69.2.d,301.1.a
Cornu. 66.1.c
Coruus. 360.2.a
Cuſtodire. 98.1.a

Cuſtitu-

Conſtituere regem. 38.0.d
Coram Deo. 303.2.0
Cor docile. 98.2.0
Cordis latitudo. 436.2.a
Eſſe cum corde alicuius. 306.2.0
Cor perfectum. 557.1.0
Cor rectum. 101.1.d
Calamus ſcribæ ad perpetuitatem. 264.2.c
primus Caſus pro quinto. 276.2.b
tertius Caſus pro ſexto. 263.2.c,& *ad emphaſim.* 516.2.b
tertia Hebræorum coniugatio afferens duplã actionem. 242 247
Conſtructio Hebraica verbi pluralis cum nomine ſingulari. 246.1.a

D

DAre. 315.1.a
Decor. 301.1.d
Deducere. 297.1.0
Deficere. 471.2.b
Dentes. 269.1.a
Deprecari. 291.2.0
Deus. 481.2.c
Deuteroſis, deuteroſo. 125.1.a
Dextera. 439.1.b
Dextra. 524.2.0
Dialogiſmus. 123.1 d
Dicere. 263.2.a,306.2 d,316.1.c
Dies. 84.1.b,157.1.b
Diffundere. 269.1.a
Digitus minimus. 537 1 d
Dilectus. 366.1 d
Diligere. 103.2.b,279.2.c,440 2 0
Directio. 278.2.
Diſpoſitiones orbis. 132.1.
Dominari. 464.2 0
Dominus. 113.2.b
Domus. 309.1.b,345.1.0 363 1 a
Domus Dei. 301.2.c,306.2.c.d,354 1.a
Domus eburnea. 428 2,b
Domus nechota. 358.
Dei. 252 2.a,375 1.c
Durum. 447.1 0
Dicere ex ſententia. 119 1.c
Dimittere, aut emittere filias. 252.2 0
Demiaus tecum. 305.307
Dux iacpum. 11.2.a
Hebræorum regula cùm apparet figura, an cenſeatur loqui Deus vel Angelus. 107.1.d

E

EBullire. 263.2.a
Ebur. 425.2. d
Egredi. 139.2.0
Elata. 428
Electum. 193.1.a, *Electus.* 424.1.b
Elephantus. 215 2.0
Eloquentia. 118.1.0
Emendare. 118.2.a
Emergere. 178.2.a
Ephrata. 311.1.b
Ephrataus. ead.2 b
Equa. 372.2 d
Equos. 373.1.c
Eructare. 262.2.c,263.2.b. *Eructatio.* 263.1 0
Erudire. 54.2 b
Eſebon, Esbon, Hesbon. 293.1.c
Et particula copulatiua. 480.2.d
Ethan. 121.2.d, *Ethanim menſis.* 349.1.c 2.0
Ex, præpoſitio. 266.1.b 287.1.c
Excelſum. 105.1 d,299.1.& 2
Exemplar. 310.1 0
Super exercitum. 385.2.b
Exitus vel introitus. 98.1.d
Exultatio. 297.1.b
Eclipſis numeri. 372.2 c
Extenuatio. 79 2.d,98.2.b,553.1.d,572.2.a
Epitaſis. 285.2.0
Eleuare manum. 305 1.d
Emittere filias. 252.2.a
ſolet Scriptura duobus tantum extremis numeratis, quæ intra illam continentur, intelligere. 135.2.b,206.2.c

F

FAbrica. 329.2.0
Fanum. 496.2 b
Faſcia Lanea, aut Linea. 70.1.b
Femur. 270.2,a, *Femora.* 487.2.d
Ferculum. 370.2.b
Ferrum. 354.2.b
Filia. 289.2.c
Filius hominis vide in Homine.
Filius. 204.2.d,382.1.a, *Filij.* 456.2.b
Fimbria. 493.2.c
Finis terra. 396.2 b
in Finem. 260.1 0
Firmare. 246.2.a, *Firmamentum.* 468.2.d
Flore. ead.2 d
Flumen. 177.1 b
Fœnum. 431 2.a
Fornax. 314.2.a
Fornicari. 491.2.0
Frater. 519 *Fratres.* 541.2 a
Frumentum, filius. 469.2.b
Fugere. 228.2.0
Fuſcinula. 323.1.b
Facere miſericordiam. 97.2.a
Faciem auertere. 438.1.c
Faciem confundere. ibidem
Faciem deprecari, vel requirere. 291.2.d
Fœmininum pro maſculino more Græcorum. 372.1.c
Formula certa in parabolis. 127.2.a

G

GAbaa. 311.2.a
Gabriel. 274.1.0
Gader. 281.2 c
Gaudium. 281.1.a
Generatio. 297.1.a
Genitus pro nato. 40.1 0
Gens progenere. 301.2.b,381.2.d,351.2 b
Gibbus. 105.1.b
Gibea fons, ſeu mons. 64.2.d, per totam.
Gloria. 298.1.c,412.1.a,425.2.b
Gnome. 119.1.0
Grammaticus. 384.1.d, *Grammatiſagogei.* 126.1.d
Grando. 525.2 a
Gratia. 268.2.d. *Gratia gratis data.* 100.1.d
Graue, aggrauare. 522 1.d. *Grauitas.* 461.1 a,522.1.c
Gutta. 286.1.c
Gladius ſuper femur. 277.2.a
Geminationes in Scriptura. vide verbo, Repetitio.

H

HAbere. 491.2.0. *Habere apud ſe.* 521.2.d,530.1.a
Habitare. 492.2.a
Haſta. 360.2.a
Hecatombe. 103.2.d
Hilaria. 73.1.a
Hiſpania. 184.2.c,190.2.c
Hiſtoria non in vno & eodem loco & libro integra narrari ſolet, ſed colligenda ex multis. 81.1.b.
Hiſtoria pro experimento. 128.1.d
Holocauſtum. 407.2.a
caro Hominis. 66.2 c
filius Hominis. 266.1.d
Humanum. 413.1.c
Humerus. 319.1.b,435.1.b. *Humerus vnus* 362
Humiliare. 462.1.0
Hyſſopus. 136.2.0
Hypallage. 9.1.b,405.2.a
Hyperbaton. 275.2 a
Hyperbole. 98.2.b,231.1.c.2.b,232.2.d,329.1.a,462.2.a, 468 2.d,533.1.d
Hyſterun proteron. 206.1 b

I

IAchin & Boez. 347.2.b
Ianua. 146.1.e
Iaſpis. 327.1.e
Iehoua. 414.2.b
Iedidiah, Salomon. 48.1.e,& ſeq.
Ignis. 354.2.b
Ilia. 487.2.d,40.2.d
Impietas 554.1.b
Impletionis lapides. 327.2.e
Incitari. 497.1.e
Inclinare. 488.1.a
Includere, incluſor, claudere. 226.1.d,a
Indurare. 527.1.e
Ingenium. 91.2.e
Ingredi. 239.2.e,519.1.d
Iniquitas. 280.2.e
Inſipiens. 437.2.e
Inſula. 183.1.d.466.1.a
Intelligere. 87.2.e
Interpretatio. 124.2.e
Introducere. 256.1.d
Introitus & exitus. 98.1.d
Ab intus 193.1.a, Intrinſecus. ibid. Interior.439.1.a, Interiore, intima.293.1.a, interius. 339.1.e
Iſrael. 495.1.e
Iubilum, buccina. 294.2.e
Iudicare. 462.1.b, Iudicium.460.1.d, Iudicium & iuſtitia. ead.2.b, Iudicium veritatis. 97.2.d
Iumentum. 136.2.e
Iuniperus. 426.1.a
Iuſtitia. 97.2.c,279.2.c,& 2.b
Iuuenis. 86.1.a
Implere manum. 304.1.c,311.1.e,376.2.b
Implere poſt Iehouah. 557.1.e
Implere ſagittas. 377.2.c
In medio eſſe. 98.1.d
Ire redeundo. 233.2.c
Imperatiuus ad exprimendum deſiderium. 277.2.a
Interpres Latinus. vide, Vulgatus.
Iod additum nomini Hebrae ad contemptum. 306.2.a

K

KAriathiarim. 318.1.e

L

LAbium.268.2.d, Gratia labiorum. 269.1.b
Labor. 307.1.e
Lac & mel. 259.1.b
Latitia. 281.1.a,295.1.b
Lapis. 326.2.b
Latitudo cordis. 112.1.e,436.2.a
Latrones. 529.c.a
Latus. 491.1.d
Lectus. 127.1.a,309.2.d
Legati diuerſarum gentium. 159.1.b
Lenticula. 66.1.a.281.2.d
Leo. 323.2.a,434.2.e
Lex diuina. 280.1.a
Lex regum. 71.2.c
Libanus. 357.1.e
Lilium. 426.2.a
Loqui. 30.2.d
Lucerna, lux. 91.1.a
Lumbi. 537.1.d
Leuare manum. 531.1.b,e
Leuare oculos. 491.2.a
Loqui ex poteſtate. 225.2.e
Latinus Interpres, vide, Vulgatus.
Non magnopere curandum in Hebraeis nominibus diſcrimen literarum permutabilium. 395.1.c,398.1.a

M

MAcula. 52.1.d,489.1.e
Magnificare.248.1.b. Magnum. 98.2.d
Maieſtas. 411.1.a
Maiores natu. 308.2.d
Maledictio peſſima. 382.2.e
Malum aureum. 226.1.e
Manſuetudo. 273.2.b.309.1.e
Manus, 48.1.c, Manus Dei. 117.2.a 110.1.e
Mare. 162.1.e
Mater, 256.1.b. Materfamilias. 288.1.e
Mathematica. 129.1.d.
Medium. 580.1.b
Meditari. 649.2.c
Mel & lac. 259.1.b
Melo. 375.2.d,& ſeq.
Mem clauſum in medio. 277.1.c
Meminiſſe, aut recordari. 296.2.d
Meretrix. 444.1.d,& ſeq.
Mina. 361.2.a
Minor. 86.1.a
Miſericordia. 100.2.d,551.2.d
Modeſtia. 273.1.a
Mons offenſionis. 500.2.e.554.1.a
Monſtra. 129.2.b
Meſſelim, parabolizantes. 126.1.e
Multum.161.2.b,367.2.a, Multitudo. ibid.
Mulus. 373.2.b, Muli.64.1.b, Mula regis. ead.2.b
Munus. 632.4.4.2.b
Murus. 333.1.e
Mutare, Mutatoria. 430.2.d
Metonymia 277.2.c,293.2.e,323.2.d,376.1.a,461.1.e
Mutatio numeri. 467.2.e
Manum eleuare, aut extendere. 305.1.d
Manum implere. 304.1.c,377.2.b
Manum leuare. 351.2.b,c
Manus regis. 405.2.e
Manus ſublata vel leuata. 81.1.d
Manus prophetarum. 53.1.d
in Medio eſſe. 301.2.b
Miſericordiam facere. 97.2.b
Mentem auerti. 475.2.d
Solet ſcriptura mortem & ſepulturam Sanctorum deſcribere ex eo quòd appoſiti ſint ad patres ſuos. 561.2.b

N

NAuis.184.1.d. Nauigatio. 162.2.e
Nebula. 351.2.d
Neruus. 339.2.e
Nigrum, nigredo. 421.2.e
Nimrezech. 449.2.c
Niſan. 331.1.e
Nomen. 296.2.e,467.2.a,470.1.b. Nomen Domini.392.2.b, 393.1.a,403.1.e,416.1.a
Notarius Nota. 383.2.a
Nuptia. 256.2.d,257.2.b
Numerorum permutatio. 342.1.c
Numerus pro numero. 291.2.b,294.2.d,286.2.c,414.1.b
Numerus pluralis ad augmentum. 297.1.a
Solet vulgatus nomina propria tanquam appellatiua ſuis ſignificationibus interpretari. 503.2.e
Solet ſcriptura nomini vniuerſaliori ſpecialius aliud ſubiungere ad eandem rem cum decore ſignificandam. 395.1.d
Nominum Hebraicorum aſſimilium parua differentia, indicat rerum ſignificatarum ſimilitudinem cum diſcrimine. ead.1.a
Nomina recentiora quaſi per anticipationem vſurpata in ſacris libris antiquioribus. 519.2.c,d
Numeri ſingularis cum plurali conſtructio familiaris Hebraeis. 342.1.c

O

OBerrare. 87.1.d,94.2.b
Obrizum. 222.1.d,433.2.a
Obtinere. 414.2
Obuiare. 274.1.a
Occulta. 293.1.a
Occurrere. 440.1.e
Oſtium. 419.1.e
Oculus, ocellatura. 293.2.a
Odium. 529.1.b
Offerre. 313.1.b,465.2.d
Oleum laetitia. 67.2.e
Olla. 354.2.b
Omen. 519.2.a

Omnia.

Omnia. 236.2.c. Non omne. 533.2.b
Onychinus. 327.2.c
Onomatopœia. 367.2.a
Operari. 161.2.b, Opus. ibid. 403.2.e, 405.2.e, Opera. 260.1.d, Vir operis. 531.2.c
Opimus. 413.1.a
Ophir. 221.1.e, 2.b
Oraculum. 344.1.b.c
Ordo. 341.2.e
Oſculari. 28.1 b
Poſt oſtium & retro. prouerbium. 540.2.b

P

PAllium. 533.1.a
Panis. 366.1.e, Panis facer. 12.2.c
Parabola. 125.2.e
Paraganda. 428.1.a
Parca. 35.1.d, Parcere. 466.2.e
Parere. 23.1.a
Parium. 326.2.a
Paronomaſia. 292.2.b, 501.1.b
Pater. 53.1.a, 147.1.e, 289.2.d, 389.e.c, Pater regis. ibid.
Pauere. 298.2.e
Pauo. 214.2.e
Pauper. 460 2.b, 466.2.b
Pax. 48.2.e
Paz. 222.2 e
Pelta. 48.2.e, 360.2 c
Peccare. 501.1 c
Peculium. 521.1.e
Peregrina. 486.2.a
Permanere. 463.1.e, 470.1.b
Permutatio. 260.2.e
Pharao. 250.2.c
Pictura. 426.1.c
Plantare. 357.1 b
Plurale. 502.2.a
Pluſquam, plus & minus. 453.2 b
Ponere. 218.2 e
Pontus. ead. 2.e
Populi. 275.2.c
Porta fundamenti. 338 2.b
Potens. 7.2.c, Potentiſſimus. 271.1.b
Præfectus atrij. 390.1.a, & deinceps.
Præpoſitus domus. 388.2 b
Præſepium. 372.2 a
Pretium 314.2.e, Pretioſam. 327.1.a, 357.2 b
Precari, preces. 269 1.a
Primogeniti. 55 1.b
Princeps 380.2.a, Princeps prophetiæ. 387.2.c, Princeps quietis, ibid.e, Principes pro magiſtratibus. 75 2.c
Problemata. 121.1.e
Procella. 173.1.d
Procidere. 463.2.d
Proficere. 80 2.c
Profundus ſermo. 118.2.e
Proijcere. 525.1 e
Propterea. 281.1.a
Proſperare. 80.2.c, d, & 81.1.a
Proxima. 295 1.b
Puer. 86.1.a, 526.1, a, 531.1.b, Pueri Dei. 101.2.b
Puluis. 465.1.c
Purpura. 274.1.d
Parentheſis. 274.2 d
Periphraſis. 270.1.d, 302.2.e
Perſona tertia. 98.1 d
Perſonarum mutatio. 275.2 a, 276.1.b
Parentum viſcera pro filijs. 45.1.e
Apponi ad patres ſuos. 562.1.a
Præteriti verbum. vide, Verbum.
Pronomina ſæpe pro reciprocis poſita in Hebræo & ſacro ſermone. 529.1.a
Pſalmus, qui ſine titulo eſt ad eundem auctorem pertinet, qui in proximè præcedente prænotatur. 152.2.a

Q

QUærere. 7.1.a
Quemadmodum, quomodo, quàm admirantis 87.1 a

R

REclinatorium. 371.1 a
Rectitudo cordis 100 2.d, Rectus populus. ibid. a
Recordari, reminiſci. 385.1.a
Regnare. 272.1.e
Requirere. 105.2.a
Reſpiratio. 41.1.c, pro vita. ibid. d
Retegere. 236 1.d
Rex regum, rex magnus. 248.2.c
Rotundum. 330.1.d
Rubicundum. 420 1.b
Rubrum. 172.1.d
Ructus. 263.2.a
Rufum. 419.2 e
Regem conſtituere. 58.1.d
Regnare facere. ibid. 98.1.b
Reticentia propria iuramenti imprecatorij. 310.1.a
Repetitio ſyllabæ ſeu vocis ad augmentum. 222.1.c, 267.2.d 266.1 e, 418.1.a, 487.1.d
Ad firmitatem, ad magnitudinem & ſupremitatem. 312.1 e, 471.1 b, 521.1.c, 116 1.b
Ad continuationem actionis. 564.b, c
Ad diminutionem, vel per redundantiam. 137.2.e
Ad vim & multitudinem. 191.1.e
Ad liberalitatem 315.1.a, Ad ſtudium & ſedulitatē. 350.1.a
Ad perfectionem. 367.1.d, Ad celeritatem 471.1.b
Ad certitudinem. 24.1 d, 471.1.b, 531.1.b
Per improprietatem linguæ Hebraicæ. 313.1.d
trina Repetio ad confirmationem. 269.1, a, 271.2.b, 302.1.c
Relatiuum ſine antecedenti poſitum in Scriptura. 528.2.c

S

SAba & Seba. 396 2.a, cum ſeq. & 339.1.d
Sacerdos. 143.1.e 381.1.b, 387.1.b
Saginatus. 366.2.c
Saltare. 350.2.a
Sanctificatio. 370.2 a
Sanctificium. 299 1.b
Sanctum. 302.1.b
Sanguis. 10 2.a, Sanguines. ibid. 38.2.a, Sanguis pro ſemine. 37.2.e 38.1.b
Sapientia. 60.1.a
Sartago. 354.2.b
Satan. 524 2.d
Satrapa. 159.1.c, 245.1.e
Scientia cauta. 122.2.a
Scire. 14.1.d
Scriba. 381.2 a, cum ſeq. 383.2.d, & deinceps.
Scriptum. 310.1.d
Scutulatum. 294.1.c
Scutum. 360.1.c
Sedere. 60.1 e, 462.2.c, Sedes. 276.2.d, Sedes Dei. 276.2 c
Sempiternum. 564.1.b
Senex. 571.1.c
Senſus. 40.1.c
Sepes. ſepire. 284.2.a
Seruire. 158.2.e, 466.2.d, 498.2.e, Seruus. 131.2.c
Seſamum. 258 2.e
Sic particula. 431.1.b
Siclus. 312.1 d
Signare. 383.1 c, ſigna. 129.2 c. ſignatur. 383.1.c
Silentium. 116.1.e
Simia. 213.2.e
Simila. 366.2.b
Siniſtra, aut læua. 518.2.a
Sion. 317.1.b, 2.b, 319.1.e, & 2.a
Solium. 365.2 a, 432.1.d
Solitudo. 368 1.d
Somnus. 40 1.c, Somnus pro voluptate. 59.1.a.b
Soans, linea. 362.2.e
Soror. 485.2.a
Sors. 52.1.a
Spiritus. 407.2.e, Pretioſus ſpiritus. 408.1.a
Sponſus & ſponſa. 285 2.d
Stabulum. 372.2.a
Stare ſiue aſſiſtere. 277 2.c, 385.2.c, Statio. 386.2.c, 390.1 d
Stibium. 327.1.d

Stratum.

Stratum. 309.2.d
Strictura. 293.1.e
Sum, eſſe, aut, non eſſe. 476.2.d
Stropha. 122.2.d
Sumere. 464.2.a
Suph. 171.2.d.174.2.e
Suſcipere. 461.1.e
Synecdoche. 215.2.d.291.2.e,315.2.a,393.2.e,422.2.e
Scrutariam facere. 243.2.e
Sommtare draconem. 129.2.e
Synonima ad amplificationem. 302.1.a
Neminem fraudat Scriptura iuſto praconio. 553.1.e
Non ſolet Scriptura laudare vitam niſi Sanctorum, qui ſancte obierunt. 562.2.a
Non licet Sacra hiſtoria veritatem eludere, dicendo, rem ipſam non narrari affirmatè in ſacra hiſtoria, ſed tantum ſcribi rem illam vulgo iactatam. 297.2.b
Scripturarum regula. vide verbo, Pater, verbo, Sanctus.
Sacri ſcriptores de ſe tanquam de tertia perſona loquuntur. 457.2.a

T

Talentum. 312.2.d
Templum. 286.2.e,391.2.d,302.2.a
Teſta. 321.2.e
Teſtis. 10.2.e
Thanaim, doctores. 29.1.b
Theman. 396.1.e,441.2.b
Theſaurus. 235.2.b, Theſauri. 158.2.e
Thronus. 276.2.d,432.1.d, Thronus Dei. 277.2.d
Thuribulum. 324.2.a
Thus. 399.1.d
Timere. 298.2.d, Timor Dei. 567.2.a
Tiſri menſis. 349.1.e
Toletum. 190.1.e
Tranſire. 560.2.e
Tribunal. 432.1.e
Typus laterum. 505.2.a
Tyrus. 194.2.e
Tempus pro tempore in Hebraeo ſermone. 532.2.e
Tertius caſus quid deſignet. 27.2.b
Tertium pro triplici. 316.2.b

V

Vanitas. 567.2.e
Variegare. 327.2.a
Varietas. 294.1.a
Vectigal, vectigales. 239.1.e
Vellus. 463.2.b
Venire in nomine Domini. 393.1.e
Venter. 263.1.e
Verbum. 272.2.e
Veritas. 97.2.e
Verſatio. 122.2.d
Veſtibulum. 343.2.d
Veſtimentum. 430.2.e. Veſtitus albus. 427.1.d
Via Iuſtitiæ & æquitatis. 278.2.b
Victoria. 260.1.e
Videre 290.1.e, Viſio. 202.a
Vir. 246.1.e Vir pro ſene. 563.1.e
Virga. 278.2.a, Virga virorum. 525.2.a,563.1.b
Virga directionis. 278.2.b
Viſcera. 487.2.d
Vitulus. 413.1.b
Vnctio 68.1.e, Vncti. 282.1.b
Vnicornium. 299.2
Vnus. 363.2.d,414.1.a
Voluptas. 301.2.b
Vſura. 467.2.b
Verbum, vide, Conſtructio.
Verba Hebraica actiua aliquando accipi imperſonaliter. 519.2.e
Verſoriam capere. 203.1.e
Vocem ſubmittere. 269.2.b
Verbum præteriti temporis ad firmitatem & certitudinem. 177.1.a, pro præterito imperfecto. 313.1.e
Verba prophetarum inſtar ſcriptata. 264.2.d
Verba tertia coniugationis duplicem actionem ſignificant. 58.1.d
ſolet Vulgatus interpres voces & interpretationes adhibere ſuo ſeculo notiſſimas ac familiariſſimas 232.1.e,229.2.d
ſolet Vulgatus Interpres res antiquas nouis poſterioris ſeculi appellationibus exponere. 232.1.e
ſolet Vulgatus Interpres, tum etiam & Hebraica phraſis, uti voce aliqua ad ſignificandum aliquid ex multis quæ illa voce afferuntur. 244.1.d
Verbis ſacris ſimpliciter & ſine figura vtendum, vbi nihil abſurdi reperitur. 267.2.e

Z

Zeba. 396.2.e,& deinceps.
Zio menſis. 330.2.e

INDEX IIII.

CONTROVERSIARVM, ET QVAESTIONVM, quæ in vtramque partem diſputantur, ad res ſiue ſacras ſiue profanas ſpectantium, vel quæ ad quæſtionis formulam pro vſu Scholarum facile adduci poſſunt.

A

AN vllum temeritatis peccatum Salomonis in exautorando Abiathar. 517.2.a
an Abies ſacra ſit eadem quæ Plinij. 325.2.d,e
cur Abimelech ad quercum inauguratus. 65.2.d
Ablactationis conuiuium. vide, Conuiuium.
Quorſum Abraham profectus in Ægyptum. 147.1.e
Achab an verè & ex animo peccati pęnitens. 551.1.e, 533.1.a
Achaz quoto anno genuit Ezechiam. 85.1.c
an Achimelech peccauerit concedens Dauidi panes ſanctos. 13.1.a
Adad Idumæus qua ætate fugiens in Ægyptũ. 526.1.b
cuius ætatis reuertens in Ægyptum. ibid.c
an Addo prophetauerit contra altare, quid & cõtra quos ſcripſerit. 4.1.a,b
Quo tẽpore Adarezer expugnatus à Dauide. 528.2.a
An fœminæ quàm viri adulterium grauius. 19.2.b
an Adonias vnctus oleo ſancto. 67.2.c
Ægyptij qua ſcientia excelluerint. 129.1.a
Ænigmatum materia quæ. 125.1.e
Alga quid. & vbi naſcatur. 172.1.d
Alienigenę cur pertraherent Iſraelitas in idololatriã. 492.2.c
Altare cuius menſuræ. 104.1.d
quomodo ex Cedro. 324.1.d
cur uocetur leo. 347.2.a
an euerſis Altaribus remanſerint reliquiæ non ſublatæ à Salomone. 568.2.c
cur Deus voluerit Altare ſibi de terra, non de ſectis lapidibus. 497.1.d
Amicus regis quodnam munus in aula regia. 387.2.a
cur candor tributus Angelis. 427.2.b
Clauicula & Annulus Salomonis an compoſiti à Salomone. 154.1.a
cur numeratio Annorum ab Exodi tempore, in historia Templi. 331.2.e
an Apices literarum, Chriſti tempore, & quid fuerint. 382.1.c,d
Cur Arabia dicta ſacra. 399.1.e
cur in finibus terræ. 401.2.c
Arare. vide, in Boue.
quæ Arma regiæ cuſtodiæ, & an faſcibus & virgis armati. 62.1.e
Aromatum appellatione quid comprehẽſum. 242.2.c
Aſmodæus quibus theſauris præſideat. 235.1.c
Aſtharthe à quibus culta. 502.2.c
Salomon Aſtronomia iudiciaria quatenus excellens. 129.2.b
an vera Platonis narratio de inſula Atlantica. 196.1.d
cur Atrium gentium appellata porticus Salomonis. 336.2.a
cellulæ in circuitu Atrij ad quos vſus. 338.1.c
an Atrium Iſrael quadrilaterum in circuitu domus. ead.2.c
quæ portæ Atrij Iſrael. 338.1.d
quis murus limitaneus Atrij Iſrael. 340.2.c,d
Atrium Leuiticum an cingeret oraculum. 342.1.e
quot Atrij portæ. 343.1.a
an gentes aliquando admiſſæ in Atrium Iſrael. 335.2.d
quæ ſacrificia Auarus immolet pecuniæ. 509.1.b
Aurum Muphaz quot & quibus alijs nominibus explicetur. 433.1.d
quod qualeve Aurum, ex quo lanceæ & ſcuta regalia. 361.1.a
quod Auri pondus ſingulis clypeis ſatellitum Salomonis. ibid.e, & 2.a
quomodo Azael vnctus in regem viuente Benadab 58.1.a

B

BAcchus cur dictus Nyctelius. 506.1.c
Bætica. vide, Hiſpania.
Princeps Bæticæ cur longæui. 193.2.d
Balaath in qua tribu. 378.1.d
quo loco Balneum Bethſabee. 21.1.e
Banaias quo functus munere. 61.2.d
altare & templum quomodo attributa tribui Beniamin. 435.1.d
cur aliquando comprehenſus ſub Iuda. 541.2.c
Benadab. vide, Azael.
an legendum Berſabee, àn Bethſabee. 18.1.a
an Salomonis mulieroſitas tracta à Bethſabee. 19.2.c

an ex genere Hebræorum. 18.2.a
quanto tempore luxerit maritum. 21.1.a
An fuerit lex de non arando in boue, & mulo. 64.1.d
Byſſus quid habeat commune cum marmore. 326.2.c

C

an Deus ſit extra Cælum. vide, Deus.
cur Caini genealogia prætermiſſa. 57.1.b
an Cantica graduum compoſita a Salomone. 351.1.a
Cantici argumentum, & materia in nuptiis quæ. 250.2.e
Carthago quo tempore condita. 184.1.a
an Cham fuerit Zoroaſtes. 233.2.a
an Cheliab ſuper vixerit Salomoni. 76.1.c
an Salomonis opes ortæ quoque ex arte chimica. 232.2.d
vtrum celebrius nomen, Chriſtus an Meſſias. 225.1.e
an æterna corporis ſpecie ſpecioſus præ filijs hominum. 266.1.e
illud Pſalmi, *Specioſus forma*, &c. an accipiendum de Chriſti corporali pulchritudine. ead.2.b
promiſſiones de Salomone an ſoli Chriſto conuenientes. 454.1.c, & ſeqq.
an ſecundùm carnem duxerit ex Salomone originem, id eſt, an B. Virgo ex Salomonis genere progna ta fuerit. 542.1.a, cum ſeqq.
quo tempore ſcribi cœpta Chronologia Regum. 3.1.a
Quis Circuncifionis dies. 46.2.a
an Salomonica Claſſis triennio indigeret. 167.1.a
ex quonam portu ſoluebat, & vbi terrarum Aſiongaber. 167.2.c
quònam Claſſis nauigabat, & quæ regio ſit Tharſis. 181.1.e
Clauicula Salomonis. vide, Annulus.
Coa Ptolomæo quæ. 238.1.d
poteſtas Collegij ſeniorum quanta. 57.2.a
Salomoni facta comminatio an per Prophetam aliquem. 529.2.e
An admittenda vnius vocis compoſitio ex Latino & Græco. 231.2.c
an conuiuium celebratum in conſecratione Salomonis. 72.1.d, e
filij Core quo tempore extiterint, & an de Salomone prophetarint. 456.2.b
Corus quæ menſura. 366.2.a

D

DAuid an ſanctior Abrahamo. 8.1.a
an peccauerit excepto adulterio & homicidio. 9.2.a, 12.1.b
an propter homicidium repulſus à templo ædificando. 10.1.311.1.d
quod eius peccatum in cenſendo populo. 12.1.c
an *ſolus* diuerterit ad Achimelech, an cum ſociis. 14.1.a
an mendacium Dauidis extiterit exitiale ſacerdotib. ibid.c
promiſerit ne Dauid regi infideli opem aduersùs gentem Iſraeliticam. ead.2.a
an vnquam prædatus fuerit fratres ſuos Iſraelitas. ibidem.c
an corona idoli Melchom vſurpata à Dauide. 15.1.b
an cognouerit Dauid Adoniæ artes & regni ambitum. ibid.c
grauiterne punitus propter Adoniam non correptum. ead.2.b
an verè ſumpſerit panes propoſitionis & ſummendo peccauerit. 22.2.c, e
cur frequenter à Saule appellatus filius Iſai. 22.2.b
an alios præter Salomonem ex Bethſabee filios procreauerit. 27.1.b
res ruſtica Dauidis vnde. 158.1.d
diuitiæ conditæ in eius monumento quantæ. 160.1.d
an præparauerit omnes impenſas Templi. 161.2.a b
Dauid an Salomon Chriſti expreſſior figura. 304.2.b
cur eius pietati promiſſa poſteritas. 309.1.b
an licuerit ducere latronum & inopum manum. 15.2.d
quale eius votum & iuramentum ædificandi Templi. 309.1.d
an per Samuelem facta aliqua reuelatio Dauidi. 310.1.b
quando loci ad templum deſtinati reuelatio facta. ead.2.d
ex quo tempore cœperit præparare impenſas fabricæ templi. 312.2.b
quot equos, atque quadrigas ſeruauit ex præda, & an illi id licuerit. 514.2.c
ſepulcrum Dauidis an aliquando apertum. 574.2.e
ſub qua figura Deus apparuerit Salomoni. 307.2.a
Iſaiæ qua figura viſus Deus. ibid.
an Deus exiſtat extra cælum. 352.2.c
quomodo Deus ſuſcitet aduerſarios Salomoni. 526.2.c, 529.1.a
an Deo conſecrata in Templo cederent in vſus Templi & ſacerdotum. 33.2.b
quòſnam Deos nominatim Salomon coluit. 501.2.a
quæ Dialectica inutilis. 122.2.b
Dionyſius vnde ſoluerit nauigaturus in Hiſpaniam. 188.2.a
cur Doctrina & Veritas in pectore Aaron. 436.2.e
cur Dodanim rara mentio in ſacra hiſtoria. 183.2.c
an tres domus regis Salomonis. 355.2.d
an vnica vel duplex domus filiæ Pharaonis. 356.2.a
an tota domus ſaltus Libani ex cedro. 358.1.c
quanta domus regiæ Salomonis familia & quotidianum dimenſum. 366.1.b
quis in armamentario domus regiæ haſtarum & ſcutorum numerus. 359.2.c, d
cur breuius confectum templum, quam domus regia. 362.1.d
quomodo fuerit fidelis domus Dauid & Salomonis. 563.2.c
Druſus an tertio natus menſe. 33.1.e

E

EBur quomodo ex tharſis potiùs quàm ex Ophir. 216.2.a
Eccleſia cur regnum Chriſti. 278.1.c
Eccleſia magna conuocata à rege qua de cauſa. 348.2.c
Eccleſiaſticus cur tributus Salomoni. 153.1.c
Egla, cur dicatur vxor Dauid. 20.2.e

Elephanti cornua an dentes appellandi. 215.2.e
anElias ſacerdos. 80.1.e
Eliſa quorum pater. 185.1.e
Inſulæ Elyſie vbi & vnde nominatæ. ibidem.
Eluſa vbi terrarum. 168.1.e
Equi nobiles quibus in prouinciis. 238.1.e
238.2.a
an Salomonis greges equarum ad fœturam. 372.1.d
Equitatus Salomonis. vide, Peccare.
Eſther an ex Aſſuero filium habuerit. 26.1.c
quomodo reges laudentur qui Excelſa non abſtulerunt. 300.2.a
Excelſum. vide, ſacrificare.
quando primùm Dei populus vocatus eſt Exercitus. 305.1.d
Salomonis Exorciſmi qui, & quales. 153.2.b
an vlli Synagogæ ſancti Exorciſtæ & Exorciſmi. ead. 2.d
cur Ezechias non abſtulerit excelſa: 568.2.b

F

FAna quot diis, quo loco, ędificauit Salomon. 496.1.b
Salomonis Ferculum an geſtatorium, vel fixum quale. 570.2.c
an ſimul generentur & formentur omnes partes fœtus. 30.2.e
in quonam ſanguine coaguletur. 38.1.a
an ſomnus ſit aliqua cauſa Fœtus. 38.2.d
an ſomnum Fœtus pręcedat vigilia. 39.1.e
Fœtus qua parte alatur. 42.2.c
an computandi menſes geſtationis a conceptione, vel animatione fœtus. 36.1.e
Fontes. vide, Reges.
ſexaginta Fortes, ſeu gigantes Salomonis an ex Hebræo genere. 390.2.e
cur quondam Fretum Herculeum innauigabile. 201.1.a
cur non facta Fructuum, & foliorum, ſicut radicum mentio in Salomonis ſapientia. 135.1.c
an porta Fundamenti ſit Orientalis. 338.2b

G

GAbaon an proprium nomen loci. 104 2.d, an in monte Sion. ibid.
Gaudium appellatio vnde ſumpta. 184.2.c
Galilæa gentium quæ. 518.2.a
Gazer an eadem quæ in ſorte Ephraim, & quomodo & quando expugnata a Pharaone. 377.2.e
cur Matthæus & Lucas non eadem Genealogiæ Chriſti linea vſi. 540.1.b
cur terra aliqua Gentis ſanctæ tradita Gentilibus à Salomone. 518.1c
Regi quatenus neceſſaria Geographia. 131.2.e
Gihon an Siloe. 65.1.e
an gladius Goliath conſecratus Deo. 23.1.e

H

HAſtæ quæ in armamentario Salomonis an eadem ſcuta. 358.2.e
cur Hebetiores melius rempublicam adminiſtrant. 424 2.a
an ab Hebræis Hebraicæ locorum Hiſpaniæ appellationes. 190.2.c
an Aegyptiæ & Moabitæ fœminæ interdictæ Hebræis ad coniugia. 486.2.d
cur Hebræi nullum portum proprium habuerint. 509.2.b
quis diteſcendi limes præſcriptus Hebræorum regibus. 510.2.e
quæ & vnde Hebręorum regum legitimæ diuitiæ. 511.1.b
nummus apud Hebræos cur ſine figura. 517.1.b
quæ Hebræis infantibus recens natis præſtarentur ſolemnia. 42.1.e
quo ſucceſſionis iure Hebræorum regnum acciperetur. 55.1.a
diadema Hebræorum ex qua materia. 70.1.b
puncta Hebraica quando & a quibus inuenta. 382.1.a
Hecatombe ex quibus victimis conſtaret. 104.1.a
Heres regni. vide, Regnum.
in Hominis formatione quod primum membrum. 30.2.c
an Hircorum etiam victima oblata a Salomone. 104.2.c
quibus abundet Hiſpania & Bætica. 192.1.e
Hiſpani an ſignificati nomine Thubal. 205.2.e
an Holofernes Tharſenſes Hiſpanos deprædatus. 205.1.e
Homerus vnde Tartarum finxerit. 182.2.e
Hoſtia pacifica cui cedebat. 6.2.b
millenæ Hoſtiæ Salomonis an oblatæ per centenarios. 104.1.b
Hoſtia pacifica an oblata a Salomone. eadem 2.a,b
Hyſſopus quid ex ſacris, & ad quos vſus. 136.1.c
Hyſſopus medicorum qualis. 137.2.a

I

IDolis an Salomon ipſe obtulerit thura. 494.1.b
an Salomon pœnitens abſtulit Idola. 495.1.a
quæ Salomoni & Hebrææ genti occaſio colendi Idola. 501.2.d
Idola domus Iacob quæ, & an omnino deleta. 235.1.e
an Hebræis licitum vti donariis Idolorum. 15.2.a
Salomònne verè Idololatra. 593.2.b
an Salomonis Idololatria iterna, vel externa. ibid.d
Idola. vide, Oraculum.
an Idumæa pertingat ad mare Rubrum. 168.1.a,b
quæ Iechoniæ comminatio per Ieremiam. 542.2.b
an Ledidiah nomen Salomonis proprium. 48.1.a
Iephte an latronum dux aduerſus Iſraelitas. 16.1.a
quo tempore Ieroboam rebellans, quo item accipiēs regni prædictionem. 532.1.b
an Ieremias auctor libri Paralipomenon. 2.1.e
Ieruſalem in qua tribu. 317.1.c,d
Ieſu nomen. vide, Nomen.
Infantes. vide, Hebræus, & Vannum
Ionas quanto tempore poſt Salomonem. 206.2.a
orauitne Ionas in mari Rubro, & ex quo in quod littus eiectus. 175.2.a, 177.2.a
cetus Ionæ an ex alio mari adnectus in Mediterraneum. 177.1.d
Ionasne in piſcis ventre tres integros dies. ead.2.a
Quando cœpit orare, an ſtatim atque deuoratus. ibid. d
qui fratres a Ioram occiſi. 539.2.d
Ioſeph Patriarcha cur cum tauro comparatus. 530.2.b
an ſocer Ioſeph Patriarchæ ſacerdos idolorum. 587.1,d
quomodo Ioſias deſtruxerit altaria, quæ fecit Manaſſes. 569.1.a
Iſaac an ſeptimeſtris. 34.1.a
qua ætate ablactatus. 50.1.a
an Iſaias ſacerdos. 80.2.a

Iſaiæ Dei apparitio. vide Deus
an Iſaias loquatur de Hiſpania cum loquitur ad Tyrum. 205.2.b
quot gentes prohibitæ Iſraelitis ad coniugia. 486.2.c
quot horas Iſraelitæ fuerint in fundo maris. 179.2.a
campus graminoſus quid contulerit illis fugientibus. ibidem
an nouum miraculum germinationis campi in tranſitu populi. ead.2.c
Iſraelitæ. vide, alienigena.
an Iudæis interdictus vſus equorum. 513.1.a
quorſum commercium cum Aegyptiis vetitum Iudæis. 514.1.b
an Iudas Machabæus primogenitus Mathatiæ. 57.2.a
Iudith an ſterilis. 25.2.e

L

LEones argentei in templo quales. 323.2.a
quid Lex illa Deuter. 17. 17. *Non habebit vxoris plurimas*, &c. prohibuerit. 510.2.c
an *Lex* de non faciendo ſculptili, intelligenda de omni imagine. 515.2.a
Lex. vide, Rex.
Liber dierum Salomonis an idem cum Paralip. & lib. Regum. 2.2.b
Liber bellorum Domini an ſacræ fidei. 4.2.a,b
an Liber canonicus debeat eſſe ethicus. 5.1.a
qui Libri Salomonis interciderint. 133.1.a,e
Libri Salomonis de medicina cur ab Ezechia ſublati. 138. 1.b
Salomonis Libri non extantes an fuerint de canone. 152.1.d
Librorum Salomonis quæ materia. ead.2.b
quot verſus Libri Prouerbiorum. ibid.a
Liber Sapientiæ cuius auctoris. ibid.c
quis liber verborum Salomonis. 154.2.c
Locus in bello quis digniſſimus. 438.2.b
Loth an inceſtus, & ebrietatis damnandus. 552.1.c,d
an peccauerit virgines filias offerens Sodomitis. ibidem c
quibus vſibus ſeruirent Luci. 498.2.d
quos Lucos, & ex quibus arboribus plantauerit Salomon. 506.1.a

M

MAgi reges vnde aduenerint. 408.1.c
num etiam cum idololatria Magiam Salomõ coluit. 506.2.b
quæ Maledictio Semei peſſima ex Cabaliſtica interpretatione. 449.2.b,c
an aliqua ratione Mamzeris nomen conueniat Salomoni. 23.2.a
Manaſſes ſanctè moriens, cur non abſtulerit altaria idolorum. 568.2.b
an ſub torrida zona Mare nauigabile. 200.1.b
Mare magnum cur Mediterraneum. 175.1.b
an Mare Cuph, aut Suph, intelligatur Rubrum. 170.1.d
quidnam propriè Mare Suph, è cuius portu claſſis Salomonica ſoluebat, vbi de appellatione maris Rubri. 171.2.a, & ſeqq.
ſinus Arabicus, & mare Rubrum an ſint idem. 174.2.c
an Marmor Parium in vſu tempore Dauidis, & Salomonis. 326.2.b
an Mello idem quod vorago ciuitatis Dauid. 376.1.c
quomodo æquata vorago Mello à Solomone. ibidem d
num Menſis ille ſecundus anni ſacri incipiendo à menſe Niſan, fuerit quoque menſis ſecundus anni quarti regni Salomonis. 331.1.c
an nomina Menſium propria, vel potius epitheta. 349.1.c
Menander quid ſcripſerit. 5.2.c
Mendacium Dauidis. vide, Dauid.
Meretrices an tabernariæ, aut cauponariæ. 444.1.a,b
an mons Moria pertineat ad duas tribus. 318.2.d
cur Salomonis Mors ſine laude, at Dauidis laudetur. 572.2.b
an Moyſes ciuilis doctrinæ imperitus. 140.2.e
an Munera acceperit Salomon in pretium traditæ doctrinæ. 245.1.e
an priuati quoque Muneribus coluerint Salomoně. ead.2.b
quo tempore, & quis Murus ædificatus in Ieruſalem à Salomone. 375.1.b,c
Muſica quæ deceat principem. 126.1.a

N

NAtali die cur lætatum, & conuiuatum. 44.2.d
feſta Natalitia apud quas gentes. ead.2.a
an Nathan fuerit dictus pater regis. 54.2.b
quorſum Nauigatio inuenta. 162.1.e
quo primùm tempore inſtituta à Salomone Nauigatio. 162.2.e
fuitne vnica, & eadem in Tharſis, & in Ophir Nauigatio, & claſſis. 164.1.a
prima Nauigatio in nouum orbem an fortuita. 201.2.e
cur Hebræis non facilis Nauigatio. 209.1.d
an Nauigationes, & commercia Salomonis aliquando illegitima. 512.1.a
quantæ Salomonis opes ex Negotiatione. 236.2.c
an Negotiatus Salomon in re aromataria. 239.1.e
quale Negotiatorum genus, & nomen ſcruta vendentium. 242.1.e
quis primogenitus Noe. 146.1.a
an peccauerit ſe inebrians. 552.1.c
cuius parentis fuerit munus Nomen filiis imponere. 47.1.a
cur Ioſepho reuelatum nomen Ieſu. 47.2.c
virùm nomen ſplendidius Salomon, an Iedidiah. 49.1.c

O

OLeum ſanctum, quo vnctus Salomon cuiuſmodi. 66.2.c
an diſpenſatum in vſu Olei ſancti. ead.2.d
Oleum. vide Sacerdotes.
lapides Onychini an gemmæ. 327.2.c
an Ophaz, & Ophir ſint idem. 224.1.c,d
an ad Indiæ caput, id eſt, ad imam Perſiam, & ſinum Arabicum ſpectet Ophir. 211.2.e
quid Salomoni referebat claſſis ex Ophir. 216.2.d
Ophir, & Tharſis an aliquando nomina appellatiua. 206.2.d
vbinam gentium Ophir, an in Peru Occidentali. 206.1.e
An Tharſis, & Ophir loco, & regione differant. 207.1.a
Ophir ſi non in Occidente, an in Africa. 211.2.a
an in vlteriori, aut extrema India Orientali. 212.1.a

an plura Oppida inſtaurata à Salomone. 518.2.d
Oracula Idolorum quomodo reddita. 138.2.d
Orbis terrarum appellatio quid comprehendat. 101.1.c
an area Ornam eſſet campus ſyluoſus. 311.1.c

P

Pœnituitne illum ſatis exactę vitę ſcelerum. 545. & deinceps toto lib. 8.
an Salomon egerit publicam Pœnitentiam. 566.2.d
Pęnitentia Salomonis an deſcripta ab aliis Prophetis. 569.1.c
an eius Pœnitentia ſcripta interciderit. 553.2.b
quantum poſt Pœnitentiam, atque vitę Salomonis vniuerſæ tempus. 560.1.c
an prophetæ Ahiæ pallium ſciſſum in duodecim fruſtra, an in duo. 533.2.e
Panis ſacer quomodo à Dauide vſurpatus. 12.2.c
an ſeptimeſtris Partus vitalis. 33.2.b
octimeſtris an appellandus Partus. ead.2.a
cur paruuli à Sapientia vocati ad arcem. 148.2.b
Pater regis quę dignitas, & in aula regia Hebræorum an Tyriorum. 389.2.d,e
auctor ſaginæ Pauonum quis. 114.2.a
Pano cuius regionis proprius. 215.2.e
An Salomonis aliqua pœna propter aliquod Dauidis peccatum. 9.1.a
an cenſus Populi per capita fieret à ſacerdote, & ad rem ſacram. 12.1.c
an peccauerit populus cùm cenſeretur à Dauide, aut ante cenſum. ead.2.a,b
Peccata Dauid. vide, Dauid.
an peccauerit Noe ſe inebrians. 552.2.c
cur ſanctorum Peccata non ſine reprehenſione prętereat Scriptura. 559.1.d
Peccauitne Salomon ducens vxorem Pharaonis filiam. 479.2.a
an peccauit tam ardenter amando filiam Pharaonis. 480.1.e
Peccauitne equitatu numeroſiſſimo comparato. 512.2.e
an vllum Salomonis peccatum ædificandi Mello. 517.2.b
Peccauitne parum benignus erga matrem. ibid.d
an Salomon peccauerit perſequens Ieroboam. 533.1.a
Peccauitne donatis regi Hiram viginti prouinciæ Galilææ oppidis. 518.1.a
Peccauitne boū & aliorum animalium imaginibus in Templi vſum & ſupellectilem inuectis. 515.1.b
an præcipiens interfici Ioab ad altare peccarit. 448.1.e
quid ex peccato Salomonis in veritatem ſcripturæ auctoritatis redundet. 565.1.a
Quis Salomonis pędagogus. 53.2.c
Peruana regio quarum rerum ferax. 210.2.e
Phœnices cur cum Pœnis & Carthaginenſibus confundantur. 187.2.a
Phœnices vnde dicti & ducti. 169.2.e
cur potiùs per Oceanum, quàm per Mediterraneum nauigatum à Phœnicibus & Iudæis. 200.2.c
an Phœnicibus cognitio acus nauticæ. 102.1.b
an Phœnicia ſub Chananæa. 486.2.e
literæ Phœnicum vbi inuentæ. 146.2.a
Salomonis ſocer an vltimus Pharaonum. 250.1.b
quandiu vixerit Pharao Salomonis ſocer. 394.1.b
an Philiſthæi oriundi à Cretenſibus. 61.2.c
Philoſophia. vide, Salomon.
quæ imagines prohibitæ in Phylacteriis. 517.1.c
qualis Poeſis deceat principem. 121.1.c
cur Poetæ diuina canerent. ead.1.e
an ſimul duplex Pontifex aliquando in Eccleſia Hebræorum. 386.1.a
Pręfoſitus Templi laicum munus quod. 390.1.e
Prætorium. vide, Saltus.
Principeſne familiaritate vileſcant. 368.1.b
Regni Principes an conſiliarij. 380.1.a
Princeps Prophetię quid. 387.2.c
quis Princeps quietis. ibid.d
qui Principes à forma commendati. 417.1.c, & deinceps.
quibus rebus Deus imitandus à Principe. 110.2.e
cur Principum conſilia Diuina. 141.1.a
an Promiſſio Dauidi ſit de Salomone, an de Chriſto. 563.2.c
an duplex ſenſus literalis promiſſionum Salomonis. 457.1.a
trium Prophetarum volumina quid continuerint. 3.1.e
Prophetia quæ accidit inter dormiendum cuiuſmodi. 108.1.b
celeritas Prophetarum vnde. 264.2.d
Prophetia. vide, Sapientia.

R

Razonis ſeditio aduerſus Salomonem an diuerſa à priori Adad. 528.1.b
qua ætate rebellans Razon & quoto Salomonis anno. ead.2.c
quandiu Salomon ſuſtinens Razonis infeſtationem. 529.1.c,d
Vnde, & ex quo tempore adminiſtrandi Regni initium in Salomone. 73.1.b
cur Regnum Iſrael dicatur ſolium Dei. 77.1.c
initium Regni Salomonis quoto anno à mundo creato. 81.2.d
an Regni anni quibus impiè vixit Salomon, numerentur. 85.2.b
Chriſti & Salomonis Regnum à quibus rebus notatum. 462.1.a
parentes in deſignando Regni hærede quid attendent. 60.1.a
Regni defectio cur diſruptio, aut ſciſſio appellatur. 530.1.b
an ſucceſſio præſtet electioni in Regnum. 59.2.e
Rex Regum quæ appellatio. 148.2.e
appellatio Regis magni in Salomone quæ & apud quos. ibidem b
an Hebræis Regibus præſcriptus certus vxorum numerus. 482.2.c
cur in creatione Regum conuenerint prima populi capita. 57.2.c
an extra vrbem mos inaugurandi Reges. 64.2.c
an priſcus ritu Regum creandorum ad fontes. 65.1.e
an Rex circunducendus per caſtra. 65.1.d
Regis vnctio an lege præcepta. 66.2.d
aſſiſtentes Regi qui, & qua in re miniſtrates. 386.2.0
Reges Hebræorum qua corporis parte vncti. 66.2.e
an Reges vncti oleo ſancto. ead.2.e
An Rex propria manu deſcripturus legem. 71.1.e
quibus Regia maieſtas ornamentis conſtat. 411.1.a
Cur Regia cuſtodia adhibita ad creandum regem. 63.1.e
In quònam loco conſtructa Salomonis Regia. 356.1.d
cur vera Religio vocetur pactum, aut fœdus. 530.1.b
an maior ſacrificandi coram arca, quàm coram tabernaculo, Religio. 105.2.a
Religio. vide, Altare.

Reſpira-

Reſpiratio & inſpiratio quomodo fiant. 40.1.b
Reſpiratio cur dicatur vita. ibid.d
Roboam quadragenarius quomodo puer. 86.1.b
an imbellis, & timidus, an verò belliger & induſtrius. 537.1.b
quo conſilio religionem coluerit. 562.2.b
cur ex Rubro in Indiam Occidentalem nauigatum. 210.2.b
Salomonis proficiſcentis ad mare Rubrum quis finis. 178.1.d
an profundum cauernoſum maris Rubri complanatum fuerit in tranſitu Hebræorum. ead.2.a
Rubrum, vide, Mare.
an campus germinans apparuerit in Rubro figuratè, an propriè, & verè. 579.1.c.2.a

S

Saba reginę quódnam fuit nomen proprium, & an vna ex Sibyllis. 391.2.a, & deinceps,
vnde venerit Regina. 464.2.d
cuiuſnam fidei & religionis ea Regina fuerit. 392.1.c
an obtulerit Templo & Deo dona. 393.1.c
cuinam regioni imperitauit. ead.2.a
an ea vnius vrbis, an potiùs Auſtri Regina. ibid.
quo Salomonis anno venerit Ieroſolymam. 394.1.b
An ea fuerit Regina Saba, an Seba. ibid.c
Ex qua parte iter ſuſceperit, an ex Aethiopia, vel Africa, vel Arabia fœlici. 395.2.d
Quo tempore quid illam ad iter accenderit, an Propheria Balaam. 402.2.b,c
an vlla mentio in Canticis reginæ Saba ſub nomine ſponſæ. 404 1.c
Quæ ænigmatum, & quæſtionum propoſitarum materia. 405.1.a
quanta Salomonis familiaritas cum Regina. ead.2.a
an ex ea filium Salomon ſuſceperit. 406.1.d
Quantum tempus demorata apud Salom. 407.1.e
an inter Salomonem & Reginam vllum literarum poſtea commercium. 408.2.d,e
an lignum crucis Chriſti diu antè paratum & præcognitum à Regina Saba. 409.1.b
quod ſcriptum eſt ab auctore Sacro an ſacrum. 4.2.d
Sacrificare, vide, Auarus, & Religio.
An in excelſis liceret Sacrificare ante ædificatum templum. 107.2.b
Duo ſimul Sacerdotes ſummi an eſſe potuerunt. 61.1.d
Sacerdotis nomen an aliquando laicæ dignitatis. 381.1.b
an oleum ſanctum communi iure ſolis Sacerdotibus conceſſum. 67.2.d,e.
ſectæ Scribarum & Phariſæorum ex quo tempore 383.2.d
Scribæ an tantùm generis Leuitici. 384.1.a
Sadoc an Propheta. 62.1.e
Cur ſecundò initiatus. 79.1.e
an ante Dauidis mortem Salomon adeptus Sapientiam, vel an ſtatim à ſuſcepto regno, & defuncto parente. 83.2.b.& ſeqq.
quoto ætatis ſuæ anno illam accepit. 84.2.d
Quęnam egerit pro illa obtinenda. 88.1.a, & quid egerit, vt ſe diſponeret. 89.1.b
quæ Salomonis preces pro illa obtinenda. 97.1.a
ex illius precibus ſacrificium, quonam loco, quo ritu. 103.1.c
Somnium diuinum ex ſacrificio an propheticum, & rei, quæ agebatur, opportuniſſimum. 106 1.b
Angeline miniſterio immiſſum Salomonis ſomnium. 106.2.e
an aliqua Trinitatis perſona apparens Salomoni. 107.2.e
an Salomonis Somnium fuerit cum arbitrij libertate & merito. 108 2.a.b
an Salomon in ſua poſtulatione reprehenſibilis. 109.1.e
cur nullum ei datum ſignum ſapientiæ inditæ. 109.2.e
an ipſe veram ſapientiam in ſomno accepit. 109.2.d
quod ſapientiæ acceptę primum ſignum Salomonis. 110.1.b
cuius generis ſapientiam poſtulauit. 110.2.c
cur Salomon ſedens in ſolio Domini. 60.2.a
habueritne aliquid Eccleſiaſtici muneris. 79.1.e
quot annis ante Chriſtum & Romam. 81.2.d
fuitne Salomonis ſapientia per accidens infuſa. 113.2.d
an fuit ſupra humana, & quid nouum in eius mente. ibidem e
vnàne, an plures ſcientiæ Salomoni communicatæ. 114.1.c
Errarène potuit. ibidem d
vtebatùrne diſcurſu in cognoſcendis primis rerum affectionibus. ead.2.b
Exercuitne laborioſè ſapientiam. ibid.c
Obliuiſcìnè potuit aut amittere ſapientiam. 115.1.c
Omniùmne indiuiduorum cognitionem complexus. ibidem.2.a
auxitne & exaggerauit acceptam ſapientiam ſequenti labore. ead.2.c
an Salomon ſapientior Adamo. 116.1.a
an Moyſe iuris prudentior. 140.2.c, an & ſapientior. ibid.d
Quæ clariùs & perfectiùs reuelata Abrahamo & Moyſi, quàm Salomoni. 145.1.a
abſolutiſſima ne ei rerum omnium ſapientia communicata. 116.2.b
an neceſſariam tantùm Philoſophiæ partem attigerit. 133.1.c
faſtigium Salomonicæ fœlicitatis quo anno regni. 153.1.e
quantus Salomonis ex paterna hereditate cenſus, & quid illi à Dauide relictum deductis Templi expenſis. 160.1.c
Imperium Salomonis quàm latè patuerit. 48.2.e
quis regiarum Salomonis ędium ſplendor, atque ſuppellex. 359.1.c
Salomonis prætoriū & regale ſolium an in domo Saltus. 363.1.b
an vnquam exiſtimatus à Iudæis Meſſias. 408.2.a
an comparetur a Deo cum ſolis Hebręorum regibus, an cum externis. 415.5.d
Salomonne ex miraculo conceptus. 25.2.c
cur poſt alios numeratus fratres natu minores. 28.2.a
an ex illegitimo concubitu. 11.2.c
Salomonis nomen, vide Nomen, & Iedidiah.
cur Salomon & eius regnum cum luna comparatur. 462.2.d
an prodigus potiùs, quàm magnificus. 231.1.c
an dominatus in Africam. 235.2.c
quantæ illius opes ex tributis, vectigalibus, & donis. 239.2.a
an delectatus fuerit accipiendis muneribus. 437.1.d
Cur priſci Patres negent quædam de Salomone dici potuiſſe, quæ illi conuenire poſſunt; & Chriſto. 456.1.b,c
Quo ętatis anno Salomon duxit Naamam vxorem. 538.1.b,c

an nuptiæ cum filia Pharaonis priores. ibid.c
Duxitne plures Aegyptias vxores. 480.2.b
an duxerit Pharaonidem ex legis diſpenſatione, an cum peccato. 482.1.a
An multas ex Iſraeliticis fœminis duxerit. 485.2.b
An adoleſcentulæ fuerint vxores Salomonis, & quo numero. 483.2.d,e
quomodo profanatum Salomonis ſemen. 489.2.b
Quæ illius apoſtaſiæ & idololatriæ origo & occaſio. 489.1.c
cur facta mentione captiuitatis fiat mentio Salomonis. 497.2.a
quot dijs, quo loco fana ædificauit Salomon. 496.1.b
Salomonis peccata, vide, Peccare.
an ex auaritia coaceruauit ſibi argentum & aurum. 508.1.d
an reus violatæ legis, non multiplicandi equos. 513.2.d
an extra terram Iſrael deduxerit Hebræorum colonias. 519.1.a
cur Ahiam Prophetam non perſequutus. 535.2.b
quo primum tempore appetitus Salomon rebellationibus aduerſariorum. 521.2.c
an ſapientiæ habitum amiſerit poſt peccata. 523.2.a
an beneficio aliquo redditus ſtupidus. 524.1.c,d
an aliquando ad inopiam redactus. ibidem e
an de ſe ipſo loquutus Prou.24. 560.b
cur ſe vocet Congregantem, atque Vomentem. 561.1.b. miſericordia non auferenda à Salomone quæ. ibidem.
an publicè à Propheta reprehenſus. 567.1.a,b
Salomonis ſenectus ex annis, an ex morbo. 570.1.d,e
quantum temporis libidinosè & impiè vixerit. 572.1.a
quibus morbis infeſtatus. ibidem e
Salomonis mulieroſitas, vide, Bethſabee.
Salomonis pœnitentia, vide, Pœnitentia.
Salomonem ſacrificaſſe in excelſis an ad laudem, vel potiùs ad notam. 299.2.d
an ſtirps Salomonis & regia linea exciſa in Ioas rege. 539.1.b
an Salomon ſepultus cum parente Dauide. 571.2.d
quæ fuerunt Sampſonis peccata. 552.2.b
Samuel qua ætate ablactatus. 50.1.b
qua ætate oblatus in Templo. 50.1.e
Fundamenta Sancti Sanctorum quomodo iacta. 344.2.c
an Prophetia comprehendatus ſub Sapientia. 127.1.e
quomodo poſteritati Saulis & Dauidis promiſſum regnum. 591.b
nuncians à ſe interfectum Saulem an vera narraret. 15.2.d
cur Saul exegit à Dauid pro filiæ dote præputia, non capita. 252.2.b
Quot annis regnauit Saul. 570.2.a
Cur non ſepultus Ieroſolymis, & in ſepulchro peculiari. 573.1.b
Seniorum collegium, vide, Collegium.
Sepharad an Hiſpaniæ nomen. 184.1.d
Sepharuaim quæ prouincia. 208.2.b
an ſeptimeſtres ſine vagitu naſcantur. 41.2.b
cur Septuaginta ſententias ex vno loco in alium tranſtulerint. 560.2.d
Sexagenarius numerus reginarum Salomonis an certus, an indefinitus. 390.2.e
Vrbs Sichem, an proprium nomen loci. 376.1.a
Solium, vide, Regnum.
an porticus ſolij in ipſa regia & domo ſaltus. 364.2.c
porticus Solij quot columnis fulciretur, & quot haberet deambulachra. 565.1.2,b
quænam ſit domuncula Solij. ead.2.b
an in Somnis diuinis actus liberi arbitrij. 108.1.b
Somnia prophetica qualia. 108.2.e
Somni veri quod indicium. 109.2.d
diuinatio Somniorum quatenus vera. 129.2.d
Quomodo ſophiſtica ſit in ſcripturis. 122.1.e
Suph. vide, Mare, & Ionas.

T

TAbernaculum vnde & quò translatum. 105.1.b
Tartarus, vide, Homerus.
Tarteſſus cur duplicet priorem ſyllabam. 182.2.a
quo loco, id eſt, in qua tribu ædificatum Templum. 316.2.c
cur Templi ædificatio Dauidi negata, Salomoni conceſſa. 303.1.b
Templum cur domus Dei. 306.1.c
an Dauid dignior ædificatione Templi, quàm Salomon. 304.2.e
poſt conceptum votum ędificandi Templi vſque ad deſcriptionem de manu Dei acceptam quid geſtum à Dauide. 307.2.c
deſcriptio Templi cuius manu exarata. 310.1.b
quatuor prioribus annis regni Salomonis quid circa Templum actum. 316.2.b
in qua parte montis eſt ædificatum. 319.2.b
an in Templo vaſa ferrea. 329.1.e
an cultri Templi ærei. 321.1.b
Aes Templi foſſile an compoſitum. ead.2.d
an laminæ eius deauratæ. 322.2.b
cur Thuribola aurea, non argentea. 324.1.e
Templi thesauri cur poſtea imminuti. 325.2.d
quæ Templi ædificandi ratio & forma. 329.2.b
an ſubſtructiones Templi cenſeantur nomine fundamentorum. 332.1.d
neruus aut carcer in qua Templi parte. 339.1.c
Ordo lapidum in Templo quis, & quomodo diſpoſiti. 341.2.e
cur nomen Templi potiùs dictum de Sancto, quàm de Sancto Sanctorum. 343.2.e
an in Sanctis feneſtræ. 346.1.c
Templum an Salomonis, an populi peccatis deſtructum. 347.2.d
quot annis perſtiterit. 348.1.b
vtrum ſingula Templa ſingulis idolis ædificata à Salomone. 500.1.d
adorantes in monte Offenſionis cur haberent dorſa ad Templum. 501.1.d
Templa quorum Deorum aperta ſub dio. 301.1.d
Vnicum Synagogæ Templum cur. 299.1.d
Romæ quot idolorum olim Templa. ibid.e
Eccleſiæ Chriſtianæ cur plura Templa. ibidem.
Templum, vide, Dauid, & Salomon.
Terræ, aut terrarum appellatio quid comprehendat. 159.1.e
Quæ ex Tharſis afferebantur Salomoni. 213.1.a
Tharſis, vide, Claſſis, & Ophir.
Theodorus Mopſueſtenus cuius patriæ, & profeſſionis. 458.2.b
quot & quos libros ſcripſerit, & qui eius errores. 459.1.a
quorſum comparari à Salomone theſauri Occidentales. 211.1.a
quantæ Salomonis opes ex priſci ſæculi theſaurorum coniectura. 227.1.c
an theſauris inuentis, theſauros quoque ſuos auxerit Salomon. 234.2.c
Salomonis Thronus quomodo æternus ex Chriſti virtute. 412.2.b

cur

cur tandem ornatus Thronus Leone & Boue, & cur fixis & non motorius. 413.414
cur etiam non habuerit formam quadrigæ, aut curruſ. 414.1.d
an totus coopertus laminis aureis, 433.1.b
An extremum illius operum. 434.1.c
An vituli etiam affixi Throno. 435.1.a
an mater Bethſabee ſeſſitarit in Salomonis Throno. 438.1.b
Tituli vbi erecti, & ex qua materia. 301.1.a
quot tribus in regno Iudaico poſt defectionem 534.1.a
an gentes penderent Salomoni tributum pecuniarum. 240.1.e
an preter illas ſeptem gentes vectigales. 2. Parla. 8. aliæ quoque Salomoni ſeruiebant ſub tributo. 244.1.e
an reges Arabiæ tributarij Salomoni. ead.2.b
Tributum, vide, Salomon.
Tyrus quando condita. 330.2.d
quomodo Tyrus filia Tharſis. 190.2.d
qua ratione addicta fuerit Hiſpaniæ tanquam filia matri. 205.1.c
Tyrij qua via ad Rubrum contendentes. 168.1.e

V

VAnno Infantes cur olim expoſiti. 44.1.e
Verſoria cuiuſmodi inſtrumentorum. 202.2.c
Veſtèsne confectæ ad Salomonem allatæ. 246.2.c
cur Salomonis veſtimenta cum floribus & lilijs comparata. 425.2.d, 426.1.a
Inſignia Vexillorum duodecim tribuum qualia. 516.2.c
quomodo per ignem traducentur Victimæ humanæ idolo Moloc. 504.1.b
cur decem Virgines apud Matthæum in parabola. 256.1.c.d
priora Vitæ alicuius quando vituperentur, laudenturve. 562.1.c
Vnctio, vide, Rex.
an Vrias miles gregarius. 18.2.d
Filij Vriæ an adoptati à Dauide. 27.1.d
quarum vxorum Salomonis in Canticis mentio. 484.1.c, d
an aliæ illius conſuetudinariæ ſupra mille vxores. ead.2.a

INDEX V.

GENERALIS, ET EORVM QVÆ AD REM *moralem faciunt: qui iuuandus ex alijs ſuperioribus Indicibus Vocum ſimplicium, et Quæſtionum.*

A

ABia an iniurius erga parentem Roboam. 537.1.b,& 2.d
Abiathar ſacerdos maximus ſimul cũ Sadoc. 385.2.d, fuit vous ex principibus Salomonis. 386.1.c
Abies ſacra eadẽ quæ Plinij. 325.2.d, e,eius notæ,& proprietates. ibid.c
Ablactationis opportuniſſimum tempus. 79.2.d, qua ætate Iſaac, Samuel, Salomon, B.Virgo ablactati. 50.1.a,b,c,Dies ablactationis feſtus, & conuiuialis. 50.2.c
Abrahami in diuinorum cognitione comparatio cum Salomone,& alijs.144.1.e,verſatus aliquando cùm Noe. 145. 1.c. Fuit Chaldæus. ibidem d, eius cum Chaldæis diſputatio,& periclitatio. 146.2.a, docuit apud conuallem Mambre veram Theologiam,147. 1.c,498.2.b, eius nomen quid ſignificet. 147.1.e, profectus in Aegyptum doctrinæ cauſa. ibidem.
Abrahamo ſanctior Dauid. 8.1.a, plantans tres furculos in vnum coeuntes.409.1.b, habens ſuo nomine vnam literam nominis Iehoua. 414.2.b.
Abulenſis de mendacio officioſo ſentẽtia notata. 14.e
Achab mancipium Iezabelis.488.2.c, pœnitentia ſimulata. 551. 1. e, imitator impietatis Salomonis. ibidem
Achillis clypei inſignia Salomoni conuenientia. 134. 2. b
Achimelech non peccans permittens Dauidi panes ſanctos. 13.1.a
Adad rebellans circa quadrageſimum Salomonis annum,& eius hiſtoria. 526.1.c,d
Adamas ab Hebræis Samir. 328.2.d
Adamus Salomone ſapientior.116.1.e, non potuit errare circa ſingularia in ſtatu innocentiæ. 114.2.c, non accepit ſcientiam omnium indiuiduorum minutiſſimorum.115.2.a,habuit ſcientias per accidens infuſas,non acquiſitas.ead.2.d, quæ oportuit illum perfectè cognoſcere. ibidem d,eius eloquẽtia quanta.120.1.e, Iuriſprudentia inferior Salomone. 141. 1.c, & cognitione quorundam myſteriorum Eccleſiæ. 144. 2.a, primus filiorum magiſter verbo, & ſcripto. 145. 1. b, cum eius pulchritudine comparata Chriſti pulchritudo.268.2.e,quomodo Chriſtus in forma ſeruus. 392.2.d,peccati pœnitẽs. 159.2.d, eius pœnitentiæ ſignum aſpera folia. ibidem,e
Adarzer armatura aurea quæ. 159 2.d
Addo prophetæ vana nomina.3.2.e,4.1.a,iunior Nathan,& Ahia. ſcripſit contra Ieroboam.4.1. a, b, & nouiſſima potius quàm initium Salomonis. ibid.e
Adeps quæ præſtet in animali.6.2.c, ſymbolum optimi principis.ibidem d,ſalutares illius vſus in medicina. ibidem
Adoleſcentia peregrinatur per varias cupiditates. 89. 2. e, Inepta ad ciuilem doctrinam eadem 2. e, eius perturbationes & fluctus. ead. 1.b
Adoniæ ambitus an inexploratus Dauidi.15.1.c, non ſuſceptus pacificè,neque à meliori parte populi.58. 2.b, conſecratus oleo ſancto. 67.2.c,cur non coronatus.70.2.c, parallela hiſtoriæ Adoniæ ex profanis. ibidem. ſimilis Eſau. 93.1.a
Adoratio, vide, Perſæ. Adorationis geſtus. 291.1.d
Adulterium punitum ſterilitate. 9. 1.e,& 2. b, eſt furtum 8.2.a, adulterium. vide,Vxor,Filius.
Aduram,& Adoniam an idem.388.2.c, fuit collector cenſus capitationis;& mortuus in Hiſpania. ibid.d, eius epitaphium apud Saguntum. 389.1.a
Aedificij pulchritudo quæ.401.1.d, coronæ aureæ in ædificiis. ibid. e, ſcientia Graphidis in architecto. 329.2.c, vide, Architectura.
Aegyptus. Aegyptij. eorum ſcientia multiplex. 116. 2.d,e,129.1.c. Aenigmatis clari.125.1.d,& Aſtronomia.129.1.d,& Geometria.130.2.c, & Arithmetica.ead.2.c,& Medicina,quam inuenerunt.139.1.a præcipuè vſu vomitionum & ſuffitus.ibid.b, & vnguento Aegyptio. ibidem. Aegypti academiæ Taneos & Mempheos.147.1.a, Aegyptiorum ſacerdotis inſigne.436.2.e, Aegyptia menſa quæ.149.2.e, byſſus.238. 2.d, equi ead.2.b, Aegyptiorum templa cætera magnificentiſſima, in adyto turpe animalculum. 474. 2.d, Aegypti & Syriæ reges culti pro Dijs. 501.1.a
Aenigmatum ſcientia quæ.124.1.c,quod illorum certamen & leges.ibid.Logica interpretatrix illorum. ibid.e, quæ illorum materia.124.1.c,d, formula interpretandi.ibidem d, Salomonis ænigmata ſapientiſſima.123.2.e, habent nomina in Hebræo ab acumine.124.1.d,proponebantur in conuiuijs.123.2 d, inter-

interpres ænigmatum, ſeu ænigmatiſtæ ſapientes. 224.2.d, Aegyptij ænigmatis clari. 125.2.c

Aes pro aurichalco. vide, Aurichalcum. Aes Cordubenſe Marianum. 295. 1.d, 322. 1.b, Corinthium 295.1.d, 321.d,e, huius temperatura qualis. 322.1.a, fuit poſterius Salomone, & ante Vrbem. ibid.b, Antonianum, & Sanctarenſe in Bætica. 237.1.e, Aerea materia religioſa. 321.b, Aes dictum ab augurando. ibidem c, foſſile, & compoſitum. ibidem d, India Aeris, & plumbi egens. 237. 1.d, Aerei cultri in templo Salomonico. 321. 1.b, arma priſcorum Aerea. ibidem c, Aes ſymbolum diuturnitatis. 347.2.b

Aetatem partitio. 89.2.c, iuſta quæ dicatur. ibid.d

Aethiopiæ reges dominati Arabiæ Sabææ. 395. 2.d, longiſſimè diſtans à Palæſtina. 396. 1. c, ſunt Auſtrales reſpectu illius. ibid. Aethiopia duplex. 397. 1.c, 402.1.b, ſtannum pretioſum apud Aethiopes. 237.2.a

Africa, Africanus. An Ophir in Africa. vide, Ophir. An Saba, in Africa, vide, Saba. Africani theſauri. vide, Theſaurus. Africa primùm agnita à Phœnicibus. 185.1.a, illius littora, & incolæ mirabiles. ead.2.e, an Salomon dominatus in Africam. 235. 2.c. Pharaonis palatium in Africa. ibidem

Agnina Hebræis in deliciis. 134.1.e

Agriculturæ ſcientia ampliſſima. 134.1.e, digna principe. 134. 2.b, viguit eius ſtudiû ſub Salomone. ibid. b, vtilior & iucundior quàm ſcientia animantium. ibidem e, culta à regibus. 136.2.e, Agricolationis ratio peculiaris in Palæſtina. 463. 2. b, agricultura culta tempore Salomonis. 468.2.b

Ahias coætaneus Salomonis, Roboami, & Ieroboami. 3.2.d, prædixit Salomonis peccata. ibidem e, illius geſtum cum Ieroboam. 555.1.b, cum ſeqq. an illum perſequutus Salomon. 539.2.b

Ahia ſarim, & Mathatim qui apud Annium. 539. 1. d, non ſunt nomina appellatiua, ſed propria. 541.1.e

Aila varia nomina. 168.1.d

Alexandri pompa cum aromatibus. 371.2.b, illius maieſtas artificioſa. 416. 1.e, terrore ſtipatus. 443.1.c, Alexandri pellicum greges. 483.1.c. illius præda ex Dario. 228.1.e, platanus aurea. ead. 2.c, eius fœlicitas intemperans. 478. 2.b, Alexandri nauigatio. vide, Nauigatio.

Allegoriæ ſobriè vſurpandæ. 91. 2.d, Allegoria miſta. 457. 1.b

Aloe non eadem medicinalis, & odorifera. 286.1.a,b

Altare. vide, Ara. Altare Moſaicum cuius menſuræ. 104.1.b, quanta illius religio, & ſanctitas. 105.1.a, an ſanctiua in illo, & coram tabernaculo, quàm coram arca ſacrificare. ibid. & d, Altare vocatur leo. 323.1.e, 347.2.a, vide, Ara, & Templum. Deorum altaria, & loca diuerſa pro diuerſis Dijs. 597. 2.b, lapidea apud profanos, terreum ex Dei præcepto. ibidem d

Amantium pro amatis vota. 25.1.a

Amianton genus ligni incombuſtibilis. 324.1.e

Amicus regis nomen conſiliarij, & dignitatis. 387.2.a

Angeli flammantes ſignificati nomine purpuræ. 281. 2. a, quatuor repræſentantes attributa Dei hominis. ibidem d, Angeli mundus, & ornamentum Eccleſiæ. vide, Eccleſia. Angeli ſeptem aſſiſtentes inſtar ſeptem principum. 386.2.e, illorum nomina, & ordines ſumpta à Dei maieſtate. 412. 2. b, illorum peccatum propriè pulchritudinis quaſi ſpiritalis luxuria. 479.1.b

Animalia quatuor ſignificantia quatuor regias virtutes. 412.2.a

Animi ſqualentia imago. 473.2.a, ipſius aduerſus corpus. & corporis aduerſus animum cauſa, & pugna. 488.2.c, Animus ſeruiens corpori. ead.1.d, ſquallor, & iniuria pp ſollicitudinẽ externorum. 475.1.a,b,c

Annulus Salomonis. vide, Libri Salomonis, incerta de annulo Salomonis narratio. 154.1.c

Antichriſti milites. vide, Miles. Diuitiæ. 232.2.c, aſſertuat illi dæmon theſauros. 235. 2. a, qui Antichriſti milites futuri ex vniuerſis nationibus. 205. 2.c, an etiam ex Hiſpania. ibid.c

Apex. vide, Hebræum.

Apollonius Tyaneus magiæ naturalis peritiſſimus. 139.1.d, illa abutens ad vanam oſtentationem. 139 2. a, profitebatur artem quærendi, & inueniendi theſauros, ſed rarò ſucceſſit. 235.1.c

Apoſtoli Chriſti ſagittæ. 275.2.c, denunciantes bellũ incredulis. 465.1.e, ædificantes templa ſpiritalia, & externa. 464.2.c

Aprilis, & Maius cur menſes apertionum. 351.1.a, vide, Menſis.

Aquilo in malum. 539. 1.c, carcer Aquilonaris. vide, Templum.

Ara. vide, Altare. Aram tenentes, & amplexantes ſupplices. 448.1.b,c, & fontes. ibidem. igne admoto ſolere educi. ead.2.a

Arabia fœlix, diues agrorum, & pecorum. 158.1.b, diues ex ſolis calore. ibidem c, Metallorum, 230.1.c,d ſola thurifera. 399.1.c,d, terra ipſa odorata. ibidem b, dicta Arabiæ ſacra. ibid.d. Arabiæ aurum optimum. 400.2.b, & gemmæ. 401.1.a. Arabiæ nomen ſolitarium de fœlici. 397.1.a, eſt aurifera. 396.2. d, Arabia Auſtralis ad extremum Oceanum. 401.2.c, vmbræ illius ſiniſtræ. ibidem. Arabes numeroſi, pugnaces, proceri. 398.2.a, illorum habitus, & myſtaces. ibidem b, fœminæ aliquando in Arabiæ regnantes. 401. 2. e, fœminæ Arabicæ vnum oculum velantes. 256. 2.d, Arabicus ſinus. vide, Mare Rubrum, & 174. 1. c, frequenter confunditur cum ſinu Perſico. 181.1.c, Arabicæ gemmæ. 401.1.a, vide, Gemma. Mare Arabicum propter margaritas fœliciſſimum. ibidem b, Arabia odorifera. 242 2.a, campi Arabici commendatiſſimi. 398. 2. a, faſtidiunt ſua aromata, quærunt peregrina. 404. 2. e, Arabica lingua antiqua Iudaica, & poſteriori Iſmaelitica. 569. 2. a, inuenta à Salomone. 117. 2.d, Reges Arabiæ non ſeruiſſe Salomoni ſub tributo. 245.1.a,b

Arbor. vide, Herba, Radix, Agricultura, Lignum. Arbores aromatiferæ quę. 287.2.e, & ſeqq. vide, Thyina, & Cedrus.

Arcæ vectes cur apparentes tabernaculo. 414.2.a, Arca Dei tranſlata in Templum ſine portantium laſſitudine. 350. 1. e, ad acceſſum Arcæ portas Templi clauſas incredibilis Hebræorum traditio. 351. 1. e, quid eſſet in arca. eadem 2. b, ſecundæ arcæ aureæ exiſtentis intra oraculum commentum Montani. ibidem c

Arceuthina ligna. vide, Ligna.

Area dicta quaſi granarium. 314. 2. a, Ornan, ſiue Areunæ area qualis & vbi. 311.2. c,d, an ſyluoſa, vel potiùs aperta. ibidem. Areunæ liberalitas. 313. 1.b, fuit regulus Iebuſæorum. ibid.d.e

Arganthonij regnum ad inſulas Gaditanas. 182. 2.e, & in inſula Erythręa, ſeu Erythæa. ibidem b

Argumenti negatiui via quanta. 541.1.b,c

Architectura principi, & Reipubl. neceſſaria. 132.1.e eſt pars ſapientiæ. ibidem d, Architectura ſacra exemplar profanæ. 132. 2. c, Architecti acumen quale. 358.1.d, res ædificatoria agriculturæ ſimilis. 357. 1.b, domus diſpoſitio ad valetudinem. 358.1.e, vide, Ædificium, & Domus.

Argentum poſtulatum ſiue aſperum. 225.2.d, Argentum pro quacunque pecunia etiam aurea. 314.1.b, Argenti quàm auri color bello opportunior. 361. 1.b, Argentum potiùs ex Tharſis, quàm ex Ophir. vide, Tharſis, & Hiſpania.

Arma aurea & argentea.228.1.a,b,vide Adarezer,Arma ad Salomonem pacificum allata,& cur.vide,Salomonis pax.
Armamentarium Salomonis in domo ſaltus. 358.2.d quis in illo haſtarum & ſcutorum numerus & materia. 359.2.b,c, vſque ad 362.1.d,quod pondus. 362.1.b
Armigeri quod munus. 18.2.d
Ariſtoteles ventriculi dolore extinctus, 114.2.d,ſibi ipſi medicus,ibidem.edoctus ab Hebræo. 151.2.a
Arithmethicæ inuentio Chaldæorum, Phœnicum, Aegyptiorum.131.1.e,neceſſaria principi. ibid.b
Aromata.vide Arabia.Alexandrina aromata. 242.2.a quæ illo nomine comprehendantur. ibid.d
Aromatarij dicti ſcrutatij.244.1.d,arbores aromatiferæ. 286.1.&ſeqq.
Aſiongaber an pertineat ad mare Rubrum & Idumæam Occidentalem.167.2.c,& ſequentibus, eadem cum Berenice.167.2.c.d,quid illius nomen ſignificet. ibid.a
Aſmodæus præſidens theſauris. 235.1.c
Aſſeſſor qualis futurus.101.1.e,non indigeua.ibidem. vide,Procdrus,& Conſiliarius.
Aſſiſtentes regi, quod munus in aula Salomonis. 386.2.c,d,fuerunt ſeptem. ibid.e
Aſſueri vxores plurimæ, 483.1.b
Aſtharthe & Aſthatoth quæ Dea, & quid vox ſignificet. 502.1.b,& deinceps.Iuno,aut Venus. 503.1.b, cum ſeqq.culta à Salomone. Vide Salomonis idololatria.
Aſtronomia Mathematicarum nomine comprehenſa 129.1.a,illius ſtudioſi Perſæ,Aegyptij.Hebræi: ibidem.1.c,inuĕta à Chaldæis.131.1.d,Duæ columnæ inſcriptæ, ſyderum ſcientia à filiis Adam. 145.1.b, Aſtronomia iudiciaria. vide, Salomonis ſapientia.
Athenienſes cognomento terrigenæ. 29.2.c, Athenis ſpectaculum pauonum,vide,Pauo,
Athletarum vnctio, vide Oleum. Poſt victoriam procedebant coronati ad nuptias. 260.2.c
Atlas Moſis tempore. 147.1.a
Atlantica inſula ad fretum Gaditanum. 295.2.c, eius deſcriptio,metalla,& marmora.ibid.d, & 201.1.c, d,e,an vera huius inſulæ narratio. 296.1.c,d
Atrium Iſrael & Gentium.vide,Templum.
Attributa Dei.Vide,Deus,& Angelus.
Aurichalchum an orichalcum, & an ſit nomen Latinum,231.2.b,c.an compoſitum ex Latino, & Græco.ibidem.d,natiuum & factitium.231.2.e,olim in pretio.ibid. d, poſtea ſymbolum rei vulgaris.ibid. appellatur æs.ead.2.c,vide,Aes.Aurichalcum foſſile in pretio. 322.1.b
Auricularius in aula Salomonis. 390.1.a
Auaritia, vide,Concupiſcentia oculorum, & Diuitiæ. cōiuncta cum idololatria.508.2.c, adorat nummos & ſperat in illis. ibidem.c, eſt Dei contemptrix. 509.1.c,Iudæi proni ad auaritiam.510.2.d,& Syri, vide,Syrus.diuitiæ reconditæ quid mali creent. 520 1.a,Auaritia illas detinet quaſi in carcere. 225.1
Auium ſcientia iucunda. 137.1.d, ad Aues aliqua inſecta referri. 137. 1.c, Auium ſagina ad regalem magnificentiam. 367. 1. c, peculiaris ars farciendi Aues. ibidem. Nauigandi indices. vide Nauigatio.Auium an vllus ſermo,& Salomoni cognitus. 110.1.a
Auri nullum nomen ſignificans figuram. 225.2.a,b, Aurum aſperum. ibid.c. eius nomen à claudendo. 226.1.c,quaſi in carcere conjectum natura & auaritia.ibidem 2.a,varia Auri nomina à natura,ab arte,à patria. 220.1.c, vſque ad 226. Auri nomen ab Arte.226.1.b,c, valor decuplo maior quàm argenti.314.1.e, Aurum communiſſimum cuiuſcunque. 220.2.a, à flauedine & colore. ead. 2. c, an dictum ab aura, & ab Vr Hebraicè, ibid.d,e,obrizum ex Ophir. 221. 1. c, vide, Obrizum & Ophir. Aurum potiùs ea Ophir, quàm ex Tharſis.vide,Tharſis, Aurum dictum à vindemiando.224.1.c,& à ſeparando,ideſt,expurgando, quod arte fit. ead.2.b, c, d, eſt ſymbolum purioris doctrinæ. ibid.e, Auri grana. 225. 1. c, Aurum Paruaim an ex Paruatia Plinij. 207. 2.d, Aurum Paz vel Ophaz non tam à puritate,quàm à regione. 222. 1. a, & ſeqq. illius præſtantia an ex ſoliditate & duritie. 222. 2.c, potiùs ſumenda ex lentore & probatione ignis. 223. 1.c,d,& à fulgore. ibidem c, & quòd ſit ductile & ſolutum. ead. 2. d, vnde Aurum Paz dat originem verbo Hebraico Pazaz ſoluĕdi.ibid.e,& 223.1.c.Auri forma ſubſtantialis nō potens arte chimica effici. 234. 1.d,Auro merces viliſſimæ commutatæ apud Aethiopes. 237.2. b, Auri pigmentum Syriæ proprium. 233.2.d
Aurificum & argentariorum quæ exquiſita ars includendi. 226.2.b
mala Aurea in lectis argenteis, & alia pretioſa monilia ad Salomonem allata. 226.2.c,227.1.c
Aurea arma,vide,Arma.Aureæ fontium catenæ apud Aethiopes.229.1.c,400.2.c.Lances aureæ. 229.2.d, ſtatuæ,vaſa coquinaria,ſoleæ iumentorum,currus, columnæ ex auro, 229.2.& ſeqq.
Aurea templi ſupellex,vide,Templum.
Auxumitæ & Homeritæ qui. 497.1.d.
Azael quomodo vnctus in regem viuente Benadab, 58.1.a.
Azarias quis,quo munere functus in aula Salomonis 380.1.a,b

B

BAbylon duplex,& an eadem quæ Niniue.182.1.d in media vrbe templum Iouis Beli cum luco ſacro. 498.1.c
Babylonica acus in opere plumario. 426.1.d
Bacchus idem qui Chamos. 506.1.b. noctu cultus, & quo ritu.ibid.c,& à Moabitis.ibid.c,dictus Chamua per contemptum, ead.2.a
Bætica appellata ab Ezechiele Occidens Occidentis. 191.1.c,eius nomen à fœlicitate,& beata vita. 184. 2.d.Bætis fluuij nomē,ſonat idem.ibid.Tota Betica Hiſpalenſis fœlix,195.2.d.Fertilis.ibidem.eius littora abundant piſcibus.192 1.e,Eius veſtes olim Romam delatæ. 246.2.d, Græcorum in Bæticam aduentus.193.2.b, Phœnicum & Hebræorum nauigationes.vide,Nauigatio eſt ipſa Tharſis,& Tarteſſus. vide & Tharſis, & Gades perflat illam Fauonius. 193.2.d,in ea campi Elyſij. 194.1.b
Bæticorum ingenium & natura. 188.2.d, cum Phœnicibus ſtudiorum & ingenij cognatio.187.2.e,doctrinæ & Poeſis laus & antiquitas. eadem 2. d, vide Turdetania.Nauigandi peritia.188 2.e,Bætici Principes,longæui. 193.2.d
Bahal quid ſonat, maritus, & dominus. 439.2.d, Fuit Iupiter. 503.1.b, & commune idolorum nomen. 505.1.b,Bahalim & Aſtaroth nomina multitudinis 500.2.b,502.1.e
Belearum lex de non poſſidendis auro & argento. 196 2.e
Balnea apud Hebræos quo domus loco. 21.1.e
Balſami planta allata ad Salomonem à regina Saba. 405.1.a,Prouenit in Arabia,vide,Arabia.
Banaias auricularius Dauid.61.2.b,Dux regiæ cohortis retentus à Salomone. ibid.
Barcæ expeditio, 193.2.d
Bathuelis ſignificatio,& allegoria.93.2.e,vide, Iacob & ſapientia.

Beneficia priſtina ſunt occaſio conferendi alia noua. 354.1.e, magnanimus non gaudet accipiendis beneficiis, vide Magnanimitas.

Tribus Beniamin permiſta tribui Iuda, & Simeonis. 534.2.d,e, An in eius forte Ieruſalem, & templum, vide, Ieruſalem & Templum.

Bethſabee, quod eius nomen proprium & germanum. 18.1.a.b.c.d.e.& 2.a. quid ſignificet, ibidem, ex genere Hebræorum, & qui eius parentes. ead. 2.b. cur à Matthæo ſuo nomine non nominata. 19.1.a, qui adulterij cauſam in illam conijciant potius quam in Dauidem. 19.1.a, quæ contra illam dubiæ pudicitiæ argumenta. ibidem c, & ſeqq. fuit pulcherrima. ead. 2.d, & 26. an parum cauta in balneo. 19.2.a.b. non lauit ſe in ſolario, ſed fortè in angulo domus. 21.2.b. Quæ illam à potiſſima adulterij culpa excuſent. 20. per totam ducitur legitimè à Dauide mortuo Vria. 11.2.d.e 22.2.e, 23.1.a. ſācta & pia. 20.1.a pœnitentiæ particeps cum Dauide. ibid. c. donata ſpiritu Prophetiæ, ead. 2.a. prudentiſſima ibid. b. caſta & tēperās. ibid. &c. celebrata à Salomone nomine Mulieris fortis. ibid. d. eius monita relata in ſcripturā ſacrā ibid. Diligitur à Dauide præ cæteris. ibid. figura Eccleſiæ ex gentibus etiā ī ſuo adulterio 21.1.a. lnget legitimo tempore Vriam ibid. b. ſoli Dauidi ex fato deſtinatam, Rabbinorum, commentum. 22.c.d

Timet fore vt nullum habeat ex Dauide filium incolumem. 24.1.a. nuncupat pro filio vota. 24.1.c. ex vno concubitu concipiens. 26.2.b, 32.1.d. nullum ex Vria filium ſuſcipit. 27.1.b. ſed minimè ſterilis. 26.1. ſuſcipit plures ex Dauide poſt Salomonem. 27.1.e. & ſeqq, timet ſibi Adonia. 17.2.a

Bethogabri caſta vbi. 167.2.e. vide Aſiongaber.

Bos cuius rei ſymbolum 530.2.a. Boum imagines an contra legem an ex diſpenſatione inuectæ in Templum a Salomone. 516.b. Iuſtitiæ & ſanctitatis ſymbolum. 412 2.e. Bos aut vitulus dictus de omni ſacrificio. 413.1 b. quid ſignificet in curru gloriæ Dei. 412.2.e. & in Throno Salomonis. 435.1.a. Italia dicta à bobus. 413.1.a

Bubalus de genere caprearum. 367.1.a. eius deſcriptio & notæ. ibidem, & b.

Buccinæ clāgor & ſignificatio. 68.1.e. diuerſus ad conuocandum populum, aut principes. 75.2.d,e,

Byſſus an idem cum goſſipio Bætico. 238.2.d. pretioſa in Aegypto, ibid. & ad ſacerdotum veſtes, ibid. cur habeat nomen cum marmore commune. 326.2.c. Salomonis negotiatio Byſſi. 238.2.e

C

CAdauera ablui ſolita. 43.1.d

Cælum pater, terra mater. 41.1.e

Caligulæ incredibilis auaritia. 232.2.c

Caluitium viro turpe. 419.1.d. vide, Capill⁹, & Coma.

Cammi colinatum cuiuſmodi olim. 340.1.a

Candace commune nomen reginarum Æthiopiæ. 490 2.d. Regina Candaces excitata exemplo reginæ Saba. 392.2.b

Capillus, vide, Coma, Capillorum color rubicundus idem qui rufus apud Latinos & ſacros. 420.1.b. flauus capillus ingenioſorum. 421.2.b. in pretio & honore apud nationes diuerſas ead. 1.d.c. criſpatura capillorum apud priſcos. 419.2.b. & concinnatores ibid. c. Capillus denſior magnanimi, criſpus ingenioſi, ibid; Capilli rari, malè morati. ibid.

Capitationis cenſus & lex an pertineret ad ſacerdotes 160.1.a. cedebant in vſus templi ibid. c. populi cenſus a quo, & per quos, & in quem finem. 12.2.a.b

Ex capite & capillis notæ phyſiognomicæ, 419.1.d, & deinceps.

Carcer ad partem Aquilonarem templi. 339.1.c

Cardines Templi aurei & librati qui. 345.1.b.c

Carthago quo tempore condita. 184.1.a, 200.1.e Condita Salomonis tempore 83.1.b. Carthaginenſes ditati ex Tarteſſo, & Bætica 191.1.d, Portus nouę Carthaginis deſcriptus. 180.1.a, Carthaginis nouæ metalla. 193.1.a

Caſia quæ planta & an eadem cum coſto. 286.2.a, eius cortex odoratus. ibid. d, modus colligendi exquiſitus. 287.1.a, Myrrha & caſia pro omni odoramento. ibidem

Caſtitas, vide, Luxuria, Fornicatio caſtæ generationis præmium. 2.b. corona & certamen. 255.1.d

Cedrus. vide, Templi materia. Quæ arbor. 325.2.b. illius cum hyſſopo comparatio. 135.2.c. & 136.1.c. eius magnitudo. 135.1.c

Cerethi & Phelethi cuſtodia regia. 62.1.a, functi lictorum officio. ibidem c, quibus armis inſtructi. ead. 1.e an fuerit Cretenſes. ibid. e,d, 62.2.e, habitantes ad mare Occidentale. 62.2.e, ſignificatio & notio nominū. 63.1.e, certati & peltati. 63.1.e, adhibiti ī creatione regis. ibidem d, vide etiā in Indice quæſtionū.

Cetharorum rex Philippus Macedo. 183.2.b

Cetus Ionæ adductus ex mari Rubro in Mediterraneū 176.1.d, de genere lamiarum, aut Carchariarum aut Tyburonum. ibid. d. potuit trium dierum ſpatio circuire vniuerſam Africam vſque ad mare Rubrum. ead. 2.c. vide Ionas.

Caietani ſubtilitas notata. 14.2. d. lapſus notatus. 163.2.d,e

Canendi certamen inter ſacros cantores. 260.1.e

Canopi figura. 150.2.d, ſymbolum alphabetarij pueri. ibid. b. vincit ignem Chaldæorum. ibid. d

Chabul. vide, Galilæa.

Chaldęi edocti à Noe. 146.1.c, illorum contentio cum Abrahamo 146.2.d, eſt nomē gentis & profeſſionis ibid. d, vide, Aſtrologia. Chaldæorum imperium locupletiſſimum. 227.2.e

Charitatis ardentiſſima erga Deum periphraſis. 487.2.a. lumbare illius ſymbolum. ibid.

Cheliab an ſimilis Dauidi parenti. 22.2.d.a. An ſuperuixerit Salomoni fratri. 76.1.c

Cham an magus, & an fuerit Zoroaſtes. 233.1.a

Chamos quod nomen & vnde. 505.2.e. 506.1.a, rara illius mentio apud profanos 506.1.a. an Bacchus, an Plutus. ibid. b.d. cultus à Moabitis. ibid. e

Cherim vbi terrarum. 183.1.e

Chimicæ artis nomen quid ſignificet, & cuius ſit linguæ. 233.1.a. eſt pars Phyſicæ ead. 1.d, an culta à Cham. ibid. b, prohibetur à Diocletiano. ibid. d, qualis debeat eſſe artifex chimicus. ibid. e, non facit, ſed potius decoquit diuitias. 234.1.b. non poteſt veram auri & aliorum metallorum perfectorum formam efficere. ibidem e. & 2.a. huius artis ſcriptores. ead. 2.d

Chriſti Domini ortus poſt nouem geſtationis menſes, & aliquot dies. 34.2.c. 36. 1.b. varia de die natali ſententia. ibidem. diutius geſtatus quàm alij fœtus. 36.2.a. Eccleſiæ baſis & fundamētum. 122.2.c. ideo Adonai dictum de filio Dei. ibid. d. ſcientia animę Chriſti qualis. 115.2.b. Chriſtus Deus homo gladi⁹ ſuper femur. 270.2.e. eius fortitudo cum humanitate & pace coniuncta. 270. 2.c. dictus incarnatione potentiſſimus. 271.1.b. eius nomen conueniens cū Gabriele ibidem. Chriſti Domini pulchritudo corporis ad ſuum finem maxima & decentiſſima. 266.2.b & ſeq. de ea accipiendus locus Pſalmi. 267.1.d cum Adami pulchritudine collata. 260.1.e. ea futurum obiectum beatitudinis noſtrorum corporum. ead. 2. b. illius oculi micantes. 267.1. d. varia eius pulchritudo per ætates. 268.1.c. proueniens ex optimo temperamento. ibid. b

Chri-

Chriſti gratia labiorum.269.1.a.criſpante & flaua coma. 419.2.d

Chriſti triumphus & currus Gloriæ. 273. 2.d.e. quatuor virtutes quibus mũdum triumphat.ibid.c,quatuor Angeli quadrigæ Dei incarnati. ead.2.c

Chriſti regnum æternum.273.1.b.vſque ad 278.e.cõfirma regnum & thronum Dauidis. 277.2.b. eius thronus, humanitas & B. Virgo, & cęlum, & fideles.ibid.c.d. & domus Iacob & Eccleſia, 278.1.b. non haber ſucceſſorem,ſed vicarium.ibidem d,eius regnum iucundiſſimum.478.2.e.Solare,perpetuum 472.1.a. 463. 2.a. eius ſalutaris doctrina. 463. a.d. pietatis fructus poſt eius aduentum. 464. 1.b. per prædicatores admonens gentes, ead. a. c. generat Dei filios.470.1.e.eius diuitiæ figuratæ in opulentia Salomonis, ead. a.b. implet promiſſiones de Salomone factas.ibidem d,Chriſti regnum implet terram. 471.1. a. Spiritus ſanctus veluti illius regnum.ibidem, ipſius regnum in mẽtes & in corda. 463.2.c

Chriſtus impeccabilis. 280.1.e.non meruit incarnationem. 280.a.b

Multiplex illius vnctio,Regis,Sacerdotis,ſponſi. 282. 1.c,d, 320.1.b propriè conueniens humanitati.282 2.b, vnctus ad prædicationem. ibid.d. in Reſurrectione & Aſcenſione. 283.1.b. eius figura candelabrum apud Zachariam. 284. a. e, ex eius vnctione Chriſtiani & vncti. 285.1.b. Meſſias nomen ab vnctione.ibid.2.vide,Meſſias. Chriſti nomen an Meſſię celebrius.285.1.e,ipſius nomen communicatum hominibus.282.1.e. eſt nomen appellatiuum. 285. 1.b,ſolet dici Chriſtus Domini. ibid.d

Chriſtus Eccleſiæ ſuæ ornamentum. vide Eccleſia. ipſe ianitor Templi.337.1.a. ex qua templi parte eiecerit ementes & vendentes. 336.a.c

Chriſtus nouus Salomon. 453.1.b. illius excellentia, quòd pluribus figuris repræſentetur. 455. 1. a. b. vincẽs inimicos ad amicitiã adducẽs.275.1.e.Chriſti adulteram iudicantis ſilentiũ & ſcriptio.551.a.d

Chriſtus ex linea regia Salomonis numquam exciſa. 540.1.b.541.1.a

Patri per Chriſtum agendæ gratiæ. 468.1.c

Circumciſionis dies præfixus. 46.1.e. miniſter incertus.ibidem c,feſtum apud Iudæos. ibid.

Ciuilis facultas, prudentia & ſcientia paſtoritia. 139. 2.e. conciliat maieſtatem & gratiam principi ead. 2.b.coniuncti cum fortitudine & prudentia.ibid.c. duo illius & legum naturalia principia. 140.1.e

Clauicula Salomonis.vide,libri Salomonis.

Clauus vnde dictus in Hebræo & Latino.320.2.b,aurei in templo & libati.325.1.a.eorum pondus.ibid.

Clementia promiſcua vitanda principi. 451.1.a. Clementia imperatoria qualis 446.2.c,d. clementię nomine princeps dilectus. ibid. ſæuitia principi infamis.452.1.a.clementia non terrore imitandus De^9 ibid. b, clementiæ ſtudium iunctum cum pietate. ibid.c,clementia temperans pœnam commeritam. ibid.e,Gelonis clementia.451.a.d,Titi Arij clementiæ moderatio. 452.a.a

Clypeus vice cunarum. vide, Cunæ. vngi ſolitus clypeus Principis 283.a.e.vide Scutum.

Coa quæ prouincia,& non longè diſtans Ieroſolyma. 238.1.c,& ſeqq.

Cogitatio ex phyſiognomiæ coniectura quęſita. 123. 1.e.Deus rex cogitationum. 293.1.c

Collegij Sanedrim ſeniorum apud Hebræos poteſtas quanta.57. 2.a.an habuerint ius creandi reges. ibidem b,an fuerint ex Cerethi & Phelethi.ibid.61.a.d 147.1.e. ſeptem Collegia in monte. Sion. 146.2.e. collegia filiorum prophetarum per vniuerſam terram Iſrael. ibid.

Color primus in phyſiognomia. 419.1.a. Optimus ex candido & rubicundo,ibidem. primus in pulchritudine, 420.a.c

Columbę amoris coniugalis ſymbolum 295.2.c,ſęcunditatis,ibidem earum conceptio & partus. ibid. columbarum oculi vitantes periculum.

Columnæ olim erectæ pro limite itineris.196.1.e,Columnæ Herculis.vide,Gades.

Coma virorum olim turpis & horrida. 369.2.b. etiam virilis & fortis. ibidem d, apud Hebræos honoris 370.1.a.& apud Chaldęos ibid.veneranda.419.2.a. coma flaua,vel aurea in honore & decore. 369.2.e. 370.2.a

Principes olim Comati.370.1.b.comparati cum locuſtis capillatis. ibid.c

Comes ſtabuli diuerſum officium à duce. 385.2.c. comes ſacrarum largitionum pręfectus fiſci. 388.1.a. munus à commentariis quod 384.2.d.e. ſuggerebãt regibus merita hominum præmio digna. 385.1.b

Conceptiones miraculoſæ ex primo concubitu.32.1.e vide, Fœtus,homo.

Concionatores veroſimilibus vſi.549.1.d.debent eſſe terſi & limati inſtar ſagittæ. 275.2.d

Concubinæ niſi vocatæ non ingredientes ad regem. 295.1.d. concubinæ Dauidis verè vxores. 482.2.b. Regum concubinæ ab aliis intactæ. 484.2.d

Concupiſcentiæ & concupiſcibilium triplex genus. 476.2.d.e.ſimul in eodem quamuis inter ſe contraria.478.a.c.d.character concupiſcentiæ carnis.477 2.b. & ſeqq. concupiſcentiæ oculorum ſeu auaritiæ character.478.2.b.cum ſeqq.

Coniugia immatura faſtidioſa. 90.1.e. 2.2. cur dicantur certamina gymnaſtica ibid.c. & colloquutiones ibid. Coniugum charitas columba ſignificata, vide, Nuptię,Sponſus,Vxor.

Conſiliarij Regum quales. 411.1.d. Regum os. 111. 1.d.oportet eſſe hiſtoriæ peritos. 128 2.c

Conſiliarij ſunt oculi & aures principis. a.2. &, ſi ſint priuati & familiares ſunt inſtar ſacerdotum.387.1.e

Contemplationis ſymbolum Rachel. vide, Rachel & Scala quam vidit Iacob. 94.1.b

In conuiuio ſe ſedendi ordo & locus primus 539.1.b. proponebantur ænigmata. vide,Aenigma.erãt conuiuia ablactationis & funeralia,& hæc cuius generis.51.a.e.& inauguratione principũ,vide,Rex.

Cordubenſis Templi contignatio ex materia cedrina ſiue areſim.218.2.c. æs Cordubenſe & Marianum. 195.1.d.321.1.b

Core filij etiam poſt Moyſem. 261.1.e

Corona Regum aſſeruata in Templo. 69.a.d. cidaris profanorum Regum qualis.ibid.d,vide, Diadema. corona Melchom. vide, Melchom. coronæ magni ponderis oblatæ regibus ad oſtentationem,non ad vſum.70.1.e.floridæ ante fores amicarum. 255.a.d nuptiale ex quib. herbis. 255.1.b. 255.a.d,Coronæ collares. 255.1.d.e

Cornu olei ſancti ex argento aut auro. 67.a.d. idem cum lenticula ibid. cur Dauid vnctus oleo cornu; Saul lenticulæ,vide,Dauid.

Correptiones ſuſcipiens mens pulcherrima. 293.1.c

Corus quæ menſura. 366.a.a

Corui & veſperæ idem nomen. 421.a.d.capilli auorantes inſtar veſperę, & corui qui. ibid. eſt ſymbolum florentis iuuentæ. 412.1.a

Coſmographia neceſſaria Principi & Philoſopho.131. a.e

Crœſi theſauri. 219 2.c

Crurum notę ex phyſiognomia. 423.a.c

Crux inſtar litteræ arcanæ, & elementi ſignificatiui. 383.1.e. de ligno crucis litterę reginæ Saba ad Salomonem 408.2.e.item alia narratio de arbore ab Abrahamo plantata. 409.1.b

Cunarum vſus & agitatio quid cõferat infanti.43.2.a

Conarum vice olim clypeus, & balneus, & cur. 44. 1.c
Cunina Dea. 44.2.b
Curalia apud Indos pretioſa. 219.1.c, proueniunt in mari Rubro etiam alia. 173.1.b, 174.2.e, 210.1.c, vide Rubrum.

D

DAuid appellatus filius Iſai ignominiæ cauſa. 21.2.e, eius thronus in arce Sion. 69.1.a, cur vocatus ſacerdos 82.1.d, amicus Pharaonis. 161.2.d, eius electio clarior quàm Salomonis. 281.2.c, nunquam alienæ rei inuaſor præter adulterium. 313.1.a, propter peccatum impetitus ab hoſtibus. 525.1.d, eius modeſtia erga Saul. 532.2.d, domus Dauid poſteritas eius regia. 543.1.a
Non idem thronus Salomonis qui Dauidis. 69.1.e ſapientiſſimus & tolerantiſſimus. 145.1.a, eius cum Salomone comparatio in ciuili prudentia. 141.1.c & in Theologia. 145.1.a. commendatus à ſapientia, 147.2.b ſed potiùs à fortitudine. ibidē d, Eius virtutes tres. ibidem c, Dauidis erga Michol ſeueritas. 536.2.c
Dauid exemplar ſanctitatis propoſitum alijs regibus. 6.1.c. ex illo Salomonis laus. ead. 2.a. ſanctior reliquo populo ſui temporis. ibidem. Angelicus. ibid. b. illitus cum adipe ſancto colliſtio. ibid. quæſitus diligenter a Deo. 7.1.a. inuentus cum letitia. ibid. ſibi ipſi de Dauide congratulatus Deus. ibidem b, cedens Deo voluptati, & veluti lucro. ibidem c, non vnus è multis 2.a. inſigni animi magnitudine ibidem b, vir præ cæteris, ibid. deuotione & charitate inſignis & omnia faciens ex diuino conſilio. ibid. d. ſui temporis ſanctiſſimus, ibid. nō minor quā Abraham, Iſaac, & Iacob. 8.1.b. ſanctior poſterioribus regibus. ibidem b. primus rex ſanctus. ibid.
Beneficia Regū poſteriorum propter Dauid. ibid. c.d. Salomonis & Ieruſalem fœlicitas propter eundem. ibidem: eius merita, quatenus profuerunt Salomoni. 556.2.a
Dauidis peccata varia inquiruntur & numerantur à. 9.1.a. vſque ad 17.2.c. vide Indicem Quæſtionum, verbo Dauid. Adulterii exaggeratio & excuſatio 9.2.a. & ſeqq. incautus aſpectus Bethſabee 9.2.e. pluſ quam illa peccauit. 21.2.b. an propenſus ad libidinem 9.2.b.c. inſigniter caſtus. 10.1.a
Contra illum teſtis accerrimus homicidium ead. 2.d. punitum Principum & Regum poſteriorum nece. ibid. e. & 11.1.a. vide homicidium.
In ſuis peccatis repreſentans myſterium Chriſti & Eccleſiæ. 10.1.c
Timet manifeſtationem adulterij & lapidationem Bethſabee 11.1.c. Dauidis milites vide, Miles.
Fatetur peccaum cenſeri populi. 12.1.c, officiosè mentitus. 14.1.b. & 2.d
Ex pœnitentia illuſtrior, quàm obſcuratus ex peccato. 17.1.a. ſemper retinens appellationem ſancti. ibid. c. eius pœnitentiæ teſtimonium illuſtre. 553.1.a.b.
Dauidis geſtorum breuis Chronologia. 86.1.e. cur pedes non equo fugiat Abſalonem. 556.1.d. Homo mitiſſimi ingenij. 11.1.c
Peccatum apud illum, hoſpes & peregrinus. 12.1.a. vſus æquiuocatione 14.2.c. cur Adoniā non corripuerit 15.1.d. fortè propterea punitus ead. 2.a legitimè interficiēs nunciantem Saulis mortem. ibid. e. etiā iuſtitiæ rex cùm erat dux latronum. 16.1.a
Fuit fortunatiſſimus. 157.1.a, diuitiarum propter Templum conquiſitor. ibid. d, ex nauigatione, & claſſi miſſa ad littora peregrina. ead. 2.c, ex agris & pecoribus. 158.1.a & ſeqq. ex vectigalibus regiis, & tributis exterorum, ead. 2.e. & ſeqq. ex muneribus Regum fœderatorum. 159.1.b. ex prædis & ſpoliis hoſtium ead. 2.a. Dauidis res ruſtica ex hæreditate 157.2.d, eius ſubſtantiæ œconomi. 157.2.a.b. diuerſi à theſaurariis. ibid. primo Hebreorum regi oblata ab exteris munera. 158.2.c. Dauidis & Salomonis diuitiarum contentio. 160.2.d. eius diuitiæ ex viginti victoriis & prædis opimis quantæ. 159.2.a.b. ex vrbium ſpolijs. ibid. d.e
Præparat Templi impenſas, an omnes & quomodo 165.2.c.d. De ſuo ſumptu & cultu detrahens vt in diuina impendat. 157.2.a. b. ſepulcrum ab ipſomet cœptum, à Salomone perfectum. 557.2.b. immenſæ diuitiæ cum illo conditę 560. 1.d. eius funus & monumentum. 439.2.b. 573.1.a. & deinceps.
Darij tot vxores, quot in anno dies. 483.1.c
Debitorum vxores & filij venundati. 562.1.c
Deus contemperat naturam gratiæ. 51.2.a. in reddendo quā in promittendo magnificentior. 24.1.c. ita res humanas diſponens, vt nulla ſit vndequaque perfecta. 26.1.c. ſua beneficia commemorans facit ſpē meliorum. 309.1.a. eius dilectio relata ad bona etiā temporalia. 49.1.e bonitas & grati animi ſignificatio. 362.2.d proclinis ad miſericordiam 559.1.b. diſſimulans peccata & prædicans bona hominum opera. 551.2.b.c. quamuis nō prætereat Sanctorum peccata ſine correptione. 559.1.d
Audiens & videns hominum pacta & vota. 78.1.b. Inſtar nutricis leuat de terra plebiculam veluti infantulam. 42.2.a. creat mundum impulſus bonitate. 300.2.d
Cognomento terribilis. 273.2.b. eius iuſtitia cum miſericordia. 564.1.c. agens cum peccatore inſtar agricolæ cum arbore. ibidem. Apud Deum promptuaria fortitudinis & timoris 527.2.d. habet parata præmia ſiue ſupplicia ead. 2.a.b. & idonea ad puniendum inſtrumenta 529.2.d. & illa non differt 78.1.e
Primum ſe voluit appellari ducem populi in Exodo. 305.1. dedit ſignum creaturis tāquam militibus ad inuadendum Aegyptios. eadem. 2.a. habitauit i medio exercitus inſtar Imperatoris ibid. b. & habitans in tabernaculo cum ſuo populo militante aduerſus hoſtes. ibid.
Dei maieſtas tribus rebus indicata. 412.1.a. attributa in animalibus quadriformibus. ibidem b, attributa re non diſtincta 414.1.c. Eius currus & gloria oſtenſa Iſaiæ, Ezechieli, Ioanni. 412.1.d incomprehenſibilis loco, ſed non eſt extra cælum. 352.2.c.d. cur dicatur ſedere in cælo. ibid. e, eius proprium loqui per res. 533.1.c. Apparet Salomoni ſpecie ſupra humanam. 107.1.d. nulla Dei ſpecies impreſſa. ibid. a. non eadem ſemper ſpecie repræſentatus. ibid. b. ſerui Dei appellatio honorifica. 308.2.d. loquendum de illo cum reuerentia. 273.2.e
Dij montium & Dij vallium. 502.1.a. in Deorum tutela eſſe prouincias, piſcus error. ibidem.
Deuterotæ qui auctores Thalmud. 125.1.a. fœdum illorum officinm. ibidem e, erant Phariſæi. ead. 2.a.
Dextera cuius ſymbolum. 81.2.c. Dexter locus, primus poſt honorificentiſſimum. 288.1.e, 440.1.d. & deinceps, ſpecioſa à dextris in ferculo geniali, vide, Sponſa, dextera ad ſiniſtram relata an honorificentior 438.1.d. cum ſeq. Dexteram porrigentes in danda fide & in iurando. 81.1.c
Diadema lineum, aut laneum. 70.1.b. aliquando herbaceum, aut floridum, ibidem. Hebræorum Regum ex qua materia. ibidem b. habebat in fronte infixam margaritam. ibidem.
Dialectica nō indigoa principe. 122.1.c. 123. commendata à patribus. 122.1.a. culta à Moyſe. ead. 1.c. & à Cōſtantino Imperatore. 251.1.d. quæ ſit Dialectica inutilis. 122.2.b. appellatur ſophiſtica ibid. b. & ſtię

112

tia cauta. ibid. c, docet verſutiam ſermonis. 122.2.d, & inter nos Dialogiſmos. 123. 1.e, interpretatur ænigmata. 124.1.b
Dius ſcriptor diligens. 5.2.b
Diuitiæ appendix & corona ſapientiæ. vide, Sapientia. veræ & naturales quæ, 158.1.2. Olim tellus virgo grauida opibus. 227. 2. c, aurum & diuitiæ graſſantes. 226. 1.e, & tanquam malefici clauſi in carcere. ibidem
Priſci opulentiores, noſtrates auariores. 227.2.e, imperiorum & ætatum in opulentia comparatio. ibidē. priſcæ opulentiæ apud nationes omnes exempla. 228.1.b. vſque ad. 230.2.e
Diuitiæ reconditæ quantum mali creent. 512.1.a. domeſticæ cōtemnuntur, alienæ appetuntur. 201.1.d. vide, Auaritia, Aurum, Theſaurus.
Diuites nomen habentes ab vſura. 467.1.c. iidem leones ſimul & vulpeculæ. ibid. b, ſuperbi & clamoſi. 466. 2.b. Diuitiæ omnibus vitiis feruentes. 478.2.a. 512.1.a. & deinceps.
Doctrina expurganda inſtar auri. 225.2.a
Dodanim Rhodij. 281.1.a. cur illorum in ſcripturis rarior mentio. ibidem
Dominus fundamentum domus. 112.2.a
Donum. vide, Munus.
Dos. vide, Nuptiæ, Sponſus. Dotes priſcæ quantæ. 230. 1.a
Dos filiæ Pharaonis. vide, Pharao. Olim ſponſæ indotatæ à parentibus, dotatæ ab ſpōſis. 251.1.e, & ſeqq. 378. 1.b. dicitur munus. 251. 2.d. habet nomen ab accelerando. ibid. e. afferebantur aliquando capita hoſtium dotis nomine. 252. 1. a, cur Saul exegerit præputia à Dauide. ibidem
Dux regiæ cuſtodiæ diuerſum officium à Comite ſtabuli. 385.2.b
Ducis amiſſio principem lædit. 447.2.a. Salomon pacificus ducem fortiſſimum perire paſſus. ibidem b. Duces populi Dei quorſum eneruarent hoſtium quadrigas & currus. 514.2.a, b

E

EBenum adhibitum ad Templorum materiam. 218.2.e
Eccleſia, veræ doctrinæ in illa ſucceſſio per omnia tēpora. 145.1.e. vſque ad 147. 2.c. Eccleſiæ munera etiam laica ſunt ſancta. 282.1.c
Eccleſia candelabrum aureum in quo multi ſancti lucentes. 284.2.e. Eccleſię & Chriſti nuptiæ figuratæ in nuptiis Salomonis, & in Canticis. vide, Salomonis Nuptiæ, & Libri. Eccleſiæ virtutes ſub nomine ſponſæ. 287.2.d. vſque ad 289.1.e
Chriſtus Eccleſiæ ſuæ paludamentum. 289.1.c. Angeli & Sancti mundus Eccleſiæ pretioſiſſimus. ibid. & 294.2.b. varietas Eccleſiæ ex diuerſis ſtatibus. 289. 1.d. etiam humiles illam exornant. ibidem. ſponſæ Chriſti mundus pretioſus & varius. 394. 1.d. eius fęcunditas. 296. 1.b. Eccleſiæ filij non naſcuntur, ſed fiunt. ibidem, per verbum Dei. ibid. c
Eccleſia eſt inſtar Templi Ieroſolymitani. 304. 2.d. illius collum, id eſt, Iudices & Doctores, inſtar turris ad defendendum. 434.2.a. Eccleſiæ & ſynagogæ allegoria in meretricum iudicio. 445.2.a, b.
Eccleſia magna quibus Reipub. ordinibus conſtaret. 348.2.c. conuocabatur præcone. ibid. d
Ebur. vide, Elephas. an aliquod Elephanti nomen Hebraicè. 216.1.d. plures in Africa, & India. ibidem, d, plurimi olim in Atlantica. ibidem e. illorum dentes an cornua dicenda. 216.1.a. non aliud eboris apud Hebræos nomen, quam dens. ead. 1.e. adhibitum ad idola & Templa profana, ſed non ad templum Ieroſolymitanum. 216.2.e. cur ad Salomonem potiùs allatum ex Tharſis, quàm ex Ophir. ibidem c, an ex Hiſpania. 116.1.e. Ebur olim oſtro fucatum. 420.1.e. vetus palleſcit. ead. 2.d. natura ſua nunquā purpuraſcit. 421.1.b
Eburneæ pyxides ad vnguenta aſſeruanda. 287. 1.b. 428.2.c, d. arcę eburneę ad veſtes odoratas. ibidem c. ſymbola religioſorum continentium ſe in cellis, 287.1.e. eius vſus in Templis ad ſimulacra. 433.1.c. & ad ſedes regias. ibidem
Egla cur dicta Dauidis vxor. 20.2.d
Elephantes vbi. vide, Ebur, Atlantica, India, Africa.
Elias an ſacerdos. 80.1.e
Eliſa quorum pater. 183.1.e
Eloquentiæ pulchritudo attributa. 120.1.c. Eloquentiæ Deus magiſter Adamo & Salomoni. 118. 2. b, quæ perfectę eloquentiæ ſumma. 119. 1. a. ſine illa inutilis ſapientia. ead. 2.a.b. eſt principis ornamentum. 120.1.b. & inſtar gubernaculi. ibidem c, neceſſaria principi, ead. 2.c. illius pars ſapientia & cogitatio. 119.1.d. 120.2.d
Eloquentia præſtantes Hebręi. 119.1.b. & Imperatores. 120.2.b. & ſummi Oratores 119.2.c. Eloquentiæ principis imago Herculis Gallici. 120. 1.e. eius ſymbolum argenteum, quod tempore Salomonis, & in Eccleſia Dei non magni habetur. 322.2.e
Eluſa quæ & vbi terrarum, & an eadem cum Elath. 168.2.e
Elyſiæ inſulæ. 183.1.e. Elyſij campi. 193.1.c
Enós erigens altaria, & initiuens ſacras cęrimonias. 24. 1.a
Ephrata quid, & vbi. 311.1.e
Epithalamium. vide Nuptiæ.
Equi nobiliſſimi Hiſpanienſes. 192.2.d. 238.2.b. Syri 237.2.c. an vlli nobiles ex inſula Coa. ead. 2.d. Aegyptij, & aliarum prouinciarum. ibidem. vide, Salomonis equitatus, & Mulus.
Equi quatenus interdicti Hebręis. 513.1.a. & ſeqq. Aegyptij generoſi. 513.1.e. inter inſtrumenta bellica. 513.2.b. non quæruntur à ducibus ſancti populi Iſraelitici. 513.2. lex de nō multiplicandis equis quomodo accipienda. 371.1.a. & 2.c. equorum monilia 514.1.d
Error ex vino & Venere. 477.2.c
Eſcolarienſe templum regale ex marmore Hiſpanico. 199.2.c
Eſdras legis lector. 381. 2. e. eius liber tertius magnę auctoritatis. ibid. d
Eſther nullius filij mater ex Aſſuero. 26.1.b
Ethan & Chalchon qui fuerunt, & qua ſapientia clari. 121.2.d
Euchariſtię prędictio in abundantia regni Salomonici. 469.1.a. & in frumento extollendo ſuper capita montium, id eſt, ſacerdotum. ead. 2. a. inuitatio ad oſculandum filium, id eſt, ſumendum Euchariſtiā. ibidem c.
Eunuchi reginarum cuſtodes. 76.1.d. & regibus amiciſſimi. ibidem d. an nomen dignitatis. ibid. illorum veſtes multicoloriæ. vide, Veſtes.
Eupolemus ſcripſit acta Dauidis, & Salomonis. 5.2.d
Excelſum pro altari. 105.1.a. 299.1.c. minùs perfectū ſacrificare in Excelſis 105. 2.b, ſacrificaſſe in Excelſis dictum ad Salomonis laudem. 299.2.d. Peccaſſe Reges non auferentes Excelſa, & cur. 300.1.c.d. aliquando dicata vero Deo. 496.2.c, malè audiunt in ſacris. ibidem d. erant diuerſa ab altaribus. 497.1.e
Excelſa Salomonis à quo ſublata, & an à Salomone. vide, Salomonis idololatria.
Exorciſmi Salomonis. vide, Salomonis libri. an vlli Salomonis Exorciſmi veri, aut magici. 154.1.c.d. an vlli apud Hebręos ſancti Exorciſmi. ibidem
Ezechias pręſagiens impietatem filij Manaſſe. 536. 2.a. locus ſepulchri illius. 575.1.b

F

FAmæ ſymbolum ſagittæ velocitas. 275.1.a
coniuncta cum virtute & pietate. 522.1.e
Ferrum dignitate vltimum, neceſſitate primum. 320.1.e.Tribulationis ſymbolum. 354.2.b. Ferreum,in aurum,tribulatio in gaudium.224.1.2. Ferrea Templi ſuppellex.vide,Templum. 320.1.e.& 2.a
Fidei & infidelitatis allegoria in indicio meretricum. 445.1.d. & in Moſe interficiente Aegyptium. 546.1. a
Fiducia in Deum non debilitanda nimio apparatu rerum externarum. 514. 1. d. quæ illam debilitant. eadem 2. e
Filij matribus quàm patribus ſimiliores corpore, & moribus 19. 2. c. cur dicantur naſci parentibus. 23.1.a.26.2.d.qui dicantur filij fornicationum. 23.2.a. adulterini infauſti.ibid.c. dicuntur domus & ædificium parentis.24.2.c. Vide Parentes.
Omnibus filiis commune ius ad hæreditatem paternam.58.2.e.ſed excluſi filij concubinarum.ibidem. ſucceſſio in regno pendens ex parentis voluntate. ead.2.c.ſapientiori aut fortiori attributa hęreditas. 60.1.b.c
Filiorum conſpectus ad pietatem excitans. 431.1.c
Fodinæ Aſię, & Africæ quantæ. 159.2.d. Hiſpaniæ. 196.2.d. ſed præcipuè.197.1.e. vide,Metalla,Hiſpania, Bętica. Archimedis ingenium ad eiiciendam aquam ex fodinis. 194.1.e
Fœderis firmitas ex Dei præſentia.77.2.e.quę illius ſolemnis formula.78.1.a. Dei audientis & videntis teſtimonium. ibid.b.c
Fœminę propria loquacitas. 90. 2.d. ipſius libido quã viri turpior 19. 2.b. non fert Fœmina nuda conſpici.21.2.c.illarum incredibile deſiderium prolis. 25.1.e.purgatio ſanguinaria quondam longior.32.2.e. fœminę in quoque genere ſollicitiores. 45.1.d. illarum garrulitas compreſſa. 290.1.d
Fœminę vbi regnarint.401.2.d.e. Fœminarum ingenium auarum.512.1.b. curioſum.405.1.c. & luxu diffluens.512.1.b.Fœminę peregrè venientes ad videndum Salomonem.404.1.b.inuident aliis fœminis potiùs quàm viris.ibidem c. garrulæ,& percontatrices.415.2.b.ipſarũ fraudes & inuidiæ. 444.2.b
Fœminarum pulchritudo, ægritudo oculorum. 490.2.e. & ſpinę intuentium.491.1.a. illarum dominatus iniquus. 490.2.d
Fœtus. vide, Homo, & in Indice Quæſtionum, verbo Fœtus. humani Fœtus progreſſus, formatio, materia.38.2.c.d.qualis ſomnus quo perficitur.39.2.b.c. qua parte alatur. 39.2.b. 42.2.c
Fontium miracula. 572.2.c
Fornicatio,Fornicatius,Fornicarij abutentes poteſtate corporis.488.1,e.vna nocte ſeneſcentes.571.1.c. faciunt mentem ſeruire voluptati.488.1.d. voluptatum,& fœminarum triumphus.489.1.a.ducti captiui Minus,Sardanapalus,Hercules. ibid.& b
Fornicatio eſt macula in gloria.ibid.d,& obnoxia omni dedecori. ead.2.b.fornicatio idololatrię coniuncta.490.2.b. cur dicatur auaritia. ibidem. quatuor libidinis,& idololatriæ ſymbola. ibid.c.d. fornicari,& cauponari coniuncta. 444.1.d.491.2. fornicatio fugat ſapientiam.523.1.d. & deinceps.
Fratrum appellatio inter reges fœderatos. 519.2.a
Fuſcina apud Latinos quid. 323.1.c. fuſcinulę templi quæ. ibidem b

G

GAbaa propriè & appellatiuè. 311.2.a
Gabaon vbi 107.2.d.e. quid nomen ſignificet. ibidem. fuit montana.108.1.d. locus opportuniſſimus ſacrificio. ead. 2. e. frequentatus à ſacerdotibus. 109 1.a
Gabrielis nomen ſumptum ex myſterio incarnationis.281.2.c.præſtat ſingulare obſequium Deo incarnato. ibid.
Gadium rex Argantonius, vide,Argantonius.
Gadir lingua Punica quid ſonet.184.1.e.2.a. vera nominis notio. 185.1.d. dicta etiam Gadeira. ibid. e, terminus orbis ad fretum Gaditanum. 186.2.e
Gadium habitatores Phocenſes. 187. 2. a. dicta Erythrię & inſulæ Gaditanæ. 192.1.e
Gaditanum Emphorium.187.2.d.fretum Gaditanum olim inſulis impeditum. 191. 1.c. & innauigabile. 201.1.a
Gaditani à nauigationibus celebrati. 188.2.c. ſuppetias ferunt Tyriis obſeſſis à Nabuchodonoſore. 189.1.c.& ſeqq. oriundi ex Phœnicibus.
Gades dictæ Tyriæ.ibidem b,Gaditani templi opulentia.100.2.a. vici à Gadibus vſque ad Italiam exportandis diuitiis. 196.2.c
Gadera,ſiue Guedera, Palæſtinæ vrbs. 184.2.a
Galilæa gentium quæ. 518.1.a. appellata eſt Chabul, & quid id nomen ſignificet.519.2.c. e. quid de illa Iſaias. 520.1.b
Gemelli ex eodem ſemine. 33.1.a
Gemmæ Orientales,Babyloniæ,Aegyptiæ, Aethiopicæ.217.1.c.& ſeqq.allatæ ad Salomonem.Gemmata pocula,calcei,ſupellex.219.1.a.& ſeqq.
Genarum notæ ex Phyſiognomia. 422.2.d
Geometria non reiecta à Socrate.130.2.c.Imperatori & Reſpubl. neceſſaria.ibidem,& b.culta ab Aegyptiis,Abrahamo,Moyſe,Salomone. ibid.c. & ſeqq.
Geryonis oues. 196.2.d
Geſtatio in vtero. vide, Infans. Fœtus, Natiuitas, Menſis.
Gigantes exiſtimati ex terra nati. 29. 2.d. Satellitium Salomonis ex Gigantibus.vide Salomon, & Sinæ.
Gihon.fons,& mons.64.2.d.an Nilus.ibid.c,prope Ieruſalem. ibidem e
Gladij geſtandi ſupra femur priſcus mos. 270. 2.d,e, ſymbolum mortificationis, ead.2.a. eſt ornamentũ nobile.271.2.d.Gladiolus aureus inſignia nobilitatis Hiſpanicæ.ibid. Gladius,& arcus inſigne perfectę armaturæ. 272.1.c
Gloria tribus rebus definita.416.1.b. appellatur grauitas.vide in Indice vocum ſimplicium.
Gnomones, vel Horæ apud Græcos, nunciatores ſolemnitatum. 461.2.d
Goropij Becani de mari Rubro ſingularis ſententia. 167.2.d,& ſequentibus. Argutus magis quam ſolidus in nominum originibus quærendis. ibid.a
Graphidis ſcientia architecto neceſſaria. 329.2.c
Grammaticæ doctor Deus. 117.1.e, 118.2.b. Grammaticæ doctores apud Hebræos qui. 149.2.c
Grammatiſagogæi.126.1.d. Grammaticorum naſus, & morſus. 243.1.c
Granatenſes plumbei libri Montis ſancti.154.1.c,569.1.b.560.2.a. conſcripti à diſcipulis Iacobi Apoſtoli,& quando inuenti. ibidem
Gentes coluiſſe Deum,& Templum Hebræorum muneribus. 298.1.c,393.1.c
Gutta quid,& vnde habeat nomẽ in Hebræo.286.1.c

H

HAeretici hominis ingenium.459.1.e.Hæreſis,& Eccleſiæ pugna,& allegoria.445.2.a,b. inter Catholicos, & infideles concertatio dirempta verbo Dei. 546.1.a
Hannonis nauigatio. 186 1.a
Hebetiores,quàm acutiores idonei ad Reipub. adminiſtra-

niſtrationem, 424.2.a
Hebræi numero infiniti. 98.2.c. præſertim Salomonis tempore. 468.2.d. duxerunt colonias in alias prouincias. ibidem e. per vniuerſum orbem diſſeminati.415.2.a. illorum rex externis gentibus & ſcriptoribus cur ignoratæ.5.2.a.cur illorum Deus abſconditus. ibid.
Hebræis quorſum commercium cum Aegyptijs prohibitum.514.1.b.nauigatio ex alieno portu difficilis. 209.1.d. cur nullum portum habuerint, neque commercia cum gentibus. 510.2.c.511.1.a
Hebræorum ingenium inconſtans.485.2.c.514.1.c.externi apparatus cupidum.514.2.a.procliue in adulteria.514.2.d, & in alienigenas.ibidem e,& in idololatriam. 490.2.c, & in veſtes peregrinas. 486. 1. d, & diffidens erga Deum.220. 2.b, veſtium luxu diſfluentes.425.1.e,peregrina inter illos ſcoria amantes. 486 2.a
Eloquentia clari.119. 1.b, & Poeſi. 121.1.c, & Aſtronomia.129.1.e, & Arithmetica.130.1.d, & Mathematicis.ibidem,& Phyſiologia.131. 1.d, Metaphyſica. 143. 1. a, pendebant vectigalia Regibus. 158. 2.c,quando primùm Dei populus vocatus eſt exercitus. 305.1.d
Hebrę orum cum alienigenis quomodo interdicta cōiugia. 480.1.c, & deinceps.486. 2.c, licuiſſe quaslibet ducere ad fidem conuerſas.481.2.b, d, Captiuæ ducendæ vxoris ceremoniæ ad deteſtationem idololatriæ. ibid.b,c,486.1.c
Hebræorum polygamia permiſſa,ſed cum modo.482 1.c, bigamia frequens.ead.2.a, quarum imaginum vſus illis prohibitus.516.2.c, 515. 1. a, b, licuit illis nummus ſignatus. 515.2.c, & animalium aliorum. 516.per totam fere.
Hebræorum traditio de vxoribus militum. 11.2.c, de regno Salomonis diuiſo. 16.2.d,e, de prima nuptiarum nocte Salomonis. 20.2.c, de Bethſabee ſoli Dauidi deſtinata.22.2.a,de Cheliab Vrię potiùs quàm Dauidis ſimili.ead.2.c, de filijs ſecundarum nuptiarum,ibidem,de Bethſabee nolente vti conſuetudine Dauid.24.1.b, delectatione Sarę,& ablactatione Iſaac.45.2.e,51.1.c, de feſto Circumciſionis.46. 2.a,& de oleo ſancto diutiſſimè conſeruato.67.1.c, & de concione Dauidis ad ſuos filios. 75. 1. b, de tranſitu maris Rubri.178,2.e,de idolis Iacob defoſſis ſubterebinthum. 235.1.d, de repulſo Dauide ab ædificando templo. 303. 2. e, de montibus Sinai, Thabor, Carmelo coituris. 320.1.a, de vermiculo Samir.328.2.b, de ſede in templo nemini præter regem,& ſummum ſacerdotem conceſſa.339.1. a, de triplici ordine lapidum atrij interioris. 351. 2.d, e, de decantato Pſalmo in dedicatione Templi. 350. 2.d,de portis Templi clauſis ad acceſſum arcę.351. 1. e, de ædificatis habitaculis ſeruorum filiæ Pharaonis in Mello. 376.2.e, & ſeqq. de muneribus filiorum Abraham, & Sabęis.40a.2.e,de Ioab tenente cornu Altaris.449.1.a, & de maledictione peſſima Semei.ead.2.b, de lætiſſimis nuntijs annuntiandis ex montibus.461.2.a,de Salomonis peccato, & fiducia ſui.479.1.c, de ſacrificio Moloc.504.1.c, de dęmonibus ſuccubis Adami,& Salomonis.507.1.a de cauſa rebellionis Ieroboam.517.2.b,531.1.e, de Salomone mendicante.524.1.e,de Salomone perſequente Ahiam.535.2.b,de Salomonis publica pœnitentia. 567.1.c
Potiſſimum ritus inaugurādi regem, ſeſſitatio in throno regio.69.1.d, pactum pacis ineuntes cum populo.71.1.a,81.1.b, & cum Deo 71.2.b, cur accipientes Deuteronomium legis.ibid. accipientes oſculū, & velut ſpiritum à ſacerdote. ibidem, conuiuia in illorum conſecratione, & ſacrificia. 72.1.d
Apud illos Reges non creati ſuffragijs populi.58.1.b, ſed ſuſcepti ad poſſeſſionem regni à populo.ibid.c, & electi à Deo.ibid.&77.1.b,c
Hebræorum Regum miniſtri à commentarijs.1.2.a,à quibus ad Perſas idem ſtudium. ibidem. ſub ſingulis Regibus ſinguli ſcriptores ſui temporis. 2.1.a, à quibus crearentur. 58.1.b, & ſeqq. electi à Deo. 60.2.c
Quæ ſolemnia in illorum funeribus, & an concremata cadauera.439.2.c,an Regibus Hebræorum præſcriptus certus numerus vxorum. 482.2.c
Legitimæ Hebræorum regum diuitiæ quę. 511.1.b, quis modus theſaurorum illis præſcriptus. ibid. c, aulæ officia translata ad imperium Latinum. 388. 1.b, patrimonium ex agris, & pecoribus. 258.1.a, ſedentes cum principibus ad iudicandum. 365.2.d
Quibus cæremonijs conſecrarentur. 62. 1.b, & deinceps; comitatus ex omnibus ordinibus. ibidem c, ſedentes ſupra mulam regiam.64.1.c,2. a, inaugurati extra vrbem,& ad fontes. ibidem d,& cur. 65. 1.c,& ad arbores, & in nemoribus.65. 2.d, an mos circumducendi per caſtra.66.1.a,b, Regum vnctio non tam lege quam vſu & conſuetudine ſolemnis. 66.2.d,e,indicat Regum munus eſſe ſanctum.ibid. quanam parte vngerentur. ibid. d, & Regem eſſe medicum. 67.1.c
Hebraicæ linguæ multæ voces in alias linguas,& prouincias tranſeuntes.184,2.a,& in Hiſpania.190.2.d eiuſdem linguæ prærogatiua.218.1.c, puncta Hebraica quando inuenta,& illorum inuentores.382. 1.b,c,apex Hebraicarum litterarum quid. ibid.c, vſus quatuor litterarum ad legendum. ibidem a
Hecatombe ex quibus victimis conſtaret. 103.2.d
Herba. vide,Agricultura,Arbor Radix.
Hercules columnarum nomine cultus, 195. 2. d, ductus ſub triumphum libidinis. vide, Libido, Luxuria, Concupiſcentia.
Herodes affectans diuinos honores,punitus. 29.2.b
Hilaria in feſto matris Deum quæ. 33.1.b
Hiſpalis Ibylla. 195.2.c
Hiſpalenſe collegium D. Ermenegildi ſocietatis Ieſu. vide,Bętica.
Hiſpalenſes celebres nauigationibus.189. 1.e, parietes formacei Hiſpalenſes optimi. 192.2.a
Hiſpalenſis Bætica, & Hiſpalenſium antiquitas,& eruditio.181.1.e, illorum gloria celebrata. ibid.e
Hiſpania olim Pania.184.1.c,à quo nomen acceperit. 184.1.d,an dicta ab Hebræo nomine.ibid. an Hebraicè nominata Sepharad.ibid.b, Græcè Spanica. ibidem c, Hiſpaniæ aliquorum locorum appellationes Hebraicè. 190.2 d
Hiſpani dicti habitare in angulo Occidentis. 205.2.d an propagati à Tubal. ibidem c, priſcarum gentiū cum Hiſpanis commercium.183. 2.d, Samiurum. ibid.e,Oſiridis.188.1.d, is Serapis,Pan,Pluto,Dionyſius Hiſpaniæ præfectus.ibid. &c,d, Græcorum aduentus.193.2.b, Phocenſium coloniæ. 194. 1. c, Phœnicum,& Græcorum aduentus.193.2.d, coloniæ Phœnicum. 196.2.e
Hiſpaniæ fertilitas res neceſſarias Romæ ſuppeditās. 192.1.c,& quibus abundet.ibidem d,& ſeqq.præſertim metallis.ibid.d, auro foſſili,& fluuiatili. ibid.c, theſauris perennibus.193.1.c,præſepia argentea & laquearia.ead.2.d,228.1.a,argenteus fluuius ex mōte argenteo.194. 1.a,ancoræ argenteæ.194.1.c,Roma diues ex Hiſpania.ibid.b. & Carthaginenſes ex diuitijs Hiſpaniæ bella gerentes. ibidem c, metallorum Hiſpanicorum cum Atticis comparatio.ead. 2.d, ſaga Hiſpanorum. 246.2.d
Hiſpani diuitias ſuas mirati edocti ab exteris.194.1.c ante inuenta metalla philoſophiæ vacantes. 194. 2.c,e,Theſauri Siclici ex Hiſpania.195.2.b,vectigalia Romanorum ex Hiſpania.ibid.e, Salomon Hiſpaniæ

ſpaniæ diuitias colligens.197.1.c. Hiſpania ſemel dives ſemper dives. ead.2.d
Exteri metallorum effoſſores in Hiſpania.198.1.e fodinæ metallorum in Hiſpania etiam nunc ſupra quingentas. ibidem c,& ſeqq.
Putei argentei inexhauſti.194.2.b.maior argenti quã auri vis ex Hiſpania ad Salomonem.216.1.e argentum vili habitum tempore Salomonis. 322.2.e
Hiſtoriæ perita digna principe.128.1.d,cum ea coniuncta cuiuslis doctrina ibidem e,eſt pars ſapientiæ. ibidem. ſemultipro experimento.ibidem, neceſſaria regum conſiliariis. 128.2.c
Hiſtoriæ ſacræ ſcriptores Prophetæ.128.1.e, & ſcriptores publicorum monumentorum apud Hebræos.ibid.d, vide,Scriba, & Liber Regum & Paralip. vide, Hiſtoria ſacra.
Holofernes an in Hiſpaniam venerit.205.1.b, quos Tharſenſes,& Hiſpanos deprædatus. ead.2.c.
Homerus Synchronus Salomonis. 82.2.b
Homicidium punitum interitu filiorum.9.1.c,10.2.e, appellatur ſanguines hunquam eluti.10.2.a,cruentat, & vulnerat ipſum occiſorem. ibid. territat, & exagitat ſuum auctorem. ibidem c, malitioſè,& prudenter perpetratum irremiſſibile.ibidem d, debilitat occiſorem.11.2.b, reddit in bello timidum, & ignauum. ibid. non punitum cruentat iudicem. 448.2.c
Hominis imbecillitas indigens parentum ſollicitudine.45.1.c, eſt naturæ vulnus, 45.1.e, Hominis dominatus in creaturas,prima primi regni imago. 101.1.a,Hominis propria mutatio.259.2.d,& immutatio ex reſurrectione.ibidem,permutatio in nuptiis. ibid.e, figura quadrata,& circularis in corpore humano. 330.1.b, Homo ſymbolum clementiæ. 413.1.c, Homines non natura, ſed fortuna differentes. 40.1.c,d, quia terreus homo debetur terræ. 40.2.e, Homini nullus naſcendi terminus. 32.1.b
Humana vita nauigatio, mors, portus.42.2.e, humanæ gloriæ ſymbolum Luna,& gemmæ lunares.473.1.e,& 2.a, Humanæ formationis ars, & iuuentum diuinum. 29. humilitas ex terræ origine. 30. 1.a, 40.1.c, Conceptus qualia primordia per quatuor tempora.30. figuratio ſimilis ſculpturæ. ibidem. c, & velut opus figlinum in vtero, tanquam in officina luti. 30.1.d,e,&tanquam opus plumarium. ibidem d, appellatur caro. ibid. quę prima in formatione pars. 31. ſecundum diuerſa tempora reſpondet diuerſis planetis,& ſecundum diuerſa membra.ibid.d, heroes nondum nati ſui ſpecimen præbentes. 32
Honor ſine virtute petulans. 436.2.a
Hoſpites olim ſimul & doctores. 147.1.c
Humilitas ad maximum Eccleſiæ ornamentum. 289. 1.d,e, etiam quod in pedibus ſponſæ, eſt aureum, ſicut cætera ornamenta. ibid. humilitatis veræ formula. 30
Hieronymus benignè interpretandus. 10.1.e,an eius opus liber traditionum.23.eius lectio correcta.397.1.b,defenſus à Maſij calumnia. 273.1.b
Hyſſopus qualis herba, & cuius facultatis. 136.1.c,d, non eſt origanum, neque ſpartum, neque ſerpyllũ. ibid.e,& 136.1.e,2.a,b,eſt Adiantus.136.2.c, opportuna ad aſpergendum. ibid.d

I

IAcob ſapientis ſymbolum. 92.1.a,& deinceps. cur miſſus à parente in domum Bathuel. 93.1.a, allegoria eius, & ſapientiæ amatoris. vide, Sapientia.
Iacobi filij non ſemper eodem ordine recenſiti, 29. Iacob,& Eſau quomodo ex vno concubitu. 32. horum paralleli Salomon,& Adonias. 93.2.b
Ianſenij opinatio parum conſiderata. 14.1.a
Ianua idem qui Noe. 146.1.c
Idololatria laqueus.491.1.c,& lancea in lateribus,ibidem d, cur dicatur fornicatio.eadem 2.b, vſque ad 493.2.a,& cauponari.491.2.c,& vocatur impietas. 554.1.b, inuecta à turpi concupiſcentia. 492.2.c, coniuncta cum omni turpitudine. ibid. b, fauens omni libidini. ibid. e, eſt vaſtitas & perditio. 501.1.a,prima illius occaſio.503.1.b, cum illa veneficia coniuncta.506.2.d, & cum auaritia. 508.2.c, vide, Salomonis idololatria,& Lacus,& Altare.
Addicti idolis inſtar fœminarum contugatarum.492.1.a,& viri fornicantes cum deabus. ibidem e
Idumæa vbi conſtituta.168.1.a,169.1.b, duplex Oriẽtalis,& Occidentalis. ibid.c,d
Iedidiah an nomen proprium Salomonis. 48.1.d e, minùs frequenter vſurpatum. ibid.d
Iephthe filiæ threnus. 255.2.a
Ieremias an ſcriptor ſecret tertij libri Regum. 2.1.c
Ieroboam rebellatio grauiſſima.529.2.d, & deinceps eius hiſtoria, vſque ad 536.1.a,eius quaſi inauguratio regni clancularia, quid ſignificet. 532.1.e, non licuit illi rebellare.eadem 2.d, an datæ illi decem ſciſſuræ contentæ vnico fruſto. 534.1.a, non rectè illum perſequitur Salomon. 533.1.a
Ieruſalem lętiſſima Dauidis & Salomonis conſecratione.66.1.e,infinito ciuium numero plena.98.2.c, nomen illius cur duale. 148.1.d 435.1.c, ſecunda eius vrbis pars quæ.148.2.a,tres eius muri.ibidem d,vide,Sion.Ieruſalem in qua tribu.317.2.c,d,e,ei⁹ maior pars in tribu Beniamin,minor in Iuda. 318.1.d, 435.1.d, primùm vrbs Salem in ſola tribu Beniamin,Sion in Iuda.318.2.c,d, quot illius muri. 374.2.b,Ieroſolymitana academia a plurimis frequentata.151.1.a,b,ex illa plurimi ſapientes. 152.1.a
Ieſu nomen cur reuelatum Ioſepho.47.2.c, eius comparatio cum nomine Meſſiæ & Chriſti. 285.1.e
Imaginum vſus quatenus Hebræis prohibitus.515.2.a & deinceps.animalium imagines licuiſſe. ibid.
Imperatoris conſecratio cur in brachio & humero.68.1.b,Imperatoris eloquentia.vide Eloquentia,Rex, Princeps.
Indorum Occidentalium obſcura origo.268.1.a,Indiæ Orientalis habitatores Ophir & Henila.212.2.a vbertas & opulẽtia mirabilis.ibid.b,c, Indorum appellatio multiplex. 497.1.d
Infans.vide,Homo,Natiuitas, Fœtus.Infantibus motu conciliatus ſomnus. 43.1.e, Infantię panni prouerbium.ibid.2.e ſunt mortis prognoſticum. 44. recens nati expoſiti in clypeis,& in vannis.44.2.e, nõ lactati materni lactè minùs erga matres affecti.45.1.2.b,Infantib.numina præſidẽtia apud priſcos.51.a.a
Mẽſes geſtationis decem pro heroibus. 31.35.2.c, qui pluribus paucioribusve geſtati.32.1.vſque ad 36.1.a, lunares an ſolares numerandi.33.1.b,geſtatio in vtero morbus quidam.32.1.c,computandi à conceptione,vel à formatione fœtus. 36.1.e
Ingenium quibus conſtet.51.2.d,an idem cum indole.ibidem.quibus rebus cognoſcatur. ibid.
Inſomniã Venerea ſoli homini immũda.39.1.c, vide, Somnium.
Inſecta ad aues, & ad piſces relata, tum etiam & ad alia genera. 137.2.d
Ioabi peccata aduersùs Dauidem.447.1.d,e, an ab illo patefactæ arcanæ literæ Vriæ.ibidem e,cur illius ſupplicium dilatum à Dauide. ibid.a, cur non eductus ab altari.448.2.c,Hebræorum de illius reſponſo traditio.449.1.a,eius ſepulcrum. ibid.c
Ioannes Annius fabuloſus & nullius fidei auctor.540.1.d,ſuſpectæque veritatis. 28.2.b,57.2.a, 189.1.c, eius ſcientia errans de linea Salomonis excisa. 540.1.d,e

Ioannis Baptiſtæ natiuitas poſt nouem geſtationis menſes.34.2.c,36.1.c,ſex integris menſibus coocep̃tus ante Chriſtum.34.2.c,Lucerna per oleum ſpiritus. 284.1.d
Ioas qnomodo ab Athalia non inuentus licèt anxiè quæſitus.540.1.c,541.2.d, Linea Salomonis in illo noo exciſa. 539.1.& deinceps.
Iod nominibus additum ad contemptum. 506.2.a. & nota diminuens. 382.1.
Ionæ deuoratio & eiectio deſcripta.519.1.e, vſque ad 177.2.c,deuoratur in Mediterraneo,orat & euomitur in Rubro.176.1.e,an tres integros dies in ventre piſcis.ead.2.a,eius oratio paulo aoteqnam eijceretur. ibid. d, e, eius tergiuerſatio ſeruiens diuinæ prouidẽtię.177.2.d.e.potuit nauigare in Hiſpaniam vltra columnas. 205.1.e,
Ioſaphat exercitus. 416.2.d
Ioſeph ex eadem regali & Salomonica familia cum B.Virgine.543.2.a,b, eius linea legalis deſcripta à Luca. 544.1.b
Ioſeph Patriarcha Pater Pharaonis. 54.2.a,147.1.e
Ioſephus hiſtoricus cautè legendus, propter frequentes lapſus.5.2.e,qui illius errores prodant. ibid. error de Templi area. 332.1.b, diminutus in hiſtoria Salomonis. 496.2.b, 548.1.d, Patriarum traditionum tenax. ibid.
Irregularitas ex homicidio nulla in Synagoga. 304 1.e
Iſaac an ſeptimeſtris. 34.1.a,videtur duodecimeſtris. 36.2.e,quando ablactatus. 50.1.a
Iſaias an ſacerdos. 80.1.e
Isboſeth cur circumductus per caſtra in inauguratione. 57.2.d
Iſidis ſacerdotes impijſſimi. 492.1.c,d
Iſrael reges de tribu Ephraim.530.2.a,Iſraeliticum regnum deſignatum lacerato pallio.533.1.d, & ſeqq. perpetua tribuum diuiſio & diſpertio. 534.1.d, decem eius regni dilacerationes. ibid.
Italia habens nomen à bobus. 413.1.a
Iuda tribui permixtæ tribus Beniamin & Simeonis. 534.2.d
Iudæ patriarchæ fornicatio non inceſtuoſa. 552 2.a
Iudas Machabæus cur prælatus fratribus. 60.1.c, ao primogenitus. ibid.
Iudea iuſtitiæ amator. 279.2.c, Iuſtitia cur virtus vniuerſalis.ibidem d,Iudex aduocatus pauperum.462.1.b.inſtar turris ad defeodendum innoceotes. 434.1.a,imago Iudicis iniqui. 16.1.c,d, & Iudicis æqui diuidentis in cauſa dubia.ibid.vide,Rex, Princeps, prelatus.
Iudith an ſterilis.26.1.c,cur eius opes à marito relictę commemoratæ. ibidem d
Iulianus delectatus Salomonis lapſu. 493.2.d
Iumentum, in iure de animali dorſuario. 141.2.a, in ſacro vſu de pecoribus. ibid.
Iuniperus idonea ad ædificia. 326.1.a
Iouis pallium Salomoni conueniens.139.1.c,Iouis Beli templum in media Babylonia, vide, Babylon, & Templum.
Iurandi ritus apprehenſo throno. 277.2.c,iurandi religio. 441.2.d
Iuſtitia.vide,Index.
Iuſtorum merita apud Deum conſeruata. 385.1.d
Iuſtus cadens in peccata,ſed reſurgens. 17.1.c

L

LAbiorum notæ ex phyſiognomia.423.1.b,cur inſtar liliorum, vide,Lilia.
Lac maternum naturaliſſimum infanti. 45.2.c, quantum lactatioois tempns.50.1.e,vide,Ablactatio.
Lapides diſtincti à marmore. 327.1.a, Stibini, vide, Stibium. Onychini de genere marmoreo. 323.2.c, an ad lapides ſcindendos vſus Salomon ſanguine vermiculi Samir. 328.2.b,c,d,
Legati & nuntij læti conſcendentes in montes. 461.1.e
Lenticula,vide,Cornu.
Leo placabilis. 323.2.d, 347.2.a, cur leo altare Dei. 323.2.e,vide Altare.Leones argentei Templi erant vaſa expiatoria. 323.2.a, Leo inſigne regum Iuda. 435.2.a,& ſymbolum regiæ fortitudinis, 413.1.b, & vna ex Dei curru quadriga.vide,Deus.
Leuana Dea. 42.1.e
Leuitæ peccatorum ſanguine imbuti ſed non immundi. 304.1.b
Lex regni Regum Hebræorum. 71.2.c, an repoſita in tabernaculo ibid.d,exæquat regem popularibus,71.1.d,Diuinæ legis commendatio à rectitudine, & iucunditate,279.1.b,cur vocetur Iuſtitia. 279.2.e
Legislatoris ſapientia quanta.145.1.d,duo legum naturalia principia. ibid.
Lia actionis ſymbolum. 91.2.d, non alia parte deformis quam oculis.ibid.94.1.c.ipſius deformitas compenſata fœcunditate. 95.1.b
Libani domus non fuit extra Vrbem,ſed pars domus regiæ. 356.2.c, habuit eam appellationem ex columnis cedrinis.357.1.b,vide, Domus regia. pluribus porticibus inſtructa.364.2.a,in quarum vna ſolium.ibid.c,d,vide, Regia Salomonis, Lignum, & Cedrus.
Libris Regum an contineantur libri Nathan,Ahiæ,& aliorum Prophetarum.2.1.c, ſcripti poſt captiuitatem Babylonicam.3.1.c,diuerſi à libris Regum Iuda & Iſrael. ibid.d
Libri Paralipomenon,auctor Eſdras.2.1.d,quid contineat.ead 2.a,cur ſic vocatus à Septuag.ibid. an idẽ liber verborum dierum,ibid.eſt poſterior libris Regum. ibid.
Liber Dierum Salomonis quis. ibid.b, an ſit diuerſus à libro verborum dierum Iuda.ibid. c,d,e,fuit ſcriptus à multis. 3.1.a, combuſtus a Nabuzardan. ibidem b
Libros Prophetarum qui nunc non extant fuiſſe Canonicos.4 2.d,Libri ſacri nõ omnes combuſti a Nabuzardan,neque omnes in Templo.3 1.c, ſuoi regula credendi & viuendi.4.2.a,noo neceſſe eſt illorum materiam eſſe ethicam. 5.1.a
Liber Henoch & Bellorum Domini an ſuo tempore fuerint canonici. 4.2.a,b
Liber Sapientiæ & Eccleſiaſtici continentes hiſtoriam Salomonis.5.1.c,d,vide libri Salomonis.
Libido proiecta ad quamlibet occaſionem. 9.2.c, furoris inſtar. ibidem. vide, Luxuria, fornicatio.
Lignum.vide,Libanus,Ophir,Templum,Thyina.Ligna Libani odorata & imputribilia. 218.1.c,d, an Arabicũ Alerze.ibid. 2.a,ligna Setim.219 1.a,Breſilia.219.1.c,lignum incombuſtibile, vide, Amianton Ligna paradiſi imputribilia, non concipientia ignem. 324.1.e
Libani cuius generis. 325.2.a, b, quomodo conueherentur ad Templum.346.1.c,Thyina.vide,Thyina Arceuthina quæ. 326.1.a
Lilia ſymbolum fœcunditatis. 266.1.b, vide, Nuptiæ. & Reſurrectionis. 265.1.c, in Syria rubentia. 268.2.d,423.1.a,& frequentia, & vulgaria. 430.1.e, Lilia effigiata in Salomonis paludamento.427.1.c.vide,Veſtes Salomonis.
Lilia ſymbolum Angelorum.427.2.b,inter creſcendũ veſtit illa Deus mutatorius. 429.2.a, illorum ornamenta propria.ibidem d, honorifica,& ſimpliciſſima.430.1.a,b,vera & naturali pulchritudine.eadẽ.2.a, ſine pondere & laſſitudine. ibidem c,d

Vide,

Vide, Veſtes Salomonis.

Lingua. vide, Sermo.

Litterarum inuentio digna ſapientiſſimo magiſtro. 117.2.c, Hebraicarum à Deo. ibidem. Græcarum à Cadmo. ibid. Arabicarum à Salomone. ibidem d, Phœnicum inuentæ in Cariath Sepher. 146. 2.d, literalia, ſeu elementaria ſcientia. Vide, Scriba.

ſenſus Literalis quis. 456.1.a,b, an in promiſſionibus de Chriſto, & Salomone duplex. ibidem

Literarum introductores qui 381.2.d, literæ Hebraicæ. vide, Hebraica. Literæ numerorum. 383. 1.b, & notæ ſingularum dictionum ibidem. 449. d, Literarum permutabilium in Hebræo ferè nullum diſcrimen. 395.1.e

Loth an inebriatus cum peccato. 572.1.d, an peccauerit offerens filias virgines Sodomitis. ibid.e, eius inceſtus liberatus à culpa. ibidem d, eius ſanctitas ſingularis. ead.2.a

Luci conſiti idolis. 498. 1.b, & in media Babylone ad templum Iouis. ibidem d, & extra vrbes. ibidem. illorum prima origo ex ſacris. ibidem e, ad ſepulcra. eadem 2. d

Regum inaugurationes ad lucos. ibid.e, & conuiuia. 499.1.e, & domunculæ, & lucernæ. eadem 2.b,c, & anathemata pretioſa ſuſpenſa ex arboribus. ibid.d

Lugendis defunctis quantum temporis. 21. & marito ab vxore. ibidem

Luna iam ſtabilitatis, iam mutationis ſymbolum. 463 2. e, 474. 1.e, eius facies ad inconſtantiam, motus ad perpetuitatem. 473. 1.e, ſignum amatorium eadem 2.e, alia etiam ſtudia influens. 474.1.a,b

Margaritæ poſt plenilunium captæ ſymbolum humanæ gloriæ. 473. 1.e, item & gemma lunaris, ſeu ſelenites. ibidem d

Luſitaniæ metalla. 193.1.d, Luſitanum littus ad Bæticam habens Ceraunium. 195.1.c

Luxuriæ irritamenta. 483. 1. d, ſenum abſurdiſſima. 489. 2.d

M

Machabæi ſacerdotes, & ſanguinis profuſores. 304.1.d

Magnanimitas virtus regia. 436.1.e, Magnanimus accipit munera cum lætitia. 437.1.e

Magnetis virtus Salomoni cognita. 138.1.c, Magneticæ acus vſus an antiquus. 202.2.a. an cognita Phœnicibus & Carthaginenſibus. eadem. 2.a,c, an acceptus à Sinis. 203.1.e, explorata Salomoni. ibid. & 203.2.c, an à Plauto appellata verſoria. 202.2.d, Magnes vbique proueniens, & quare. 203.2.e, vtraque eius virtus connexa reſpiciendi polum, & trahendi ferum. ibidem potuiſſe nauigari per altum ſine acu. 204.1.c,d, vnde magnes inuentus. 217.1 e

Magiæ naturalis ratio & vis. 139.1.d

Magi reges an ex Arabia. 403.1.c, eorum munera an traditione conſeruata à filijs Abrahæ. ibid. d,e, an ſimilia munerũ reginæ Saba. eadem. 2.a, illorũ munera fuerunt natalitia. 404.2.c, figurata in muneribus Tharſicorum ad Salomonem. 465.2.d

Malacitana tellus diues auri. 201.1.b

Manzer quid, & vnde dictus. 22.1.d, vſque ad 23. 1.a

Manaſſes cur non abſtulerit altaria idolorum. 568. 2.b eius impietas præſagita ab Ezechia. vide, Ezechias.

Manus extenta ducis ſignum pugnandi. 305.1.d

Manuum notæ ex phyſiognomia. 423.1.b,c

Mare finis rerum. 171.2.c, habet nomen à congregando & conſumendo ibidem b, & à limite, ſeu termino. ibid.c, Mare magnum cur Mediterraneum. 175. 1.a, Maris fundum in portu nouæ Carthaginis variegatum. 175.1.d, Mare Suph. vide, Rubrum.

B. Maria virgo ex regali Dauidica & Salomonica linea. 542.1.c. & deinceps. ex eadem familia cum Ioſeph. 543.2.a, & ex progenie regali maſculina, ſicut & Ioſeph. 544.1.a. Natiuitas poſt nouem geſtationis menſes. 35.1.c, ablactatio & præſentatio qua ætate. 50.2.d,e, inter dormiendum etiam merebatur. 111.1.e, eſt Dei thronus. 277.2.d

Marmor Onychinum. 327.2.d, Marmora maculoſa in pretio. ead.1.c, Marmor Parium an in vſu tempore Dauidis & Salomonis. 326.2.d,e, vide, Lapis.

Marmora & lapidicinæ Hiſpanienſes. 199.2.d Eſcolarienſe Templum, & Tabernaculum ex lapide Hiſpanico. ead.2.a

Mathematicarum inuentio Chaldæorum. 131.1.e

Matres ſeptem filiorum natura ſteriles. 26. Matres nõ lactantes filios. 45.2.b, Optimum lac Maternum. 45.2.c, Maternus affectus & pietas in meretricum iudicio. 444.2.a,b

Matrimonium. vide, Nuptiæ, Sponſus, Vxores, Fœmina.

Medicus ſapientiæ nomen. 116.2.b, eſt illius ſcientia diuina. ibidem. Medici diſciplina, & inſtitutio. 138. 2.c, Medicina orta ab Aegyptiis. ead.2.a, digna principe. ibidem c, facta ab idolis per virtutes occultas naturales. ead.1.d

Melchom corona qualis & quomodo à Dauide vſurpata. 15.1.a, 70.1.d, quid nomen ſignicet. 15.1.a, 51. 1.c, quis Deus. 504. 1.e, an idẽ cum Moloc. 505.2.b

Mello dictum à plenitudine. 375.2.e, varia de illo ſententia & refutatio. 376. per totam erat munitio eminentior armis inſtructa. 377.1.d,e, præſertim ſagittaris. ead.2.c

Menander quid ſcripſerit. 5.2 c

Mendacium etiam officioſum nullum licitum. 13.2. d non eſſe magnam culpam. ibid.e

Menſis Hebræorum appellationes duplices. 330.2.d, Menſes illorum Tiſri. & alij. 349.1.a, & ſeqq. Eorum nomina Chaldaica, & quaſi epitheta. 349.1.b, c. Menſis Ethanim, id eſt, fortium, quis, & vnde dictus. ibid.c, Menſes geſtationis. vide, Infans.

Mercatur. vide, Negotiato. Mercaturæ commoda. 239 1.a,b,c, Reges & Imperatores vndecumq; lucrum captantes. ibid. e, quæ negotiatio ſordidior. ead. 1.a, Mercatores vnde habeant nomen. 241.1.e, dicti à diſcurrendo. 242.1.a. duplex illorum genus. ibidem, & b

Mercurius an Melchom, vel Moloc. 504.1.e

Meretrix quid, & vnde dicta. 444.1.a, meretrices frequenter ſteriles. ibidem b, res meretricia corporis & cauponæ coniuncta. ibid.d, 491.2.c, Meretricum iudicium, & lis apud Salomonem. 444.1. & deinceps. vide, Salomon. cur dicatur extranea & aliena. 485.1.e, 486.2.a. peregrinæ inter Hebræos. 486.2.a, & ſeqq. meretrices Lydiæ munera dantes. 492.1.b, meretrices ſunt veneficæ. 507.1.e, meretricis filius. illegitimorum turpiſſimus. 23.2.d

Metalla excolẽdi priſca ratio. 194.1.c, ærariæ officinæ in Hiſpania, 193.1.c, induſtria eruendi Bæticorum. 193.1.e, illorum creatio tarda. 198.2.c, vincuntur ab auaritia. ibidem. eruendi labor. 198. 1.e, ex Metallis plurimarũ gentium cognomina. 223.1.c, 2. d, non idem honos quæ durities, & vires. 223. 1.c ſimul cum terra concreata. 234.1.e

Michael vna ex quadrigis currus Verbi incarnati. 274 2.b

Milites ſeparati à Diuinis. 92.1.c, in vita diuites, in morte pauperes. 157.1.b, Miles timidus non niſi diues. ibidem c, militis vxor de pudicitia ſuſpecta. 21. Hebræi ſub Salomone milites non fabri. 243.1.e, Milites Dauidis ſanctitatis ſtudioſi. 13. 1.d, cur dicantur ſerui regis. 78.1.a, Milites Antichriſti. vide, Antichriſtus.

Minæ pondus varium.361.2.b,interdum proficlo. ibidem a,Mineralium ſcientia. 135.1.a
Miphiboſeth. propter eius hæreditatem diuiſam diuiſum eſſe regnum Salomonis,Hebræorum traditio. 16.2.a,eius æquanimitas. ibid.an tactus ſpe recuperandi regni paterni. ibid.c
Miraculo producta perfectiora naturalibus. 34.2.c, 516.1.b, Miracula non multiplicanda ſine cauſa. 179.1.c, In illis Deus vtens inſtrumentis naturæ idoneis. ibid.
Miſericordia virtus magni animi.467.1.s,vide,Deus. princeps miſericors. 466. 2. e, ſapiens miſericors. 467.1.a,Stoici immiſericordes. 466.2.e
Moloc rex aut princeps.501. 2.e, quis Deus & an Saturnus. 504.1.b, & 2.2, vnde mos immolandi illi humanas victimas. 504. 1. a,'& deinceps. eius deſcriptio, ibidem, cultus in Syria. 504. 2. b, idem qui Melchom. ibidem. illius corona ablata à Dauide.505.1.d, fuit Deus proprius Ammonitarũ. ead.2.c,an cultus à Salomone victima proprij filij. ibidem
Monachiſmi deſertores malè pereuntes. 458.2.e
Montes & colles nunciandis lætis. 461.1.d, ac templa religioſi. 300.2.c, Montium iuga inepta ædificijs.319.2.e, mons Moria an pertineat ad duas tribus.318.2.d,Mons offenſionis quis. 500.2.e, vnde dictus.554.1.2,in eo adorantes habebant dorſa ad templum. 501.1.d
Mors. vita. Numquam in Scripturis laudatur vita, quæ Sanctorum exitum non habuerit. 562. 2.a
Moyſes indigens fraterno auxilio. 26.2.2, eius linguę tarditas quæ.118.2.c,in Dialectica peritus. 122.1.c, & Aſtronomia, ac Mathematicis. 129.1.c,d, Geometria & cognitione menſurarum.131.1.a,& Coſmographia.131.2.d, & Phyſiologia quadripartita 133.1.2, comparatur cum Salomone. ibid.b, Iuris prudentiſſimus,ſed infra Salomonem.140.2.e,141.1.2,quorundam myſteriorum cognitione Salomone ſuperior,aliorum inferior.144.2.e, veræ ſapientiæ doctor. 147.1.c, interficientis Aegyptium allegoria. 546.1.a
Mula Regi peculiaris.63.2.e,& pulcherrima. ibid. e, Mularum genus in Syria. ead.1.c,513.1.c
Muli oportuni bello ead. 2.c, an animans permiſſum Hebræis. 514.1
Munus vide donum.in quo differat à dono.245.1.c, conferuntur ex beneuolentia. 245. 1. e, militatio Munerum frequens inter Orientales.ibid.b, Munera ad Salomonem allata quæ, & à quibus.ibid.c,& ſeqq. dona libenti animo oblata ſignificata manibus præcurrentib.ead.2.d,e, Munera læto vultu accipienda,291.2.e,quibus de cauſis dari ſolita. 404. a.b,c
Muſica qualis deceat principem. 121.2.e
Mutinus qua cæremonia coleretur à nuptis. 25. 1. d, 492.1.c
Myrrha ſtactea quę.286.1.e,ſumitur pro omni odoramento. ead.2.d

N

NAama quando ducta à Salomone.538. 1.b, alienæ religionis,ſed vera initiata. ibid.c
Nabuchodonoſor Tyrum obſidet. 189.1.e, repellitur à Tyris & Hiſpanis ead.2.b,parat expeditionem in Hiſpaniam.ibid.c.Sed ſine ſucceſſu aut laude. 190. 1.e,comparatus cum Hercule. ibid.d
Nathan ſui temporis geſta Dauidis & Salomonis ſcripſit.3.1. d, an vno tantùm volumine, vel duobus. ead.2.a, Salomonis pædagogus. 53. 1. b, datus comes & propheta Dauidi regi.ibid.d,eius vita & obitus.54.2.c,d, curator rerum Salomonis, & Bethſabee.ibid.c, an fuerit dictus pater Salomonis.ead.2. a, fuit coætaneus Dauidi,& valdè familiaris.3.2.b, conuixit Salomoni. ibid.intereſt conſecrationi Salomonis,& cur.62.1.e, non errauit in reſponſo reddito Dauidi de Templo. 308.1.b
Nathan frater Salomonis minor natu. 521.1.c, nunquam illius poſteri ſuccedentes in regnum Dauidicum.ibid.& deinceps.
In Natiuitate infantium ritus & cæremoniæ. 41.1.c, recèns natorum riſus ominoſus.41.2.b, vagitus & fletus naturalis.ibidem c,d,vagiendi cauſa, & prima ſyllaba.ead.2.a,abluebantur in ſalutem.42.2.a, ſaliebãtur. 43.2.a, obligabantur faſcijs.ibid.c,d, natalitia conuiuia. 44.2.c
Natura inſtar boni ſoli.51.2.b,reſpondet gratiæ. ibidem.naturalia virtutum ſemina quæ.52.1.c,Naturæ & artis comparatio. 234.1.d, proſperis permiſcens aduerſa.400.1.a, Natura attemperata gratis. vide,Deus.
Nazaræi propter cæſariẽ ſeparari à cęteris. 370.1.b
Nauigatio quorſum inuenta.162. 1.d,potiſſima ad diteſcendum ratio.ibidem.per fretum Gaditanum olim infrequens.171.2.b.poſteriori ſæculo frequentior.206.1.e,etiam Tyriorum claſſis ſoluens ex Rubro.166.2.e, 168. 1.e, Nauigationes frequentes ex Rubro in Hiſpaniam.185.1.c,vſque ad.187.1.b,Priſcæ Nauigationes per altum.187.2.c,quo indice itineris,' & an cum acu magnetica.' 202.1.b; & ſeqq. an Torrida zona mare Nauigabile. 200.1.b, vide, Torrida.Nauigationis per altum indices venti, volucres,ſidera.204.1.c,illius inuentor Hippal°. ibid. Nauigatio Hebræis cur difficilis. 206.1.c
Nauis vnde habeat nomen.209.1.d, Naues Tharſicæ Hiſpanienſes.184.1.d,cur comparatæ cum cymbalo alarum. ibid.a
Neco regis nauigatio.185.1.e,Hanonis.186.1.b, Semiramidis 186.1.d,e,Phocſium.183.1.b,Oſiridis.188 1.d,Sataſpis.185. 2.e,Barcæ.193.2.e,Alexandri. 186. 1.b,Darij & Scytharum nauigatio. ibid.c
Neronis prodigalitas. 231.a.c, irrito conatu quęrens theſauros. 235.1.e
Nili nomen & ſcaturigo obſcura.65.1.c,eius inundatio confundens agrorum limites. 130.2.e,& prębẽs occaſionem Geometrię Aegyptijs. ibid. eius aquę turbidę. 143.2.b
Niniue duplex, ſed celebrior in Aſſyria. 177.2.a, & 2.b
Noe an inebriatus cum peccato. 552. 1. c, eius ſanctitas prędicata. ibidem, Tres mundos expertus. 145.2. d, e, potuit docere Abrahamum, & Chaldęos. 146. 1. b, c, quis illius primogenitus. ibidem b
Nominis impoſitio diuerſo tempore apud diuerſas gentes. 46. 2. c, d, an imponendi nominis munus ad patrem & ad matrem. ead. 2.c, nomina duodecim.Patriarcharum à matribus impoſita.ibid.e, arguit poteſtatem imponentis.nomen.47.1.e,matres primo nomina vocant. ibid. c, ſed viri imponunt. ibidem
duplex Nomen eadem die eidem infanti impoſitum. ead. 2. e, Nomina propter ſignificationem conuenientia rebus.48.1.e,Nominum imponendorum ſapientia apud Hebręos. ead. 2. a, quorum Nomina ante natiuitatem prędicta. 25.1.a
Nomina Hebraica ſimilia indicant rerum ſimilitudinem cum aliqua differentia.218.1.c, 395.2.a, Nomina rerum propria apud Hebręos incerta.360.1.c 380. 2. a, ex Nominibus coniectura fallax. 174. 2. 2, 109. 1. c, ſed non aſpernanda. 583. 1.c,109.1.d

1.e,109.1.d, Nominum compoſitio ex Græco & Latino ao admittenda.231.2.c, nomeo plurale ad honorem. 502.2.a

Nopheth appellatiuè & propriè prouincia & vrbs. 518.2.a

Notarum ſcientia.vide,Litera.

Nouitatis admiratores,antiquitatis inuidi notati.227.1.d,e

Nouus orbis.vide,Peru.

Nox cuius ſymbolum. 109.1.d, prognoſticum ex nocturno tempore non ſemper ominoſum. ibidem d

Numa ſapientiæ ſtudioſus. 415.1.a

Numerus denarius aliqnando ſubintellectus.372.2.d, duodenarius in honore apud Hebræos.515.1.b, ſexageoarius etiam in honore apud Hebræos, & Salomonem. 391.1.a,b

Numus apud Hebræos cur ſine figura. 517.1.b

Nuptiæ,ſponſus ſponſa.vide,Dos,Vxor,Nuptiæ vnde dictæ. 256.2.d, ſponſa curru deducta ad ſpoonſum. 254.1. d, e, vtriuſque ſponſi occurſus qualis & quo loco.254 2.e, ſertum floridum ſponſi. ibidem c, ex quibus herbis & floribus.ibidem d,& ſeqq.ex collectis floribus ab ipſa ſponſa.254.2.e, dicitur filia ſoceri,ſponſi autem filia & ſoror. 289. 2. c, d, ſponſarum præcipua ornamenta, ſilentium & obedieotia ſuo viro tanquam Domino.290.2.d,& internæ virtutes.293.1.b,ſponſi pulchritudo abſcondita. 292. 2. a,b,c

Nuptiarum tria genera.251.1.c,fiebant per coemptionem.251.2.c.inutuò ſe coniuges emebant. ibidem, 252. 1.a,b,ſponſæ alpheſibæa ſua pulchritudine dotate. 252.2.e,vernum tempus aptum nuptiis.eadem 2.d.celebratæ prima hora noctis.253.2. d, cum lapidibus.254.Tęda nuptialis perpetuitatis & fœcunditatis ſymbolũ.254.1.b aqua & ignis cur prelata nuptijs. 254.1.d, nouæ nuptæ nuncupantes vota pro fœcunditate 25.1.c,& illa Mutioo Deo.ibid. ſupplicatio pro fauſtis nuptiis cum florib. 255.2.c, mater ſponſi coronans ſponſum. ibidem, virgines comitantes ſpóſam quæ & quo numero.256. 1.c, ſpooſa introducta in lectum ſocrus.256.1.e, ſponſa velata. ibidem e,& 256.2.d,e, athletæ poſt victoriam coronati accedentes ad Nuptias.260. 1.c, lilia Nuptiarum & fœcunditatis ſymbolum. ead.2.b

Nuptialia apud Hebræos munera.256 1.c,d,victoria, finis,conſumatio,Nuptialia.261.1.c,ſponſi & ſponſæ nomina ad pulchritudinem.285.2.c,ſponſa à quibus virtutibus commendata. 287.2.d, & deinceps. mundus ſponſæ.258.1,c, Nuptiale conuiuium. ibidem d, & 258,2,b, quanto tempore & quibus edulijs cóſtaeet apud ſaceos & profanos.258.2. b,c,d,e placenta nuptialis, mel, & lac, & vinum. ibidem, 259.1.a,b,c,teſtimonium nuptiarum quale.258.2.b ſponſa & coniux honoris particeps. 287.2.c, à dextris in ferculo geniali.ibidem,ſtans ſignificat perpetuitatem coniugij. 288.1.a

In Nuptijs Epithalamium quale, & cuius materiæ, 259.2.d,e,canebatur à virginibus. 261. 2.b, eius inuentor Apollo.266.1.d,cur canticum nuptiale dicatur etiam victoriale. 260.2.b

Nutricis amor mercenarius. 46.1.b

O

OBrizum noo dictum ab Ophir.226.1.d,an ſit nomen Latinum ab Obriſa, vel obruſa. ibid. & 2.b,dictum ab ſplendore & obradiando. ead. 2. c, vel ab aſpredine.230.2.d, vide,Aurum, & Auri oomina varia.

Obſtetricis nomen vnde dictum.41.1.b,illins varia officia in infantis natiuitate,vide,Infans, &, Natiuitas.

Ochoziæ fratres interfecti à Iehu,an germani fratres. 539.2.c

Octauij Auguſti oculi nitidiores. 29.1.e, ex illis notæ phyſiognomicæ. 422.1.b,c

Officia dignis viris conferenda, 388.1.b

Oleum ſanctum non niſi à ſacerdote contrectari. 61, 1.c, Erat compoſitum opere vnguentarij. 66.1.e, cur diceretur effundi ſuper caput Regum & Sacerdotum.ibidem e.Idem ad vngendos reges & ſacerdotes. ead.2.a, b, 282. 1.a, & Prophetas, 282, 1.c, 282.2. d, Et ſine aliqua pro regibua diſpenſatione, 68. 2. d, horum vnctio quaſi ſacra & diuina. 282, 1.b

Oleum & vnctio cuius rei ſymbolum. 69.1.b,

Oleum lætitiæ quid ibid. d, tribuitur Spiritui ſancto. 285.2.c,eſt ſalutare.284.1.c,ſymbolum lætitiæ & luminis.ibidem c,& dignitatis regiæ, & ſacerdotalis. 282.1.a, 283.1.d, 284.2.e, & fortitudinis. 284.2.b, vngebatur athletæ. 283.2. c, & clypei principum ibidem, & ſpooſi. 283.1.d, Spiritus ſimul cum vnctione communicatus Regibus & Prophetis. 383. 2.c

Oneirocritici libri de iudicijs ſomniorum quateous veri & vtiles. 130.1.a, quædam ſuffurati ex ſacris ſomnijs librorum ſactorum,ead.2.b, eſt plerumque ſciẽtia ſuperſtitioſa ead.1.c,vide,Somnium. Ophaz regio Orientis.224.1.c,vide,Ophir,& Aurum.

Ophir proprium nomen regionis. 206.2.c,& auri.ibidem, forte eſt Peru in India Occidentali. 207.1.a, vſque ad 210. 2.e, Ophir, Paruaim, & Peru nominum colluſio. 207. 208. an Ophaz & Ophir idem. 224.1.c,quot vicibus id nomeo vſurpatum in Scripturis. 221.1.e

Ophir viri nomen,an conditor regionis Peruanæ. 208 1.e,an ea regio potius in Africana Sophala.211, 2.a an apud ſinum Arabicum. ibid. d, eſt apud extremam Indiam Orientalem. eadem 2.a,e aurum Salomonis potiùs ex Ophir, quam ex Tharſis. 240.2.e, Integra ſumma auri allati ex Ophir & Tharſis, ibid.b,

Ophirina ligna ſimilia Libani, ſed ſui generis. 218. 1.d,vide,Lignum.

Nauigatio in Ophir quanto tempore.vide,Nauigatio & Salomon.

Oppiani verſus ſinguli ſingulis aureis donati ab Antonio. 137.1.e

Orandi habitus flexis genibus,& palmis ſublatis. 352, 1.c,d,& ſedendo. ibid.

Oratio actus mentis eligentis. 107.2.e,eius vis.225. 2.e, Oratio multorum efficax. 362. 2. d, noſtra habet gratiam à Chriſti labiis & nomine. 289. 2. d, habet nomen à ſummiſſione vocis. ead. 1.b

Oriens abundans gemmis.217.1.a,& quibus.217.1.d, & ſeqq.

Orientales viri vſi inauribus. 315.2.c, apud eos dignitas Regis Regum.248.2.c,ſapientię ſtudium 84.1.b 89.2.d,116.1.c,464.1.a,Aſtrologia pręſtantes.128. 2.e

Orientalium nomine potiſſimùm Chaldæi, 116.1.c, miſſitatio munerum vltro citroq; apud illos in vſu 245. 2. a, & ornamenta equorum & camelorum. 373.2.e

Origanum an Hyſſopus ſacra.136.1.e,& cuius facultatus. ibidem

Ornan.vide,Areuna,& Area.

Oſiridis nauigatio. 388.1.d

P

PÆdagogus qualis,& quod illius munus. 53.2.a, vide Parentes.
Palæſtinæ termini. 170.1.e, 464.1.e
Palma & cedrus ſacerdotum ſymbola. 301.2.a
Panes propoſitionis an à ſacerdoribus, & quomodo conficerentur. 12.2.c,d, an indignè ſumpti à Dauide & eius militibus. ibidem, an verè ab ipſo Dauide ſumpti. ibid.e
Parabolæ nomen ſumptum à poteſtate. 125.2.d, propria illius obſcuritas & veritas. 126.2.a, comparatæ cum malis aureis in lectis argenteis. 127.1.e, & cum abacis Salomonis. ibid. ſunt propriæ concionatorum exemplo Chriſti. ead. 2.a, efficiunt pulcherrimam orationem. 127.2.c
Parabolizandi,& Parabolizatorum publicum munus. 126.1.b, penes reges parabolizandi poteſtas, ead. 1.d, potiſſimum penes Salomonem. ibid.c
Parcarum nomina vnde dicta. 55.2.d
Parentum ſollicitudo pro ſuſcipienda prole. 25.1.d, & pro diuturniori poſteritate. 59.1.d, ſine qua videntur eſſe mortui, & destructi. ibidem. erga vnigenitos amor & charitas. 27.2.d, & ſollicitudo. 45.1.e, torquentur filiorum cruciatu. 444.2.d, glorioſum ducunt honore, & beneficijs vnici a filijs. 47.2.c, eorum merita remunerata in filijs. 100.2.b, & in iiſdem peccata punita. 9.1.c, ſunt filiorum magiſtri. 55.1.e, reprehenduntur filiorum negligentes. ibidem. conciliant ſuis liberis pædagogos. ead. 2.a, nullum erga filios maius beneficium. quàm inſtitutio. ead. 1.b, Patrisfamilias officium. 440.2.a
Parium marmor an Dauidis tempore in vſu,& quale vide, Templi materia,& Marmor.
Parthorum in adorando geſtus lingentium puluerem. 465.1.c
Partus tempus legitimum. vide, Geſtationis tempus. & menſes.
Partus trimeſtris, prouerbium. 33.2.d, de ſeptimeſtri, diſputatio. 34.1.b,e, octimeſtris an appellandus Partus, & cur non vitalis. ead.2.a,b, vitalis in Græcia, Ægypto, Italia, Hiſpania. ibidem b, nonimeſtris frequentiſſimus,& incidens in decimum menſem. ibidem e,& 35.1.a, decimeſtris celebratus. 35.2.b, & pro Heroibus. 36.1.c, vndecimeſtris an naturalis. 37.1.c, duodecimeſtris Deorum. ead.2.a, tredecimeſtris, quatuordecimeſtris, & ſedecimeſtris, aliquando viſus. ibid.& b
in Paruis mirabilis natura. 137.2.e
Pater regis quod munus. 389.1.c,d, potiùs apud Ægyptios, Tyrios,& Perſas, quam apud Hebræos. 54.2.c, 382.2.d, eſt nomen ætatis, ſapientiæ, & miniſterij. 389.2.a,& ſeq.
Patrum Sanctorum plurimorum, ſi non omnium, conſenſus, quam vim habeat ad probandum. 546.1.b,c
Paulus Chriſti ſagitta volitans per diuerſa loca. 275.2.d, procidens ad Chriſti pedes ſagittantis. ibidem, & 275.1.e
Pauones cur appellati nugæ. 214.1.e, Regum deliciæ. ibid. 2.a, quis ſaginandi inuentor. ibid.& b, illorum publicum ſpectaculum apud Athenienſes. ibid.e, illorum nomen multiplex. 215.1.a,b, Hebræum, & Arabicum. ibid.b, certant cum Aquila de primatu. ibid.e, an auis indigena Hiſpaniæ. 220.1.a, eſt optimus ex Media. ibid.c, an idem cum Meleagride, & cum Gallopauone Indico. ibid.& d
Pauperes commendati Principi. vide, Princeps. Quærendus pauper, non expectandus. 440.1.e, oppreſſio illius clamans in cęlum. 456.2.b, ſupplicium illius tota luit poſteritas tyranni. 9.1.c
Pax dilatat Imperia. 415.2.d, florent in Pace omnia. ead. 1.c, Regnum Pacificum inſtar cœli ſereni. 451.2.b
Peccatum. Peccator aberrans ab ſcopo. 17.2.a, geſtat peccatum cordi impreſſum, & inſculptum. 226.1.b, Peccatoris ſanguis profuſus inſtar olei ſacerdotalis. 304.1.a
Peccati nomen triplex. 353.2.c, Eius robur aduerſus omnem firmitatem euertendam. 347.2.c, Primus illius auctor, in quocunque genere grauiſſimè punitus. 554.2.a,b
Peccatò reſpondens ſua pęna. 9.1.a, culpa condonata, non ſtatim condonari pęnam. 556.2.b
Peccati occultatio, circunſtantia diminuens. 11.1.b, timidè & cautè admiſſum Deo patrocinatur. ibidem e, aliquãdo diſſimulari à Deo, & ab Scriptura. 551.1.d,& deinceps. Sed Principum peccata non præterit ſine correptione, vide, Deus. Peccata regum duplicia. vide, Rex, Princeps. Parentum peccata in filijs punita. 9.1.c
Pecuaria olim in pretio. 137.1.b, illius ſtudioſus Alexander. ibid.c,& Antoninus Imperator. ibi.& Salomon. vide, Salomonis Sapientia.
Perſarum luxus, & opulentia. 325.2.a, ritus in Rege inaugurando. 67.2.d, in adorando, proſternatione corporis. 74.1.b, 465.1.b, ex illis ad Hebræos eadem adoratio. ibid.& manibus poſt terga reuinctis. ibidem.b
Regis regum honos apud Perſas. 248 2.d, Officia Regiæ aulæ ab illis tranſlata ad Imperium Latinum. 388.1.c, Regum oculi & aures, illorum conſiliarij. 380.2.a
Peruana regio non incognita Salomoni. 208.2 d, illius mentio apud priſcos. ibid.e, nauigatio Peruana duplex. ead.2.c, 211.1.b, ex Rubro in Peru triennium ad nauigandum ſatis. 209.2.e, an prima in Peru nauigatio fortuita. 201. 2.e, an noua nauigatio nunquam cognita priſcis. 210.1.b
Peruana ligna pretioſa, ead.1.b, herbæ exquiſitæ. 210.2.c, in illo nulli elephanti. ibid.d, an Ophir conditor Peruanorũ. 207.2.e, an eadem regio quæ Ophir fusè diſputatur à 207. vide, Ophir.
Phœnices ſapientiæ ſtudioſi. 116.2.d, Aſſyriorum nomine ſignificari. ibidem. illorum literæ ab Hebręis acceptæ. ibidem.c, vide, Literæ. Phęnicum aduentus in Hiſpaniam. 194.2.d, Deducentes colonias in Gades. 189 1.c, & in alias Hiſpaniæ prouincias. 187.1.c, in nauigando obſeruatores ſyderum. 204.1.e, non ſolum ſui maris Mediterranei, ſed aliorũ etiam experti. 168.1.e, 2.a, ab illis primum agnita Africa. 185.1.d, potiti theſaurorum Hiſpaniæ. 185.2.c. cupidi auri & argenti. 196.2.a, confunduntur cum Pœnis & Carthaginenſibus. 185.2.c, vide Tyrus, Tyrij. Annales Phœnicum. 5.2.b, Pharao Ægypti rex potentiſſimus. 250.1.e, Sapientiæ & antiquitatis generis arrogantiſſimus. ibidem.c, an ſocer Salomonis vltimus Pharaonum. ibidem & b, 250.2.e, amicus Dauidis. 157.2.d, 250.2.e, Eius regale patrimonium ex agricultura. 158.1.c, ſuam filiam locat Salomoni. vide, Salomonis nuptiæ. Dat illi in dotem Gazer. 379.2.b, illa fuit ſterilis. 296.1.a, 536.2.c, ſymbolum Eccleſiæ. 250.2.e, plus iuſto amata à Salomone. 480.2.c, pellicit Salomonẽ ad idololatriam. ibid.e, deficiens à fide debuit à Salomone repudiari. 482.1.a, Reliqua vide in verbo, Salomon.
Phariſæi diuerſi à Scribis. 381.2.d
Phocenſium nauigatio. 188.1.b
Phyſiognomia non omnino neglecta a ſapientibus. 418.2.b, obſeruata ab Hiſtoricis, & frequẽter à Suetonio. ibid.c, illius peritus Gregor. Nazianzenus. ibid.

ibid. in illa color primus. 419.1.a conſiderata ex capite & capillis. ead. 2. per totam ex oculis. 422.1.& 2.& ex alijs corporis partibus membratim. 423.1.a, vſque ad 424.2.c, non omnia bonæ temperaturæ ſigna in eodem, niſi rarò concurrentia. 424.2.a, illius peritus Salomon. vide, Coniecturæ cogitationum ex Phyſiognomia. vide, Cogitatio.

Pinguia quæ ſterileſcant. 26.2.d, vide, Adeps.

Piſcium genus multiplex, & vaſtum. 137.2 c, vnde habeant nomen. ibidem, Comprehenduntur ſub ſe conchas, & oſtrea, & alia inſecta. ibidem d, vide, Serpens.

Planetarum vis, & viciſſitudo in formatione fœtus, & membrorum. 30.2.e, qui planetæ inſociabiles. 34.1.c

Plumarium opus veſtium. 428.1.e, vide Veſtis.

Plumbum argentarium quod. 232.2.a, ſoli plumbo argentum miſtum. ibid. plumbum Hiſpanienſe. 273.1.d, illius India egens. ibid.c

Pęnitentia excuſat peccata. 17.1.b, eſt victoria & triumphus. ibid.e, ellicit laudem ex peccatis. ibid. eſt ſcala per quam aſcenditur ad Deum. 20.1.d, & ſolatium animi. ibid. illius laus apud Deum & homines. 553.1.d, inducit obliuionem peccatorum apud Deum ead. 2.a, etiam ſimulata videtur placere Deo. 551.2.a, libentius traditur ab ſancto in Scripturis, quàm hominum peccata. 551.1.d, & 2.b

Pœnitentia multorum Sanctorum non ſcripta. 552.1.b, neque duodecim Patriarcharum. ead. 2.b, vide Peccatum.

Poeſis quæ deceat Principem. 121.1.d, Hebræorum qualis. ead. 1.d, e, alphabetaria Dauidis & Salomonis Poeſis. ead. 1.d, e

Poetæ priſci ſapientes Græci. 147.1.b, cur carmine tradiderunt diuina. 121.1.c, dicuntur a Petro doctæ fabulæ. 125.1.e

Politica docetur perfectiſſimè a Salomone cum omnibus ſuis partibus. 339.& 140. vide, Sapientia Salomonis.

Porticus Salomonis. vide, Templum.

Prædicatores vtentes parabolis obſcuriorib. ſunt oculi ſponſæ intrinſecus latentes. 126.2.c, dicendi moderatione illis vtendum. 127.1.a, inſtar ſaggitarum veloces, diſcurrentes, & collimantes corda. 275.2.d,

Per verbum Dei fiunt pattres filiorum Eccleſiæ. 296.1.c, vtuntur aliquando veroſimilibus, licèt non omnino certis. vide, Concionatores.

Prægnantium vota. 25.1.c

Prælatorum & miniſtrorum Dei virtus. 432.2.a, vide, Iudex, Princeps.

Prætorij Præfectus, quod munus. 388.2.a, fuit apud Hebræos Præpoſitus ſexaginta fortium. 340.1.e

Prætoriana cohors. 63.1.a, 390.1.e, enſiculus proprium inſigne Prætorianorum. 390.2.c

Primogeniti diutius retenti in vtero. 32.1.a, quod illorum ius apud Hebræos ad reguũ paternum. 55.1.a, & ſeqq. Deus non valdè fauens primogenitis. 56.1.d

Princeps, Rex, Iudex. imitaturus Deum in ſapientia non in terrore. 110.2.d, non tam futurus Philoſophus, quàm auditurus Philoſophos. 111.1.b, & habiturus aſſeſſores, & conſiliarios ſapientes. ibid. d ſanctior reliquo populo. 102.1.b, & virtutis merito euectus in ſublime. 249.1.e, priùs legem ſeruans, quàm exigens. 101.2.e, pendet ex illo populi pietas. 297.1.b, & debet commendare apud populum religionem. 315.2.b, orat pro populo. 98.468.1.a, imitator diuinæ indulgentiæ. 460.2.d

Parciùs ſibi viuit, vt ſacris ſumptibus ſufficiat. 357.1.e

Pacificus, & ſibi quoque imperans. 436.1.b, cuſtos legum incorruptus, & diuinæ ſanctitatis æmulator. ibidem d, imperans non ſeruis, ſed filijs. 102.1.b, coniungit vota & preces ſuas cum votis populi. 315.2.d

Primus Principum ordo, & proximior apud Deum. 249.1.e, debet eſſe verax, & ſemel datæ fidei præſtitor. 440.2.c, ſuæ plebis, & pietatis ſponſus. 482.1.b, præbens ad ſe omnibus facilem aditum. 443.1.a, inſtar ſolis & imbris non ſemper in publico, ſed non ſemper latitans. 368.1.b

Principis conſilia diuina. 140.1.a, & arcanorum apud ſe prudens cuſtos. 446.1.c, fortitudo eius ſubditis ſalutatis. 275.1.b. ſub regni initijs præteritorum criminum impunitas. 440.1.a, illius maieſtas & gratia ex ſcientia ciuili. 99.1. 240.1.a, optimi Principis officium. 241.1.b, & ſycophãtas profligare. 402.1.e, populo iuſta requirenti debet morẽ gerere. 99.1.c, debet eſſe in iudicando ſolers. ibid.d, e

Potens tueri pacem. 510.1.b, c, eſt inſtar ſtomachi & nubium. 511.2.c, & inſtar adipis fouens partes tenuiores, & ſicciores. 6.2.d, hoſtibus terrificus propter opulentiam. 510.1.b, accipitur à populo beneuolentiſſimè inſtar pluuiæ à terra. 463.2.c, eſt apud illum pretioſa pauperis ſalus. 467.1.e, & illi ſubuenit de regio fiſco. ead. 2.e, eſt de rerum & conſiliorum ſucceſſu ſollicitus. 102.2.c, multis cogitationibus & curis immerſus. 102.2.e, ſi ſit otioſus, vacat curioſitati. 111.1.e, vide, Rex, Iudex, Prælatus.

Principis nomen de conſiliario. 380.2.a, eſt in ſacris potius nomen dignitatis, quàm ſanguinis. ibid. b, quamuis nobilitas conferat muneri ſplendorem. ibid. d, eius nomen a menſurando. ibid. c

Princeps Prophetiæ apud Regem quod munus. 387.2.c, idem Princeps munerum ibid. & Princeps quietis aut recreationis. ibid. d, e, miniſter largiendorum munerum, quaſi comes ſacrarum largitionum ibid. e, & 388.1.a

Problematis Eccleſiaſtici exemplar. 546.1.b

Proedrus, & Proedria, dignitas Aſſeſſoris. 101.1.e

Pſalmi alphabetarij Dauidis & Salomonis qui. 121.2.a, b, quorum auctor Salomon. 152.2.a, quæ regula ad cognoſcendum auctorem Pſalmi. ibid.

Pſalmos continens Chriſtum ſub hiſtoria veteri tanquam aurum cęlatum & pictum. 225.2.b, & quaſi aurum emblematis inſigne. ibidem e, Dauidis in Pſalmis verba prægnãtia, & velut notæ ſcribarum. 264.2.e

Pſalmi decantati in dedicatione Templi. 351.1.a, Pſalmi. 43. & 69. commentarius, ſuis locis quærendi.

Prophetiæ gradus excellens quis. 107.1.b, inter dormiendum qualis. 108.1.c

Prophetæ cur obſcuriores. 126.2.d, laborant & laſſantur inſtar fabrorum, frequenter mutant perſonas. 276.1.b, & faciunt tranſitiones, & rapiuntur celeritate ſpiritus. 264.2.e, vnguntur ad prædicandum. 282.2.c, cur turpia clarioribus verbis inſectentur. 288.1.a, non quæcunque quocumque tempore ſcripſerit Prophetæ fuiſſe de fide. 4.2.d, quæ citantur a ſcriptura fuiſſe infabillis veritatis. ibid.

ſolo Prophetæ nomine an licuerit veſci panibus ſanctis, ſicut ſacerdoti. 13.1.a

Princeps Prophetiæ quid. vide, Princeps.

Ptolomæi pompa cum odoribus. 371.2.b

Pueri neceſſaria inſtitutio. 52.2.e, & ſequentib. indiget ſarritione. 150.2.b, eius imago Canopus. ibidem b

Pueritia fulcienda præceptis. 53.1.b, ſapientes a pueritia bene inſtituti. 54.2.d

Pueri Regij cum paribus enutriti apud Hebræos. 54.2.c, eſt nomen miniſterij. 86.1.a, vide, Infans.

Pulchritudinis ſterilis ſymbolum cupreſſus. 26.2.c, illius ſtudioſi amantes, & proci, & paſtores. 52.2.d, cæteris bonis prçlata, 265.2.d, laudata in conuiuijs. ibidem. potiſſimum tempeſtiua, & matura nuptijs. ibidem non ſemper cum probitate coniuncta. 267.1.d, diuina & caſta pulchritudo terribilis. 270.2.d

Pulchrum eſt amabile. 266.1.d, 427.2.e, & aureum. 418.1.b, pars fœlicitatis. 417.2.c

Pulcherrimis deberi principatum. eadem 1.c, à forma commendari reges Hebræorùm. ead.2.c, & Imperatores. ibid, b, & apud priſcos Pulchritudinis ſtudium.. ead.1.c

Pulchritudini lis cum pudicitia. 19.1.d, formoſæ ſuſpectæ quoque. ibidem. ſed per ſe pulchritudo coniuncta cum bonis moribus. 21.2.d, & cum ſterilitate. 25.2.e

Pulchritudo incautè conſpecta aufert cor. 9.2.d, vide etiam pulchritudinis partes membratim in Phyſiognomia.

Pulueris concitatio, aut excuſſio ad indicendum bellum. 465.1.d, ſignum aduentantis hoſtis. ibid.

Puncta Hebræorum. vide, Hebraicum.

Putiphar an idolorum ſacerdos. 387.1.d, potius Magiſtratus laicus apud Pharaone. ibid.

Pythagoras cuius, & quo tempore ſuæ ſectæ auctor. 151.2.a, circumciſus, & tictus Hebraica ſapientia. ibidem b

Q

ſub Quercu ſacra apparens Deus. 498.2.b, & ſub quercu Gedeonis. ibid.d, an ead. ſit terebinthus, ſub qua idola domus Iacob. ibid.c

R

RAchel oculis potiſſimum pulchra. 89.1.c, 94.1.c, eius conſpectus animum & vires addunt Iacobo. 94.1.b, eius pulchritudo compenſata cum ſterilitate. 95.1.a, cur furata idola patris. 96.1.a, an idolorum cultrix. ibid. eſt ſymbolum ſapientiæ. 89.1.d, & ſeq. & contemplationis. 91.2.d, huius cum Iacob, & ſapientiæ cum Salomone comparatio & allegoria. 92.1.a, & deinceps.

Radix herbarum & arborum eſt inſtar cordis. 135.1.a, ſed potius herbarum quàm arborum commendata. ibidem. vna, & eadem ſolet eſſe virtutum contrarium. ibidem b, quæ ſine radice naſcantur. ibidem.

Razonis rebellatio aduerſus Salomonem, & eius hiſtoria. 528.1.a, & deinceps.

Rebeccæ, & Iſaac preces pro ſobole ſuſcipienda. 25.1.d

Religioſi ordines tanquam filiæ Regum. 287.1.c, & fundatores religionum, patres Eccleſiç. 296.1.d, Religioſi continentes ſe in cellis tanquam veſtes odoratæ in reconditorijs eburneis. 287.1.e

Religionis & pietatis cura communis principi, & populo. 315.2.c, vide, Princeps, Rex.

Reſpitario prima vitæ actio. 4.1.e, differt ab inſpiratione ibid.c, quomodo communicata primo homini, ibid. dicitur vita. ibid.d

Reſpublicas melius adminiſtrari ab hebetiorib. quam acutioribus, & aptioribus ad diſciplinas. 423.2.a

Reſurrectionis ſymbolum lilia. 260.2.c, eſt immutatio refloreſcentis corporis. ibid.d

Rex, Princeps. Deus doctor & inſtitutor Regum. 98.2.e, ſapientia Regum magiſtra. 113.1.d, Regibus inſculpta Dei imago. 276.1.c, iurant apprehenſo throno tanquam per rem diuinam. 278.1.d, ſunt cora Deo, & peculiari eius prouidentia. 543.1.b, & peculiariter ſeruantur. 555.2.d, habent à Deo robur ad deſendendum, & inuadendos hoſtes. 248.1.a, & ad regni ſtabilitatem & confirmationem. ibidem, & inſtitutio Regnorum eſt opus plenum ſapientia. 101.1.a, & ſeq. 102.2.b. illorum virga, & ſceptrum Regni inſigne. 278.2.b, eius directio ſymbolum iuſtitiæ & æquitatis, puniendi, & menſurandi. 278.2.b, c, d

Reges ſunt ſupremi & infimi inſtar fundamenti. 112.2.c, angeli & fundamenta terræ. ibid. & capita. eadem 1.d, ſontes, oculi, ſtatuæ mobiles. 113.1.d, e, ſunt Regni ſtabilimentum & baſis, ſi ſint ſapientes. 112.1.c, 2.a, & immortales, ſi ſint perfecti Philoſophi. 112.1.a, ruit enim Regnum ſub principe ſtulto. 112.1.c, ſicut eſt fęlix ſub ſapiente. 177.1.a, & 2.b

Rex ducit legem tanquam ſponſam. 71.1.d, exæquat ſe popularibus, ſubijciens ſe legi. ibid. accipit ſpiritum per ſacerdotis & Prophetę oſculum. 71.2.b, vnctus docetur miſericordiam, & eſſe medicus. 67.1.c, 112.1.e, & eſſe pater. 71.1.a, & propinquus ſiue cognatus miſerorum. 75.1.d, & Regum munus eſſe ſacrum. 66.2.e, & debere fauere pijs, & perſequi impios. 280.1.d

Regis officium exquirere Dei voluntatem. 78.1.e, 102.2.c, & cultum religionis. 100.2.c, ideo illi dati Prophetæ comites, & monitores. 54.1.b, quos debent libenter audire. 308.1.c, & ſuo exemplo allicere populares ad rem diuinam. 78.2.d, & profanas diuitias conferre ad diuinum cultum. 78.2.e, debet eſſe in medio populi. 98.1.d, e, habere ueritatem, & iuſtitiam. 97.2.c, modeſtiam, clementiam. 273.1.d, & 2.a, & alias virtutes. 111.2.d, 139.2.d, 270.1.a, 273.1.a, & alia regia ornamenta. 89.2.e, & integritatem veræ fidei, & religionis. 97.2.d, 101.1.d

Reges licere ſibi omnia exiſtimant. 9.2.d, volunt non videri homines, quamuis nihil habeant ſupra humanam naturam. 29.1.d, olim thurificatione culti quaſi diuini. 388.1.d, illorum ornamenta ad terrorem. 431.c, cultiſſima. 427.1.d, & odorata. 428.2.b, & ſedes aurea, & eburneæ. 433.2.d, & ſequentib.

Regibus facile eſſe ſua acta reuocare. 554.2.d, illorum peccata duplicia. ibid.c, & ſubditorum peccata illis attributa. ibid.a, illorum ſymbolum mare. 162.2.e, quantum Regis & prælati diſcrimen. 61.1.b, orandum pro illis. 79.1.b

Reges prælιantes de curru. 272.1.a, illorum peculiaris equus, aut mula. 63.2.e, initio Regni tribuunt ſtrenas. 74.2.e, non effundunt ſanguinem. ibidem, & d, e, & condonant impunitatem præteritorum criminum. 439.2.e, illorum tribunalia, & prætoria ſunt aſyla innocentibus. 434.2.a, inſtar turrium. ibidem, facilem habentia habitum. 376.2.443.1.a

Reges viuentes regnum committentes liberis. 74.1.e, an ſucceſſio præſtet electioni. 59.2.c, illorum creatione ſolemnis formula, Viuat Rex. 68.1.c, & aliæ acclamationes cum plauſu & muſica, ibi.c, d, e, conuiuia, & cœnæ regales. 72.2.d

Regnum dicitur lux & lucerna. 90.2.e, deletur propter peccata. 373.1.e, vide, Hebræorum Reges, & Princeps.

Regis amicus. vide, Amicus Regis.

Regius thronus habens nomen ab operiendo. 286.2.e

Regius miniſter qualis eſſe debeat. 159.1.b, curatores fiſci & publicani attenti ad lucrum. ibid. inter Regios miniſtros princeps thuribularius. 388.1.c

Roboam ſtultitia puerili. 86.1.a, quorſum comparauerit ſuum digitum minimum cum lumbis paternis.

nis.89.2.b,c,imprudens & timidus. 537.1.a,b, ſtultitia.572.2.c,ſtultè impius. 537.1.c, corpore procerior. ibid.d,imperio indignùs. ead.2.a, non omnino imbellis,aut negligens regni.ibid.b,triennio pie tatem coluit.562.1.d,quo conſilio illam coluit.ead.2.b,commendat illi religionem Salomon moribundus.572.2.c,malè obiens.538.1.a,filius Naama, vide,Naama,ſuſceptus à Salomone decem & octo annorum.vide,Salomon.

Romanorum luxus in epulis.214.2.c,in opulentia, & gemmis. 228.2.e,vſque ad 230.2.e, ærarium locuples.230.2.a,vectigalia.ead.2.a, Romæ quot idolorum templa. 299.1.e, Romani in habitu muliebri. 488.2.b,nullam reſpuebant ſuperſtitionem. 500.2.e,illorum fides. 437.1.a

Rubrum mare ad Occidentem. 170.2.a, & ſequentibus. an appelletur Suph,ibid. proprium Rubri nomen Suph ab alga ſeu fuco marino. 172.1.c,d,e, 174.2.c,quæ eius rubedinis ratio & cauſa. 172.2.c, d,e,an vera rubedo.ibid.diuerſarum ſententiarum de rubedine conciliatio & conſenſus.173.1.b,teſtimonia ex experimento eius rubedinis.174.1.& ſeq. Eſt id mare procelloſum & aſperum. 173.1.d,178.1.e, qui illius termini. eadem 2.b, ſed ſtrictè pro ſolo Arabico. ibidem d,eius deſcriptio.174.1.b,circumcluſum montibus.177.1.d,latera cauernoſa & prærupta. 180.2.a, an etiam profundum cauernoſum, & per miraculum complanatum in tranſitu Hebræorum. ead.2.c, ablatæ à Deo omnes illius fundi difficultates, & arborum obſtacula. 179.1.e, illius campum graminoſum multum contuliſſe Hebræis fugientibus. ibidem 2.a, non fuit per miraculum herbidus,ſed natura ſua. eadem 2.d, non exaltatus fundus ad extimam aquæ ſuperficiem. ibidem d, Hebræorum veſtigia impreſſa in fundo & littore. 180.1.a,aqua vtrinque conclacians inſtar muri. ibidem a,Ægyptij hærentes in ſabulo.179 2.e,cur rotæ ſubnerſæ currunm. 180.2.a, Salomonem profectum ad mare Rubrum, & qua de cauſa. 178.1.d, accolis maris Rubri minatus Iſaias.186.1.c,ad illius littora accolentes Abyſſini. ibid. nauigatio ex Rubro difficilior,ſed quæſtuoſior.201.1.e, Rubrum communis Orientalibus portus. ibid.e, frequens ex Rubro in Indiam nauigatio. 210.2.b, Rubri maris quæ gemmæ. 217.2.e

Ructus ſimilis cibo. 263.1.c,ex modico calore prouemiens. ibidem.

S

SAba,aut Zeba nomina virorum,& regionum, & vrbium.394.2.a,vtraque in Arabia fœlici.395.1.e, quo illorum nomine ſignificata Arabia, & Æthiopia.395.2.e,& ſeq.vſque ad 397.2.c

Sabæi Aſiatici. 394.2.c, Sabæi Indi coloniæ Arabum aut Perſarum. ibid. d, coniuncti cum Æthiopibus. 395.2.c,& aliquando Æthiopiæ ſubiecti.ibid.d,nomen Saba continere myſterium.399.1.c,& 2.a,Sabis Deus Arabum. ead.2.b, Sabæorum odoratus multa fragrantia obtuſus,400.1.a,illorum ſupellex aurea. 230.1.b.480.2.b

Saba Regina cuius nominis. 391.2.a,b, an vna ex Sibyllis.392.1.a,fuit pia & ſancta.ibidem c,d,an Regina totius Auſtri.393.2.a,non imperauit Ægypto. 394.1.a,fortè Æthiopiæ & Arabiæ regina.395.a.e, veniſſe ex Æthiopia,aliorum opinio. 396.1.c,d,venit ex Arabia fęlici. 396.2.e, numeroſo & forti comitatu.398.1.d, circa annum vigeſimum regni Salomonis.403.2.a,excitata fama Salomonis. 404.2.d, & ſtudio ſapientiæ. 404.1.d,non excitata oraculo Balaam.402.2.e,d,eius quæſtiones & ænigmata. 403,2.e,& ſeq.quæ illius munera oblata Salomoni. 404.2.a,b, an ex Salomone facta fuerit filij mater. 406.1.d,fabula Luſitanorum ſcriptorum. eadem 2.c, d, fortè annum apud Salomonem commorata. 407.1.e, prudens reginæ ſilentium, & opportuna oratio. 408.1.b, Hebræi illam obeuntem comitati. ibidem d, litteræ illius ad Salomonem. eadem a. e, Presbyter Ioannes ab illa oriundus. 395.2.d

Sacerdotes ſimul & reges apud quas gentes. 79. a.e, Sacerdotis cum Deo familiaritas & pax. 278. a.e, Sacerdotes veluti à commentarijs Dei ſuggerentes, vt Eccleſiæ benefaciat.385.2.a, duo Sacerdotes magni ſimul ex diſpenſatione.386.1.a, duæ illorum factiones inſtitutæ a Dauide. ibid.b

Sacerdos ex minoribus offerens priuata Regis ſacrificia.387.1.b,illius nomen de laica dignitate. 381.1.b.387.1.b,& qua analogia. 387.1.d,e, Sacerdotis Ægyptiorum inſigne. 436.2.c, illius ſymbolum palma,cedrus, Cherubini. 301.2.a, eius proprium manus,portare legem & arcam. 360.2.e, ſunt Angeli, & ſtellæ. 353.1.e, Sacerdotes olim laicis principibus ſubiecti. 517.2.a

Sacrificium etiam offerunt laici. 80.1.c, victimarum qualitas obſeruata ab antiquis, & numerus pro diuerſitate numinum. 103. 2. c, Imperatoris ſacrificium ex aquilis & leonibus.103.2.d,ſacrificia & victimæ loco impiorum. 304.1.c

Sadoc ſacerdos cur ſecundo conſecratus.79.1.e,an ſimul ſummus ſacerdos cum Abiathar.61.1.e, 385.2. & ſeqq. ex qua familia. 61.1.d, an idem Propheta. ead.2.a

Sagina boum apud Hebræos. 366.2.c,ſaginandi aues peculiaris ars. 367.1.e

Salem pręnuntians nomen Salomonis.24.1.d,fęlicior ſub Salomone quàm ſub Melchiſedech. ibid.d, cadebat in tribum Benjamin.vide,Ieruſalem.

SALOMON.

Salomonis hiſtoria.

Opus neceſſarium ad vniuerſos Salomonis libros, in Prologo. Colligendum ex ipſis libris Salomonis. ibid.Difficile & multiplex.ibid. Scriptores illius antiquiores. ibidem.,& poſteriores. ibidem. Integra hiſtoria a nemine adhucrentata. ibid. Totius operis diuiſio. ibid. Hiſtoriographi plurimi & diligentiſſimi. ibidem ipſe etiam Salomon rerum ſuarum ſcriptor. ibidem.

Salomonis parentes & pueritia.

Parentes eius ſanctiſſimi. vide, Dauid & Bethſabee. Omnis eius fœlicitas propter Dauidem. 8.1.d,439.2.d,qua proportione reſpondeat eius promiſſio voto de ædificando Templo. 24.2.c,Promiſſa Dauidi de Salomone magnificentiſſima. 78.1.d, agit ipſe gratias pro ſe ipſo parenti ſuo a Deo præſtito. 24.2.c,an fuerit Mamzer.22.1.d,& 2.d, eius nomen prædictum.24.2.b,& pręnunciatum in nomine Salem. ead.1.d,octo illius nomina 46.2.e, 48.1.d, Ledidiah proprium.48 1.e,ſed Salomon potiſſimum,ibidem quæ illius ſignificatio. 48.2.e, vtriuſque nominis comparatio, ibidem quamuis aliquando Salomon ſit nomen patronymicum.456.1.e, dicatur de Chriſto.565.2.b,cur negetur ab Ambroſio fuiſſe pacificus. 456.1.c

vnicum matris Solatium. 24.1.b, quomodo vnigenitus Bethſabee. 27.1.b, cur numeratus poſt fratres vterinos minores. 28.2.a, eius natiuitatis & conce-

ptionis primordia cęterorum ſimilia.28.2.e, 29.1.a, inſtar primogenitorum geſtatus decem menſibus. 32.1.a,lactatus ab ipſa Bethſabee. 45.1.e,ablactatus opportuno tempore. 50.2.d

fuit pulcherrimus ex parentibus pulcherrimis. 266.1.e,417.2.d,totus aureus.418.1.b, candidus, & rubicundus. 419.1.a, & corporis natiua fragrantia. ibidem c, coma flaua criſpante. eadem 2.c,quod eſt ſignum ingenioſi. ibidem a, oculis æqualibus, & ſplendentibus. 422.1.c,d, genis eſfloreſcentibus. eadem 2.d,labijs tenuibus, mollibus, rubentibus. 423.1.a,b, manibus paulò longioribus & generoſis digitorum articulis. ibidem c,vnguibus purpuraſcentibus. ibidem d, ventre caſtigato. eadem 2.b, pulcherrimis nęuis in pectore candido. ibid. Cruribus decentibus, inceſſu firmo.424.1.a, ſtatura paulo proceriori.ibidem b,voce temperata,paulo graciliori.ibid.e,traditur Nathan Prophetæ pædagogo. 53 2.b

Salomonis Regnum.

Eius regnum ex Dei prouidentia & electione. 60.1.a, 77.1.d,98.1.b, metuit regnum apud Deum.280.2.a.eius vnctio ſancta.66.2.c, & excellentior vnctione Dauidis.67.a,b.ſtatim à conſecratione res regni adminiſtrat.73.2.a,& exercet ius gladij. ibid.75.1.b,& 75.1.c,& regnat viuente Dauide. 455.2.b.ſecundò conſecratus in regnum,& cur.79.1.a, quoto mundi anno & quoto ante Chriſtum & Romam. 81.2.c,d,incidens in conditam Carthaginem,& Homeri ætatem. 82.a.b, nihil habuit Eccleſiaſtici muneris. 79.2.b

Eius regni primordia cruéta. 446.2.b,quamuis vnum tantummodo ſuo arbitratu interfecerit. 451.2.a, eius regnum lunare,Chriſti ſolare. 462.2.c,472.1.b,473.1.c,& 2.b, quod fuit in Salomonem plenũ, ſed ſtatim decreſcens poſt quatuordecim generationes ab Abraham.473.1.d, deſignatum in pallio nouo Ahiæ.533.1.d,& ſeq. eius imperium latè patens.464.1.d,eius in amplitudine comparatio,cum externis Imperijs & Imperatoribus.415.2.d,e, & 2.a,& cum Alexandro & Cęſare.ead.2.d,an ſui regni aliquid viuens amiſerit. 533.2.d

Gloria & maieſtas.

Eius maieſtas ampliſſima.411.2.a,vſque ad 414.2.c,& ſemidiuina.413.2.b,eius gloria tribus conſtãs. 415.1.a,b,ſedens in ſolio Domini ſimili Diuini.414.2.c, fuit rex Iuſtitiæ.24.2.a,249.1.a,ſalutatus ab alijs regibus Rex magnus. 248.2.b, id eſt, Rex regum. ibid.d,celebratur ab Ægyptijs,& Tyrijs.ibidem b, 249.1.c,exiſtimatus Meſſias à Iudæis.403.1.b,453.1,a,ſed nunquam in Scripturis vocatus Deus. 276.1.d, Propenſiſſimus erga illum exterorum Regum affectus. 246.2.a

Veſtes.

Illarum cultus & gloria.425.1.d,& ſequentib.fuerunt floridæ,multicoloriæ,liliatæ. 425.2.e, 426.1.a,ideo comparatæ cum lilijs,426.2.e, ex materia candenti & illuſtri.427.1.c,& aureæ. ead.2.c,d, fuerunt molliſſimæ.428.1.b,c,vnguentatæ & odoratæ.ead.2.b, Regali & peculiari aliqua conditura.ibid.e, 429.1.a,ſed inferiores liliorum pulchritudine.429.1.e,vſque ad 431.1.a, quippe totæ emendicatæ ex alienis rebus.ibid.d,e,aſſeruabantur in reconditorijs eburneis. 428.2.c

Pax,Satellitium,Equitatus.

Pax miraculoſa.524.2.c,d,coniuncta cum pietate. ibidem,ſed nõ ſupina. 379.2.a,coniuncta cum ſtudijs militaribus. 416.2.b, & cum vniuerſo belli apparatu. ibidem c, Eius exercitus quàm numeroſus. ibidem d

Satellitium Salomonis ex fortiſſimis gigantæa ſtatura.380.2.a,416.1.c,non ad terrorem.416.1.d,peditum cum procedebat ad templum.368.2.c,& equitum ad itinera.ibid.d,e,quæ varia ſuſcepit.369.1.b, c,illius equites comati. ead.2.a, tum illorum, tum peditum inſignia & arma quæ. 390.2.c, illum prodeũtem comitatæ virgines thuribulariæ & vnguentariæ. 371.1.c, & 2.a,illius equitatus ampliſſimus. 372.1.& ſeq.& equæ ad fęturam & ad currus. 372.1.d,equæ elegantiſſimæ.373.2.d, equi curriles certi generis ex Ægypto. 372 2.c,373.1.a,equi equeſtres ſui generis.372.1.c,373.1.d, & muli ex ſuo genere equeſtri. 373.a.b

Sapientia eius.

Quando ſapientiam adeptus.84.1.a,poſt Dauidis mortem,& ante vxorem ductam.ibid.e,& a.c,qua ætate.85.1.b,& ſeq. ante viceſimum, & poſt decimum quartum annum.87.2.c, obtinet meritis precum & vigiliarum.89.1. & ſeq. & non ſola ſacrificij deuotione. 88.etiam lacrymis. 89.1.c, 91.2.a,diſcurſus illius vigiliarum & ſtudiorum quibus ſe præparauit ad ſapientiam. 88.1.e, 89.1.b, eius lucta pro ſapientia contra cupiditates. 89.2.a, ideo hortatur ad promerendam ſapientiam ſui exemplo. 88.2.e, Præponit illam omnibus regijs ornamentis. 89.2.c,d

In poſtulando ſapientiam minimè reprehenſibilis. 109.a.b, poſtulauit potiſſimum ſapientiam ciuilem. 110.2.c,& ſapientiam perfectiſſimam. 111.2.b, & rerum humanarum,atque diuinarum. 116.2.b,cur accipit illam in ſomno. 106.2.b, & deinceps. accipit in ſomno ſapientię habitum.110.1.a,cur ſapientiæ acceptæ nullum accipit ſignum diuinitus. eadem 1.b

Habuit inſtrumenta naturalia ad ſcientias ſermocionales perfecta. 117.a.a, docetur a Deo Grammaticam.ead.1.c.& eloquentiam.118.2.a,& ſeq. eius eloquentia inſtar fluminis.119.1.e, pollens gratia labiorum. 269.2.b, clarus Poeſi & Pſalmographia. 121.1.c,an peritus tragœdiæ,& comœdiæ.ead.2.a, & muſicæ.ibid.b,& Dialecticæ.2.a,& Hiſtorię.128.1.d,& Aſtronomiæ.129.2.a, etiam iudiciariæ. ibid. conficit Calendarium & Neomenias. 155.2.b, & Geometria excellentior Moyſe.131.1.a,& Arithmetica.ead.2.b, & Coſmographia. 131.2.e, ideo propter experimenta digreſſus ad alias regiones. ead. 132.1.e,præſtans Architectura.132.2.b,& Phyſiologia vniuerſa ibid. e, & ſequentib. in qua antecelluit Moyſi.133.1.c, cognouit materiæ & formæ compoſitionem.ibidem 2.a,& agriculturam 134.2.c, & artem pecuniariam 137.1.b,& ſcientiam auium ibid. d, & aliorum animantium 137.2.& ſcientiam equeſtrem.372.2.d.& phyſiognomiam. 380.1.c,& artem chimicam.232.233. & ſcientiam mineralium, & lapidum præſertim magnetis.138.1.a,c, excelluit medicina, 138.2.a, ſupra Ægyptiorum medicinam ead.2.c.& magia naturali. ibid. & ciuili facultate. 140.2.a,cognoſcens omnes iuris & æquitatis rationes melius quàm Moyſes & Adamus ibid.c. 141.1.b,ideo perfectiſſimè tradidit politicam, & œconomicam ad omnes ſtatus. ibid.e, 141.2.a, excelluit Metaphyſica intelligentiarum. 143.1.a,b, & Theologia.

logia. ibid.b,c, & quorundam myſteriorum cognitione ſapientior Adamo, Abramo, Moyſe, Dauide. 145.1.a, per totam.

Fuit illius ſcientia per accidens infuſa. 113.2.d, per plures habitus & ſpecies bene diſpoſitas. 114.1.c, per quas cognouit principia, & proprietates rerum nobiliores ſine diſcurſu, ſed poſteriores cum diſcurſu ibid. dependebant ex phantaſmatibus. ibid.c,d, nō habuit ſcientiam omnium indiuiduorum. 115.2.a, nullam habuit ſcientiam acquiſitam. ead.2.d, auxit ſcientias inditas ſuo labore ibid. potuit per negligentiam errare. 114.1.d

Referebat ſuam ſapientiam Deo acceptam cum animi demiſſione. 393.1.b,c, fuit eius ſapientia ſuauis. 404.1.a, 405.2.c. Omnis eius dignitas apud populum ex ſapientiæ opinione. 248.1.d. & apud exteros. ibid. & 250.1.d, fuit magiſter poſteriorum Philoſophorum. 151.2.b, & eius doctrina ſuſcepta à medicis poſterioribus. 38.2.e erigit Ieroſolymis ſapientiæ gymnaſium. 148.1.b,c, & deinceps.

Eius ſomnium.

Per ſobrietatem diſpoſuit ſe ad ſomnium diuinum. 106.1.e, quæ eius ſomnij hiſtoria & ſeries. ibid.c, & deinceps, fuit immiſſum miniſterio Angeli. 106.2.e, an repræſentatum illi Verbum, ſeu Sapientia genita. 107.2.c, & Deus ſub qua ſpecie illi apparuit. 106.2.e, non fuit cum libertate arbitrij. 108.2.e, fuit Propheticum. ibid.d

Eius libri & ſcripta.

Scripſit poſt pœnitentiam. 150.1.e, de omnibus eius libris & ſcriptis in vniuerſum, de exorciſmis, annulo, clauicula, diſputatur 113.2.d, & ſeq. Prouerbia ſcripta poſt peccata. 566.1.d. Eccleſiaſtes poſt experimenta voluptatum. 565.2.d,e, 570.1.c, & in eo deteſtatur idololatriam. 567.1.a,b. Cantici argumentum & materia. 250.a, Sapientia, & Eccleſiaſticus inter illius libros. in Prologo. & 153.2.b, libri Sapientiæ nexus & materia. 100.1.d, ad omnes illius libros lux ex illius geſtis in Prologo. libri Phyſiologici qui interierint. 135.1.a, & libri Medicinales. 138.2.d,e, & an ſcripſerit magica. 154.2.b,c

Eius diuitiæ.

Ampliſſimæ ex paterna hæreditate. 160.1.d, ſed potiſſimum ex ſapientiæ præſidio. eadem 2.c, & ſequen. ex nauigatione & claſſibus. 162.1.d, & deinceps. 213.1.c, vſque ad 226.2.e, eius theſauri comparati cum alijs priſci ſæculi. 227.1.c, vſque ad 230.2.c, eius opum hyperbolica amplificatio. 231.1.b, & deinceps. non fuerunt ſubitæ & repentinæ. 163.2.b, neque ex arte chimica. 232.1.c, vſque ad 234.2.c, neque ex theſauris inuentis. 235.2.c, & deinceps. ſed bene ex negotiatione terreſtri & marina. 236.2.e, vſque ad 239.1.a, & 242.1.d, vſque ad 244.1.e, plurimæ etiam collectæ ex tributis & vectigalibus. 250.2.b, vſque ad 246.2.e, & ex donis & muneribus. ibidem vaſa inſigna, & cælata ad illum allata. 226.1.c, & monilia pretioſa aliorum Regum. 227.1.c, eius cella theſaurorum, & aromatum. 406.1.a, b, eadem cella vini, & lecti. ibidem b, an etiam negotiatus equis emendis. 237.2.c, deinceps. & byſſo. 239.1.d, & re aromataria. ibidem e, & 242.1.b, exegit ab Ægyptijs, & Tyrijs tributum perſonale. 249.2.d,e

Eius nauigatio & claſſis.

Quo primum tempore nauigationem inſtituit. 163.1.c, vnicam claſſem deſtinauit in Ophir & in Tharſis. 164.1.c, vſque ad 165.2.e, licèt nauigatio in Tharſis & in Ophir per ſe diuerſa eſſet, ibid. ſed per idem mare, & ex eodem portu. 166.1.b, vſq; ad 167.1.e, Nullam habuit nauigationem per Mediterraneum 166.2.b, ſed per Oceanum & cur 200.1.c,d, eius nauigationes annales, & triennales. 167.1.c, 208.2.e, ſoluebant ex Aſiongaber in mari Rubro. 167.1.a, vſque ad 173.1.d, ea Salomonica nauigatio antiquior quam Tharſus Ciliciæ. 184.1.a, & inſolens alijs regibus. 208.2.b

Illius nuptiæ.

Vide, Pharaonis filia. celebratæ ſunt verno tempore cum luminibus, & alijs nuptiarum ſolemnibus. 251.1.c, vſque ad 259.1.e, vide, Nuptiæ, & Sponſus Epithalamium propheticè præcantatum a Dauide 259.2.d, vbi exponitur. Pſalm. 44. In eius nuptijs finis Dauidis lætiſſimus per anticipationem, ead.2.c, in eius geniali ferculo gemmata columba, & cuius ſymbolum. 295.2.b,c, Eius ferculi partes & deſcriptio. 371.1.b, nam ferculum non fuit fixum, ſed geſtatorium. 370.2.c

Aedificia vrbana & externa.

Prima cura ædificandi Templi. vide, Templum. quis ordo inter illius ædificia. 374.1.d

Exornat primum vrbis murum. eadem 2.e, & ſeq. cinxit muro Bezetam. 375.1.c, extruit probaticam piſcinam, ibidem ædificat Mello. vide, Mello. curat ſtratas & vias publicas. 377.2.c. Inſtaurat vrbes. 378.1.d, Heſer, ead.2.b, Maggedo. ibid.c, Gazer. ibid.d, Bethoron. 379.1.d

Regia & prætorium, & Thronus.

Conſtabat ex tribus præcipuis partibus. 355.2.c, fuit ædificata iuxta Templum. 356.1.d, & reſpondens fabricæ Templi 354.2.e, eius vbrs fuit domus reginæ. 356.2.a, alia etiam pars fuit domus ſaltus Libani. ibidem c, fuit ex lapidibus, & lignis pretioſis. 357.2.b, habuit plures contignationes. ibidem d, & multas aulas hybernas, & æſtiuas. 356.2.d, fuit etiam gemmata. 359.1.d, inſtructa armamentario. 358.2.c, & ſeruorum habitaculis. 306.1.a, & ſupellectili pretioſa. 361.2.d, ſegnius perfecta quam templum. 361.2.d

Prætorium & locus Solij in domo Saltus. 363.1.c, totius fabricæ, & domunculæ Solij diſpoſitio. ead.2.b, & ſeq.

Thronus & Solium idem. 432.1.d

Eius deſcriptio. 433.1.a

Materia, aurum & ebur. ibid.b,c

Dictus turris eburnea & cur. 434.b

Leunculi an idem ſignificantes quod ſpecies leonis in curru gloriæ Dei. ibid.c

Cur nulla in illo ſpecies aquilæ aut hominis. ibid.

Cur leunculi non alati. ibid.

In illo etiam vitulorum effigies. 435.1.a

Leones, & vituli ſymbolum vrbis regiæ Ieruſalem. ibidem b

Fuit ſine rotis immotus. 414.1.d,e

Eius virtutes animi.

FVit propheta 127.1.e, eius deuotio in ſacrificio millenarum victimarum. 103.2.e, 104.1.a, & illud an totum holocauſtum ead. 2.2, an etiam ex huius. ibid. c. Eius ſacrificij celebritas & comitatus. 105. 2. e, numeroſiora quàm Dauid ſacrificia offerens. 441.1.d, charitate erga Deum incēſus ead. 2.a, Obſeruantiſſimus erga ſanctuarium & iuſiurandū ibid. c. d. feruentiſſimus in dedicatione templi. ibid. d. affluens ſpiritalibus delicijs. 440.2.d

Fuit moribus compoſitis. 436.1.a, adhuc puer arcani commiſſi cuſtos. 446.1.b, in adoleſcentia caſtus & temperans. 571.1.d, Magnanimus. 436.2.a, veræ laudis appetitor. ibid. b. delectabatur muneribus, quę accipiebat lętus & comis. 437.1.d, potiùs magnanimus quàm prodigus. 231.1.c, liberalis & beneficus. 405.2.d, 437.1.b, 511.2.c, pi⁹ erga matrem 437.2.e, & erga parentem. 439.2.d, 440.1.a, & erga amicos paternos. 440.1.c

In iudicando ſolers. 443.2.b, 444.2.c, 445.1.c, 446.1.e 450.2. & in iudicando ſapientiſſimus. 442.2.c, vſque ad 444.1. & deinceps. ſub illo fuit Ieroſolyma ciuitas iuſtitiæ. 443.1.b, illius ſapientia tentata iudicio meretricum. ead. 2.2, eius iudicij difficultas ibidem b, deſcriptio & hiſtoria vniuerſę litis. 442.2.c, vſque ad 445.2.c, quibus commendetur litis diremptio. 445.1.b, eius allegoria. ibid. d, & 2.c

Fuit in iudicando integerrimus. 446.1.b, & deinceps. in ſententia capitis Adonię ibid. e, & in Ioab 427. 1.2, & deinceps. non peccat iubens illum interfici ad altare 445.2.e, & in Semei. 449.1.d, cum ſeqq. & in Ioab exautorando. 449.1.b

Habuit Clementiam Imperatoriam. 446.2.d, ad tuendam pacem 451.1.d, ortam ex magnanimitate. ead. 2. b, & ex ſapientia & ſtudio templi ædificandi. 452.1.c

Fuit Chriſti figura in geſtis vitæ prioris 453.1.b, ſicut Dauid Dei patris. 304.2.2, & fuit Chriſti expreſſior quàm Dauid ibid. præſertim in ſapientia. 453.1.d, in pace & Templi ædificatione, & in alijs. 49.1.a, 453.1.e, & in iudiciaria poteſtate & regni fœlicitate. 462.1.d, vſque ad 472. vbi exponitur Pſ. 71. & etiam eſt Chriſti figura recedēs à Deo 473.2.c, & in promiſſionib. factis de Chriſto Domino. 454.1. & maiores rebus Salomonicis. 454.2.d, cum ſeqq.

Eius peccata.

PEccatorū Salomonis ſumma capita. 474.1.c, vſq; ad 479.1.e, ſollicitudo externorum. 479.2.c, diuinorum obliuio. 475.2.c, ingratitudo ibid. d, voluptates 477.2.d, concupiſcentia carnis. 477.1.c, & ſeqq. oculorum & diuitiarum 478.1.c. & ſeqq. ſuperbia vitæ. ead. 2.b, cum ſeqq. eius obduratio. 476. 1.b, c, cur non miſſus ad illum propheta. ibid. 2, Parum cautus in vſu ſpiritualium deliciarum. ibid. c, & illas conuertens in carnales. ibid. d

Ducit legitimè filiam Pharaonis ſed amat intemperāter. 479.2. & deinceps. & illam deficientem à fide non repudiat. 482.1.a, peccat plurimarum vxorum conſuetudine. ibid. d. & ſeqq. & adoleſcentularum. quæ an veræ vxores, & quot numero. 483.2.a. & deinceps. plus alienigenis delectatus, quàm ſuis. 485. 2. b, profanans ſemen ſanctum. 489. 1. e & 2. b, & nubens ſuis fœminis 488. 2. a, procurans & prouocans libidinem ab vtens philoſophia. 483.2.a 488. 1.b. agens ſenectam languidam & probroſam 493.1.d, angitur auaritia coaceruandi immodicas diuitias. 510. 1.e, & iniqua exigens tributa. ead. 2.2, b, 502.2.a, Poſtea etiam prodigus ſimul & auarus. 236.1.c, 511.2.d, notatus de equitatu numeroſiſſimo, 514.1.a. 515.1.2, & à nonnullis accuſatus, quòd oppida terræ ſanctæ tranſtulerit ad regem allophylum. 518.1.c, & ſeqq. & in alijs etiam minutioribus. 517.2.a, & deinceps.

Incoſtans in fide & religione auita, vtpote lunæ ſubditus. 473.2.c, non ſolùm idololatra externus, ſed etiam mente. 493.2.d, & deinceps. eius idololatria grauior quàm aliorum Regum. 553.2.e, erigit altaria, fortè etiam ædem magnificam. 497.2.e, 500. 1.c, & plura templa. ibid. d, plantat lucos. 498.1.d

Ornat & locupletat illos. 499. 2. b, c, & ex arboribus ſeruientibus ſuperſtitioni, 500. 1. a, quamuis nunquam efferatus in ſacerdotes aut ſanctos 535.2.e

Fortè ſimul magus & veneficus. 506. 2. d, & illigatus veneficijs fœminarum. 507.2.a, & ab illis infatuatus. 525.1.d, & ſcribens etiam magica. 508.1.b, c, videri nunquam abſtuliſſe idola, aut eiuraſſe ſuperſtitionem. 554.2.c, d

Minæ & ſupplicia.

MInæ intentatæ Salomoni à Deo. 520.2.b, & acris per Prophetam reprehenſio. 521.1.d, & ab ipſo Deo. ead. 2.c, Cruciatus animi ægritudine. 520.2.d, Corporis morbis. 521.1.e. rebellationibus ſeruorum 524.2.c, vſque ad 536.1.a, vnde quaque oppugnatus. 428. 1.c. Punitus ſobolis infœlicitate. 536.1.a, & ſterilitate in tanta vxorum multitudine ibid. d. amiſſione ſapientiæ & famæ. 521.1. & deinceps. inſtar ſalis infatuati. 457.2.b, & amiſſione diuitiarum. 524. 1. e, & abalienatione à Dei & hominum beneuolentia. 532.2.b, idque ferè octo annis vitæ extremis. 521.2.e

Eius Idololatria exitioſa poſteritati. 495.1.c, d, & ab Idololatria vſq. ad captiuitatem populi, anni. 382. ead. 2. c, quare eius ſupplicium diuturnum. 556. 1.a, b

Eius pœnitentia.

DE illius pœnitentia quęſtio in vtramque partem tuta. 546.1.c, plurimi de illa loquentes incertè & obſcurè ead. 2. c, & deinceps qui negent illum pœnituiſſe. 549.2.e, & ſeqq. eius pœnitentia non ſcripta. 551.1.d, an aliquando ſcripta interciderit. 553 2.b. Eius peccato clauſum illius elogium. 553. 1.c, eius incertitudo & ſilentium vtile. 549.2.a, 553. 2.b, & 557.2.c, 569.1.b, videtur proiectus à Deo ſicut Saul. 555. 2. a, b, minę illi intentatæ nunquam reuocatæ à Deo. 556. 1. b, videtur non pœnituiſſe, quòd non ſcribatur eius pœnitentia. 551. 2. e, Quod fuerit primus inuentor idololatrię in Ieruſalem. 553. 2. d, & ſeqq. quòd ſupplicia & minæ Diuinæ non reuocatę. 556. 1.b. & deinceps quòd amiſerit ſapientiam. 557.1.b, & deinceps.

Eius pœnitentiæ aſſertores. 558.1.b, & deinceps. deſcribitur ab ipſomet Salomone. 560.2.a, 558.2.e, & ſeqq. quòd attribuatur illi appellatio ſancti, & iuſti 558.2.d, & quòd in prima Eccleſia erat perſuaſio eius ſalutis. 559.2.a, & quòd ſepultus cum Dauide. 561.2.c, & ex bonis initijs filij Roboam. 562.1.d, & quòd non diuinum ſed humanum ſupplicium illi intendatur. 563.2.a, & quòd illius peccata puniantur cum miſericordia. 564.2.b, & quòd diſpar fuerit conditio Saulis. ead. 1. e, & quòd ſit vnus ex præcipuis ſcriptoribus ſacris. ead. 2. c, & quòd fuerit Chriſti illuſtris figura 565.1.c, & quòd in libro Eccleſiaſtæ deteſtatur voluptates & idololatriam. ead. 2.c, 567.

2.c.567.2.d,e,& quòd agat publicam pœnitẽtiam. 566.2.d, & quòd videatur euertiſſe excelſa & ſtatuas.568.1.c,vel ſi non euertit,non valuit, quamuis voluit. ead.2.d,e, Eius pœnitentiæ teſtimonium ex Granatenſibus libris. 569.1.e, In extrema vita bonam mortem precatus. 561.2.a

Aetas, mors, ſepulchrum.

MVltis morbis infeſtatus. 572.1. e, moritur ex mœſtitudine ead. 2.a. ſepulcrum ſibi viuens ponit.573.1.a,non in Bethlehem, ſed in Sion.ibid. Commune ſibi & Dauidi parenti. ibid.d, quod poſtea diruitur. 575.1.a
Vniuerſæ illius vitæ & geſtorum Chronologia. 575. deinceps.de illius ætate varia ſententia. 570.1.c, & ſeqq. vixit annos plus minusve ſexaginta. 571. 1.a, & 2.e, poſt ſex ſeptèmve libidinoſos. 572. 1.a
Samuel Angelus Martis quis. 82.2.b
Sampſonis peccata examinantur. 552.2.b
Samuel qua ætate ablactatus.50.1.b, qua ætate oblatus in Templo. 50.1.c, puer mirabilis. 161.2.b, eius ablactationem annuatim celebrans mater.ead. 2.e
Sancta Sanctorum.vide,Templum.
Sancti & iuſti appellatio cui tribuenda. 558.2.e
Sanctorum ſepultura.vide,ſepultura.
Sanedrim.vide,collegium.
Sãguis membrorũ omnium alimentum.38.2.b, illius & ſeminis ſympathia.37.1.e,38.2.a, An fœtus coaguletur ex ſanguine menſtruo. 38. 1. a, nutritur puriori ſanguine.38.1.e, ſemen fœminæ quale. 37. 2.b,c
Sapientiæ nomine regnum conceſſum. 60.1.a, eſt inſtar ſacerdotis tractantis & reuerentis diuina. 80. 1.e,90.1.b,& inſtar littoris comprimentis cupiditates.87.1.d,112.2.a,inſtar aſſeſſoris regum.101.1.b, 111.1.b,inſtar exactoris exigens opus à rege. 101. 2.d, Inſtar præcocis fructus in adoleſcentia.87.2.a, obtinetur precibus & oratione. 89.1.e, Potiſſimum regis ornamentum.ead.2.e,Sapientiæ ſponſæ dotis & laudum capita.89.1.c,nobilitat ſapientes, & locupletat.ibid.diuitiæ illius appendix. 91.1.b, 156.1.a, & corona.156.1.b,& inſtar arenæ comprehendens res omnes.111.2.b,inſtar ſolis.116.2.a,eſt radius diuini luminis.143.2.a,b,inſtar fluminis repetit ſuam originem Deum. ead.2.b,c
Sola ſapientia homo homini præſtat. 90.1.e, confert immortalitatem nominis & vitæ.91.1.a, & regnum ibid.efficit Deo ſimiles. 110.2.e
Sapientia inter gratias gratis datas. 110.1.c, eius nomen multiplex. 116.2.e, quicumque Sapientiæ gradus exornat animum. 112.1.d, quærit eſſe comes ſanctitatis.143.2.d,e,cur dicatur ſapientia mobilis. 113.1.e,& Thronus eius in columna nubis.149.1.a & inuitat paruulos ad panem & aquam. 149.2.b, non eſt inuida 150.2.e,eius pulchritudo & opes nõ recondendæ.ibid.docet diuitias acquirere. 161.1.c
Sapientiæ fructus paulò tardior:95.2.d, quibus rebus amittitur, 513.1.d, obſcurat illam corporis corruptio. ead.2.d
Sapientiæ gymnaſium erectum à Salomone.148.1.c, in ſuperiori Sion.149.1.c, ſeptem columnis id eſt, ſeptem artium cathedris diſtinctum. ibid. Illius diſcipuli initiati poculo. 149.2.d, ſub Salomone ſtudium Sapientiæ inter Orientales. 82.1.a,89.2.d
Doctorum Sapientiæ præmium 150.2.d,quæ illorum partes.ibid.c,Nulla re indigent,quamuis deſtituti à temporalibus. 95.2.d. ſunt frequenter valetudinarij,& qui eorum morbi 114.2.e, Sapientibus præcipuè demandatus pietatis cultus 144.1.c,Sapientium contantiones & diſſidia. 146.2.a
Sardanapalus quo tempore, 184:1.a,vno die condidit Tharſum & Anchialen. ibid. ductus in triumpho à libidine.431.2.c.cum veſtibus & ſuppellectili conflagrans. ibid.
Satellitium priſcorum principum. 63.1.e,390.2.e
Saturnus, idem qui Moloc.vide,Moloc. Saturni imperium. 504.2.b, ab illo habuiſſe originem immolationem filiorum.ibid.c, Cultus à Syris,& à Salomone.ibid. b, 505.2.c,d, ſub Saturno vita longiſſima. 34.1.b
Saul commendatus à forma & proceritate corporis. 7.2.b,eius vnctio ſancta.66.2.c,Cur facta lenticula non cornu. 66.1.e,2.a, 281.1.d, quomodo eius poſteritati promiſſum regnum.19.1.b,quomodo proiectus à Deo. 555.2.a,b, quot annis regnarit. 570. 2.a,eius diſparitas cum Salomone.556.1.a, vide Salomon.cur non ſepultus Ieroſolymis, & in ſepulcro regali.573.1.b,lacerans pallium Samuelis quid portenderit. 533.2.a
Sol cur non lucens ante quartum diem. 26.2.d,ſymbolum regni Chriſti,vide,Chriſtus.Solis templum. vide,Templum.
Scribarum munus quod. 166.2.b, 381.2.b,& deinceps.pollebant exquiſita ſcientia legendi & intelligendi Hebraicè. 381.1.b, erant iudices eadem 2.c, 383.2.e,habebant arcanam ſcientiam ſingularum litterarum & ſingularum dictionum. 382. 1.a, & deinceps.& ſcientiam notarum.383.1.a.interpretabantur Scripturas. 383.2.b, non ſolùm ex genere Leuitico. 384.1.a, erant diſperſi per vniuerſum Iſrael ibid.d.quibus in rebus miniſtrabant regi. ead. 2.a,procedente tempore corrupti. ibid.c, Calamus Scribæ ad celeritatem per notas:264.2.d,& ad perpetuitatem. ibid.
Scripturæ ſanctæ nihil non mundum affingendum. 403.1.b
Scriptores ſacrorum librorum omnes ſancti. 505.1.b
Sculpturæ arte Aegyptij præſtantes. 327.2.a, eiuſdem ſtatuæ diuerſa membra à diuerſis artificibus. ibidem. ſtatuarij & ſculptores rari apud Hebræos. 517.1.c
Scruta minutarum & vilium mercium appellatio. 243 1.a,b,ſcrutariam facere ibid.d,ſcruta in ſacris merces pretioſæ. ead.a.b,c
Scutum vnde habeat nomẽ.243. 1.a, Cur vectigal impoſitum à Salomone ſcutis & inſtrumentis bellicis. ibidem c,Clypei vſus antiquior Hebræis,quàm Romanis.ibidem. parma rotundi ſcuti genus. ibid. b, vide, Clypeus. Clypeus ſublatus ſignum ducis ad pugnandum. 305.1.d, ſcutum & pelta quo differant. 360.2.c,d
Sem profeſſor ſapientiæ poſt Noe. 146.1.a.an primogenitus Noe. ibidem.c
Semen inſtar coaguli. 37. 2.b, virile actiuum tantùm ex Salomonis ſententia. ibidem d, cur appelletur ſanguis. ead.2.a
Semei maledictio quid ſignificaret. 449. 2.e, homo ſeditioſus iubetur Ieroſolymis tanquam in carcere teneri. 450.1.d,e,ſuo ingenio ad ſuum exitium properans. ead.2.b
Semiramidis nauigatio expeditio.186.1.e,eadem metallorum inuentrix. ibid.b
Sepharuaim quæ prouincia. 208.2.b
Septenarij numeri virtutes. 34.2.d
Sepulcrum inſtar materni vteri.41.2.a,ſepulturæ Sanctorum deſcriptio in Scripturis. 571.2.d
Sepulcrum Dauidis. vide, Dauid.ſepulcra Salomonis & aliorum Regum an ab ipſo Salomone extructa. 573.1.d, & deinceps. plena theſauris. ibidem.& 235.2.e
Tyranni effodientes ſepulchrorum theſauros. ead.2. b.& Da-

b. & Darius ideo violâs ſepulcrũ Semiramidis.ibid.
c,ſepulcrum ſibi viuentes ponebant. 573.2.b,c,Or-
do iuter regalia ſepulchra Regum Hebræorum ibi
dem e,ſepul.Dauidis & regum deſignatio,& veſti-
gium.575.1.a,illorum numerus. 574.1.a
Serapis quis & quomodo cultus in Aegypto. 29.1.e
Sermo.Deus primus loquendi magiſter.109.2.b, bru-
ta ſermonis expertia.109.2.e, Profundus & obſcu-
rus ſermo barbarorum. 118.2.d, loqui ex poteſtate
quid.125.2.e,147.1.e,ſermo feruens ex abundantia
cordis cum ſartagine & frixione comparatus. 263.
1.a,b, ex tepido corde nullus ædificationis ſermo.
263.1.e,verba ſunt experimentum hominis.ibid.b,
lingua,pulchritudo & gloria hominis.265.2.b,c,di
citur etiam gratia & decor.268.2.d, 269.1.b, & af-
fluentia,ſeu diffuſio.269.1.a,vide,Eloquentia.
Serpentibus ſcientia varia & iucunda. 137.1.a
Serui capita raſitati.370.1.e, ſeruorum rebellatio mo-
leſtiſſima. 521.1.a,b
Siba qualis erga Miphiboſeth & Dauid. 16.1.d
Simandij monumentum. 437.1.a
Simeonis tribus permiſta Iudæ.534.2.e,Simeonitæ du
centes colonias extra ſuam ſortem. 535.1.d
Simia an ex Hiſpania. 213. 1.e, quod illius nomen ex
Hebræo ibid. a, an ſit idem cum cepo Aeliani ibid.
b,plurimæ in nouo orbe & alijs regionibus. ibid.c,
ſimiæ petulantes. 215.1.b
Simila delicatior farina. 366.1. d, ſorbitiunculis con-
ciendis & dulciarijs oportuna. ibid.b
In Sion ciuitate Dauid ſapientes habitantes. 148.2.c,
ſeptem collegia,vel ſynagogæ in illa.149.1.c,habet
nomen arcis & mœniorum ibid.b. Sionis nomen di
ctum à celſitudine, & comprehendens vicinos col-
les.317.1.c,aliquando ſumitur appellatiuè ibidem
e, & 2. b, & pro Ieruſalem. ead. 2.b. 319. 1.e, ap-
pellatur cœlum propter Deum inhabitantem. 319.
2.a
Sinarum regia & luxus. 434.1.b, cuſtodes & ſatellites
gigantes. 390.2.a
Sobna Templi præpoſitus, fuit potiùs in munere lai-
co,quàm ſacerdotali. 399.1.c
Socrates imitator ſapientiæ Hebraicæ. 551.1.a
Solis templum. 371.1.e
Societas proborum aut impiorum efficax. 362.2.d
Solicitudo nimia rerum externarum inducens obliuio
nem animæ.480.2.c,Obruit cor.481.1.a,implet cor
dis agrum ſpinis. ibid.e
In ſomno & inter dormiendum actiones animæ qua-
les.111.2.b, quatenus meritoriæ. 88.2.a, Deus do-
cto dormientium. 109.2.a
Somnus inter primordia generationis humanæ. 38.
2.e,firmat conceptum & præcedit vigiliam fœtus.
ibid.d, & 39.1.e
Somnia etiam diuina reſpondentia diurnis actibus
ibidem.Quæ cenſeantur optima. ibidem. per ſonia
diuinatio phyſica. 106. 1. e, quatenus ea diuinatio
vera & vtilis. 129.2.d, quod indicium ſomnij diui-
ni.106.2.b. & veri. 106.2.d, an in ſomnis diuinis a-
ctus liberi arbitrij. 108.1.d, fiunt cum forti phanta-
ſiæ immutatione ibid. d, mare & nauis in ſomnio
quid ſignificent.562.1.e,anguis & draco.130.1.d,e
ſcabies,lepra,ſcala. ead.2.b,c
Sophiſtica quomodo i ſacris Scripturis.122.1.e,143.1.b
Sors pro eo quod in nobis non eſt. 52. 1. b, pro hæ-
reditate. ibid.
Stactea myrrha,& ſtacte quid.286.1.c,2.a,ſtacte com
poſitum. 286.2.b
Staturæ proceritas ex Phyſiognomia. 424.1.b
Sterilitas ſæpe coniuncta cum pulchritudine. 26.1.b,
illius clauem ſolus Deus habet. ibid. vnde proue-
niat, ibidem c, ſterilia quæ pinguia. ead. 2. a, Eius
ſymbolum cupreſſus ſine fruge.ibid.c, vulua ex ſan
guis ſterileſcens. 38.1.a
Stibium,quod,& ad quos vſus.327.2.d,e, Stibini lapi
des ferruginei coloris. ead.2.b
Superbiæ character.2.b,punitur fornicatione ibid. d,
oritur ex otio & luxu. 479.1.b,c
Superſtitio. quæ illius ratio. 508.1.a, viguit Epheſi.
ibid.b
Syri auari.91.1.c, 296.2.e, Syrus negotiator. prouer-
bium.297.1.a,& aduerſus Phœnices Syri. ibid.d

T

Talentum an Quintal Hiſpanicum. 302.1.e
Tantali phiala. 149.2.e
Tarſis à Sardanapalo condita. 284.1.a
Tartarus vnde fictus ab Homero. 182.2.e,593.2.a
Tarteſſus multiplex nomen,fluuius,ciuitas,regio.182
2.b,c,d,pro Gadibus.183.1.a, pro Cordubenſi tra-
ctu.ibid.vide,Tharſis.& pro Bætica. ibid.
Taurus.vide,Bos,Regis ſymbolum. 413 1.e
Templum.Hebræis & Latinis vnde dictum 286. 2.d,e
302.2.a,343.1.d, Potiſſimum erigitur ad ſacrifican-
dum. 24.2.d, aſylum innocentibus. 434.2.a, ipſius
ædificatio non ſoli ſacerdoti propria. 80. 1. b, Cur
Templa in montibus & collibus. 300. 2.b, quorum
Deorum aperta.301.1.d,Quæ opere Corinthio aut
Dorico. ibid.e, Ea quibus dijs in media vrbe. 498.
1.c,Templa idolorum,ganeæ & cauponæ. 491.2.d,
vnicum Templum pluribus dijs.500.1.e, eis dicari
ſolita ſpolia,& prædæ ex victoria.157.1.e, ebenum
adhibitum ad Templa profana.vide,Ebenum.Ebe
nus Indica. 219. 1. b, Thya ad Templorum fabri-
cam. 219.2.c

Templum Ieroſolymitanum.

Eius magnitudo & Epitheta.

OMnium Salomonis operum magnificentiſſimũ.
297.1.d,ſumma capita eius magnitudinis.398
1.a,b,dignum ornamentum Imperij Romani.ead.
2.b,e,cur vnicũ in Synagoga,plura in Eccleſia 299
1.d, e, ad illud reuocata oĩa altaria & excelſa. ead.
2.b,dicitur domus Dei,aut domus,ad differentiam
Tabernaculi. 300.1.c,e, 354. 1.b, ideo vult propriã
domum in loco deſerto & nouo ſibi à fundamentis
erigi.311.2.d,e,eſt finis peregrinationis tum popu-
li, tũ dei.351.1.b, eius loci & areæ Ornan comptæ
ad Tẽplũ hiſtoria.312.2.e,313.1.a,pretiũ 313.2.b,c
dicitur cœlum ab habitatore.298.2.a,300.2.e, 353.
1.d,Iſraelitæ aſtra.300.2.a,& inſtar cęli generat nu
bes & nebulam 351.2.e,& ciuitas ab amplitudine.
299.1.a, & cornu vnicornis à fortitudine & celſitu
dine.ibid.b,& fundatum. ead. 2.b, & ab altitudine
ead.1.c,inſtar capitis.300.2.d,& inſtar tituli erecti.
301.1.b, eſt antidotum pro incolumitate aduerſus
venenum ſerpentis.299.2.a,& domus paterna filio
rum Dei.24.2.c,e,Plena voluptate,& delicijs. ibid.
b,ideo Dauidi vouenti Templum promittitur fil.
& Meſſias.309.1.b,& domus filij Dei ducentis ſpõ-
ſam Eccleſiam. 24. 2.c, ideo cum proportione Daui
di vouenti Templum promittitur filius & poſteri-
tas.363.1.a,nam in Templo & altari videtur Deus
generare filios ſpirituales,ibidem ideo frequentare
Templum eſt proprium filiorum Dei.ibidem. illius
quies & ſilentium. 329.1.c
Orandum in Templo pro ſalute. 299.2. d, & pro om-
ni plaga. 353.2. a, & ibi orantes doceri humanita-
tem & clementiam.304.2.b,habet nomen baſilicæ,
ſiue auxiliatorij, aut oratorij. 337. 2. a, porta ſo-
lis Orientalis dicta porta oratorij. 339. 2. b, Oran-
dum contra templum. 353. 2. c, quia erat velut
centrum

centrum in medio terræ.ibid.e, & inſtar capitis,cordis,fontis. ibid.354.1.a
Templum pulcherrimum. 301.1.b,c, inſtar ſponſi. 354.1.a, frequentatum ab Hebræis, & gentibus. 298.1.b,354.1.b,ſanctiſſimum.302.1.a,ideo Tabernaculum ſuum Deus ſeparat ab impijs. ibid.e, & euerſum propter peccata. ead.2.b, & opulentiſſimũ. ead.1.a, eius magnitudo ſupra humanas vires. 78.2.a,forte & diuturnum. 299.1.b,347.2.c, 348.1.b, 349.2.d, imago mundi maioris. 105.2.b, 302.1.c, 307.1.c,329.1.c, cœli. 105.2.c, imago etiam mundi minoris,id eſt,hominis. 302.2.c

Architectus & curator fabricæ.

SVpremus architectus Deus. 329.2.e,totus,Salomõ datus Dauidi propter meritũ voti Templis.306.2.d,e, promiſſiones Salomonis in Templo perfectę.ibid.Eius fęlicitas deſtinata in obſequium Templi. 77.2.a, & eius pax 306.2.d. & ſapientia. 307.1.cap.d. eius ædificatio Salomoni conceſſa, Dauidi negata, & cur. 303.1.d,vſque ad 305.1.c.an Dauid dignior ædificatione Templi quàm Salomon. 304.2.e, duplici præcepto Dei & parentis obſtrictus Salomon ad ædificium Templi.316.1.b,etiam ante iacta fundamenta intentus operi parando. ead.2.a
Deus inſpirans Dauidi votum ædificãdi Templi. 307.2.e, Vnde Dauid in eam cogitationem inciderit. 308. 2. c, Dauidis voto reſpondentes promiſſiones Salomonis & Chriſti. 309.1.b, obtinet afflictione corporis reuelationem loci ad ædificandum Templum. ibid.d.iurat & vouet, & qua formula. ead.2.b,c,Quando eius loci facta reuelatio. 310.2.d.e,obtinet facultatem præparandi impenſas. 311.2.e, earum ſumma etiam collecta à populo quanta. 312.2.c,d,313.2. a, agit per ſeipſum de omnibus neceſſarijs ad Templum. 313.1.b, Principum & popularium ſtudia in Templum veluti ſacrificium olim oblatum. 315.1.d. impenſæ operarum, & ædificandi Templi non relictæ Salomonis à Dauide. 159.2.c,

Locus & diuiſio partium forma totius.

PErtinuit ad duas tribus Iuda & Beniamin. 317,2.c,319 2.a,an ædificium in ſummo vertice. 319.2.b,c,d, Templi fundamenta cum inſigni lætitia, quo tempore, menſe. 319.2.b. & ſeqq. an ſubſtructiones Templi contentæ ſub nomine fundamenti. 332.1.d, quatuor Templi partes. ead.2.e, ſedes tres præcipuè ſuis nominibus diſtinctæ. 344. 2.c, muri in circuitu menſura & vſus. 331.2.e,333.1.c
Forma quadrà & opere partim Corinthio, partim Dorico.330.1.a,breuius perfectum quàm domus regia.362.1.d.e, ædificantium deuotio, & alacritas ead.2.b,fuit Chriſti corporis figura.453.1.e

Templi materia & ſupellex.

IMmenſi ferri copia. 320. 2. b, & inſtrumenta ferrea. ibidem d, & æris. 321. 2. Aenei maris pondus & menſura. 322 1.d,argentea ſupellex. 323.1.a, & deinceps. argentei leones qui. 325.2.a, aurea ſupellex. 324.1.c,& ſeqq. thuribula cur aurea, & non argentea. 323.1.e, cur Templi ſupellex & theſauri immunuti poſt Salomonem. 324.2.d, Pars materiæ lignea imputribilis.325.2.b, Trabium Templi magnitudo. 326.1.b, Cedri illius an abies Plinij, Cupreſſi, aut Iuniperi. 325. per totam, & 326.1.a,Lapidea materia ex marmore Pario candidiſſimo.326.2.e, & ſeqq. inſtrumentis exciſa & elaborata. 318.2.d,e, non malleo & ſecuri, ſed ſerra. ibidem. Lapidum magnitudo. 132.1. e, Columnæ ſaxeæ. ibid. Cur ebur non adhibitum ad fabricam huius Templi.vide,Ebur.

Atrium Gentium.

AEdificatum à Salomone.334.2.c,& deinceps.locus apertus. 334.2.b, Eius menſuræ. 335.1.a, in illo poſtea Chriſtus operatus miracula. ead.2.c, & eiecit ementes & vendentes. 336.2.c,d, in illo etiam porticus Salomonis.ead.1.a,vide infra.Habebat portas & thalamos & exhedras. ead.2.e, 337.1.a,habuit portam Occidentalem.338.2.b,& fores argenteas & æreas. ibid.c

Atrium Iſrael.

DIctum baſilica & atrium maius. 337.2.a,b,Fuit quadrilaterum ibid.c,tres tantùm illius portæ. 338.1. d, nunquam admiſſæ gentes in illud. 335.2.d,quæ illius menſuræ. 338.1.b, diuiſum poſtea in duo atria,338.1.d,habuit varias portas. 339. 340.& turres & caſtella.340.1.b, & tranſitum in Regiam. ibidem c
Porticus Salomonis in atrio gentium. 336.1.a, ex parte Orientali.ibid.b,cur appellata ſit Salomonis,varia ſententia,ead.2.a,b, inde eiecit Chriſtus ementes & vendentes. ibid.c

Atrium Leuiticum & quæ in eo.

ATrium interius ſacerdotale cuius menſuræ, & quarum partium. 340.2.b, vſque ad 343.e, an diuiſum muro ab atrio Iſrael. 340.2.341.1. quis triplex illius lapidum ordo. 340.2.e,348.1.a,cinxit ex omni latere oraculum. 348.1.c, habebat locum orationi deſtinatum. ead.2.d,e,nullam habuit portam Occidentalem. 343. 1. a, habuit tres puteos. ibidem d
Nouum altare thymiamatis conſtructum à Salomone.346.2.a,b,vide,Thuribulum. Altaris Salomonici magnificentia ſupra Moſaicum. 343.1.c,illius collatio & menſura cum Moſaico. 346.2.d

Sancta.

APpellatur domus & Templum. 343.2.c, diſtinguebatur muro cedrino ab oraculo. 344.1.d, hic deſideratus fuit in ſecundo Templo. ead. 2.a, ſine feneſtris ſicut & Tabernaculum. 445.1.c, & 2,b,c, Cur in Sanctis candelabra ſymbolum luminum cœleſtium. 346.1. d, Veſtibulum Sanctorum plenum myſterio. 347.1.c, in eo turris Orientalis. ibidem.

Sancta Sanctorum.

DOmus Domini ſiue Sanctuarij nomina, partes, ornamenta. 343.2.c. vſque ad 344.1.a, Oraculi varia nomina. 344.1.d,altitudo oraculi.ibid.c, & 345.1.a,b, murus cedrinus ead. 2. a, quando illius fundamenta iacta, ibidem. c, appellatur domus. 345.1.c, Erat clauſa & inacceſſa. ibidem. d,& ſine feneſtris. 346.1.d, Cur habuerit in oſtijs oſtiola. ibidem. a, implebatur fumo thymiamatis, ne conſpiceretur à Sacerdote. 345.2.a, an intra oraculum thuribulum, & altare. 346.1.d,e, Angelus aſſumpto corpore loquens de Propitiatorio. 344.1.c

Dedicatio, & alia.

QVo menſe, & tempore. 348 2.c, & deinceps, qua pompa. 350. 2.c, quibus canticis. 350. 2.e, quæ mi ſacula contigerint. 351. 2.c, d, ſacrificium in dedicatione reſpondens numero tribuum. 354. 2.c
Portæ Templi quot, quibus nominibus, 338. 1.d, & deinceps. Portæ Orientalis ſeptem nomina. 339. 1. e, eadem porta fundamenti, & conſilij. 338. 2.b, e, d
Duæ columnæ ad diuturnitatem. 199. 1. d, 347. 2.b, Dei pactum cum Salomone de Templo ſeruando, aut deſerendo. 348. 1.a, 350. 1.b
Culinæ Templi. 340. 1.a
An in Templo ſedere præter regem, & ſacerdotem illicitum. 338. 2. e, prohibitæ ſarcinæ transferri per porticum Salomonis. 336. 2. d, non licuiſſe extra Templum ſacrificare. 300. 1.a, Templum non tam populi, quàm Salomonis peccatis deſtructum. 347. 2.d, quot annis perſtiterit. 348. 1.b
Terebinthus Syriaca. 218. 2.e
Terrigenæ appellatio honorifica. 30. 1.c
Recens natus ſtatuebatur in Terra. 41. 1.a, ſuſcipiebatur de Terra. 42. 1.e, Terra, mater; Cælum, pater. 41. 1.b, eius mammæ, flumina. ibidem e
Thales Mileſius inuentor Poli obſeruandi in nauigando. 204. 2.a
Thaletres Amazonum regina quærens Alexandrum. 403. 2.c, 406 2.a
Thalmud à quibus, quo tempore, compoſitum. 125. 1.d, eſt ius ciuile Hebræorum. ead. 2.b
Tharſis certi loci appellatio. 164. 1. d, an ſit nomen maris. 165. 1.e, & deinceps, 206. 2.d, eſt nomen homonymum. 165. 1. c, varia de illo Auctorum ſententia. ibidem, mare Tharſis pertinere ad Hiſpaniam Bæticam. 181. 1.d, & deinceps. Eadem cum Tarteſſo. 182. 2. a, & ſeqq. cur Tarteſſus duplicet priorem ſyllabam ſupra Tharſis. 183. 1. c, Tharſis conditor Hiſpaniæ. ibidem, quæ cum Tharſis nomine affinia loca. eadem 2.c, cur ſimiæ allatæ ex Tharſis. 214. 1.a, 214. 1.d, & pauones. 214. 1.e, & ſeqq. & elephanti. 216. 1.b, & argentum potiùs quàm aurum, vide, Aurum.
Theodori Mopſueſteni error in quo poſitus. 458. 1.c, cum ſeqq. eius vita, ſcripta, damnatio. ibidem
Theologiæ quæ nomina. 143. 1.b, c, cur dicatur ſacerdos, & vapor magnitudinis Dei. ibidem e, 143. 1.a, & radius. 176, 1.e, quomodo ſubalternata ſcientiæ beatorum. ibidem, petit eſſe comes ſanctitatis. ibidem e, & 2.a
Theſauri priſci. vide, Diuitiæ, illius nomen, & ratio quæ. 235. 1.a, dicitur illis præſidere Aſmodæus, eadem 1. d, dicuntur plurimi Antichriſto à dæmone aſſeruari. ibidem, illorum inuentio ſapientiæ opus, ibidem d, Sichęi reconditi in Africa. 235. 2.c, artem inueniendi profeſſus Apollonius. 235. 1.e, inuenit aliquando Tiberius, & Cobades. 235. 2.d, immenſi conditi in ſepulcro Dauidis. vide, Dauid, inuentio Theſaurorum diſpendioſa. 236. 1. b, Tyranni inhiantes ſepulcrorum.
Theſauris, ead. 1.d, Salomon minimè ditatus.
Theſauris inuentis. ibidem
Thynnorum conditura. 191. 1.a
D. Thomę liber de Regimine Principum, an ſuppoſitiuus. 559. 2.d
Thronus Dauidis, & Salomonis. vide Dauid, & Salomon. Thronus Perſarum aureus. 69. 1.c, Capitale in eo ſedere. ibidem, Thronus Salomonis ſimulis diuini. 77. 2.a
Thuribula aurea in Templo. 323. 1. e, Thuribulum quid. 324. 2.a
Thus in ſola Arabia. 199. 1.d, dictum Græcè à ſacrificando, ibidem, illius meſſores ſacri, & caſti, ibidem e, ante Romanorum religionem adhibitum in ſacris Hebræorum. 400. 1. b, quandiu ignotum Romanis. ibid.c
Thyina ligna. Thya arbor quæ. 219. 2.e, nomen apud Hebræos. 217. 2.e, Thya Syria quæ arbor in Syria. 416. 1.e, Opportuna ad Templum, ead. 2.a
Tituli erecti ex qua materia, & vbi collocati. 301. 1.a
Toleri nomen quid ſignificet. 190. 2.b
ſub Torrida Zona mare innauigabile antiquis. 200. 2.a, b, facilior nauigatio, quàm habitatio, ibidem d, plures de Torrida quæſtiunculæ. 200. 1.e
Tribulationum ſymbolum ignis & ferrum, ſartago ferrea, typus laterum. 354. 2.b
Trinitatis myſterium trina repetitione Dei. 280. 2.d
Troia capta tempore Salomonis. 82. 1.b
Tubal an conditor, & propagator Hiſpaniæ. 205. 2.e, an Tubalæi etiam Aquilonares, ibidem d, Omnes Hiſpani, ſed Tharſis, Bætici. eadem 2.a
Turditaniæ cum Carpentania comparatio. 193. 1.d
Tutores infantium regalium. 59. 1.e
Tychonij regulæ commendatæ ab Auguſtino. 559. 2.c
Tyrannus in populo ſuo rebellationem creat. 436. 1. d, eius deſcriptio. 435. 2.c, ipſius ingenium. 16. 1.c
Tyrus, Tyrij, Phœnices. Tyrus obſeſſa à Nabuchodonoſor, 189. 1.e, defenditur ab Hiſpanis, Gaditanis, & Hiſpalenſibus, eadem 2. b, dicitur filia Tharſis, id eſt, Hiſpaniæ, quomodo. 190. 2. vaſtatur à ſeruis, ibidem e, oppugnatur à Macedonibus & Italis. 191. 1.a, ex eius euerſione commota Hiſpania. ibid. b, Iſaiam minari Hiſpaniæ cùm minatur Tyro. 194. 2.c, Tyrus adducta Hiſpaniæ, ead. 2. à, quando condita. 330. 2. d, Rex Tyri negotiator. 236. 2. d
Tyrij & Phœnices an tantum periti ſui maris Mediterranei. 168. 1.e, qua via contenderent ad mare Rubrum, ibidem e, eorum cognatio cum Gaditanis, & familiaritas cum mari Rubro, 169. 2.d, vnde dicti & oriundi, ibidem c, ab illis primum agnita Africa, 185. 2.a, illorum ex bello, & nauigatione laus, & gloria. 187. 1.c, Opum Hiſpanienſium potiti, ibidem d, cupidi auri, & argenti. 196. 2.e

V

VAgitans Deus. 41. 2.e
Vbera doctrinæ, & Doctorum ſymbolum. 150. 1.c, Cur pocula in figurā mammę aut vberis, ibid.d
Vectigal, Tributum. vide, Dauidis & Salomonis diuitiæ. Libenter conferuntur à populo ad cauſam iuſtam & ſacram. 161, 2.e, ſed moleſtè, & inuitè ad alios vſus, ibidem. Vectigalia priſcorum principum. 230. Vectigalia iniqua Caligulę. 512. 2.b, & Salomonis, poſteriori vita. ibidem a
Velamina varia Hebræarum fœminarum. 257. 1.d
Velamen iugum illarum, ibidem d, & pudoris. 257, 1.b, virgines aperto capite. 256. 2.e, & nubiles emenribus expoſitę. 257. 1.b. Velatæ meretrices. ibid.c
Veneficia appendix idololatrię. 506. 2.d, & rei amatorię. 507. 1. c, Res propria fœminarum. 507. 1.e, & meretricum, ibidem. Veneficę Romę damnatę. 507. 1.d
Ventris notę ex phyſiognomia. 423. 1.e, & 2.a
Venti & aues nauigandi duces. vide, Nauigatio.
Venus & Vinum cum errore. 477. 2.d, Veneres quatuor, 503. 1.c, eius imago. ibidem e, machinatrix & armata, ead. 2.d, culta à Salomone. ibidem b
Veracitatis virtus quę. 436. 2.d, Propria Principis, & ſacerdotis. ibidem e
Verſoria Plauti an acus magnetica. 202. 1. 2, 2. & ſeqq.
Verſoriā capere dictum de via arripienda. 203. 1.e

Veſti-

Veſtimentorum regalium neceſſarius cultus. 425. 1.d ſymbolum diuinæ gloriæ. 427. 1. e, ex aurea materia interdicta priuatis. 428. 1.a, odorata. ead.2.a

Veſtes pretioſæ ex Iudæa. 425. 2.a, Hebræorum in illis luxus. ead. 1. e, apud priſcos floridæ ead.2.e, multicoloriæ apud Romanos. 426. 1.c, polymitæ apud Babylonios. ibid.c, Propriæ magiſtratuum, & mollium. ibidem d, palmata veſtis, quæ, ead. 2.d, Ex aurea & ſplendenti materia. 427. d, & gemmatæ atque ponderoſæ. ibid.e, & 428. 1.b

Veſtes odoratæ ſponſi, ſacerdotis, regis. 285. 2.b, illarum peculiaris vnctio & conditura. ead. 2.c, Veſtes ocellatæ & ſtrictæ quæ. 493. 2.a, limbus illarum pretioſus. ibid.d, Veſtes variæ, aut variegatæ. 296. 1. a, & ſcutulatæ. ibid.c

Veſtes Baticæ quæ. 246. 1.c, ex Tyro & Sidone patigaudæ. 428. 1. c, Veſtes confectæ olim circumferri ſolitæ. 463. 1. c, peregrinæ ſimul cum peregrina religione ſuſceptæ, præſertim ab Hebræis. 486. 1. d

Conficiebantur à fœminis. 428. 1. d, quæſitæ multa ſollicitudine. 430. 1.b, ſolent eſſe ineptæ, & inconcinnæ. 429. 2.d, ignominioſæ homini. 430. 1. a, contemnuntur à ſanctis viris. 431. 1. e, luxus illarum ſupplicium, ignis. ead. 2. b, ſunt ſymbolum mutationis humanæ. 430.2.e

Priſcus mos ſonitum in veſtibus pretioſis conflagrantium. 431.2.c

Victoria celebrata ab Hebræis virginibus: 261. 2. c, illius cum fine & conſummatione analogia. 415. 1. aduerſus hoſtes diuinitus conceſſa. 527. 1. b, & negata à Deo faciente animos hoſtibus. ibidem c, Victi ſub optimo triumphatore fœlices. 272.1.c

Videndi incautè diſcrimen. 9. 2. d

Virgines thuribulariæ atque vnguentariæ apud Hebræos. 371. 1.c, vide, Velamen.

Virtutis comes gloria. 521. 1. d, ſimul cum illa viceſcens & marceſcens. ibidem. quatuor Virtutes cardinales ſignificatæ in throno Dei. 412.2.c

Vitulus, vide, Bos. Ad Vitulum tam viri quàm fœminæ conferentes monilia. 379. 2.c

Vmbilici vſus in vtero. 42. 2.c, eſt inſtar anchoræ. ibidem e, præſciendi vſus & ars. ead.2.a

Vnguentorum vſus & initium. 400. 1. c, Vngendi pri-ſcus mos Regum, ſacerdotum, ſponſorum.

Athletarum. vide. Oleum.

Vnigenitus dilectiſſimus. 28. 1.2, aliquando appellatio hæredis. ibidem d

Volucres indices nauigationis. vide, Nauigatio. & Auis.

Voluntatis ſolius ſtudium muneratum à Deo. 307.1.b

Voluptatis prætéritæ memoria excrucians. 521.1.a

Vocis notæ ex Phyſiognomia. 424.1.e

Vrbis figura quadrata incommoda. 330.1.b

Vrphe inſula an Ophir. 157.2.c

Vrias an ex gente Hebræorum. 18.2.d, non gregarius & ignobilis, ſed miles clariſſimus. ibidem. fuit armiger Ioab. ibidem. pro illo apologia & inuectiua contra Dauid. 10.1.d, typus diaboli. 565.1.d

Vteri temperies qualis. 39.1.d

Vuiſigothorum lex. 415.2.d

Vulgatæ lectionis auctoritas, & vel ſolus apex retinendus. 169. 1. d, Latinus Interpres numquam aberrans. 170. 2.d, ex ſe ipſo interpretandus. ibid. c, nõ torquendus. ibidem d, ſapientia illius. 171. 1. e, 216.1.c, peritia. 219. 2.e, 223.1.c, 224.1.c, 244.1.d 366.1. a Caſtitas. 488. 1.a, & paſſim vbique defenditur.

Vxores ſingulas ſingulis viris ex cœlorum fato deſtinatas Rabbinorum traditio. 11.2.e, 12. 1. a, lugent maritos. 19. 1. e, quæ non lugerent, infames. ibidẽ d, lugendi tempus varium. ibid. 21. 1. e

An fœminæ quàm viri adulterium grauius. 19. 2. b. vxor militis ſuſpecta. 22. 1. a. ſunt ignobiliores viris, & ex illis nominantur. 23.1.d, ſemel adultera ſemper ſuſpecta. ead.2.a

Coniugum charitas facibus ſignificata. 254.1.b. & columbæ ſymbolo. 295.2.c

Vxorum polygamia, & bigamia in ſacris & profanis. 482. 1. d, & deinceps. Vxoribus datæ comites & ancillæ. 483.2.e, Coniugum amor ardentiſſimus. 487.1.e, matrimonij moleſtiæ. 536.1.e

Z

ZOroaſtes an Cham, & magus. 233.2.e

F I N I S.

COPIA.

GLI Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Illuſtriſſimo Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del Circ. Secretario del Senato Gio. Marauegia con giuramento, che nel Libro intitolato IOANNIS DE PINEDA, DE REBVS SALOMONIS REGIS, &c. non ſi troua coſa contra le Leggi, & è degno di ſtampa, concedonq licentia che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 27. Maij 1610.

D. Bertuzzi Valiero
D. Nicolò Bon } Capi dell'Eccelſo Conſ. di X.
D. Lunardo Mocenigo

Illuſtriſſ. Conſ. X. Secret.

Leonardus Ottobonus.

1610. A dì 27. Maggio. Regiſtrato in Libro à car. 48. tergo.

Io. Baptiſta Breatto Officij contra Blaſphem.

IOANNIS DE PINEDA
E SOCIETATE IESV
DE REBVS SALOMONIS REGIS
LIBER PRIMVS.

Qui eſt,

DE SALOMONIS INFANTIA ET PVERITIA.

CAPVT PRIMVM.

Qui Rerum Salomonicarum Scriptores.

Ad locum 2. Paral. 9. 29. Reliqua operum Salomonis priorum & nouiſſimorum ſcripta ſunt in verbis Nathan Propheta, & in libris Abia Silonitis, in viſione quoque Addo Videntis.

SVMMARIVM CAPITIS.

1. *Plures Salomonis quàm aliorũ Regũ Scriptores. Chronographi Regij apud Perſas et Hebręos.* A
2. *Salomon ſuarum ipſe rerum Scriptor. Quis auctor librorum Regum.*
3. *Eſdras Binomius. Quis auctor libri Paralipom.*
4. *Variæ ſententiæ de libro* Verborum dierum Salomonis. *Explicatus locus Regum.*
5. *Quæ eo libro continerentur. Quis eius auctor.*
6. *Eum librum combuſtum à Nabuzardan. Qui fuerint inſtaurati ab Eſdra. Qui aſſeruati in templo.*
7. *Quæ ſcripſerit Nathan Propheta. Quàm is Dauidis familiaris. Quantum vixerit. Illuſtratus Eccleſiaſticus & Paralipom.*
8. *Quo tempore extiterit Abias. Quid de Salomone prophetauerit.* B
9. *Quo tempore prophetauit Addo. Quid ſcripſerit. Cum alijs ſui temporis Scriptoribus comparatus. Illuſtratus locus Paral.*
10. *Eorum prophetarum libri, qui nõ extant, fuerintne Sacri.*
11. *Libros, quorum Scriptura meminit, Sacros fuiſſe.*
12. *Libros Sacros fuiſſe ad Eccleſiæ ædificationem. Notatius Abulenſis.*
13. *Libros aliquos Sacros intercidiſſe.*
14. *Philo & Ieſus Siracides inter Scriptores rerum Salomonis.*
15. *Profani Scriptores de Salomone. Ioſephus non ſemper verus.*

ETSI ſactos Iudęorũ Regum annales habeamus, 1.
ex quibus præcipua, tum quæ ad alios, tum quæ ad Salomonem pertinent, tamq̃ ex refertiſſimo penu depromere poſſimus; at cũ Scripturæ de Salomone loquũtur, peculiares quoſdam alios illius vitæ & rerũ geſtarũ ſcriptores nominant. Ergo ſiue ſactos, ſiue profanos, qui extẽt, nõ extèntve, vt qui ad Salomonis hiſtoriam ſpectare videantur, pręcipuos indicabimus: pręſertim cũ nemo alius ex Regibus tot habuerit rerum geſtarũ enarratores; quippe nemo alius tã multam, tàmq; magnificam rerum pulchertimarum ſupellectilem memoriæ & poſteritati conſignandarum Hiſtoricis & Scriptoribus reliquit. *Nemo ex Regib. tot habuit Scriptores.*

Cùm verò in Regum Hebræorũ aula peculiare munus fuerit Regionum miniſtrorũ, Scribarũ, *Hebræorũ Regũ Chronographi.*

Perſarum cõſuetudo.

Salomonis Scriptores diligentiſſimi.

& à Commentarijs, qui Regum geſta diligenter conſcriberent (quod ad Perſarum etiam Regum cõſuetudinem manaſſe credi põt, ex Eſther 6.1.) vt nunquam Regum & regni chronographia intermitteretur; certè ſi quiſquam alius ex Regibus, habuit Salomon Scriptores diligẽtiſſimos, atque auditores Sapientiæ ſtudioſiſſimos. 3.Reg. 10. vt à quibus tunc maximè coleretur Sapientiæ ſtudium, audiendi, addiſcendi, conſcribendi. De quibus fuſius à nobis aliquando dicendum.

I. SALOMON.

2.

Salomoni peculiare, vt ſuas res deſcriberet.

QVod pleriſque Prophetis & Euangeliſtis cõmune fuiſſe videmus, vt res ipſi ſuas ſuis in libris conſignarent, & non alterius Hiſtoriographi quàm ſuo ſuis rebus teſtimonio fidem facerẽt; B hoc quoque Salomoni Regi peculiare fuit, vt ſuæ vitæ, atque geſtorum maximè inſignium hiſtoriam ſuis libris vel conſcripſerit, vt in Eccleſiaſte; vel indicauerit; & rerum ſublimiorum ex ſuis rebus, quaſi fundamenta quædam ſuppoſuerit, vt in Canticis; vel certè ſæpius inter morum exempla tradenda ſuo exemplo, attigerit, vt in Prouerbijs; vel, ſi nõ ipſe, at in ipſius perſona & nomine Sacri alij Scriptores, ſuæ cõceptionis, natiuitatis, ſtudiorum, ſapientię, rerum geſtarum, corporis & animi dotum, tã multa minutatim enarrauerint, quàm in libris Sapiẽtię & Eccleſiaſtici exponũtur. Ergo Salomonis teſtimonijs frequentiſſimè nobis vtendum in ipſa Salomonis hiſtoria; quæ nobis lux ad C illius res cognoſcendas clariſſima atque iucundiſſima accidet. An verò ipſe præterea diariã ſuorum geſtorum hiſtoriam texuerit, inferius dicemus; nam non nemo aſſerit.

II. IEREMIAS.

SEcundus, eſt Ieremias Propheta, ſiue ille quiſquis eſt, qui tertium librũ Regum ſcripſit, quo à cap. 1. vſque ad 11. acta Salomonis continentur. Et verò de illius libri auctore non conſtat; nam

Samuel auctor 1. & 2. lib. Reg.

Salmeron.

R. Salomõ.

Procopius.

Iſidorus.

cùm 1. & 2. Regum Samuel conſcripſerit, at 3. & 4. Regum quidam tribuunt Eſdræ Scriptori, inter quos Pater Salmeron tomo 1. Prolog. 9. Cano. D 3. Ieremiæ tribuunt R. Salomon, R. Kimhi, Procopius, Iſidorus, & fere recentiores, Abulenſis 3. Reg. 11. Driedo, Sixtus Senenſ. & alij. At Gloſſa in Epiſtolam Hieronymi ad Paulinum, ſentit, ſub ſingulis Regibus ſingulos fuiſſe ſui temporis ſcriptores. Quod videtur conſonare cum eo quod, 3. & 4. Regum, paſſim repetitur, *Liber dierum regum Iuda & Iſrael;* liber Nathan Prophetæ; Ahiæ Silonitis; Addo Videntis; Hozai, Semelahu, & Iſaiæ Prophetarum.

Ego verò ita cenſeo; quamuis libri horum Prophetarum minimè contineantur libris Regum, quos nunc habemus: tamen eos libros Regum, ſui temporis auctores aliquos ſacros habuiſſe, alium aliorum geſtorum, & alius regit. Sic rerum ipſarum, temporumque ordo requirebat. E

III. ESDRAS.

3.

Ioſedecidẽ qui Eſdras.

TErtius, Eſdras, qui alio nomine dicitur Ioſedec. 1. Paral. 6. 14. Siue quiuis alius, qui texuit libros Paralipomenon, ſeu Prætermiſſorum, non immeritò inter peculiares & accuratos Rerũ Salomonicarum ſcriptores referendus. Quem fuiſſe Eſdram, atque horum librorum auctorem ex Seniorum traditione aſſerunt R. Salomon, & R. Moſes Kimhi, quos fere recẽtiores interpretes ſequũtur. A De ſententia verò R. Salomonis aliter ſcribit Abulenſis dub. 5. prologi Paralip. Alij auctorẽ Ieremiam volunt. Quiſquis fuerit, ſummatim colligit, quę in libris Regum de Salomone ſcribuntur, quædam etiam explicatius tradit à cap. 22. primi Paralipomenon vſque ad cap. 9. libri ſecundi. Et quidem quamuis frequentiſſima omnium fere interpretum expoſitio & perſuaſio ſit (vt hoc quoque obiter obſeruemus) *Paralipomena* ideo ſic vocata & inſcripta à Septuaginta interpretibus, quod ij libri contineant prætermiſſa derelictave in libris Regum: at ſanè Clemens Romanus lib. 2. Conſtitut. cap. 22. vocat librum ſecundum Paralipomen. librum *Prætermiſſorum in libro dierum*, vt ex exẽplari Clemẽtis Cretenſi affert Turrianus in B explanatione illius loci; vult enim *Prætermiſſa in libro verborum dierum*, qui alius omnino eſt à libris Regum, contineri in libris Paralipom. Et propterea libros Paralip. Hebraicè inſcribi *Dibre Haiamim*, id eſt, *Verba dierum*, quòd contineant derelicta in illo libro *Verborum dierum*.

An Ieremias auctor lib. Paralip.

Paralipo. cur ſic inſcripta à Septuag.

Clemens.

Turrianus

IIII. *Liber Verborum dierum Salomonis.*

QVartus, Auctor *libri Verborum dierum Salomonis*, de quo ſic habetur 3. Reg. 11. 42. *Reliquum Verborum Salomonis & omnia quæ fecit, & Sapientia eius ecce vniuerſa ſunt ſcripta in libro Verborum dierum Salomonis.* Cum dicit *ecce*, indicatur, C eum librum tunc præ manibus haberi, & in medio fuiſſe. Librum porro hunc quidam aſſerũt eſſe librum Paralipomenon: quam ſententiam Theodoretus 3. Reg. q. 37. apertè reijcit, & merito; nam repugnat manifeſtæ rationi. Librum enim Paralip. cùm ſit liber Prętermiſſorum in libris Regum; oportet poſteriorem eſſe libris Regum. Tum præterea, quia neque fuſius neque vberius ſcribuntur geſta Salomonis in lib. Paralipomenon, quàm in libris Regum. Videtur autem ille *liber dierum* multo copioſior fuiſſe, quam libri Regum, aut Paralipomena: præſertim cum ipſe liber Paralipomenon alias etiam Salomonis hiſtorias citet, ex quibus iubet pleniorem & vberiorem Salomonis geſtorum notitiam peti. Adde, librum numero D ſingulari dici; at non niſi numero multitudinis libros Regum, & libros Paralipomenon. In hoc conueniunt Abul. Nicolaus, Hugo, Dionyſ. Caiet. & Pater Franciſcus Turrianus, in explanat. Clementis lib. 2. cap. 22.

3.

Liber dierũ Salomonis an idẽ cũ Paral. & lib. Regũ.

Theodor.

Abulenſis.

Nicol.

Caiet.

Turrianus

Alij exiſtimant, hunc librum *Dierum Salomonis*, eſſe illos, qui 2. Paralipomenon 9. nominantur, *Liber Nathan Prophetæ, Abiæ Silonitis, & Addo Videntis*, hoc probabile cenſet Abulenſis 3. Reg. 11. in fine, indicant Hugo Carenſis, & Dionyſius; aſſerit Turrianus citatus. Cuius ſententiæ ea poteſt eſſe coniectura, quòd ſuis quiſque temporibus videntur Nathan, Ahias, & Addo, diariam texuiſſe Salomonis hiſtoriam. Sicut etiam Samuel, Natham, Gad, geſta Dauidis; Semeias & Addo, geſta E Roboam; Addo item geſta Abiæ. Quare *Liber verborum dierum*, omnium Regum acta continebat à diuerſis auctoribus collecta: ſiquis hiſtoriã Cæſarum citet; neque aliam intelligat quàm hiſtoriam Suetonij, Taciti, Herodiani, & ſi quis alius res Cæſarum perſequutus eſt. Sed neque hæc ſententia vera videtur, quin potius *Liber dierũ Salomonis*, alius diuerſus, tum propter inſcriptionem libri diuerſam, tum quòd illorum Prophetarum libri videntur fuiſſe non vnus, ſed plures atque diuerſi: at liber ille *Dierum Salomonis*, vnicus, ſicut vnius auctoris, ita vnius argumenti, & vnius ſtili.

Abulenſis.

Hugo.

Reijcitur præcedens ſententia.

Ergo primũ aſſerimus *Librum verborum dierum* 5.

Chronologia Regũ apud Hebræos.

Quo tẽpore ſcribi cœpta Chronologia.

A *Salomonis* partem videri eius Chronologiæ, quæ ex præſcripto Reipublicæ & regni Hebræorum texebatur à tempore primorum dierum & Regũ vſq; ad nouiſſimos; qui dicebatur *Liber verborum dierum Regum Iuda, & Iſrael*. Cuius frequentiſſima in libris Regum mentio à morte Salomonis. Itaque hæc hiſtoria diaria Regum Iuda, videtur tempore Salomonis cœpiſſe, & duraſſe deinceps continuata ratione, & ſcriptione, cùm perpetua mentio, & eodem verborum tenore, per diuerſa tempora fiat, *Libri verborum dierum Regum Iuda, & Iſrael*. Potuit verò, propter hiſtoriæ & rerum copiam, & amplitudinem, ſpectantium ad Salomonem, peculiaris illa pars, *verborum dierum Salomonis*, peculiari etiam volumine contineri, & circumferri.

B Secundum aſſertum. Librum hunc *verborum dierum Salomonis, & Regum Iuda, & Iſrael*, oportuit quidem habuiſſe multos Scriptores: quippè non vno ſeculo conſcriptum, neque de vno Rege. De auctore primo, aut de ijs quibus continuandæ hiſtoriæ cura demandabatur, nemini conſtat: fortè ſenioribus Synagogæ ea cura commiſſa, aut Scribis, quibus publica monumenta euoluendi, conſcribendi, aſſeruandi, munus fuiſſe, ex nominis ſui notione, & ſignificatione, colligunt viri docti. Nam *Sopher*, qui *Scribe* interpretatur, propriè ſonat *librarius, notarius, litterarius*, aut, *litteratus*. Sed de hoc dicemus aliquando plura. quãuis Sixtus Senenſis, lib. 1. exiſtimet, eum librum *verborum Salomonis*, fuiſſe cõſcriptum vel ab ipſo Salomone; vel ſecundùm alios, ab Ozai Propheta.

C 6. Tertium. Eum librum, à quocunque tandem conſcriptus fuerit, perijſſe, combuſtũ à Nabuzardan, & ab Eſdra minimè reſtitutum, fere cõmunis interpretũ ſenſus eſt, Abulenſ. Nicol. Dionyſ. Quamquam non oporteat, omnes eos libros, qui modò non extant, combuſtos aſſerere à Kaldæis, quia fortè non omnes huiuſmodi libri erant in templo: non fuerunt autem combuſti, niſi quos in templo repererunt Kaldæi. Vide Abul. in 1. Paralip. 9. q. 25. At cùm libri Regum videantur ſcripti poſt captiuitatem Babylonicã, quo tempore Eſdras inſtaurauerat libros combuſtos; nam in 4. Reg. lib. cap. 25. narrantur multa, quæ in captiuitate Babylonica contigerunt; conſequens eſt, vt ſi in libris Regum fit mentio libri *verborum dierum Salomonis*, certè tunc extaret liber ille communi aliorum incendio a Nabuzardan minimè conſumptus.

Forſter in Maldonatum. *Matth.* 2.

Porro hunc *librum dierum*, cuius frequens mẽtio 3. & 4. lib. Reg. eſſe eundem, quem Paralipomena citant, ſub titulo *libri Regum Iuda & Iſrael*. 1. Paralip. 9. 1. & 2. Paral. 16. 11. & 25. 4. & 27. 7. atque alijs locis, & diuerſum quidem à noſtris libris Regum, docet Sixtus Senenſis, lib. 2. in verbo, *Regum liber*, & idonea ratione confirmat.

V. NATHAN PROPHETA.

7. Nathan Propheta ſimul cum alijs duob. Prophetis, id eſt, cum Ahia, & Addo, Scriptoribus rerum Salomonicarum priorũ & nouiſſimarum, refertur 2. Paral. 9. 29. *Reliqua operum Salomonis priorum & nouiſſimorum, ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in viſione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat*.

Triũ Prophetarũ volumina, q̃d continuerunt.

De horum trium Prophetarum libris ſicut certò affirmatur, nunc nõ extare; ita incertum eſt, an Salomonis geſta tantummodo continuerint; an verò Salomon fuerit pars illorum librorum, non verò argumentum integrũ. Theodoretus, 3. Reg. q. 37. indicat, libros horum Prophetarum, eſſe illum qui in libris Regum inſcribitur, *liber verborũ dierum Salomonis*; ex eo quòd huius etiam mentio fiat in Paralipom. cùm tamen non alia mentio habeatur, quàm librorum horum Prophetarũ. Sixtus Senenſis, lib. 2. duo hiſtoriæ volumina diuerſa tribuit Nathano; alterũ, quo Dauidis tantùm geſta continerentur; cuius fit mentio, 1. Paralip. vlt. alterum, quo Salomonis; cuius meminit, 2. Paralip. c. 9. Sanè quidem, cùm Nathan fuerit coætaneus Dauidis, & datus Dauidi à Deo, quaſi auxiliaris comes ad rectam regni adminiſtrationem, ſicut Eccleſiaſticus indicat; *Surrexit Nathan Propheta in diebus David*, idemque fuerit pædagogus & præceptor Salomonis, vt inferiùs dicemus, nõ videtur, duos libros, duaſve hiſtorias, conſcripſiſſe, ſed vtrumque, id eſt, Dauidem, & Salomonẽ filium, vnico volumine comprehendiſſe; alterius bella, pacem alterius; templum ab vno procuratum & deſignatum; ab altero ędificatum & abſolutum: vrbem Ieruſalem ab vno amplificatam, ab altero illuſtratam & locupletatam: ex vtroq; tandem integram & perfectam hiſtoriam: vt qui maximè familiaris Dauid extiterit; vt eorum præſertim, quæ ad Salomonem ſpectabant, nunquam non particeps; vt mirabundus aliquando auſus fuerit quaſi expoſtulare cum Dauide. 3. Reg. 1. *Numquid à domino meo Rege exiuit hoc verbũ. & mihi non indicaſti ſeruo tuo, quis ſeſſurus ſit ſuper thronum Domini mei poſt illum?* præſertim cùm videatur nõ ſolùm coætaneus Dauidi, ſed prætereà etiam coeuixiſſe Salomoni, vt qui deſcripſerit Salomonis geſta, *priora & nouiſſima*: id eſt, prioris vitæ, ante lapſum; & poſterioris, etiã poſt lapſum, & peccata. Vide Abulenſ. 2. Paralip. 9. q. 24. Et cõfirmari poteſt, ex eo quod ſcribit Epiphanius, de vitis Prophetarum, Nathanem Prophetam *extremo ſenio confectum vita deceſſiſſe*. Licèt enim quadragenarius fuiſſet quando mortuus eſt Dauid; cùm Salomon ad minus erat duodennis; potuit alios quadraginta annos plùs minùs ſuperuixiſſe, vſque ad extremam Salomonis quinquagenarij aut ſexagenarij ætatem. Quamquam locus ille non neceſſariò nos adigat in has anguſtias, vt dicamus, ſingulos Prophetas ſcripſiſſe geſta priora & nouiſſima Salomonis. Abundè enim illi ſatiſfiet, ſi dicamus, geſta Salomonis *priora atque nouiſſima* nõ in ſingulis, ſed in omnibus illorũ Prophetarum libris contineri; *priora*, in Nathano; *poſteriora & nouiſſima*, in Ahia & Addo.

Theodor.

Senenſis.

Nathã vnica hiſtoria Salomonẽ & Dauidẽ ſcribẽs. Eccleſ. 47. 1.

Nathan Salomonis pędagogus.

Nathan ſit ſuperſtes Salomonis tẽpore.

2. Paral 9. 29.

Epiphan.

Abulenſis.

VI. AHIAS SILONITES.

8. Vixit quidem Salomonis tempore, & potuit poſterioris vitæ Salomonis, teſtis oculatus, acta conſcripſiſſe, vt qui etiam ſuperuixerit Salomoni, tempore Roboam, & Ieroboam, vt conſtat ex 3. Reg. 14. Is eſt, qui 3. Reg. 11. 30. ſcindens pallium ſuum, tradidit Ieroboam decem ſciſſuras, prædicens decem Tribus defecturas à regno Iuda, & à domo Salomonis. Videtur autem Epiphanius, lib. de viris Prophetarum, dicere, Ahiam alia quædam de Salomone ante illam palij lacerationem prophetaſſe. *Hic eſt* (inquit) *ille Propheta, qui ſuper Salomoni Dauidis filio loquutus eſt, quòd futurus eſſet aliquando Dei aduerſarius, & vaticinatus eſt Salomoni futurum, vt muliebre genus alienaret ipſum à Domino*. Videtur ergo hiſtoriam ſuam potiſſimùm ex Salomonis peccatis, ſupplicijs, & ſubditorum rebellionibus aduerſus Regem, texuiſſe.

Ahias ſuperuiuens Salomoni.

Epiphan.

Quid de Salomone prophetarit Ahias.

VII. ADDO VIDENS.

9. HVnc alij vocãt Iddo, vt Sixtus lib. 2. Biblior. aliquibus etiam videbitur eſſe Iadon, quem nominat Ioſephus, 8. Antiquit. qui prophetauit contra Ieroboam, & contra altare, 3. Reg. 13. Septuag. verò vocant Ioel; atque Theodoretus exiſtimat hunc ipſum fuiſſe illum *virum Dei*, qui 3. Reg. 14. 1. prophetauit contra Ieroboam & *contra altare*. Et potuit quidem eſſe binomius. Neque mitum tantam eſſe apud interpretes huius nominis varietatem; cùm non minor ſit in ipſo fonte Hebraico: nam qui 2. Paralipom. 9. 29. nominatur *Iegbddo* capit. 12. 15. & 13. 22. dicitur *Gbiddo*, & 2. Paralipom. 15. 1. *Ghoded*. & Latinus, *Oded*. alij, *Obed*. alij, *Adad*.

An Addo prophetauit contra altare.

יעדי
עדו
עודד

Ergo is quoque ſurrexit tempore Salomonis, & nouiſſimorum illius geſtorũ teſtis & ſcriptor, iunior tamen, vt videtur, Salomone; quippe illi ſupermixit, vt qui ſcripſerit etiam geſta Roboam. 2. Paralipom. 12. 15. & prophetauit item contra Ieroboam, vt patet ex loco indicato, 2. Paralipom. 9. videtur etiam Propheta Addo potiſſimùm ſcripſiſſe librum minarum & ſuppliciorum contra Ieroboam; cui cùm lis fuerit cum Salomone, & cum Roboamo, videtur etiam idẽ Propheta nouiſſima Salomonis, & vniuerſa Roboami acta monumentis conſignaſſe, ſimul cum geſtis Ieroboam, qui eodem fere tempore, quo Roboam, regnauit: hic, 17. annis in Iuda: ille, 22. in Iſrael, poſt mortem Salomonis, 3. Regum 12. Hoc enim mihi ſonat, quod ſcribitur, *Addo ſcripſiſſe geſta Salomonis in viſione contra Ieroboam*. ſiue, quod idem eſt, *in viſione de Ieroboam*. id eſt, cùm de Ieroboam ſcriberet, neceſſariò etiã quædam Salomonis geſta permiſcuiſſe. Cùm autem conſtet ſcripſiſſe contra Ieroboam, videtur etiam toto tempore Ieroboam vixiſſe; quippe à morte Roboam vſque ad mortem Ieroboam, 15. anni interceſſerunt; ex quibus demendi alij duo, aut tres, quibus regnauit Abia, filius Roboã, cuius etiam geſta ſcripſit Addo, vt dicitur, 2. Paralipom. 13. 22. Ergo Addo fere conuixit Ieroboamo.

Addo quid & contra quos ſcripſerit.

2. Paral. 9. 29.

Atque inter hos tres Prophetas, & eorum hiſtorias, hæc videtur eſſe differentia; non ſolùm temporis, quòd priùs ſcripſerit Nathan; ſecundò, Ahias, tertiò, Addo; ſed etiam quòd Nathan potiſſimùm ſcripſerit acta prioris Salomonis & vniuerſam illius gloriam: deinde, Ahias inceperit à declinatione regni, & à peccatis & ſupplicijs Salomonis: quippe ipſe vaticinatus eſt de defectione tribuum: tandem, Addo videns potiſſimùm ſcripſerit hiſtoriam Ieroboam, & quę illi contigerunt cum Salomone & cum eius filio Roboam.

Quis inter hus ꝓphetas antiquitatis ordo.

VIII. Quæſtiuncula incidens de auctoritate librorum prophetarum qui non extant.

10. SEd his omnibus libris, & Scriptoribus rerum Salomonicarum, communis eſt illa dubitatio, An fuerint ſuo tempore Scriptura ſacra, & Scriptores Canonici. De qua re videtur dubitare Origenes homil. 1. in Cant. Pater Salmeron, tom. 1. Prolegom. 9. canone 4. mordicus aſſerit, Nullum librum qui ſemel fuerit vllo vnquam tempore in Eccleſia Canonicus, intercidiſſe: itaque eos, qui nunc non extant, numquam fuiſſe ex canone librorum ſacrorum. Probat, quia

Origenes.
Salmeron.

A ſecus non fuiſſet Eccleſia depoſiti ſibi traditi fidelis cuſtos iuxta id 1o. Timoth. 6. *depoſitum cuſtodi*. Secundò: Quia cùm liber Canonicus ſit regula credendi atque viuendi; ſi liber canonicus amitteretur, fieret illius regulæ neceſſariæ in Dei Eccleſia, iactura: aut certè retorqueretur in Spiritũ Sanctum; cuius erat prouidere, ne liber canonicus amitteretur; aut vt ſemel amiſſus, reſtauraretur, vt de alijs libris canonicis factum eſt: de Pentateucho, 4. Reg. 22. de Threnis, Iere. 36. de alijs libris reſtauratis ab Eſdra, ex communi Patrum ſenſu. Hæc præcipua inter alia Patris Salmeronis argumenta.

Liber Canonicus Regula credẽdi & viuẽdi.

Libri canonici aliquãdo amiſſi, poſtea reſtituti.

At Auguſt. 18. de ciuit. c. 33. apertè concedit, librum Henoch, qui nunc in Eccleſia nõ extat, aliquãdo fuiſſe canonicum. Rurſus, *librum Bellorum Domini*, qui citatur Num. 21. non fuiſſe canonicũ, ſed aliquam externæ gentis hiſtoriam, aſſerit idẽ Auguſtinus, q. 42. in lib. Num. Et quidem de Auguſtini ſentẽtia non eſt facile iudicare. Eraſmus, ſuper id, Matth. 5. *Iota vnum* &c. Cùm eorũ librorum meminit, quorum nomenclaturam adhuc videmus in canonicis voluminibus, veluti libros *Bellorum Domini*, qui citantur Num. 21. & librum *Iuſtorum*, qui citatur Ioſuæ 10. & 2. Reg. 1. aliòſq; qui citantur in lib. Reg. & Paralipom. ait, *oportere ſummæ fuiſſe auctoritatis, quorum auctoritate toties nititur Scriptura Canonica: an verò fuerint in Canone Hebræorum alijs excutiendum relinquere*.

Auguſt.
Liber Henoch.
Liber Bellorum Domini an ſacer.
Eraſmus.

In hac re primùm affirmo, eos libros, quos ita affert ſacra Scriptura, vt ad eorum lectionem nos remittat, ꝓ aliqua re, aut hiſtoria, pleniùs cognoſcenda, certum videri fuiſſe indubitatæ veritatis: huiuſmodi ſunt, non illi, quorum aliquando teſtimonia citat; vt cùm Paulus citat Aratum poetã, Act. 17. aut Epimenidem, ad Titum 1. aut Menãdrum, 1. ad Corinth. 15. ſed illi, ex quibus ipſa Scriptura fidem videtur facere ſacris hiſtorijs; cuiuſmodi ſunt libri Nathan, Gad, Addo, liber Bellorum Domini, & alij ſimiles. Sic ſanè ſentire videtur Sixtus Senenſis, præfatione in librum ſecũdum, & Abul. 2. Paralip. 9. quæſt. 26. Et clariùs 3. Reg. 4. q. 8. vbi apertè aſſerit, Scripturas illorum Prophetarum, quæ non extant, fuiſſe certiſſimæ & indubitatæ veritatis. Et ſanè Eucherius eiuſdẽ ſententiæ videtur, cùm 3. Reg. in ſcripta huiuſmodi Prophetarum non extantia incidit; *Multa* (inquit) *huiuſmodi volumina Scriptura quidem probat, ſed hodie conſtat non eſſe*. Et confirmo ex eo, quòd ipſe Pater Salmeron apertè concedit, eos libros, aut parabolas Salomonis, quæ non extant, *conſcriptas fuiſſe diuina ſapientia*. Nulla igitur ratione poterat illis ſubeſſe falſum.

11.
Libri Sacri etiam qui non extãt.

Senenſis.
Eucherius.
Salmeron.

Addo etiam, licèt non oportuerit, vt quæcunque quacunque ratione ſcripſiſſent prophetæ, & alij ſacri Scriptores, eſſent de fide; tamen quod Scripturæ teſtantur ſcriptum eſſe ab aliquo ſacro Scriptore, ego accipio, vt logicorũ more loquar, formaliter; id eſt, ſcriptum eſſe ab illo, tanquam à ſacro Scriptore, ita vt mentiri non poſſet. v. g. quod Scriptura dicit, Salomonem parabolas & cantica compoſuiſſe, omnia ea veriſſima fuerunt, & ſine vlla erroris ſuſpicione, ſiue ad res Phyſicas ſiue ad quaſcunque alias ſpectarent: non aliter hiſtoriam Nathan, Ahiæ, Addo, prophetarum, quibus res Salomonis conſignatæ ſunt, indubitatæ fidei & veritatis fuiſſe oportet.

Quod ſcriptũ eſt ab auctore ſacro an ſacrum.

Sed Abulenſis, præter eam quam diximus, veritatem certiſſimam, ad hoc vt aliquis liber ſit de ſacro canone, requirit, vt pertineat ad ædificationem morum; quare quæ ſcripſit Salmeron phyſica, non debuiſſe reponi in canone ſacrorum 12.

Abulenſis.

librorum

An liber Canonic⁹, debeat eſſe Ethicus.

librorum; ſicut quæ alij Prophetæ de Salomone ſcripſerunt, & iam non extant; quia fortè, inquit, pertinebant ad curioſitatem, vel vanam oſtentationem, non debuerunt adoumerari ſacris libris.

Liber compoſitus aſſiſtente Spiritu, ſemp fuit vtilis Eccleſiæ.

Ego verò ſecundum affirmo; Librum, qui ſemel habitus eſt indubitatæ fidei, conſequenter fuiſſe de ſacro Canone: & in vniuerſum quidquid ſcriptum eſt aſſiſtente diuino Spiritu, vt ſcriptor errare nó poſſet; proculdubio, & ad ædificationem Eccleſiæ pertinuiſſe, & ad vtilitatem aliquam, vel ad Deum cognoſcendum, vel vt inde aliquid doctrinæ eliceremus. Denique, ſi erat ſcriptura diuinitus inſpirata, conſequenter vtilis erat *ad docendum, ad arguendum, & corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia:* iuxta definitionem traditam à Paulo 2. ad Timot. 3. Potuerunt itaque Phyſica etiã Eccleſiæ fidei & moribus inſeruire.

Librũ Canonicũ poſſe poſtea intercidere Deo ſic diſponente.

13. Tertium affirmo; Nullum videri inconueniẽs, quòd liber, qui aliquando fuit de Canone, id eſt, diuinæ fidei & auctoritatis, proptereàque vtilis, & ad Eccleſiæ ædificarionem opportunus: poſtea interciderit, vt penitus iam non extet; quia videlicet ſequenti tempore vel non tam vtilis, vel non tam neceſſarius, vel propter alium diuinæ prouidentiæ finem; ita tamen vt ille vſus, quem habebat in Eccleſia, poſſit alijs libris ſuppleri. Sicut è contrario poteſt in Eccleſia, liber, qui hactenus iudicatus eſt apocryphus, & incertæ auctoritatis, poſtea declarari Canonicus, & diuinę auctoritatis; nec propterea antea nó habuiſſet Eccleſia ſufficientem regulam credendi, & viuẽdi: nec nó fuerit fidelis cuſtos depoſiti; quippe ea iactura non ſua culpa, ſed Dei prouidentia acciderit: neque rei neceſſariæ omnino, ſed quæ aliorum librorum lectione compenſetur.

IX. PHILO.

Auctor lib. ſapientiæ.

AVctor libri Sapientiæ, quæ à Græcis *Sapientia Salomonis* inſcribitur, ſiue Philo ſit, ſiue quiuis alius (vt lib. 3. dicemus) certè; non vltimus rerum Salomonis ſcriptor cenſeri debet: vt in quo illa vitæ Salomonis primordia, à conceptione, & natiuitate, vſque ad ſapientiam obtentam, & regnum adeptum, ſingulari quadam & exquiſita narratione deſcribantur.

X. IESVS SIRACIDES.

Eccleſiaſticus attingens Salomonis hiſtoriam.

14. **H**Vic quoque ſcriptorum Salomonis numero accẽſendus Ieſus filius Sirach, qui in ſuo Eccleſiaſtico, tum Salomonis laudes & præconia, tum lapſus & peccata, non ſolum breuiſſimè complexus, ſed præterea ſapientiam vberi & copioſa narratione prioribus capitibus perſequutus eſt, atque ſapientiæ obtioendæ vota, & preces, lacrymas, animi niſum & colluctationem quãdam cum ingenti difficultate, quæ illum à ſapientiæ ſtudio deterrebat, in ſua perſona repræſentauit extremo capite.

XI. *Annales Phœnicum & Tyriorum.*

Theodor.

15. **I**Am decimo loco, ſi qui ſunt externi & prophani rerum Salomonicarum ſcriptores producẽdi. Fieri enim non potuit, quin ea Salomonis gloria, quæ *vniuerſum terrarum orbem* peruaſit, vt Theodoretus dixit. 3. Reg. q. t a. partem etiam externorum annalium non occuparit. Et verò ponendum eſt, res Iudaicas ſemper fuiſſe occultas & ignotas externis gẽtibus; ſicut & Deus Hebrææ gentis, *Deus abſconditus*, ignotus, *notus in Iudæa:* ſi quando notus, notus quidem ſub nomine *ignoti Dei*; quippe hæc *gens non amabilis*, vt Sophonias dixit; vt cui cum nulla alia gente commercium, neque coniunctionis vllius affinitas, aut commoditas. Hanc ſanè cauſam, cur Iudæi Græcis Scriptoribus ignoti ſint, affert Ioſeph. lib. 1. contra Apionem: Tum etiam illam, quòd cum ſolum optimum, terràmque opimam, nacti fuiſſent, nulla externa re indigentes, educandis liberis, colendis patrijs legibus, toti incumbebant. Sed nihilominus non defuerunt ex vicinis gentibus, Tyris, Aegyptijs, qui Iudaicas res, maximè Salomonicas, attingerent. De Tyrijs ſic Ioſephus, loco indicato: *Sunt apud Tyrios multorũ annorum ſcripta publica, diligentiſſimè ſeruata, de rebus memoriæ dignis, quæ vel apud ipſos, vel aduerſus alios geſtæ fuerunt. In his prodieum extat, Ieroſolymis inſtructum fuiſſe templum à Salomone Rege, annis ante conditam à Tyrijs Carthaginem, centum quadraginta tribus & menſibus octo,* &c. Sequitur deinde: *Amicitiam conciliatam Sapientiæ ſtudio, & Epiſtolas multas vltro citròque ſcriptas inter Hiram & Salomonem, quibus vtriuſque regis acta quædam continentur.*

Iſa. 45. 15. Pſal. 75. 1. Act. 17. 17. Soph. 1. 2.

Res Hebræorum ignotæ externis Scriptoribus.

Ioſephus. Tyriorum Annales.

XII. DIVS.

Dius Phœniciæ rerũ ſcriptor.

HVnc in Phœnicia hiſtoria diligentẽ appellat Ioſephus: producitque, tum de Phœnicibus, id eſt, de Hiram; tum de Salomone, teſtimonium, & communicationem quorundam ænigmatum, atque aliorum actorum regis vtriuſque.

XIII. MENANDER EPHESIVS.

Menander quid ſcripſerit.

HVnc Ioſephus affirmat ſcripſiſſe, quæ ſub vno quoque regum, tum apud Grçcos tum apud Barbaros, geſta fuerunt, cum operam dediſſet, vt ex illorum patrijs ſcriptis res cognoſceret; ac de Tyrijs regibus ſcribens, Hiram & Salomonis geſta recenſet. De quo iterum idem Ioſephus, lib. 8. Antiquit. cap. 2. ſcribit. *Meminit horum duorum regum & Menander, qui è Phœnicum lingua Annales Tyriorum in Græcum ſermonem eſt interpretatus.*

Ioſephus.

XIV. EVPOLEMVS.

Euſebius. Quid ſcripſerit Eupolemus.

HVnc Græcum, eundèmque perantiquum, ſcriptorem prodncit Euſebius, lib. 9. Pręparat. Euang. c. vltimo, referentem quædam Dauidis acta, plurima item Salomonis; atque cum Vaphre, Aegypti rege, & cum Sutone, Tyri, communicationem familiarium literarum; cum Moabitis item, atque alijs gentibus conterminis, frequẽs ac familiare commercium.

XV. IOSEPHVS.

Ioſephi lapſus & errores.

IS libro 8. Antiquit. c. 2. vniuerſam hiſtoriã Salomonis deſcribit: Grauiſſimus ſanè ſcriptor, ſed interdũ grano ſalis inſpergendus, & in hiſtoria potiſſimũ Salomonica, vt obſeruabimus libr. 3. cum de Salomonis Sapiẽtia: nam alios Ioſephi lapſus diligenter colligunt Cæſar Baron. tomo 1. Annalium: præſertim in præuio apparatu, & paſſim alijs locis. Canus libr. 11. de locis cap. vltimo Antonius Poſſeuinus libr. 2. Bibliot. ſelectæ. capit. 25. Abulenſ. paſſim, ſed præſertim in hiſtoria Geneſis, Iudicum, Regum. Ioannes Franciſcus Mirandul. lib. 7. de rerum prænotione. Atque ille profectò operæ faceret pretium in Io-

Baronius. Canus. Poſſeuinus. Abulenſis. Mirandul.

ſepho, qui illius errores & lapſus notaret, & ſine vllo periculo ad legendum proponeret.

Ex hoc penu locupletiſſimorum Scriptorum neceſſariam ac prælautam noſtro Salomoni exornando ſupellectilem comparabimus. Accedent etiamſi non hiſtoriographi, at ſacri ſiue doctores, ſiue interpretes; quorum luculentiſſimis teſtimonijs res Salomonicæ exponentur, confirmabuntur, illuminabuntur.

CAPVT II.

Sancto parente ſuſpectus Salomon.

Ad locum. 1. Reg. 13. 14. Quæſiuit Dominus virum iuxta cor ſuum.

1. *Dauidis ſanctitas reliquis regibus tanquã exemplar imitandum, & Salomoni peculiariter.*
2. *Dauid inſtar adipis ſacri ſacratiſſimus. Angelorum ſimilis. Explicatus Eccleſiaſticus.*
3. *Adipis proprietas ad virtutes optimi Principis translata.*
4. *Dauid ſingulari ſtudio quæſitus & inuentus à Deo. Quid propriè* quærere. *Illuſtrati ſamuel & Luc.*
5. *Quærere, relatum ad lucrum & voluptatem.* Exaltare, *quid propriè. Conſummata Dauidis ſanctitas.*
6. *Dauid non è multis. Singularis virtute animi. Saul ſingulari proceritate corporis. Bonum pro pulchro. Dauid corde fortis.*
7. *Cor de amore. Mirus inter Deum & Dauidem amoris nexus.*
8. *Nemo Dauidis tempore illo ſanctior: neque deinceps in veteri illa Eccleſia.*
9. *Dauidis cum alijs Patriarchis comparatio. An ſanctior Abrahamo, Ioſia, Ezechia. Illuſtratus Samuel.*
10. *Propter Dauidem ſalomon. Ieruſalem, Tribus Iuda aucta honoribus à Deo.*

1. Dauid ſanctitatis exẽplar.

DAVIDEM Regẽ ex tribu Iuda primum, primum quoque fuiſſe exemplar, & veluti mẽſuram, ad cuius ſanctitatis, & virtutis verè regalis, trutinã, cùm aliorum deinceps Regũ, tum verò imprimis Salomonis vita, mores, religio, examinarentur, eleganter obſeruauit Ambroſius, priori pro Dauide apolog. cap. 1. *Pro Dauidis* (inquit) *merito, & gratia, aliorũ peccata reuelata ſunt.* Quippe hæc illarum ſiue exprobationum ſiue expoſtulationum acrimonia cum Salomone, cum Abia; *Non fuit cor eius perfectũ cũ Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius.* &: *Non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo.* Hæc illius vel fœderis initi approbatio, & aſſenſio; vel vitę & pietatis teſtimonium cõſummatæ; *Si ambulaueris in vijs meis ſicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos.* Et: *Fecit Aſa rectum in conſpectu Domini, ſicut Dauid pater eius.* Et: *Fecit Ezechias, quod erat bonum corã Domino iuxta oĩa quæ fecerat Dauid pater eius.*

Ambroſ.

3. Reg. 11. 4
3. Reg. 15. 3
3. Reg. 3. 14
3. Reg. 15. 11.
4. Reg. 18. 3

Ergo Salomoni parentem ſanctiſſimum, ad exemplum & exemplar totius ſanctitatis, propoſitum, ex quo in filium laus vitæ ac morum ſingularis deriuaretur, tum innumera alia Scriptura-

A rum teſtimonia confirmant, tũ verò duo alia magnificentiſſima; quorum alterum, Dei erga illum beneuolentiæ charitatem iucundiſſimam; alterũ, illius erga Deum pietatem, & amorem ardentiſſimum, ſignificat. Et quidem altero, cum Saule cõparatur; cum cęteris Iſraelitis, altero: quod vt vniuerſalius, ita & magnificẽtius, atque primo à nobis loco proferendum.

Dauid erga Deum charitas.

2.

Hoc inter alia Dauidis elogia præſtitit Ieſus, filius Sirach. cap. 47. 2. *Sicut adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filijs Iſrael.* Vbi manifeſta fit Dauidis cum cæteris Iſraelitis comparatio in ſanctitate vitæ, candore, & charitate erga Deum, quæ tria per ſacrificij *adipem* ſignificantur. Quamuis enim hoſtia pacifica Deo dicata, tota redderetur
B ſancta; cæterùm non tota cedebat Deo; ſed pars ſacerdotibus, pars ſacrificantibus. At adeps ſeparatim ſumptus, longè ſanctior, vt qui totus Deo cederet, ſacro flagrans & abſumptus igne. Non aliter ſanè Dauid reliquo populo, ſancto licèt, ſacratior; quippe populus, quæ ſua erant, non quæ Dei, non rarò quærere ſolitus, Dauid verò, ſui nihil ſibi, nihil humanis vſibus relinquebat, totum ſe impendens, & ſuperimpendens in diuinas laudes celebrandas, ardens charitate, diffluẽs deuotione. Cùm *ſeparatum à carne* Dauidem conſiderat Chryſoſt. Angelum ſibi fingit, *illuſtrem in cælo, illuſtrẽ in terra, & ad Euangelicæ philoſophiæ faſtigium perueniſſe animi moderatione: millies meruiſſe martyrij coronã, qui Saulem hoſtem acerrimũ,*
C *ſuum iugulum quotidie petentem, propter Deum noluerit occidere; denique hominem in natura humana vitam præſtitiſſe Angelicam.*

Dauidis cũ adipe ſancto comparatio.

Hoſtia pacifica cui cedebat.

Chryſoſt. Homil. de Dauide & Saule, varijs locis.

3.

Ego verò cùm *adipis à carne ſeparati* creationem in animali contemplor, adducor vt credam, illud quoque mirabile naturæ artificium propoſini nobis à Ieſu Siracide, ad mirabilem Dauidis ſanctitatem amplificandam, quod *adeps exanguis ſit, cum tamen generetur ex ſanguine*: qui cùm humidior ſit & vitæ quoddam quaſi pabulum & irrigatio, partibus neruoſis & membranoſis eſt affuſus, quippe ſiccioribus & tenuioribus pingui illo natiuo humectandis, ne celeriter inedijs & exercitationibus exſiccatæ indureſcerent. Præterea *ſui ſemper eſt ſimilis, ſine dolore, ſine ſenſu.*
D Vides hic repræſentatum vitæ ſupra humanum candorem precantis Regis; *Libera me à ſanguinibus Deus Deus meus.* Et, *vt fieret cor eius immaculatum*: ac deníque *non acquieſcentem carni & ſanguini*. Vides Regiam manſuetudinem & molliſſimorum viſcerum benignitatem affuſam pauperibus, & tenuioribus: ſuſtentantem, ſubleuantem, reficientem laborantes; ſemper ſui ſimilem erga Deum, erga homines, ſiue fœlicem, ſiue ærumnoſum: denique ita erga Saulem, & hoſtes atque inimicos, erecto, alacri, benefico animo, ac ſi ſine iniuriarum ac malorum dolore, ac ſine vllo eſſet ſenſu rerum humanarum. Quid in tanta ſanctitate ſimilius *adipis* ſancti *ſeparati à carne*? quod ſi etiam adipis in medicinis vſus
E humanæ vitæ ſalutares, ad optimi & ſanctiſſimi Principis officia in rempublicam transferas, quid non inuenies in Dauide, quod ad populi ſibi ſubiecti ſalutem & incolumitatem non faciat? *Quæcumque*, inquit medicus, *bene nutriuntur, adipem obtinent.* Vbi igitur Princeps, virtutem adipis habet, bene nutritur populus, bene paſcitur: vbi adipis officium & vicem ſuis ſubditis præſtat, non macreſcit Reſpublica, nullos contrahit morbos, doloreſve, qui Principis ceu adipis beneficio & opera leuati, molliri, concoqui non valeant.

Gal. 2. de nat. facult. c. 3. 16. de vſu part. c. 2.

Adipis propria.

Galen. cõ. 1. in lib. de nat. hum. de cõſt art. med. c. 8.

Pſal 50. 16

Optimi principis cum adipe cõparatio.

Galen. de ſimpl. med. facul. l. 10.

Alterum,

4\. Alterum, peculiare licet, non minùs illuſtre teſtimonium. 1. Reg. 13. Cùm Samuel exauctorando Sauli immerenti regnum, *Quæſiuit* (inquit) *ſibi Dominus virum iuxta cor ſuum*. Cuius ſententiæ verba ſingula emphatica. Nam quod ait *Deū*, cui etiam quæ nuſquam ſunt, præſentia ſunt, *aperta & reſupinata* ante illius oculos, *quæſiſſe*, & quæritando diuerſa loca perluſtraſſe, indicat ingens animi ſtudium quærendi & inueniendi, quod affertur verbo originali *Biches*; cuius etiam proprietas, & vis exprimitur, Cant. 3. 1. *Quæſiui, quem diligit anima mea*. Tum prætereà ſedulò Dei curam prouidentis, quis maximè idoneus Princeps è re ſui populi futurus eſſet, qui illata ſub Saule damna ſingulari probitate & virtute reſarciret. B Chryſoſt. homil. de Dauide & Goliath, exiſtimat, *quærendo, indicari, Deum primò ſingulos homines ac diuerſos attigiſſe, examinaſſe cunctos; plurimòſque peruidiſſe, è quorum numero eligeret Regem: inueniſſe tandem Dauid, cuius meritum tranſire non potuit*. Auguſt. acutè magis quàm ſolidè, verbum *quærendi* pro *acquirendi* accipit; Et indicari; Dauidem in proprijs Dei rebus fuiſſe; & illi bene notum, bene familiarem obſequio domeſtico. *Quæſiuit* (inquit) *ac ſi diceret; Quem ſecum eſſe iam nouit, ſibi eſſe familiarem, alijs oſtendit*: Denique Paulus, Act. 13. 22. *quærere*, interpretatur, *inueniendo*, & ex Dei perſona, ſibi ipſi poſt quærendi laborem congratulantis: *ſuſcitauit* (in præcelſa regni ſede conſtituit) *Dauid regem, cui teſtimonium*, (tum ſingularis erga illum amoris, & beneuolentiæ, tum mirabilis illius ſanctitatis) *perhibet*, dicens; *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*. Quod ſumptum ex Pſal. 88. Vbi eodem teſtimonio lætabundus Dauid, ſe totum Dei quærentis & inuenientis caritati adſcribit, veluti conuocantis amicos ad ſibi congratulandum de gemma inuenta, priùs *abſcondita domi, in puluere, in ſtercore*.

Secundum pro Dauide teſtimonium.
Heb. 4. 13.
Quærere quid propriè.
בקש
Chryſoſt.
Aug. 16. de ciuit. c. 6.
Pſal. 122.

5\. Quod verò ait, *ſibi* ipſi *quæſiſſe*, indicat, Dauidem fuiſſe Deo voluptati, & quaſi commodo, & lucro. quod dixit Auguſtinus ſuperiùs adductus. Illud etiam ſcribit Procopius, ſuper id, Reg. 1. 15. *Pœnitet me, quòd conſtituerim Saul, &c.* Deū voluiſſe Saulem non tā *ſibi*, q̄ populo. *Saulem* (inquit) *elegit propter egregiā corporis ſtaturā, non quòd ipſe, qui omnium eſt opifex, tanti eam faceret; ſed propter populum, qui ea quæ ſenſibus pulchra apparent, tantum ſuſpicit, & admiratur*. Immo neque populo datus eſt Saul: quippe, vt Auguſt. ait; *datus ad eorum correptionem, non ad vtilitatem*. At Dauidem non ſolùm populo; *ſibi* etiam *quæſiuit*, & acquiſiuit Deus; quod ſanè confirmari etiam poteſt ipſius Dauidis teſtimonio, Pſ. 88. 20. canētis ex Dei perſona; *Exaltaui electum de plebe mea*. quod eleganter ex Kaldæo dicitur; *ſecreui iuuenem de populo*. Et ex eo verbo originali, *Rum*, *exaltare*, eſt propriè, exaltando, vel leuādo ſeparare ſibi, & ſecernere aliquid peculiare, quod in poſſeſſionem ſuā cadat: Sicut Prou. 3. 35. *Gloriā ſapientes poſſidebunt*; E *ſtultorum exaltatio*, (poſſeſſio ſeparata, hæreditas, pars illis peculiariter attributa) *ignominia*. Ita ſanè & Deus *exaltauit* Dauidem de plebe, illum ſibi, & ſuis vſibus ſecernendo, & ſeparando, tanquā hæreditatis ſuæ partem peculiarem, & poſſeſſionem verè ſuam, præ reliquo populo, ſicut nuper dicebamus *de adipe ſeparato à carne*. Ad eam etiam rationem; qua dixit Act. 13. 2. *ſegregate mihi Saulum, & Barnabam*. Niſi etiam ex Græco, *aphorizo*, velis illam *exaltationem* ad ędificij conſummationem & perfectionem referre: cùm enim ad ſummum faſtigium adducitur, perfectum eſt. Ergo A dicatur Deus, iam inde ab infantia prima ſanctitatis & probitatis fundamenta profuiſſe in Dauide, quibus ſupremam tandem manum impoſuit, cùm illū *exaltauit*, & ad ſupremi honoris & pietatis cultum euexit. Illud etiam, quamuis *nemo ſumat ſibi honorem*, niſi deſignatum à Deo; at nō dicitur quærere Deus, vno excepto Dauide, quos oblatis honoribus augeat; cæteros ſuæ reipublicæ Principes renunciare, & *vocare* contentos, *tanquam Aaronem*.

Sancti ſūt Deo voluptati, & quaſi lucro.
Auguſt.
Procopius.
Aug. Pſ. 51
רום
Exaltare quid propriè.
ἀφορίζω.
Heb. 5. 4.

6\. *Quæſiſſe* prætereà *virum*, ſignificat, Dauidem non fuiſſe vnum ex multis, neque vulgari, & paſſim obuia, ſed ſingulari virtute & ſanctitate virum; vt eleganter obſeruauit Nyſſenus, hom. *ad eos qui alios indicant. Singularem* (inquit) *ſibi Deus* B *elegerat, & teſtimonio ſuo collaudarat*. Excelluiſſe quoque non tam corporis quàm animi magnitudine, illud argumento eſt, quòd cùm commendatus eſt à Samuele Saul. 1. Reg. 10. 24. *Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo*; eſt quidem commendatus, interpretantibus Theodoreto, Procopio, Beda, *non ob animi virtutem, ſed propter corporis proceritatem*. Ad quam etiam retulit idem Theodoretus id. 1. Reg. 9. 2. *Saul electus, & bonus, & non vir de filijs Iſrael melior illo*. Quippe *bonum* pro corpore pulchro frequens in ſacro ſermone, Geneſ. 6. 2. Secundùm Septuaginta *vidētes filias hominum, quia bonæ ſunt*. Qua ratione legit Hieronymus in Tradit. quem ſacri ſermonis vſum obſeruat Aug. 15. de Ciuit. c. C 23. Rurſus cùm ſe ipſum vocat Dauid *potentem* Pſal. 88. 20. idem Theodor. ad animum *in virtutis officijs potentem, & quem Deus ſua ope dignatus ſit*, reducit. Et rectè; nam vox originalis *Gibor*, à vi, & virtute eſt; vt poſſis dicere: *Poſui adiutorium ſuper virum*. Quaſi Deus ſuæ potētiæ & auxilij virtutē *in viro*, præ cæteris inſigni, repoſuerit, ad populi defenſionem, & ſalutem, tanquam in opportuno & tuto reconditorio. Ergo Dauid non tam corpore, quàm corde vir, quippe *iuxta cor Dei*.

Dauid non vnus e multis.
Nyſſenus.
Saul commēdatus, à corporis; Dauid, ab animi magnitudine.
Theodor.
Procopius.
Beda.
Auguſt.
Hierony.
Bonū pro pulchro.
גבור
Potens ad animum.

7\. Tandem, illud, quod additur, *iuxta cor ſuum*, amatoriū videtur in Deo eſſe; in Dauide verò, vt Greg. obſeruat, *in diuina lege ſeruanda, virtutem deuotionis commendat*. Sed premit diligenter Chryſoſt. ſuperiùs adductus, hanc quoque particulam: D *Sanctiſſimus homo ſecundum cor Dei, quidquid Deus cogitat gerit; quidquid mente concipit, perficit: Dum enim cordi Dei cor proprium iungit, & menti eius mentem ſuam adnectit, hoc eſt, vt, quæ vult Deus, velit, & quæ non vult, ſimiliter nolit: Sic eum Dominus indiuiduo amore, & coniuncta charitate dilexit*. Ergo diligebat Deum ex toto corde, & , vt Ieſus Siracides dixit, cap. 47. 9. *De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illum*. Eò videtur reſpexiſſe Irenæus, lib. 4. cap. 45. diſſerens de Dauide; *Omnia ſecundum conſilium faciebat ſpiritus, & placebat Deo*, Quare rectè addidit Paulus: *Qui faciet omnes voluntates meas*.

Cor de animi affectione.
Gregorius.
Chryſoſt.
Irenæus.

8\. Ex his, quæ diximus, colligenda nonnulla. Pri- E mùm Dauidis ſæculo numquam inter Iſraelitas, nedum inter gentes, reperiri potuiſſe hominem, Dauidi, aut parem, aut ſupparem ſanctitate, diligenter quidem vniuerſorum vitæ meritis, ac moribus, & ad diuini iudicij trutinam, examinatis. Neq; verò deinceps in veteri illa Eccleſia inueniendum ſimilem ſanctitate virum indicat lectio Septuaginta, quæ de futuro legit: *Quæret ſibi Dominus virum*, &c. illos ſemper excipiam, qui ad nouam, id eſt, Chriſtianam, Eccleſiam, proximè pertinuerunt, Ioſephum ſanctiſſimum Virginis ſponſum, Ioannem Præcurſorem, & ſimiles.

9\. Secundè: Non minorem fuiſſe Dauidem Abra-

Dauidis cũ alijs Patriarchis cõparatio in ſanctitate.

hamo, Iſaaco, & Iacobo, quod indicat illa Dei A ipſius ad Dauidem oratio 2. Reg. 7. 9. *Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra.* Quod per paraphraſim Hieronymus in Tradit. 2. Reg. 7. & 1. Paralipo. 16. elucidat his verbis: *Fect non grande, ſicut feci Abraham, Iſaac, & Iacob, & Moyſi, & Ioſue, quorum nomina ſunt famoſiſſima in terra.* Intelligenda verò nominis magnitudine, non ſolùm famæ & claritatis, ſed etiam ſanctitatis præſtãtia & magnitudo, Et quidem diſertè & explicatè, Dauidem fuiſſe ſanctiorem Abrahamo, docet Abul. Matth. 22. quęſt. 135. & 154. Pater Salmeron, tom. 3. qui eſt *de Infantia Saluatoris*, Tract. 16. & fauet Chryſoſt. in cap. 1. Matth. hom. 2. Atque adeo ſanctiorem quidem fuiſſe poſterioribus regibus ſanctiſſimis, Ioſia, & B Ezechia, ſentit Pater Barradas, doctè & eruditè, lib. 3. ſuæ concordiæ, cap. 15. & de Ezechia idem affirmat Abul. 4. Reg. 19. ante q. 19. id quod ſuperioribus Eccleſiaſtici, & Pſ. 88. teſtimonijs cõfirmari poteſt. Illud etiam, fuiſſe primum Regem ſanctum in terrena Ieruſalem, quæ eſt vmbra futuræ, inſignis eſt Dauidis prærogatiua, ex Auguſtino de ciuit. lib. 17. c. 14.

David an ſanctior Abrahamo.
Abulen.
Salmeron.
Barradas,
Dauid primus Rex ſanctus.
Auguſt.

10. Tertiò: Quidquid Salomoni Deus, quidquid poſterioribus regibus contulit, id totum Dauidis fuiſſe, vel beneficium, vel eximiæ illius ſanctitatis præmium, & fructus. Itaque pax Salomonis fuit ex bello Dauidis, Eccleſ. 47. 14. *Poſt ipſum* (Dauidem) *ſurrexit filius ſenſatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.* C Tẽpli ædificatio ex illius expenſis, deſcriptione, votis. 2. Reg. 7. 13. 14. 3. Reg. 5. 5. 1. Paralip. 28. 10. 11. & 29. 1. 2. Regni confirmatio & ſucceſſio vſque ad Chriſtum Dominum, ex promiſſione ipſi Dauidi facta. 2. Reg. 7. 16. Pſalm. 88. 2. 3. 33. & Pſal. 44. & Heb. 1. Denique quidquid Salomon optat, aut poſtulat, non ſibi poſtulat ſed Dauidi parenti: *Et nunc* (inquit 3. Reg. 8. 26.) *Domine, Deus Iſrael firmentur verba tua, quæ locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo.* Vide 2. Reg. 7. 12. 3. Reg. 8. 25. 26. & 9. 5. & 11. 12. & 15. 14. & 4. Reg. 8. 19. & 19. 34. Vbi iterum defenditur vrbs Ieruſalem, non quòd illam illuſtraſſet, & amplificaſſet Salomon; ſed quòd illam regni ſui ſedem conſtituiſ- D ſet Dauid: *Protegam* (inquit Deus) *vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum*; nimirum quia Deus ſuam, in templo Dauid, in Sione, regiam ſedem locarat, Vbi vides regiam Ieroſolymitanam concedi Regibus Iuda propter Dauidis merita: Rurſus quidquid Deus tribui Iuda honoris & dignitatis ſupra cæteras contulit, propter Dauidem contuliſſe, ſcribit Auguſt. ſuper id Pſal. 77. 70. *Elegit Dauid ſeruum ſuum*, Ipſum verò Dauidem elegiſſe propter Chriſtum, cuius nomine, Chriſtus quoque appellandus, & perſona, repræſentandus eſſet. Vide Chryſoſtomum, hom. 8. ad populum pulchre diſſerentem de Dauidis merito apud Deum, cuius gratia tot in reges alios merita cõtulit Deus. E Vide etiam Epiſt. ad Theodorum monachum, *Impietatem* (inquit) *ac ſcelus filij paterna memoria potuit obumbrare*, &c. Ergo propter tantam parentis ſanctitatem, & propter ſingularem Dei beneuolentiam, qua illum proſequebatur, tanta Salomonis gloria, opulentia, pax, ſapientia. Sed an peccata quoque Dauidis Salomonem filium obſcurarint, nunc videndum.

Ieruſalẽ à Deo ſeruata Dauidis merito.
4. Reg. 19. 34.
Tribus Iuda propter Dauidẽ à Deo honorib. aucta.
Auguſt.
Chryſoſt.

CAPVT III.

Nihil Salomoni filio nocuiſſe Dauidis peccata, per pœnitentiam excuſata & delata.

Ad locum 3. Reg. 1. 21. Erit, cùm dormierit Dominus rex; erimus ego & filius meus Salomon peccatores.

1. *Parentum peccata luere filios. Illuſtratus Iſaias.*
2. *Varia & multiplicia Dauidis peccata præter homicidium & adulterium. Explicatus locus 3. Reg.*
3. *Adulterij cum Bethſabee accuſatur. Quę peculiaris adulterij pœna. Illuſtratus locus Sapientiæ.*
4. *Rabbinorum excuſatio pro Dauide exploditur.*
5. *Idoneæ Dauidis excuſationes ex Patribus. An natura ſua ille ad libidinem procliuis.*
6. *Dauidis caſtitas.*
7. *Homicidium Vriæ exaggeratur. Illuſtratus locus Reg. & Pſal. 50. & Geneſ.*
8. *Sicarij, & occiſores trepidi & pauentes. Illuſtratus Dauid.*
9. *Homicidium ſcienter perpetratum. Sumptæ pœnę de Dauidis poſteritate. Explicatus Samuel.*
10. *Quæ homicidij excuſatio. Delictum clandeſtinum minuitur.*
11. *Mitiſſimum ingenium Dauidis. Illuſtratus Samuel. Homicidæ ignaui in bello.*
12. *Matrimonium cum Bethſabee legitimum. Rabbinorum commentum. Excuſatio Dauidis probabilior. Illuſtratus Samuel.*
13. *Varia ſententia de peccato cenſiti à Dauide populi. Illuſtratus Moyſes. Populus quoque, an propria culpa punitus. Expoſitus Samuel.*
14. *Dauidi an licuerit ſumere panem ſanctum. Propoſitionis panes ex quo frumento, & à quibus conficerentur. Illuſtratus Samuel & Matthæus.*
15. *An gladius Goliath, conſecratus Deo. An potuerit à Dauide repeti.*
16. *An Dauid mentitus Achimelech? Abulenſ. ſententia de mendacio officioſo. Refutatus item Ianſenius. Illuſtratus locus Reg. An Dauid Ionathæ ſuaſerit mendacium.*
17. *An mendacium Dauidis perniciosum Sacerdotibus. Scire in ſacro ſermone, quid propriè.*
18. *Qualis Dauidis promiſſio pro Achis, aduerſus Iſraelitas. Hos ne ſpoliauit aliquando. Mentitus eſt officioſè.*
19. *An licuit Dauidi vſurpare coronam Melchom. Quis Melchom. Illuſtratus Moyſes.*
20. *An peccauerit, indulgendo Adoniæ; proptereaq; aliquando punitus.*
21. *Quorſum nuntiantem Saulis mortem, interfecerit. Verusne ille nuntius.*
22. *An Dauid Tyrannus. An dux latronum. Quid Gedeone, Abimelech, Iephte. Illuſtratus Samuel, & locus Iudicum.*
23. *An iniquus in mulctando Miphiboſeth. an periurus. an propterea regnum Ieroboami diuiſum. Exploſa Rabbinorum traditio.*
24. *Pœnitentia excuſat peccata.* Purgare. *Verbum forenſe. Dauidis ex peccatis ſplendor. Illuſtratus Salomon, Titulus Pſal. 50. & locus Reg. pro Salomone.*

1. Inqui-

A

I. *Inquiſitio in Dauidis peccata.*

1. Totius capitis ſcopus.

SAlomonis gloriam ſimul cum ætate declinaſſe, grauiſſimis interiùs exteriùſque malis obſcuratam, lib. 7. dicemus. Nunc, cùm de illius parentibus; qoonia in alicuius ærumnis prona ſtatim eſt illa interrogatio; *Quis peccauit; hic, an parentes eius?* (Ioan. 9. 2.) Quærendum ſanè; An ſicut Salomonis pacem & felicitatem acceptam Dauidis parentis ſanctitati retulimus, cap. præcedenti: ita & nũc Salomonis mala, & ærumnæ, neque leuibus, neq; paucis parentis criminibus reſpondeant. Quippe ſi vtriuſque, id eſt, tam Dauidis quàm Salomonis, peccata cumulemus; ſatis cumulatam, ſatisq; prolixam, reſponſionem reddemus interrogationi factæ de Salomonis rebus; & fine miſerabilibus: cùm ſcriptum ſit: *Peccata noſtra reſponderunt nobis:* (Iſai. 59. 12.) nobis (inquam) miſeris, & multarum calamitatũ cauſam quæritantibus, peccata noſtra cauſam ex ſe ipſis reddunt. quod idẽ eſt ac ſi per hypallagem diceretur; Noſtra iſta calamitoſiſſima conditio reſpondit peccatis: finis, initio; merces, operi.

An Salomonis aliqua pœna propter aliquod Dauidis peccatum.

Hypallage.

2. Varia atq; diuerſa Dauidis peccata.

Porro Dauidis peccata, non vnius tantùm generis, ſed varij atque multiplicis, numero ſeptem ſupra decem colligemus: ex quibus grauiſſima in filiorum poſteritatem ſupplicia deriuari ſoleant. Præterquam enim qoòd peculiarium quorundam criminum, peculiariter de filijs pœnam repetat Diuina Iuſtitia; nam adulterium frequenter punitur vel ſterilitate, vel illegitimæ prolis interitu, Geneſ. 20. 3. 18. Sap. 3. 16. Sap. 4. verſ. 2. 3. 4. Homicidium item interitu filiorum, 2. Reg. 12. 18. Matth. 23. 35. & 27. 25. Luc. 11. 50. Act. 18. 6. Superbia, ſacrorum vſurpatio & attrectatio temeraria, ſpoliatione Regni, Dan. 4. & 5. & 4. Reg. 15. 2. & 2. Paralip. 26. Denique rapinam & oppreſſionem pauperum tota luit raptoris & tyranni poſteritas, Iob. 4. 21. & 8. 22. & 12. 15. At in vniuerſum parentes impij, quocumque tandem impietatis genere, in ſua poſteritate puniuntur, & torquentur corpore, honore, hæreditate, bonis omnibus, Gen. 9. 25. Exod. 20. 5. Iob. 11. 20. & 15. 30. 32. 33. & 18. 6. & 20. 10. 21. 17. 19. Pſal. 11. 20. & 36. 28. Prou. 3. 33. & 10. 7. & 14. 11. Eccleſ. 40. 15. & 41. 8. Sap. 3. & 4. & paſſim in Scripturis.

Adulterij proprium ſupplicium.
Homicidij pœna.
Superbiæ & ſacrilegij punitio
Parentum peccata in filijs punita.

Cauſa Salomonis agẽda in accuſatione & defenſione Dauidis

Ergo quo grauiora fuerint Dauidis peccata, eo grauiùs ſibi ab illis timebit Salomon: leuiùs, quo leuiora. Accuſandus igitur erit primùm Dauid, & producendi contra illum graues & idonei teſtes. Excuſandus deinde, & teſtimonia obiecta, qua fieri poterit ratione, debilitanda. Quippe ſic exigunt res, & cauſa quam agimus, Salomonis filij.

An Dauid peccauerit excepto adulterio & homicidio.

Quamuis autem quæ Dauidis peccata Scripturæ recenſent, ea fere cum Vriç domo coniungant; ſcriptum eſt enim 3. Reg. 15. 5. *Non declinauit Dauid ad dexteram neque ad ſiniſtram, excepto ſermone Vriæ Hethæi.* Et quamuis rem, vt ſonat, ſimpliciter accipiant Auguſtinus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Procopius, Theodoretus, Euſebius, Ioſephus, videlicet, nuſquam ampliùs peccaſſe, quos adducemus tertio delicto ſequente: addit Abulenſis 1. Reg. 22. q. 4. & q. 32. numquam peccaſſe mortaliter, quàm in adulterio & homicidio; res tamen eſt ſub iudicio, & lite: & eo loco Caiet. Nicolaus, Hugo, Dionyſ. Abul. q. 3. volunt hoc ita intelligendum, vt hæc peccata, quæ Vriam tangunt, *fuerint adcò enormia, vt eorum comparatione alia peccata quaſi nulla, aut minima reputentur, quamuis in aliis etiam non parum peccarit.*

Auguſt. Ambroſius Chryſoſt.

Abulẽſis & alij Latini.

Alias etiã peccaſſe Dauidem.

II. *Adulterij accuſatio: Excuſatio & defenſio.*

3. Adulteriũ cenſeri latrocinium. (*Ioſeph.* *Chryſoſt.* *Iſidorus.*)

ADulterium cum Bethſabee, 2. Reg. 11. exprobratur ei à Nathan, c. 12. 11. Vbi etiam cenſetur eſſe crimen furti. Quare ipſe rex ſua ſententia ſtatuit *ouem in quadruplum reſtituendam*, ex lege Exodi. 22. 4. Ioſephus vocat *graue peccatum*. Chryſoſtomus, *plagam peſſimam*: Iſidorus, 2. Reg. 1. c. 2. *graue iniquitatis vulnus: enorme verò peccatum*, illi, quos nuper adducebamus. Atque eo grauius quo diuturnus; quippe nulla illius pœnitentia tactus vſque ad natiuitatem pueri, cùm admonitus eſt à Nathan. Denique, ex circumſtantijs, perſonarum,

B

& conditionis ac ætatis, eleganter & acriter exaggerat hoc peccatum Chryſoſt. hom. 77. ad populum Antioch. contra adulteros verò lata pœna ſterilitatis, Geneſ. 20. 18. vt qui ex alieno toro filios quærit, neque ex ſuo quidem ſuſcipiat; *Concluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech, propter Saram, vxorem Abrahæ.* Quòd ſi fuerit notha ex adulterio proles, infelix viuat, & intereat immatura, 2. Reg. 12. 14. *Veruntamen filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.* Si adulter fuerit Rex, regno deijciatur poſteritas; ſi caſtus, poſteritatis ſpe gaudeat immortalis, & ſempiterno regno fruitura: *O quàm pulchra eſt* (inquit, Sap. cap. 4. 1.) *caſta generatio cum claritate, immortalis eſt enim memoria illius, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum coronam vincens.*

Adulterij pœna ſterilitas, & aliç ærumnæ.

Caſtæ generationis præmium.

C

4 Rabbinorum fœda traditio.

Sed pro Dauide Hebræi, quos refert Abul. 2. Reg. 11. quæſt. 7. & nominatim R. Salomon, & R. Kimhi, adulterium excuſant, ex traditione & conſuetudine Iudæorum; quòd cùm proficiſcerentur ad bellum, relinquebant libellum repudij ſuis vxoribus, propter mortis in bello periculum. Quare abſentibus viris erant ſolutæ à lege viri. Potuit ergo Dauid ſine adulterij crimine accipere Bethſabee. Sed hæc Rabbinica ſunt, iniqua, ſpurca.

5. Idoneç Dauidis excuſationes.

Multo meliùs, ſi non omnino in peccati nota; in grauitate illum excuſant, ex innata ad libidinem propenſione, quæ quamlibet oblatam occaſionem arripit: ex vehementiori amoris affectione, quæ furoris inſtar totum perturbat animum; ex regia po-

D

teſtate, quæ nihil non ſibi licere, etiam quæ non licent, credit; ex deliciarum vſu, quæ viam ad voluptates facilem parant; ex otio quod mollem reddit animum; ex prima aſpiciendi ſimplicitate, minimè curioſa, quæ impræmeditata incidit in laqueum; ex aſpectu eximiæ pulchritudinis, quæ per oculos illabens in animum, *auferre corda* potens eſt. Quæ omnes idoneæ cenſentur in iure cauſæ, vel minuendi, & eleuandi culpam, vel moderandi, & remittendi pœnam, & à ſacris doctoribus, pro Dauide ſcribentibus, minimè prætermiſſæ. Sanè Theodoretus, q. 25. 2. Reg. *Verè* (inquit) *magnũ & vehemens eſt bellum, remiſſio, & delicia, & regnum, & poteſtas, & forma corporis, & poſt cibi ſatietatem, inſultus. Quo tempore etiam iis, qui ſe exer-*

E

cent ad caſtitatem, accenditur ſcintilla, vt quæ irritationem habeat nutrimentum. Eſt autem perſpicuum eum habuiſſe vehementiorem deſiderij affectionem: non enim pluribus vſus eſſet vxoribus, niſi & vim attuliſſet natura, vt illud faceret. Cùm ergo ſimpliciter, non curioſè deſpexiſſet, uidit mulierem, quæ lauabatur, & forma ineſcatus pulchritudine, deuorauit hamum peccati. Fere ſimilia Chryſoſt. hom. 77. ad populũ Antiochen. & illum incautum & impræmeditatũ oculorum coniectum notare videtur, dicens illum *parumper neglexiſſe.* Et diſertè B. Theodoretus Studita, ſerm. 4. Catechetico, quod eſt de circumſpe-

Otium & deliciæ.

Oſea. 4. 11.

Pulchritudo incautè viſa.

Theodoret.

Aſpectus incautus Bethſabee.

Theodor. Studita.

ctione

ctione adhibenda: *Sanctus* (inquit) *Dauid conſpecta forte coniuge incuſtoditè, quid patrarit, norint, qui legant*; Ambroſ. verò Apolog. 2. de Dauid. cap. 1. *Nō miraris hominem, & Angelis adæquandū iudicas, plurimum uitæ ſuæ, immo à pueritia, in diuitijs, honoribus, imperijs demorantem, in multis tentationibus poſitum, ſemel tantùm locum errori dediſſe, & ei errori, quo etiam Angeli cælorum, vt Scriptura commemorat, de ſua uirtute & gratia deiecti ſunt?*

Ambroſ.

Dauidis caſtimonia. *Chryſoſt.* *Euſeb.* *Theodoret.*

Rurſus caſtitatem Dauidis commendant Chryſoſt. & Euſeb. in Catena Barbari, Pſal. 50. & illū in iuuentute *continentiſſimum* vocat Ambroſ. priori Apolog. cap. 1. Tandem Theodoretus de Dauidis tum adoleſcentioris tum ſenioris ſanctimonia & pudicitia: *Non enim* (inquit) *in malis ſtudijs fuerat educatus, neque ex mali animi inſtitutis, ſed fortuitò, ac caſu quodam, vulnus acceperat, ſocordiæque ac negligentiæ erat peccatum, non malignitatis, ac malitiæ.* Procopius item, ex vehementia cócupiſcentiæ excuſat; *Adulterium* (inquit) *cupiditate uictus commiſit*. Quippe amoris & voluptatis impotentia nulla ex animi perturbationibus vehementior aut furioſior, vt docent Socrates, lib. 3. de Platonis Republ. & Agatho, apud eundem in Sympoſ. Cicero, lib. 4. Tuſculan. Tandem Chryſ. hom. 1. in Matth. adeo excuſat, vt in adulterio nonnihil etiam inuenerit quod commendari poſſe videatur, nimirum *quòd in ipſo peccato ſuo peſſimo, Chriſti & Eccleſiæ myſterium fuit*. Et potuit ſanè Dauid ita agnoſcere adulterij crimen, vt vel ex ipſa confeſſione quāta fuerit illius vitæ ſanctimonia, eliceremus. Dicere enim potuit, quod Regina item illa, hac vna in te non valde ſibi temperans,

Procopius. Amoris affectio furens. *Plato.* *Cicero.* *Chryſoſt.*

Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.

4. Aeneid.

Vide Chryſoſtomum, hom. 77. ad populum Antioch. *Quotquot adulterium & homicidium Dauidis abſcondunt, uirtutem eius obumbrant*, vbi præclara multa in Dauidis laudem maiorem, quo crimen maius. Ergo ex hoc capite nihil Salomoni, aut Dauidicæ poſteritati, formidandum.

III. *Grauiſſimum homicidij crimen exaggeratur; extenuatur.*

6. EX Dauidis homicidio, tum labes, & ſuppliciū in Salomonem filium; tum aliquid etiam honoris, quòd fuerit à ſanguine mundatus, refuſum videtur; ideo hæc etiam cauſa propiùs Salomonem tangit.

Et quidem incorruptiſſimus, atque veriſſimus teſtis Nathan, criminis homicidij acerrimè Dauidē accuſat. 2. Reg. 12. *Propter quod* (inquit Hieronymus, lib. 1. aduerſus Iouin.) *non propter bella, prohibitum eſſe templum Domini ædificare*. Quod benignè quidem accipi oportet: Cùm enim Scriptura apertè exponat, cur non ſit a Deo Dauidi demandata cura exædificandi templi, 1. Paral. 22. 8. nimirum propter hoſtium in bello profuſum ſanguinem; *Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me. Filius, qui naſcetur tibi, erit uir quietiſſimus, &c.* Certè Hieronymus tātùm volet: ſanguine hoſtium, nō ex crimine, ſed ex virtute profuſo, nihil apud Deum demeruiſſe; ſed ſanè Vriæ nece, & ſanguine, potuiſſe iam apud Deū criminis ingentis pœna hac affici, ne permitteretur cruentas manus adhibere templo erigendo, & Dei domui exædificandæ. Sed de homicidio, illud eſt Gregorij. 3. Moral. c. 21. *Quid Dauid ſceleſtius? quid Vria mundius?*

Hieron. Dauid quo modo propter homicidium repulſus à tēplo ædificando. Hieronymus benignè interpretandus. *Gregorius.*

7. Prætermittitur ergo adulterium ſola homicidij refricata memoria, 3. Reg. 15. 5. & idem primò ac potiſſimū exprobatur à Nathan Propheta. 2. Reg. 12. 9. *Vriam interfeciſti gladio filiorum Ammon.* Quare huius potiſſimùm veniam precatur, vt exponūt Ambroſius, Baſilius, Theodoretus, Euthymius; cū Pſal. 50. 16. ait; *Libera me de ſanguinibus*. Quippe nunquā ſatis elui poſſe innocentis ſanguinis profuſi labem, niſi profuſiſſima Dei miſericordia, veriſſimè arbitrabatur: atque eodem ipſo cruore imbutum ſe exiſtimabat, quo cruentauit Vriam; ſicut & Lamech dicebat: *Occidi uirum, in vulnus meum; & adoleſcentulum, in liuorem meū*; id eſt, quo valuere virum confodi, eodem me cruentaui; & qua plaga decoloraui percuſſum adoleſcentulum, illa ipſa atrum meo animo liuorem contraxi. Quem ſenſum paulo clariùs exprimunt Septuag. *Virum occidi, in vulnus mihi; & adoleſcentulum, in liuorem mihi*. Grauitatem etiam homicidio facit illud plurale *ſanguinum* nomen; licèt enim in Latino non ſint *ſanguines*; at, vt reſponderet Hebræo, quod plurale eſt, eleganter dixit interpres, de *ſanguinibus*; tum, vt non vnius tantùm Vriæ cædes, ſed plurimorum etiam aliorum militum, qui cum Vria pariter occubuerunt, immeritus atque indignus interitus iudicaretur: tum, vt ſceleris & homicidij grauitas pro dignitate ſignificaretur, quaſi ſæpius repetita. De quo vide Caiet. Nicolaum. Abul. 2. Reg.

Ambroſ. *Baſilius.* *Theodoret.* *Euthym.* Sanguines apud Dauidem quid. Homicidium cruētas & occidit occiſorem. *Gen. 4. 23.* Sanguines numero multitudinis. דמים

8. Eodem ſanè refert Baſilius ſuperiorem illum eiuſdem Pſal. verſiculum; *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Territat enim cóſcientia improbos, eos præſertim, qui innocentem ſanguinem fuderint. Quapropter putabant antiqui, hoſce ſanguinarios homines, & iniquiſſimos ſicarios, territari vmbris & ſpectris mortuorum, ſuos perſequentiū occiſores. Cuius rei exemplum apud Plutarchum lib. De ſera num. vind. Et quidem illud, *contra me*, forenſe eſt, & in accuſatione vehemens; quippe teſtis moleſtus, & accuſator acerbus de more iudicij *in faciem teſtimonium dicebat* in reum, ſtans contra illum. non aliter homicidium *contra* Dauid.

Baſil. Occiſores pauidi. *Plutarch.* Teſtis ſtans contra reū.

9. Illud etiam ad peccati grauitatem & magnitudinem pertinet, quòd homicidium, ſciens, prudēs, ac præmeditatus perpetrauit Dauid; cui nulla venia, Exod. 21. & Deut. 19. nullumq; refugium, etiā apud profanos; apud quos illa peruetuſta Numæ Pompilij lex, apud Feſtum Pompeium, lib. 14. in verbo, *Parici quæſtores: Siquis hominem liberum morti ſciens ducit, parricida eſto.* Quanta porro huius facinoris in Dauide ſcientia, quanta prouidentia, & cogitata rationis conſultatio? Denique pro Vria contra Dauidē plenam aculeis declamationē, vide apud Abul. 2. Reg. 12. q. 15. & alia apud Chryſoſtomum, hom. 77. ad populum Antioch. vbi cum parricidio Cain, qui non iniuriam inferentem, ſed paſſum interemit, comparat hoc Dauidis homicidium, quod appellat *duplum*, quod fuerit hominis in vtilitatibus, & in vxore, iniuriam paſſi.

Homicidium voluptatis. *Feſtus.* Lex Numæ. *Abulenſis.* *Chryſoſt.*

Ergo contra illum per acerba, ſed peræqua, ſententia prounciata: *Interfeciſti eum gladio filiorum Ammon, quamobrem, nō recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum*: quod impletum eſſe in nece quatuor illius filiorum, & in aliorum Principum, & Regum poſteriorum, ex tribu Iuda, in promptu eſt colligere, ex cap. 12. lib. 2. Reg. de puero adulterino: & cap. 10. de Amnon: & cap. 18. de Abſalom: & lib. 3. cap. 2. de Adonia: & 2. Paralip. 21. de quinque filijs Ioſaphat; & ibidem etiam de omnibus filijs Ioram, excepto Ochozia, qui & occiſus eſt à rege Iſrael, 2. Paralip. 22. Rurſus ibidem occidit Athalia *omne ſemen regium*, præter Ioas, qui poſtea interfectus a ſeruis, 2. Paralip. 24. & huius quoque filius Amaſias, 2. Paral. 25. & Ioſias, in bello, 2.

Homicidiū Vriæ punitum cæde filiorū Dauidis.

Paral.

Paral. 35. Tandem filij regis Sedechiæ, à Nabu- A chodonoſor, in quo videtur ſtetiſſe, aut potiùs cõcidiſſe, regum Ioda ſtatus.

Quid ex paternis homicidio redũdant in Salomonem.

Hinc iam colligi poteſt, huius ſanguinarij criminis labem aliquam aſpergi potuiſſe Salomoni. Nam non ſolet eſſe occiſoris alicuius poſteritas à ſanguine immunis, vt ſuperiùs indicabamus. Itaque ipſi poſteri Salomonia puniti propter Dauidis homicidium: & imminentem ſibi aut hoſtilem aut proditorium gladium meritò potuit timere Salomon.

10\. Sed cùm ea fuerit huius nefarij homicidij atrocitas; ſunt tamen nõn pauca quæ illam minuant;

Quæ crimen homicidij minuant.

pudor, infamiæ metus, peccandi cautio, latendi cura, caſus & lapſus improuiſus, nulla ad eiuſmodi crimen naturæ ingenijve innata procliuitas, B immò mitiitas & humanitas ſingularis. Quæ omnia in Dauidis apologiam obſeruata ſunt ab expoſitoribus ſacris. *Adulterium* (inquit Theodoretus) *conciliauit cupiditas, ſed homicidium ſuaſit pudor*: ne proderetur, inquam, adulterium. Et quidem D. Thomas 2.2. quæſt. 66. artic. 3. ad 1. ſapiẽter docet, *occultationem, quæ ſimplex eſt circumſtãtia peccati, diminuere peccatum; tum quia ſignum verecundiæ eſt; tum quia tollit ſcandalum*. Et verò veritus eſt Dauid, ne adulterium viuente Vria, aut ab ipſo viro, aut à populo deprehenderetur: non enim poterat partus reſpondere Vriæ longè militiæ agenti conceptionis tempore.

Theodor. — *D. Thom.* — Occultatio delicti. Circumſtãtia diminuens.

David timẽs ne Bethſabee adulterij accuſaretur. Leuit. 20. 10.

Illud etiam timendum fuit, ne Bethſabee pro- C pter adulterium lapidaretur ex lege; cuius illud eſt timoris argumentum, tum, quòd ſtatim, vt illa concepit, Dauidem admonuit, videlicet vt videret quid facto opus eſſet, ne adulterij rea traduceretur: tũ, quòd ex bello acciuerit Vriam; atque omni via & ratione procurauerit, vt ad domum ſuam, & vxorem diuerteret, vt ea ratione conceptionem & fœtum ſi non vero parenti, at opinione vulgi idoneo viro in adoptionem daret. De quo vidẽdus Abul. Lyra, Caiet. Dionyſ. & frequẽter interpretes: Theodoretus quæſt. 25. Cui damno iuſtoque timori aliter Deus iuſtiſſimus cõſuluit, videlicet illato acriori ſed æquiori remedio, immatura, inquam, infantis morte, vt eleganter obſeruauit Theodoret. quæſt. 26. *Viuus* (inquit) D *erat futurus argumentum ſceleris, ac iniquitatis. Pij ergo regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus, non ſiuit eum viuere*. Vbi aliam item cernis minuendæ & excuſandæ culpæ rationem, quæ ſolet in iure non leuiter reo patrocinari, videlicet quòd crimen non temere & audacter, ſed timidè, clam, cautè admiſſum fuerit: opportunè enim illud vulgo iactatum, in Dauidem dicetur: *Si non caſtè tamen cautè*. Et vtrumque tandem tolerandæ cauſam culpæ *ſi lateat*, pronuntiat Ambroſius lib. 1. de Abraham. *Tolerabilior* (inquit) *eſt, ſi lateat culpa, quàm ſi culpæ vſurpatur auctoritas*. Cauiſſe autem diligentiſſimè, ſcribitur 2. Reg. 12. 12. *Tu feciſti abſcondite*.

Abul. Nicol. Caiet. Theodor.

Clandeſtinum delictũ leuius. — *Ambroſ.*

11\. Dauid mitiſſimus.

Tum præterea excuſatio petenda ex mitiſſimo E hominis genio, & minimè ſanguinario, alieniſſimo itaque ab innocentiũ cæde, vt indicat 1. Reg. 25. 26. Abigail, dicens ipſi indignabundo Dauidi: *Viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te, ne venires in ſanguinem, & ſaluauit animam tuam tibi*. Quaſi diceret, ſcio te tam humanum eſſe, vt aliorum vitam & ſanguinem perinde atque tuam tueatis; quippe ſaluo Nabal, ſaluam quoque vitam exiſtimabis. Et paulo inferiùs: *Malitia* (perpetrati homicidij) *non inueniatur* (non inueniatur) *in te* (qui humaniſſimus iis, & noſtri omnium ſeruator, non perditor) *omnibus diebus vitæ tuæ*. Et inferiùs; *Non erit* (non ſit) *tibi hoc in ſingultum & in ſcrupulum cordis Domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium*. Vbi Septuaginta legunt; *Non erit tibi hoc abominatio, & ſcandalum Domino meo, offendere ſanguinem innoxium gratis, & ſeruare manum Domino meo ſibi*. Quaſi diceret; Non decuiſſe, Dauidis fortitudinem, & manum inuictam eneruari, & debilitari, ſi adigeretur ad percutiendum innocentem; ſed oportere ſeruari integram ad hoſtium cædes. Quippe frequentiſſimè homicidæ & ſicarij ſolent eſſe in bello ignauiſſimi, & timidiſſimi; ſicut è contrario milites veterani, fortiſſimi in bello, ſolent, in vrbe, & toga, eſſe vrbaniſſimi atque mitiſſimi.

Homicidiũ eneruat vires. — Homicidæ i bello ignaui & timidi.

Hinc collige, Salomonẽ propter parentis peccatum ſupplicio quodam temperatiſſimo affectũ fuiſſe: quamuis enim in ſua poſteritate punitus eſt; at in Templi ædificandi demandata cura, & gloria amplificatus parenti præluxit, atque ea in re mundiſſimus ab omni ſanguinis labe declaratus eſt.

IV. *Nefariæ cum Bethſabee nuptiæ arguuntur; purgantur.*

IN hac quoque res agitur Salomonis: vt *ſi ex iniquo ſomno filius ſit, teſtis ſit nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua*: ſin verò ex *pulchra & caſta generatione cum claritate*, clariſſimus C in illum gloriæ ſplendor refundatur. 12. Sap. 4. 6.

Quòd cum Bethſabee nuptias celebrarit Dauid 2. Reg. 11. & 12. adulterio prætermiſſo, obijcit Nathan; *Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi*. Rurſus cap. 11. ſubiungit Scriptura; *Diſplicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino*. De quo ſic Procopius eo loco; *Significatur Deum plus hoc coniugio offenſum eſſe quàm adulterio: adulterium enim cupiditate victus commiſit; coniugium autem deliberationis aſſenſum habet. Cùmque propter adulterium & homicidium plangere deberet, ipſe matrimonio contra leges contracto, cum ea vitæ conſuetudinem habuit*. Similem ſententiam habet Theodoretus, quæſt. 25. & id *nefarium matrimonium* vocat, D *& contra legem* initum; immo, & Scriptura hoc matrimonium tanquam finem homicidij ducit: *Vriam percuſſiſti, & accepiſti*; id eſt, vt acciperes vxorem, &c. non ſolùm enim homicidium; ſed etiam *occultam intentionem* (vt ait Caiet.) illi Propheta exprobrat.

An Salomon ex nefario concubitu. — 2. Reg. 11. 27. — *Procopius.* — *Theodor.* — 2. Reg. 12. 9

Sed ſanè matrimonium huiuſmodi contra legem non fuit, vt inferiùs explicabimus; tantùm in illud, tanquam in finem, reuocantur adulteriũ & homicidium: vt enim tandem haberet vxorem Bethſabee, perpetratum eſt homicidiũ, cuius occaſio fuit adulterium. Ergo nefarium dici poteſt matrimonium quod nefarijs criminibus præuijs procuratum fuit.

Matrimonium cum Bethſabee legitimum.

At Georgius Venetus, tom. 1. ſect. 9. Problem. E 474. ex ſententia antiquorum Sapientum tradit, res ſingulas ſingulis eſſe ex ſuprema quadam fati aut cælorum conſtitutione, ita ſociatas atque deuinctas vt certæ vxores non niſi certis viris deſtinatæ ſint. Ergo Dauidem cognouiſſe Bethſabeam eſſe ſuam, & ſibi à principio præparatam: ſed ab Vria bona fide occupatam. Quare oportuit vt Dauid expectaret Vriæ naturalem mortem, vt illius vxorem acciperet. Ergo peccatum totum in homicidium reijciunt; & dicunt in eo deliquiſſe, quia *comedit ficũ immaturã*. Sed hæc omnia ſunt Rabbinica, & ſomnia vaniſſima.

Georg. Venet. — Rabbinorũ excuſatio friuola.

Illa

Peccatũ in Dauidis pectore velut hoſpes.

A Illa multo verior, & magis legitima, tum huius, tum præcedentium purgatio, quæ ex ipſa parabola Nathan peti poteſt, in qua inducitur *hoſpes* ſeu *peregrinus* hoſpitio acceptus à Dauide; nimirum praua concupiſcentia, aut peccatum, quod non eſt diu retentum, ſed citò expulſum; ac ſemel exceptum, numquam iterum admiſſum fuit, ſic exponente Auguſtino, lib. 3. de Doct. Chriſt. cap. 21. Chryſ. Pſal. 50. vbi etiam Euſebius in Catena. Procopius 2. Reg. 11. Theodoret. q. 25. Numquam verò neque antea neque poſtea peccaſſe indicant ijdem Authores. Sed explicatiùs Euſebius Pſal. 50. Ambr. Apolog. 2. cap. 1. Ioſeph. 7. Antiquit. cap. 7. An verò Salomon ex legitimis nuptijs fuerit ſuſceptus, inferiùs diſputandum vberiùs.

Auguſt. Chryſoſt. Euſebius. Procopius. Theodor. Ambroſius

An Dauid peccauerit excepto homicidio & adulterio.

V. *Elatio inſoleſcentiæ animi ad cenſendum populum aſtruitur; diluitur.*

13. Cum eiuſmodi peccatum videatur admiſſum in populo cenſendo, vt supplicij bona pars in populum redundaret, potuit ſanè, & ad poſteritatem Dauidis ita deriuari, vt Salomonem quoque non leuiter læderet.

Quod Dauidis peccatum in cenſendo populo.

Ergo grauiter ſe deliquiſſe ea in re, ipſe Dauid fatetur ingenuè lib. 2. Reg. 24. & 1. Paralip. 21. *Peccaui* (inquit) *valde in hoc facto, quia ſtultè egi nimis.* Idem aſſerunt, & cognoſcunt, Cyrill. Alex. lib. 3. in Ioannem. 1. 7. Lyranus, & Gloſſa, Arboreus, lib. 4. Theoſoph. c. 21. Abul. 2. Reg. 24. q. 17. Dionyſ. & Hugo. Cardin. Caiet. Hugo de Sanct. Victor. lib. 6. Allegor. in lib. Reg. cap. 25. Quamquam inter eos non conueniat, in quo illius peccati ratio ſita ſit: Alijs, vt Hugone Vict. referentibus ad animi *elationem*, blandientis ſibi de multitudine ſubiecti populi; Alijs, cum Gloſſa, ad violatam legem, Exod. 30. 12. *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recenſiti.* Hoc ergo videtur prætermiſſum à Dauide cenſente populũ: Alijs, vt Caietano, eò referẽtibus, quòd *pretium animarum*, quod Deo vitæ conſeruatori pendebant cenſiti, & cedebat in templum, Dauid ſibi in laicos vſus vſurpare præſumpſerit: Alijs, ad diffidentiæ cuiuſdam abiectionem, quòd in brachio potiùs carneo innumerabilis populi, ſpem ſuam, quàm in Deo, collocare videretur. Cui etiã proxima eſt illa alia culpæ ſpecies, quam Theodoretus & Procopius inueniunt, quòd cùm Deus, Geneſ. 15. & 26. Abrahæ promiſiſſet multitudinem poſterorum innumerabilem, *numeratio populi contraria erat promiſſioni*: Alijs, non in alio ponentibus peccatum, quàm in eo, quòd cùm munus illud cẽſendi populũ, ad Sacerdotes ſpectaret, (quamuis laicorum etiam opera vti poſſent) at Dauid per laicos miniſtros obiri iuſſerit; Alijs denique, vt Azorio noſtro, tom. 2. lib. 11. cap. 4. quòd Dauid coegerit populum vt cenſitus penderet tributum; cùm tamen tunc cenſeri non fuiſſet neceſſarium.

Cyrillus. Lyranus. Arboreus. Caiet. Hugo. Nicol. Dionyſ. Hug. Card. Abul. Hug. Vict. Gl. Arbor. Clar. Ioan. Ferdin. in Theſauro, verbo, Dauid. Variæ ſententiæ.

C D

Dauidem à peccato excuſantes.

Sed peccatum hoc minùs certum, ac minùs graue, quàm præcedentia. Quare conantur à Dauide in populum reuocare Procopius & Theodoretus, ſuperiùs adducti. Georgius Venet. tom. 1. Sect. 9. Problem. 480. propter locum 3. Reg. 15. *Non declinauit Dauid excepto ſermone Vriæ, &c.* Hieronymus in Tradition. Nullũ aliud peccatum feciſſe, quàm homicidium Vriæ; *pro quo* (inquit) *iam vltio facta fuerat in Dauid: in populo verò, qui noluit reſiſtere Dauidi, in perimendo Vria, nec dum vltio diuina facta fuerat.* Et ideo dictum; *Addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, & commouit Dauid in eis* (in eos, ex

Procopius. Theodoret. Hieron.

E

A Theodoreto & Græca Complut. *In eorum perniciem*, ex Vatabl.)

Sed quidem quamuis non videatur illa idonea cauſa, cur populus tam graui ſupplicio afficeretur, cùm neque ea in re videatur populus peccaſſe; at alia quapiam in re peccaſſe, cuius Deus poſtea pœnas repeteret debitas; fere conſentiunt interpretes, & præſertim Nicolaus Abul. Caietan. Dionyſ. poſt Gregorium & Theodoretũ q. 37. Procopius ad finem 2. Reg. Quamquam in ſingulari culpa aſſignanda non omnibus conueniat. Ergo propter populi peccatum *commotus* eſt Dauid, ſiue à Deo, vt Theodoret. Procopius, & fere Latini exponunt; ſiue à ſuo ipſius corde, & *concupiſcentia abſtractus & illectus*, vt ex Hebræis Vatablus & Iſidorus obB ſeruant; & quacunque tandem ratione permiſſus eſt peccare, & quidem eo peccati genere, quod populum tangeret, & cuius peccati pœna in populi quoque ſupplicium opportunè redundaret. Pœnæ igitur huius peccati pars redit ad populum, pars ſupplicij, delicti confeſſione eluitur, ac nulla in filium labes redundat.

An peccarit populus cum cenſeretur à Dauide, aut ante cenſum. *Nicolaus. Abulenſis. Theodoret. Procopius. Vatablus. Iſidorus.*

VI. *Sacrorum panum illotis manibus, ore profano temeraria vſurpatio, obijcitur, abijcitur.*

Minutiora quæ ſequuntur, ſed tamen nõ omnino contemnenda: &, ſi peccata, minimè ſalutaria Salomoni filio. Ergo videtur ſacrilegio C & temeritati vertendum Dauidi, quòd panes Propoſitionis ſanctos ſumpſerit, & cum militibus etiã ſuis communicauerit. 2. Reg. 21. quippe pane Sancto nõ licebat veſci, niſi ſolis ſacerdotibus, Matth. 12. & 14. qui ipſi, vt ex Hebræorum traditione refert Hieronymus, Malachię 1. conficiebant panes ſanctos ex frumento, quod ipſi Sacerdotes ſererent, meterent, molerent, coquerent. Quinetiam ipſe Dauid ineptum ſe vſui rerum ſanctarum profitetur, cùm ingenuè exponit Abimelecho, *Porro via hæc polluta eſt.* Et Procopius apertè ſcribit, *peritos veteris populi minùs curaſſe corporalia legis mãdata. Propterea Dauid comedens panes Propoſitionis, id fecit quod per legem non licebat.* Hebræi, quos refert Hieronymus, in Tradit. cenſent, Dauidem D nunquam comediſſe panes ſanctos, quippe eo Regum loco non ſcribitur apertè illos comediſſe, & eò fortè reuocandus Ioſephus, qui lib. 2. Antiquit. c. 14. vix huius hiſtoriæ panum ſanctorum meminit, hæc tantùm verba intericcit reliquæ hiſtoriæ, *Popoſcit ab eo viaticum.*

Panis ſacer quomodò à Dauide vſurpatus. *Hieron.* Sacerdotes piſtores ſacri panis. *Procop. Hebræi. Hieron. Ioſephus.*

Cæterùm ex Chriſti Domini teſtimonio, Matt. 12. clarè conſtat, & comediſſe Dauidem, & qui cũ eo erant, & non obſcurè colligitur, nihil ea in re peccaſſe Dauidem. Quamuis enim ad Phariſæos reuincendos ſatis fuiſſet, Dauidem nõ reprehendi ab illis, veſcentem panibus ſanctis; propterea neque reprehendendos Chriſti diſcipulos, die ſancto Sabbathi vellentes & fricantes ſpicas: at certè E omnino videtur Dauid, abſolui a culpa, Chriſti Domini teſtimonio propter famis grauiſſimam neceſſitatem, quæ fuit idonea cauſa diſpenſandi in ea lege, de non ſumendo à laicis pane ſancto. In quo vniuerſi interpretes conſentiunt 1. Reg. & Matth. 12. & præterea Theodoretus 3. q. 52. Hieronymus, apol. aduerſus Iouinian. Arboreus, lib. 4. Theoſoph. c. 25.

Dauid non peccans comedens panes ſãctos. *Theodoret. Hieron. Arboreus.*

Sacerdotem præterea culpæ fuiſſe immunem, imò & laude dignum, ſentit Chryſoſtomus, quòd *non ſolùm id fieri permiſit: verumetiam diligentiùs adminiſtrauit.* Et id etiam obſeruat Theodoretus; Ne tunc quidem fuiſſe Dauidem reprehenſum à Sacerdote

Sacerdos panes ſanctos elargiens nõ peccauit. *Chryſoſt.*

Sacerdote legis, & ſacerdotalium prærogatiuarum (vt par erat) obſeruantiſſimo.

Obiectionis reſponſio.

Quod verò obijciebatur de *via polluta*, difficilē ac dubiam habet interpretationem, propter id quod ſubijcit Dauid 1. Reg. 21. 5. *via hæc polluta eſt; ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis*. Et ex innumeris duæ aut tres vtiles ſunt, quæ proponantur. Prima dicit, fieri potuiſſe, vt in via ſuſcepta aliquam immunditiam contraxerint; ſed tamen (inquit) panis ſanctus *ſanctificabitur*, id eſt, nō polluetur, neq; indignè ſumetur ab hominibus, qui ſe à fœminarum conſuetudiue continuerunt, & qui ad extremā famis indigētiam ieiunio & itineris labore adducti ſunt. Sic fere Latini, Nicolaus, Dionyſ. Abulenſ. Petrus Comeſt. 1. Reg. 10. Hæc expoſitio in ſecunda parte durior & coactior videtur. Secunda, vt dicat viam illam *pollutam*, id eſt, laicam & profanam, id eſt (exponente Theodoreto) *non ſacerdotalem*. q. d. laici quidem ſumus & profani; cæterùm non deeſt inter nos aliquid ſanctitatis, quod nos ſanctis panibus non omnino indignos efficiat. *Etſi* (inquit Theodoretus) *non ſum ſacerdos, propheticam tamen gratiam ſum aſſequutus. Exiſtimo enim hoc ſignificare, ſanctificabuntur propter vaſa mea. Vaſa enim eius, & armatura, donum erant ſpirituale*. Quæ fere deſcripſit Procopius. Lenior & commodior hæc Græcorum expoſitio, ſi non obſtaret, quod Græci etiam Chryſoſt. & Teophyl. Matth. 12. eleganter aduerſus Phariſęos obſeruāt, non licuiſſe Dauidi eo ſolo nomine, quòd Propheta eſſet, panibus ſacerdotalibus veſci.

Varia difficilis loci expoſitio.

Theodoret.

Chryſoſt. *Theophyl.*

Tertia, & quam libenter accipio ex Vatablo, vt quæ videatur commodiſſima, & ad Dauidis indigentiam, & ad pietatem, & obſeruantiam rerum ſanctarum. Licèt ſacerdos (inquit) non ſim ſed laicus, laici item iu meo comitatu; cæterùm non ſumus à ſanctitate procuranda ita alieni, vt tum corporum tum veſtimentorum noſtrorum (hęc enim ſunt vaſa, ſupellex, & vtenſilia, quæ apud illos erant) purificationem, & ſanctitatem non procurauerimus. Quòd ſi panes item ſanctos nobis largitus fueris, multo maiori ſanctitatis cura, quod viæ reliquum eſt, conficiemus. Beue cohærens, & homini ſancto, atque vrbano conueniens reſponſio, atque reſponſionis expoſitio. Alia in Iſidoro Clario; quatuor iu Abulenſi; totidem in Dionyſio; duæ in Comeſtore; quæ fere ſumptæ ex Hieronymo, in Tradit. volenti & legenti patebunt.

Vatablus. Commodiſſima exponendi ratio.

Plures aliæ loci expoſitiones.

VII. *Sacrilega gladij ſemel Deo conſecrati repetitio opponitur; repellitur.*

15. An gladius Goliath cōſecratus Deo.

CVm præcedenti alia duo aut tria coniuncta ſunt dubiæ ſanctitatis argumenta. Primum (quod ſexto loco ſit) quòd poſt acceptos panes ſanctos, repetierit, & acceperit gladium Goliath, ſemel iam Deo in tabernaculo appenſum, neque ampliùs ad profanos vſus conuertendum, ex Leuit. 27. 28. *Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino*. Hæc enim illa ſunt anathemata, uon ampliùs profananda. Nou licuiſſe autem Dauidi gladium repetere, ſi conſecratus fuiſſet, exiſtimat Nicolaus. Propterea non fuiſſe gladium conſecratum, ſed tantùm ad inſignis victoriæ monumentum in loco publico & ſacro repoſitum.

Variareſpōdēdi ratio. *Nicolaus.*

Abulenſis & Dionyſius conſecratum volunt; Procopius item. Neque enim licuiſſet aliā arma bellica, niſi ſacrata, ſeruari in loco ſacro, quod videtur indicare Achimelech: *Non eſt hic alius, abſq; eo*. quod ſic explanat Procopius: *Non enim fas erat in tabernaculo Domini arma bellica reponere; hic autem gladius erat χαριστήριον, id eſt, munus repoſitum in memoriam victoriæ; Deo qui victoriam gratis contulerat*. Nihil tamē propterea deliquiſſe, ſiue quòd nou omnia, quæ Deo conſecrarentur, niſi cederent in ſacerdotum & templi vſus ſacros, non liceret aliquando repetere; ſiue quòd graui neceſſitate vitæ tuendæ preſſus, illud ſibi licere prudenter exiſtimaſſet. Atque nullam ea in re fuiſſe religionem, ſatis apertè indicauerat ſacerdos dicens, *Si iſtum vis tollere, tolle*. 1 Reg. 21. 9

Procopius.

Χαριστήριον

An Deo cōſecrata cederēt in ſacerdotum vſum.

VIII. *Mendacia duo officioſa, item & tertium perniecioſum arguitur: confutatur.*

16. Mentitus ne Dauid. Veroſimilis pro Dauide reſponſio. *Hieron.*

SEcundum (quod cum præcedente cohæret) quòd videatur planè mentitus Dauid dicens ſacerdoti: 1. Reg. 21. 2. *Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit; Nemo ſciat rem, &c.* Duæ extremæ exponendi viæ, tenenda media. Hieronymus, in Tradit. ſcribit, multa tunc loquutum Dauidem *ænigmatica*, potuit ergo ænigmaticè, & cum æquiuocatione, ita loqui, vt minimè mentiretur, non ſolùm quòd vt Petrus Comeſt. & Dionyſ. aiunt, *non habuerit animum fallendi*: ſed quòd rem diceret veram quidem, & quæ aliquando à Saule commiſſa fuiſſent. Hanc exponendi rationem ſi quis afferat, non quidem contradicam, namque & Chriſtus Dominus, Matth. 12. ita probat illud Dauidis factum *ſumendi panes ſanctos*, vt ab omni alia reprehenſione & circumſtantia culpabili aſſerere videatur. Quòd ſi mendacio extorſiſſet panes, videretur nonnihil maculæ in rem illam reſpergi.

Extrema alia via Dauidem excuſandi, quam videtur tenere Abul. loco citato, q. 4. Nihil omnino peccaſſe, quia *habuit neceſſitatem mentiendi ad conſeruandam vitam*: tum vt fami ſuccurreret; nam niſi mentitus fuiſſet, dicens ſe à Rege miſſum, panes nou accepiſſet à ſacerdote; tum ne vel ab ipſo ſacerdote, vel à Doeg Idumęo *potentiſſimo paſtorum Saulis* comprehenderetur. Sed in hac re fieri nou poteſt, vt ſapientiſſimo Abulenſi aliqua ex parte aſſentiamus; quippe nullum mendacium, quantumuis officioſiſſimum, peccatum non eſt. Nulla item eſſe poteſt alicuius peccati neceſſitas, quippe omne peccatum voluntarium eſt.

Abulenſis notatus.

Mendaciū nullum licere.

Ergo media via pergunt reliqui interpretes, Dauidem mendacio vſum officioſo, Dionyſius, Nicolaus, Hugo: quod quamuis nou ſit ſine culpa, *non eſt magna culpa*, vt Auguſt. dixit. In huiuſmodi itaque Dauidis mendacium quadrat ex æquo id quod de furto leuiori dictum eſt à Sapiente, Prouerb. 6. 31. *Non grandis eſt culpa: furatur enim, vt eſurientem impleat animam*. Officium autem vel vtilitas ipſi Dauidi ex eo mendacio prouenjens, eſt illa, quā neceſſitatis nomine Abulēſis ſignificabat.

Officioſum Dauidis mēdacium. *Aug. Pſ. 5.*

Ac, ne hinc digrediamur, octauo iam loco illi tribuit Iāſenius, Matth. 12. etiam officioſum aliud mendacium, cùm dixit ſe *pueris ſuis in illum & illum locum condixiſſe*. Cùm tamen omnino ſolitarium fuiſſe Scriptura ſignificet: 1. Reg. 21. & Ioſephus 6. Antiquit. cap. 14. illud ipſum indicet: *Solum* (inquit) *neque famulitio ſtipatum, neque amicis comitatum aduenjſſe ſacerdos videns, motus admiratione, tantæ ſolitudinis cauſam percontatus &c.*

Notatus Iāſenius.

An Dauid ſolus diuerterit ad Achimelech. *Ioſephus.*

Sed veriſſimo Chriſti Domini teſtimonio tum refellitur huius ſententiæ Ianſenij mendacium, tū aſſeritur Dauidis veritas: *Non legiſtis* (inquit) *quid fecerit Dauid quando eſuriit, & qui cum eo erant*. Habuit igitur milites, quibus condixit in illum & illum locum, expectate iuſſis.

Sed quoniam ſemel de mendacio diximus; nūc nono loco de alterius item ſuſpicione examinandus

Tertiū itē Dauidis officioſū mēdacium.

dus eſt. Nam 1. Reg. 20. 6. concinnaſſe viſus eſt mendacium, idemque Ionathæ ſuaſiſſe, vt Sauli ſuggereret: *Dimitte* (inquit) *me vt abſcõdar in agro; ſi reſpiciens requiſierit me pater tuus, reſpondebis ei; Rogauit me Dauid, vt celeriter iret in Bethlehem, &c.* Sanè ſi Dauid mentitus non eſt, at mendacium ſuaſit. Ea ergo re peccauit officioſè, vt ſuæ ſaluti conſuleret, & vt Saulis conſilium in ſuam perniciem ſceleratum & clandeſtinum explorare poſſet. Qui enim ab hoc leuiori peccato Dauidem liberare tentent, fruſtra laborent, Abulenſis, q. 12. Caiet. Nicolaus.

Irrita Dauidis excuſatio. *Abulenſis. Nicolaus.*

Non deſunt tamen apud Abul. & Nicolaum, qui aſſerant, Dauidem ea ſuggeſſiſſe Ionathæ, quæ in animo habebat, & reipſa perficere parabat; quos Abulenſis reijcit, Nicolaus recipit. Sed hi intentiores ſunt ad excuſandum peccatum, quàm ad Dauidis prudentiam aſſerendam in opportuno & ſalutari tuendæ vitæ conſilio capiendo; quippe non expediebat exponere Sauli, quò illi eundum, aut, vbi manendum eſſet.

17.
An mendacium Dauidis exitiale ſacerdotibus.

Sed decimo, vt ad illud cum Achimelecho mendacium redeamus, non tam videtur quidem officioſum, quàm pernicioſum, vt quod in ſacerdotũ perniciem redundarit: Nam & ſanguinis Achimelech, & vniuerſæ illius familiæ ſacerdotalis, reum ſe fatetur Dauid 1. Reg. 22. 22. *Sciebam* (inquit) *in die illa, quòd cùm ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio nuntiaret Sauli. Ego ſum reus omnium animarũ, &c.* Septuaginta, *Ego fui cauſſa*. Et eleganter illam cauſæ & occaſionis datæ culpam explicat ſæpius particula cauſali præter neceſſitatem adhibita. *Et dixit Dauid, Noui quia in die illa, quia Doeg Syrus, quia annuncians. Ego ſum cauſa &c.* Cùm autem dicit, *ſciebam proculdubio*, indicat, ſe non ſolùm leuiter ſuſpicatum, ſed certò ſibi perſuaſiſſe, fore vt ſua cauſa in certum vitæ diſcrimen Achimelech, & vniuerſa illius cognatio conijceretur. Sic intelligit Dionyſ. Debuiſſe igitur vel illos admonere, vel ab illo cum ſacerdote colloquio abſtinere exiſtimat. Nicolaus, vim illius verbi *ſciebam*, eneruat, & interpretatur, ſuſpicari, vel timere; dubium enim euentum non poſſumus certò ſcire. Abulenſis q. 32. refellit Nicolaum; & Dauidem excuſat: vel quòd quamuis certò ſibi ſuaderet, Doeg renunciaturum Sauli, quæ audijſſet, & vidiſſet, nihil tamen certè cõcepiſſe de tanto Saulis ſcelere, & nefaria crudelitate in ſacerdotes exercenda: Vel, quòd ſeriùs vidiſſet Doeg Idumæum, poſt congreſſum cum ſacerdote, & acceptis iam panibus, & gladio: quæ ſanè videtur idonea excuſatio. At quod ad uerbum *ſciendi* attinet, ſcientiam experimenti ex ſua proprietate affert. q. d. Noui ingenium hominis Idumæi, & ex certis experimentis non leuiter mihi perſuaſi, fore vt me, a rem totam, deferret ad Saulem.

Repetitio eiuſdẽ particulæ ad aſſeuerationem.

Scire quid propriè in ſacro ſermone.

Nicolaus refutatus ab Abulẽſi.

Scire quid propriè.

IX. *Fidei & iuramenti violati, proditionis item, & læſæ pietatis inſimulatur: abſoluitur.*

18.
Promiſerit ne Dauid regi infideli opem aduerſus gentem Iſraeliticam.

VNdecimo attexendum eſt, quòd niſi ad promiſſionem falſam & mendacem referas, iniquius aliquid fateri neceſſe ſit. Cũ enim 1. Reg. 28. 1. 2. *congregauerunt Philiſthijm agmina ſua, vt præpararentur ad bellum contra Iſrael. Dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito, quoniam mecum egredieris in caſtris, tu & viri tui.* Dixitque Dauid ad Achis: *Nunc ſcies, quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus.* Vbi, ſi ex animo pollicetur Dauid opẽ ſuam aduerſus Iſraelitas, impius eſt aduerſus Deum, & gentem ſuam: ſi verò non ex animo, fallax, & mendax erga Achis.

Nicolaus à mendacio aſſerit Dauid, & à peccato item, quòd non deeſſet illi ius præliãdi pro Philiſthæis in bello contra Saul iuſto, & pro ſe etiam, vt regnum iure belli Sauli ablatum, ad ſe rediret. Sed acriter refellitur Lyra à Burgenſi, fuſiſſimè etiam ab Abulenſi. q. 5. Quos ſequi videtur Dionyſius, & noſter Ioannes Ferdinandus in ſuo Theſauro, illam idoneam Dauidis excuſationem cum Burgenſi aſſignans, quòd Dauid ea pollicitatione nihil certi ſignificauerit, neque animo quicquam ſtatuerit apud ſe; tantùm in re difficili, & dubia, diuinæ ſe prouidentiæ commiſiſſe, atque illud conſtituiſſe acturum, quod ex Dei obſequio & æquitate agendum videretur. Abulenſis verò, vt ab omni impietate Dauidem aſſerat, mẽdacis illi pollicitationis, & fidei violatæ notam impingit. Res procul dubio in vtramque partem prona.

Aliorum excuſationes pro Dauide. *Nicolaus. Abulenſ. Burgenſis. Dionyſius. Ioã. Ferd.*

Res in vtrã que partẽ anceps.

Similè duodecimo loco dubium ex 1. Reg. 27. 8. cùm Dauid *agebat prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis*, & tamen *Regi Achis interroganti, in quem irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid: Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ieraméel, & contra meridiem Ceni*. Mendacium autem hoc fuiſſe oſtendit cautio illa, qua vtebatur; *Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebãt in Geth, dicens; ne fortè loquantur aduerſum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus, quibus habitauit in regione Philiſthinorum.*

An vnquã prædatus fuerit fratres ſuos Iſraelitas.

Nemo videtur ex interpretibus Dauidem excuſare a mendacio officioſo. Abul. quæſt. 25. Nicolaus, Caietan. Sed hic excuſat à peccato grauiori reflexo, quod ex ſuo genere videbatur mortale; nimirum, quòd ſibi ipſi imponeret direptionem Iudææ, quod non ſolùm erat officioſum mendacium vt ſuæ vitæ conſuleret; ſed præterea pernicioſum honori & famæ. Sic enim eodem loco ſubiungitur: *Credidit ergo Achis Dauid, dicens; Multa mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael; erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.* Excuſat, inquam, ſubtili quadam, & propria Caietanica diſtinctione, ſed importuna. Illa reſponſio in promptu apud Achis non ſolùm illarum excuſationum in terram Iſrael exiſtimatio non infamis, neque turpis, ſed imprimis honorifica & decora. Omni ergo ex parte ſibi officium illo mendacio præſtabat.

Abulenſis. Nicolaus. Caietanus. Dauid non excuſãdus ab officioſo mendacio.

1. Reg. 27. 12.

Caietani importuna ſubtilitas.

X. *Legis ex auaritia violatæ appellatur: liberatur.*

DEcimo tertio. Illud iam vel auaritiæ, vel parum religioſæ mentis, videtur, quod ſcribitur 2. Reg. 12. 30. *Tulit diadema Regis eorum* (Ammonitarum, cùm cepit Rabbath) *de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput Dauid.* Fuiſſe autem eam coronam ornamentum Idoli *Melchom*; quod nomen interpretatur *Rex eorum*, conſtat 1. Paralipom. 20. 2. Non licuiſſe autem aurum argentùmve Idolorum concupiſcere, nedum contingere, conſtat ex lege Deut. 7. 25. vbi non ſolùm iubentur *ſculptilia igne comburi, non concupiſcere argentum & aurum, ſed neque aſſumere ex eis quidquã.* Exemplum autem huius legis violatæ ſcribitur 2. Machab. 12. 40. *Inuenerunt ſub tunicis interfectorum de donarijs idolorum quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibuit Iudæos. omnibus ergo manifeſtum factum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe. Orantes itaque benedixerunt iuſtum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta.*

19.
Profanæ auaritiæ ſpecies.

Corona Melchom qualis.

Lex prohibẽs vti donarijs idolorum.

Propterea

An corona idoli vſurpata à Dauide.

A Propterea Abul. 2. Reg. 12. q. 29. contēdit, eam coronam non fuiſſe idoli alicuius, ſed Regis Ammonitarum *Melchom*, aut potius, *Malchom*. Neque aliter excuſari putat Dauidem à peccato. Id quod etiam apertè docet Caiet. 2. Reg. 12. & apertius primo Par. 20.

Abulenſis quæſita reſponſio.

Cæterum idem ipſe Abul. 1. Paral. 20. q. 8. firmis rationibus probat, coronam illam ablatam fuiſſe idolo Ammonitarum, clarè id ſignificante Scriptura; vt autem excuſet à peccato violatæ legis, exponit, vel tantum prohiberi argentum, & aurum idolorum, & vaſorum, quibus illis miniſtrabatur; non verò prohiberi alia aurea, vel argentea ornamenta, quæ cum idolis tum hominibus communia ad vſum eſſe poſſent; vel licuiſſe B auferre coronam, quæ licet tunc ſeruiret idolo; at non pro illo, ſed pro ipſo Rege Ammonitarum facta fuiſſet; Sed reſponſio procurata & quæſita.

Opportunior Hier. & aliorum reſponſio.

Hieronymus tamē in Tradit. Nicolaus 2. Reg. Dionyſius, Petrus Comeſtor, exiſtimāt, coronam illam profanam non prius licuiſſe à Dauide vſurpari, quàm conflatam, & igne purificatam; ac noua forma, nouo opere, in Regum diadema conformatam. Conflaſſe autem apertè indicat locus

1. Paral. 20. 2.

1. Paral. *Tulit Dauid coronam, fecitque ſibi diadema.* Sed de hac corona nonnihil inferius libro ſequēti, ex quo nulla ignominia peccari, ſed præclara laudis & gloriæ commendatio.

C *X I. Paterni officij in corripiendo negligentia proponitur: confutatur.*

David Adoniam nō corripiens.

20. DEcimo quarto. Illud intolerabilis indulgentiæ aut negligentiæ videtur, quòd filij natu maximi Adoniæ temeritatem non compreſſerit, luxum non minuerit, regnandi cupiditatem non fregerit: quod apertè illi exprobat Scriptura. 3. Reg. 1. 6. *Nec corripuit eum Pater ſuus aliquando dicens: Quare hoc feciſti?* Cuius profectò rei culpa nō minus videtur in Dauidem refundi, quàm in Eli, qui tamen aliquando admonuit filios 1. Reg. 2. 23. *Dicens illis: Quare feciſtis res huiuſmodi?*

An David cognouerit Adoniæ artes.

Nicol.

Nihilominus expoſitores à peccato ſaltem grauiori Dauidem abſoluunt, non omnes tamē vna D & eadem via; nam Nicolaus, quem ſequitur Dionyſius, affirmat, Dauidem ignoraſſe quid Adonias molietur; ideo paternæ correptionis remedium non adhibuiſſe; quod videtur indicaſſe Nathan, dicens ad Bethſabee, 3. Reg. 1. 11. *Dominus noſter David hoc ignorat.*

Abul.

Cæterum Abul. q. 12. & 13. exiſtimat peccaſſe Dauidem ex negligentia, & ex nimia erga Adoniam indulgentia; & veroſimile non videri, quin David, qoamuis, præ ſenectute decumbens, neſciuerit quid ageret, quod moliretur Adonias, & quorſum tēderet regalis ille comitatus curruum, equitum & ſatellitum, *qui currebant ante eum*. Et id ſanè minimè ignoraſſe Danidem diſertis verbis

Ioſephus.

ſcribit Ioſephus, 7. Antiquit. cap. 11. *Pater* (inquit) E *videns, nec obiurgauit, nec compeſcuit, ac nec ſciſcitatus quidem eſt, quid ſibi vellet talis apparatus.*

Minus idonea pro Dauide excuſatio.

Abulenſis.

Hugo.

Sed tamen rem vniuerſam tolerari potuiſſe à Dauide, ne quod diſſidium inter filios oriretur, ſi filio natu maximo ſpem regni, tēpore adhuc immaturo, ademiſſet, certus, ſe inſcio, aut nolente, illum non inuaſurum regnum, ſentit Abul. Sed excuſatio hæc non valde firma, neque idonea. Multo minus illa Hugonis, non fuiſſe punitum Dauidem, quòd minus ad correptionem filij teneretur, quàm Eli Sacerdos.

David grauiter ne pu- nitus propter Adoniam.

Cæterū grauiter punitam fuiſſe eam corripiendi negligentiam in Dauide, ſicut & in Eli, affirmat Pater Salmeron, tom. 4. parte 3. tract. 10. non indicat tamen ex quo Scripturarum loco id eliciat, nec ego indicare poſſum, quòd nullibi inuenerim.

Idonea reſponſio.

Ergo de re tota ſic cenſeo, ſi quid fortè per indulgentiam, & quendam ætatis languorem, peccauit David, id ſatis punitum illa quaſi Adoniæ rebellatione, & repentino tumultu: atque eā culpam redimi potuiſſe opportuna Salomonis patientia, vt lib. 2. exponemus.

X I I. Sæuitiæ, & tyrannidis ſemel & iterum notatur, liberatur.

21. Dauidis reprehēſio diluitur.

Theodor.

ILlud decimum quintum, aut crudelioris animi, aut inconſideratioris conſilij vitium fuit. *Propter quod, à multis reprehenditur*, vt Theodoretus ſcribit 2. Reg. 1. q. 1. *quòd eum interfecerit, qui mortem Saulis ei ſignificauerat.*

Nuntians à ſe interfectū Saulem an verus, varia ſententia.

Sed licuiſſe Dauidi, penes quem, extincto Saule, iam erat rerum & regni ſumma, morte eum mulctare, qui fatebatur à ſe interfectum Saulem, ſi vera narrabat, vt credunt Ioſephus, 7. Antiquit. ca. 1. & Dionyſ. 2. Reg. cap. 1. ac etiam ſi falſa, vt exiſtimant Theodoretus, Procopius, Nicolaus, Hugo, Abul. q. 5. quòd de Saulis morte non ſolum gaudebat, ſed et gloriabatur, & eo anim, vt cū proditorē ſe Saulis fingeret, adularetur Dauidi pſertim cum Amalecita eſſet, contra quos iam olim mortis ſententia ab vniuerſorum Domino lata eſſet.

Theodor.

Procopius.

Admirari autem (inquit Theodoret.) *non vituperare propterea oportet Prophetam, & Regem.* Addit Procopius; *ob ſingularem animi prudentiam.*

22. Dauidē ducem fuiſſe inopū qd.

Præterea decimum ſextum illud tyrannidem olet, & quæ cum multorum damno & pernicie coniungeretur, quòd 1. Reg. 22. 2. *conuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia cōſtituti.* (Septuag. *in neceſſitate*) *& oppreſſi ære alieno* (Septuag. *debitor.* Hebr. cui erat creditor) *& amaro* (Septuag. *triſtis*) *animo. Et factus eſt eorum Princeps fueruntque cum eo quaſi quadringenti viri.* Non licebat ergo creditoribus debitum repetere, debitoribus impune viuentibus apud David. licebat cæteris, qui amaro eſſent animo, propter egeſtatem cauſamve aliam, ex præda & rapto viuere; vel illud agere libito, animi gratia, quod in vrbe bene cōſtitura non licuiſſet. Quare cùm in re ſimili dicitur de Gedeon, Iudic. 11. 3. *Congregati ſunt ad eum viri inopes & latrocinantes.* Auguſt. *latrones.* Horū verò Principum eſſe, res eſt minimè ingenua, minimèque regia; potiùs tam ſordida, & turpis, quàm infamis ille principatus Abimelech, Iudic. 9. 4. Qui per ſummam tyrannidem & impietatē in fratres ſuos, quorum innocentem ſanguinem fudit, vt vnus ipſe regnaret, *conduxit ſibi viros inopes, & vagos, qui ſequuti ſunt eum*; quorum auxilio & manu nefarium parricidij ſcelus perpetrauit. Similiterque Iephte latrociniorum & infidelitatis aduerſus Iſraelitas, de quibus prædas agebat, damnat Dionyſ. & probabile exiſtimat Abulenſis, quòd dicantur congregati ad eum *viri inopes & latrocinantes.* Iudic. 9. 3. Quamquam probabiliùs aſſerat de allophyllis, non de Iſraelitis, prædas egiſſe; quod ſequitur Nicolaus.

Gedeō dux latrocinantium.

August.

Abimelech conducens viros.

Iephte an latronum dux aduerſus Iſraelitas.

Dionyſ.

Abulenſis.

Nicol.

Defenſio Dauidis.

Sed longè alia Dauidis mens, alius animus in cogendo inopum & vagorum militum præſidio: videlicet, nihil vt à Saule iniquum pateretur; vt prædas ex hoſtibus ageret 1. Reg. 27. Suorum verò gentilium res & pecora ne attingebat quidem 1. Reg. 23. interim miſerrimis hominibus, & qui ſoluendo non erant, libero cælo fruentib. & quorū in ciuitate interclusus ſpiritus in extremis an-

gustijs

A guſtijs pene deficiebat, paulum reſpirantibus, atque honeſta (quo adfieri poterat) ratione victum quærentibus. Vid. Abulen. 1. Reg. 22. q. 4. Addunt Nicolaus, Dionyſ. Hugo, ad Dauid tanquam ad iuſtitiæ regem confugiſſe paſſos iniqua, & indignè a Saule tractatos; quos mitiſſimus Princeps, benignè acceptos recreabat; atque illud ex Chriſto Ieſu, cuius repræſentabat, gerebatque figurã, adijcere videbatur; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*, Matth. 11. 28.

Abulenſ. Nicolaus. Dionyſius. Hugo

David Chriſti figura.

XIII. *Iudicij temeritas, & pauperum oppreſſio, crimini dantur; refelluntur: propterea regnum ſub Salomone & Roboamo minimè diuiſum.*

23\. Tyrannicũ ingenium.

DEcimum ſeptimum. Tãdem videtur Dauid libẽter ſuſcepiſſe ſuſurrationes, delationes, & *verba mendacij*, &, quod itidem tyrãnicum eſt, innocentis ſpolijs iniquè ablatis ſuos adulatores locupletaſſe. Cui rei exemplo eſt, quòd libenter aures præbuerit Sibæ prodenti Dominum ſuum Miphiboſeth: Inſuper & proditorem temeraria & repentina liberalitate affecerit. *Tua* (inquit) *ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth* 2. Reg. 16. 4. Cumq; conquereretur Miphiboſeth de iniqua & falſa delatione; neque ſic reſtituit iniquè ablatũ; tantùm moderatione quadam vſus: *Tu* (inquit) *& Siba diuidite poſſeſſiones*. Qua in re non ſolum

Dauidẽ videri ab officio optimi iudicis defeciſſe.

C inconſiderati & præcipitis iudicij videtur Dauid damnandus; ſed præterea duplicis illum peccati accuſat Abulenſis 2. Reg. 16. q. 6. & cap. 19. q. 29. vocat *graue peccatum*: Dionyſius, *multiplex, graue, inexcuſabile*: Caietanus, *præcipitem, iniuſtum, ingratiſſimum* vocat. Primò; quod Miphiboſeth innocentem & inauditum condemnarit. ſecundò; quòd poſtea veritate & cognita, & Sibæ proditione patefacta, adhuc tamen medietatem poſſeſſionis non reſtituerit, ſed fixus in iniuſta ſententia; *Quid vltra* (inquit) *loqueris? Fixum eſt quod loquutus ſum*. Quid verò illius iniquiſſimi iudicis ſimilius, dicentis, *Quod ſcripſi, ſcripſi?* Quid ſi etiam cum Hieronymo, Comeſtore, Nicolao,

Quæ Dauidem accuſent.

Ioã. 19. 22.

D Gloſſa, periurium addas, & violatam fidem, olim ſacramento confirmatam, de fouenda & tuenda poſteritate Ionathæ, cuius erat Miphiboſeth? 1. Reg. 18. & 20. Adde rurſus, quòd iniquè illum proditorem & adulatorem mendaciſſimum, ſupplicio commerito non ſolùm non afficit, ſed familiarem præterea habuiſſe viſus eſt 2. Reg. 16. 4.

At quantum malum ex hoc parentis crimine in Salomonem, & vniuerſam poſteritatẽ? Quippe Gloſſa Rabani, Nicolaus, Hugo, ſcribunt, propter hoc crimen diuiſæ hæreditatis innocẽtis Miphiboſeth, diuiſum eſſe regnum Salomonis inter Roboam & Ieroboam. Huic Dauidis accuſationi vim addũt Hieronymi verba, in Tradit. 2. Regũ 19. *Pro eo quòd in hoc loco Dauid immemor fuit*

Propter diuiſam hæreditatem Miphiboſeth; diuiſum eſſe regnum Salomonis

Hierony.

E *amicitiæ, & fœderis, immo & iuramenti, quod habuit cum Ionathan, & tam crudele dedit iudicium, dicens; Tu & Siba diuidite agrum: idcirco Roboam & Ieroboam diuiſerunt eius regnum. Miphiboſeth enim in Samuelis libro legitur, & interpretatur, Os verecundiæ. In Paralipom. verò idem Miphiboſeth, Meribaal, legitur, & interpretatur, litigans cum altiſſimo, id eſt, cum Deo, eo quòd Dauid reduxiſſet cum pace*. Tantùm Hieronymus.

Cæterùm Dauidẽ excuſant quidam apud Hugonem 1. Reg. 16. quòd ſub conditione promiſerit Sibæ. quæ erant Miphiboſeth, ſi vera narrabat. Sed excuſatio hæc quæſita eſt, non idonea.

Varia Dauidis defenſio.

A Alij rem valde probabilem, & à Sibæ verbis ad perſuadendum idoneis compoſitam, facilè in animum induxiſſe ſine vlla temeritate, vt obſeruant Theodoretus q. 32. Procopius, Baſil. Zanchius q. 65. Quòd verò deinceps de re tota inſtructus à Miphiboſeth, huic non reſtituerit rem integram, potuit ex eo feciſſe, quòd plenè ſibi de veritate non conſtaret. In re ergo dubia rem diuiſit inter vtrumque; ſicut & ſapientiſſimus Salomon, *puerum diuidendum* præcẽpit inter illas meretrices, nondum explorato, cuius eſſet. Quamquam quidem tunc rei veritas manifeſtata fuit, cùm ea, *cuius erat viuus, dixit ad Regem, Date illi infantem viuum, & nolite interficere eum*. 3. Reg. 3. 26. Non aliter ſanè innocens Miphiboſeth, audiens, *Diui-*

Theodor. Procop. Zanchius.

3\. Reg. 3. 25.

B *dite poſſeſſiones*, reſpondit Regi; *Etiam cuncta accipiat*, 3. Reg. 19. 30. Fortè non omnino excuſatio infirma, & quam elicere me puto ex Theodoreto 2. Reg. q. 32. & Procopio. Quamuis enim Dauid excuſationem reciperet, quam afferebat Miphiboſeth; tamen, vt Procopius ait, *Fortaſſis cognouit, & animaduertit talem aliquam adoleſcentis imaginationem*, nimirum recuperandi aliquando regnum Saulis. Ergo in re dubia, æquiſſima ſententia pariter & beneficio vtrumque affecit, reũ nimirum, atque delatorem. Illud etiam ſubtiliter obſeruat Procopius, non oportuiſſe rem integrã conſeruatam & reſtitutam Miphiboſeth; vt *ſubſtantiam minuens, animum ipſius deijceret, ne regnũ affectaret*. Aliàs enim, illũ, *qui aduerſus Dominum*

Idonea Dauidis excuſatio.

Theodor. Procop.

Procop.

C *ſuum mendacium dixerat, quem punire potiùs debebat, nequaquam participem cum eo feciſſet*. Accedit: quòd ſi qua re videretur fraudatus Miphiboſeth, potuit quotidiano menſæ regalis victu, atque donis alijs cumulatè compenſari. Vide Abulenſ. quæſt. 50. 29.

Conſtantiſſimum porro fuiſſe in data ſemel fide tuendæ poſteritatis Ionathæ, & defendendo Miphiboſeth, conſtat 2. Reg. 21. 7.

Diſciſſionem verò regni minimè fuiſſe propter diuiſas poſſeſſiones Miphiboſeth, ſed propter Salomonis peccata, conſtat ex 3. Reg. 11. 11. atque illam Hebræorum traditionem, quã ſuperiùs adducti interpretes hauſerũt ex Hieronymo, in Tra-

Duplex Rabbinorũ traditio de diuidendo Ieroboamũ regno.

D dit. tum etiam illam, quòd cùm Dauid dixit, *Tu & Siba diuidite inter vos poſſeſſiones*, audita fuerit de cœlo vox huiuſmodi; *Roboam & Ieroboam regnum diuident*, non maiorem mereri fidem, quàm alias Rabbinorum traditiones, & fabulas, ſapienter admonet Abul. q. 31.

Abulenſis.

XIIII. *Dauidis pœnitentia, tum ſibi tum Salomoni filio ſalutaris.*

DIluimus (quod fieri potuit) Dauidis errata; excuſationes quæſiuimus, atque adeo protulimus; tum, vt à viro, Regèque ſanctiſſimo, omnem labem abſtergeremus; tum, vt Salomonem filium ab eo quod ſibi ex parentis criminibus im-

24\. Vnica & maximè idonea reſponſio omnium obiectorum.

E minebat diſcrimine, liberaremus: Sed quia ſuperiùs adductæ excuſationes videri alicui poſſent, vel quæſitæ, vel minùs feliciter inuentæ, vt pote dubiæ, & incertæ; nunc ad omnia obiecta vnicam, & eam indubitatam ac veriſſimam, pro Dauide reſponſionem afferamus, videlicet peccati ſpontaneam cognitionem, & confeſſionem dolentis animi: quippe nulla magis vel idonea vel ſalutaris excuſatio. Inter alios enim ſalutares *triſtitiæ*, quæ ſecundùm Deum eſt, & pœnitentiæ fructus, *defenſionem* numerat Paulus, 2. Corinth. 7. 11. *Ecce enim ſecundùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem,*

Pœnitentia optima peccati excuſatio.

A *ſenſionem* numerat Paulus, 2. Cor. 7. 11. *Ecce enim ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinem, ſed defenſionem,* &c. quod ele gāter elucidat Theophylactus. *Excuſati enim apud me eſtis, quoniam reſipuiſtis.* Atque (quod idem eſt) Ambroſius legit, *excuſationem*, Græci, *apologiam*. Vnde potuit ipſe Ambroſius inſcriptionem illā prioris & poſterioris *Apologiæ pro Dauid* mutuari. Ergo peccatum Dauid tantam habuit apud Deum propter pœnitentiam, defenſionem, & excuſationem, vt habere meruerit ipſum Deum excuſatorem. Quod Latina editio planè indicat, Eccleſ. 47. 13. *Dominus purgauit peccata ipſius.* Quod cùm ex Græco deberet propriè reddi, *Abſtulit*, ſed tamen Vulgatus *purgandi* verbo libenter eſt
B vſus, quod & forenſe eſt, & ad delicti excuſationem, & dilutionem in Iure refertur, vt culpa non culpa exiſtimetur, & non ſolùm pœna temperetur, ſed penitus remittatur.

Theophyl.
Ambroſ.
Deus defenſor & excuſator peccatorū Dauidis.
l. 25. qui vt C. de publ. iudic. cum ſimilibus.

Ergo tantum illum ſanctitatis ſplendorem non tam obſcurauit peccatum, quàm illuſtrauit pœnitentia; &, vt Theodoretus dixit: *Regis admirabilem gloriam effecit ſplendidiorem*: Ambroſius vero: *Nullum attulit lapſus impedimentū, ſed velocitatis incētiua cumulauit, & acrior ad currendū ſurrexit.* Similiter fere Chryſoſt. Hom. 77. ad popul. Antioch. vt propterea nunquam iuſti & ſancti nomenclaturam amiſiſſe videatur, ex ſententia illa Sapientis, Prouerb. 24. 16. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit.* Quippe qui, quamuis ſæpe cadat, cui tamen
C reſurgit, & non tam reſurrectioni caſus, quàm caſui reſurrectio ſuccedit, is certè propter reſurgēdi ſolicitudinem, potiùs *iuſti* & ſancti nomē retinet, mereturque, quàm propter frequentes lapſus, nomen peccatoris; vt Hieronymus ad Rusticum ſubtiliter docet. Sic ipſe de ſe Dauid poſt lapſum erectus; *Exurrexi* (inquit) *& adhuc ſum tecum.* Quod licèt non ad caſum, ſed ad pigritiæ tamen ſomnū excutiendum, refert Theodoretus. Præceſſerat verò, *& in libro tuo omnes ſcribentur.* q. d. Excideram ego a tua amicitia, dignus, qui de libro viuentium expungerer: ſed iam me video tua gratia ſubleuatum, & *adhuc tecum* in *libro monumenti* ſcriptum, & inter viuentes relatum.

Purgandi verbum forenſe.
Theodor. q. 25. in 2. Regū.
Ambr. apologia priori cap. 2.
Chryſoſt.
Dauid ſemper retinēs ſancti appellationem.
Hieronymo. latur c. ſepeus de panit. diſt. 3.
Pſal. 138. 8.

Ergo Pſalmus 50. qui eſt de peccato, & pœni-
D tētia Dauidis, meritò inſcriptus eſt, *In finem*; quod Hieronymus ex Hebræo transfert, *ad victoriam*; quoniam ita certamina, & accepta Dauidis vulnera, recenſet; vt illius victoria, atque triumphus longè glorioſior per pœnitentiam pro certaminis clauſula, & fine, ante mortalium omnium oculos proponatur. Quare Kaldæus vertit, *In laudē*, quod ea tandem omnia in ſanctiſſimi Dauidis immortalem planèque admirabilem gloriæ laudem redundarint.

Malach. 3. 13. Titulus Pſalmi 50.
Hieronym.
Kaldæus

Hinc iam lux loco propoſito, ex 3. Reg. 1. cùm Bethſabee ſollicita de Adoniæ ambitu, neque nō de Salomonis filij ſalute, & futura regni hæreditate, dixit ad Dauidē, fore, vt poſt illius obitum cen-
E ſerentur *ipſa, & filius Salomon, peccatores.* Quod cū multas habeat interpretandi rationes; nimirū, vel quòd ſibi timeret ab Adonia, ſi occuparet regnū; fore vt tanquam ſcelerati mulctarentur exilio, vt volunt Kaldæus, & poſt illum Ioſephus, lib. 7. Antiquit. c. 11. aut, vt afficerentur morte, tanquā legitimi regni hoſtes, & perduelles, quod habet Vatablus. aut fore, vt reputaretur Salomon regno indignus, propter occultiorem aliquam improbitatem, vel ſuam, vel ipſius matris, vt indicant Clarius & lectio Tigurina. *Futurum eſt vt ego & filius meus peccatores reputemur*; Nimirum *a te*, vt etiam addunt Pagninus & alij; aut, vt tanquam impro-

3. Reg. 1. 21
Varia loci expoſitio.
Kaldæus, Ioſephus. Forſter. Vatablus
Iſidorus. Tigurina. Pagninus. Mercerus. Abul.

A bi, qui pane & aqua interdicuntur, egeſtate, & fame conficiamur, quod affert Abul. aut, vt tanquā *peccatores*, id eſt, quaſi errones, ex proprietate verbi originalis, quod errare ſignificat, aberrantes ab ſcopo, cadamus ſpe obtinendi regni. Sed quidem frigent hæ interpretationes, præ illa, quæ in rem noſtram eſt; Niſi filius meus Salomon in regnum ſuccedat, videbitur adhuc recens in Dei & tua memoria, meū peccatum, tuum etiam, ò Rex, Ego itaque ſemper reputabor adultera, & Salomon filius ex ſcorto natus, regno indignus. Quod tamen immeritò nobis accidet, quippe meum peccatum ſimul cum tuo per legitimam pœnitētiam expurgatum, excuſatum, deletum, nihil mihi debet nocere, nihil Salomoni ex legitimis nu-
B ptijs ſuſcepto. immo ſicut in tuam gloriam & laudem redundauit propter pœnitentiā, oportet, vt hæc quoque nobis omnem peccati maculam & opprobrium detergat, atque omnem honoris & regni ſplendorem afferat. Sed de hac quoque re, id eſt, de Bethſabee ſanctitate, fuſiùs dicendum in ſequentibus.

חטא
Germana loci expoſitio pro Salomone & matre Bethſabee.

CAPVT IV.

Bethſabee mater eius Sapiens, Sancta, ac Deo familiaris fœmina.

C *Ad locum Prouerb. 3 t. 1.*

Viſio, qua erudiuit eum mater ſua.

1 *Verum & germanum Bethſabee nomen, & eius ſignificatio.*
2 *Interpretatio ſutilis nominis Bethſabee. Solidior alia ex Chryſoſtomo. Puteus iuramenti. Bethſabee ciuitas.*
3 *Bethſabee ex qua gente. Quis eius Pater.*
4 *An Bethſabee ignobilis. Vrias an gregarius miles; an potius ex lectiſſimis.*
5 *Qui negant Bethſabee ſanctitatis appellationem. Cur eius nomen ſubticeatur à Matth.*
D 6 *Tempus lugendi maritum, an iuſtum à Bethſabee perſolutum. Annus Romuleus.*
7 *Parum cauta Bethſabee balneatio. Viri an fœminæ adulterium grauius. Salomon an traxerit à matre mulierofitatem. Pulchritudo non ſemper pudica.*
8 *Septem probationum ſanctitatis Bethſabee capita. Scala pœnitentiæ Dauidis & Bethſabee. Illuſtratus Samuel.*
9 *Sancta Bethſabee præcepta permiſta Salomonis Prouerbijs. Prophetiæ ſpiritu, caſtitate, & prudentia prædita. Hebræorum.*
10 *Bethſabee præ cæteris vxoribus à Dauide dilecta. Egla cur dicatur vxor Dauid. Bethſabee Eccleſiæ figura.*
E 11 *Legitimum lugendi tempus. Illuſtratus Eccleſiaſticus. Luctus matronarum Romanorum. Cauſa minuendi luctus. Celeritas nuptiarum Bethſabee.*
12 *Balneum Bethſabee an in ſuo ſolario. Vnde conſpecta à Dauide. Balnea in infima domus parte. Candaules propter vxorem nudam interfectus.*
13 *Pulchritudo periculoſa. Pulcherrimæ fœminæ pudicæ. Militis vxor adulterio obnoxia.*

I. *De Nomine.* A

1 *Pagninus.* V T illud de nomine ipſe Bethſabee præ-
Galatinus. mittamus, Pagninus, in interpret. No-
Nebienſis. min. Hebraic. Petrus Galatinus, lib. 12.
cap. vltimo: Epiſcopus Nebienſis, initio
Pſalm. 50. contendunt, legendum *Batſaba*, citra
dubium, non *Berſabee*, quippe hoc corruptum
eſſe apud Latinos, & apud Græcos. Et quidem
Græci ſic legunt, itemque Latini, vt ex nominis
interpretatione, quam ipſi tradunt, clarè conſtat;
An legendum Bethſabee. nam Berſabee, ſonat puteus. Auguſt. lib. 22. con-
tra Fauſtum, cap. 8. Sanct. Iſidorus in lib. 2. Reg.
c. 2. Gregor. lib. 3. Moral. c. 21. Ambroſ. poſteriori
Auguſt. apologia de Dauide, c. 10.
Iſidorus. *Gregor.* *Ambroſ.* Vatablus primo Paralip. 3. n. 4. ſcribit fuiſſe bi- B
nomiam, cùm 2. Reg. 11. vocetur *Batſeba*. At 1. Pa-
ralip. 3. *Bath-ſua*. Et quidem nomen ipſum origi-
nale, vt nunc legitur, eſt *Bathſebagh*. At, vt tranſ-
fertur, & ſcribitur in Biblijs correctoribus Vati-
canis, eſt *Bethſabee*. Cùm antem componatur ex
duabus dictionibus, diſcrimen illud prioris par-
Hierony. ticulæ *Beth*, aut *Bath*, agnouit, & notauit, Hiero-
nymus de Nominibus Hebraic. *Bethſabee* (inquit)
*filia ſaturitatis, prima ſyllaba correpta; alioquin vbi
producitur, ſemper domus interpretatur.* Quamquam
Ambroſ. Ambroſius non diſtinguens differentiam nomi-
num, neque notionum, vtriuſque interpretatio-
nem confundit. Habet ergo vtronis modo com-
modam interpretationem. Nam ſi legas, *Bathſa-* C
bagh, componitur ex *Bath*, à *Benath*, quod eſt filia,
בתשבע & iabagh, quod eſt, *ſeptem*, aut *iuramentum*. Et ſi
ſin ſcribatur cum puncto ſiniſtro, eſt ſatietas, aut
vbertas. Si verò legas *Beth*, ex puncto Iod inter-
medio, idem erit, quod *Baijth*, id eſt, domus.
Quare ſonabit, filia, vel domus, ſeptem, iuramē-
ti, ſatietatis. In quo, vt facile eſſet philoſophari,
& myſteria quędam oominis & ſignificationis re-
bus ipſis congruentia excogitando inuenire; ita
oeqne valde ſolidum, neque magnum operæ-
pretium.
2 Franciſcus Georgius his rebus aſſuetus, cùm le-
Georgius gat more Latinorum, *Berſabee*, neſcio quæ arca-
to. 1. ſect. 9. na inuenit, *tanto* (vt ipſe ait) *pluris æſtimata, quā-*
Prob. 474. *to magis à veris ſapientibus conſiderata.* Interpreta- D
& to. 5. ſec. tur enim Berſabee, *puteum Septem*, quaſi *puteum ſe-*
1. Prob. c. 1. *ptem ſuperiorum influxuum, de quo generatus ſit Sa-
lomon à Dauide, qui dextera, vel fortis Dei interpreta-
tur*. Sed hæc leuiora, quàm vt in illis vel excutien-
dis vel reijciendis immoremur, & tanto minoris à
Sapientibus æſtimata, quanto magis commenda-
ta à Georgio.
Chryſoſt. Illud non indignum, quòd ex Chryſoſtomo,
Homil. 1. in Matth. à nobis indicatur, *Berſabee* ab
illo exponi, *Filia potentis*; quod cum prima inter-
pretandi ratione facit. Secundò: *Puteus ſeptimus*,
quod ad ſecundam pertinet, & videtur congrue-
re cum ipſa hiſtoria; nāque cùm Prouerb. 5. 5. vxor
dicatur *puteus*, aut *fons* aut *ciſterna*, congruè dice-
tur Berſabee, *Puteus ſeptimus*, quia fuit ſeptima E
Dauidis vxor. 2. Reg. 3. & 1. Paral. 3.
3 Illud tantùm, *Bethſabee*, nomen eſſe putei, & ſi-
Puteus iuramenti. gnificare ex propria notione *puteum iuramenti*.
Gen. 21. Item, & Ciuitatis, Ioſue 15. ſitę ad radices
Libani, Auſtralis, & famoſæ oppoſitione alterius
termini terræ ſanctæ, id eſt, Dan Septentrionalis;
eſt enim illius terræ lōgitudo à Dan vſque ad Ber
Longitudo terræ ſanctæ. ſabee. De quo aliàs. Videndus Hieronymus. Amos
8. fine. Auguſt. & Iſidorus ſuperiùs adducti, vbi de
Hierony. huius nominis interpretatione.

A II. *De genere.*

Q Vod verò ad Bethſabee originem & genea- 3
logiam attinet, non cōſtat. Nam Marianus *Marianus.*
Victorius in indice Hieronymiano, vult Bethſa- *Victorius.*
bee fuiſſe Moabitidem, quod affingit Hierony- Bethſabee cuius generis.
mo, Matth. 1. quod tamen is minimè aſſerit. Abu-
lenſ. 2. Reg. 11. q. 6. vult fuiſſe Hebræam, & po- Vrias cuius
tuiſſe oubere Vriæ Hethæo, quòd is non eſſet ge- generis.
nere Hethæus, nec Kananæus, ſed cognomento
tantùm, caſu aliquo impoſito: licèt Theodoretus
q. 25. *alienigenam* illum exiſtimet, & ſimiliter Pro-
cop. *proſelytum*.
At 2. Reg. 11. 3. dicitur Bethſabee *filia Eliam*; Pater Bethſabee bino
rurſus 1. Paral. 3. 5. dicitur *filia Amiel*. Ergo vel mius.
B illius pater fuit binomius (vt Hieronym. in Tra- *Hierony.*
dit. ſentit, quem plerique ſequuntur) vel alter fuit
pater, alter auus. Familiare enim eſt Scripturis,
nepotes vocare filios; anos verò, parentes. Rurſus
ille *Eliam* fuiſſe filius Achitophel conſiliarij Da- Eliā filius
uid, aſſeritur à Magiſtro Hiſtoriarum lib. 2. Reg. Achito-
cap. 12. Quem ſequuntur Abulen. cap. 11. quæſt. 6. phel, an ip-
& ibi Dionyſ. At Eliam fuiſſe ipſum Achitophel, ſe Achito-
ſcribit Hugo 2. Reg. 11. Addit Abulenſ. propter phel.
adulterium cum nepte ſua tanta odio habitum *Abulenſis.*
fuiſſe Dauidem ab Achitophel. Sed oeutrum vi- *Dionyſ.*
detur veroſimile habita ratione temporis, & æta-
tis perſonarum.
At neſcio quorſum Chryſoſt. hom. 59. in c. 17. 4
C Matthæi, nimium ignobilem efficiat patrem Be- *Chryſoſt.*
thſabee, nimirum auum maternum Salomonis:
nam diſputans aduerſus ſui generis & maiorum
iactatores, in quibus ſi vltra proauos atque ata-
uos aliquantulum progrediaris, *inuenias multos
agaſones forſan, aut cauponts fuiſſe*; ſubijcit: *Salomon
Rex erat, & regis illuſtriſſimi filius, cuius pater abie-* An Vrias,
ctus, atque ignobilis: maternus etiam auus adeo vilis, miles gre-
vt nec gregario militi filiam collocare poſſet. Fuiſſe garius.
enim Vriam non ex gregarij, ſed ex lectiſſimis mi
litibus, illud indicat, quòd nihil inſolēs viſum fuit
Vriam mitti ad Dauidem, & ab illo regem fami-
liariter requirere de vniuerſo rerum & belli ſtatu;
& quòd *ſequutus fuerit eum cibus regius*: & quòd
comederet & biberet coram rege, & denique quòd
D cū *fortiſſimis militibus* annumeratus fuerit à Ioab.
2. Reg. 11. 7. 9. 13. 16. Atque adeo Ioſephus, lib. 7. *Ioſephus.*
cap. 7. Vriam efficit virum fortiſſimum, vt qui ma- Vrias mi-
gnam *exiſtimationem tum apud regem tum apud cō-* les fortiſſi-
milito nes ſibi paraſſet, & qui ſolus ipſe commilitoni- mus.
*bus fugientibus in ſeruentes Ammonitas ſuſtinuit,
ferroq; exceptos interemit non paucos*. Nec obſtat
quòd Ioſeph. lib. 7. c. 7. vocet Vriam armigerum
Ioab, potiùs confirmat quod diximus: nam armi- Armigeri
geri munus videtur fuiſſe quaſi cuſtos fortiſſimus munus qd.
principis alicuius, aut ducis, vt colligitur ex Reg.
14. 7. cùm armiger pollicetur Ionathæ ſuam opē
& operam: *Perge quò cupis, & ero tecum vbicunque
volueris*. Neque minùs ſtrenue ſtragem in Phili-
ſtæos armiger edebat quàm ipſe Ionathas.

III. *De ſanctitate illius & moribus. Et primum quæ contra illam.*

Q Vod ad mores & ſanctitatem ſpectat, non- 5
nihil diſſidij inter doctores video: & quidē Qui cauſā
mirum eſt, quātum illam accuſent, qui, adulterij in
vt excuſent Dauidem, totam adulterij & homi- Bethſabee
cidij cauſam in illam reijciunt. Probare nituntur reijciunt.
ex Matth. 10. vbi facta mentione *vxoris Vriæ*; pro- Cur nō nominetur à
prium Bethſabee nomen ſubticetur, videlicet, Matthæo.
quòd viſa eſſet Euangeliſtę proprio nomine indi-
gna, ſic intelligit Anſelmus. *Tacet* (inquit) *nomen* *Anſelmus.*
Beth-

Bethſabee, quia cateræ (meretrices & peccatores intelligit Rahab & Thamar) *cùm eſſent notabiles, non ſolùm culpari, ſed etiam laudari meruerunt: iſta verò adeò culpabilis eſt, quòd nomine non eſt digna. Iuſtus verò qui ſit, dignus eſt nomine.* Similia habet Remigius. Addit etiã Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus c.5. ſuæ Concord. non nominari, *quia plus peccauit cæteris.* Beda verò, *nomen Vriæ ponitur, tacito nomine Bethſabee, propter ſcelus immaniſſimum homicidij, & adulterij, quod perpetratum eſt propter eam.* Vrget hoc ipſum Hugo, ſcribens Bethſabee *minimè laudabilem, ſicut alias fœminas huius genealogiæ, quia virum ſuum Vriam interfici fecit.* Paulo etiam preſſius & ſeuerius D. Thomas innoens nũquam pœnituiſſe: *Aliæ* (inquit) *quamuis aliud tempus fuerint peccatrices, tamen poſtea fuerunt conuerſæ, & pœnitentes. Hæc autem turpiter peccauit crimine adulterij; & in conſenſu homicidij: ideo propter verecundiam ſubticetur eius nomen.* Comparat deinde cum viro *iuſto Vria.* Tandem, quod ad hunc Matthæi locum facit, ex illa Hieronymi regula efficitur non fuiſſe ſancta: *Notandum* (inquit) *in genealogia Saluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed illas, quas Scriptura reprehẽdit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens: omnium peccata deleret.*

Remigius. Zacharias. Beda. Hugo. D. Thom. Hieronymi regula.

6. Propterea quæ vel licẽtioſiores Bethſabee mores vel grauiorem ex adulterio & homicidio culpam arguunt, colligit argutè Mazarinus noſter diſcurſu 13. ad Pſal. 80. Et quidem vitio illi verti immoderatæ incontinentiæ poteſt, quòd marito in bello mortuo, iuſta non perſolnerit, neque iuſto luctu illius necem & innocẽtiam proſequuta fuerit, ſed ſtatim ad expetitas cũ Dauide nuptias conuolarit. *Poſt Vriæ mortẽ mulieris luctus fuerunt nuptiæ,* inquit Theodoretus, q. 25. Secundarum verò nuptiarum feſtinatio infamis ſemper habita eſt. Impp. enim Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, Eutropio, Præfecto ſic conſtituunt; *Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum feſtinatione præſtiterit, ex iure quidem notiſſimo ſit infamis.* Et illud eiuſdem Theodoſij: *Si qua ex fœminis perdito marito intra anni ſpatium alteri feſtinauerit nubere (paruum enim tempus poſt decẽ menſes ſeruãdum adijcimus, tametſi idipſum exiguum putemus) probroſis inuſta notis, honeſtioris nobiliſque perſonæ decore & iure priuetur.* Quippe perantiquus ille profanorum mos, tempus lugendi, aut potius *elugendi* maritum viduis præſcribebat, annum, ſiue decem menſium ille eſſet, quem inſtituit Romulus; ſiue duodecim, quem auxit Numa. De quo eſt illud Poetæ de Romuleo anno loquentis,

Per totidem menſes à funere coniugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Et quamuis Bethſabee ſollicitaretur à Dauide, ſed potuit requirenti reſpõdere quod ex more honeſtiſſimarum fœminarũ reſpondit illa apud Apuleium, *Boni & optimi conſules, ſi luctu legitimo miſerrimæ fœminæ neceſſarium conceſſeris tempus, quoad reſiduis menſibus ſpatium reliquum compleatur anni.* Cuius quoque annui luctus meminerunt Liuius, lib. 2. Plinius item, de Viris illuſtribus. Seneca lib. 8. Epiſtol. 63. Feſtus, lib. 7. in verbo, *Græca ſacra.* Valerius Max. lib. 1. Apul. lib. 8. de Aſin. Plutarch. in Anton. Iacobus Reuard. lib. 1. Variorum, cap. vltimo.

Mazarin. Vxorum luctus in morte virorũ. Theodor. Tempus luctus viduitatis. L. 1. de ſecund. nupt. Cap. 2. C. de 2. nupt. Ouid 1. Faſt.

7. Et peccaſſe item, quod parũ cautè ſe lauerit eo loco aperto, & edito, videlicet in ſolatio, vnde cõſpici è domo regia poſſet, & vel ſibi, vel viro alicui adulterij periculum crearetur, aſſerit Abul. 2. Reg. 9. 5. Nonne illud tam à profanis quã à ſacris Scriptoribus celebratur: *Mulier exuta tunica, pariter & verecundiam exuit?* ac ne in balneis quidem. Quod ſuadet Cyprianus, & profanis Lyſidices & Philoteræ exemplis commendat Theodoretus, lib. 12. de Græc. affect. *Aiunt* (inquit) *Lyſidicem præ inſigni quadam pudicitia, ne tunc quidẽ, cùm lauaretur, ſolitam eſſe ſubuculam exuere. Philoteram autem cùm in labrum balneare deſcenderet, quantum corporis aquæ immergeret, tantum ab inferiori parte ſenſim detegere aſſuetam, ſubucula paulatim ad ſuperiora ſubducta: cùmque aquis lota emergeret, eadem ratione ſuperiora corporis amictu obtegere.*

Apuleius. Hero io. lib. 1. Plut. in præcep. coniub. c. 9. & de Auditor. initio Hier. lib. 1 aduerſus Iou. Cyprian. li. de hab. virg. Clem Alexan. lib. 2. Pædag. c. 9. & lib 3. c. 5 Cyprianus. Theodor.

Ruſſus, quæ fœminæ quàm viri libidinem fœdiorem, & adulterium quoque grauius efficiunt, congerit Tiraquellus leg. 1. connub. num. 45. 46. 86. leg. 9. num. 90. Holcoth. ad cap. 4. Sap. lect. 45. vnde plura elici poſſunt, quæ tam excuſent Dauidem, quàm accuſent Bethſabee. Et verò Bethſabee iam videatur ſimile reſpondiſſe Dauidi *mittenti & requirenti,* quod Iulia Caracallæ Imperatoris nouerca, mulier & ipſa peregregia forma reſpondiſſe petulantiùs Imperatori ſcribitur ab Spartiano, *cùm enim quaſi per negligentiam audata priuigno maxima parte corporis, dixiſſet Antoninus Vellem, ſi liceret: Reſpondit, ſi libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? Ergo eo reſponſo audacior Imperator illam vxorem duxit.*

An fœminæ quàm viri adulteriũ grauius. Iulia nouerca Caracallæ. Spartianus

Præterea non deeſt qui mulieroſitatem Salomonis refundendam exiſtimet in parũ continentes ac parum honeſtos matris Bethſabee mores, quod ad naturæ proclinitatem attinet: Nam & filios matribus quàm patribus ſimiliores natura efficere ſolet, tum corpore, tum moribus, vt docent Ariſt. 2. de gener. animal. c. 4. & in proble. lib. 10. c. 12. Hippocr. de Genitura. Sic ſanè Oſeas iubetur, *vxorem fornicationum,* id eſt, fornicariam, ſumere, ex qua *filios fornicationum* matri ſimiles procrearet fornicarios. Oſeæ 1. 2.

An Salomonis mulieroſitas tracta ex Bethſabee. Filij matribus quã patribus ſimiliores. Ariſtot. Hippocr.

Tandem cùm fœmina pulcherrima fuerit & magna ſit frequenter *lis formæ ac pudicitiæ;* fortè habens fiduciam *in pulchritudine ſua,* adultera facta eſt. vide Ezech. c. 16. vxor præſertim militis abſentis. Creat verò ipſa pulchritudo ſuſpicionẽ, calumnias, inſidias, pericula, vt etiã ſi mulieres formoſæ, pudicæ ſint, vix credantur, vt eleganter ſcribit Chryſoſtom. hom. 2. in Matth. & hom. 12. in primam ad Corinth.

Ouid. 3. Amor. & Eleg. 4. Iuuenal. ſaty. 10. Gel lib. 5. c. 11. Stob. ſerm. 65. Vxor militis fœmina formoſa ſuſpicioni obnoxia. Chryſoſt.

IV. Quæ pro illius pietate, ex locis ſeptem.

8. Ego verò peccatum Bethſabee ita video, vt ſimul etiam non pauca agnoſcã, quæ illud eleuant; nihil verò, quod vel mores parum pudicos arguat, vel ſanctæ fœminæ pietatis nomẽ & exiſtimationem iure adimere poſſit. Et quamquam videam antiquos Patres paulo in illam ſeueriores; video tamen comparari cum *Rahab,* quæ Apoſtoli teſtimonio inter ſanctos relata eſt, ad Hebræos 11. cum *Ruth,* de cuius pietate atque ſalute à nemine dubitatũ eſt. Neque ex illo Hieronymi teſtimonio ſuperiùs allato, quidquam aliud effici poteſt, quam aliquando peccati obnoxiã fuiſſe. Recentiores verò illius ſanctitatem disertè commẽdant. Dionyſius, 2. Reg. 11. ante peccatum appellat *virtuoſam.* Abul. verò, Matth. 10. etiam poſt peccatũ *virtuoſam fœminam, & acceptatam à Deo;* neque accuſari à Matthæo, cum Vriæ mentionẽ facit. Dionyſ. eodem loco *iuſtam* appellat. Et Sap. 9. *poſt pœnitentiam exceſſus, feminã deuotam.* Ianſenius Prou. 31. *ſingulariter piam.* Sebaſtianus Barradas, Matth. 1. legitimè pœnituiſſe, atque adeò ſua pœnitentia

Recẽtiores pleriq; aſſertores ſanctitatis Bethſabee. Abulenſis. Dionyſius. Ianſenius. Barradas.

Delrius.

metuiſſe vt filius Salomon patri Dauidi in regno ſuccederet. Delrius, vbi de Salomonis pœnitentia, cum Patriarchis; quorum pœnitentia non ſcribitur ſed creditur, annumerat. Lorinus, Sap. 9. 1. 5. *religioſam & piam fœminam.* Perionius in illius vita, in ſanctis fœminis habendam eſſe cenſet, cuius vita poſterior, honeſtè iuſtèque acta, ſuperiorem culpam correxiſſe videatur.

Sed iam illius ſanctitatē non leuibus argumentis ex ſacris literis colligamus. Et ſanè primò non prætereundum illud ipſius Salomonis teſtimonium Sap. 9. 1. 5. cùm in oratione pro obtinenda Sapientia exponit merita ſuorum parentum, ac nominatim matris: *Deus* (inquit) *Patrum meorum; quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ.* Cuius profectò niſi ſancta eſſet, & notę pietatis fœmina, memoriam inter preces non vſurpaſſet.

Bethſabee conſors pęnitētiæ Dauidis.
Pſal. 101. 30.
Hierony.

Secundò. Nam quis meritò dubitare poſſit quæ peccati ſocia cum Dauide fuit, non fuiſſe quoque pœnitentiæ cum eodem Dauide conſortē; aut illam quæ lecti *lacrymis rigati*, potus cum fletu temperati, panis cinere aſperſi particeps fuit, vt corpore ita & animo non pœnituiſſe? Aſcendit proculdubio Bethſabee præeunte Dauide, per illam ſcalam de qua ſcriptum eſt 2. Reg. 13. 1. *Dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei, egregius Pſaltes Iſrael.* Quod Hieronymus in Tradit. ait in Hebræo haberi; *Cui conſtituta eſt ſcala Chriſto Dei Iacob; Scala* (inquit) *eidem Chriſto Dei Iacob, id eſt, Dauid conſtituta eſt: per quam conſcenderet ad Deū,* C *eo quòd idem ſcilicet confeſſus fuerit ſe peccaſſe Domino in Vria Ethæo, & pœnitentiam agens per hanc ſcalam conſcenderit ad Deum.* Ergo Dauid per hanc ſcalam vxorem Bethſabee in ſublimem regni ſedē ſecum euexit, & in diuinæ etiā beneuolentiæ gratiam teſtituit.

Scala pęnitentiæ, per quam aſcēdit Dauid.

Tertiò. ex 2. Reg. 12. 24. cū poſt adulterini pueri mortem *conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam.* Quod ſolatium ex eo datum fuit à Dauide, & ſumptum à Bethſabee, quòd Deus iam pœnitentibus condonaſſet culpam adulterij & homicidij, ac etiam iuſtam pęnam ſumpſiſſet morte infantis adulterini. Oportere ergo reſtitutos diuinę beneuolentiæ animęquiores in poſterum eſſe. Sed de hoc loco dicemus c. 5.

Solatiū ex remiſſione peccati,

9.
Sācta Bethſabee præcepta.

D Quartò. ex 3. Reg. 1. loco iam ſuperiùs explanato. *Erit, cum dormierit Dominus meus Rex, erimus, ego & filius meus Salomon, peccatores.* Quibus verbis non obſcurè teſtatur, vitæ innocentiam & præteritæ culpæ labem, iam ſatis expurgatam, neque iuſtè poſſe à quoquam repeti aut refricari.

Quintò. Quòd qui conſiderat illam tam diligentem in erudiendo filio ſanctiſſimis præceptis & viuendi lege incorruptiſſima, non poterit non in ſanctiſſimarum pariterque prudentiſſimarum numero collocare. Vt enim prætermittamus, quæ Salomon matre ſua magiſtra accepit, & ad communem Eccleſiæ vtilitatem publicè repetit, & E præponit, à c. 4. Prouerb. certè ille eſt clariſſimus pro huius fœminæ ſanctitate locus, Prouerb. 31. 1. cùm ipſe *Lamuel*, id eſt, *cum quo erat Deus* videlicèt Salomon tunc ſanctus ſcribit *viſionem, qua erudiuit eum mater ſua. Noli regibus ò Lamuel, &c.* cùm dicit *viſionem*, indicat proculdubio Bethſabee habuiſſe prophetiæ donum, & peculiariter diuino afflatam ſpiritu, vt diuinare tunc poſſet, qualis poſtea futurus eſſet filius Salomon, quod ad mulierum amorem ſpectat: atque ita conuenienti conſilio illius morbo prouideret. Indicauit hoc Rodolphus Baynus eo loco: admittit etiam Ianſenius *diuinum oraculum, & diuinam* huic fœminæ

Viſio de prophetia.
Bethſabee prædita ſpiritu Prophetiæ.
Baynus.
Ianſenius.
Arboreus.
Dionyſius.

A *ex diuina reuelatione acceptam doctrinam.* Agnoſcunt etiam Arboreus, & Dionyſ. Viſionis nomine *ſpiritualem illuminationem.* Nam quòd *viſionem* hanc non ipſi Bethſabee, ſed Salomoni tribuunt, Gloſſa, Beda, Hugo, valde alienum eſt. Verbum autem *erudiuit*, indicat ſingularem fœminæ in inſtituēdo filio diligentiam & pietatem; affert enim arctiorem diſciplinam, & correptionem. Quare, vt decebat fœminam prudentiſſimam, capiat attentionem, & init gratiam apud filium ex charitate, qua illum ſemper complexa eſt. Videndi eo loco potiſſimùm Oſorius & Baynus.

יסף

Prudentia Bethſabee.

Quòd verò in primis hortatur ad abſtinendum à *vino*, & fœdis libidinum voluptatibus, indicat pudicos ſanctæ fœminę mores, caſtitatem, B temperantiam. Et de caſtitate potiſſimùm illud non prætereundum, quod ex Hebræorum doctrina & traditione afferunt, Nicolaus, Arboreus, Dionyſ. propterea his verbis matrem Salomonis increpaſſe filium, eo quòd prima nocte, quā cum vxore Pharaonis filia habuit, plus nimio ſomno & delicijs vacans, plus æquo inhæſerit lectulo: proptereàque ſacrificium matutinum illius diei fuerit prætermiſſum; nam claues Templi, aut Sanctuarij, erant ſub ceruicali Salomonis. Intraſſe ergo Bethſabee, & molliter increpaſſe filium illis verbis: *Quid dilecti mi?* quid tuis voluptatibus diuina officia poſtponis? ſed hæc incertiora.

Bethſabee caſta & tēperans.
Hebręorū traditio.

Sextò. Exiſtimant Gloſſa, Beda, Hugo, poſtea ex diuina reuelatione & ſapientia Salomonem agnouiſſe, quæ mater illi ſuggeſſerat, ſanctiſſima ac ſapientiſſima fuiſſe, & digna, quæ cum ſuis ſimul Prouerbijs in ſacros alueolos referrentur. Addit Rodolphus Baynus, Salomonem, ſuæ matris, ob prophetiam plenam ſapientiæ & ſaluberrimæ doctrinæ, & ob raras virtutes, & animi fortitudinem, voluiſſe celebrare laudes alphabetico illo encomio, *Mulierem fortem quis inueniet.*

Sententiæ Bethſabee ſimul cum Prouerbijs Salomonis.
Baynus.
Bethſabee mulier illa fortis.

Denique illa proculdubio ſanctitatis & pietatis eximiæ argumenta ſunt. Primum. Quòd præ alijs vxoribus dilecta fuerit à ſanctiſſimo rege Dauid, vt aſſerit Georgius ex Hebræorum Doctrina. Quanquam enim *Egla* dicatur peculiariter *vxor Dauid*, 2. Reg. 35. & 1. Paral. 3. 3. quòd fuerit peculiariter dilecta, vt Abul. 2. Reg. 3. q. 5. intelligitur tamen, comparatione vxorum, quas acceperat ante Eglam. Secundum. Quòd iurauerit Dauid ipſi Bethſabee, & iuramento promiſerit filij Salomonis ſucceſſionem in regnum, atque ad ipſius Bethſabee poſtulata & vota, promiſſa compleuerit, fidem datam requirentis. 3. Reg. 1. Tertium. Quòd Nathan Propheta tantopere illius ſaluti & incolumitati cōſuluerit, & tam familiariter cum illa egerit, eodem loco. Quartum. Quòd filius Salomon tanto honore matrem fuerit proſequutus, neque fas exiſtimarit precibus maternis aliquid denegare 3. Reg. 2. Quintum. Quòd idem Salomon, Sap. 9. 5. propter matris merita Dei obſequio addictiſſimæ, Sapientiam poſtulauerit, atque obtinuerit apud Deum. Sextum. Quòd Eccleſiæ ex gentibus congregatæ figuram geſſerit, primùm errori, & idolatriæ adhærentis, deinde verò Dauidi vero, id eſt, Chriſto, deſponſæ, de quo Patres, Chryſoſt. hom. 1. in Matth. Ambroſ. poſteriori apologia cap. 8. libr. 3. Moral. cap. 21. Iſid. allegor. in 2. lib. Regum cap. 2. Vbi Rupertus & Beda, Gratianus & Gloſſ. cap. Si qua. 31. q. 1. ex concil. Elibert. cap. 72.

10.
Bethſabee præ cæteris dilecta à Dauide.
Georg. to. 1. Sect. 9. 475.
Egla cur dicatur vxor Dauid.
Propheta Nathā ſollicitus pro ſalute Bethſabee.
Bethſabee figura Eccleſię ex gētibus.

V. Obie-

V. Obiectionum aduerſus illam dilutio.

11. Obiectionū contra Bethſabee ſolutio. Vxores nominari à viris.

EX his verò quę initio obijciebamus, nihil meritò poterit in Bethſabee dedecoris redūdare. Nam quòd Matth. 1. nomen illius taceatur, ex conſuetudine fuit gentis illius; quæ viduas aut ēt coniuges ex maritis nominabant, vt iam dicemus. cap. ſequente.

Quanto tēpore luxerit maritū. Abul. Ioſeph.

Quòd non diutius luxerit Vriam bello & vita functum, peccatum non fuit. Eam certè luxiſſe, quod ſatis fuit, ipſa Scriptura diſertè teſtatur 2. Reg. 11. 26. *Audiuit vxor Vriæ, quòd mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eū. Tranſacto autem luctu miſit Dauid.* Septem autem, aut eo paulo plures, dies in luctu tranſegiſſe, exiſtimat Abulenſ. nimirum ſpatiu citra duos menſes. At Ioſephus lib. 7. Antiq. cap. 7. ſcribit *per multos dies luxiſſe*. Quanquam in noua Ioſephi trāſlatione lego *per aliquot dies*.

Legitimū lugendi tēpus. Ianſenius. Nicolaus. Dionyſ.

Præfixum aliquod lugendi ex more tempus, tam viduis maritos quàm cæteris lugentibus vel parentes, vel filios, fuiſſe, non dubium. *Septem dies* luctui aſſignat Eccleſiaſticus, cap. 22. 11. *quæ ſatis eſſent*, inquit Ianſen. licuiſſe verò & plures. Nicolaus diuerſis temporibus diuerſam quoque fuiſſe conſuetudinem legitimi luctus. Tempore itaque Ieſu Sirach ſeptem ad lugendum dies datos. Dionyſius, ſepties in lugendo luctum intenſiorem fieri ſolitum: quamuis diutiùs ſigna luctus proferrētur; ſed cum interpolatione aliqua, ſeptē illos dies ſolemniores fuiſſe.

Triginta lugendi dies.

Sed *triginta* non plures inuenimus in Scripturis, Deuteron. 34. in luctu Moyſis & Aaronis. Totidem in luctu Iacob, Gen. 50. Quamuis enim ſcribatur fleuiſſe eum Ægyptus *ſeptuaginta diebus*; tamen ſi demas quadraginta cōditurę cadaueris, ad luctum tantùm remanēt triginta.

Luctus Romanus. Feſtus. Valerius.

Quod videtur fuiſſe legitimum & ſolemne tempus lugendi etiam Romanis poſt Cannenſem cladem: propter multitudinem enim, & frequentiam lugentium matronarum, minutus eſt luctus annuus ille decem mēſium, & ad triginta dies cōtractus, vt ex Feſto & Valerio ſuperiùs adductis conſtare poteſt.

Iul. Paul. Sent. lib. 1. tit. 21.

Ergo potuit Bethſabee lugere Vriam ſpatio legitimo; quo *à conuiuijs, ornamentis, & alba veſte abſtinere debuit*. Neque verò illud prætereundum, quòd viduæ luctum minuebant, auctore Feſto, tum alijs de cauſis, tum *cùm honos in familiam veniret*.

Oportuiſſe nuptias accelerari.

Sed quàm magnus Bethſabee familiæ honos, ad regni conſortium euehi? Certè diu differri non debuerunt nuptiæ cum Dauide; ne filius qui naſceretur, putaretur adulterinus; aut ne intumeſcente vtero, adulteriū tum matris, tum Dauidis, publicatum ſcādalo eſſet: & vita ipſius Bethſabee propter legis ſupplicium in adulteros decretum, periclitaretur. Quod & ipſa præcauit, cùm Dauidem admonuit, ſe concepiſſe.

12. 2. Reg. 11. 2. Quo loco balneū Bethſabee.

Quod de nuditatis, ac balnei loco minùs opportuno dicitur, certè ex regionis & gentis conſuetudine fuit. Porro *ſolarium*, ſuper quod Dauid vidit mulierem ſe lauantem, non conſtituo cum Bethſabee, ita vt *ſe lauarit in ſolario*: ſed cum Dauide proſpiciente de ſolario. Quod Septuag. apertiùs legerunt: *Vidit mulierem lauantem ſe, de ſolario*. Eodemque modo legerunt Pagnin. & Tigurina, quibus addit Vatablus, Dauid vidiſſe, *per feneſtram domus in qua lauabat ſe mulier*. Hebræa ad vtrumque prona ſunt, ſicut & Latina. Quamquā editio & interpunctio Vaticana, potiùs nobiſcum facit: nam ſeparat commate *ſolarium* à Bethſabee ſe lauante, vt videatur referre ad Dauid.

Balnea ſecreta vel iuxta fontē.

Quippe nihil magis importunū balneo, quàm locus editus: cùm potiùs balnea vel in cryptis, vel in imo domus loco collocari ſolerēt; vel certè in hortis iuxta fontē, vt patet ex Suſannæ hiſtoria. Ergo Dauid de ſuo ſolario vidit lauantem ſe fœminam in aliquo priuatæ domus, vel horto, vel angulo. Solent enim inferiorum domuum receſſus vndique patere ſuperiori proſpectui. Et Ioſephus à nobis ſtat. ſcribit enim Dauidem *deambulātem in tecto domus regiæ, proſpexiſſe in vicinis ædibus mulierem frigida lauantem*. Scio pleroſquē *ſolarium* etiam cum Bethſabee conſtituere, ſed, vt dixi, parum opportunè.

Dauid maior quàm Bethſabee culpa.

Cætera obiecta nihil amplius efficiunt, quàm, Bethſabee aliquando peccaſſe, ac fœminis præſertim multis, & adulterij & homicidij occaſionem præſtitiſſe, quod quis ignoret? Sed magnam, immo maiorem adulterij, & homicidij Vriæ, cauſam, non tam in vxorem, quippe infirmam ouiculam, quàm in Dauid eijciendam nemo dubitet: & ex ipſius Dei, & Nathanis Prophetæ teſtimonio, ſi quid tribuendum Bethſabee, certè poſtea eluit ampliori & ardentiori pietatis & totius pudicitiæ ſtudio.

Parallela hiſtoria.

Parallelam tantùm ex aliqua parte hiſtoriam indicabimus, ex Herodoto lib. 1. Iuſtino item lib. 1. vbi videas, vt quæ mulier pulcherrima, nuda à quoquam præter maritum viſa ſit, marito interfecto, alteri, qui illam viderit, nupſerit.

Candaules occiſus ꝓpter vxorē nudam ab alio cōſpectam.

Nam Candaulis, Regis Lydorū, vxore pulcherrima à regio quodam ſatellite, Gygis nomine, nuda conſpecta; grauiter ferens à quoquam alio, quàm à ſuo viro nudam viſam; ſtatuit alteri ex duobus moriendū, vt alter tantùm, cui nuda viſa fuiſſet, maritus ſupereſſet; ſiue is Rex Candaules eſſet, ſiue Gyges, miles regi familiaris. Ergo Gyges, rege interfecto Reginam vxorem duxit. Tantùm èconuerſo Dauid rex, milite interfecto, Bethſabee, quam nudā conſpexerat, vxorem duxit, adduxitque in regni conſortium.

Zetzes.

Rem breuiter in ſuo libro hiſtorico, cap. 3. narrat.

Candaules vxoris amorem propria fouens,
Nudam viſam oſtendit Gygi clanculum.
Illa verò & re cognita tacet: deinde vocat Gygē
Electionem dicens cape Gyges, duarum vnam:
Vel, te Candaulē interficere, vel interfici ab illo;
Nuda enim duobus viris non ſuſtineo videri.
Sic Candaulem occidens, cepit regnum.

13. De pulchritudine ſuſpicio oriens. Pulcherrimæ fœminæ pudicę. Ambroſ. L. ſi quōdā. l. quamuis. c. de adult.

Quod vltimò de pulchritudine addebatur, vocari ſæpe in ſuſpicionem à multis; ſanè, quòd illam multi expetant; non quòd ipſa per ſeſe non ſit cum bonis moribus, & cum pudicitia, multo conuenientior, quàm deformitas. Commendant ſacræ litteræ pulchritudine inſignes fœminas; quæ tamen omnes pudicitia claruerūt, Iudith, Eſther, tres Iobi filias, in quibus illud cernebatur, quod dicebat Ambroſius, lib. 2. de Virgin. *Species corporis, ſimulacrum eſt mentis, figuraque probitatis.* Quippe & deformes ſępe impudicas legimus. Sed militis tandem vxor quamuis aliàs optimis moribus; at adulterio contaminata eſt. quod & vxores militum ſolent.

CAPVT V.

Salomon ex legitimis nuptijs ſuſceptus.

Ad locum Matth. 1. 6.

Dauid genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.

1 *Rabbinorum commentum de vxore legitima.*
2 *Hieronymi ſententia, Salomonem fuiſſe Mamzer.*

A *Quid Mamzer, Nothus, ex Hebræo & Græco. Illuſtratus Moyſes.*

3 *Triplex Mamzeris acceptio Salomoni non conueniens. Cheliab Dauidis filius, an miraculo declaratus. Proles adulterina damnans parentes. Illuſtrata Sapientia.*

4 *Qui Salomonem aſſerant ex illegitimo concubitu,*

5 *Vxore de legitima Salomon legitima proles. Explicatus Samuel, & Matth.*

6 *Semel adultera, aut maculata pudicitia, fœmina, nunquam ſatis in opinione hominum mundata. Explicatus Samuel, Iob, Oſeas.*

7 *In dubio, an opus traditionum ſit Hieronymi.*

1. Duo commẽta Rabbinorum.

DVo in hac re extrema vitanda, & videnda, ac fere Hebræorum vtrumque. B Hi enim & Hebraizantes, inter quos Georgius Venetus, aſſerunt nõ ſolum fuiſſe Dauidis legitimam vxorem Bethſabee, ſed hanc vnicam fuiſſe, veram, atque legitimam; non item alias; quòd exiſtiment supernè hanc eſſe vnicè deſtinatam Dauidi, licèt quidem ad tempus ab Vria bona fide poſſeſſam; vt ſuperiùs indicabamus. Sed hæc omnia mera ſunt commenta Rabbinica, & ſuperiùs à nobis exploſa.

Georg. Venetus to. 1. ſect. 9. Probl. 475.

2. Hierony.

Alterum, quod Hieronymus in tradit. Hebraic. in 2. Reg. ſic ſcribit Salomonẽ vocatum *Amabilem*, ſiue *dilectum Domini propter Dominum qui a eũ diligere dignatus eſt propter ſuam miſericordiã gratuitam; cùm vtique eius miſericordia & dilectione indignus exiſteret, quem conſtabat Mãſerem eſſe.* Et idem C ipſe Hieronymus in Tradit. Hebraic. initio 2. Paralip. iterum repetit, paraphraſim hanc in Salomonis perſona contexens: *Feciſti cum Patre meo miſericordiam magnam, & conſtituiſti me regem pro eo, quia ſecundùm legem prohibitum erat me qui de alterius vxore generatus ſum, introire Eccleſiam Dei.* Idem admittit Gloſſa Interlinearis Rabani, & ex aliqua parte Hugo. 2. Reg. 12. ſuper id, vocauit eum, *Amabilis Domino.*

An Salomõ fuerit Mamzer.

Rabanus, Hugo.

Mamzer quid.

Quid autem ſit *Mamzer*, expoſuit Latinus interpres quaſi paraphraſticos Deut. 23. 2. *Non ingredietur Mamzer* (addidit de ſuo) *hoc eſt, de ſcorto natus, in Eccleſiam Domini.* Intelligit autẽ ſpurium, D aut nothũ, non ex legitimo matrimonio: & ſicut *Nothũ dicimus qui non ſit legitimus, vtentes dictione Græca, quia non habemus Latinam;* vt Cato dixit: ita etiam eadẽ ratione ſapienter, retinuit Latinus interpres vocẽ originalem *Mamzer*. Mamzer autẽ dicitur à *Zarah*, quod eſt, alienare, aut, alienũ eſſe, quaſi ille, qui ex ſcorto natus ſit, id eſt, ex adultera, nõ ſit ex propria vxore, ſed ex *aliena* ſuſceptus, vel quòd ipſa mater alienum filium ſupponat viro ſuo. Alij, à verbo *Zur*, quod ſeparare ſignificat, quaſi *ſeparatus*, id eſt, ex extraneo, & ſeparato, & illegitimo concubitu ſuſceptus. Alij, à *Zara*, quod E eſt diſpergere, confundere, permiſcere, aut cõiungere diuerſa; quòd qui ex illegitimo concubitu natus ſit, videatur ex confuſione, & permiſtione adulterina ſeminum procreatus. Videnda, quæ recentiores de hoc nomine afferunt. Zachar. 9. ſuper id *Sedebit ſeparator.*

Cato apud Quintil. lib. 3. c. 6.

זרה זרא

זור

Ribera, Montan.

9. Multiplex acceptio Mamzer.

Sed cùm multiplex poſſit eſſe huiuſmodi *Mamzer*, Kaldæus apud Abul. exiſtimat illũ dici, quòd ex permiſtione ſeminum, id eſt, altero parẽte Hebræo, altero, ex gentibus natus eſſet, iuxta illam notionem alienæ, aut alienigenæ. Quod fortè in Salomonem cadere poſſet, ſi vera eſſet illa opinio Mariani Victorij ſuperiùs à nobis adducta, ſcilicet Bethſabee fuiſſe Moabitidem. Sed hoc quidem minimè nocuiſſet Salomoni. Nam Ruth A quoque fuit Moabitis: & nihil immunditiæ refudit in pronepotem Dauidem, quem nemo Mamzerem dixit, neque indignum propterea exiſtimauit. Quamuis aliquando videantur illum appellaſſe filium Iſai, ignominiæ cauſſa, quòd illi exprobrarent auiam Moabitidem, nempe Ruth. Potuiſſet ergo & Salomoni mater Moabitis obijci, &, vt ita loquar, Mãzeriſmus ex hac parte. Sed qui Salomonem Manzerem dicunt, de genealogia matris omnino tacent.

Cur Dauid appellatus filius Iſai.

Secundò. Si ſit filius meretricis, cuius ſit certa mater, patre incerto, vt definit Vlpian. Iuſtitut. 4. quem Abulenſ. dicit eſſe omnium illegitimorum turpiſſimum. Et huc poteſt referri ſecundus etiam gradus eorũ quos Hebræi *incertos* vocant. B Quod quidem videtur contigiſſe Danieli Cheliab, filio Dauidis, ex Abigail, 2. Regum 3. 1. Paralipom. 2. de quo id narrant Hebræi, inter quos R. Dauid Kimhi, ex quo Hiſtor. ſcholaſtica, Nicolaus, Abulen. 2. Regum 3. Vulgus maledicum voluiſſe detrahere huic puero, reuocando in dubium eius patrem, dicendo non eſſe filium Dauidis, ſed Nabal Carmeli, vt qui potuerit genitus eſſe antequam Dauid accepiſſet vxorem Abigail. Cùm ergo primùm vocatus fuiſſet *Daniel*, Dei ſingulari miraculo mutata pueri facie & de lineamentis ad ſimilitudinem Dauidis parentis, vocatus fuit poſtea *Cheliab*, id eſt, *patri ſimilis*, omni iam dubitatione ſublata. Sed neque C illa huiuſmodi incertitudo in natalia Salomonis incidit, vt propter incertitudinem de parente aliquam, vocari *Mamzer* potuiſſet. Quippe iam erat Bethſabee in poteſtate Dauid, cùm genitus eſt Salomon.

Filius meretricis incerto patre.

Abulenſis.

Cheliab filius Dauidis.

Hebræorũ narratio.

De patre Salomonis nulla dubitatio.

Tertiò. Mamzer extenditur ad eos, qui ex damnato concubitu geniti fuiſſent, ſiue ex inceſto, ſiue ex adulterio. Propterea primus ex Bethſabee, non ob aliã rationem, quàm quòd adulterinus Mamzer eſſet, diuino iudicio ſublatus eſt 2. Regum 12. 15. *Percuſſit Dominus paruulum, quem pepeerat vxor Vriæ Dauid.* Quippe alieni viri vxor filium pepererat non ſuo viro, ſed alieno: & id obſeruat Theodoretus quæſt. 16. in 2. lib. Regnm. Rogat enim; *Quamobrem infantem recens natum* D *morti tradidit Deus?* Reſpondet, *Viuus erat futurus argumentum ſceleris ac iniquitatis. Pij ergo regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens Dominus, non ſiuit eum viuere.* Sanè ſcriptum eſt, Sapientiæ capit. 4. 6. *Ex iniquis ſomnis* (ex damnato, & illegitimo, aut adulterino concubitu) *filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua;* cùm videlicet quæſtio & examen ſit de genere, & parentibus illorum. Nunc ergo examinandum, an hac ratione fuerit Salomon *Mamzer*. nam quidam, quos ſuperiùs adduximus, damnant matrimonium Dauid cum Bethſabee: & Theodoretus quæſt. 25. in 2. lib. Reg. *appellat ma-* E *trimonium nefarium.* Procopius eodem loco, *contra legem contractum*, vt quod à Nathan propheta exprobretur Dauidi 2. Reg. 12. vt cap. 1. latiùs expoſuimus. (Et quidem huc videtur facere, quod fortè propterea in eo libro Tradit. Hebraicarum, indicatum eſt ab Hieronymo) quòd Hebræorum magiſtri etiam dicunt, filios ſecundarum nuptiarum naſci ex ſcorto. Nam inter Prouerbia Ben-Syræ, Alphabeto 2. littera, *Ghain*, ſic habetur: *Oculos tuos abſconde à muliere vidua, & ne concupiſcas pulchritudinem eius in corde tuo, quia filij eius, filij ſcortationum ſunt.* Quod quidem ſi vidua in legitimum matrimonium aſſumpta ſit, contra Apoſtolum eſt, dicentem 1. Corinth. 7. 39. *cui vult nubat:* niſi fortè velit ſimilitudinem quan-

Theodor.

Filij adulterini teſtes aduerſus parentes.

4.

Theodor. *Procopius.*

Filij ſecundarum nuptiarum. Rabbinorũ prouerbiũ.

A quandam longiſſimè petitam mulieris repetentis nouas nuptias cum ſcorto, quod multos viros admiſit, ſicut idem Ben-Syra in litera *Samech.* dixerat; *Scriba ducat Virginem, & ne ducat eam, quæ maritum habuit. nam aquæ virginis tibi ſoli erũt; aquas verò eius, quæ maritum habuit, antè alius præter te hauſit.*

Ben-Syra.

5. In hac re certò ſtatuendum Bethſabee poſt ſex alias Dauidis vxores in Scripturis nominatas 2. Regum 3. & 1. Paralipom. 3. in legitimam vxorem à Dauide aſſumptam. Hoc neceſſariò conuincit *vxoris* nomen, quod illi dant Scripturæ 2. Regum 11. *Audiuit vxor Vriæ* (vides vxorem abſolutè dici etiam viri defuncti) *quòd mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eum. Tranſacto autem luctu miſit Dauid, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitque ei filium.* B Vbi obſerua phraſim illam pariendi viro, ſemper ſignum eſſe, quòd filius ſit genitus ab eo cui mulier dicitur *parere*, & qui iam partus tempore, legitimus vir ſit. Vides etiam hic quamuis adulterinum, at dici partum Dauidi cedere, qui iam maritus ſit, à quo ſit genitus, quippe ſcriptum; *vxor tua pariet tibi.*

Bethſabee vxor legitima Dauidis.
2. Reg. 11. 26. 27.
Parere alicui.
Lucæ. 1. 13.

Secundò. Ex promiſſione de Salomone naſcituro Dauidi à Deo facta 2. Regum 7. ex nomine dilecti 2. Regum 12. ex ſucceſſione regni per Salomonem 2. Regum 7. 1. Paralipom. 22. Pſal. 88. Quæ quidem omnia, neque cadunt in ſpurium, & natum ex adulterio; neque non videretur iniuria fieri legitimæ proli, ſi huic adulterina & notha anteferretur. C Quare Adonias hoc ſolum in ſe maius Salomone agnoſcit quòd *maior natu ſit*, hoc enim ſibi voluit, cum 3. Reg. 2. 15. dixit Bethſabee: *Tu noſti, quia meum erat regnum*; nimirum iure primogenituræ.

Salomõ ex legitimo matrimonio.

Tertiò. Ex 3. Reg. 1. *Erimus* (inquit Bethſabee) *Ego & Salomon peccatores.* Quod expoſuimus cap. 2. Rurſus ex illo 2. Reg. 12. *Conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam*, &c. quod expoſuimus cap. 3.

Tandem ex Matth. 1. *Dauid genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Vriæ.* Vbi quis non videat prorſus amoueri a Salomonis natalibus omnem ſpuriæ ſobolis notam? nam quæ olim fuit *vxor Vriæ*, iam Dauidis legitima, ex legitimis nuptijs concepit, D peperitque Salomonem. Et proculdubio aliæ huius locis expoſitiones, quas reiecimus ſuperiori capite, dignæ erant, vtpote alienæ & nothæ, quæ reijcerentur; illa quam indicauimus, digna quæ iterum tractetur, vxores ex viris, non ex proprijs nominibus ſemper nominari. Præſertim cùm viri ſint notiores fœminis. quare hæ ex illis potiùs quã ex ſe notæ & nominatæ.

6. Sed iam reliquum videbatur, vt per extentionem quandam nominis, ille dici potuiſſet *Mamzer*, qui natus fuiſſet ex matre, aliquando ſcorto, aut adultera. Qua ratione huiuſmodi *Mamzeris* compellatio in Salomonem cadere poterit, & in reliquos etiam illius fratres ex Bethſabee; vt libẽter admittit Hugo ſuperius citatus. E Nam tantum pudoris & honoris dedecus, vix elui poteſt, quin ſi nõ veſtigium, memoria ſuperſit. Eum loquendi modum ſeruãt Scripturæ Oſeæ. 1. 2. *Sume* (inquit Deus) *tibi vxorem fornicationũ, & fac filios fornicationum.* Quamuis enim ex vxore iã legitima ſuſcepti, at filij proculdubio erant mulieris quondam fornicariæ, & cuius pudoris labes vix ſatis elui poſſe videtur. quã interpretationẽ admittit, & videtur vt ſecundo loco poſitam, potiùs ſequi Hieronymus. *Quòd ideo dicantur filij fornicationis, quia ſint de meretrice generati.* Quod idẽ indicat interclinearis, & forte eò etiã ſpectat illud ſcomma Saulis iactatum in filiũ Ionatham. 1. Reg. 20. 30. *Fili mulieris virum vltro rapientis.* Quaſi mater illius ſe ipſam Sauli expoſuerit, quę iam accepta in coniugem Ionathã pepererit; atque illa ipſa prima verecũdiæ nota nũc in dedecus filij redundet. Quãquã de huius loci varia & minimè facili explanatione alibi. Ergo hoc potuit modo Salomon vocari *Mamzer*, & peculiari Dei miſericordia ad ſalutẽ & incolumitatem indiguiſſe, vt dicebat Hieronymus, vtpote filius illius quæ quondã fuiſſet adultera, atque propter adulterium commerita, ne vllus poſtea eius filius vitalis exiſteret. Scriptum eſt enim de adulterio: *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Quæ geni- B minum eradicatio, quid aliud eſt, quàm illud Sap. 4. 3. *Spuria vitulamina (adulterinæ plantationes, & ſtolones ſpurij, filij nothi, & illegitimi) non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt; & ſi in ramis in tempore germinauerint, infirmiter poſita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.*

An aliqua rõne Mamzeris nomẽ conueniat Salomoni.
Mulier ſemel adultera numquã ſatis eluta in hõium memoria.
Filij fornicationum apud Oſeã qui.
Hierony.
An Salomõ aliqua rõne Mamzer.
Adulterinã proles infauſta.
Iob. 31. 12.

7. Habes ex dictis quid ad Hieronymi authoritatem tuendam atque explicandam ſententiam vero ſimiliter dici poſſit. Nam quòd negarũt alij, id opus Traditionum Hebraicarũ eſſe Hieronymi, vt & negat Eraſmus, & inclinat Marianus Victorinus, & Bellarminus in cenſura; alterius loci & examinis eſt.

An opus Traditionũ ſit Hieronymi.

C

CAPVT VI.

Salomonis prænuntiatio & diuina promiſſio: & pro illo matris vota.

Ad locum 2. Reg. 12. 24. & conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam. Et Prou. 31. 2. Quid dilecte mi? Quid dilecte votorum meorum?

1 *Solatium Bethſabee poſt pueri mortem multiplex, intuitu Salomonis naſcituri. Enos quomodo cœpit inuocare nomen Domini.* D
2 *Hebræorum Traditio de Bethſabee veroſimilis.*
3 *Salem vrbs nomine prænuntians futurum Salomonem. Sub Salomone felicior, quàm ſub Melchiſedech.*
4 *Salomon parenti promiſſus propter meritum & votum ædificandi templum. Filius dicitur domus & ædificium. Templum antiquum velut figura templorum Eccleſiæ Chriſtianæ.*
5 *Nomen Salomonis prænuntiatum. Quatuor antequam naſceretur prædicta nomina.*
6 *Amantium, prægnantium, nouarum nuptarum vota.*
7 *Patres etiam ſolliciti, & precabundi pro obtinendis filijs. Patriarcharum cura & preces ad deprecandam vxorum ſterilitatem. Filij, ædificium parentum. Illuſtratus Moyſes, & locus Regum.* E

1. SOLATIVM, quo peracerbus Bethſabee dolor lugentis prematuram ex rege parente filij mortem, lenatus fuit; non ex vna tantùm cauſa proficiſcebatur, verùm ex pluribus; ſed quæ omnes vnicum Salomonem reſpicerent, atque huius promiſſionem, conceptionem, ortum, felicitatem, regnum prænuntiatent;

Solatium Bethſabee poſt mortẽ pueri plurib. de cauſis.

Gen. 4. 25. rent; vt potuerit, iam mutuatis ab Eua verbis A diaiſſe Bethſabee; *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro puero, quem occidit iuſta vindicta.* Videbatur autem Eua ſingulariter lætari, & leuari ex meſtitia & luctu Abel, non tam propter Seth, quàm propter

Enos cępit inuocare nomen Domini.

Enos, filium Seth, *qui cœpit inuocare nomen Domini;* Quod doctiores eò referunt, quòd Enos certos ritus & cerimonias diuini cultus inſtituerit, altaria erexerit, & certa etiam loca deſignauerit ad inuocandum & colendum Deum: quod eleganter in Salomonem conuenit, Templi illius fabricatorem vniuerſo orbe magnificentiſſimi, in quo cultu & cerimonijs quàm exquiſitiſſimis *inuocatum eſt nomen Domini.*

2. Abul. Hebræorũ traditio.

Ergo ad eum locum ex 2. Reg. 12. hanc affert Abulen. quæſt. 24. Hebræorum, ſiue expoſitionẽ, B ſiue traditionem; Bethſabee, ex infantis morte dolentem, ac metuentem, ne ſi quos deinde ex Dauide haberet filios, ſimili morte præriperentur, decreuiſſe prorſus à Dauidis conſuetudine abſtinere.

Bethſabee exterrita morte filij adulterini.

Dauidem verò conatum hanc falſam ex illius animo ſuſpicionem adimere, diuinũ illi oraculum expoſuiſſe, atque iureiurando affirmaſſe, fore, vt quem primum ex illa ſuſciperet, non ſolũ vitalis, ſed ſoſpes, ac fortunatiſſimus mortalium, ſibi in paterno regno hæres ſuccederet. Hæc ergo incredibilis ſolatij optima & grauiſſima cauſſa & quidem veroſimilis, ſed quæ fundamenta alia habeat longè veriſſima & indubitata, ſigillatim exponenda.

3. Salẽ & Salomonis nominum cognatio.

C Ergo videtur prænuntiatus Salomon iam inde ab antiquiſſima vrbis Salem fundatione & appellatione, in qua videtur deſignata adumbratio quędam nominis Salomonis. Namque cùm *Salem* nomen habeat à pace, id eſt, à felicitate, & rerum omnium optimarum affluentia, & copia, quę cum pace coniunctæ ſunt; atque cùm eadem ſit, & ab eadem radice, notio nominis *Salomonis*, profectò

שלם Salem felicior ſub Salomone q̃ ſub Melchiſedech.

Salem, multo maiorem cognationem videtur habere cum Salomone, qui illam amplificauit, & exornauit, quàm cum Melchiſedech, primo illius fundatore, & Rege. Pręterea, non ſolùm nomine, ſed re ipſa, numquam ſub Melchiſedech, tanta vrbis felicitas, neque tanta rerum earum abundantia quæ vitam iucundam & beatã efficiunt, quanta ſub Salomone. Rurſus, quamuis Melchiſedech fuit re ipſa atque nomine *Rex iuſtitiæ*, & iuſtitiæ vindex; tamen hoc de Salomone vberius & verius: quamuis enim de Christo Propheticè, & in quibuſdam etiam litteraliter; tamen quod de iuſtitia & pace dicitur, vt titulus ipſe Pſalmi 71. pręfert: *Pſalmus Dauid in Salomonem;*

Salomon rex Iuſtitiæ.

Salomonis iuſtitiæ regis, & vindicis, & typi Meſſiæ, iuſtitia, & felicitas canitur, *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis. Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio.* Quod cum illo conuenit 3. Reg. 3. 28. *Timuerunt Regem videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.* De quo dicemus lib. 6. vbi de Salomonis virtutibus; & in expoſitione illius Pſalmi, eodem libro, E Et lib. 5. vbi oſtendemus Salomonem fuiſſe Regẽ Regum. Ex his omnibus colligo, Salem nomine ſuo prænunciaſſe, prætuliſſe, poſtulaſſe, expectaſſe Regem Salomonem.

4. Salomon promiſſus parenti.

Secundò promittitur, ſi non Angeli, certè Prophetę Nathan, vaticinio 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. filius ædificaturus templum, qui futurus eſſet paterna & indulgenti charitate complectendus ab ipſo Deo; & tanquam filius ſtabiliendus & confirmandus in regno. Vbi obſeruandum, hanc fuiſſe ampliſſimam & magnificentiſſimam Dei promiſſionem, & ipſum Salomonem ad miraculum felicißimum: quippe cum multo ſit abundãrior in reddendo quàm in promittendo Deus; vellet autem gratificari Dauidi Regi ingentem illum propenſi animi affectum in ædificationem Templi; oportuit nonniſi maximo quodam beneficio, atq; ampliſſimo promiſſo, & quod proportione quadam reſponderet liberalitati & voluntati Dauidis, illũ afficere.

Deus ĩ reddendo q̃ĩ in promittendo liberalior.

Cùm autem votum & ſtudium Dauidis eſſet de ædificando templo, qua proportione accipit à Deo promiſſum de ſuſcipiendo filio? certe exquiſita & eleganti.

Voto Dauidis de ædificãdo tẽplo opportunè reſpondet promiſſio naſcitur filij.

Nam dicitur *filius* quaſi *domus* aut ædificium patris, actiuè nimirum, quia pater filio domum conſtituit & parat, cùm domo paterna pellitur, & *relinquit patrem, & matrem*, vt ſeparata in domo cum vxore viuat.

Filij dicuntur domus.

Ergo Dauid volens Deo, cæli domicilia incolenti, domum ædificare terreſtrem, videbatur illius filio ſponſam Eccleſiam in terris ducturo domum præparare. Tẽplum enim corporeum videtur olim Deus ex peculiari ratione acceptum & gratũ habuiſſe, quòd id eſſet quaſi præparatio & veſtibulum templorum Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ Dei filius factus homo, & ſacris Euchariſtię ſpeciebus conueſtitus incolit: ſicut enim omnia ſacrificia corporea, reſpiciebant ſacrificium filij Dei; ita & templum, quod potiſſimùm ad ſacrificandum erigebatur (id quod & nomen *templi*, & nomen *altaris* manifeſtè indicant, vt eleganter oſtendit Bellarmin. agens de cultu Sanctorum) templum, inquam, in quo illæ antecedentes victimæ, reſpiciebant noſtra templa, in quibus vera victima Chriſtus.

Templum antiquũ veſtibulũ tẽplorum Eccleſiæ Chriſtianæ.

Bellarm.

Vides igitur quàm opportunè reſpondeat diuinum promiſſum de ſuſcipiendo filio, Dauidis obſequio de ædificando templo.

Præterea obſeruanda diuina liberalitas; Quippe non priùs accipit templum, deinde illud ingẽti beneficio compenſat: ſed interdicit Dauidi tẽpli ædificationem, vt priùs accipiat Salomonẽ filium: iſque ædificando templum, ſciat priùs, potiùs pro ſe ipſo gratiarum debitum ſoluere, quàm præuio aliquo obſequio præſtito diuinam beneuolentiam demereri.

Salomon ædificans templũ pręuenitur a Deo ingẽti beneficio.

Rurſus 1. Paralipom. 22. 8. videtur prædictum ipſum nomen Salomonis, ſimul cum prima illius promiſſione facta per Nathan Prophetam. *Factus eſt* (inquit Dauid) *ſermo Domini ad me, dicẽs. Filius, qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus, &c. & ob hanc cauſam pacificus vocabitur ipſe: ædificabit domum nomini meo, &c.*

5. Salomonis nomen prędictum.

D Cùm autem nominis cælitus accepti impoſitio puero iam nato tantam afferat gloriæ laudem; quantam efficiet nomini ipſius ante natiuitatem, ante conceptionem, ex diuino oraculo prædictio: & quæ non niſi pauciſſimis cõtigit, atq. illis, in quibus plurimùm eſſet expreſſa Chriſti ſeruatoris imago? de quo ſic Hieronymus, in Tradit. Hebraic. Gen. 17. *Sciendum, quòd quatuor in veteri teſtamento, abſque vllo velamine, nominibus ſuis, antequam naſcerentur, vocati ſunt, Iſmael, Iſaac, Salomon, & Ioſias.* Lege Scripturas.

Hieronym.

Quatuor nomina p̃dicta antequã infantes naſcerẽtur.

E Quod cùm ferè deſcribat Eucher. q. 2. in Luc. illud eleganter addit, *hos ipſos ortu videri inuiores, quàm nomine.*

Eucherius.

6. Bethſabee vota p̃ Salomone qualia.

3. Videtur Bethſabee vota nuncupaſſe pro filio Salomone, cuius promiſſionem & nomen acceperat ex prædictione Nathan. Colligo ex ijs quæ ipſe Salomon, ex perſona ſuæ matris, recitat, Prouerb. 31. quibus ipſum filium blandè compellauit; *Quid dilecte mi? Quid dilecte vteri mei? Quid dilecte votorum meorum?* Quod quamuis alij ad effectum muliebrem referant, & ad maternam indulgentiam, cuius in Salomonem tendebant omnia vota, & deſideria, vnicè dilectũ & exoptatiſſimum,

Ianſen. Dionyſ. Nicol.

Vatablus. *Boynus.*

A mum,& cui ſummo deſiderio & ſummis precibus regnum à Dauide parente ipſa impetrauit: alij propinquius, vt appellet *filium votorum ſuorum, pro quo omnia vota ſua emittebat*; & paulo dilucidius alij referant ad vota pro ſalute filij nuncupata: (nam qui amant vehementius, ſolent pro ſalute & incolumitate eorum quos amant, vota facere; vt indicat illud ex eodem libro Prou. cap. 7. 14. Meretricis ſummum erga iuuenem præferentis amorem; *Victimas pro ſalute deuoui; hodie redidi vota mea.*) Tamen ad vota quædam prægnantium, aut puerperarum, poſſet referri. Nam legimus apud Diodorum lib. 2. cap. 4. *Facere Aegyptios Dijs quibuſdam vota pro pueris, qui de morbo euaſerint, radenteſque capillos, ac in auro argentove reponentes dare munus Magis.* Fecerunt ergo & Iſraeliticæ puerperæ ſimilia Deo vero vota, ac Bethſabee præſertim, propter illum, quem ſuperius diximus, animo concepiſſe metum inſauſtæ conceptionis, non ſolum poſt conceptum Salomonem, ſed etiam antequam conciperet. Vota verò ad deprecandam ſterilitatem nuncupare, mos fuit nouis nuptis. Quid enim triſtius, quàm ſterile coniugium? Ergo noua nupta in Mutini faſcino ſedere ſolebat, boni hominis & liberorum ſuſcipiēdorum cauſa. Scriptor Auguſt. 6. de ciuitate cap. 9. cum Arnobio lib. 4. Lactan. lib. 1. Vide Meurſium ſuo de puerperio ſyntagmate c. 1. illud veriſſimū eſt, Parentes qui prole orbantur, in triſtitia viuere, & frequentes pro illis ſuſcipiendis preces fundere, non ſolum matres, ſed patres etiam.

Amicium pro amatis vota. Vota prægnantium. Aegyptij pro incolumitate puerorum vota nuncupantes. Nouæ nuptæ pro fœcunditate vota nūcupantes. Mutinus Deus. *Auguſt.*

7 Sic videas Geneſ. 25. 20. *Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis.* Quod ex Hebræo propriè legitur: *Orauit Iſaac ad Dominum è regione vxoris ſuæ*, ſiue, vt Vatablus; *præſente vxore ſua.* Oleaſter; *Et multiplicauit Iſaac Domino contra vxorem ſuam.* Nimirum quòd ſæpius orauerit, & multiplicauerit preces non ſolum Iſaac, ſed etiam ſimul Rebecca, videlicet vno è regione alterius poſito. Quia enim vterque ſimul atque ſæpius orabat, potuerūt dici preces multæ, aut multiplicatæ. Quamuis & ex proprietate verbi originalis poſſunt dici preces multæ frequentes, ſpiſſæ, importunæ. Affert enim verbum, vt volunt R. Dauid, & R. Salomon, multiplicationem, vehementiam & denſitatem quādam, quòd oratio eſſe debeat aſſidua, vehemens, multiplex: Et *pro vxore ſua*, id eſt, vt conueniat cum originali, reſpectu & intuitu vxoris ſuæ; id eſt, illam ſibi in his precibus proponebat ante oculos, propter quam preces funderet, ad deprecandam eius ſterilitatem: Sed tamen prolem conceſſerit Deus deprecantibus, non tam propter preces Rebeccæ, quàm propter Iſaac; tum propter rationē dictam: Nam oratio viri ſanctiſſimi videtur efficacior, vtpote maſcula; præſertim cum agnoſceret Rebecca, Abraham & Iſaac promiſſam eſſe generationē ſanctam; idcirco illius intereſſe precari pro filijs ſuſcipiendis; tum quòd non erat neceſſarium dicere mulierem ſterilē oraſſe pro ſuſcipienda prole. Roganti quidem Eliſæo, 4. Reg. 4. *Quid vellet* mulier illa magna *vt faceret ei*? opportunè reſpondit Giezi; *Nequaras, filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt.* Ad preces autem illas Iſaac pro ſuſcipienda prole, dicunt Hebræi reſpicere verba illa Rachel, Gen. 30. 2. loquentis ad Iacob, *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Explicant videlicet: Effice, & impetra precibus tuis a Deo vt fœcunda ſim, ſicut impetrauit pater tuus matri tuæ Rebeccæ; alioquin mortuam me exiſtimabo; Et verò parentes, quibus non ſint filij, eſſe ſe velut mortuos exiſtimant, quorū nulla extare poſſit memoria. Tum præterea eſſe miſerabiliter dirutos; atque ideo fi-

Patres & ſolliciti de prole ſuſcipienda. *Regia.* *Vatablus.* *Oleaſter.* Verbū deprecandi. *R. Dauid.* *R. Salomon.* עתר Patriarcharum peculiaris precatio pro ſuſcipienda prole. Feminarū deſiderū prolis. Cōiuges ſine filijs mortui, & deſolati. בנה Parentes

A lios dici *ædificium parentum*, & parentes *ædificari* ex filijs; quorum ipſi ſint fundamentum: fundamentum autem ſine ædificio dirutum & ſubuerſum cenſetur.

fundamentum ædificij filiorū.

CAP. VII.

Salomon ne ex miraculo conceptus, & per repromiſſionem natus.

Ad locum 2. Reg. 11. 2. Erat autem mulier pulchra valde.

B 1 *Ruperti ſententia, de ſterilitate Bethſabee. Septem fœmina ſteriles, miraculo matres.*

2 *Pulchritudo cum ſterilitate coniuncta. Vnde ſterilitas Iudith an ſterilis. Cur illius opes commemoratæ in Scriptura.*

3 *Eſther an ex Aſſuero liberos genuerit. Pulchritudo cum pinguitudine.*

4 *Nihil in humanis vndequaque perfectum. Moyſes an tardus lingua, poſtquam accepit virtutem miraculorū. Quæ illius blæſitudo. Illuſtratus Eccleſiaſticus. Cupreſſus ſterilis.*

5 *Bethſabee minimè ſterilis. Ex vno concubitu concipiens. Illuſtratus Samuel.*

6 *Solutiones obiectorum. Pulchritudo & fœcunditas ex temperamento moderato.*

C NOn deeſt qui hanc quoque prærogatiuam laudis, & Chriſtum Ieſum referendi, tribuat Salomoni; quòd de Bethſabee ſterili conceptus fuerit, *non ſecundum carnem*, vt Paulus de Iſaac loquitur, ſed ſecundum repromiſſionem, ita vt mater ſterilis virtutem in conceptionem ſeminis acceperit. Is eſt Rupertus, ſuper id Matth. 1. *Inuenta eſt habens de Spiritu Sancto.* Vbi loquens de Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, ſcribit in hæc verba: *Patres iſti omnes ſteriles habuere coniuges, vnde & qui generati ſunt in pleriſque factis ſuis typū geſſerunt Ieſu Chriſti, qui verè natus eſt de vtero ſterili. Quid enim tam ſterile quàm virginitas?* D *Septē matres fuiſſe ſteriles ſacra Scriptura memorat, Saram, & Rebeccam, Rachel, & eam quæ peperit Samſon, Annam, matrem Samuelis, Bethſabee, quæ fuit mater Salomonis, & Eliſabeth, quæ peperit præcurſorem Domini. Qui ex iſtis nati fuerunt, magni fuerunt, & in pleriſque (vt iam dictū eſt) factis ſuis admirabiles quaſdam ſimilitudines Domini prætulerunt, de virginitate naſcituri, quæ naturaliter ſterilis eſt, & non parit; videlicet Iſaac, & Iacob; Ioſeph, & Samſon, Samuel, & Salomon.* Facit huc, quod Dionyſius ex veroſimili quorūdam interpretatione elucidat id 2. Reg. 11. *Statim ſanctificata eſt ab immunditia ſua*, his verbis: id eſt, *ab ſterilitatis opprobrio liberata, quoniam ante non genuit.*

5 Ad Gal. 4. 23. Hebr. 11. 11.

Septē matres ſteriles natura.

Dionyſ.

E Hanc Ruperti ſententiam, mirabilem ſanè, cuius præterea non legerim alium patronum, exemplo & ratione aliqua confirmemus: quæ vtrumque, id eſt, ſterilitatem cum pulchritudine, coniungat; atque adeo efficiat Bethſabee pulcherrimam, ſterilem quoque, ex veroſimili coniectura. Exemplum petitur ex Sara, cuius nimia *pulchritudo* celebratur, Gen. 12. 11. 14. ſterilitas verò, Gen. 16. 2. & 17. 17. *Ecce concluſit me Dominus, ne parerem, concluſit*, inquit; quippe clauem fœcunditatis, ad aperiendum; ſterilitatis, ad claudendum, Deo tribuebant, vt Gen. 30. ſcribit Paraphraſtes Ieroſolymitanus, & opportunè quidem vtitur verbo *clau-*

Pulchritudo cū ſterilitate.

Clauis fœcunditatis, & ſterilitatis.

dendi,

Gale. com. 3. Aphor.

dendi, ſiue obſtruendi, ſiue conſtringendi. Nam A cum Hippocrate Galenus ſterilitatẽ refert ad ſpiſſitudinem vteri: *ſpiſſitudinem verò ad ſummopere anguſta ora vaſorum, quæ ad vterum pertingunt, quæ ea facilè obſtruunt, cum propter natiuam anguſtiã, tum propter magnam copiam humoris pituitoſi.*

Sterilitas ex anguſtia vteri.

Rurſus Rebecca *decora nimis, virgo pulcherrima*, Gen. 24. 16. *ſterilis verò*, Geneſ. 25. 21. Rachel, *decora facie, & venuſta aſpectu*, Gen. 29. 14. addunt Septuag. *valde*, & *infœcunda*. Gen. 30. 1. Ex quo mœrore contabeſcebat; dixit enim ad Iacob: *Da mihi liberos, alioquin moriar.*

Iudith an ſterilis. Iudit. 8. 7. Fulgentius.

Illud paulo incertius, ſed valde veroſimile, Iudith, *quæ erat eleganti aſpectu nimis*, nõ nihil etiam amplius iuxta Septuag. *erat pulchra ſpecie, & decora aſpectu valde*. Quam etiam Fulgentius Epiſt. 2. cap. 15. dicit *ætate virentem, aſpectu mirabilem*; Fuiſſe quoque ſterilem; cuius rei coniectura duplex: altera, quòd nulli illius ſcribantur filij:

Cur cõmemorentur opes Iudit.

altera, quòd, ideo videantur ſcribi ampliſſimæ opes ei a viro ſuo relictæ, vt indicaretur nullam ſuſcepiſſe ex ea prolem, cui paterna hæreditas legitimo iure cederet. Hanc enim commemoratarum opum cauſam dico, præter illas, quas ſcribit Serarius noſter, Iudith 8. quæſtiuncula 14.

Serarius.

3

Eſther an ex Aſſuero filium habuerit. Eraſmus. Serarius.

Vltima Eſther c. 2. 15. *Formoſa valdè & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur: & adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres: habuitque gratiam & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius.* Ex Eſthere verò Aſſuerum ſuſcepiſſe prolem quorundã fuit opinio, ſed deriſa ab Eraſmo præfat. in lib. Aug. de Ciuit. exploſa quoque a Serario, Eſther. 2. q. 7. Quippe qui nuſquam legerit, Aſſuerum ex Eſthere vllum filium procreaſſe. Itaque iam hic vides non ſemel, ſed quater aut quinquies coniunctam cum pulchritudine ſterilitatem.

Pulchritudo ex pinguedine.

Exemplis accedit ratio ex philoſophia naturali; Nam pulchrum, & venuſtum corporis habitum, quippe ſucculentum & minimè ex carnẽ, aut macrum, reddit pulchritudo; hæc verò ſterilitatem efficit authore Plinio, 11. cap. 37. *Steriliora cũcta quæ pinguia.*

Sterilia quæ pinguia.

Illud præterea, quod ad mores, noluiſſe ſupremum rerum moderatorem Deum; ita res humanas perficere, quin aliquid præſtantiſſimis etiã atque abſolutiſſimis deeſſet. Nam ſit Lia fœcunda, D deeſt tamen illi pulchritudo.

4

Nihil vndequaq; perfectum. 2. Cor. 11. 6. Exo 4. 10. Moyſes cũ virtutẽ miraculorum accepit, linguæ defectũ ſenſit. Origines. Cyrillus. Rupertus.

Sit Rachel *venuſto aſpectu*, deeſt tamen illi fœcunditas. Sit Paulus *Gentium Doctor* & plenus ſcientia, tamen imperitus ſermone: Moyſes ingentium miraculorum patrator; at non eſt *eloquens, ſed impeditioris, & tardioris linguæ*; ſiue, vt Septuag. legunt: *exilioris vocis*, alij *raucioris*; & indigens fraterno Aaronis ore ad eloquendum. Quòd ſi quando & expeditoris linguæ, & efficacitatis in loquendo inſignis fuit, at cum virtutem prodigiorum illi contulit Deus, linguæ efficacitatem & expeditionem abſtulit, vt Origenes, Cyrillus & Rupertus volunt, vt aliquid tandem ſiue verbis ſiue opere, illi deeſſet. Sit eloquens Aaron, & *in his, quæ ad Deum*, at ſumma gu E bernandi non ſit penes illum. Opulentiſſimus, & ſapientiſſimus Salomon, ſed ad tẽplum ædificandum indigeat ope & opera Regis Tyri, & fabris lignarijs, ac latomis Sidonijs: & iuuenis fœliciſſimus, ſit tandem ſenex miſerrimus.

Sol cur nõ lucens ante quartũ diem.

Etiam Sol ipſe reliquorum luminum princeps ac dux, ne omni ex parte blandiri ſibi ſuper reliquas creaturas poſſet, non niſi quarta luceat die, vt cum de lumine, ſed de antiquitate minimè gloriari poſſit, ſic obſeruãte Chryſoſtomo, hom. 6. in cap 1. Geneſ.

Chryſoſt.

Denique illud veriſſimum Ieſu Siracidæ 17. 29. *Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus.* Et rurſus: *Quid lucidius ſole? & hic deficiet.* Ergo cum pulchritudo ſit velut lumen quoddam ex cœlo effuſum, & velut radius a ſummo pulchro, vt aliquãdo diſſeruimus; at in fœminis hunc, quo maximè illius vis diluitur & deferbet, defectum ſterilitatis frequenter adiecit Deus. Vt iam minus miranda ſterilitas Bethſabee, quo illius maior pulchritudo, 2. Reg. 11. *Pulchra valdè*. Ioſeph. 7. Antiquit. cap. 7. *Inſigni forma præcellens*.

Ioſephus. Cupreſſus ſine fruge.

Cupreſſum vides iucunda quadam ac bene compoſita proceritate conſpicuam, ſed ſine fruge, quippe pulchritudinem ſterilem. Tandem huc accedit, quòd nulli ſcribantur filij Bethſabee ſuſcepti ab Vria; neque credibile nouam nuptam fuiſſe; quippe non tam citò dimitteretur ab Vria proficiſcente in bellum iuxta legem Deut. 20. 7.

Prenus in Cupreſſo. Bethſabee non noua nupta Vriæ.

5

Bethſabee minimè ſterilis, ſed ex vno concubitu concipiens.

B Nihilominus ſi in hac re quicquam inſoliti, aut ex miraculo accidiſſet, proculdubio non prætermiſſet Scriptura. Res autem eſt manifeſta, Bethſabee tantum abfuiſſe ab ſterilitate, vt facilè & ex primo concubitu conceperit, tum priorem illum infantem ex adulterio, tum poſteriorem Salomonem. De priori non obſcurè indicat Scriptura ex primo concubitu cõcepiſſe. 2. Reg. 11. 4. *Dormiuit cum ea, ſtatimque ſanctificata eſt ab immunditia ſua, & reuerſa eſt in domum ſuam concepto fœtu, mittenſque nuntiauit Dauid, & ait, Concepi.* Quo loco Nicolaus, Dionyſ. Hugo, admittunt *ſtatim concepiſſe*, & eodem modo Nicolaus, itemque Abul. non niſi ſemel viuente Vria cognitam a Dauide.

Nicolaus. Dionyſius. Hugo. Abulenſis. Bethſabee adulteriũ cũ Dauide ſingulare.

De Salomone verò 2. Reg. 12. 24. C *Conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam, ingreſſuſque ad eam, dormiuit cum ea, quæ genuit filium, et vocauit nomen eius Salomon.* Eadem facilitate, qua primus conceptus. Deniq; quæ mulieres ſteriles ex miraculo pepererũt, non niſi ſemel, aut bis concepiſſe ſcribuntur: At Bethſabee, ſiue ex Vria, ſiue ex Dauide, plures alios ſuſcepiſſe conſtat ex Scripturis.

6

Pulchritudinis cum fœcunditate temperatio.

Ad ea verò, quæ pro ſterilitate Bethſabee obijciebantur, facilè occurritur; namque pulchritudini cum fœcunditate nullũ eſt natura ſua diſſidium potius affinitas, & agnatio; nam cum pulchritudo ex temperatione humorum conſtet, item & fœcunditas, minimè per ſe ſe ſterileſcet pulchritudo, niſi caſu aliquo impedimentum naſcatur; tum in D fœmina, tum in viro. Vide Hippoc. cum Galeno, loco indicato. Rectè verò efficit confirmatio illa alia, immoderatam pinguedinem, ſterilem eſſe, non illam, quæ modum habet, & ad pulchritudinem confert.

Immoderata pinguedo ſterileſcens.

Quid verò ex peculiari Dei prouidentia aliquando eueniat, opportunè exempla illa allata oſtendunt. Sed an Salomon habuit fratres alios vterinos, & ex Dauide quidem, iam videndum.

CAP. VIII.

An Dauid alios præter Salomonem ex Bethſabee liberos procreauerit.

E

Ad locum Prouerb. 4. 3. *Ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea.*

1 *Conciliatio locorum in ſpeciem pugnantiũ. Chriſtus Ieſus Synagogæ filius. Tractatus locis Prou.*
2 *Filij Vriæ an adoptati a Dauide.*
3 *Bethſabee, nullis filijs ex Vria, accepta a Dauide. Elucidati Samuel, & Salomon. Tertius caſus quid deſignet.*

4 Peri-

4 *Periphraſis filij dilectiſſimi. Vnigenitus & vnicus. Quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon, & locus Regum.*
5 *Secunda dubitationis obſcuritas. Annij ſententia improbata.*
6 *Salomon alijs vterinis fratribus natu maior.*
7 *Cur Salomon vltimo loco numeratus. Ordo filiorum Iacob perturbatus.*

1. Numerus filiorum Bethſabee.

DE hac re ſic ſcribitur 1. Paralip. 3. 5. *in Ieruſalem nati ſunt ei* (Dauid) *filij Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Bethſabee.* Cum hoc in ſpeciē pugnat, quod ipſe de ſe teſtatur Salomon, Prouerb. 4. 5. *Ego vnigenitus coram matre mea.* Repugnantiæ huius non vna conciliatio, & elucidatio interpretū, neque vna in hac re ſententia. Prima aſſerit, Bethſabee nullum aliū, præter illum infantulum, qui iam obierat, filium habuiſſe, quàm Salomonem. Hoc diſertis verbis aſſerit Galatinus, lib. 2. c. 5. Neque aliter probat quàm ex illis ipſis verbis, Prouer. 4. Quæ quia exiſtimat non poſſe in Salomonem conuenire, intelligit ad litteram de Chriſto Domino. Ergo cum legat ex traditione Rabbinorum; *Ego vnicus filiorum matris meæ,* ait non fuiſſe vnicum reſpectu Dauidis: nam is plures, ex pluribus vxoribus procreauit; neque reſpectu matris, nam cum Bethſabee nullum alium ſuperſtitem præter ipſum haberet, non poterat dici, *vnicus filiorum matris ſuæ.* Ergo intelligit illud dictum ſolummodo in Chriſtum Dominū quadrare, qui fuerit patri & matri vnicus, vnicus, inquam, inter plures alios filios matri ſuæ Synagogæ. Verum vniuerſorum interpretum conſenſu receptiſſimum eſt, locum hunc de Salomone ad litteram accipiendum; tum etiam plures alios, ſiue ex Vria, ſiue ex Dauide habuiſſe Bethſabee filios, quod ex planis, Scripturæ verbis conſtat.

Duorū locorum pugnantia.
Primaſententia.
Galatinus.
Chriſtus Ieſus filius Synagogæ.

Secunda. Omnes illos qui ſcribuntur de Bethſabee liberos, præter Salomonem, ſuſceptos quidem ex Bethſabee ab Vria, poſtea adoptatos a Dauide ſimul cum accepta vxore. Ita Abulenſis, 1. Paralip. 3. q. 4. vbi Nicolaus, Vatab. Hugo 2. Reg. 5. dicens, Nathan mortuo patre adoptatum fuiſſe a Dauid. Vbi etiam idem cenſet Dionyſius. In vniuerſum autem de alijs etiam duobus filijs, idem cenſet valde probabile 1. Paral. 3. & confirmat ex eo, quòd Salomon nominetur poſt tres alios filios Bethſabee, quaſi cæteris natu minor, cum autem ſtatim poſt puerum adulterinum natus fuerit, oportet quidem alios tres prius nominatos, prius etiam natos fuiſſe, & ſuſceptos quidem ab Vria. Et iterum idem Dionyſ. Prouerb. 4. appellat hanc communem ſententiam. Vbi illam admittere, & ſupponere videtur Gloſſa, vocari *vnigenitū coram matre ſua,* nonniſi quia illius frater vterinus, & adulterinus, ſeptimo a natiuitate die ſine nomine mortuus eſt. Idem ſequitur Burgēſis Matth. 1. neque omnino falſum exiſtimat Salmeron, tom. 3. Tract. 28. pag. 264. quam appellat ſententiam doctorum virorum.

2 Filij Vriæ an adoptati a Dauide.
Secūda ſententia, Abulens.
Nicol.
Vatablus.
Hugo.
Dionyſ.
Burgens.
Salmeron.

Nihilominus certus videtur loci illius Paralip. intellectus ſimplex, & nulla aliena interpretatione obſcurādus, omnes illos quatuor filios ex Bethſabee procreatos a Dauide. Præterquā enim quòd Bethſabee pulchritudo eximia; ſi tot edidiſſet ex Vria filios, iā defloruiſſet; Sanè veroſimile etiam eſt, in tanta pulchritudine iuuenem adhuc a Da-
A uide acceptam vxorem ſine filijs, vt quorum nulla illorum mentio, nulla nomina ſcribantur; nedum eos, qui nominantur, minimè ab Vria, ſed a Dauide, procreatos. Id quod doctè probat Ianſenius, Prouerb. 4. Pater Salmeron tom. 3. qui eſt de Infantia Saluatoris. Tract. 28. Pater Barradas, lib. 5. Concor. cap. 9. Caietan. & Arboreus, Prouerb. 4. Ioannes Annius Viterbienſis. 24. Breuiarij temporum Philonis Biblici, acriter inuehens in Lyranū, & Burgenſem. Ioannes Clithoneus ſuper Damaſ. lib. 4. c. 15. Cum quibus etiam faciunt illi omnes qui cenſent, Nathan fratrem fuiſſe naturalem Salomonis, atque filium naturalem Dauidis; per cuius lineam genus a Dauide duxerit Beata Virgo Maria, vel Ioſeph; in quibus ſunt Naz. Amb. Da-
B maſc. Beda, Driedo, Caiet. Ianſen. Geneb. Cardin. Toletus, & alij viri docti, quos in fine libri 7. indicabimus.

3 Plures filios ex Bethſabee ſuſceptos a Dauide.
Ianſenius.
Salmeron.
Barradas.
Caiet.
Arboreus.
Annius.
Clithoneꝰ.

Id autem probatur efficaciter ex vſu ſacri ſermonis; dicuntur enim ſimul cum Salomone, illi tres, *Simmaa, Sobab, & Nathan nati Dauidi de Bethſabee in Ieruſalem.* Qui tertius caſus deſignat Dauidem verum illorum parentem, vt ſæpe explicuimus. Deinde nulla facta mentione Bethſabee, iterum ſcribuntur 2. Reg. 5. 13. 14. 15. illi ipſi ſuſcepti a Dauide in Ieruſalem ex acceptis vxoribus Ieroſolymitanis. Dices attribui Dauidi, quoniam ab illo adoptati. Sed huic obſtat, quòd quādo propter vxorem cōmunem, filij procreati ab vno viro tri-
C buuntur alteri, vir viuens defuncto excitat ſemen & nomen, ita vt filij viuentis dicantur defuncti, non è contrario. Itaque oportuiſſet tunc filios Dauidis tribui Vriæ iam defuncto. Facit etiam quod Caietanus, Prouer. 4. adducit in Hebraicis Biblijs (quod credunt Hebræi notatum fuiſſe ad Eſdra) pro eo, quod in textu eſt, *Vnicum in faciebus matris ſuæ,* haberi in margine, *in filijs,* id eſt, inter alios ſuos filios, aut præ alijs filijs, vt indicat plures alios ex Dauide habuiſſe. Atque eodem modo ſæpe legit ex traditione Hebræorum, Galatinus lib. 2. c. 5. *Filius fuit patri meo tener, & vnicus filiorum matris meæ.* Pagninus. *Inter filios.*

Tertius caſus quid deſignat.
Caiet.
Galatin.
Pagnin.

Ad ſententiæ oppoſitæ coniecturas duas ex duplici illo Scripturæ loco petitas, nunc ſatisfacien-
D dum. Ad primam, Prouerb. 4. dicendum Salomonem non alia ratione vocari *vnigenitum coram matre ſua,* quàm vocatur *tenellus coram patre.* Quod nihil aliud eſt, quàm delicatus, id eſt, vnicè patri ac matri charus. Ita Caiet. Vatab. Baynus, Ianſen. Oſorius, Emanuel de Sa, eo loco: Salmerō & Barradas, ſuperius adducti. Quare pro commentario eſſe poteſt lectio Septuag. qui pro *vnigenito* legūt, *Dilectus in facie matris.* Porro charitas matrum erga liberos, comparari ſolet cum amore erga vnigenitum, qui ardentiſſimus eſſe ſolet. 2. Reg. 1. 26. Ierem. 6. 26. Amos. 8. 10. Zach. 12. 10. Et licet quidem Aquila, Symmachus, Theodotio, cum Latino interprete legerint, *vnigenitum,* ſed in Hebræo,
E propriè eſt vnicum. Quod non ſolum ſignificat vnicum genitum, id eſt, vnigenitum, ſed etiā vnicum, & ſingularem, amore, cura, ſolicitudine. Quod video a Lexicographis, & Theſaurarijs linguæ Hebraicæ, minus obſeruatum. Exēpla oſtendunt Pſalm. 85. 11. *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Pro quo Hieronymus, & Kaldæus, propriè legerunt; *Vni cor meum, vt timeat nomen tuū.* Quod alij ad affectum precandi, & efflagitandi, reuocant; *Hoc vnum tribue cordi meo, vt te timeat:* alij ad timoris magnitudinem, & perfectionem: *Vnice te timeat cor meum:* alij ad coniunctionem intimam cordis cum diuino timore: *Vni cor meum timore tuo.* Sed melius; *Vni,* collige omnes cordis

4 Periphraſis filij chariſſimi, vnigenitus.
Salmeron.
Barradas.
Varia lectio.
Vnicum quid propriè.
Forſter.
Auenar.
Marin.

mei vires, *vt te diligam ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus:* Vt tuo timori ac dilectioni vnicè inuigilem, nihil mihi extra te ſit *in cælo*, & ſine te nihil velim *ſuper terram*, Hæc vna mea cura & ſolicitudo. ſic Pſal. 21. 21. *De manu canis vnicā meam.* Vnius me vitæ amor, & ſolicitudo pūgit: Hoc mihi ſolum ſupereſt, vita: hanc tu etiam, ablatis cæteris rebus, tuere, & conſerua. Sic dicit ſe, *vnicum coram matre;* in quo vno & oculos & animum defigebat; vnicum, amabat atque curabat. Tum præterea *vnicum* cùm de filio dicitur, videtur referri ad ſucceſſionem regni, vt qui præ multis fratribus, ſucceſſione & hæreditate regni vnicus ſit; ſic Gen. 22. 2. *Tolle filium tuum vnigenitum* (Septuag. perinde exiſtimarūt, ſi dicerent, *Tolle filium tuum dilectum.* Ambroſ. lib. 8. cap. 1. *Tolle dilectum.* Quod facit cum ſuperiori interpretatione. Simmachus: *vnicum tuum.* Sed cùm haberet præterea Iſmaelem, non intelligit *vnicum* genitum, ſed ſucceſſione, & deſtinatione ad genus & principatum. Sicut ipſe Dauid exponere videtur 1. Paral. 29. 11. *Salomonem filium meum vnum* (Sept. vnicum) *elegit Deus adhuc puerum, & tenellum.* Quod ad regni ſucceſſionem attinet; non habeo alium, qui regnandi particeps eſſe debeat. Et opportunè quidem obſeruatum eſt à Iaoſenio, non dici Salomonem *unicum matri*, quòd indicaret vnicum eſſe illius filium, ſed *unicum coram matre*, quod tantùm ſignificat vnicè ab illo diligi.

Matth. 22. — *Pſ. 72. 25.* — Vnicus filius ad hæreditatem. — יחיד — *Ianſenius.*

II. *Natiuitatis ordo inter filios Bethſabee.*

5. Dubitationu obſcuritas.

ALter locus petit ordinem natiuitatis, & numerādi. Nam ſi Salomon tribus alijs fratribus vterinis maior natu, cur numeretur vltimus? ſi vltimus natu, quomodo ſcribitur 2. Reg. 12. poſt primi infantis mortem, & luctu depoſito, Bethſabee concepiſſe Salomonem?

Prima reſpondendi via minus probanda.

Duplex eſſe poteſt rei huius reſponſio. Prima quidē, illos Bethſabee filios Simmaa, Sobah, Nathan, primò numeratos, tum 2. lib. Reg. tum 1. Paralip. quòd maiores eſſent natu Salomone, qui ordine nati fuiſſent poſt primum illum adulterinū: ſed horum tamen non fieri mentionem in illo luctu Bethſabee, & poſt infantis mortem; ſed tantùm Salomonis; quod ſolatium Bethſabee non eſſet conſtitutum à Dauide in procreatione aliorum filiorum, ſed in Salomonis ſuſceptione ex diuino oraculo. Sic ſanè Philo Biblicus, in Breuiario de temporibus, parte 2. ſcribit: *Orta lite inter filios Dauid, quos ex Bethſabee genuerat, quis regno præcederet: Dauid edicto ſtatuit à iunioribus inchoari, & ut alter alteri ſuccederet, ubi poſteritas naturalis deficeret. Itaq; à Salomone minimo cæptum eſt, & à Nathan illi natu proximiore.* Quod Ioannes Annius pluribus proſequitur, dum agit de ſucceſſione regni Dauidis in Salomonis poſteris interrupta, cōtinuata verò per Nathan. De quo poſtea. Nunc tātùm, neque hunc Philonem Annianum, neque ipſum Annium Philonarium bene audire apud graues auctores, & veritatis amantes.

Philonis traditio. — *Annius.* — Annius Philonis non bene audiens.

6. Secūda exponendi ratio verior. Salomonē maiorē natu filiorum Bethſabee.

Sed ſecunda proculdubio verior, & ſacræ hiſtoriæ magis conſentanea, Salomonem fuiſſe natu maximum, & ſtatim ex Bethſabee procreatum à Dauide poſt primi infantuli mortem: Nam ſic ſcribitur 2. Reg. 12. 24. *Conſolatus eſt Dauid Bethſabee uxorem ſuam, qui ingreſſus ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, & uocauit nomen eius Salomon.* Quis autem auſit opinari, hæc quæ ſimul & coniunctim ſcribuntur, ita eſſe inter ſe disiuncta, vt tres filij alij, & anni inſuper tres, inter luctum Bethſabee, atque ſolatium ex conceptione Salomonis interceſſerint? Chriſtianus Maſſæus in Chronico ait, poſt ſuſceptum primum paruulum ex Bethſabee, tertio de hinc anno natum Salomonē, ne putemus duodennem cœpiſſe regnare. Sed hoc etiam vix credendum etiam ſi alij filij non interceſſerint.

Maſſæus.

7. Cur poſt alios numeratus Sal. — *Hugo.*

Iam tantùm obſtat, quòd Salomon ſemel atque iterum vltimo loco numeretur. Reſpondet Hugo 1. Paralip. 1. loco citato, licèt maior natu ſit Salomon, numerari tamen vltimo loco, eo quòd generationis ſeries ducebatur per Salomonem, à quo is vltimo loco recenſitus, cum poſteris coniungitur. Simili fere ratione, qua Hieronymus; ad dubitationē illam Matth. 1. Cur præponatur Dauid Abrahamo: *Quia* (inquit) *rurſus repetendus fuerit Abraham, vt generationis ſeries texeretur.* Sed quid, quòd licèt in Paralip. ordo generationis ducitur, at in 2. Reg. 5. nullius generationis ratio, aut ordo ſeruatur; tantùm recenſentur vndecim filij Dauid nati in Ieruſalem. Quinetiam in illo Paralip. quamuis recenſeatur Roboam filius Salomonis, ſed tamen longiùs præceſſerat mentio Salomonis, & multis alijs filijs Dauid interiectis.

Hieronym.

Idoneæ rationis difficultas.

Fateor rem ipſam, & primogenituram Salomonis inter alios fratres vterinos, multò mihi certiorem exiſtere, quàm idoneam aliquam rationem, cur poſt alios numeretur, maior cùm ſit. Hoc ſcio, non ſemper eum ordinem ſeruari in Scripturis. Nam etiam Geneſ. 49. inter benedictiones licèt Chryſoſt. dicat Iacob dare vnicuique filio ſuam benedictionem, ſeruato natiuitatis ordine; certū tamen eſt ſeruari cœpiſſe, ſed non ſeruatum perpetuò, immo omnino perturbatum, poſt quatuor primos numeratos, vt conſtabit comparanti ex Geneſ. 29. 30. 35. cū benedictionibus Geneſ. 49. immo in ingreſſu Aegypti aliter diſponūtur, Geneſ. 46. aliter item, Deut. 33. aliter, Num. 2. aliter, Apoc. 7. aliter, cùm Iacob obuiam procedit Eſau vxoribus, ac liberis ſub ordine conſtitutis. Solùm inuenio ſeruari ordinem natiuitatis perpetuum, Num. 2. cùm iubentur nomina inſculpi in lapidibus; & cùm Ioſeph excipit fratres conuiuio: adeo, vt Iſidorus ſcripſerit, arcani aliquid in eo ordine ſeruatum, quod à nobis ignoretur. Vidit quoque hanc ordinis varietatem Orig. hom. 17. in Geneſ. 49. & aliam atque aliam probabilem cauſam alio atque alio loco ſubeſſe credit, ſed nullam ipſe exprimit. Ergo non mirum, ſi ea quoque ratio ordinis non ſeruati inter Dauidis filios, non ſit nobis vſquequaque explorata.

Ordo & numeratio filiorū Iacob varia. — *Iſidorus.*

CAP. IX.

Suæ conceptionis, ac primæ formationis primordia ab ipſomet Salomone deſcripta.

Ad locum Sap. 7. 1. Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & de generi terreni illius.

1 *Humanæ uitæ initia omnibus communia. Fœtus formatio. diuinum inuentum, ex lib. Machab.*
2 *Reges non ſupra humanam naturam. Qui diuinos honores ambierint. Salomonis modeſtia. Illuſtratus Lucas.*
3 *Terrigenæ, quorum cognomen. Gigantes. Illuſtrati Dauid, & Salomon.*
4 *Fœtus carneſcens. Quatuor illius tempora.*
5 *Figuratio fœtus inſtar ſculpturæ. Quo ab illa differat.*

rat. Verus officina figlina, ſtatuaria, plumaria.
Explicatus Dauid.
6 *Formatio omnium membrorum quo ordine.*
7 *Planetis peculiaribus quorundam membrorum formatio attributa.*

1 SIcut conceptus, ita natus Salomon in Ieruſalē. id bis exprimitur, cum filij a Dauide ſuſcepti in Ieruſalē, & de vxoribus Ieroſolymitanis, recitantur 2. Reg.5. 1.Paral.3. Cum verò initia humanæ vitæ recenſentur, nihil fere peculiare præ alio habet vnus. Communia ſunt omnibus omnia cōmunem iſtum ſpiritū ducentibus. Non alio, ſuæ ipſe vitæ hiſtoriam auſpicatus Salomon, exordio vtitur, quàm illo, Sapien.7. vt commune ſibi natiuitatis initium cum cæteris hominibus oſtēderet, vt ait Ambroſ. ſuper Pſal.118. Octonario 8. Quamuis ſanè hanc noſtrorum corporum formationem ad admirationem diuinæ potentiæ & ſapientiæ ſoleant ſacræ litteræ producere. Sic Machabæa mater 2.Machab.7.22. *Neſcio* (inquit, quia hæc ſcientia mirabilis & intellectu fortior.) *qualiter in vtero meo apparuiſtis. Sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatē, quique omnium inuenit originem.* Et vides diuinum inuentum, ſed commune vniuerſis. Iam igitur de ſe Salomon: *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & de genere terreni illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente.* In qua ſimplici & aperta narratione ſi quid profundioris arcani latet, vel ex ſacra, vel ex naturali philoſophia, indicandum per ſuas particulas.

Humanæ vitæ initia cōmunia, ſed mirabilia.
Ambroſ. Pſal.138.6
Humanæ formationis Diuinū inuentum.

I. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus.*

2 DIgna Rege vox ſapientiſſimo, profitente, nihil ſe, quòd rex ſit, ſupra communem habere naturam. Agnoſcebat hoc idem, non rex, ſed tamen minimè miratur regum Antonius, *quem Conſtantinus Auguſt. & eius liberi, Conſtans, atque Conſtantius, talia agnoſcentes, crebrò ad eum quaſi ad Patrem miſſis litteris, obſecrabant, vt reciprocis eos ſcriptis hilararet. At ille eiuſmodi manens qualis & antequam littera ad eum venirent fuerat, nec ſalutatione principum mouebatur, & tanquam non acceptis litteris, conuocatis monachis aiebat, Reges ſæculi ad nos miſerunt epiſtolas. Quæ hic Chriſtianis adhibenda miratio eſt? licèt enim diuerſa ſit dignitas, attamen eadem naſcendi moriendique conditio eſt.* Auctor Athanaſius. Sed hæc veriſſima ſeu philoſophia, ſeu communis ſortis cogitatio, & vox non communis ſed inſolens regibus; præteritur nimirum, & tacetur illis, vt qui diuinos ambiant honores, & ſe vel deos prædicent, & mentiantur, vel prædicari, & vocari adulatorio mendacio gaudeant, immo & iubeant. Quid ſtultius apud Aegyptios, quàm Serapim, quod ſuo ipſo nomine mortalitatem præfert; (nam cū antea Apis vocaretur, & in Aegypto mortuus eſſet, ac depoſitus in loculo, vel arca, quæ Græcè *ſoros* dicitur, vocari cœptus eſt Serapis, quaſi Apis in ſepulchro, vel loculus Apis) tamen aſſequutum diuinos honores? quippe numen apud illos maximum & ſacratiſſimum in templis vbi colebatur, habuit prope ſe ſimulachrum aliud Harpocratis, quod digito labijs impreſſo admonere videretur, vt ſilentium fieret. *At* (inquit Auguſtinus) *hoc ſignificaſſe. Varro exiſtimat, vt hominem eum fuiſſe taceretur.* Legendus Auguſt.18. de Ciui-

Rex nihil habens ſupra humanam naturam.
Antonius.
Athanas.
Reges velle non videri homines.
Serapis Apis in ſepulchro.
Σορὸς.

A tate cap.5. Euſeb. libro 10. de Præparat. Quid vanius, quàm Octauium Auguſtum, quòd oculos haberet nitidiores, ſiue, vt Plinius ſcribit, *equorū more glaucos*, voluiſſe tamen credi iubare aſtitum diuino? *Oculos* (inquit Suetonius) *habuit claros ac nitidos: Quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam diuini vigoris; gaudebatque ſi qui ſibi acrius contuenti quaſi ad fulgorem Solis, vultum ſubmitteret. Sed in ſenecta ſiniſtro minus vidit.* Quæ tam audax temeritas, quàm ipſum ſe Alexandrum *decreto iuſſiſſe, in Deorum numerum referri?* Cui Bamis hac de re poſtulanti, ſic reſpondit, *Concedimus* (inquit) *Alexādro, vt ſi ita vult, Deus vocetur.* Sed ipſa iam mortalitate admonitus reſipuit aliquando, ac *iaculo crus ictus, multis concurrentibus eorum, qui ipB ſum ſæpenumero ſolebant Deum ſalutare, renitente vultu: Hoc quidem* (inquit) *ſanguis eſt, vt videtis, non ille,*

Humor, qui ſuperum manat de corpore Diuum.

Vide, act.12.22.23. Herodem inclamari Deum, nec referentem vero Deo honorem, miſere tandem interijſſe mortalem hominem; Nunc verò Salomonem communia cum cæteris hominibus ſui ortus primordia repetentem, ac dantem gloriam Deo, ijs verbis, quæ tanquam veræ humilitatis, ac veriſſimæ ſui cognitionis formula, vſurpata videntur ab Apoſtolis, Paulo & Barnaba. Act.14.12. cum Lycaonios, diuinos illos ſibi decernentes honores, humanæ ſuæ ſortis & mortalitatis admoC nitione compeſcuerunt, & conſciſſis tunicis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes, *Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines.*

Auguſt.
Euſeb.
Plin. lib.7. c.37.
Auguſtus.
Sueton in Aug. c.79.
Sext. Aurelius Lqui ?
Torrentius in Commentario.
Plutarch. ī Apophtegmatis.
Alexand.
Herodes diuinos honores ambiēs malò interijt.
Salomonis.
Veræ humilitatis formula.

II. *De genere terreni illius, qui primus factus eſt.*

3 AMbroſ. in Pſal.118. pro *factus*, habet *fictus*, vt cohæreat cum terra, & luto. Eleganter. Nannius ex Græco, *Terrigenæ ſoboles.* Athenienſes primum appellari Terrigenæ, honorifico apud illos titulo, quòd genus ac generis nobilitatem referrent ad primos ſuos parentes, quos non ex prioribus alijs hominibus, ſed ex ipſa terra ortos dicerent, & in eodem ipſo Athenarum ſolo altos. Rem D fabuloſā potius narrat Plato in Menexeno. Et Cicer. pro L.Flacco, *Vrbs* (inquit) *Athenienſium vetuſtas ea eſt, ut ipſa ex ſeſe, ſuos ciues genuiſſe, & eorum eadem terra parens, & altrix fuiſſe dicatur.* Fuit deinde hæc *terrigenarum* compellatio Gigantum, quaſi Genæorum, in quorum procreatione terra mater ſuas vires profuderit, quo illos fortiſſimos ac inuictiſſimos efficeret. Quare pro gigantibus *terrigenas* ſupponit Paraphraſtes Kald. Prouer.21.16. *Filius hominis qui errat à via intellectus, cum filijs terræ commorabitur.* Poſtea non tam a virtute bellica, quam a mira diſcurrēdi pernicitate, quòd viderentur ibidem repentè comparuiſſe, finxit antiquitas illos ex dentibus Draconis a Cadmo ſemiE natis viros armatos è terra prodijſſe. Ammianus lib.19. *Terrigenas illos non finibus terræ emerſos, ſed exuberanti pernicitate credimus natos; qui quoniam inopini per varia cernebantur, ſparti vocitati, humo exiluiſſe, vetuſtate, vt cætera fabuloſius extollente, ſunt æſtimati.* Sed Salomon illam *Terrigenæ* compellationem verius ad ignobilitatē potius refert, & impuram originem, id eſt, ad parentem eo nomine ignobilem, Adamum. Pſalm.48.2. *Terrigenæ* (Kald. *Filij Adam Antiqui.*) Porro Adamus terreum ſonat, aut argillaceum. Euſeb. in Catena Barbari, intelligit *ſeruos, & eos qui agreſtiorem vitam traducunt.* Sic quoque Lucretius primi illius ſæculi homi-

Ambroſ.
Nannius.
Athenienſiū cognomen Terrigenæ.
Plato.
Gigantes quaſi e terra geniti.
Terrigenæ, cognomen honorificū.
Ammian.
Terrigenæ ad ignobilitatem.
Lucretius.

A homines ſylueſcentes appellabat lib. 5 *Syluestre genus terrigenarum*, & iterum.

Frigus cum nudos ſine pellibus excruciabat
Terrigenas.

Sic comprimit regium faſtum memoria paterni generis ex luto, & patris argillacei, & fictilij, multo melius, quàm Agathocles ille, qui ad regnum euectus, tamen argillacea ſuppellectili vſus, patre ſe figulo ſatum teſtabatur. Et, *filij hominum*, malo cum Græcis, pro eodem accipere, vt indicet, *Terrigenarum* appellatione, conditione, & ignobilitate vniuerſos comprehendi; quàm cum paucis, *filios viri*, vt in Hebræo eſt; accipi pro *filijs principum*, & nobiliſſimorum virorum. Vides quantam generis ignobilitatem, quantam, & quàm agreſtem ruſticitatem, quantum luti, & pulueris, nō ſolum ſibi ipſi, ſed vniuerſis regibus, ac principibus inſperſerit Salomon. B

Genebrar.

III. *Et in ventre matris figuratus ſum caro.*

4. Cóceptus prius ſemini formis, poſtea carni formis.

CONſtruo ſic; Caro cum eſſem initio fere conceptionis: poſtquam conceptus deſijt eſſe ſemini formis; quippe ſex primis diebus exactis incipit apparere carniformis; Tunc (inquit) cum iam caro eſſem, paulatim figurā, & diſpoſitionem membrorum adeptus ſum. Atque cum rudis & informis caro eſſem, in carnem figuratā; & pulchra partium varietate diſtinctam, & conformatam e-C uaſi. Hæc conceptionis temporis ratio; & ordo traditus etiam a primis philoſophiæ & medicinæ doctoribus, Galeno & Auicenna, & vniuerſo medicorum choro, qui carneſcenti iā ſanguini figuram & diſpoſitionem membrorum inducunt, quam in quatuor tempora ex Hippocratis doctrina diuiſit Galenus. Primum, *cum ſemen nihil aliud quàm genitura eſt*. Secundum, *cum ſubſtantia fœtus carnea iam, & non amplius ſeminalis apparet, quem Hippocrates vocat fœtum*. Tertium, *cum iam trium principiorum, cordis, cerebri, iecoris distinctio, & formatio euidentior conſpici poteſt, reliquorum autem membrorum obſcurior quædam delineatio*. Quartum, *cum brachia & crura distinctè abſoluta cernuntur, neque amplius fœtum, ſed infantē appellat Hippocrates, cum* D *cum palpitare, & moueri, vt animal iam perfectum, inquiat*. Ergo apertè hæc ipſa tempora diſtinxit quoque Salomon, & de ſecundo loquutus; tertij deinde, & quarti fabricam vnico verbo deſcripſit.

Gal. li. 1. de ſemine c. 9 Auicenna. 3 1. 3. tract. 1. cap. 2.

Quatuor fœtus humani tempora.

5. ἐγλύφην Figuratio conceptus ſimilis ſculpturæ.

Figuratus (inquit) *ſum* ſculptus. Quod propriè ſonat *eglyphen*, Complutenſe. Sculptoria ars dat figuram ferro, æri, lapidi, ebori, ligno: nunc verò etiam molliſſimæ carni, quæ quaſi ebur, dolatur, ſcalpitur, figuratur artificio naturæ. Eleganter religioſiſſimus rex Matthæus Cantacuzenus, in illa ſua libri ſapientiæ explanatione, quam Latinam ex Græca fecit Hieronymus Brunellus, noſtræ ſocietatis, vir Latinè & Græcè doctus, non dum euul- E gauit, ſic legit: *Procreationē noſtram ſigillatim perſequitur, ut uel ex ipſa quoque natura noſtra fragilitatem redarguat; Nam ſemen ingreſſum in aluum, non quieſcit, ſed motu ſpiritum attrahit, ſpiritus verò dum illud calefacit, interualla quædam in tumores immittit deinde conformatur, ac tanquam cælaturam, & figuram quandam capit ſuæ naturæ accommodatam*. Porro vterus eſt, velut ſecretior quædam officina ab omni conſpectu remotiſſima ad ſcalpendum, & figurandum fœtum. Sicut etiam alias habet rationem ſubterraneæ cuiuſdam ſtationis, & officinæ, in qua finguntur vaſa. Quippe homo luteus & argillaceus. Deus verò non tam ſculptor, quàm factor, fictor, figulus, plaſtes, ſtatuarius. Pſalm. 102,

Cantacuzenus. *Brunellus.*

Vterus velut officina figlina.

A 24. Iſai. 45. 9. 10. 11. Zachar. 11. 12. de quo plura ad id Iob. 10. 10. *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt*. Aliàs item aluus materna eſt officina plumaria remotiſſima, & ſubterranea, in qua opere ſubtiliſſimo plumario figuram & ſpeciem accipit homo, Pſal. 138. *Subſtantia mea in inferioribus terræ*. Hieronymus, *imaginatus* (quaſi acu pictus) *in nouiſſimis terræ*. Ergo hic caro eſt ille informis & rudis embryo, quem ſupremus artifex, cum videret imperfectum, Hieronym. informem, Kald. corporeum, id eſt, corpus, nihil præterea diſtinctius, aut elaboratius, Pſal. 138. poſtea formauit, ſcalpſit, diſtinxit, abſoluit. Vides quod obſcurius & per figuram dictum eſt a Dauide, elucidatum a Solomone ſimplici & aperta dictione.

Officina plumaria.

B Sed cum naturam fœtus figuratricem ſculptoriæ artis ſimilē dicit Salomon, non eſt prætereunda ea vtriuſque diſſimilitudo, quam Galenus lib. 2. de Natur. facult. c. 3. diſputans aduerſus Eraſiſtratum, eleganter conſtituit: *Natura* (inquit) *illa, quæ particulas effingit & ſenſim adauget, omnino per eas totas eſt extenſa, ut quæ totas eas per totas, non tantum extrinſecus fingat, nutriat atque augeat. Praxiteles namque aut Phidias, aut alius quiſpiam ſtatuarius, foris tantum materiam ornabant, qua ſcilicet parte licebat eam attingere; internam eius partem illaboratam ocioſam, artiſque immunem, ac neglectam reliquerunt, vt quibus in eam deſcendere ingredique, ac omnes materiæ partes tangere minimè licuerit. Natura non item, ſed oſſis partem quamlibet os efficit, & carnis carnem, & adipis adipem; nulla enim pars eſt, quæ ab illa non tangatur, aut operam eius cultumve effugiat: Sic figuratur fœtus extrinſecus intrinſecus.* Sed pergo.

Naturæ quo differat ab arte ſculptoria. Galen.

Quod alij ſic conſtruunt hanc ſententiam, vt *carnem* efficiant illius ſuppoſitum: q. d. Ego ex ſanguine & ſemine fluxo figuram ſolidam carnis accepi; minus videtur quadrare; quoniam ad carneſcendum non oportuit expectari plurimos mēſes, ſed pauciſſimos tantum dies, vt nuper ex Galeno, & Auicenna indicabamus. Illud petitum longius quod caro ſumatur pro homine, ſignificatione ſi- cèt alijs locis minimè inſolenti; quaſi dicat, figuratus ſum homo; obſcurat enim hæc exponendi D rationem illam difficilem, & per ſua tempora paulatim elaboratam omnium membrorum & organorum diſtinctionem (ſecus quàm Hippocrates, libro de infantia ſenſiſſe videtur.) Quippe prius formantur partes principes, cor, cerebrum, hepar. vt nuper ex Galeno afferebamus, & apertius explanat lib. de format. fœt. cap. 3. & lib. cui titulus, *An omnes partes animalis ſimul generentur*. Et artis med. c. 9. Quanquam pro ſingulis partibus de prioritate certant, Ariſt. pro corde, Galen. pro hepate, Auicēna pro vmbilico; Alcmæon, quem ſequutus eſt Lactantius, pro capite, quod primo in humana generatione formari aſſeruit. Quanquam Plutarch. E lib. 5. de Plac. c. 18. Ariſtoteli tribuat, *primum lumbos in vtero abſolui, tanquam carinam nauis, alijs verò magnum pedis digitum, alijs vmbilicum*. Rem totam eleganter tractant Albertinus Bottonus, nobilis apud Patauinos medicus ac Philoſophus lib. 1. de morb. Mul. cap. 22. 23. 24. Ludouicus Bonaciolus in Oeneade muliebri cap. 3. Fernel. libro 7. de hominis procreatione cap. 10. Amb. Paræus de hom. Generat. cap. 9. & 10. Ludouicus Mercat. de Mul. affect. libro 3. cap. 6. Petrus de Pu[illegible] de hom. cap. 4.

6 Aliorū expoſitiones minus congruentes.

Caro pro homine.

Hippocrat. An ſimul generentur, & formentur omnes partes fœtus.

Ariſt. de iuuent. & ſeneſtut. de Mort. & Vita c. 2. de p. Anim. 3 & 4 2. de Gener. Anim. c. 4. Galen. format. fœt. cap. 2 & 3. 15 de V. part. 6 & 10 de ſem. 1 8.

Porro Aſtrologi Planetas figurandi per ſuas vices fœtus artifices conſtituunt menſibus ſingulis ſingulas: Nam primum menſem tribuunt Saturno exſiccanti, condenſanti, retinenti intra vterum

7. Planeti peculiariter attributa

fluidam

Formatio membrorũ per mẽſes.

fluidam fœtus materiam. Secundo menſe benignius a Ioue accipitur,nutritur,augetur,confouetur. Tertio,Mars ſuo calore,& ſiccitate,& innata ad mouendum vi muſculos,neruos,crura,manus, & alia mouendi inſtrumenta deſignat,& expedit; In quarto, Sol, vitalis fons caloris, membra dilatat,& ſpiritu implet. In quinto, Venus elicit quaſi herbeſcentem ex fœtu decorem, & partes generationi aptas explicat. In ſexto, Mercurius locutionis & vocis organa præparat, & diſtinguit linguã guttur,pulmonem.In ſeptimo, Luna ſua frigiditate,& humiditate corporis cauitates debita pinguedine replet,exornat,pulchrifacit. Cõſulendi quos nuper citabamus Botton.Mercat.Peramat. Præterea Nicolaus Rochæus de morb. mulier. cap.21. Caſtro libro 4.c.5.Petrus Bongus de Num. nu.42. Fabius Paulinus, lib.3. ſuarum hebdomadum in Numero ſeptenario. Rurſus horum menſium fabricam,& operam minutatim per dies partiuntur curioſius Rochæus,Peramatus,Mercatus,ex Hippocrate ſeu Polybio de Octim.part.

Botto.li.2. c.27. Mercat. li.5.c. 2. Caſtr.li. 4.cap.5. Peramat.c. 5. Mercat. lib.4.c.5.

Tandem eam carnis formationem coniungendam cum illo,quod ſequitur decem mẽſium tempore,vult Ianſenius,in ſuis ſcholijs: & eodem modo interpungunt Vaticani,ex Græco:Item & Cantacuzenus,atque translatio Pagnin. Regia, Tigurina. At Latina Vulgata, Vaticana, potius videntur illos *decem menſes* cum ſeqoenti *coagulatione* coniungere; ſicut & translatio Ioannis Nannij,& Iſidori Clarij: & quidem vtroque modo ſenſus conſtare poteſt: nam & figuratio illa carnis, cælaturæ inſtar longiori tempore indiget, & rurſus perfecta coagulatio ſolideſcentis carnis eodem illo menſium fit numero. De quo iam dicendum.

Ianſenius.

Varia interpretatio.

CAP. X.

Eius legitimum in aluo materna geſtationis tempus; & perfecta partus maturitas.

Ad eundem locum Sap.7.2. Decem menſium tempore, &c.

1 *Salomonis, & Heroum numerati menſes geſtationis. Heroes nondum editi ſui ſpecimen præbentes. Fętus, an animal. Lex in abortus auctorem.*

2 *Humanæ miſeriæ amplificatio. Geſtatio, morbus infantis.*

3 *Salomonis prærogatiua. Primogeniti diutius geſtati.*

4 *Salomon veræ philoſophiæ magiſter. Nullus terminus naſcendi homini præſtitutus. Brutorum partus periodus.*

5 *Geſtationis menſes vnde numerentur. Conceptio ex congreſſu vnico. Conceptiones miraculoſæ. Iacob, & Eſau ex vnico concubitu. Gemellorum conceptio. Illuſtratus locus Regum, & Paulus.*

6 *Menſes in triplici differentia. Varia menſium fœtus numeratio. Periodus ſanguinaria purgationis. Illuſtratus Leuitici locus.*

7 *Lunarium & ſolarium menſium computatio. Salomonis menſes ſolares.*

A *1. Quid commune, quid ſingulare in Salomonis geſtationis tempore.*

1

NEque abortus,neque chordus fuit Salomon,id eſt,neque ante legitimum tempus neque poſt legitimũ natus, ſed iuſto ac naturali menſium numero geſtatus. Et verò ſui,dum in vtero erat, curam & rationẽ ſedulo habitam apertè ſignificat,dum poſtea ipſe ſuæ geſtationis tempus, & rationem, tam accuratè deſcribit; tam præterea eam curam præſagium certum extitiſſe ſuæ gloriæ, & virtutis aliquando maximæ. Sanè quidem fœtuum,dum vtero geſtantur, illorum præſertim, qui in magnos viros euaſuri eſ-
B ſent,proptereaque omnium magnã, & rationem & curam duci oporteret, eleganter ſcriptum eſt a Galeno in libro. An animal ſit id, quod in vtero eſt, his pulcherrimis ſententijs: [Qui viuere in naturam, vt in cauſam, referunt, in ipſos verò legislatores,ab anima tamen occaſione ſumpta, bene viuere (etenim leges hæ ſunt, quæ mala quidem ſunt prohibere ne fiant; cuſtodire autem ea, quæ honeſta iam ſunt) ij duabus maximis, quas ipſi tulerunt, legibus, quæ in vtero ſunt animalia eſſe demonſtrarunt: altera ei, qui abortus cauſa fuiſſet pęnam ſtatuente;altera,qui nondum erant nati,hos hæredes inſtitui poſſe iubente: niſi enim animalia eſſent,non in ipſos abortus auctores,legibus apertè propoſita pęna animaduertiſſent.
C Quis perfectus iam ac indubitatus homo, ius exigens cauſa eius qui in vtero non homo ac ne animatus quidem eſt,vnquam hæreditatem dimittet ignarus an animal ſit quod in vtero eſt?Quis ſucceſſore vtitur eo, quem nondum eſſe credimus? Quis ſibi dominum dicet eum, de quo dubitatio eſt? Nondum natus erat Pericles Olympius, & iam Gręcos omnes ob inſomnium terrebat:Nondum Piſiſtratus, & Tyrannus erat. Alexander ex Olympiade nondum natus ab omnibus iam Ammonis filius dicebatur, & regni princeps: Cypſeluſque cũ adhuc generaretur,& ſi Bacchiadis non videbatur, terrente ipſos ſpectro: Hecuba quoq; ante partum formidaſſe Alexandrum dicitur,graui viſione perterrita: ac ipſi Phryges omnes ex igne
D nondum genito calamitates accepiſſe: Itemque Alcmena Herculem procreans, terrorem aduerſarijs,diffidẽtiam inimicis incutiebat,cum adhuc infantem vtero gereret.] Non aliter ſanè dici de Salomone potuit, nondum natum, tamen regni principem; & cunctis non tam terrori,quàm gaudio & lætitiæ extitiſſe.

Numeratio menſiũ geſtationis Heroum.

Galen. Fœtus animal, & homo.

Lex in abortus auctoré

Heroes nõdum nati ſpecimen ſui præbentes.

At non ſolum vt communem fętuum naturam & geſtationem; communem item curam tuendo & conſeruando fętui adhibitam, & vt communi ſe aliorum hominum lege teneri profiteatur; hos ſuos geſtationis menſes recenſet Salomõ;ſed fortè etiam, vt ſi quid vel ſupra communem aliorum ſortem ſibi peculiare accidiſſet, quod ad humanę ſortis ærumnas amplificandas conferre poſſet,no
E bis ſignificaret. Verum enimuero geſtatio in vtero morbus quidam eſt non ſolũ puerperæ geſtantis,verumetiam fętus ipſius geſtati, & clauſi in tetro & perãguſto carcere,vt ex Hippocrate elegan ter conſiderauit medicus: quare ſicut & morbi,ita ſuam criſim,& iudicij tempus partus habet. *Et fœtuum conceptus & abortiones, & partus eodem tempore iudicantur quo morbi, & ſanitas & mors cũctis mortalibus*, inquit Hippocrates. Vides igitur non ſolum hominem *natum de muliere*, ſed antequam naſcatur, conceptum adhuc & retentum in vtero ægrotantem *repleri multis miſerijs*.

2

Humanæ miſeriæ amplificatio.

Geſtatio in vtero morbus quidã.

Rodericus a Caſtro li. 4 de Nat. mul.c.1. Hippocr de ſeptim. partu.

Sed

3 *Bongus.*

A Sed hoc dictum potius, non tam ad miſeriarum quàm ad laudis amplificationem ſubolfecit Petr. Bongus, in ſuo numero XLV. qui neſcio quā excellentiæ prætogatiuam Salomonis natiuitati attribuit, nimirum quòd cum partus maximè naturalis, ac maximè frequens ſit nonimeſtris, tamen ſi ſit primigenus fœtus, quinque alijs diebus decimi menſis retinetur amplius ab vtero; id quod dicit ex philoſophis acceptum eſſe. Ergo cum decem menſes ſibi attribuit Salomon, ſignificat accidiſſe ſibi quod & primogenitis, vt quinque diebus ſupra nouem menſes geſtatus fuerit, atq; adeò vt in ipſa geſtatione iam prænunciaret, fore vt primogeniti iure in regnum paternū ſucceſſurus eſſet, quamuis minimè eſſet primogenitus.

Primogeniti diutius retenti in vtero. Salomō inſtar primogeniti geſtatus a matre.

B Sed iam de re tota & de maximè naturali, & decimeſtri partu pluſculum dicendum, vt conſtare poſſit Salomonem neque abortum neq; chordum fuiſſe, ſed maximè naturali tempore natum: tum etiam vt idem Salomō veriſſimę philoſophię veriſſimus Doctor iam haberi incipiat.

4 Illud tamen præmonendum, cum certum menſium numerum deſignauit Salomon, non obſcurè ſignificaſſe, nullam eſſe vnam & communem naſcendi legem, ſimplicemve temporis periodum humano fœtui edendo, ſed variam ac multiplicem, vt docuit Ariſt. 4. de hiſtor. Animal. cap. 4. & lib. 6. c. 10. & 7. de Gen. Animalium c. 4. Plin. lib. 7. c. 5. Varro lib. 2. de re ruſt. c. 1. ſecus ac brutis; quibus, ſicut natura præſcripſit appetentiæ, & concipiendi, ac generandi tempus, ita & deſignauit certum geſtandi & pariendi limitem. C Nam Vrſa dicitur geſtare vterū triginta diebus, id eſt, vno menſe; Canis tribus, aut quatuor, & etiam quinque; ſicut & Sus quatuor: Oues & Capræ quinque; Ceruæ octo; Camelæ & Vaccæ decem. Equa & Aſina anno. Elephas duobus. At vt multiplicationi, & conſeruationi humanæ ſpeciei faueret natura, nullus non anni menſis idoneus generādo, concipiendo, geſtando, perficiendo, & edendo fœtui. Licèt enim ſit a natura præſtitutus aliquis maximè iuſtus maximeque naturalis: ſed his tamen varijs de cauſis, tum internis, tum externis, anteuerti, aut poſtuerti a natura poteſt, ſoletque, incolumi & vitali partu. De qua re vide Ariſtotelem, ſectio. 10. Problem. 11. & 40. D

Homini nullus naſcendi terminus conſtitutus. *Ariſtotel. Plinius. Varro.*

Brutorum certa partus periodus.

II. *Vnde geſtationis menſes numerarit.*

5 AT vndenam ſuorum menſium numerū auſpicatus eſt Salomon? num à die conceptionis, vt Hippocrates numerare iuſſit? at quis punctum diemve conceptionis certò cognoſcat, rem videlicet arcanam & penitus latentem, atque adeo ipſi etiam fœminæ ignoratam? Sed illud tamē vnicum, idemque certum huius rei argumentum, ſi mulier ex congreſſu conceperit vnico, vt obſeruatum eſt a medicinæ peritis. Concepiſſe autem Bethſabee Salomonem facilè, certò, ex primo congreſſu, videtur indicari illo ipſo loco 2. Reg. 12. E *Conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam; qui ingreſſus ad eam dormiuit cum ea, & genuit filium, &c.* Sicut etiam ſuperius ex veroſimili coniectura, & ſententia grauium Doctorum ſtatuimus, ex vnico item congreſſu conceptum fuiſſe puerum adulterinum. Cum autem Salomonem ex diuina promiſſione, & certo conceperit oraculo, non item adulterinum puerum, poteſt id de Salomonis conceptione multò verius affirmari. Quod idem de alijs conceptionibus, quæ ex diuina promiſſione, aut ex miraculo factæ creduntur, dicendum mihi ſuadeo, & de illa gemellorū Iacob, & Eſau, affirmari

Hipp. lib. 2. de morb. vul. ſect. 3.

Rodericus a Caſtr. li. 5. c. 2.

Certū numerationis menſiū geſtationis tēpus.

Conceptiones miraculoſæ.

Germana Pauli lectio.

A a Paulo videtur, Rom. 9. 10. *Rebecca ex vno concubitu habens* (gemellos, Iacob, & Eſau) *patris noſtri Iſaac*, quam eſſe veram & ſanā lectionem tuetur Cardinalis Toletus: & ipſe Eraſmus, qui aliter legendum exiſtimauit, admittit eodem die fuiſſe conceptos non ſuperfœtatione vlla, ſed, vt inquit Theodoretus, *Vna conceptione, vno tempore*. Quod idem eſt atque vno & primo concubitu, nūquam irrito. Quod & apertè Origenes eo loco exprimit, & Auguſ. in lib. ad Simplicianum, apertiſſimè ſcribit: *Vigilantiſſimè* (inquit) *ait ex vno concubitu, gemini enim concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, ſi quiſquam fortè diceret, ideo talis natus eſt filius, quia pater erat ita affectus illo in tempore cum ſeuit in vtero matris, aut erat ita mater affecta, cùm* B *illum concepit. Simul enim ambo ſunt vno tempore concepti, & iterum ex vno* (inquit) *cōcubitu, vnum tunc ad eos ſeminandos meritum patris, vnum ad concipiendum meritum matris.* De qua re doctiſſimè æquè ac piiſſimè Frāciſcus Titelm. Collect. 4. ſuper caput 9. ad Rom. aduerſus Laurentium, Fabrum, Eraſmum. Illud autem ſecundum naturam cōtingere, vt gemelli concipiantur ex vnico ſemine, docet Hippoc. lib. de octimeſtri partu. Et explicant Albertin. Bottonus lib. 2. c. 30. Lemoſius in libr. 3. Galenus de Natur. facult. c. 5. Homerus verò diuinas illas conceptiones Deorum certas, & faciles, ac nunquam irrito labore accidere aſſerit, cum canit Neptunum ſemel colloquentem cum puella, ſimulque pollicentem,

Iacob & Eſau ex vno concubitu.

Titelman.

Gemelli ex eodē ſemine.

Hippocrat. Galenus. Bottonus. Homerus.

C *Gaude hoc complexu, nam cum ſe voluerit annus,*
Formoſum puerum paries: haud irrita Diuum
Connubia.

Potuit igitur vel ipſa re geſta Salomon certum menſium ſuæ geſtationis a conceptione certa, & fixa numerum deſignare.

III. *Menſes geſtationis Lunares, an Solares.*

SEd illa item dubitatio tollenda, quoſnam menſes intellexerit Salomon, Solares, an Lunares. 6 Et quidem in ea ſoluenda, audiendi medici, qui non vna ratione de menſibus geſtationis fętus ſtatuunt. D Nam triplicis rationis menſes conſiderantur, vt fuſius videre eſt apud Cenſorinum de die Natali: Plin. lib. 7. cap. 48. Solin. c. 3. Macrob. lib. 1. cap. 23. Plutarch. Hadriano Iulio libro de Anno, & Menſibus; Ioan. de ſacro Boſco, Nicolao Nancelio, Probl. de Octimeſt. partu, parte 2. menſis Ciuilis, id eſt. 29. dierum cum dimidio ab vna Lunæ coniunctione cum Sole vſque ad alteram coniunctionem; Solaris 30. dierum, quibus Sol in vnoquoque Zodiaci ſigno commoratur. Lunaris propriè definitur progreſſione Lunæ ab vno puncto Zodiaci vſque ad idem punctum: eſtque 27. dierum cum horis octo: alios menſes computant, alij integros, alij mutilos, & veluti dimidiatos.

Menſes triplicis rationis.

7 E Nicolaus Nancelius parte 3. ſui problematis menſes non integros numerat, atque ea ratione, varia Hippocratis in ſpeciem inter ſe pugnantia, & a nemine ſatis explicata, in concordiam adducere atq; confirmare, è ſacris litteris nititur. Quippe exiſtimat primum menſem fœtus eum vocari cuius 15. priores dies purgationis ſanguinariæ fęminæ fuerint. Nā (inquit) olim menſtruus fluor pluribus diebus procedebat, nimirū 15. diebus, vt colligitur ex illo Leuit. 12. 5. *Si fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxuum menſtrui.* Sed hæc iam periodica 14. dierum, aut 15. fluxio vix ad dies 3. 4. 5. 6. 7. 8. ad ſummum

Varia menſium cōputatio. Nācelius.

Purgationis ſanguinariæ periodus.

mum perducat. Reliquum igitur huius menſis idoneum eſt generationi. Ideo primus menſis conceptus non habet niſi 15. dies. Quia nunc & vita breuior, & minor ſanguinis fluentis copia; minora etiam corpora: Itaque ſex ſolares menſes integri ſufficiunt ſeptimeſtri partui. Sed hæc videnda in Nancelio acutè potius, quàm ſolidè excogitata, neque valde commodè ad Leuitici intelligentiá. Quippe eo loco non ducitur ſimilitudo ex numero dierum méſtruorum, ſed ex ſeparatione, & immunditia iuxta ritum (loquit) ſeparationis menſtrui. Quamuis effluere ſoleant paucioribus pluribuſve diebus. Sed de hoc in Leuitico.

Mẽſes Lunares. *Valles.* *Virgilius.*

Alij omnino exiſtimant computandos menſes Lunares iuxta Hippocr. quod videtur ſequi Valles de Sacra philoſophia c. 83. Turneb. lib. 4. Aduerſariorum c. 15. Ludouicus Vines ad illud Eclogæ 4. Virgilianæ, vbi & Pontanus noſter,

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Mercadus. *Caſtrus.*

Alij moderatione quadam vtentes, aſſerũt Solares intelligi, cum de menſibus vſque ad decimeſtrem partum Hippocrates & medici loquuntur, cum vltra decimeſtrem, Lunares. Sic fere Philipporum noſtrorum Protomedicus Ludouicus Mercadus lib. 4. quem fere ſequitur Rodericus Caſtro ſuo item lib. 4. c. 13.

Menſes Solares. *Peramatus* *Lemoſinus.* Salomõ geſtatus decẽ menſib. ſolaribus.

At Solares ſemper intelligendos, cum de partu & fœtus geſtatione ſermo eſt, iubet doctiſſimus noſter Petrus de Peramato li. de hominis procreatione c. 13. & ex Hippocrate, Galeno, Auic. Cenſorino, Macrobio, eleganter confirmat Lemoſins in lib. 3. Galeni de Natural. facult. Ergo intelliget Salomon Solares menſes decem, quibus totis fœtus cum erat, maturuerit, & abſolutus numeris omnibus lucem vidit. Id quod exigit ratio partus maximè naturalis atque legitimi, vt iam per omnes menſtruas periodos diſcurrendo conſtabit.

IIII. *Immaturitas partuum vſque ad ſeptimeſtrem.*

8 *Partus infra ſeptimeſtrem imperfecti. Trimeſtris, in Prouerbio. Druſi natiuitas.*

9 *Quadrimeſtris, quinquemeſtris, ſemeſtris, vitales, ſed rarò.*

10 *Septimeſtris frequentior. Agaſeclis de ſeptimeſtri iudicium.*

11 *Cur ſeptimeſtris vitalis. Septenarij virtutes. Iſaac an ſeptimeſtris.*

12 *Octimeſtris cur non vitalis, ex ſententia medicorum. Quæ cæli ſigna inſociabilia.*

13 *Octimeſtris vitalis in Græcia, Aegypto, Italia, Hiſpania. Sub Saturno in Indys vitæ longiſſima.*

14 *Noni menſis partus frequentiſſimus. Nonimeſtris idemque decimeſtris, ſecundum diuerſam computationem.*

15 *Tempus geſtationis Chriſti, Virginis, Ioannis. Illuſtratus Lucas.*

8 Imperfecti partus inf. ſeptimeſtrẽ. Trimeſtris partus, prouerbium.

SAnè quidem vſque ad ſeptimeſtrem inferiores omnes partus imperfecti ſunt, immaturi, abortus. Id experientia oſtendit, raritas, imbecillitas, & ꝙ vix vitalis vnus infra ſeptimeſtrem extiterit.

Partus *Trimeſtris* aliquando in prouerbium abijt vulgato illo ex Græco verſiculo;

Potentibus ſunt menſium & partus trium.

Suetonius. Druſus an tertio natus menſe.

Ex eo natum, ꝙ Liuia poſt trimeſtres cum Auguſto nuptias Druſum peperit. Scriptor Suetonius in Claudio. Sed ſcribit etiam creditum non ex Auguſto peperiſſe, quippe Philoſophi & Medici negant id poſſe natura fieri. Ergo miraculo dádum, quod 4. Eſdræ cap. 6. (libro vtique dubiæ adhuc fidei) prædicitur inter alia vltimi diei prodigia, *Aunículi infantes loquentur vocibus ſuis, & prægnantes immaturos pariẽt infantes trium & quatuor menſium, & viuent & ſuſcitabuntur.*

9 Quadrimeſtris vitalis. *Peramatus*

Quadrimeſtrem infantulum, & vitalem, & adoleſcentulam ſuo tempore, ac ſibi etiam bene notam, Petrus de Peramato ſcribit c. 8.

Quinquemeſtrem etiam aliam idẽ auctor eſt, ſuo tempore ad 18. annum superuixiſſe. Vidiſſe ſe partus alios quinquemeſtres affirmat Cardanus.

An ſemeſtris partus vitalis. *Mercurial.* *Bongus.* *Nancel.*

Semeſtrem partum vitalem eſſe poſſe negat Auicen. confirmantque Mercuriales, & Bongus in ſuo num. 42. ſed non rarò eueniſſe, auctores ſunt Conciliator, & Cardanus. immo & Auic. 9. de Natura Animal. c. vltimo, & libenter admittit Petrus de Peramato, & Speronus de Speronis, ſuo illo vulgari dialogo, *dil tempo, dil partorire.* Nancelius ſuo Problemate, p. 3. Nam vel ſeptem Lunares, vel ſex Solares menſes legitimum pro vitali partu tempus exiſtimant ex 177. diebus, additis duobus aut tribus, quos dolores & impedimenta partus occupant, & efficiunt annum dimidium. Quò pertinet, quòd Polybus dies 182. & dimidium ſufficere putat, vt partus aliquis ſit vitalis: qui numerus bis ſumptus efficit annum integrũ ex 365. diebus.

Plutarch.

Atque hoc quidem confirmat Plutarchus lib. 5. de Placitis, cap. 18. hoc non tam tribuens Hippocrat. quàm Polybo, dicens, hoc eſſe ſex menſium tempus; quanto etiam Sol a tropico ad tropicum decurrat; dici autem ſeptimeſtrem, cũ dies, qui huic ſexto menſi deſunt, a ſeptimo adſumuntur.

10 Septimeſtris vitalis. *Hippocr.* *Galenus.* *Auicenna.* *Soranus.* Agaſeclis filius ſeptimeſtris. *Homer.*

Iam ſeptimeſtris multo frequentior, idemq; vitalis, fauſtus, fœlix, vt qui ſecundum rationẽ fiat, vt dixit Hippoc. lib. de Carnibus, & lib. de Sept. partu: vbi Galen. & 6. de morb. vulg. ſect. 7. tract. 29. Auic. lib. 3. p. 31. ſect. 1. c. 2. Soranus, Epheſius c. 17. Iſag. Alex. ſect. 1. q. 41. Plutarch. 5. de placit. Philoſoph. c. 18. Macrob. lib. 1. in ſomn. Scipionis cap. 6. Cenſorin. lib. de Die Natali, Pauſan. lib. 3. vbi de Agaſecle, cui cum filius natus eſſet mẽſe ſeptimo; *eique in concilio Ephororum ſedenti ſeruus nuntiaſſet puerum natum, verſuum Homeri oblitus, vel quòd illos omnino non ſatis intellexiſſet, negauit puerũ eum, qui non eſſet legitimo menſium numero natus, a ſe genitum: cuius rũ poſtea temere effuſæ vocis facilè pœnituit, &c.* Homerus autem quem citat, eſt Iliad. T. vbi de vxore Stheneli,

Hæc autem in ventre gerebat clarum filium, hicque
ſeptimus erat menſis:
At eduxit in lucem etiam immaturum partum.

Euſtath.

Quo loco vide Euſtathium. Pluſcula Cœlius lib. 22. cap. 12. Petrus Bongus in numero 42. Fabius Paulinus in ſuis hebdomadibus, lib. 6. cap. 4. Nicolaus, Nancelius, libro de Septim. partu. fol. 108. & 154.

11 Empedoclis cõmentum de ſeptimeſtri partu, cur vitalis. *Cicero.*

Porro Plutarchus lib. 5. de Placit. c. 18. huiuſmodi Empedoclis commentum refert ad reſponſionem Problematis; *Cur fœtus, qui ſeptimo menſe in lucem editur vitalis ſit;* videlicet, *Quo tẽpore humanum genus è terra eſt enatum, propter tarditatem motus ſolis tantam fuiſſe longitudinẽ vnius diei, quanta nunc eſt decem menſiũ: progreſſu temporis contractã fuiſſe ad quantitatem ſeptem menſiũ, itaque & decimo menſe & ſeptimo editos fœtus vitales eſſe, natura mundi hoc meditata vt in vna die infans augeſcat & naſcatur.* Nepotis ex Tullia ſeptimeſtrẽ, eumq; fœlicem partũ celebrat Cicero lib. 10. Epiſto. ad Atticum. Quin & Paulus, L. ſeptimo menſe, D. de ſtatu hominis, Septimeſtrem appellat *iuſtũ partum.* Huius cauſas alij in ſeptenarium numerum, cuius miræ,

Septenarij numeri virtutes. *Nancelius.*

A inquiunt, virtutes: alij in Planctarum influẽtium ſingulorum ſingulis menſibus, abſolutam periodum, & præſertim ex doctrina Kaldæorũ, quam explicat Nancelius p. 10. alij in virtutem naturalem vteri facultatis, formatricis, expultricis, & aliarum facultatum maturantium, & abſoluẽtium fœtum, & vuluam implentium, reducunt. Philo Biblicus affirmat Iſaac fuiſſe ſeptimeſtrem; propterea ſeptimeſtres partus vitales exiſtere. Rabbinicum hoc: neque de ſeptimeſtri partu Sarę conijci quidquam poteſt; cum potius promiſſio illi facta de Iſaac, annum videatur expectaſſe, Gen. 17. de quo paulo inferius.

Pſeudo Philo. Iſaac an ſeptimeſtris.

V. Partus Octimeſtris.

12 Octimeſtris an appellandus partus. *Mercurial.* *Muretus.* Octimeſtris nõ vitalis ex medicorũ ſententia. *Galen.* Signa quæ inſociabilia. Cur non vitalis. *Auicenna.* *Albertus.*

OCtimeſtrem partum, quod ad compellationem pertinet, an propriè debeat appellare partum dubitat Mercurialis 4. Var. c. 10. Sed partum quidẽ eſſe, non verò vitalem, aſſerit Muretus 15. Variar. c. 12. De re verò ipſa vitalẽ eſſe negat Hippocra. de Octimeſt. partu. Galen. in libello de Philoſoph. Hiſtor. Plutarch. ex ſent. Polybi, lib. 5. de Placit. c. 18. vbi affert, Mathematicos aſſerẽtes, *Octo menſes ad quemuis partum inſociabiles eſſe. Signa porro cæli inſociabilia, quorũ vnum ab altero octauum numeratur, vt aries ad Scorpium. Taurus ad Sagitarium, &c. Quæ ſigna ſi incidant in ſtellas domib. cæleſtibus dominantes efficiunt vt quæ naſcũtur octauo menſe, ob diſſidium mundi pereant.* Conſentiunt Auicen. libro 3. part. 21. ſectio. 2. cap. 1. Albert. libro 10. de Animal. ſect. 2. cap. 4. Concil. ſectio. 10. Problem. 40. Petrus Bongus lib. 6. cap. 4. vbi explicat ſententiam Aſtrologorum, Leonardus Vairus libro 2. de Faſcino cap. 11. ſequuntur recentiores medici.

B

C

13 Octimeſtris partus vitalis in Grecia, & in Aegypto. *Ariſt.* *Plinius.* Octimeſtris partus in Italia, & in Hiſpania. *Marcellus.* *Auicenna.* *Cælius.* *Plutarch.* Varro & recentiores.

Sed vitalem admittit Ariſt. 4. de Gen. anim. c. 4. & Problem. 40 ſect. 10. & 7. de Hiſtor. Animal. c. 4. in Græcia & in Ægypto, & quibuſdam alijs in locis, vbi mulieres & calidiores & fœcundiores. Plinius lib. 7. c. 5. non in Ægypto ſolum ſed, & in Italia octimeſtrẽ viuere ſcribit, & confirmat exẽplo Veſtiliæ, quæ Cęſoniam Caij Principis coniugem octauo menſe pepetit, quod idem de Italia ſcribit Marcel. 2. de Animal. c. 143. immo, & Auicenna, de Animal. in Hiſpania cõtingere quoque dicit. Plura etiam ſuæ ætatis experimente narrat Petrus de Peramato, & cõfirmat Lemoſius. Aſclepiades medicus tradit ſolas Naxias mulieres octauo menſe parere, vt ſcribit Cælius lib. 12. cap. 13. Plutarchus verò ex ſententia Polybi, Dioclis, & Empyricorum agnoſcit *octauum menſem idoneum partui. Quãuis* (inquit) *fere in vniuerſum nemo octauo menſe natam prolem alendam cenſet; tamen multos ſic natos, in viros euaſiſſe.* Idem cenſuerat Varro, li. 14. Rerum diuinarum, Gellius lib. 3. cap. 16. ex Cęcilio Poeta, Marſilius Ficinus in proęmio lib. 3. de vita, & in com. in lib. 3. Ænead. 2. Plotini. Baptiſta Pius ſyllnge 3. Annot. Nicolaus Nancelius lib. de Octimeſtri p. ſol. 108. & 159. qui vt contra Aſtrologos & Genethliacos diſputans, illam, cur nõ viuat octimeſtris, rationem illorum debilitat, ſic ſcribit: [Sciendum natum quandoque infantẽ octauo commiſtionis menſe nocte ſub Saturno ſtationario, ſtatione prima, in Sagittario aſcendente, ſemianimem quidem, adhibitis tamen remedijs opportunis reſotum, coalitumque, in multos annos prorogaſſe viuendi ſpatia, & Aſtrologorum plerique in Indico tractu, Saturno ſubiectum quem faciunt, eſſe fatentur vitæ vel longiſſimæ.]

D

E

Nancelius.

Sub Saturno vita longiſſima.

VI. Noni menſis partus naturalis ex ſacris & profanis.

14 Nonimeſtris frequẽtiſſimus. *Galen.* Macrob. Nonimeſtris, idem qui decimeſtris diuerſa cõputatione. *Lemoſius.* *Turnebus.*

NOni menſis partum natura celebrauit, vt frequẽtiſſimum; iam inde a Galeni ſęculo, qui lib. 3. de Natural. facult. ait; *Pleriſque mulieribus nouem menſibus perficitur in vtero fœtus.* Macrob. li. 1. in Somn. *Humano partui frequẽtiorem vſum nouem menſium certa numerorum modulamina natura conſtituit.* Adiungit verò decem amplius dies. Hanc verò & frequentiam, & incolumitatem nonimeſtris partus, ad noſtra ſecula retulit Lemoſius; Decimeſtrem verò ad ſuperiora ſæcula. Quod idem Turnebus ſuperius adductus dixit: ſed conciliare B nititur vtrumque numerum, vt alter ſit ex menſibus ſolaribus, ex lunarib. alter; itaque ſi nouẽ menſes ſolares ſumas, efficies decem lunares: Quare cum Hipp. 280. dies præſtituat maximè iuſto maximeq; naturali partui, hæc ſumma explet nouem menſes & dies 10. quos iam poteris nouem, iam decem appellare; explet autem eadem ſumma decem lunares, & amplius 6. aut 7. dies. Ergo ſi ſolares intelligas, decimum nondum completum intellexit Salomon; ſi lunares, decem expletos. De quo videndus Bongus, in ſuo num. 45.

Decimẽ menſis appellatio, & numeratio fauſta.

Sed vt ea decimi menſis appellatio, & numeratio, vt pote fauſta, & maximè frequens, & ſemper ſeruata conſtet, iam de decimeſtri partu teſtimonia proferenda.

15 Geſtatio Chriſti domini, virginis M. Ioannis B. Triplex fœtus in vtero mora. Chriſti natiuitas.

C Atque huc referendi videntur feliciſſimi ortus Chriſti Ieſu Dei hominis, Beatiſſimæ Virginis, Ioan. Præcurſoris, qui omnes maximè naturali, & legitimo tempore contigerunt. Cum. n. Genethliaci tres potiſſimum in vtero materno moras fœtui frequentiſſimas & naturaliſſimas aſſignent, nimitum nouem menſium nondum expletorum, id eſt dies 288. id eſt, octo mẽſes integros. & 28. dies; aut præterea nouem menſes expletos cum decem octo inſuper diebus, id eſt, dies 288. certè Chriſtus Ieſus mediam illam naſcẽdi opportunitatem ſibi delegit, poſt dies 275. quib. in vtero virgineo demoratus eſt: qui numerantur a vigeſima quinta Martij vſque ad vigeſimã quintam Decemb. De D quo vide Salmeron tom. 1. Proleg. 38. Virgini autem Sanctiſſimæ Matri, idẽ fere terminus naſcendi & ſpatium geſtandi vno die minus, i. 274. dierum, ab octaua Decembris, vſque ad octauam Septembris. Tandem Ioanni Præcurſori fere eadem geſtationis & natiuitatis temporis, & dierũ ratio, vno aut altero die minus Virgini, id eſt, 272. licèt enim certò non habeamus diem conceptionis illius, vt tamen colligimus ex teſtimonio Gabrielis Archãgeli, qui 25. Martij, id eſt, in ipſo die annuntiationis, & conceptionis Chriſti, dixit Beatæ Virgini, Eliſabeth ſterilem cõcepiſſe in ſenectute, & tunc eſſe menſem ſextum conceptionis, non quidẽ tunc menſem ſextum incepiſſe aut agi, ſed impletum, & exactum, ſiue vt Chryſoſtomus expo- E nit, hom. 11. in Luc. Poſt menſem ſextum conceptionis Ioann. conceptum fuiſſe Chriſtum Dominum. Cum enim ab illo die vſque ad 24. Iunij, qui eſt dies Natiuitatis Ioan. tres mẽſes integri numerentur, oportet quidem vt ſex mẽſes integri a conceptione præceſſerint: non enim partus miraculoſus poterat eſſe imperfectus, immaturus, illegitimi tẽporis; immo potius perfectiſſimus, atque maximè naturalis; iuxta illam Ambroſ. regulã, quòd quæ miraculo fiebant, multo erant perfectiora, quàm illa, quæ in eadem rerum ſpecie a natura producebantur. Sed de hoc iterum dicendum in decimeſtri partu, de quo, vt maximè fauſto, iam profe-

Salmeron. Virginis natiuitas.

Ioannis natiuitas.

Luc. 1 36. Ioãnis conceptus ſex integris mẽſibus ante Chriſtum. *Chryſoſt.*

Ambroſij regula. Miraculo producta, perfectiora naturalib.

proferenda teſtimonia, & maximè frequens auctorum de menſium numero computatio indicanda. A

VII. *Decimeſtris partus Salomonis, & Heroum.*

16 *Decimus menſis ad natiuitatem celebratus Parcarum nomina.*
17 *Varia de decimo menſe natiuitatis teſtimonia. Annus Romuleus decimeſtris.*
18 *Varia decimi menſis computatio. Heroes decimeſtres. Longius geſtationis tempus ad maieſtatem naſcentis.*
19 *Chriſti Domini geſtatio, natiuitas quoto menſe. B. Virginis, & Ioannis Baptiſtæ.*
20 *Menſes geſtationis an numerandi a conceptione, an ab animatione fœtus. Chriſti Domini corpus perfectius diutius geſtatum, quàm aliorum. Explicatus Lucas.* B
21 *Vndecimeſtris partus an naturalis. Adriani decretum.*
22 *Duodecimeſtris partus vſque ad ſedecimeſtrem. Chordi.*

16 *Ariſt.* Decimus menſis celebratus ad natiuitatē. *Hippocr.* *Plinius.* *Gellius.*

ARiſtoteles quidem 4. de generat. Anim. c. 4. ſeptimum, & decimum potiſſimū deſignat, vt argumento eſſe poſſit nonum ſub decimo comprehendiſſe, ratione iam dicta. Rurſus 7. de Hiſt. cap. 4. & 11. ſect. Problem. plurimum tribuit decimo. Meminit Hippocr. lib. 2. de Morb. vulg. ſect. 3. & lib. 6. ſect. 7. 27. & lib. de Aliment. partum definit, nono aut decimo frequenter menſe. Pli. lib. 7. c. 5. & luculenter hac de re ſcribens Gellius, lib. 3. c. 16. in hæc verba, *Et Medici, & Philoſophi illuſtres de tempore humani partus quæſiuerunt, & multa opinio eſt, eaque iam pro vero recepta, poſtquam mulieris vterus conceperit ſemen, gigni hominem ſeptimo rarenter, nunquam octauo, ſæpe nono, ſæpenumero decimo menſe, eumque eſſe hominem gignendi ſummum finem, decem menſes non inceptos ſed exactos.* Probat ex Plauto in Ciſtellaria ex Menandro (quem appellat *humanarum opinionem peritiſſimum*) in Plotio ex Ceſellio; quorum teſtimonia videre eſt in Gellio. Illa verò ex eodē non prætereunda elegās imprimis huius rei deſignatio in ipſis Parcarum nominibus, quā Varro agnoſcit, vulgò; nomen a pariendo accepiſſe, tum etiam a nono, atque a decimo menſe, nam Ceſellius Vindex in lectionibus ſuis antiquis, *Tria, inquit, nomina Parcarū ſunt, Nona, Decima, Morta: hanc a morte; illas a tempeſtiuo pariendi tempore, non aut decimo menſe, nominatas.*

Varro. Nomē Parcarum a pariendo. *Ceſellius.*

Porro menſem decimum eſſe iuſtum, & maximè iuxta naturam grauidationis limitem aſſerit Mercurialis. Naturaliſſimum, & maximè tempeſtiuum, ſi fiat expleto nono & primis diebus decimi menſis, probant Nicolaus Nancelius ſect. 3. ſui Problematis, & Petrus de Peramato ex vera Hippocratis intelligentia, & neceſſaria variorum locorum conciliatione. Poetæ, qui vel rem certam, & vulgaram a Philoſophis ſumunt, vel ipſi ſimul etiam philoſophiā docent; hunc menſem Heroum natiuitati tribuunt, Theocritus Eidyll. 24. inducit Alcmenam dicentē ſe geſtaſſe in vtero Herculem menſibus 10. & decem menſibus formatum Herculem, & Iphiclum, vna nocte minorem. Quanquam rem ipſam Mercurius in Amphitryone narrat, & inducitur a Plauto Hercules ſeptimeſtris ex Ioue, Iphiclus decimeſtris ex Amphitryone, eadem nocte nati.

27 Decimus menſis naturaliſſimus partus. *Nancelius.* *Peramatus* Poetę, & Philoſophi *Theocritus* *Plautus.* E

Hodie illa pariet filios geminos duos,
Alter decimo poſt menſe naſcetur puer
Quàm ſeminatus, alter menſe ſeptimo.

Et hunc quoque naſcendi limitem ſuo illi Pollionis filio deſignat Maro,

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. *Virg. Eclo. 5.*

Canace ad Macareum, decem item ſibi numerat menſes, ſed lunares, eoſque nondum completos.

Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi,
Denaque luciferos Luna mouebat equos.

Ia a Romulo conſtitutus anni limes, qui & mulieris partus, & qui viduæ luctus, id eſt, decē omnino menſes, quos celebrauit Ouid. 1. Faſt. *Ouidius.*

Tempora digereret cum conditor vrbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.
Scilicet arma magis quàm ſidera, Romule, noras
Curaque finitimos vincere maior erat.
Eſt tamen, & ratio, Cæſar, quæ mouerit illum,
Erroremque ſuum, quo tueatur, habet.
Quod ſatis eſt, vtero matris, dū prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes à funere coniugis vxor,
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Idem ſtatuit Brodæus tit. Miſcella. c. 11. ex Vlpiano, L. inteſtato. D. de ſuis & legitim. hæreditat. Idemque terminus frequens, & ſolemnis Plauto non ſolum in Ciſtellaria & Amphi. ſed in Sticho. Aulul. & Trucul. Terent. in Adelph. *Brodæus.* *Plautus.* *Terentius.*

Ex quo liquido conſtat, ſiue *decem menſium numero* intelligi debeant ſolares nondū expleti, ſiue lunares completi; ſiue decem poſſint etiam dici nouem ſecundum diuerſam computationē menſis ſolaris incepti, aut completi, ſiue quacumque alia ratione: at ſolennē ſemper fuiſſe in partitione, & fœtuum maturatione eum decumanum numerum, & Heroibus datum potius, quàm nouenarium. Sicut & apud Ouid. Althea Meleagri, C

18 Decumanus menſiū numerus Heroum. *Ouid. 8 Metam.*

Et quos ſuſtinui menſes bis quinque labores.

P. Scipio, qui prior Africanus dictus eſt, decimo item menſe in lucem editus. Et Macrob. lib. 1. c. 8. ex Apollodoro de Deorū origine, affert ideo *Saturnū alligari per annum laneo vinculo*, (quippe laneis compedibus vinciebatur eius ſimulachrū.) & ſolui ad diem eius feſtum, i. menſe Decembri, vt ſignificaretur decimo menſe ſemen in vtero animatum in vitā grandeſcere, quod donec erūpat in lucem, mollib. naturę vinculis detinetur. Porro ex anno, ſi Decembrē Saturno ſacrū, & Ianuariū Iano demas, 10. ſuperſunt. Cū quo facere videtur ea, quam Agellius, loco iā indicato, dubitationis cuiuſdā reſponſionem affert in hæc verba: *Quòd ſi ita, neque vltra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt, quæri oportet cur Homerus ſcripſerit, Neptunum dixiſſe puellæ a ſe recens compreſſæ;* D

Scipio decimeſtris. *Macrob.* *Agellius.*

Gaude hoc complexu, nā cum ſe voluerit annus,
Formoſum puerum paries.

Vel. vt alius transtuli;

Nunc gaude dilecta, eſt cum ſe euoluerit annus,
Illuſtres (neque enim ſunt vana cubilia diuum)
Natos mixa dabis.

Id cum ad complures Grammaticos attuliſſem, partim eorum diſputabant, Homeri quoque ætate, ſicut Romuli, annum fuiſſe non duodecim menſium, ſed decem. Alij, conueniſſe Neptuno, maieſtatique eius dicebant, vt longiori tempore fœtus ex eo grandeſceret. Potuit ergo ad Salomonis maieſtatem quandam ſpectare, quòd decem menſium non minus ſpatio in materna aluo grandeſceret. E

Lōgius geſtationis tēpus ad maieſtatem.

Cum autē Chriſtus Dominus *vtero virgineo deportatus, tempus expectauerit legitimi puerperij*, vt Sophronius Patriarcha dixit, ſexta Synodo, Act. 3. Petrus Bongus in ſuo numero 45. exiſtimat, & poſſe, & debere dici Chriſtum Dominum natū poſt decem conceptionis menſes, nimirum poſt no-

19 Chriſti Domini geſtatio in aluo virginea. *Sophronius* *Bongus.*

uem menſes completos, & quinque dies decimi, qui intercedunt a 25. Martij vſque ad 25. Decẽbr. vt nuper computabamus. Aliàs ſi nouem tantum menſibus demoratus fuiſſet in vtero Virginis, incideret eius natiuitas in 20. Decemb. Pro qua ſententia citat Bongus Epiphanium, & Clementem Alexandrinum, ſed citat falsò: Cum Epiphanius lib. 2. tom. 1. contra hæreſes, c. 51. apertè affirmet Chriſtum natũ quinta Ianuarij, quę eſt ante octauam Iduum Ianuarij. Quare ſecũdum Epiphanij computationem incidit natiuitas Chriſti in decimum ſextum decimi menſis a conceptione, quod item indicauit Origen. hom. 8. in Diuerſos, quę eſt de Epiphania. *Siue hodie* (inquit) *natus eſt Dominus Ieſus, ſiue hodie eſt baptizatus: diuerſa quippe opinio fertur in mundo, & pro traditionum varietate, ſententia eſt nobis.* Et Iſidor. quidem lib. 1. de Diuinis officijs. c. de Epiphan. refert ex Caſſiano collat. 10. Græcos eadem die celebrare Epiphaniam, & Natiuitatem. Itaque hi addunt vndecim dies decimi menſis ſupra illos quinque.

Antiquorũ ſentẽtia de die natali Chriſti. *Epiphan.* *Origenes*, *Iſidorus.* *Caſſianus.*

A

B

At Clemens Alex. 1. Strom. poſt medium, tantum ait ſecundum Baſilidis ſectatores natum eſſe ſeruatorem, quinta decima menſis Iulij; ſecũdum aliquos autem, vndecima eiuſdem menſis; Qui videtur eſſe ſecundum Hebræos & Kaldæos menſis Thebeth, qui reſpondet noſtro Decembri. Hi igitur demunt vnum menſem, & videntur aſſerere natum fuiſſe poſt octo a conceptione mẽſes. Refert item alios Baſilidianos dicentes, natum fuiſſe 24. vel 25. die Pharmuti, qui ſecundum Ægyptios reſpondet noſtro Maio; & ſecundum hos natus eſſet Chriſtus poſt 15. menſes a conceptione.

Natiuitas Chriſti ſecundũ alios poſt octo geſtationis menſes. *Clemens.*

Voluit ergo Bongus citare Auguſtinum qui 3. de Trin. c. 5. vult appellationem decem menſium geſtationis conuenire in Chriſtum Dominum. ibi enim agens de 46. annis, quibus dicunt Iudæi ædificandum eſſe templum, quæ erat figura Dominici corporis; *Nec immeritò* (inquit) *in ædificatione corporis Dominici, numerus ipſe ſenarius pro anno poſitus intelligitur, nam quadragies ſexies ſeni fiunt ducenti ſeptuaginta ſex, qui numerus dierum complet nouem menſes & ſex dies. qui tanquã decem menſes parientibus fęminis imputantur; non quia omnes ad 6. diem poſt nouem menſes perueniunt, ſed quia perfectio corporis Domini tot diebus ad partum perducta comperitur, ſicut a maioribus traditum ſuſcipiens Eccleſię cuſtodit authoritas. Octauo enim Kal. Aprilis conceptus; natus, octauo Kal. Ianuarij.* Quod idem quamuis aliter numerorum proportione deducta repetit lib. 83. qq. q. 56. Et Chryſoſt. hom. 1. in Luc. quæ eſt de Natiuitate Ioannis Baptiſtæ, in menſem decimum conijcit Chriſti Domini natiuitatem. Cum enim Martius dicatur primus in menſibus anni, Exod. 12. qui fuit menſis incarnationis: December eſt menſis decimus, qui fuit natiuitatis. Et eodem modo totidem menſes tribuit Ioanni: Nã cum Zacharias agens feſtum Scenopegiæ octauo Kal. Octob. id eſt, 25. Septẽb. in æquinoctio, quando incipit lux minui, audiuit ab Angelo: Exaudita eſt deprecatio tua, Ergo paulo poſt conceptus Ioannes naſcitur Iunio, qui eſt decimus a Septembri, & gaudet ſimiliter Damaſc. attingere decimi menſis appellationem, de hac ipſa re diſſerẽs, lib. 4. de Fid. c. 15. Nouem menſes cõplens, decimum (inquit) attingens naſcitur.

Auguſt. Chriſti cõceptionis, & natiuitatis dies. *Chryſoſt.* Natiuitas, & geſtatio Ioannis. *Luc. 1. 13.*

C

D

E

Atque illam ipſam decimi mẽſis vſurpationem in Chriſti Domini natiuitate libenter admittunt, & vſurpant Gloſs. Ordin. Rabani, quæ affirmat celebrari a Chriſtianis natiuitatem Chriſti 10. menſe poſt conceptionem. Item & Hugo, & Bonauẽt, qui videntur computare nouem menſes geſtationis pro communiſſimo & frequentiſſimo partu, addendo inſuper priores dies illos formationis fętus ante infuſionem animæ: neque longè abeſt Doctor Petrus de Peramato in eo tractatu; Quid naturale, quidve miraculoſũ in conceptione Chriſti Domini interfuerit. Et confirmari poteſt ex eo quod Chriſtus Dominus non habuerit dies illos quadraginta formationis præuios ante infuſionẽ animæ: Nam in primo inſtanti conceptionis, illius corpus perfectiſſimè fuit omnibus ſuis membris & organis inſtructum, & conformatũ, vt eleganter exponit Baſilius, hom. 25. quæ de humana Chriſti generatione diſſerit: propterea vult dictũ ab Angelo, quod in ea natum eſt, non verò, quod in ea conceptum eſt. Quare Beatiſſima Virgo geſtans in vtero nouem menſibus, & quinque dieb. corpus organizatum, videri potuit, diutius geſtaſſe, quàm aliæ, quæ poſt quadraginta dies formationis geſtant nondum nouem menſes integros, & decimo pariunt, vt inde colligi poſſit geſtationem fętus animari maximè naturalẽ conſtare debere nouem menſibus integris; proptereaq; partum naturaliſſimum, & perfectiſſimum a conceptione requirere decem menſes integros. Sed de hoc iam ſatis, vt de vndecimeſtri dicamus.

Hugo. *Bonauent.*

20

An computãdi menſes geſtationis a cõceptione, vel ab animatione fętus. *Peramatus.* *Baſilius.* *Luc. 1.*

Chriſti Domini corpus perfectum diutius geſtatur, quã alij fętus.

VIII. Tardi & illegitimi ab vndecimo vſque ad decimum ſextum menſem.

DE vndecimo pariendi mẽſe ſuſpicio mihi eſt confundi cũ decimo ſolari, vt ſuperius computabamus: abſolutè tamen partum vndecimeſtrem minimè naturalem aſſerit Hippoc. li. de Alimento. Iuris quoque periti cenſent minimè legitimum. Vlp. l. Inteſtato §. vlt. D. de ſuis, & legitimis hæredibus. Scæuola. l. Gallus. D. de liberis & Poſthumis. Iuſtin. in Authent. de Reſtit. & ea, quæ vndecimo menſe parit. Atque, vt ſcribit Plutarch. in Alcibiade, Agis Lacedæmoniorum rex Timæam coniugem repudiauit, quòd ipſo abſente decem menſes, at peperiſſet.

21

Vndecimeſtris nõ naturalis. *Hippocr.* *Vlpianus.* *Scæuola.* *Plutarch.*

Sed ex parte oppoſita, tum ex iure, tũ ex facto, conferet ipſum Gellium ſuis verbis audire. *Ego de partu humano, præter quàm quæ ſcripta in libris legi, hoc quoque venisse vſu comperi, fœminam bonis atque honeſtis moribus, non dubia pudicitia, in vndecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe: factumq; eſſe negotium propter rationem temporis, quaſi marito mortuo, poſtea cõcepiſſet. Quoniam Decem viri in decimo menſe gigni hominẽ, non in vndecimo ſcripſiſſent. Sed D. Adrianum cauſa cognita decreuiſſe in vndecimo quoque mẽſe partum edi poſſe, idque ipſum eius rei decretum nos legimus in eo decreto. Adrian. id ſtatuere ſe dicit requiſitis veterum Philoſophorum & Medicorum ſententijs. Hodie quoque in Satyra fortè M. Varronis legimus, quæ inſcribitur Teſtamentum, verba hæc; Si quis mihi filius vnus, pluresve in decẽ menſibus gignuntur, ij ſi erunt aſini ad lyrã, exhæredes ſunto. Quòd ſi quis in vndecimo menſe, ſecundũ Ariſt. natus eſto, Accio idem ac Titio ius eſto apud me. Per hoc vetus prouerbium Varro ſignificat, Sicuti vulgo dici ſolitum erat de rebus inter ſe nihil diſtantibus, idem Accij quod Titij; Ita pari eodemq; iure in decimo menſe nato & in vndecimo.* Huc vſque Gellius.

Gellius. Adrianĩ decretũ de vndecimeſtri partu.

Deinde duodecimeſtrem partum pollicetur Neptunus apud Homerum ſuperius adductum, nimirum poſt annum: ſed loci explanationem Agellius, ſuperius quoque adductus, adhibere curauit. Angelus quoq; Abrahę filium ex Sara pollicetur, Hoc (inquit) eodẽ tempore in anno altero. Sed nuper de huius loci expoſitione agebamus & interpretatur Abul. aut Rebeccam non cõcepiſſe ſtatim,

22

Duodecimeſtris partus. Iſaac quanto tempore geſtatus. *Abul.*

ſtatim, aut intelligi vnum annum fere confectum magna ex parte, videlicet nono, aut decimo menſe.

Part⁹ tredecimeſtris. Cardanus.

Tredecimeſtrem, ex Maſſurio ſcribit Pli. lib. 7. cap. 5. Gellius lib. 3. c. 16. ac multos huiuſmodi viſos aſſerit Lemoſius. Cardanus parentem ſuum tredecimeſtrem fuiſſe ſcribit.

Nati decimoquarto menſe. Auicenna. Plinius.

Decimoquarto menſe nati meminit Auicenna 9. de Anim. c. 5. Pli. lib. 7. c. 5. Lemoſius ait multos huiuſmodi inueniri.

Sexdecim menſibus natus.

Refertur tandem apud Sanctum Bernardum in Vita ſancti Malachiæ mulier, quæ geſtauit ſexdecim menſibus; ebibita autem aqua Benedicti peperit. Simon Maiolus, Dier. Canicular. Colloquio 3.

Ergo Salomon immaturo partu, id eſt, abortione, minimè editus eſt, neque chordus fuit, id eſt, poſt tempus natus, ſed maximè iuſto ac naturali tempore, & maximè vitali, & quo Heroem clariſſimum, atque ad Sapientiam & præclara omnia natum, decentiſſimum eſſet.

CAP. XI.

Eadem Salomonis, quæ cæteris, humanæ generationis Principia.

Ad locum Sapientiæ. 7. 2.

Coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente.

1 *Salomonis philoſophia, veriſſima. Conuenientia inter ſanguinem, & ſemen.*
2 *Coagulare quid, ex Græco & Latino. Illuſtratus Iob.*
3 *Virtus actiua in ſolo viri ſemine.*
4 *Sanguinis & ſeminis temperamentum diuerſum. Sanguis pro ſemine. Illuſtratus Ioannes.*
5 *Quis ſanguis idoneus formando fœtui. Vulua emortua quid. Illuſtratus Paulus.*
6 *Sanguis purior materia formandi & nutriendi fœtus. Semen fœmineum, ſanguineum.*
7 *Salomō veræ philoſophiæ ac medicinæ doctor. Sanguine materno perficitur fœtus.*
8 *Varia lectio. Somnus pro voluptate abſorbente rationem. Concupiſcentia generationis. Soli homini ſomnia obſcœna.*
9 *Parentum ſomnus ſeruiens conceptui. Vteri temperies.*
10 *Fœtus dormiens & vigiliam ſomno præcurrens. Cur ille ſomnus ſuauiſſimus.*
11 *Inter miſerias humanæ conceptionis, voluptas ſomni parentum.*

I. Naturæ ars coagulandi & compingendi.

1 Gal. deſcribens Salomonis philoſophiam.

HÆc ſunt humanę generationis initia, quæ totidē fere verbis expreſſit Galenus 1. de ſanitat. tuenda, capitul. 1. *Sanguis ſemenque genitale generationis noſtræ primordia ſunt.* Eſt verò inter ea mirabilis quædam proportio, & ſympathia, vt ſicut magnes ferrum, ita ſemen attrahat ſanguinem, propria ſibi & innata facultate: appetitū autem attrahit; attractum familiaritate quadam retinet, atque aſſimilat. Res eleganter a Galen. tradita lib. 2. de Natur. Facul. cap. 3. Ea (inquit) *prima eſt ſeminis actio, vt competentem ſibi ſanguinem*

Sympathia inter ſāguinem, & ſemen.

A *trahat, competens verò fuerit, qui tenuis adeo, halituoſusque eſt, vt cum in omnem ſeminis partem velut ros ſit attractus, nuſquam ſui ſpeciē repræſentet. Sic namque fiet, vt & facilè conuincat ſemen, & celeriter aſſimilet, & ſibi nutrimentum faciat: mox ſecundo attrahit, & tertiò, quò ſibi molem, magnitudinēque iuſtam ex nutritione adijciat.*

2 πηγνύω. Coagulare ex Græco, & Latino.

Coagulatus, coalui, conglomeratus ſum, *corporatus*, vt Plin. loquitur. Et quidem eleganter dictum eſt ab Interprete Latino, *Coagulatus ſum.* Quod ex Græco etiam multis alijs vocibus verti poſſet fere idem ſignificantibus, concretus, coactus, coagmentatus, compactus, conformatus, & conſtabilitus. Sed præſtat *coagulatus*; nam eam vim tribuūt voci *coagulandi* ac virili ſemini, non ſolum primi B philoſophi ac medici, ſed etiam non vltimi Latinitatis auctores. Pli. lib. 7. c. 15. Menſtruale profluuium eſt generādo homini materia, ſemine è maribus coaguli modo, hoc in ſeſe glomerāte, quod deinde tempore ipſo animatur corporaturque. Agellius lib. 3. c. 16. retentum in vulua ſemen appellat conceptum vtero coagulum. Sed rē ipſam luculenter explicuit Gal. lib. 2. de Semine. Nā (inquit) [ſicut liquidum lutum impreſſionem ac fictionem vllam non admittit, mediocriter induratum admittit; ita primæ ac recenti fęturæ accidit, quæ lacti recenter coagulato ſimilis eſt, ac quēadmodum illud caſearij non dū formare aggrediuntur; prius quàm ſatis idonea coagulatione concreuerit: eodem modo animal natura non antè effin C gere conatur, quàm conuenientem duritiem adeptum ſit. Neque etiam ſi conaretur, quicquā efficeret, cum materia nondum firma ſubiaceat, ſed inſtabilis adhuc & tremula ſubterfugiat.] Eandem coaguli cum ſemine humano comparationē vſurpat Ariſt. 2. de generat. Animal. c. 3. Atque eodem retulerunt illud Iob. 10. ſicut caſeum me coagulaſti. Chryſoſt. & Olympiod. & alij recentiores Latini: quamquam nos eo loco aliam exponendi rationem ſequuti fuerimus.

Plinius. Agellius. Ariſtotel. Chryſoſt. Olympiod.

II. Collata materia ſeminis & ſanguinis.

3 Salomon vim agēdi tribuēs ſeminis virili. Medicorū ſentētia de virtute ſeminali. Franciſc. Suarez.

EX *ſemine* (inquā) *viri.* Aut vniuerſam, aut maximā vim agendi, formandi, generandi ſemi D ni tribuit; ſecus ac medici, qui virtutem actricē, & formatricem, partim viro, partim attribuunt fœminæ. Medicorum ſententiam docuit Gal. ſequuntur vniuerſi medici; Ex Theologis non pauci, Scotus, Mayronis, Antonius, Andreas, immo & Caiet. Neque valde diſplicet noſtro Doctori Franciſco Suario. 3. p. q. 31. Vbi de cōceptione Chriſti Domini, &c. An ex ſemine fęmineo B. Marię Virg. vel ex ſanguine puriſſimo ſolummodo cōceptus fuerit.

Vera philoſophia.

Sed ſanè hic a Salomone video principium actiuum indicari ſemen ex parte viri; ſanguinē, id eſt, materiam, ex parte fęminæ. Rem igitur, quam ſequutus Ariſt. & Peripateticos, D. Th. & communem Scholaſticorum, docui, cum interpretarer 2. E Ariſt. de Anima librum, nunc iterum probo ex certiſſima Salomonis philoſophia confirmatam.

4 Diuerſum ſanguinis, & ſeminis tēperamētum. Sanguis pro ſemine. Sanguines plurali numero quid.

In ſanguine. Manifeſtè diſcrimen indicat ſeminis a ſanguine: nam licèt ſemen ea parte ſanguinis aerea, oleaginoſa, & pingui generatur, & ſecernitur; attamen alia eſt forma, calor, craſſities, & temperamenti ratio ſeminis, alia ſanguinis. Scio aliquando ſanguinis nomine intelligi ſemen poſſe, ſed vbi vtriuſque per ſuas voces diſtinctio ſit; confuſio, aut æquiuocatio nulla eſt. Vno autem ſanguinis nomine vtrumque illud, quod a viro & fęmina ad prolem generandam confertur, appellari plurali numero ſanguine, a Ioānes, c. 1.

Auguſt. Beda.

dixerunt Auguſt.& Beda, Gagneius, Hugo Cardinal.

5. Inquonam ſanguine coaguletur fœtus.

Sed cum hoc loco Salomon veriſſimæ Philoſophiæ ac Medicinæ doctorem agat; quærendū eſt, in quonam ſanguine coagulatum ſe dicit; an in menſtruo? ſic ſanè videri poteſt, nā propter menſtrui ſanguinis defectum, *deſinētibus Sara fieri muliebribus*, pronunriatur inualida ad generandam prolem, Gen. 18.11, & habuiſſe *vuluam emortuam*.

Vulua emortua exanguis.

ad Rom. 4.19. & rectè emortuam, quia exanguē, nam vita vuluæ in illo videtur ineſſe ſanguine. Et quidem Pli. lib. 7. c. 15. diſertis verbis id videtur affirmare,

Plinius. Quæ feminæ ſteriles.

Quibus menſtruale profluuium nunquā contingit, eas mulieres conſtat non gignere, quando hęc eſt generanti homini materia, ſemine è maribus, coaguli modo, hoc in ſeſe glomerāte.

Galenus.

Et Gal. 2. de Nat. Facult. c. 3. maris ſemen cum Phidia opifice confert; ſanguinem verò menſtruū cum cera, ex qua Phidias figuram aliquam in hominis ſimilitudinē conformet. Hoc, ꝙ ad primam fętus formationem ſpectat; nam quod ad alimentū, & nutritionē, idem docet Gal. fœtum nutriri menſtruo ſanguine, & vitioſo quidē, 1. de cauſis ſymptom. c. 7. & 5. Aphor.

Peramatus

com. 6. & lib. 10. Et alij, quos adducit Peramatus, lib. de Hominis procrear. c. 16. In quo etiam Arabes cum Auic. 21. 3. conſentiunt. Et præſertim Rodericus de Caſtro, lib. 2. de nat. Mul. c. 10. Vbi contendit menſtruum ſanguinem ſola quātitate, non verò qualitate, peccare.

6. Sāguis pro ſemine.

Sed iam hanc ego controuerſiam duplici aſſertione dirimendam exiſtimo. Primò enim ſi Salomon de ipſa prima fętus conceptione loquatur, & de eo ſemine, quod fęmina ſuppeditat, rectè illud poſſe appellari ſanguinē, non ſolum propter eum

Seminum diſcrimen.

quem dixit; Ioan. 1. locum, ſed propter firmū medicorum teſtimonium, inter maris & fęminę ſemina id diſcriminis conſtituentium, ꝙ ſemen viri album ſit, nimirum magis excoctum, & elaboratū; at fęmineum ſit ſanguineum, quippe humidius, & rudius. Quis enim dubitet, ſicut qualitate, & virtute, ita & colore differre? Quare Rabanus in Gloſ.

Rabanus.

ex Phyſicorum ſententia, ait, Semen viri eſſe album; fœminæ verò ſanguinolentum.

Sed, quæ eſt ſecunda aſſertio, ſanguis ipſe menſtruus, qui excrementitius eſt, impurus, peſtilens, non cēſetur a bonis philoſophis idoneus generando, & coagulando in fętum; cenſetur tamen neceſſarius, tum ad vuluæ humectationem, relaxationem, dilatationem; tum vt eo purgamēto, maneat purus ſanguis digeſtione quadam præparatus ad conceptum. Rem eleganter explicuit Gal. libro de Sem. c. 7. & 5. Aph. 57. conſtituens diſcrimen inter ſanguinem menſtruum, & hunc nutrimentalem. Elucidant item docti Medici, Fernel. Albertinus, Bottonus lib. 2. c. 21. Peramatus, Lemoſins. Sed ex ſacris Doctoribus longè pulcherrimè Aug. li. 83.

Auguſt. D. Thom.

quæſtionū, q. 56. D. Th. 3. p. q. 31. art. 1. Ex quo idē tradit Pererius c. 17. in Geneſ. diſp. 2. Et rē confirmat experimentum Galeni de Natural. facul. c. 3. vbi teſtatur multas mulieres abſque vllo mēſium recremento concepiſſe; quibus tamen bonus & neceſſarius ad conceptionem ſanguis ſuppetebat.

Pars purioris ſanguinis ſeruiēs generationi.

Parte igitur purioris ſanguinis fœtui generando, & nutriendo ſeparata, reliquum excrementitium cohiberi in venis, quæ circa vterū ſunt, atq; etiam cum puriori ſanguine confundi vſque ad partum,

Gal. de diſſect. vulua. cap. 1. ſup. Hipp. 1 Proreth. par. 2. Sent 48 & 5. Aphor. com 37.

propter multos naturæ vſus, medici docent. Eſſe porro neceſſariū ex puriori ſanguine alimentum fętui augendo, & dilatando, Gal. cum Hippoc. docuit: *Conceptum* videlicet *nutriri dulciſſimo, quod in ſanguine eſt*. Eſt quippe ſanguis cōmune membrorum omnium alimentum, vt poſt Ariſt. Gal. docet.

Sanguis purior alimētum fętus.

Auicenna.

Quare Auic. vult primam illam figurati fętus deſignationē, & primigeniam diſpoſitionem membrorum, i. poſt nouem a conceptione dies, repleri ſanguine, ex quo mēbra fiant. Poſtea etiam ſanguine ad vterū per uenarum oſcilla delato, nutriri, dilatari, & ſanguine increſcere. Quid quid tandem mater ad fętū confert, merito ſanguines appellantur a Ioan. 1. nu. 13. Quibuſdā per ſanguines intelligentib. menſes; alijs, vt Aug. & Beda, ut nuper dicebamus, virilē ſimul & maternum ſanguinem ex quib. fętus coaleſcat in vtero. Et ipſe quidem Aug. lib. 83. qq. q. 56. cōputans per multiplicationem ſenarij dies neceſſarios legitimo partui ex primis cōceptionis diebus 46. ait.

Progreſſus humani fętus.

Dicitur cōceptio humana ſic procedere & perfici, vt primis ſex diebus quaſi lactis habeat ſimilitudinē: ſequentibus nouē dieb. cōuertatur in ſanguinē: Deinde duodecim diebus ſolidetur, reliquis decē & octo diebus formetur, vſque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hinc iam reliquo tempore, vſque ad tempus partus magnitudine augeatur.

7. Vera Philoſophia quā docet Salomō a poſteris Philoſophis obſeruata.

Quare non uidetur tantū a Salomone materia conceptionis ex materno ſemine deſignata nomine *ſanguinis*: nā hæc etiam affirmatur a medicis albicare, vt quæ certis vaſib. per quæ ſanguis ad uterum defertur, excoquatur, & albēſcat. Quamuis hanc etiā nomine *ſanguinis*, poſſe aliquando intelligi, non negarim, cū Suario noſtro. 3. p. q. 32. diſp. 10. ſed prætera docuit Salomon, quem uſum habeat maternus ſanguis in uniuerſa fętus elaboratione, auctione, nutritione, abſolutione: quem in certa quadā, & opportuna menſura virtus ipſa ſeminalis, toto geſtationis tempore innata facultate trahit, & allicit ad fętum, vt eleganter Gal. docuit lib. 2. de Nat. Facult. c. 3.

Sanguine materno abſoluitur fœtus.

Galenus.

Quis (inquit) *qui affluentem ſanguinem moderatus? quis vetat, quominus plus iuſto confluat? quis facit, ne minus, quam ſatis eſt, affluat? quem hic tertium. qui animalis generationis præſit, quæremus, quique conuenientem ſemini ſanguinem ſubminiſtret? nempe ſemen ipſum. Id enim eſt artifex Phidiæ ad proportionem reſpondens. Sanguis verò ceræ rationem habet. Non igitur conuenit, vt cera ſibi ipſi rationem inueniat, ſed Phidias: trahet porro artifex tantum ad ſe ſanguinis quanti indiget.* Vide vniuerſam Philoſophorū & Medicorum doctrinā de fętus arcana formatione, nutritione, perfectione, in unico Salomonis verbo inſtaurari, ſiue potius doctrina primigenia inuentū doceri, & omniū poſteritati philoſophorum ac medicorum cōmendari.

Salomonis doctrina poſterioribus ſæculis tradita.

III. *Delectamentum ſomni conuenientis prouidens naturæ.*

8. An ſomnus ſit aliqua cauſa fęt⁹.

NOn omnino facilis huius quoque particulæ explicatus inter humanę generationis primordia. Qua enim ratione poſſit *ſomnus delectamentumve* in aliquā fętus cauſam reuocari? Quippe non in materiam, non in efficientem, nō in vllam ex cæteris. Et ſanè in ipſa etiā lectione & trāſlatione ex Græco, uarietas eſt, & ambiguitas.

Varia lectio.

Nā propriè Græca, quæ circunfertur cum Biblijs, Septuag. Pagninus, Regia, legunt: Delectamento ſomno conueniente. quod, inquam, delectamentum conuenit ſomno. Aliquando etiam legit Ambroſ. ſomni conuenientis, q. d. opportuni ſomni, qui conuenit conceptioni.

Ambroſ.

In quibuſdam vulgaris, ſomnij conuenientis: Nannius: uoluptate cum ſomno congrediente: Tigurina & Clarius, ſicut Latinus Interpres, ſomni: Sed Tigur. uoluptate ſomni comitāte, utcumque ſit, ſomnum numerat inter primordia humanæ generationis, tum illi adiungit uoluptatem, aut quæ ex ſomno ſequitur, aut quam ſomnus ſequitur.

Somnus inter primordia humanę generationis.

Iam

Iam hic triplex interpretatio. Prima, quæ ſomnum refert ad parentes. Secunda, quæ ad ipſum fœtum. Tertia, quæ ad ipſum ſemen.

Primæ ſententiæ variatas.

Prima eſt Gloſſæ Rabani, Hugonis, Bonau. Dionyſ. ſed non omnes eandem viam tenent: nã quidam ſomnum intranſitiuè, & metaphoricè, pro ipſa voluptate accipiunt; quæ ſomnus quidam eſt ci tò tranſiens. Alij, vt Dionyſius, quòd voluptas ſit velut ſomnus, quo conſopitur & abſorbetur ratio. Fit autem voluptatis huius peculiaris mẽtio, tum quoniam cum generatione voluit natura maximam voluptatem cõiunctam eſſe, propter cauſas quas explicuit Ariſtot. ſect. 4. Probl. 16. Et exponit Sepialius, quòd quamuis homini ſecundũ rectam rationem eam voluptatem capiẽti non tribuatur in peccatum; tamen vehemens illa delectatio ſeu ſus exterioris, quam non poſſit actus interior cohibere, neque poſſit ratio ſimul cum illa exercere actum ſuum (quippe non ſubiacet imperio rationis) hoc inquam prouenit ex pœna peccati, & hæc eſt concupiſcentia rebellis rationi, vt optimè explicuit D. Thomas 2.2.q.15.3.art.1.ad 2. elucidat Caietanus, & docuerat Auguſt. 13. de ciuit. c. 13. Eſſe etiam congreſſum venereum paruam Epilepſiam docuit Hippoc. Rurſus alij ſomnũ metaphoricè alio modo ſumunt, vt ſic circumlocutio, aut honeſta ſignificatio concubitus, quod indicarunt ſcholia Vatabli; quæ eandem habent vocem, quę ſupra, Sap. 4.6. Ex iniquis ſomnis filij, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitię aduerſus parentes in genc ratione ſua. Cum quo facit circũlocutio dormiendi, pro, congrediendi, frequentiſſima in ſacris litteris: tum etiam, quòd ſomnus humanus immundũ aliquid ſonat, ſicut & humana inſomnia quæ ſoli homini immunda, imaginatione in rem externam prodeunte, & nulli præterea animalium contingunt, vt obſeruant ex Philoſophia Diuus Thomas, Thuriſanus, Caſtrus.

Sõnus pro voluptate abſorbente rationem. *Ariſt.* *Sepialius.* *Concupiſcẽtia in generando, pœna peccati.* *D. Thom.* *Auguſt.* *Sõnus pro re Venerea.* *Inſomnia ſoli homini immunda.* *Tho. vbi de Gene. Emb. Caſt. lib. 1. cap. 2.*

Alij verò ſomnum ad matrem concipientem referunt, quæ ſi excepto ſemine, ſomnum capiat, firmius concipit. Propterea Paulus, & Aetius ante ſomnum concipi iubent, vt ſecutus ſomnus vires viti reparet, & ſemen vtero fœminæ tenacius affigat. Denique ſemper, aut Venus ſomnũ, aut ſomnus Venerem ſequitur, ex Hippocrat. Adde quòd Ariſt. ſingulari libello de generat. Animal. c. 2. Inter ſigna idonei ad concipiendum vteri, illud refert, Si ſimilem habeat temperiem; quale corpus habet inter dormiendum; videlicet calidã, & humidam, atque alia quædam quæ cum hac re faciunt. Cuius rei illud item argumentum eſt, quòd fœmellæ poſt conceptionem ſomniculoſiores, atque pigriores, euadunt, ſagaciſſima tunc natura eiuſmodi ſomno vtente, vt retrocedente natiuo calore ad materna viſcera ſemen non ſolum retineatur, ſed craſſeſcat, atque etiam commodè diſtribuatur. Quod eleganter docet Paulus Aegineta, li. 1. cap. 35. Nicolaus Rocherus, de morb. mul. cap. 22.

9. Secutus ſõnus conceptũ firmat. *Aetius.* *Hipp. lib. 3. de Rat. v. c. 31. & lib. 3. cap. 8.* *Vteri temperies.* *Aegineta. Rocherus.*

10\. Secunda exponendi ratio Roberti Holkoth, Iſidori Clarij, Nicolai, & aliorum, referentiũ ſomnum ad ipſum fœtum; non ſolum quia puer, dum eſt in vtero, habet figuram & habitum dormientis, vt dicebat Lyra; ſed quia Ariſt. 5. de Generat. Anim. c. 1. ſic ſcribit; *Principio pueri cum nati fuerint dormire omnium maximè imperfectorum animalium ſolent, quoniam intra parentem, cum primum ſentire cœperint, tempus dormiendo totum fere conſumunt.* Deinde verò diſputat an hunc ſomnum præcedat vigilia aliqua, an verò primus præcedat ſomnus. Et ſtatuit ſomnum præcedere, aut verò diſpoſitionem quandam ſomni ſimilem. Adde quòd quemadmodum in ſomno calor intro ſeſe recipiens, externa deſerẽs, vires ſuas ad neceſſaria naturę opera exerit, coquendo, elaborando, perficiendo, quæ intus ſunt; non aliter ſanè in prima hominis generatione neceſſe eſt, ſomnum, vel diſpoſitionẽ ſomni ſimilem, intercedere, vt calore ad interna confluente fœtus materia communiretur, & elaboretur ad generationem, dilatationem, augmentum fœtus. Ergo commoda videtur hæc ratio explicandi ſomnum quẽ in generatione ſui Salomon interceſſiſſe ſcribit.

Fœtus dormiens. *An ſomnũ fœtus præcedat vigilia.*

Hæc ſcripſeram, cum rei difficilis & incompertæ rationem totam, pro ea quæ cum illo mihi intercedit familiaritate, refero ad Franciſcum Vzedam Velazquez, rei medicæ doctorem præſtantiſſimum, atque Malacitanæ vrbis præſidium, quem tum alijs nominibus amo, & colo, tum propter ſingularem animi cum eximia doctrina coniunctam pietatem. Is igitur ſuis ad me litteris, hanc ſomni culoſi fœtus cum delectamento rationem his coniecturis veroſimilibus promouebat. Prima, quòd a Paulo Aegineta, lib. 1. c. 97. dilucidius quidem, quam ab alijs Philoſophis hac ratione definiatur ſomnus, *Virium animalium requies, vtili humiditate cerebro madeſciente proueniens*. Cum autem puriſſimo atq; defæcatiſſimo ſanguine materno nutriatur fœtus, conſequens eſt, vt ex ea puriſſimi alimenti concoctione blandiſſimi atque ſuauiſſimi excitentur vapores, qui fœtui cerebrum iucundiſſimè madefaciant atque conſopiant quo, & fœlicius ſomnietur, & facillimè nutriatur. Secunda, quòd qui ſenſus ſolent ſomni dulcedinem interturbare, ſi minus quieti ſint, ijdem cum in fœtu nimium torpeſcant, oportet, vt minimè ſomnum interturbẽt, potius iuuent, efficiantque dulciſſimum, atque ſua uiſſimum. Tertia, quòd fœtus intra vterum contentus, ore neque alimentum, neque reſpirationem capit, ſed vmbilico; itaque in eo non reperitur prima concoctio, quæ in ventriculo perficitur, neque excrementa in eius inteſtina deſcendunt. Ex quibus locis ſolent vapores excitari acres, atque moleſti, qui cerebrum pungunt, atque laceſſunt, & ſæpe ſomni voluptatem auferũt. Ergo cum aliorum ſomnus iucundiſſimus eſſe ſoleat; at ſomnum fœtui cum delectamento longè iucundiori coniunctum conuenire oportuit. Hæc viri docti ſapiẽter excogitata.

Doct. Frãc. Vzeda Velazquez. *Aegineta. Somnus quid.* *Suauiſſimꝰ ſomnus cõceptus fœtus.*

Tertia denique exponendi ratio aliorum referentium hunc ſomnum ad ipſam ſeminis facultatem; quæ primis diebus videtur conſopita & quaſi euanita, quouſque paulatim virtute vteri excitata vires exerit, ſanguinem attrahit formationem fœtus aggreditur.

11\. Inter has tres interpretandi rationes, tertia minimè placet, vt quæ nihil rei ſolidæ habeat præter vocem, & ſomnum neque in eo ſomno, & quaſi ceſſatione facultatis ſeminalis vlla inſit delectamenti, aut efficientiæ ratio, quæ merito inter generationis primordia referri poſſit.

Iudiciũ præcedentium ſententiarũ.

Secunda non omnino mihi diſplicet, quamuis neque omnino ſatisfaciat, tum quòd inter primordia humanę generationis non videtur referendus ſomnus ipſius fœtus, tum quòd infantis ſomnus non mereatur peculiare illud nomen voluptatis, aut delectamenti quod inter principia generationis numerat Salomon.

Prima ergo videtur paulo cõmodior, tum ꝙ referatur ad ipſas cauſas actiuas, & principia generationis, de quib. agit Salomon, tũ ꝙ ille ſomnus, & ea inordinatæ cõcupiſcentiæ voluptas inter humanas miſerias, & pudioſa noſtræ originis principia, non immeritò videatur a Salom. numerata.

CAP. XII.

Eius naſcentis primus vitæ hauſtus; recens nati caſus in terram; prima vox.

Ad locum Sapient. 7. 3.

Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.

1 *Hominis natiuitas non ad faſtum. Virtute non natura fieri mortalium diſcrimen. Senſus ex Græco quid.*
2 *Genitus pro nato. Reſpiratio, inſpiratio, expiratio quo ordine.*
3 *Reſpiratio naſcentis ad inſtar ſpiraculi vitæ primo homini impertiti. Cur dicatur vita. Illuſtratus Moyſes.*
4 *Terreum quod in homine, deberi terræ. Cur infans deponeretur in terra. Ops. Obſtetrix vnde dicta.*
5 *Terra, mater: Flumina, mamma.*
6 *Infantium vagitus. Riſus ante dies 40. ominoſus. An ſeptimeſtres naſcantur ſine vagitibus.*
7 *Infantium vagitus prima ſyllaba. Cauſa. Deus Vaticanus. Correptus Auguſtinus.*

I. *Primus vitalis ſpiritus hauſtus.*

1
Pli. proœm. lib. 7.
Hominis initia, non ad ſuperbiam.

PRoſequitur Salomon illa ſibi cum alijs communia naturæ & natiuitatis principia, tum vt cõprimat faſtum inanis, id eſt, humanę gloriæ (*Heu dementiam*, inquit Plin. *ab iis initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos*) tum vt ſe ad aliquid natura maius, & excellentius, quo alijs præſtet hominibus, moliendum excitet; ideo ſubdit eo Sapientiæ loco: *Propter hoc* (cum viderem me ex naturæ primordijs, cæteris nihilo meliorem) *optaui* (votum concepi, qua me ratione excellentiorem efficerem) *& datus eſt mihi ſenſus* (intelligentia, prudentia, ſcientia) Nam ea nomina, quę diſcrimen aliquod inter homines efficiũt, non ſunt naturæ, ſed vel fortunæ, vt liberi & ſerui, Regis & ſubditi, diuitis & pauperis; vel virtutis, laboris, & induſtriæ, vt probi, improbi, ſapientis, vel ſtulti, digni, indignive laude.

Sẽſus quid. Quæ diſcrimen inter homines efficiant.

Viuere commune eſt, ſed non commune mereri.

Prudẽtius. Minutius.

Inquit Prudentius, diſputans aduerſus Symmachum: Et Fęlix Minutius; *Generoſus es*, Parentes laudas. Omnes enim pari ſorte naſcimur, virtute diſtinguimur.

2
Genitus p nato.

Ergo *& ego natus accepi* (hauſi) *communem aerem*, liberam reſpirandi facultatem, & rectè interpres, *natum* dixit; nã de natiuitate eſt ſermo; cum ex proprietate Græcæ vocis (ſicut Nannius) potuiſſet dicere, genitus; quod indifferens eſt, vel ad primam conceptionem vel ad natiuitatem etiam. Sic Plin. ſcribit, *Neronem pedibus genitum, & ſeptimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium defuiſſe.* Peritat Prudentius,

Pli. li. 7. c. 8 & lib. 11. c 34.
Prudẽtius.

Vnas capit impius & pius auras.

Et iterum:

nec alter
Ore Sacerdotis quàm mirmilionis anhelat
Spiritus, aereo vitam qui temperat hauſtu.

A

Porro primam illam, & maximè neceſſariam vitæ actionem, ſtatim atque puer natus eſt, id eſt, reſpirationem, ſapientiſſimè deſignauit Salomon. Nam idem eſt reſpirandi, quod & naſcendi initiũ: vt enim docuit Ariſt. lib. de ſpiritu c. 4. is eſt, inter tres illas ſpiritus motiones ordo, id eſt, inter pulſum, nutritionem, ſiue alimenti attractionem, & reſpirationem. Primò enim ob formationem cordis, fit pulſus. Secundò, attractio alimenti ad nutritionem fœtus. Reſpirationis autem motus (inquit) poſtremus, nam tunc primum reſpirat, vbi in lucem editus fuerit partus.

Prima vitæ actio maximè neceſſaria.
Ariſt.
Ordo inter treſpiritus actiones.

Quare autem aut quomodo animalis recens nati reſpiratio fieret, tum etiam, expiratio, & inſpiratio, docebat Empedocles apud Plutarchum lib. 4.

Plutarch.

B

de Placit. Philoſ. c. 22. Empedocles (inquit) primam putat fieri primi (cum primum naſcitur) [animalis reſpirationem in fętu edito, nacta abſceſſionem humiditate, in cuius locũ extrinſecus ſuccedat aer in vaſa corporis aperta: poſtmodo autem cum iam innatus calor foras erumpens, vna eliderет aerem, expirationem; eodemque introrſum recedente, & aeri viciſſim ingreſſum præbente, reſpirationem.]

Reſpiratio & inſpiratio quomodo fiant.

3
Reſpiratio hominis nata ictus ad ſimilitudinẽ primi hominis.

Et quidem idem hic ordo videtur in prima hominis formatione adumbratus; quippe primum iacuit illa ſtatua argillacea, per omnes ſuas partes ſcalpta, & expolita, Dei ſupremi plaſtæ manibus; quaſi dicas, nata, & in lucem edita, veluti cadens

C

in terram; Deinde Plaſtes inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, quaſi reſpirando reſpirandi facultatem ſimul cum anima indidit, & auctor naturę, veluti inſpirans, reſpirare docuit. Spiraculum autem vitæ, ſiue vt in Hebræo habetur, ſpiraculum vitarum, numero multitudinis, quia narium foramina duo, quibus vita hauritur. Quod & cecinit eleganter Alchimus Auitus lib. 1. de Primorũ parentum creatione, cap. 4.

Geneſ. 27.
Alchimus.

Poſtquam perfectæ iacuit nouitatis imago,
Formatumque lutum ſpeciem peruenit in omnẽ;
Nam lenem ſuaui flatum perfundit ab ore,
Inſpiratque homini; quem protinus ille receptum.
Attrahit, & crebri diſtit ſpiraminis auras.

Porro ſapiẽtiſſimè dicitur *ſpiraculum vitæ*, quia

D

reſpiratio initio vitæ adeò neceſſaria eſt, vt non iam ad actionem aliquam, quàm ad ipſam vitam referatur, vt eleganter oſtendit Gal. lib. de Vtil. reſpirationis c. 1. *cum ne momentum quidem temporis ſine reſpiratione ſufficere poßimus, manifeſtum eſt ad nullam particulam actionem ſed ad ipſam vitam pertinere.* Eapropter vt idem Galenus refert, Aſclepiades dixit, reſpirationem eſſe generationẽ animæ. Praxagoras verò non generationem animæ, ſed corroborationem. Vide Salomonis Philoſophiam veriſſimam, atque primam: ex quo deinde ſuam poſteriores naturæ Scriptores arripuerunt, hauſerunt, expreſſerunt.

Reſpiratio cur dicatur vita.
Galen.

E

II. *Salomonis conſultus in terram caſus.*

ET *in ſimiliter factam decidi terram*. Aereum illud, & igneum, quod in homine eſt, reſpiratione oſtendi dicebat Gal. lib. 8. de Decretis Hippocr. & Plat. cap. 4. & 1. de ſanitat. tuenda cap. 2. nunc verò totum illud terreum, quod in homine eſt, terræ deberi docet Salomon, profeſſus non ſe molliori, neque amiciori terra exceptum, quàm alios, ſed *ſimiliter facta*; propriè ex Gręco, vnius paſſionis, aut affectus. Pagn. & Regia; terra *ſimiliter paſſa*. Elegantius Vatabl. *terra eiuſdem ingenij*. Paulo clarius Nannius, *eiuſdem generis*. Significat terram eiuſdem paſſionibus obnoxiã, nunc frigidam,

4
Terreum, quod in homine eſt deberi terræ.
Varia lectio.
ὁμοιοπαθής.

nunc

A nunc æſtnantem, ſemper ſui diſſimilem, frequenter humanæ ſaluti aduerſam, ſibi cum cęteris animalibus communem. Pergit Prudentius.

Prudentius.

Vna omnes gradiuntur; humor, cælum omnibus vnum eſt.

Quod verò ait, primò *natum cecidiſſe in terram*, priſcam illam puerperij legem, ac inueteratam ceremoniam reſpicit, cùm eecens natus infans ab obſtetrice ſtatuebatue in terra quam videtur Suetonius in Claudio *domeſticam natalis religionem appellare.*

Suetonius in Claudio c. 12.

Ergo licèt infantem *cadere*, idem ſit quod naſci; at hic erar rei ipſius in naſcendo oedo; cadebat ex viſceribus matris in obſtetricis genua, ſicut & teſtatur Iob. 3. *Cur exceptus genibus*, atque ob id Ambroſius Epiſt. ad Syagrium, quæ eſt 64. B ait, *obſtetrices ita dictas, quòd obſiſtat, ne fœtus laxatis vteri genitalibus, in terram defluat.* Quod munus ſe præſtitiſſe illa quoque apud Claudianum lib. 1. in Ruffin. ait.

Regum gerendarũ in naſcendo ordo.
Ambroſ.
Obſtetrix vnde dicta.
Claudian.

Quem prima meo de matre cadentem
Suſcepti gremio:

Dein de deponebatur in terra. Quem ordinem indicauit Varro l. 2. de vita populi Romani. *Natus, ſi erat vitalis, ſublatus ab obſtetrice ſtatuebatur in terra.* at quorſum? ſubdit deinde cauſam, *ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur vitalis ac rectus eſſe.* Vt terræ opem recens edito filio maternam allicerent. Aug. 4. de Ciuit. cap. 11. *ipſe* (Deus verus) *opem ferat naſcentibus, excipiens eos ſinu terræ, & vocetur Ops.* Opem autem eſſe ipſam terram, ſcri- C bit Varro lib. 1. de lingua Latina, & Feſtus Pompeius. At qua ratione opem terræ implorabant? Videlicet vt alimenta recèns nato filio pia ſubminiſtraret. Quò pertinet Macrob. lib. 1. cap. 10. *Saturnum & Opem, tam frugum quàm fructuum repertores apud nonnullos cælum & terram eſſe perſuaſum eſt: Saturnùmque à ſatu dictum, cuius cauſa de cælo eſt: & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur: vel ab opere, per quod fruges fructùsque naſcũtur. Huic Deæ ſedentes vota concipiunt terramque de induſtria tangunt, demonſtrantes ipſam matrem terram eſſe mortalibus appetendam.* Plutarch. 1. de Placit. Philoſ. c. 6. *Cælum pro patre, pro matre terram acceperunt; patrem illum, quòd aquam inſtar ſeminis effunderet; matrem hanc, quòd conciperet, &* D *pareret.*

Depoſitio infantis in terra.
Varro.
Auguſt.
Ops terra.
Feſtus.
Macrob.
Cęlum pater; Terra, mater.

5 Hæc itaque altera illius cerimoniæ ratio, vt terram mateem mortalium profiterentur: & non tã ad matris imitationem, terram; quam matrem ad terræ imitationem eſſe compoſitam, vt Philo libr. de Mundi opificio exponens id Gen. 2. *Fons aſcendebat de terra*; ſubtiliter docet: [Vnde liquet neceſſatiò humidam eſſentiam partem eſſe terræ omnia patientis, ſicut mulieres opus habent menſtruis. Aiunt enim naturæ perquiſitores hanc eſſe fœtuum eſſentiam in vtero; nec diſſentaneum eſt ab his, quæ diximus, quod mox dicetur, cuilibet matri tanquam partem ſummè neceſſariam natura ſcaturientes mammas addidit, præparãs alimenta naſcituris infantibus. Mater autem, etiam E terra eſſe videtur. Quapropter & priſcis illis placuit, vt vocaretur Δημήτηρ, compoſito è matre & terra nomine; non enim terra mulierem (vt dixit Plato) ſed mulier terram imitatur: quam vere Poetica gens omniparentem frugiferum, Pandoràmque nominare ſolita eſt; quippe cauſam generationis, & perpetuitatis, tã ſtirpium quàm animaliũ. Meritò igitur terræ quoq; antiquiſſimæ matrum, ac fœcundiſſimæ naturæ, tanquam mammas dedit amniũ fluenta, fontiumque, vt ſtirpes rigẽtur, & omnia animalia potum copioſum habeant.].

Terra mater.
Philo.
Terræ matris mãmę, flumina.
Δημήτηρ.

A Vltima illa ratio, quam tetigit Lucretius libro 6.

Lucretius.

quoniam dubio procul eſſe videtur.
Omniparens eadem rerum commune ſepulcrum.

Sed de hac ſepulchri & matris compoſitione ad terram relata plura dixi ad illum locum Iob 1. *Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc, &c.* Dicemus etiam in ſequentibus.

Sepulchrũ inſtar materni vteri.

III. Et primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans.

INſantem poſt 40. dies à natiuitate ridere cõmune & naturale eſt. Plin. procœmio lib. 7. *Riſus præcox ille & celerrimus ante quadrageſimum* B *nulli datur.* Ariſt. libr. 7. de nat. animal. capit. 10. Auic. 21. Fere. 3. Canonis. ſtatim verò à partu, portentoſum. At ſolum Zoroaſtrem natum ridẽtem improbitatis futurę indicium fuit; Seruius, infœlicitatis exiſtimat, & Salonicum natum ſtatim ridentem, non multo poſt periiſſe. Vide ad id Virg. Eclog. 4.

6. *Infantium riſus.*
Plinius.
Ariſtot.
Auicenna.
Maiol colloq 4 Ranũ ſius l. 2. c. 89. de Zoroaſt. & Plin 7. c. 16 & lib. 30. c. 1. Auguſ. 21. de ciui. c. 14. Solin. c. 4.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

Vbi Nannius & Pontanus ex Bembo, Politiano, Quintiliano, Turnebo. Vide etiam Baptiſtam Pimi Sylloge 3. Annotat.

Septimeſtres verò ſine matris dolore, ſine vagitu naſci, quorundam opinio eſt. Quod Alexander ſect. 1. Problem. ad partus imbecillitatem refert. Fabius Paulinus ſuo libr. 7. de Septenario cap. 4. C potius ad vires & robur. Non crediderim tamen, teſtante Salomone, *ſimilem ſe omnibus vocem ploraſſe*, id eſt, edidiſſe plorantem. Hoc ſolenne, perpetuum, naturale. Plinius de Natura nouerca queritur procœmio lib. 7. [Hominem tantum nudum, & in nuda humo natali die abicit ad vagitus ſtatim, & ploratum; nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio: & flet animal omnibus imperaturum. Et, Hominem ſcire nihil ſine doctrina, non fari, non ingredi, non veſci; Breuiterque, non aliud naturæ ſponte, quàm flere.] Lucretius.

An ſeptimeſtres ſine vagitu naſcantur.
Plinius.
Naturalis infantium fletus.
Lucretius.

D
Tum porro puer, vt ſæuis perfuſus ab vndis,
Nauita, nudus humi iacet infans, indigus omni
Vitali auxilio, cùm primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit,
Vagitùque locum lugubri complet, vt æquum eſt,
Cui tantum in vita reſtat tranſire malorum.

Statius lib. 2. Syluar. in Genethliaco Lucani.

Statius.

Natum protinus, atque humum per ipſam
Primo murmure dulce vagientem,
Blando Calliope ſinu recepit.

Macrob. lib. 1. c. 12. tradit ex Cornelij Labeonis ſententia, *Maiam Deam terram eſſe, & Mercurium illi adiungi in ſacris, quia vox naſcenti homini contactu terræ datur, eandemque Opem vocari, quòd ipſius auxilio via conſtet; & Fatum, à fando: quòd infantes partu editi non priùs vocem edunt, quàm attigerint terram.*

Macrob.

At quod illius vocis primæ initium? Mitto Ro- E berti HolKot meditationem ſuo ſæculò non omnino ineptam, infantes mares ab A. fœminas ab E. ploratum auſpicari. de primis parentibus Adamo & Eua quiritantes. Antiquis Latinis *Va* ſyllabam ſonabant infantes. Agellius lib. 16. cap. 17. *Vaticanus Deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia, quòd pueri ſimul atque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcircòque vagire dicunt, exprimente verbo ſonum vocis recentis.* Idque ex Marci Varronis ſententia. *Vagitanus* videtur hic Deus appellatus Auguſtino lib. 4. de ciuit. cap. 8. ſed emendarunt,

7. *Primi vagitus infantium & ſyllaba.*
Agellius.
Deus Vagitanus aut vaticanus.
Auguſt.

Va-

Emendans Auguſt. *Vaticanum*, Viues, & Baptiſta Pius, Sylloge 3. Annotat. Priorum. Meurſius de puerperio cap. 4. ait tamen Auguſt. illum cultum à Romanis *vt infantium vagitibus præſideret.*

Vagitus infantiū cauſa. Phyſicam huius ploratus cauſam inquirit Alex. in problem. videlicet domicilij priſtini aprici mollis commutationem cum externo ambiente frigido, ioſolente; cum luce etiam, qua percelluntur. Hanc lucis & terræ quam primò contingit, cauſam, reddidit Soranus Epheſius. Soranus. Et quamuis ita ab indulgente natura conſtitutum ſit vt & ploratus & vagitus aliquando infanti conferat inſtrumentorum vocis & reſpirationis, robur, & firmitatem, cùm exercentur, vt obſeruauit Auic. 3. 1. Doct. 1. cap. 2. Lucretius. At quid ni ploret infans,

Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum?

Auguſt. Grauiter Auguſtinus & ſapienter 21. de ciuit. c. 14. *Quis non exhorreat, & mori eligat, ſi ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rurſus infantia, quæ quidem non à riſu ſed à fletu orditur hanc lucem? quòd quid malorum ingreſſa ſit neſciens, prophetat quodam modo.* Cicero. Fere deſumptum ex Cicer. de ſeneċt. *ſi quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam, & & in cunis vagiam, valde recuſem.* Sed iam de Salomone è terra tollendo.

CAPVT XIII.

Eius ſuſceptio attacta primùm terra; alia etiam obſtetricis officia diligenter exhibita.

Ad locum Ezech. 16. 4.

Quando nata es, in die ortus tui, non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem; nec ſale ſalita; nec inuoluta pannis.

1 *Infantium apud Hebræos curatio. Leuabantur de terra. Dea Leuana. Illuſtratus Ezechiel.*
2 *Vmbilici vſus in vtero. Præſcindendi vmbilici, medicorum præcepta.*
3 *Vmbilicus ancoræ inſtar. Infans in vitam tanquā in mare inuectus. Mors portus.*
4 *Leuandi infantis priſcus mos, & ſalutaris apud omnes gentes. Illuſtratus Ezechiel. Cadauera ablui.*
5 *Salitura infantium ad quem vſum.*
6 *Faſcinatio infantium. Prouerbium. Infantiæ panni. Mortis prognoſticum ex officijs præſtitis infanti.*

1\. Quæ Hebræis infantibus præſtarentur ſolennia.

QVoniam ſui ortus hiſtoriam ita ſcribit Salomon, vt non omnia, quædam tantùm matris, nutricis, obſtetricisve officia ſibi præſtita attingat; ea ſanè omnia quæ ex ſacris litteris, & gentis Hebræorum conſuetudine, alijs etiam gentibus communia puerperiorum fuere, breuiter indicata legimus in Ezechiele, cap. 16. & ab indulgētiſſimo Deo diligenter præſtita plebi ſuę, ſub perſona fœmellæ miſerrimæ, & in ſordidiſſima vitæ conditione abiectiſſimæ. Quæ item exhibita Salomoni nato, quis ambigat? Ea verò ad quinque ſexve capita referenda.

Infantē tolli de terra. Ergo, primùm Salomon, qui in terram reciderat, ſublatus eſt, & quidem ſine mora. Quippe ſo-

A lo terræ contactu illius cerimoniæ religiò tranſigebatur. Id officium leuandi de terra puerum, demandauit antiquitas Leuanæ Deæ: At Auguſt. *Omnium nutrici gratiæ Dei.* Nutrix ipſe, non ſolū, *nutritius Ephraim, portās in brachijs* creaturas ſuas. Obſtetrix etiam, qui educit de ventre, *obſtetricante manu ſua.* Ipſe itaque (inquit Auguſt.) *leuet de terra, & vocetur Leuana.* Ex re ipſa præſtitit Ezech. 16. 5. naſcenti plebiculæ, & recens effuſæ ad deſerti ſolitudinē, ex ſanguinaria illa & terra Aegypti vulua; vel etiam cùm miſerrimi Hebræorum infantes ſtatim editi, vix obſtetricum indulgentia viuere permittebantur, ſęuiente iniquiſſima Pharaonis lege, abiecti in terram, aut in agris; repræſentabant cōditionem plebis abiectiſſimam; *Pro-*

Dea Leuana. Sap. 6. 25. Hoſ. 11. 3. Aug. Iob. 26. 13.

B *iecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ vitæ tuæ,* (cecidiſti in terram, abiecta in miſerrimum vitę ſtatum, & ſordidiſſimam conditionem) *in die, qua nata es,* (eo tempore cùm nemo tibi aderat, qui non minùs imbecillæ, quàm recens nato infanti, opem ferret:) *Et dixi* (effeci, indulgentia, potentia mea vſus) *tibi, viue* (vt viueres, & incolumis, atque adeo fœlix ex infœliciſſimis priſtiordijs euaderes) *cùm eſſes in ſanguine tuo* (cùm adhuc in ſecundinis, & ſordibus volutateris) vitalē te eſſe volui, ſuſcipere, tollere, decreui; leuaui, abſtuli de terra, Leuanæ officio defungi volui, adoptaui, nutriendam, educandam curaui.

Deus leuās de terra ſuā plebē.

Secundò, ſuſcepto de terra puero præſcindebatur vmbilicus. Et neque huic (inquit Deus) 2.

C labori & faſtidio defui: *Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui.* Porro vmbilicus eſt velut os fœtus, quo, dum eſt infans in vtero, capit & ſugit per venas alimentum ex materno ſanguine. Non enim, vt Democritus, & Epicurus apud Plutarchum ſenſerunt; *Fœtus in vtero per os alitur; vt propterea ſtatim atque natus eſt ore ad mammam feratur: nam & in vtero eſſe vbera quædam, & oſcilla, quibus alatur.* Non, vt dixit Alcmæo; *alitur per totum corpus, quod ſpongiæ in morem recipiat, quæ alendo ſunt idonea,* ſcd, vt rectè dixerunt Stoici *per vmbilicum. Itaque hunc ſtatim ab obſtetricibus à partu ligari, & os infanti aperiri, vt de alio cogitet alimento.* Ergo cùm vberiori in-

Ezech. 16. 5. Vmbilici vſus in vtero. Plut. lib. 5. de Placit. c. 16. Fœtus qua parte alatur.

D diget fœtus alimento, ore quærit, vmbilico id nō præſtante. Præſcindunt itaque obſtetrices, cuius nullus iam ſit vſus. Vide Hieronymum & Theoderetū, ad eum Ezechielis locum. Sed quot medicorum pręcepta in rectè ſcindendo, quo inſtrumento, & ex qua materia, qua parte, vt ne quid atteratur; quo modo exprimendus grumoſus ſanguis, qua ratione obſcuranda fiſtula, qua inuoluendus, plicandus, inſpergendus?

Hierony. Theodor. Aet ſer. 4. 1 Tetrab. c. 3. Auic. 3. 1. Doct. 1. c. 2.

Illud tantùm; Hæc vmbilici præſciſſio videtur indicare vitam humanam nauigationis cuiuſdam periculoſæ ſimillimam eſſe. Quippe *cùm vmbilicus* (vt Democritus dicebat, referente Plutarcho, lib. de Amore prolis.) primùm in vtero naſcatur, tanquam anchora qua fœtus nitatur con- 3.

Vmbilicus inſtar anchoræ.

E tra fluctuationes, & tanquam retinaculum, aut pedamentum conceptæ ſobolis: certè quid aliud erit præſcindi vmbilicum, quàm præcidere anchoras, & anchorarios funes, quibus ſolutis, digreſſus ex portu materni vteri infantulus, ſeſe vorticoſo vitæ huius pelago committat? Porro vita hæc nauis eſt, *in medio mari* fluctuans, Prouerb. 30. 19. Sap. 5. 10. Eccleſ. 32. 2. Portus alter oppoſitus, quem poſt longam vitæ nauigationem homo tenet, mors ipſa eſt, & ſepulturæ littus, in quo quies; de quo aliquando plura diximus.

Præſcindi vmbilicum quaſi infantem ſoluere ex portu. Vita, nauis, mors portus. Vide com. in Iob. c 3. ver. 13. n. 7

Tertio, præſciſſo vmbilico lauerunt deinde infantem Salomonem. Antiquiſſima hæc Hebraicæ 4

Ablutio infantis recéns nati ſalutaris.

gentis cõſuetudo ex eodem loco Ezech. 16. *Aqua* A *non eſt lota in ſalutem*. Cui muneri neque peperciт Deus. Quod verò dicitur *in ſalutem* videtur eſſe ex medicinæ præcepto: quippe oportet ſordes tenaciores ex vtero contractas, eluere; & ſanguineum mucorem omnino detergere. Quem natalitij huius balnei vſum indicant Theodoretus, tũ etiam Hieronymus: *Cruenta* (inquit) *infantium corpora ſtatim, vt emittuntur ex vtero, elauari ſolẽt*, cum quo per alluſionem quandam illud nectit Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto &c.* id verò medici iubent faciendum tepida: Ægyptiæ mulieres præſtant frigida: medici ſobriores iubent, vino, quod reddat corpuſculum firmius: Aetius, etiam cremore puſanæ. Vides ergo lotionem hanc *in ſalutem* fieri, & incolumitatem pueri. Cur autem hic *ſalutem* propriè non accipiam, à radice, *laſagh*, non video; neque cur R. Ioſeph. metaphoricè accipiat & legat, *immunditiem*; Illud valde alienum, quod R. Manahen legit, *ad delicias*: nam hæ certè tunc non quæruntur in puero. Alij, *non es lota ad aſpectum*, id eſt, *vt eſſes magis conſpicua*. Hoc niſi ſit idem, quod *ad munditiem*, nihil eſt; ſicut & quod alius ait; *non es lota ad abſterſionem*. Alius; *Aqua non eſt lota ad applicationem blandam, ſeu ad blandum amplexum, ad blanda oſcula*. Sed hæc quàm longè omnia? Sed omnium longiſſimè, & alieniſſimè RR. Ioſephus, Dauid, Mardochai, Selomo; *ad lenitatem*, ſeu *mollitiem*: quia, inquiunt, *lotio carnem lenit, ac mollificat*. Quaſi verò molliſſima pueri caro maiori mollitudine indigeret, ac non potiùs robore, & ſoliditare. quid enim per ſe ſe magis tenerum, magis molle, magis flexile? Sed in gratiam harum quoque lectionum variarum, illud afferamus ex Plutarcho lib. de Amore prolis, quod alios quoque huius primæ ablutionis vſus indicat, & illam fœmellæ, apud Ezechielem, miſerrimæ, conculcatæ in ſanguine ſuo, ſpurcitiam illuſtrat: *Nihil* (inquit) *eſt ita imperfectum, inops, nudum, informe, ſpurcum, vt homo à partu ſtatim conſpectus; cui ſoli fere ne exitum quidem in lucem mundum natura cõceſſit: ſed ſanguine inquinatus, taboque oppletus, & occiſo magis quàm nato ſimilis, à nemine tangi, tolli, ſuauiari, ac amplexu foueri, poteſt, niſi natura inſitum gerente amorem.* Ergo lauetur, & mundetur ad aſpectum, ad blandum complexum, & ad blanda oſcula, totuſque niteſcat molliculus Salomon.

Theodor.

Hierony.

Aegyptiarum fœminarum conſuetudo.

Peramatus Caſtrus.

ישע

Varia lectio.

Auenarius. Marin.

Forſter.

Rabbinorũ lectio incõmoda.

B

C

Plutarch.

D

Hæc cùm in ipſa natura poſita ſint, facilè Hebræorum & Aegyptiorum conſuetudo, vel per imitationẽ, vel per rationem ipſam, ad vniuerſas fere nationes permanauit; & de priſco illo Latinorum ſæculo affirmat Meurſius cap. 5. ſui Puerperij. Elicit verò ex Ennio, qui locus eſt in Andromacha.

Hebræorũ & Aegyptiorũ conſuetudo ad alias nationes.

Meurſius.

Ennius.

Puerùmque vt lauerunt, collocant in clypeo.

Sed Hieronymus columna in Ennij fragmenta, longè alio refert; ad funus videlicet pueri præcipitati, & loti: nam cadauera etiam lauabantur. Præſtat igitur teſtimonium alterum Theocriti Eidyllio 24. quo Alcmena gemellos, Herculẽ & Iphiclum, lotos, & lactantes, ſcuto, ceu cunis, reponit, & motu ſomnum conciliat. Quod quia planum ritibus Græcanicis puerperarum, pretium erit ſubijcere.

Cadauera abluebantur.

E

Herculem cùm iam decem menſes natus eſſet, quondam Mideatis
Alcmena, & nocte vna iuniorem Iphiclum;
Cum ambos lauiſſet, & lacte repleuiſſet,
Poſuit ſuper ſcutum æreum, quod Pterelæ
Amphitryon pulchram armaturam ademerat interfecto.

Theocritus

A

Tangens verò mulier puerorum capita, ſic dixit:
Dormite pueri mei dulcem & excitabilem ſomnum:
Dormite, animi mei, fratres duo, incolumes liberi.
Fœlices dormiatis, & fœlices ad auroram perueniatis.
Sic locuta mouit ſcutum grande. Illos autem occupauit ſomnus.

Quarto. Saliebant, & veluti condiebant infantem, ne citò ingenito ſibi mortis ſemine, computreſceret. Plebs igitur Iſraelitica, quæ prope interitum erat, *nec ſale ſalita*, ſalis beneficium à ſuo ſalitore, & conſeruatore Deo, conſequuta eſt, quo diutiùs ſeruaretur. *Tenera* (inquit Hieronym. illo Ezech. loco) *infantium corpora, dum adhuc vteri calorem tenent, & primo vagitu laborioſæ vitæ teſtantur exordia, ſolent ab obſtetricibus ſale contingi, vt ſicciora ſint, & conſtringantur.* Hoc item ex medicinæ præcepto; nam Galenus eam tuendæ valetudinis infantis rationem præſcribit; *vt primùm ſale modico inſperſo cutis eius denſior, ſolidiorque, ijs quæ intus ſunt, partibus, reddatur. In vtero enim æquè cum reliquis mollis erat, tùm nec durius vllum externum corpus inibi contigerit, nec aer illi vſquam frigidus inciderit*, Sed iam molliſſima hæc noſtra ætas ſalis non modò non perfricationem, ſed ne leuẽ quidem inſperſionem admittit. Ab eo tamen ſalis beneficio minimè fuit immunis Salomon, vt vel illud ſibi ſalis Sapientiæ, quo ſaliendus erat, prognoſticum iam inde à natiuitate minimè deſideraret. 5

Hierony.

Galen. 1. de ſan. tuend. c. 7.

Salituræ infantis vſus.

Quintò. Lotum infantem obuoluerunt pannis, obligauerunt faſcijs. Hoc alijs prætermiſſis, deſignauit ipſe Salomon, loco Sapientiæ iam indicato; *In inuolumentis*, inquit, *nutritus ſum*. Aequè hoc infanti neceſſarium, ac miſerum, quæritur Plinius; [Ab hoc lucis rudimento, quæ nec feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Itaque fœliciter natus iacet, manibus pedibusque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum, & à ſupplicijs vita auſpicatur, vnam tantum ob culpam quia natum eſt. Heu dementiam ab ijs initijs exiſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos. [Sed vincula neceſſaria; non vt ne fugiat, qui ſe per ſeſe mouere non valet; ſed vt aliquando pedibus ac manibus confirmatis vti poſſit. Hieronymus: *Tenera infantiũ corpora pannis inuoluantur duplicem ob cauſam; vt & ſale ſiccetur corpus, quod pannis, ne defluat ſeruatur, & ſtringitur; & membra teneriima, ne facilè deprauentur, Vnde & corpora Barbarorum Romanis corporibus rectiora ſunt: vſque ad ſecundum & tertium annum ſemper pannis inuoluuntur.* Porro ſcribit Plutarch. Cenſorinum Catonem tam accuratè ſtuduiſſe liberorum educationi, & faſciationi, vt niſi ſe ſpectante, nunquam infantem ablui, aut inuolumentis faſciari permiſerit. Denique res hæc tam ſolemnis támque perpetua, vt *Infantiæ panni* in Prouerbium abierint, Iob. 38. 9. *Cum mare quaſi pannis infantiæ obuolueret.* Pro re, quæ continet, & conſouet materiam mollem, fluxam, frigidam, vt in eo loco diſſeruimus. 6

Sap. 7. 4.

Faſciarum infantiliũ vſus.

Plinius.

Hierony.

Plutarch.

Infantiæ panni.

Sicut autem natiuitatis nuditas, mortis nuditatem reuelat; ita ſanè hæc infantilia *inuolumenta*, & faſciationes cum feralibus illis defunctorum amiculis, & quibus ligantur manus, & pedes, inſtitis, connexa ſunt. Heu prognoſticum veriſſimũ mortis certiſſimæ, ſiue puer vagiat, ſiue fundatur ex vtero in terram nudam, ſiue nudus ipſe pannis inuoluatur, ſiue inſpergatur ſale, ne tam velociter computreſcat.

Mortis prognoſticum.

C A-

CAP. XIIII.

Salomonis cunabula & feſtum natalitium.

Ad locum Sap. 7. 4. In inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis.

1 *Cunina Dea. Agitatio cunarum ad leniendum dolorem.*
2 *Varia lectio. Suſpicio lectionis alterius ex Græco.*
3 *Infantes in clypeo, in vanno expoſiti, boni ominis ergo.*
4 *An publica lætitia in die natali, an conuiuia. Illuſtratur Moyſes, & Lucas.*
5 *Apud quas gentes natalia celebrata, & cur.*

PVER pannis inuolutus iam reponendus in cunabulis: interim Diei feſtum natalitij, ſolenni totius vrbis lætitia, & celebritate, atque lautiſſimo epulo viris principibus ex regia familia, atque adeo vniuerſo populo, exhibendo, præparabitur.

Ergo curata diligenter Salomonis cunabula; quæ ſanè ab antiquis magnopere curabantur, &
Cunina Dea. quibus adminiſtrandis Cuninam Deam præficiebant. Cuius meminerunt Varro, Auguſtinus, & C
qui de Dijs antiquitatis. Certè lego apud Nannium in ſua Sapientia; *Infaſcijs, & in curis enutritus ſum.* Quippe hæc peculiaris eademque communis ac per neceſſaria infantium infirmitas, indigens agitationis cunarum, ad doloris offendiculique cuiuſpiam lenimentum. *Tria hæc* (inquit
Galen. 1 de ſan. tuend. c. 7. Galenus) [doloris infantium remedia nutricibus ipſo vſu edoctis inuenta videmus; vnum, nutricis
Agitatio cunarum. papillam ori inditam, & altera duo, motum mediocrem, & vocis modulationem. Rurſus triplex excogitata dimotio eſt, in cunis, in lectulis pen-
2. dentibus, in ſuis ipſarum nutricum vlnis.] Quod autem ad lectionem attinet, ſi Nánij codex operarum negligentia erratus non eſt, ita vt pro *cu-*
τῶ φροντί-σιν τῶ κοιτίσιν. Nann. j lectio. *ris*, ſuppoſuerit *cunas* Salomoni, certè pro, τῶ D
phrontiſin legit, τῶ *coitiſin*, quòd videret *cunas* potius ad infantes pertinere, quàm curas illas, & ſolicitas cogitationes, de quibus nuperrimè dicebamus. Sed tamen hæc lectio eſt ſine exemplo, & ſine exemplari. Quòd ſi diuinationi vllus locus eſſet, potuit legi in aliquo codice φορτίοι: *phortis* autem eſt naucula oneraria, cuius formá cunę referunt: aut φορμοῖοι: *phormos* autem eſt ſporta, vas, corbis, ſtragulum, cuiuſmodi materia, & figuræ, cunæ olim fortè conſtabát. Sed nihil eſt, quod in has nos anguſtias compellat: cum de vera lectione, ſimplici, germana, nemo dubitet.

3 Sed de re ipſa; Salomonis cunabula verè regalia: quę ſi ad antiquas rationes, & ceremonias cunabulorum referamus, certè non oportuit pacifi- E
cum Salomonē in clypeo exponi, & agitari: quippe ea ceremonia virtutis bellicæ auſpicium gere-
Infantes olim in clypeo vice cunarum. batur. Vnde poſitus eſt in ſcuto apud Theocritum Hercules; itidemque Iphiclus, ab Alcmena parente:

Theocrit. Eidyll. 24.
Cum ambos lauiſſet, & lacte repleuiſſet,
Poſuit ſuper ſcutum æreum, quod Pterelæ
Amphitryon pulchram armaturam ademerat interfecto.

Quin & Lacænæ in clypeo pariebant, ſcripſère Nonno Dionyſ. 41.

A Neque item oportuit in vanno, aut in ventilabro illum deponi boni ominis ergo: & in auſpi- *Nonnus.*
cium futurarum diuitiarum, & affluentiæ. vti de Infantes cur in vanno olim expoſiti.
Ioue Callimachus, in Iouis hymno; Callimachus.

Nemeſis ſopiuit in aureo
Te vanno.

Cuius vetus interpres ſic obſeruat: *In ventilabris olim infantes dormituros collocabant in futurarum diuitiarum & affluētiæ auſpicium.* Quippe nec hoc vano auſpicio, ſed vel pro ipſo nomine prænuntiato, & indicato diuinitus, fœlicitatis & opulentiæ incredibilis optimum atque auguſtiſſimum auſpicium habuit.

Sed vocamur ad epulum, & lætitiam publicā. 4.
Natalis igitur dies cum gaudio ne celebratus ab An publica lætitia diei natalitij.
B Hebræis? Res ſanè dubia: propterea dubia etiam natalitij Salomonis publica lætitia. Dubitandi verò ea ratio, quòd nulla legatur in Scripturis natalis Diei à partu celebritas, non ſolùm poſt Chriſtum natum, ſed nedum ante legem. Neque non Ioſeph. lib. 2. contra Appionem de Moyſe loquēs, *Ioſeph.*
& de coniugiorū lege, rem confirmat in hæc verba: *Neque verò in puerorum natalibus conuiuia agitari, & ebrietatis occaſionem inde capi voluit, ſed ſobrium protinus principium fieri.*

Cæterùm veroſimilius eſt, quamquam ea res lege nō fuerit ſtatuta (id enim voluit ſibi Ioſephus indicatus) fuiſſe tamen in vſu, & conſuetudine apud Hebræos natalis diei honorem & celebritatem. Quod indicauit Procopius Gen. 21. vbi de *Procopius.*
C ablactatione Iſaac. Sed eius rei illa firma eſt pro- Natalitia conuiuia.
batio, quòd ea lætitia quotannis inſtauraretur ab Herode, Matth. 14. Marci 6. & ab Agrippa rege apud Ioſephum lib. 19. cap. 7. & proculdubio ex Hebræorum more; non ſolùm ex Romano ritu. Niſi verò primus ipſe natalis dies lætiſſimus extitiſſet, nulla fuiſſet in repetendo lætitiæ celebritas. Ideo enim conuiuia natalitia dicta ſunt *Repotia*, Repotia.
quòd quotannis repeterentur. Vide Turnebum *Turnebus.*
lib. 3. cap. 7. Neque verò hæc in natalitijs ſolummodo Regum: Vides ſummam lætitiam, & frequentiſſimas congratulationes in Natali Ioannis Baptiſtæ. Quid ne igitur, qui congratulatum venerant, vicini & cognati, exciperentur congratu-
D latorijs epulis? Hæc illa promiſſio angeli, *Multi in* Luc. 1. 14.
natiuitate eius gaudebunt. Et in natiuitate Iſaac, Sara ait Gen. 21. 6. *Omnis qui audierit, corridebit mihi*: ſimul agitabit diem lætiſſimum.

Porro in ratione ipſa & in natura poſitum vi- 5
detur, vt quo die puer ex caliginoſo vteri carcere Cur in natali die, lætatum.
in iucundiſſimam hanc lucem emittitur, gaudeat mater *preſſuræ iam oblita, quia natus eſt homo in* *Ioā. 16. 21*
mundum; gaudeat pater alterum ſe extra ſe vidēs: gaudeant cæteri, lætitiæ, vt humanitatis, participes. Ergo natalitia feſta, & conuiuia non vnius tantùm gentis, ſed vniuerſarum nationum fue- Feſta natalitia apud quas gentes.
runt, Aegyptiorum, Gen. 40. Perſarum, ex Athen. lib. 12. cap. 4. Aliorum Græcorum, ex Herodoto in Melpomene, Athen. lib. 4. Plutarch. lib. 8. Sym-
E po. problem. 1. Suida. in *Genethlia* Romanorum, ex Vir. Eclog. 3. Iuuen. Saty. 12. Perſ. Satyr. 2. Martial. lib. 10. de Natali Reſtituti, atque horum eruditi interpretes, Britannicus: & noſtri, Pontanus, *Britānicus*
& Roderus. Turnebus li. 3. c. 7. Meurſius de Puer- *Pontanus.*
perio. Sed congeſſit, digeſſit, illuminauit plurima *Turnebus.*
de die natali, iucundiſſimus noſter Martinus de *Meurſius.*
Roa. Hæc cùm ita ſint, quis iam dubitet, Geneth- *Martinus de Roa.*
lia Salomonis non ſolùm ſuis parentibus, ſed toti vrbi, regno vniuerſo extitiſſe lætiſſima, fortè etiā congratulatorijs epulis celebrata?

CA-

CAPVT XV.

Lactatio eius, plena ſollicitudinis nutritio.

Ad locum Sap. 7. 4. Nutritus ſum curis magnis.

1 *Humana imbecillitas, naturæ vulnus. Fœminæ ſolicitiores. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
2 *Salomon lactatus matris vberibus. Amor nutricis mercenarius. Illuſtrati Salomon, & locus Machabæorum.*
3 *Notatæ matres non lactantes filios. Amor paternus languens erga filios abſentes.*
4 *Maternus ſanguis optimum infantis alimentum. Hebræorum traditio de Sara lactante. Reginæ lactantes ſuos filios.*

1\. ET verò quid non curæ & ſolicitudinis neceſſarium infanti imbecillo; & qui vſque ad quadrageſimum diem, cùm iam ſidendi facultas conceditur à natura, in perpetuo quodam diſcrimine, & timure minantis mortis verſetur?

Hominis imbecillitas.

φροντίς.

Eleganter autem dictum eſt ab interprete *in curis magnis*, quod Græcè *enphrontiſin*: nam *phrontis*, propriè eſt cogitatio coniuncta cum animi ſolicitudine, & moleſtia; vnde *magnitudinem* illam effecit interpres, ex quo ſuam imbecillitatem amplificat Salomon: quæ tanta fuit, vt ſine ingenti parentum & nutricis ſolllicitudine ſeruari minimè potuiſſet. Ideo autem, (vt Ariſtoteles ait, peculiari de gener. animal. libello) fœminas in quoque genere callidiores & aſtutiores natura facit, vt illas ſeruandæ prolis ſollicitiores efficeret, & ad pericula, & mala extrinſecus liberis impendẽtia propulſanda vigilantiores redderet. Sed in vniuerſum parenti vtrique propria & innata illa ſolliciti animi diligens & anxia cogitatio, quæ cũ illis *magnis curis* coniuncta eſt, ad filiorum vitam & incolumitatem tuẽdam, ſicut ſcriptum eſt Eccleſ. 30. 7. *Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius.*

Ariſtot.

Fœminæ in quoq; genere ſolicitiores.

Quod eleganter in eam curam quæ infanti impenditur à parentibus, quadrare videtur. Quid enim eſt frequens illa inuoluendi, euoluendi, ligandi, ſoluendi puerum cura, & quotidiana repetitio; quàm colligatio quædam, & quaſi curatio naturæ vulnerũ, id eſt, incredibilis cuiuſdam infirmitatis & imbecillitatis? Quid aliud illa *conturbatio viſcerum ad omnem vocem* pueri, quàm ad omnem vagitum & lacrymolam infantis parentũ commotio, perturbatio, dolor, confuſio? Quòd ſi primam etiam huius ſententiæ partem ex Græco legas, *Refrigerans filium*: ſiue, *molliter tractans*; ſiue, *abſtergens*, in infantiles ſordes, & curam molliter tractandi infantilia membra, rectè conuenit, vt opportunè iam æquè ac veriſſimè dictum ſit, Salomonem *nutritum curis magnis*.

Imbecillitas infantis naturæ vulnus.

Parentum viſcera pro filijs conturbantur.

2 Porro hæc *magna cura* apertè probat infantem Salomonem non fuiſſe commiſſum externæ & conductitiæ nutrici; ſed nutritum & lactatũ proprijs matris Bethſabee vberibus. Cùm enim amor ſit res ſoliciti plena timoris; vbi fuerit amoris minus, minus quoque fuerit curarum & ſolicitudinis, in nutrice dico mercenaria; Cuius proinde amor, non verus, ſed mercenarius eſt. Ille verus,

Salomon lactatus Bethſabee vberibus.

Amor nutricis mercenarius.

A naturalis, gratuitus, qui in matre parens eſt ſollicitudinis & curarum magnarum. Et rem hanc, id eſt, non alterius lacte, quàm ipſius Bethſabee, nutritum non nemo perſuadere nititur, ex eo, quòd ipſe de ſe teſtetur, Prou. 4. 3. fuiſſe *vnigenitum coram matre ſua*, id eſt, ſemper in brachijs, in gremio, in matris oculis verſatum; non *amandatum*, vt Fauorinus apud Gellium dicebat, *ad aliam nutricem*; neque, vt natus eſt, ſtatim à matre abiectũ. Hoc maternæ indulgentiæ argumentũ, vt in eum quem ſuo ipſo lacte nutrierit, quadrent illa blandimenta; *Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte uotorum meorum?* neque minor erga Salomonem vnicè dilectum amor Bethſabee, quàm præclaræ illius, ac pietatis plenæ, matris ſeptem filiorum, erga ſeptimum, & natu minimum filium, his illum maternæ charitatis officijs propoſitis delinĩẽtis: *Fili mi miſerere mei, quæ te in utero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi.* Hæc enim ſunt illæ matrum ad filios deprecationes, per ſanctiſſima verba.

Fauorinus Gel. lib. 12. c. 1.

Prou. 31. 2.

Mater ſeptem filiorum.

2. Machab. 7. 27.

B

3 *Quod eſt enim* (inquit apud Gellium Fauorinus) [hoc contra naturam imperfectum, ac dimidiatum matris genus, peperiſſe, ac ſtatim ab ſe ſe abieciſſe? aluiſſe in vtero ſanguine ſuo, neſcio quid quod non videret; non alere nunc ſuo lacte, quod videat iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem?] Quare matres indulgentiſſimæ, neque infantes priuant ſua hæreditate; neque non ipſæ maiori cum affectu & beneuolentia ſuos fœtus nutriunt, quàm conductitiæ, & aduentitiæ nutrices. [Nimirum (inquit Plutarchus) quia pariendi, & alendi finis non eſt neceſſitas, ſed amor. Itaque alijs animalibus infra ventrem vbera in mammas deſinunt: mulieri ſupernè ad pectus naſcũtur, vt in promptu ſit oſculari amplectique, & fouere. Et Phauorinus: Quæ partus ſuos deſerunt, ablegantque à ſe ſe, & alijs nutriẽdos dedunt, vinculum illud coagulumque animi, atque amoris, quo parentes cum filijs natura conſociat, interſcindunt: aut certè quidem diluunt, deteruntque; nam vbi infantis aliorſum dati, facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternæ flagrãtiæ ſenſim atque paulatim reſtringitur, omniſque impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit. Ipſius quoque infantis affectio animi, amoris, conſuetudinis, in ea ſola vnde alitur, occupatur.] Hæc Fauorinus.

Fauorinus apud Gellium.

Notatæ matres non lactantes filios.

C

Plutarch.

Minor amor infantis & matris ſi alio lacte alatur

D

4 Vide iam, quàm bene hæc quadrant cum mutuo illo Salomonis, & matris amore. Tum præterea materna charitas lactando perficit, quod concipiendo cœperat. [*Nam* (vt inquit Macrob. lib. 5. cap. 11.) poſtquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus effinxit atque aluit, aduẽtante iam partus tempore, idem ad corporis materni ſuperna conſcendens, in naturam lactis albeſcit, vt recens natis idem ſit altor qui fuerat fabricator.]

Macrob.

Idem maternus ſanguis & altor infantis.

Sicut ergo maximè conſuetum pueri alimentum ſanguis maternus; ita lac ex illo elaboratum, celeberrimum & naturaliſſimum. Quam rem & medici præſcribunt antiqui, & recentiores elegãter oſtendunt; & natura ipſa docente, & charitate ipſa impellente, hoc nutricationis officium per ſe ſe ipſas obierunt præclaræ illæ, atque illuſtres fœminæ: Sara Gen. 21. quæ quidem (vt Gelij verbis vtar) *non eſt paſſa fontem illum ſanctiſſimũ corporis* (mammarum vbera intelligit, lactis illos fonticulos) *generis humani educatorem, arefacere extinguere, cum periculo quoque auerſi, & corrupti lactis.* Et R. Salomon tradit cùm vicinæ exiſtimaſſent Iſaac ex alia fœmina natum, & Saræ ſuppoſitum

Optimum lac maternum.

E

Gal. 3. de ſan. tuend. c. 1. Rodericus à Caſtro l. 4. c. 12. Chriſtophora Vega.

R. Salomonis traditio de Saræ lactatione.

A ſitum, vt eam ſuſpicionem expurgaret, nō ſolùm ſuis vberibus infantem lactaſſe, ſed etiam in die ablactationis, & conuiuialis celebritatis, infantibus, quos ſecum conuiuæ adduxiſſent, abundè & largiter lac exhibuiſſe, ac veri partus fidem feciſſe. Anna. 1. Reg. 1. Samuelem lactat, & ablactat; quin immo & priſcæ illæ, æquè ac prudentiſſimæ reginæ. Hecuba proprijs vberibus lactat Hectorem, apud Hom. Iliad. 22. Et Theſſalonice regina Antipatrum filium, apud Iuſtinum, initio lib. 16. & Honorium, ſua ipſius mater, apud Claudianū, Paneg. 4. Penelope, Telemachum filium, libro 11. Od. 3.

Reginæ proprios filios lactantes.

B Porro ſuperbiam fœminarum, quæ cùm matres fuerint, nutrices eſſe dedignātur, exagitant, Chryſoſt. hom. 1. in Pſal. 50. Greg. Epiſtol. ad Auguſt. Cantuarienſem Epiſcop. Plutarchus, de Educan. liber. Columella, lib. 7. rei Ruſt. c. 12. Tiraquellus de Nobilitat. c. 20. à num. 48. Macrobius, Gellius, Quintilianus, ſuperius indicati.

CAPVT XVI.

Eiuſdem circumciſio, & impoſitio nominis.

C *Ad locum 2. Reg. 12. 24 Quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.*

1 *Dies impoſitionis nominis quotus ab infantis natiuitate. Circumciſionis miniſter incertus. Illuſtratus Lucas.*

2 *Circumciſionis feſtum an lege præſcriptum. Quod ex Hebræorum traditione. Feſtum Nominalium apud gentes.*

3 *Dies imponendi nominis diuerſus apud diuerſos. Octauus opportuniſſimus.*

4 *Octo Salomonis nomina, à quo nomen Salomonis impoſitum. Nominis impoſitio cum dominatu coniuncta. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*

D 5 *Patris aut matris indiſcriminatim fuiſſe nomina filijs imponere, aliorum ſententia; ſed verior penes viros fuiſſe, aut ex virorum facultate. Vocare, quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtratus Lucas, & ſæpe Moyſes.*

6 *Matres ex peculiari cauſa nomina impoſuiſſe. Illuſtratus Moyſes & Iſaias.*

7 *Nomen Salomonis impoſitum à matre. Bethſabee etiam peculiariter promiſſus Salomon. Illuſtratus locus Regum.*

8 *Alius à parentibus nomen imponens. Duplex nomen eodem die impoſitum.*

E 9 *Duo potiſſima Salomonis nomina. Iedidiah nomen proprium Cur infrequens. Vocare, de fama & celebritate, & de actionibus. Illuſtratus Iſaias & Salomon.*

10 *Salomon dictus à primaria pacis ſignificatione, cum ea alia quoque nexa. Hebræorum ſapientia in imponendis nominibus.*

11 Iedidiah *quid ſignificet. Comparatur cum nomine Salomonis. Dilectio Dei ad bona temporalia relata. Illuſtratus Paulus.*

A *1. Circumciſionis & impoſiti nominis tempus, & lætitia.*

OCtauo ſanè à natiuitate die, id eſt, exacto ſeptimo, & incipiēte octauo (illud enim eſt, *poſtquam impleti ſunt dies octo vt circumcideretur puer.* Luc. 2. 21.) circumciſus eſt Salomon; à quo, an à matre? an à parente altero? an à Nathane vate? an à ſacerdote? res incerta, & ad quamuis partem prona. Quippe in lege nullus certus & conſtitutus circumciſionis miniſter.

1. Quis circūciſionis dies.

Circūciſionis miniſter incertus.

B Illud item incertum, an circumciſio, lætitia diei alicuius feſti, & lautioris epuli, celebrata fuerit. De re item hac tacet Lex. Sed Iudæi dicunt huc vſque circumciſioni ſuæ ſuam adhibere conuiuiorum celebritatem, quam vulgo appellant, *Miſthe Hamilah*, quod ſonat vini, aut compotationis plenitudinem, & complementum. Fortè ritum priſcū per manus traditum retinēt. Dolorem igitur pueri Salomonis, parentum, conuiuarùmque lætiores epulæ mitigarent: tum præterea congratulatorio conuiuio ad agendum Deo gratias pro puero in libro viuentium recenſito, mutuò ſeſe inuitarent, & hortarentur. Sed fieri non potuit, quin lætiſſimus octauus ille natiuitatis dies extiterit propter auguſtiſſimi nominis Salomonis, iam antea pronuntiati, impoſitionem.

2. Circūciſionis feſtum.

המ לה
משתה

Iudæorum traditio.

C Verumenimvero cùm nulla non gens ſuum habuerit ſolemnem ad nominis impoſitionem, diem, quam Tertullianus libr. de Idololat. *Nominalium ſolemnitatem* nominat (illos excipio Atlantes Africæ populos, quibus neque cura, neque mos indendorum infantibus nominū, vt Herod. libr. 4. Plin. lib. 5. cap. 8. ſcribunt) certè in die deſignando mira aliarum gētium fuit varietas. Turcæ ipſo natali die nomina imponūt, vt ſcribit Bartholomæus Georgeuizius li. de Moribus Turcarum. Marcus Antonius apud Capitolinum intra tertium à partu diem nomina infantibus imponi decreuit. Dixi *intra tertium*, ſic legente Su kio. Cæterùm *intra triceſimum* legunt Briſonius. lib. 1. Select. antiquit. cap. 5. Meurſius de Puerperio cap. 4.

3. Nominis imponēdi dies diuerſos, apud diuerſos.

Tertull.

Herodotus.

Capitolin.

Briſonius.

D Athenienſes quinto poſt partum die. Heſychius illis tribuit ſeptimum. Apud Rom. Feſtus ſcribit, nonum maribus, octauum fœmellis nominandis conſtitutum; Cuius rei cauſam inquirit, & reddit Plutarch. in quæſt. Romanis, Problem. 102. Macrob. 1. Satur. cap. 16. Feſtus Pomp. lib. 10. verbo *luſtrici*. Sunt & qui decimum in dandis nominibus diem apud Athenienſes conſtituant, vt ſcribit Tiraquellus 1. ſi ſuſceperit liberos num. 168. Immo & eundem decimum pro tota fere Græcia conſtituit Alexander lib. 2. c. 25. Omnium barbariſſimi Agareni ex Fez, vt Leo Africanus lib. 3. ſcribit, qui ipſo ſeptimo die nomina imponunt, cùm tamē is dies criticus & climactericus & puero ominoſus ſit, vt oſtendit Ariſt. 7. de nat. Animal. Vſque ad ſeptimum enim mille imminent infanti caſus.

Plutarch.

Macrob.

Feſtus.

Tiraq.

Agareni barbari.

Leo African.

E Euadens igitur ex eo diſcrimine, commodiſſimè octauo circumcidebatur puer, ſimulque nomē accipiebat. Atque eo certius & fauſtiùs Salomon, quàm cæteri, quo illius nomen cum *pace*, id eſt, cum ſalute, & incolumitate coniunctius erat, vt inferiùs exponemus.

Septimus dies climactericus.

Ariſt.

Octauus dies ſalutaris.

Sed iam de ipſo nomine. Et quidem cùm octo omnino videantur fuiſſe Salomonis nomina, Primum, *Salomon*, Secundum, *Iedidiah*, id eſt, *Amabilis Domino*; Tertium, *Lamuel*; Quartum, *Qui ſecum Deo commorante conforſatus eſt*; Quintum, *Congregans*; Sextum, *Vomens*, aut, *Filius Vomentis*; Septimum, *Sapiens*, Octauum, *Koheleth*, De duobus pri-

4 Octo Salomonis nomina.

mis,

A mis, nunc nobis ſermo habendus, vt quæ octauo die illi impoſita fuere, ac vel vtroque, vel altero ſemper gauiſus fuerit. Reliqua quippe ſex vel nō fuerunt illi perpetua, vel non propria, neque vulgara: ſed per varios vitæ caſus, & ætates comparata, vt c. 1. Eccleſiaſtæ per otium dicemus.

II. *A quo nomen impoſitum Salomoni.*

Cuius fuerit nomen filijs imponere.

CVius fuerit munus imponendi nominis infanti patriſne, an matris; an verò etiam alicuius alterius, aut certè parentis ſimul vtriuſque, res eſt incerta & varia apud interpretes, tum de Salomone, tum in vniuerſum de alijs infantibus.

Maldonat.

B Sanè noſter Maldonatus, ſuper id Luc. 1. 31. *Vocabis nomen eius Ieſum*, vult nullam fuiſſe Iudæorum conſuetudinem, vt potiùs patres quàm matres nomina filijs imponerent. Cùm ſæpius legamus matres impoſuiſſe nomina; ſæpe item ſolos patres; aliquando patrem ſimul & matrem, vt Gen. 35. 18. & Luc. 1. 60. 63.

Montanus.

Matres ſæpe impoſuiſſe filijs nomina.

Montanus verò ſuper id Iſai. 9. *Vocabitur nomen eius Emanuel*, non dubitauit aſſerere, antiquo iure, ac more, nominum imponendorum, ab Eua vſque ad Eliſabeth exempla in ſacris obſeruari, quæ hoc munus matri non patri commendent. Exempla autem pro Montano hæc accipe. Eua nomina imponit Cain, & Abel, Geneſ. 4. 1. 25. Et filiæ Loth, nomina imponunt filijs ſuis Moab & C Ammon, Geneſ. 19. 37. 38. Et Lia vocat nomen Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Gen. 29. 32. 33. 34. 35. Et Rachel, Dan filio Balæ; item & Nephthali, quòd hos, tanquam ſuos filios reputaret, nomina imponit, Gen. 30. 6. 7. Rurſum Lia imponit nomina filijs ſuæ ancillæ, Gad, Aſer, Geneſ. 30. 11. 13. Et Iſachar, 18. & Zabulon, 20. Iterum Rachel imponit nomen Ioſeph, 25. & Benoni, Geneſ. 35. 18. Itaque nomina duodecim filiorum Iacob, quæ & ipſa fuerunt præclariſſima, atque ampliſſima imponuntur à matribus; ſic etiam & mater imponit nomen Samſon, Iudic. 13. 24. aut ſi mauis, ambo ſimul parentes nomen imponunt, vt Gen. 35. 18. Benoni, & Beniamin; & Ioanni tum Zacharias tum Eliſabeth nomen imponunt, Luc. 1. 60. 63.

Nomina duodecim Patriarcharum impoſita à matribus.

Penes viros fuiſſe nominum impoſitionem.

Abul. Janſenius. Galatin. Pererius. Viegas. Toletus.

D Cæterùm, quòd ad virum pertinuerit impoſitio nominum, frequens eſt obſeruatio interpretum agentium de nomine Ieſu, & nomine Ioannis, Matth. 2. Luc. 1. Exempla Gen. 4. 26. & 5. 29. & 20. 3. Id quod apertè docent Abulenſ. Matth. 1. q. 59. Ianſen. cap. 1. Concord. Galatin. lib. 3. cap. 18. Pater Pererius 10. 3. in Gen. 10. cap. 16. *Peperit Agar Abrahæ filium, qui vocauit nomen eius, &c.* Noſter Viegas 12. Apoc. Sect. 16. Cardinal. Toletus Luc. 1. Annotat. 124. & apertè docet nomen filijs imponere munus eſſe præcipuè Patrum; quamuis Deus aliquando patribus, aliquando matribus nomina imponenda filijs reuelarit. Idque ſatis euincit ratio Chryſoſtomi, hom. *de ferendis reprehenſionibus, & conuerſione Pauli*, to. 3. *Nominum* E (inquit) *impoſitio dominium teſtatur: atque olim talem fuiſſe morem, quòd ſeruorum nomina mutata ſint*: Daniel 1. Et res quidem clarè conſtat ex Geneſ. 3. vbi Adam cunctis terræ animantibus, & cœli volatilibus nomina imponit in ſignum dominij. Porro pater dominus eſt filiorum; atque adeò etiam dominus & caput ipſius mulieris; nam *Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans.* 1. Petri 3. 6. Atque eò proculdubio videtur reſpexiſſe Plato in Cratylo, docens, ad virum non ad mulierem ſpectare munus imponendorum nominum. Ergo cùm matres nomina filijs imponunt, aut illis

Chryſoſt.

Imponere nomen, cō iunctū cū poteſtate.

Pater, dominus filiorū & vxoris.

Plato.

A nominum reuelatio diuinitus fit, proculdubio peculiaris ratio & extraordinarij arcani alicuius ſignificatio quærenda eſt.

5

Matres inconſultis viris nō impoſuiſſe nomina.

Quare ſtatuo ita poteſtatem & morem imponendi nomina penes viros fuiſſe, vt nunquam à matribus imponerentur viris aut inconſultis, aut ignorantibus. Cuius rei firma coniectura ex eo fit, quòd non ſolùm Matri Virgini, ſed prætetea ipſi Ioſeph, munus imponendi nominis Ieſu cœlitus demandatum fuerit. Matt. 1. 21. tum ex eo, quòd quamuis Gen. 16. nomen Iſmael reuelatur matri Agar, atque eidem præcipitur, vt filio imponat; tamen eodem capite ſcribitur ipſum Abrahā vocaſſe, & impoſuiſſe nomen Iſmael. Non aliter etiā reuelatio nominis Salomonis facta Dauidi 2. Reg. B 12. Ergo, vt rem tandem claudamus, matres à primario impoſitore, id eſt, viro, nomen filio imponendum accipiebant, &, vt pote quæ infantes proprijs geſtarent vlnis, ipſæ primæ vocabāt certa iam & conſtituta à viris nomina. Namque in vſu ſacri ſermonis, cùm *vocare* nomen referri ſoleat ad primam nominis impoſitionem, etiam vocant nomen infanti, qui nulla pollent imponendi nominis poteſtate legitimove iure, vt clarè cōſtat ex Luc. 1. 56. cùm amici & cognati Zachariæ *vocabant eum* (infantem) *nomine patris ſui Zachariam.* Illud autem *vocabant*, noſtri Cardinal. Toletus, Maldonatus, Salmeron, ex proprietate Græci temporis interpretantur, incipiebant, aut, volebant vocare, vel, de vocando, & imponendo noC mine agebant. Et ſanè licèt id verum ſit; ſed non agebant de *Vocando*, id eſt, legitimo & ex poteſtate ſibi propria.

Matres cur primò vocarent & imponerēt nomina.

Vocare qd propriè.

6

Vbi matres nomina imponunt, arcana ſubeſt cauſa.

Quòd ſi quando matres ipſæ fuerunt primariæ nominum filiorum impoſitrices, certè arcana, & peculiaris cauſa tunc aderat, quæ in matres potiùs quam in patres conueniret, propter quam imponendi nominis cura, & munus illis demandaretur. Per huius rei exempla facile eſt excurrere, & veras atque certas cauſas inuenire, cur Eua, Rachel, Lia, filiæ Loth, mater Samſon, aut ſi quæ ſunt aliæ, potiùs quàm patres filijs nomina imponant. Ex quidem clariſſima cernitur in Virgine ſāctiſſima, quæ ſine viro virum conceptura eſſet, cur illi potius & prius quàm viro dictum ſit, Luc. D 1. 31. *vocabis nomen eius Ieſum.* Quamquam Matth. 1. 21. dictum quoque eſt Ioſepho, *Vocabis nomē eius Ieſum*; ſed ſanè iam erat conceptio completa, iam prædictum nomen Virgini matri. At Ioſeph niſi dubitabūdus, non iterum ab Angelo acciperet, quod poſtea ſimul cum matre imponeret, vt patris officio honorari videretur. Sic ēt Iſai. 7. 14. *vocabitur nomen eius Emanuel*, in Hebræo, *vocabit*, & eſt verbum fœminini generis, nempe *vocabit* ipſa Virgo, *nomen eius*, &c. Neque video cur viro docto & pio hæc huius myſterij hoc loco obſeruatio parum ſolida videri debeat, aut poſſit. Sic afflictæ Agar, & pulſæ domo, dicitur Gen. 16. 11. *Paries filium, vocabiſque* (quippe abſente patre) E *nomen eius Iſmael.* Et Gen. 29. 32. Cùm Lia acciperet fœcunditatem, qua viri ſui contemptum compenſaret; *genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.* Filiæ Loth imponunt nomina filijs, 19. 38. quia ex patre ebrio & incauto procurauerant filios. Eua exiſtimans ſibi potiſſimum factam promiſſionem; *vocauit Cain dicens; Poſſedi hominem per Deum.* Gen. 4. 1. Et nimium dolens de morte Abel, *vocauit nomen Seth, dicens; Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.* Vide etiam Gen. 33. 18. Luc. 1. 60. Denique nullibi inuenias matrem nomen imponere, niſi vbi peculiaris

Cur Ioſepho reuelatum nomē Ieſu.

cauſa

cauſa ſubſit, quæ matrem potius reſpiciat quàm patrem.

7. **Bethſabee impoſuiſſe nomen Salomoni.**

Cæterùm nomen inditum Salomoni à matre Bethſabee indicatur 2. Reg. 12. 24. *Quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon*: quod manifeſtè refertur ad ipſam Bethſabee, quæ illud nomen impoſuit. Eſt enim illud verbum vocandi in Hebræo, fœminini generis: quare minus rectè exiſtimatum eſt à Caietano, nomen Salomonis impoſitum fuiſſe à Dauide parēte; cui primo eius nominis prædictio & reuelatio facta eſt. 1. Paral. 22. Licet enim Dauidi reuelatum fuerit, ſed tamē illi non eſt iniunctum, vt ipſe nomen imponeret; neque legitur 1. Paralip. 22. dictum illud à Deo *vocabis nomen eius*: ſed, *vocabitur*. Quod propriè ex Hebræo legitur, *Salomon erit nomen eius*. Quæ verò peculiaris cauſa fuerit, vt Bethſabee, potius quàm Dauid, nomen filio imponat, colligi poteſt ex pollicitatione diuina de ſuſcipiendo filio Salomone, ex Bethſabee, tum etiam ex adhibito iuramento de Salomonis ſucceſſione in regnū 3. Regum 1. rem peculiarem & propriam agebat Bethſabee, vt illi ſuggerit Nathan: *Salua animam tuā, filijque tui Salomonis*.

Notatus Caietan.

Salomō peculiariter promiſſus Bethſabee.

8. **Alius à parente nomen imponens.**

Potuiſſe præterea fieri nominis alicuius impoſitionem ab alio quàm à parente, peculiari aliqua ratione, iuſſuve diuino, videtur colligi ex ipſa Salomonis hiſtoria, 2. Reg. 12. 25. *Miſit in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino*; vocator enim & impoſitor nominis fuit ipſe Nathan: quamuis ex forma loquutionis potius dicatur Deus ad imponendum nomen vſus *manu*, id eſt, miniſterio Prophetæ. Et videtur hoc nomen eodem die puero impoſitum, quo vocatus eſt Salomon; neque mirum duplex ſimul eidem imponi; cum legamus Geneſ. 35. 18. ſimul vocatum Benoni à Rachel, & Beniamin à Iacob. Ita & *Salomon*, à Bethſabee; *Amabilis Domino*, à Nathan.

Manus qd.

Duplex eodem die eidē nomen.

III. *Vtrum illius nomen proprium.*

9. **Salomon multinomius.**

MVltinomium fuiſſe Salomonem, & vel ſeptinomium, vel octinomium, exponimus initio noſtri Eccleſiaſtæ in diſputatione de nomine *Koheleth*, vbi tum hæc duo tum alia Salomonis nomina colligimus, atque adeo non omnia fuiſſe Salomonis propria, ſed quædam vel cognomina potius, quàm nomina; quædam appellatiuè propter ſignificationem accipienda. Inter cætera verò maximè proprium illud *Salomonis* nomen, quo infans antequā naſceretur, inſignitus fuit à Deo. De nomine autem *Iedidiah*, id eſt, *Amabilis Domino*, dubitari poteſt, an propriū Salomonis fuerit, an tantùm appellatiuum; & ex illorum genere, quæ non iam ſunt nomina cōuenientia rebus, quàm ſignificationes rerum conuenientium perſonis; cuiuſmodi ſunt illa Chriſti Domini, Iſa. 9. 6. *Admirabilis*, *Conſiliarius*, *Pater futuri ſæculi*, &c. Quibus appellationibus vocandus dicitur, quòd re ipſa ita futurus eſſet, proptereaque illis honorificentiſſimis titulis, & velut precariuncularum formulis à fidelibus inuocandus, quod eleganter obſeruauit Nicetas, illum ipſum Iſaiæ locum attingens, ſuper Nazianzenum orat. in ſanctam Natiuitatem: *Familiare* (inquit) *eſt Scripturæ ſacræ, pro nominibus plerumque actiones ipſas accipere*, & tunc præſertim, cùm præclaræ quædam actiones ſignificantur, ex quibus ingens nominis claritas, & famæ celebritas, comparanda ſit. Perinde enim erit *vocari*, aut nominari, quod, celebrem aut famoſum fieri, ex frequenti ſacri ſermonis vſu: de quo aliàs. Ergo Abulenſis exiſtimat nomen illud *Iedidiah* vel *Amabilis Domino*, non tam fuiſſe proprium quàm appellatiuum, vt ſignificaretur Salomon diligendus à Deo, & ingentibus bonis cumulandus. Cuius rei præter ea, quæ diximus, exemplum legimus, Iſa. 60. 18. Vbi vulgatus legit & ea poſuit ſapienter: *Occupabit ſalus muros tuos*: quod in Hebræo eſt: *Vocabis ſalutem muros tuos*.

Salomonis nomen ex potiſſimis. An Iedidiah nomē proprium.

Nota propter ſignificationes rebus conuenientes.

Vocari ad famā & nominis celebritatem.

Abul.

Ego verò exiſtimo fuiſſe hoc quoque nomen Salomonis proprium, non tantum appellatiuum, quod videtur ſemper agnoſcere Hieronymus, & interpretes in titulo Pſal. 44. qui inſcribitur; *Pro Dilecto*. & 2. Reg. 12. in ipſa huius nominis impoſiti hiſtoria, quæ ſimpliciter intelligi poſtulat: tū præterea idē Hieronymus initio Eccleſiaſtæ, vbi Olympiod. & Alcuinus, & alij initio Canticorum, vbi de nominibus Salomonis, eius libris reſpondentibus, diſputant.

Iedidiah nomen proprium Salomonis.

Hierony.

Illud tantum videtur obijci poſſe, non videri veroſimile fuiſſe nomen proprium, quod aliàs vſurpatum non fuerit, neque iterum legatur in Scriptura. Sed reſpondendum, non oportere mentionem fieri frequentem alterius, quàm illius frequentiſſimi & vulgariſſimi nominis Salomonis. Et fortè ad id nomen Iedidiah referuntur illa alia *Lamuel*, Prou. 31. 1. *Iethiel*, Prou. 30. 1. Quæ ſicut illud *Iedidiah*, Deum afferunt propitium & beneuolum Salomoni. Atque fortè etiam hæc omnia propria etiam Salomonis fuerunt, cuius incredibilis magnitudo, & rerum omnium optimarum, quibus animo & corpore cumulatus extitit, copia & numerus, non vno tantùm nomine, ſed pluribus commendari & ſignificari debuerūt. Ea multorum enim nominum ſignificatione & numero exiſtimationem & argumentū apud nos fieri infinitæ Dei perfectionis Theologi cū Dionyſio docent.

Cur Iedidiah non vſurpatum frequēter. Plura alia Salomonis propria.

IIII. *Quæ vtriuſque nominis ſignificatio.*

10. *Euſeb.*

SEd quæ vtriuſque nominis ſignificatio? nam tum alia tum hæc Salomonis nomina plena fuerunt arcano myſterio; atque adeo in vniuerſum Euſeb. lib. 11. de Præpar. Euang. c. 4. ex ſola nominum imponendorum ratione & cōſilio ſingularem Hebræorum ſapientiam neceſſario colligit. Quippe in nominibus, vel diuinas reuelationes & prædictiones futurorum euentuum, vel memoriam præteritorum facinorum, vel diuinorum beneficiorum recordationem & gratulationem, vel ſalutaria vitæ inſtituendæ monita, vel denique perſonarum inſignes mutationes includebant, & conſignabant. Quorum pleraque in his duobus Salomonis nominibus reſplendent.

Hebræorū ſapiētia in imponēdis nominib.

Ergo nomen Salomon, quamuis certā habeat notionem à verbo *Salam*, quod eſt pacificum eſſe, aut in pace verſari, vel pace potiri; tamen propter huius radicis fœcunditatem, & ſignificandi amplitudinem, incertam, aut potius variam videtur habere ſignificationem; nam cùm *pax* non ſolum ſit id, quod ſonat, & bello atque tumultui opponitur; ſed præterea ex vſu ſacri ſermonis ſit fœlicitas & bonorum omnium abundantia, vitæ diuturnitas; ſalutis & incolumitatis iucundiſſima poſſeſſio; dubium eſſe iam poteſt, quid nomen Salomonis potiſſimum afferat. Nam Abulenſis 2. Regum 12. q. 26. exiſtimat, ideo vocatum fuiſſe Salomonem, quòd *in pace conſeruandus eſſet, & non moriturus ſicut præcedens Bethſabee filius*.

שלם

Salomonis nomen qd ſignificet. Pax quid in ſacro ſermone.

Abul.

Salomonis nomẽ à primaria pacis ſignificatione.

Sed ſanè primaria illa & potiſſima nominis ſignificatio ab ipſo Deo indicata eſt parenti Dauidi. 1. Paralip. 22. 8. *Factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Multum ſanguinem effudiſti, &c. filius qui naſcetur tibi erit vir quietiſſimus: faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum: & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem & otium dabo in Iſrael cunctis diebus eius.* Sicut autem cum hac primaria pacis ſignificatione coniunctæ ſunt illæ aliæ ſecundariæ & appendices, fœlicitas, opulentia, ſalus, incolumitas; ita ſanè & cum illa primaria nominis ratione, & prædictione coniunctæ aliæ ſunt, afferturque Salomonis nomine fœlicitas, opulentia, ſalus, in columitas. Quod bene agnouit Abulenſ. Quamuis pleri-

Cũ primaria ſignificatione aliæ quoque nexæ.

B que Patrum nullam aliam nominis notionem agnoſcant, quàm illam primariam primariæ ſignificationis pacis. Hieronym. initio Eccleſiaſtæ. & Ioel. 3. 16. & ad Galat. 5. 2. Auguſt. de Ciuit. lib. 17. cap. 8. & in titulum Pſal. 71. Chryſoſto. Matth. 1. Ambroſ. apolog. 2. de Dauid. cap. 4. Gregor. in 1. Cant. Theodoret. & Nyſſen. in cant. 3. Bernard. ſerm. 27. in Cantic. Denique ab his poſteriores alij. Ac nemo quem viderim huius nominis notionem, ab alia quàm à primaria illa pacis ſignificatione, deducit.

Hierony. Auguſt. Chryſoſt. Ambroſ. Theodor. Nyſſenus.

Iedidiah quid ſignificet. *Origenes. Hierony.*

Nomen autem *Iedidiah*, ſonat ex ipſa Scripturarum interpretatione, *Amabilis domino.* & eius ratio ſubditur 2. Reg. 12. 25. *eò quod diligeret eum Dominus.* De cuius nominis interpretatione Origenes initio Cantic. Hieronymus initio Eccleſiaſtæ, & in tit. Pſalmi 44. & epiſt. ad Principiã. 144. & alij, qui de nominibus Salomonis diſſerunt. In quo videtur obſeruanda nominis vtriuſque connexio, & comparatio. Quamquam enim vtrumuis per ſe nomen ſplendidiſſimum & magnificentiſſimum ſit, ſed tamen hoc poſterius ſpecioſius & honorificentius fuiſſe exiſtimat Abulenſis 2. Reg. 12. q. 27. vt pote ex quo primum illud pacis nomen ſplendorem & incrementum accipiat. Vnde enim pax Salomonica, ſtabilitatem, fœlicitatem, & bonorum omnium copiam & affuentiam habere potuit, quàm ex diuina beneuolentia & dilectione? Ruſumque ea Dei propitij beneuolentia & amor, tanquam principium, & prima bonorum omnium ſcaturigo, indicium & expoſitionem habuit per Salomonis pacem, & opulentiam ab effectis. Conneza autem eſſe hæc nomina non ſolùm re ipſa, ſed etiam in ipſa Scriptura conſtat, ex illo 2. Reg. 12. 24. *vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum*, vt ſignificetur, matri imponenti nomen Salomonis & Pacifici, atque omnem fœlicitatem filio à Deo precanti, Deum benigniſſimum, atque liberaliſſimum largitorem, annuiſſe.

Vtrum nomen ſplendidius, Salomon, an Iedidiah. *Abul.*

Theodor. Quòd verò Theodoretus 2. Reg. q. 27. quærẽs, quid ſignificet *Iedidiah*, reſpondet, viſus etiam probare, Aquilam interpretatum eſſe, *In Dominos* Symmachum autem. *Segregatum ad regnum*: ſi de propria interpretatione loquatur, proculdubio Aquilæ interpretatio diminuta eſt; Symmachi verò, aliena. Quo eodem vitio laborat Procopius. Si verò non tam de notione nominis, quàm de intelligentia illius diuini amoris, qui referretur ad conferendum regnum Salumoni, pacemque & omnem regni fœlicitatem, rectè ſenſit Symmachus. Quo eodem ſenſu Hieronymus ad Hedibiam; & interpretes Malachiæ. 1. & Rom. 9. interpretantur, quòd *Deus dilexerit Iacob*, nimirum ad familiæ principatum, & paternam hæreditatem. An verò Dei illa *miſericordia, non auferenda à Salomone*, eodem modo intelligenda ſit, dico-

Symmach.

Aliorũ interpretationes quomodo accipiendæ.

Hierony.

Dilectio Dei ad bona temporalia relata.

A mus li. 8. vbi de pœnitentia Salomonis. Hieronymus ſanè in Tradit. quem imitatur Caietan. 2. Reg. paulo alienius illam *Dei dilectionem* retulit ad gratuitum Dei amorem, quòd diligeretur non propter merita; quippe natus ex parentibus quõdam adulteris. Sed diximus de hoc vbi de Salomonis conceptione.

Caietan.

CAP. XVII.

Eius ablactationis tempus, & lætitia.

B *Ad locum 1. Reg. 1. 24. Adduxit eum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora vini.*

1 *Infans diutiùs nutritus, ſtolidus. Legitimum ablactandi tempus. Triennium pro biẽnio perfecto. Biduum pro ſingulari die.*
2 *Iſaac quoto anno ablactatus. quoto item Samuel.*
3 *B. Virgo quoto ætatis anno præſentata in templo. Triplex ablactationis tempus. Iterum de Samuele.*
4 *Samuel nondum ingredi valens, ablactatus.* Pueri *nomen in ſacro ſermone. Vocis geminatio ad augmentum.*
C 5 *Salomon commodiſſimo tempore ablactatus. An ablactationis feſtum conuiuiale.*
6 *De ablactatione Iſaac Hebræorum traditio. Conuiuium ablactati Samuelis.*
7 *Conuiuium ablactationis cuius generis. Quæ illius ratio & cauſa. Priſcorum numina præſidentia infantibus.*

1. CVris nutritus magnis matris indulgentiſſimæ proficiebat Salomon, cùm opportunum atque legitimum ablactandi tẽpus aduenit; & verò, ſi verum eſt quod Franciſcus Valleſius, cap. 83. de ſacra Philoſophia ſcribit, puerum qui à matris lacte non depellatur tempeſtiue effici ex nimio cibo humidiori, & tenuiori, debilem, mollem, & ſtolidum: porro D triennij tempus plus nimio longum biennium verò eſſe legitimum, ex communi medicorũ ſententia, quam adducit, & ex ipſis naturalibus principijs: Certè coniectura fieri ex acerrima Salomonis natura, biennio illum, quod ſatis erat, minime verò triennio, quod ſuperfluum eſſet, lactis potitum materni beneficio.

Valleſius.

Tempus ablactationis legitimum.

At obijcias doctiſſimo Valleſio, Quanã ratione mollis, qui triennio ſuxerit? cum fortiſſimus ille, & conſtantiſſimus adoleſcens Machabæus, cuius nuper meminimus, triennio lactatus fuerit. 2. Machab. 7. 27. teſtante ipſa matre: *Fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem mẽſibus portaui, & lac triennio dedi.* Reſponſio peti poteſt ex ipſo Valleſio, eodem loco ſcribente, Triennium intelligi, E biennium perfectũ vſque ad triennium. Sed quã inuita & reluctans vero triennio interpretatio, præſertim cùm eodem ipſo loco nouem menſes minimè accipi debeant pro octo perfectis vſque ad initiũ noni? Quare neque triennium, pro biennio perfecto. Scio *biduum* ſolere aliquando in iure accipi non ſolùm pro diebus duobus, ſed etiã pro vno; & quidem ab Vlpiano; ſed acceptio inſolens, & ad res ciuiles tantùm extenſa, vt annus inceptus numerari pro completo poſſit, non item ad naturales & phyſicas.

Obiectio.

Trienniũ pro biẽnio perfecto.

l. 3. §. minorem fide minor.

Quòd ſi ex aliorum ablactatione infantũ, quo-

rum Sacræ litteræ meminerũt, coniectura aliqua facienda eſt, certè inuenio, non tam Hieronymũ quàm quoſdam alios ex Hieronymo in Traditionibus, aſſerentes, Iſaac cùm ablactatus eſt, fuiſſe quinquennem, aut ex aliorum ſententia, duodennem. Tum præterea Guilelmus Hametus in Gen. 21. ex Hebræis refert, cùm Abraham fecit conuiuium ablactationis, ipſum Iſaac cum cæteris conuiuis menſæ accubuiſſe. At verò Abul. & Lipomanus eò propendent, vt tertio anno ablactatus fuerit Iſaac: Pererius noſter ex veroſimili ratiocinatione arbitratur eo ſæculo ſicut viuendi, ita lactãdi, ablactandi, & ſingularum ætatum ſpatia fuiſſe longiora.

Qua ætate ablactatus Iſaac. Hametus. Abul. Lipoman. Pererius.

Quod verò ad Samuelem attinet, & ad ablactationis tempus, quo depulſus eſt à lacte, Abulen, quidem non ampliùs concedit lactationi illius quàm annum cum dimidio, vel circiter. Alij, vt Hugo, Dionyſius, & Gloſſa Rabani, videntur ſupponere, Samuelem tunc temporis fuiſſe biennem. Lyranus, ſolere ablactari infantes circa initium tertij anni. Caietanus non renuit concedere fuiſſe tunc trium annorum; atque fuiſſe conſuetudinem, vt trimi pueri, ſaltem Leuitici generis in templo offerrentur, & educarentur. Cum quo videtur facere, quod Epiphanius de Beata Virgine præſentata in templo ſcribit; Tunc, videlicet cum primum fuit ablactata, iam triennẽ in templo oblatam, & ſponte, non ab aliquo deductam, per ſeſe quindecim illos templi gradus conſcendiſſe, mirabili quadam tantæ indolis, & ſingularis ſanctitatis ſpe atque indicio omnibus relicto.

Samuel, qua ætate ablactatus. Varia interpretum ſententia. 3 *Epiphan. B. Virgo triennis præſentata in templo.*

Porro Petrus Comeſtor, 1. Reg. 1. ſuo cap. 3. cuius verba fere deſcribunt Dionyſ. Hugo, Lyran. quorundam ſententiam refert, triplicem ablactationem diſtinguentium: Primam, à lacte mammillæ, quæ fit terno infantis anno: Secundam, à lacte, id eſt, à teneritudine, & mollitudine infantiæ, quę fit ſeptimo anno: Tertiam, à lacte, id eſt, à moribus exercitijs, & ingenio pueritiæ, & à cura, atque ſolicitudine nutricis & pædagogi, quæ fit duodecimo, Lyranus inquit decimo. Ergo veram illam, & de qua nos loquimur, ablactationem, dicunt tertio anno fieri; at verò metaphoricam, & de qua eo loco Samuelis loquatur, Scriptura, fuiſſe poſtremam illam, cum puer Samuel idoneæ ætatis ad miniſtrandum in templo, & vt ibi poſſet *iugiter manere*, nulla iam indigens maternæ ſolicitudinis opera, à matre oblatus eſt, videlicet iam decennis, aut duodennis, quod affirmat Lyranus.

Petrus Comeſtor. Triplex ablactatio. Lyranus. Samuel qua ætate oblatus in templo.

4. Cæterum illud videtur certò ex Scriptura elici, ablactationem Samuelis, de qua eſt ſermo, eſſe illam primam ab vberibus depulſionem. Quid enim clarius, quàm illud, *Lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte*? Tum præterea puerum, nondum perfectè nutritum, aut educatum: indiguiſſe itaque, vt in tabernaculo Domini enutriretur, vt pote ſanctus, & Nazareus, & à Deo ſibi poſtulatus vt eleganter docuerunt Theodoret. q. 8. Procop. in commentario. Eguiſſe præterea vlnis maternis, quòd per ſe ingredi non poſſet, indicat Greg. & colligit ex illis Scripturæ verbis: *Adductus eſt*, &c. Quæ verba ſic elucidat; *Cum ipſe, qui adductus eſt aſſeritur, eius quoque delationis* (delationis lego, ſecus quàm in omnibus codicibus impreſſit; nam de *delatione* pueri in templum apertè loquitur Gregorius) delationis inquam, *cauſa memoratur, cùm ſubditur*, *Puer autem erat adhuc infantulus: nam ſi infantulus tunc non eſſet, dum per ſe poſſet accedere, duci in templum ab alio non oporteret*. Et tandem idem confirmatur non ſolum ex *tunica parua* quam faciebat ei mater ſua, & afferebat ſtatutis diebus, 1. Reg. 2. 19. ſed etiam ex eo quod ait Scriptura, 1. Reg. 1. 24. *Puer erat adhuc infantulus*. Nam licèt nomen *Naghar* propriè ſignificat puerum iam idoneum alicui externo miniſterio, & eius ætatis, cum ex molliori parentum cura, & matris gremio excutitur, qui ſolet appellari in Scriptura *filius excuſſus*, videlicet iam ad duodecimum, vel quatuordecimum annum: at quia ibi repetitur eadem vox originalis, videlicet *Naghar*, tam pro puero, quàm pro infantulo. q. d. & *puer puer*, certè ea repetitione creſcit ſignificatio vocis iuxta ſubiectam materiam; in hunc ſenſum licèt *puer eſſe Naghar*, vt qui excuteretur ex matris gremio, & ad miniſtrandum in templo, at erat *puer puer*, id eſt, valde puer; quod nos diceremus, *Et niño, a vn era muy niño*, vel, *era niño niño*. Poterat nihilominus vtilis eſſe mirabilis ille puerulus in miniſterio ſacro. Quod probabile cẽſet Dionyſius, & fortè aliquid illi ſupernaturaliter collatum fuiſſe ingenioſitatis, capacitatis, & agilitatis, ſupra naturæ & infantiæ vires, ſicut & non diſſimili ratione Theodoret. & Procopius dicunt, puerum adhuc *accinctum fuiſſe aphod lineo*, quod erat ſummi Sacerdotis inſigne e[illegible]; *Quòd veroſimile fuerit Heli vidiſſe in eo florentem diuinam gratiam; eſſetque natus admirabiliter, & præter opinionem, & intus aleretur in tabernaculo; ideo eo honore admodum puerum impertiſſe*.

Samuel tunc oblatus, cũ primum ablactatus à matre. 1. Reg. 1. 23. Gregor. Procopius. Theodor. נער *Vocis geminatio ad augmẽtum. Samuel puer miſerabilis.*

5. Ergo cùm de ætate in genere ablactati Samuelis conſtet, de certa & ſingulari conſtare non poteſt, neque ab illa ad Salomonis ablactationem firma fieri coniectura, vt cuius teneritudo, & enutritionis curæ & deliciæ longè diuerſæ.

Sanè quidem illud de Salomone affirmare tutò poſſumus, ſicut lactatum incredibili cura & diligentia, ita fuiſſe ablactatum commodiſſimo & maximè ſalutari tempore, quãtum indulgentiſſimæ matris induſtria & ſollicitudine, quantum ſapientiſſimi parentis prouidentia & prudentia effici potuit.

Salomon opportuniſſimo tẽpore ablactatus.

Illud porro magis certo ex ſacris litteris, & ex antiqua Patrum conſuetudine petitur, nimirum feſtiuus ablactationis dies ingenti lætitia & opiparo epulo à Iudæis celebratus. Et verò quamuis Procopius ea de re dubitare videatur, Gen. 21. in hæc verba ſcribens: Obſeruandum eſt, nõ fuiſſe conſuetudinem, vt conuiuiũ celebraretur ſummoto ab vberibus infante. Quare exiſtimat præter communem conſuetudinem fuiſſe & extraordinarium illud feſtum ablactationis Iſaac. Quod idem ſentire videtur Aug. q. 50. in Gen. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 7. Rupert. lib. 6. in Gen. c. 19. Gl. Græca apud Lipom. Verius tamen videri poteſt, feſti illius celebritatem, & conuiuij agitationem, ex more fuiſſe illius ſeculi & illius gentis receptiſſimo; quam Caietan. appellat *laudabilem conſuetudinem*. Abulenſis, *magnam feſtiuitatem Iudæorum*.

Ablactationis dies feſtus, & cõuiualis. Procopius. Auguſt. Rupertus.

6. Huius igitur conſuetudinis, & ſolemnis feſti primum & exemplum, & argumentum eſt, quòd Gen. 21. 8. *fecit Abraham grande conuiuium, cum ablactatus eſt puer*. Cuius conuiuij atq; lætitiæ magnitudinem, Hebræi, rerũ, vt ſolent, mirabilium, ſtudioſiſſimi, referunt ad magnos quoſdam, & celeberrimos viros, qui illi interfuerunt, videlicet Sem, filius Noe, Heber, Abimelech. Tum etiã & ad illos, qui pepigerant fœdus cum Abrahà. Gen. 14. videlicet, Mambre, Eſchol, & Aner. Sed res omnino incerta an iſti tunc temporis ſuper viuerent, an interfuerint: ſicut illud certum eſſe debet inter Abrahami conuiuas, viros magnos, & illius ſeculi,

Hebræorũ traditio de conuiuis. Abraham.

ſeculi, illius loci principes Abrahamo, atque Saræ honoris atque lætitiæ ergo congratulatos. A

Anna celebrans côuiuium ablactati Samuelis. Secundùm, cùm 1. Reg. 1. 24. *Anna adduxit eum* (Samuelem) *ſecum, poſtquam ablactauerat, in uitulis tribus & tribus modijs farinæ, & amphora uini.* Kimhi. Ex illis vitulis, vnum facrificio, duos epulo deſtinatos exiſtimat Dauid Kimhi. Sed duos tamen pro facrificio pacifico, vnde etiam epularentur offerentes & laici, mactatos fuiſſe alij docent. Tandem vnum pro ſacrificio, reliquos verò duos oblatos ſacerdoti Heli, & illius familię, quo libentius pueri Samuelis curam gererent, frequens eſt expoſitorum ſententia, Gloſſæ Rabani, Nicolai, Dionifij. Sed illud primum de conuiuio veroſimilius.

7. Et verò in ratione ipſa videtur poſitum, vt recens ablactati pueri Deo cum aliquo ſacrificio offerrentur, quaſi nouam vitæ rationem ineuntes, & communem mortalium ſortem iam ingredientes. Id quod & à priſcis gentibus obſeruatum, vt certa, quædam numina inuocarentur, quæ pueris ad mandendum & bibendum per ſeſe præſidere Priſcorum numina præſidentia in ſantibus. credebantur. Edufam vocabant, quæ edendo; Potinam, quæ bibendo. Vide Auguſt. 21. de Ciuit. c. 14. Varronem ſuperius adductum, Meurſium lib. de Puerperio. Auguſt. B

Conuiuiũ ablactationis, cur, & quale. Sed illud tandem non prætereundum, cuiuſnã generis cenſeri oporteat huiuſmodi ablactationis conuiuium. Sanè Pater Pereir. Geneſ. 21. exiſtimat tantũ fuiſſe rei ipſi, quę tunc agebatur opportunum; vt eum puer per ſeſe comedere incipiebat, res illa noua, atque parentibus iucundiſſima, multorum conuiuarum lætitia celebraretur, rem Pereira. C

Conuiuiũ Euchariſticũ & conſolatorium. eandem cum puero agentium. Erat porro epulum hoc Euchariſticum, ad agendum gratias pro puero eò vſque incolumi, & proficiente iam ætate, atque humanæ vitæ actionibus, & commodis. Erat item partim conuiuium conſolatorium, propter moleſtiam, quam ægre ferunt infantes, tunc primùm depulſi ab vberibus. Condoleut igitur parentes lacrymabundis & indignabundis pueris; ac, ne quid præterea grauius accidat, ſoliciti. Ergo amici, & conuiuantes, hunc ſiue filiorum, ſiue parentum dolorem iucundiſſima quadam temperatione demulcent: Non aliter atque in funeribus, quorum triſtitiam & luctum funeralibus Conuiuia funeralia. epulis conſolari, & lenire de more habebant. Ergo in Salomonis ablactatione, quàm opiparum quàm regale conuiuium omni deliciarum atque exquiſitiſſimarum epularum varietate inſtructiſſimum? D

CAP. XVIII.

Illius præclara indoles, & ingenium. Prima etiam ſpecies regno digna.

Ad locum Sap. 8. 19. Puer ingenioſus eram, & ſortitus ſum animam bonam: Et cùm magis eſſem bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. E

1 *Salomon optimè compoſitus ad ſapientiam, & probitatem.* Ingenioſus *quid, ex Græco & Latino. Illuſtrata Sapientia.*
2 Ingenium *quid.* quid Indoles, *& ex quibus conſideretur.* Præcocitas *apud Eccleſiaſticum.*
3 Sors, *& ſortiri in ſacro ſermone quid Anima, etiã pro corpore, in Hebræo & Græco. Anima bonitas naturalis, quæ. Illuſtratus Eccleſiaſtes,*
4 Macula *quid. Illuſtratus ſemel & iterum Moy-*

ſes: Amantium mos in commẽdanda ſua pulchritudine. Salomonis in primo ætatis flore pudicitia.

VM idem ſit Deus, idemque auctor naturæ & gratiæ (dixit aliquando Tertull.) ita naturam diſpoſuit, vt ea gratiæ aptiſſimum fundamentũ exiſteret. Non aliter ſanè cum Salomoni ſapientiam diuinitus eſſet largè & vbertim affuſurus Deus, optima illum tum corporis tum animi compoſitione & contemperatione adornauit, ad ſapientiam, & probitatem, quoad fieri potuit, conſentanea, & exquiſita. Quod ipſe teſtatur deſe, Sap. 8. 19. *Puer* (inquit) *ingenioſus eram, & ſortitus ſum animam bonam, & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.* Vbi proculdubio præclara ſe indole præditum apertè dicit, vt eleganter tranſtulit Nannius; *Puer dextræ indolis.* Quamquam & illud non abſonat Tigurinæ; *Dextero ingenio præditus.* Reſpicit verò vox Græca naturam quandam acrem, acutam, induſtriam, ad rem quampiam habilem, & natã, vt ex verbo reddi poſſit; Bene natus, natura habilis, bene formatus, bene à natura compoſitus, & naturali quadam ingenij dexteritate ad omnia comparatus. Quod nõ malè exprimitur per *Ingenioſum.* Quippe *Ingenium* eſt natura cuique ingenita. Ea verò in pueris indoles dicitur, eſtque non ſolum probitatis, ſed induſtriæ, iudicijque index. 1. Idẽ auctor naturæ & gratiæ. Tertull. Salomon optimè compoſitione ad ſapientiam. Nannius. Tigurina. Ingenium quid.

Ruſus videtur Salomon affirmare ſe quoque dediſſe in dies maiora ſui ingenij & præclaræ indolis documenta, atque profeciſſe ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines. Eſt enim *Euphys* etiam, apud bonos auctores, natura; aut ingenium vireſcens, beneceſcens, vbertim, copioſè ſuccreſcens. Itaque Salomonis natura inſtar boni ſoli, probitatis & ſapientiæ ſemina concipiebat; concepta confouebat, confota explicabat, & increſcentia in dies promouebat. εὐφυής. Salomonis natura inſtar boni ſoli.

Cum autem, vt Cicero dixit 5. de finibus. *Docilitas, & memoria fere appellentur vno ingenij nomine:* Vt verò Auguſt. 10. de Triuit. c. 11. docet. [In his tribus, memoria, intelligẽtia, voluntate, inſpici ſolent etiam ingenia paruulorum, cuiuſmodi præferant indolẽ. Quanto quippe tenacius & facilius puer meminit, quantoq; citius intelligit, & ſtudet ardentius, tanto eſt laudabilioris ingenij: Cùm verò de cuiuſq; doctrina quæritur, non quãta firmitate ac facilitate meminerit, vel quanto acumine intelligat, ſed quid meminerit; & quid intelligat, quæritur.] Certè ſit *ingenioſum* Salomonem mira fuiſſe docilitate; vt in eũ appoſitiſſimè quadret, quod de egregia quorundam indole à Seneca pronunciatum eſt: *Vt dij immortales nullum didicere virtutem cum omni editi, & pars naturæ eorum eſſe bonos: ita quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, in ea, quæ tradi ſolent, perueniunt ſine longo magiſterio; & honeſta complecti untur, cũ primũ audierunt.* Atq; hęc profectò docilitas, & ingenij indoles præclari, videtur eſſe illa ipſa *præcocitas,* quam ex Salomonis perſona Ieſus Siracides ſibi in ſapientiæ ſtudio accidiſſe teſtatur, c. 51. *Effloruit* (inquit) *ſapientia, tanquã præcox vua.* Eleganter Plinius aliquando puerorum indolem cum arborum floribus, & magnæ vitæ frugis expectatione comparauit. Sed de hac inferius lib. 2. vbi de ſtudio ſapiẽtiæ, tum ẽt, & de memoria, intelligentia, voluntate. Quæ omnia in Salomone præclara fuiſſe nemo ambiget. Sed quod ſequitur de naturali illa animæ, aut indolis bonitate. 2. Cicero. Ingenium quid. Indoles ex quibus cognoſcatur. Seneca epiſt. 96. Plin. li. 16.

Sortitus, id eſt, non voluntate, non merito ſuo, ſed Dei nutu, qui velut ſors in manu noſtra non 3

Sors, quod non eſt in nobis.

eſt, accepit *animam bonam*: *Solent* (inquit Auguſt. lib. 10. de Genet. ad lit. c. 18. *quæ ſorte dantur*, *diuinitus dari*. Et inferius; *ad auferendam ſuſpicionẽ præcedentium meritorum*, *ſortis nomen acceſſit*. Vera hæc omnia ſi *ſortis* nomen preſsè accipiatur. Nã ſi ex vſu ſacri ſermonis, *ſors* non ſonat illud fortuitum, ſed aliquid proprium, & velut hæreditarium. Mihi, inquit, attribuit ſupremus rerum arbiter Deus optimam corporis, & animæ portionem, præclaram quaſi hæreditatem, *& ſortem poſſeſſionis meæ*. A

Sors propria hæreditas.

Porro animę tribuitur bonitas, nonnulla nunc gratiæ ſpiritualis aut ſapiẽtiæ inditæ, ſed bonitas & candor affectionum, morum, propenſionum, quas anima participat in bene conſtituto & temperato corpore. Nam ſanè videtur hoc Salomon de ipſa natura loqui, quam Dei dono contemperatam accepit. Niſi fortè *anima* hoc loco ad corpus ſe extẽdat, id quod ſolet tum in Hebræo, cum dicitur *anima uiuens*, id eſt, corpus animatũ, & viuens; tum in Græco ψυχή, id eſt, anima, corpus aliquando comprehendit. Sic *anima bona erit corpus incoinquinatum*: quod ſtatim per expoſitionem ſubiungitur. B

Anima ꝓ corpore animato. Gen. 1. 21 24. & 2. 7.

Eccl. 10. 2.

Bonum, ad omnia bona pronam. De quo illud dictum eſt, *cor ſapientis in dextera eius*. Quippe quamquam cor in medio Thoracis ſedẽ habeat; in ſapientis tamen pectore vergit, non ſicut in cæteris ad ſiniſtram, ſed *ad dextram*, & ad ea *quæ à dextris ſunt*, *& quæ nouit Dominus*. De quo inferius eleganter Auguſt. loco ſuperius indicato: *quia non tantum quàm doctus ſit laudabilis animus conſideratur*, *ſed quàm bonus*; *non tantùm quid meminerit*, *& quid intelligat*, *verumetiam quid velit*, *attenditur*: *non quanta flagrantia velit*, *ſed quid velit prius*, *deinde quãtum velit*. Hæc illa, neque alia, virtutis ſemina natura innata, quæ dicebat Seneca; quę, audita eliciunt ex anima bona quendam naturali conſecutione aſſonantem repercuſſum, & reſpõdens Echo. *Cum irritator* (inquit Seneca) *acceſſit*, *illa animi bona*, *velut ſopita excitantur*. C

Prou. 4. 27.

Virtutum naturalis ſemina q. Seneca Epiſtola 108.

Et cum magis eſſem bonus, *&c*. q. d. immo potius, non ſolum animo bene affectus, ſed etiam corpore bene compoſitus, & pudicitię amator. Sed exiſtimo à Latino interprete, alium, quem nuper indicabamus, ſenſum indicatum; *cum magis eſſem bonus*; cum maiora in dies probitatis & pręclaræ indolis indicia darem, cum proficerem animo, & ſapientiæ ſtudio; creſcebam quoque corporis pulchritudine, venuſtate & ſplendore quodam; *gratior veniebat virtus in corpore pulchro*, animæ & mentis bonæ pulchro domicilio. D

Nannius. Ianſenius.

4. Macula in ſacro ſermone qd.

Veni (inquit) *ad corpus coinquinatum*, immaculatum, perfectum, & numeris ſuis, atque membrorum omnium conformatione abſolutum. *Maculam* ſolet ſermo ſacer appellare quamcunque labem, defectumve, aut vitium; ſic præcipitur, Deut. 17. 1. immolari bos aut ouis, &c. in qua non ſit macula, id eſt, nihil læſum: Secus agnus maculoſus, aut ouis, pulchriores ſunt. & Leuit. 24. 19. Qui irrogauerit maculam alicui ciuium ſuorum, &c. Id eſt, qui vitium, vel noxam intulerit; qui læſerit, &c. Denique immaculatum, eſt idem quod perfectum. Sic hoc loco, *incoinquinatum*, ſine labe, ſiue vitio. Itaque deſcribit ſe Salomon non omnino propter formam, indignum ſapientiæ conſortio, & pulchritudine, cuius ambiebat nuptias, quippe & animo & corpore nihil indignũ habentem; immo potiùs ex animi & corporis ſpecie, & elegantiã, ad miraculum perfectiſſimum laudant ſe amantes & proci: E

Amantiũ & procorũ ambitio pulchritudinis.

Non ſum (inquit ille) *adeo informis*, *nuper me in littore vidi*. — Virg. Eclog. 2.

Quod ex paſtorum ingenio & more dictum videtur; tum ex procorum, pulcherrimam aliquam ſponſam ambientium, quibus vnicus formæ laudandæ, curandæ, oſtendendæ ardor. Sed de incredibili Salomonis pulchritudine, & dignitate, dicemus lib. 6. cùm illum deſcribemus membratim: & adhibito etiam ex Phyſiognomia iudicio, aliqua morum & interni animi ex ſpecie corporis documenta & indicia. Alij de Caſtitate accipiunt: Nondum me inquinaueram vlla immundæ voluptatis ſpurcitia; ſed eram in primo pudicitiæ flore, quem amat ſapientia. Poſtea tamen ſe inquinauit negligentiſſimè, & volutauit in cœno libidinis. Sic Hugo Ætherianus lib. de Regreſſu animarum, c. 2. de bonitate animæ & corporis Salomonis loquutus, ſubdit: *Corpus*, *ſub ætatis incremento*, *à gratia quam acceperat*, *deſtitutus*, *multipliciter inquinauit*. A B

Primus in Salomone pudicitiæ flos.

Aetherianus.

CAP. XIX.

Pædagogus eiſdem, & Pædagogiæ ratio.

Ad locum 2. Reg. 12. 25. Miſit in manu Nathan Prophetæ, *&c*.

1 *Pueri neceſſaria inſtitutio*, *Sapientis bene à pueritia inſtituti*. C
2 *Salomon inſtitutus à parentibus*. *Pueritia præceptis velut fulcimentis indigens*.
3 *Salomon parentum doctrinam memori mente repetens*. *Maximum id Parentum beneficium*. *Pater*, *nomen doctoris*. *Illuſtratus locus Iudicum*, *&* Dauid.
4 *Parentes negligentes liberorum notati*. *Diligentes filijs pædagogos conciliant*. *Pædagogus*, *alter parens*.
5 *Quis Salomonis pædagogus*. *Duplex Semei*. *Nathan doctor Salomonis*. *Prophetarum manus quid ſignificet*. *Illuſtrati Samuel & Oſeas*.
6 *Cur Nathan Dauidis comes*. *Propheta & Concionatoris munus laborioſum*. *Explicatus Eccleſiaſticus*. D
7 *Nathanis prophetæ hiſtoria & obſequium præſtitum Dauidi*. *Habitabat apud Dauidem*.
8 *Nathan procurans res Salomonis*. *Eadem de Salomone reuelatio Dauidi & Nathani facta*.
9 *An Nathan dictus pater Regis*. *Ioſeph cur pater Pharaonis*. *Salomon ſimul cum alijs pueris educatus*. *Illuſtratus Moyſes*, *Dauid*, *& locus Regum*.

PRæclara indoles ſine inſtitutione, ſicut vber gleba ſine cultura ſylueſcit. Eleganter Plutarchus de educandis liberis ad bonam pueri inſtitutionẽ tria docet neceſſario concurrere, naturam, rõnem, ſeu doctrinam, & exercitationem. [Natura quippe abſq; diſciplina ſi ſit, cęca eſt: diſciplina, ſi natura deſtituatur, defecta: exercitatio his duobus demptis imperfecta eſt. Et quemadmodum ad agriculturam primum requiritur bonum ſolum, deinde peritus colonus, denique ſemina frugi: Ita planè natura ſolo; agricolæ magiſter, ſemini præcepta reſpondent.] Cũ autẽ idem ipſe Plutarchus ſtatim ſubijciat; *Hæc ego omnia cõtendere auſim conueniſſe*, *atque conſpiraſſe in* E

1. Inſtitutio pueri.

Sapientes bene à pueritia inſtituti.

animas

A *animas omnium ore decantatorum hominum, Pythagoræ, Socratis, Platonis; & ſanè beatus, Dijſque acceptus eſt, cui Deus omnia iſta tribuit*: Quis dubitare auſit in Salomonis animam omnia iſta multo verius multoque fęlicius conſpiraſſe?

2. Salomon bene inſtitutus à parentibus. *Eccl. 47. 15*

Ergo Salomon *bonam ſortitus naturam*, ſanctè inſtitutus eſt à Dauide parente, diligenter eruditus à matre Bethſabee à teneris vnguiculis, *quemadmodum* (per admirationem; quàm diligenter, quantum;) *eruditus es* (inquit Ieſus Sirac ad Salomonē conuerſus) *in iuuentute tua* (primos pueritię immo infantiæ poſteriores annos intelligo.) Niſi fortè hoc referendum videatur ad ea, quibus de templo ędificando inſtructus eſt à Dauide parente 1. Paralip. 29.

B Sed extat clarius huius rei teſtimonium, Prouerb. 4. 1. ipſius de ſe Salomonis: *Audite filij diſciplinam patris. Nam & ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea; & docebat me, atque dicebat* (nimirum pater, eſt enim in Hebræo verbum maſculini generis) *Cuſtodi præcepta mea, & viues: ſuſcipiat verba mea cor tuum.* Propriè ex Hebræo, *Fulciat verba mea cor tuum*. Et elegāti quidem ab agricultura translatione, quam etiam profani ſapientes vſurpant, cum de liberorū edificatione diſſerunt. Plutarch. *Vt agricolæ ſtirpibus pedamenta apponunt; ſic probi magiſtri accuratis præceptis, admonitionibuſque adoleſcentes ſuffulciunt, vt mores rectè inde germinent.*

Præceptis fulcitur pueri infirmitas. *Plutarch.*

3. C Itaque indicat Salomon ſe ſtatim à primis annis à parente inſtitutum optimis vitæ præceptis; neque ſolum ijs, quæ eo capite Prouerb. ſcribuntur, ſed alijs prȩterea, quæ 3. Reg. 2. & 1. Paral. 28. recenſentur, atq; quotidianis alijs, quæ taceniur.

Matris doctrinam refert Salomon. Seneca de Benef. l. 6. c. 24. Maximum beneficiū parentum inſtitutio.

Matris autem doctrinam ſaluberrimā, dignisſimam exiſtimauit, quam deinde ipſe cæteris ex profeſſo, Prouerb. 31. ad memoriam & poſteritatem commendaret, in qua inuenies, pueritiæ atque adoleſcentiæ præclarè informandæ congeriem, & coacervationem præceptorum ſanctiſſimorum. [Hæc ſane maxima parētum beneficia. Non vides (inquit Seneca) quemadmodum teneram liberorum infantiam parentes ad ſalubrium rerum patientiam cogant? flentium corpora ac repugnantium diligenti cura fouent, & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectū exitura conſtringunt, & mox liberalia ſtudia inculcant, adhibito timore nolentibus, ad vltimū audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, ſi parum ſequitur, coactam applicant. Adoleſcentibus quoq; ac iam potentibus ſui, ſi remedia metu, aut intēperantia reijciunt, vis adhibetur, ac ſeruitus, itaq; beneficiorum maxima ſunt, quæ à parentibus accipimus, dum aut neſcimus, aut nolumus.

Plutar. de lib. educā. Hebræorū cura in liberis inſtituendis. *Ioſephus.*

D Quòd autem ſtatim à primis annis pueritiæ, & litteris, & ſanctæ vitæ præceptis, liberos ſuos Hebræi informarent, ſcribit Ioſeph. lib. 2. contra Apionem, de legiſlatore Moyſe agens: *Mox puerum literas doceri iuſſit, & legibus operam dare maiorūque facta cognoſcere: hæc, vt imitentur, illas, vt in eis educati neque delinquant, neque ignorantiæ prætextum habeant.* Reſpexit ſanè id Geneſ. 18. 19. *Scio quòd præcepturus ſit Abraham filijs ſuis*, &c. Exod. 10. 2. *Enarres in auribus filij tui.* Exod. 13. 8. Deut. 4. 6. 11. 32. Pſal. 77. 6. Prouerb. 14. 5. & Eccleſ. 32. Iſai. 38. 19. *Pater filijs notam faciet veritatem.* Ex quo parentum officio docendi liberos, *Patris* nomen tranſijt ad magiſtros & doctores 4. Reg. 2. & 6. Iudic. 18. *vt habeamus te patrem* (magiſtrum) *& ſacerdotem*. De quo plura dicebamus in noſtro Dictionario ſacro, verbo, Pater.

Pater nomen magiſtri. Iudic. 18. 19.

4. In parētes negligentes liberorum.

A Illud huius puncti clauſula, quę parentes prorſus à docendi munere, & ſolicitudine abhorrentes, acriter, ſed ſalutariter pungat. *Antiquus ille Crates dixit, ſe ſi fieri poſſit, altiſſimo vrbis loco conſcenſo proclamaturum, Quo tenditis homines; qui rei faciendæ omne impenditis ſtudium, filijs, quibus opes veſtras relinquetis, curam perparuam? Quibus ego adderem* (inquit Plutarch.) *tales patres perinde agere, ac quis de calceo ſit ſolicitus, pedem nihil curet.*

Plutarch.

Salomon traditus pędagogo. *Plutar. de lib. educā.* Parētes cōciliātes pædagogos ſuis liberis

Sed accuratiſſimus Dauid, tū per ſe, tum per pędagogum, & idoneū magiſtrum, de Salomonis inſtitutione ſedulò curauit. Ergo poſtquā eò *ætatis* puer peruenit, vt iam eſſet pędagogo ſubdendus, traditus eſt Salomon non leui, non barbaro homini, ſed probo, ſapiēti. *Quærendi liberis magiſtri, quorū & inculpata ſit vita, & mores iuſtæ reprehēſioni nō obnoxij, & peritiæ minimè vulgaris.* Et quos etiā parentes crebris admonitionibus, atque blandiſſimis conſilijs ſuis liberis concilient, atque commendent. Sic videtur curaſſe Dauid, vel ipſo Salomone dicente, Prouerb. 4. ſibi dictum à parente: *Audi fili mi diſciplinam patris tui.* Iam enim non videbatur Dauid de ſeipſo loqui, ſed de eo parente atque magiſtro, cuius diſciplinæ & curæ tunc recens tradebatur Salomon.

5. Quis Salomonis pædagogus. *Hierony.*

At quis ille Salomonis pædagogus? Hieronym. Tradit. in 3. lib. Reg. initio ſic ſcribit: *Semei ipſe eſt Nathan, pater Ieroboam, qui fuit magiſter Salomonis, & fuit de Bahurim, id eſt, de electis.* Quod Hieronymi teſtimonium ſic accipio, vt illud relatiuū *qui*, pertineat ad Semei, non ad Ieroboam: is enim ſi fuit ille, qui rebellauit contra Salomonem 3. Reg. 11. & ſuperuixit Salomoni, non videtur fuiſſe Salomonis pædagogus magiſterve. Porro Semei non fuiſſe illum, qui maledixit Dauid. 2. Reg. 16. & occiſus eſt à Salomone. 3. Reg. 2. videtur omni dubitatione carere. Fuiſſe verò nobilem aliquem aulicum, & regio conſpicuum ſanguine, Dauidi familiarem, & amicitia etiam iunctum Nathan prophetæ; vt qui factioni Salomonis fauerit, neque defecerit ad partes Adoniæ 3. Reg. 18. exiſtimat Abulenſ. eo loco. q. 20. Porro hunc ipſum fuiſſe doctorem Salomonis, & illo viuente nullam accepiſſe Salomonem vxorem alienigenam, ſcripſit R. Salomon. De cuius ſentētia videndus Abulenſis loco citato, & cap. 3. q. 13. Sed res hæc incerta & prona, vt eadem reijciatur facilitate, qua aſſeritur.

Semei aliꝰ ab illo maledico.

Abulenſis.

R. Salomon

E Illud veroſimilius, quod Nicolaus, Hugo, Dionyſius, Geneb. lib. 1. Chronolog. & Petrus Comeſtor, ſcribunt, Salomonis Magiſtrum fuiſſe Nathan prophetam. Colligunt ex 2. Reg. 12. 25. *Miſit in manu Nathan prophetæ*. Quod minùs correctè quondam legebatur; *Miſit* (ſecūdum hos expoſitores) *Dauid*. (Petrus Comeſtor legit) *commiſit* (q. d. tradidit, commendauit) *eum* (Salomonem) *in manu Nathan prophetæ.* Vbi addit Nicolaus, *vt per eum ſanctè nutriretur, & bene doceretur, & ſic poſtea ad regnum aptior efficeretur.* At in Hebrǫo, & in Septuag. & in correction Latina Vaticana, deſideratur illud relatiuum *eum*, & tātum habetur, *miſit in manu Nathan*. &c. quod videtur referendū ad Deum, qui per *manum*, id eſt, per miniſteriū Nathan, prænuntiauit nomen Salomonis 1. Paral. 22. Cum enim prophetę aliquid, vel verbo, vel opere, Dei iuſſu ad populum referebant, manibus prophetarum effici dicebatur, iuxta id Oſeæ 12. 10. *In manu* (miniſterio, opera, ſermonibus) *prophetarum aſſimilatus ſum*, id eſt, quis, qualis ſim, quid velim, quid exigam, ex prophetarū actionibus poteſt cognoſci. Ergo licèt ex hoc loco nullum firmum argumētum huius pædago-

Veroſimilis ſentētia Latinorū.

Manus prophetarum, quid deſignet.

giæ Nathanis prophetæ duci poſſit; tamen tum ex eo, quòd ipſe primus nomen Salomonis à Deo acceperit, tum quòd operam ſuam quacunque in re opus eſſet, regi Dauidi commendabat, veroſimilis coniectura rei huius fieri poteſt, & ex his, quæ iam dicemus, non obſcurè confirmari.

6 Nathan comes datus Dauidi.

Vetumenim vero Nathan propheta, quaſi comes, & ſocius Dauidi regi à Deo adhibitus eſt, quippe quamuis vnus propheta non indigeat; at qui propheta ſimul, & rex eſt, alio propheta indiget, qui de regno, & de regni adminiſtratione, de æquo & iuſto regem admoneat.

Rex indigens propheta.

Quippe cum Rex in ſummo, & in lubrico poſitus periclitetur; ac multis animi morbis, vt qui maximè, obnoxius ſit, propheta indiget, qui regem ſuſtineat, qui lapſum, contineat, qui ægrotanti ſalutarem conſilij B & correptionis medicinam faciat. Neque verò ſine cauſa dictum eſt, Eccleſ. 47. 1. *Surrexit Nathan propheta in diebus Dauid*. Non enim ideo dicitur, quo tempore floruerit, aut ſub quo rege, vt fides concilietur illius prophetiæ: quemadmodū cùm initijs prophetarum tempus & ætas Principum ſæcularum notatur. Quippe nullum amplius verbum de Nathan ſubiungitur; ſed vt cū regis indigentia ſignificaretur; tum prophetæ laborioſiſſimum regi aſſiſtendi, illi conuiuendi, & illum admonendi, corrigendi, curandi, onus à Deo impoſitum.

Nathan officium moleſtum.

7. Ea Ergo, quæ Dauidis intererant, atque regni totius, reuelabantur Nathan, cuius opera & monitu deferebantur ad Dauid; cum quo facit quod C Epiphanius in hiſtoria de Prophetarum vita, & interitu, de Nathane ſcribit: quod operæ pretium videtur hic adſcribere: [Nathan propheta eiſdē fere temporibus, quibus Dauid, in lucem editus, è tribu, & proſapia Thoch: popularis autem vrbis Galilææ Gabath, lege Domini Dauidem inſtituit.

Epiphan.

Hiſtoria Nathan prophetæ.

Præſciebat Nathan ille propheta; quòd rex Dauid in Bethſabee ardore plus æquo tranſgrederetur. Cōſeſtim igitur Gabath relicta Ieroſolymam contendit, quo eundem à tanto facinore regem abſtraheret. Sed ecce impedimento fuit Beliar; nam cùm exanimem eum in itinere reperiſſet, tantiſper cunctatus eſt, quoad terræ mandaret, ne indignis admodum modis corpus hominis ab animalibus brutis ac belluis dilaniaretur. Eadem tūc D nocte Nathan agnoſcebat, quod Dauid rex flagitium ſe ſe planè indignum iam pridem deſignauerat, quare mœrens magnàque lamentatione reuerſus Gabath repetit. Vbi verò Vrias Bethſabee maritus, à Dauide peremptus eſt, legauit Deus ad eum Nathan, vt grauiter regem de piaculo corrigeret, & caſtigaret. Addit deinde quæ ad prophetæ ſingularem ſanctitatem & mortem pertinent. Sentiebatque Dauid rex Spiritu Dei ſancto Nathan afflatum eſſe prophetam. Honorabat itaque & venerabatur hominem, tanquam numen, aut ſanctum Dei. Ipſe verò extremo ſenio confectus E vita deceſſit, & in Gabat proprio ſuo tumulatus eſt agro.

8 Sed illud deſideratur in hac Epiphanij hiſtoria quòd videtur ſanè Nathan propheta familiariter nō ſolùm egiſſe, ſed etiam habitaſſe in domo Regia. Itaque ſecum detinuiſſe Dauidem ſuum admonitorem poſt pœnitentiam adulterij & ea potiſſimùm, quæ ad Salomonem pertinebant, tum Deum, tum Dauidem huic prophetæ commiſiſſe. Is igitur promittit ex Dei nomine Dauidi filium fœliciſſimum 2. Reg. 3. prædicit nomen *Pacifici* 1.

Munus Nathani Salomonis rebus curandis.

A Paral. 22. 9. Quod enim ibi ait Dauid, *Factus eſt ſermo Domini ad me dicens, filius qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus. &c.* videtur eſſe omnino idem cū reuelatione facta per Nathan 2. Reg. 7. & 1. Paral. 17. Præterea vbi videt Adoniam ambire regnum admonet Bethſabee de adeundo Dauide, & procurando regno Salomoni filio; ipſeque rem eandem ſeriò tractat, & fœliciter conficit. Deducit Salomonem ad ſacram vnctionem; reducit; collocat in throno regio. 3. Reg. 1. qua nullius pedagogi, aut magiſtri maior aut ſolicitior erga alumnū charitas, vt nulla iam dubitatio de prædagogia Nathanis eſſe poſſe videatur.

Eadē ſacta reuelatio Dauidi & Nathani.

9 An verò, idem Nathan functus fuerit illo honorificentiſſimo munere, vt *Pater regis* eſſet, quaſi præfectus regiæ domus, ſimùlque ſummus regis conſiliarius, alio loco erit à nobis fuſius diſſerendum. Nunc certè, qui Pater regis dicebatur; idem quoque magiſter ſapientiſſimus erat. Qnare quod Gen. 41. 41. dicitur Ioſeph *præpoſitus vniuerſæ terræ Aegypti*; certè poſtea cap. 45. exponi videtur ab ipſomet Ioſeph. *Fecit me quaſi Patrem Pharaonis*: atque idem ipſum præco clamabat, *vt omnes coram eo genu flecterent*, Geneſ. 41. 43. Pro quo in Hebræo tantùm eſt *clamauerunt coram eo, Abrech.* Quod Hieronym. interpretatur, *Pater tener.* Ionathas verò, *Pater regis*. Sed vtrumque videtur coniunxiſſe Dhargum Hieroſolymitanum, legens; *Præconizabant coram eo & dicebant: Viuat Pater regis, qui eſt princeps in ſapientia, & tener in annis*; Et functum magiſtri & doctoris officio videtur indicari Pſalmo 104. 22. *Vt erudiret principes eius, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret*. Nam illud verbum *erudiendi* ad pædagogiam pertinet, & arctiorem magiſtri inſtitutionem. q. d. Sapientia Ægyptiorum principū puerilis erat; at ſapientia Ioſephi, ſenilis, & vt, ita loquar, magiſtralis. Ideo Ioſeph illorum prædagogus & magiſter, tum principum aulicorum, tum ipſius Pharaonis qui tunc fortè iunior erat. Quod aliqui eliciunt ex illa præconis voce, *Abrech*, quā interpretantur, *Pater teneri*, id eſt, pater regis teneri adhuc & iunioris. Vides igitur eundem fuiſſe *patrem regis*, atque magiſtrum: ſed an hæc *Patris regis* dignitas & officium ita apud Hebræos reges viguerit, vt apud Ægyptios & Tyrios 2. Paralip. 2. & 4. apud Perſas, Eſther, 13. & 16. apud Ægyptios 4. Reg. 5. apud Romanos & Latinos, in Inſtitut. de Patritiatu, aliquando à nobis vberiùs exponetur.

An Nathā dictus fuerit Pater Regis.

Ioſeph functus officio Patris Regis.

Hierony. in Tradit. Ionathas. Phargum.

Titulus & dignitas, Pater regis.

Illud tantùm proprium, tum huius loci, tum Salomonis, non fuiſſe quidem neque inſtitutum, neque nutritum ſolitarium. Poſitum hoc in ipſa ratione, & præceptum etiam à magiſtris morum, *debere pueros qui alumnis inſeruient, vnaque alentur, quæri primum qui bonis ſint moribus, deinde Græco, non barbaro vtantur eoque plano ſermone; ne cum barbaris, & prauos habentibus mores ſi conſueſcant, inde aliquid vitij ducant*, inquit Plutarchus. Et obſeruatum quidem in aula regali Hebræorum 3. Reg. 12. 8. *Roboam adhibuit adoleſcentes qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi.* Et eò fortè referendum, quod nuper de aula Aegyptiaca ex Pſalm. 104. dicebamus: *Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum*. Id eſt, tum primogenitum Pharaonis, tum primæ nobilitatis pueros alios, qui cum regni principibus nutriebantur, & regi aſſiſtebant. Sed iam de prima Salomonis pueritia, atque de primo illius libro ſatis.

Salomon cum alijs pueris educatus.

Plutarch.

Finis Libri Primi.

LIBER

LIBER SECVNDVS
DE REBVS SALOMONIS REGIS·

Qui eſt,

DE EIVS PRIMIS IN REGNVM Auſpicijs, & Inaugurationis ſolemni Hebræorum ritu.

CAPVT PRIMVM.

An primogenij iure regnum adeptus Salomon.

Ad locum 3.Reg.2.15.22. Poſtula ei (Adoniæ) *& regnum. Ipſe eſt enim frater meus maior me.*

---

1 *Hebræorum in regno obtinendo ius quod qualeve.*
2 *Primogenitorum dignitas, & ius hæreditarium regni apud gentes. Primogenitorum perpetua dignitas ante inſtitutum Hebræorum Regnum. Illuſtratus Moyſes & locus Regum.*
3 *Peculiare Regum Hebræorum ius. Deus potiùs fauens iunioribus quàm primogenitis. Salomon delectus ad regni ſucceſſionem.*
4 *Iudas Machabæus an primogenitus. Regnum Hebræorum nunquam alligatum primogenitis. Primogenita Ruben cur translata ad Ioſeph. Explicatus lib Paralip.*
5 *Adonias inquietus & ambitioſus inſtar Abſalonis. Salomon modeſtiſſimus.*
6 *Salomonis prudentia. Illuſtratus locus Regum.*

1\. QVo iure Salomon ad regni paterni ſedē euectus fuerit, iam nunc explicādum; cum vix pueritię limina egreſſus, & viuente adhuc parente rex creatus fuerit. Atque illud in vniuerſum exquirēdum, quonam ſucceſſionis iure Iudæorum regnum ad regis demortui filium pertinuerit: An primogenij prærogatiua, populive ſuffragijs; an patris teſtamento, & voluntate; an tandem diuina deſignatione, & reuelatione expectata. Et verò ponendum eſt, quamuis exploratum ſit Salomonem non fuiſſe primogenitum, ſed fortè inter reliquos Dauidis filios natu minimum; at potuiſſe primogenij iure peculiari aliqua ratione, & titulo ad ſe translato gaudere; vti quondam Iacob, Gen. 25.35. & Gen. 29.36. Iudas etiam, Geneſ. 49. 10. ex patris benedictione, & mulctatione Ruben

Quo ſucceſſionis iure Hebræorum regnū acciperetur.

Filius natu minor primogenij ius obtinens.

A ni primogeniti, in pœnam inceſti: Quare tantundem refert diſputare An Salomon iure primogenituræ gauiſus fuerit; &, An regni ius ad primogenitum pertinuerit.

2\. Et primò quidem iure omnium gentiū primogenitos ſuccedere in regnum, probat Tiraquellus de iure primog. in præfat. à n. 19. Et Ioannes Lecirier de primogenitura q. 13. lib. 1. & alij quos adducit noſter Azorius tom. 2. Inſtit. Moral. lib. 11. c. 2. Atque apud Barbaras omnes nationes illud primogenituræ ius inualuiſſe probat Artabazenes Darij filius natu maximus, ideo ſe declarari ſucB ceſſorē regni Perſarum ſuo iure poſtulans; quòd *apud vniuerſos homines inſtitutū ſit, vt maximus natu liberorum obtineat Principatum*, apud Herodotū lib. 7. Quod ipſum Trogus, Pompeius, & ex eo Iuſtinus lib. 2. his narrat verbis; *Artabazenes maximus natu ætatis priuilegio regnū ſibi vindicabat, quod ius & ordo naſcēdi, & natura ipſa gentibus dedit.* Selectiora quædam adducit Guilhelmus Barclaius, lib. 3. contra Monarchomachos c. 3. Et ſanè idem perpetua lege obſeruatū ab Atheniēſibus, Macedonibus, Meſſenijs, Epirotis, Spartiatis, cōſtare poteſt exemplis, quæ adducit, Pauſan. libr. 1. & ab C Ægyptijs, ex Liuio lib. 42. à Perſis, ex Herodot. li. 7. Trogo, & Pōp. li. 2. Plutarch. de charitate fraterna, ab Hiſpanis, Gallis, Scotis, Anglis, Cimbris, Gotis, Vuādalis, ex Procop. lib. 1. de bello Perſico.

Sed, vt de alijs taceamus, certè hæc iuris obſeruatio inualuit apud gentes Hebręis conterminas, nimirū apud Ægyptios, Exod. 11.5. *A primogenito Pharaonis qui ſedet in ſolio eius.* Apud Idumęos, 4. Reg. 3.27. *Filiū ſuum primogenitū, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtū.* Apud Hebræos vero locus in capitis titulo indicatus non obſcurè demonſtrat: videtur enim ipſe Salomon agnoſcere prærogatiuā primogenitura, cuius eſt ius, maximū

Primogenitos gentium iure in regnum ſucceſſiſſe.
Azorius.
Herodotus.
Trogus.
Barclaius.
Pauſanias.
Liuius.
Plutarch.

Aegyptiorum reg. ſi. primogeniti tradit. Idumæi. Hebræi.

cum Adonia fratre facere; proinde ſibi ab illo ca- A
uendum: neque expediens fore, ſi primogenitu-
ram, quæ ab illo ſtabat, iuuaret ipſe & roboraret
permiſſo coniugio Abiſag, regiæ ſiue vxoris, ſiue
ancillæ. Quid, quòd ipſe Adonias tribus alijs fra-
tribus natu maioribus iam extinctis, maximus ip-
ſe inter ſuperſtites dixit Bethſabee, minimè con-
tradicenti 3. Reg. 2. 15. *Tu noſti, quia meum erat re-*
gnum (quo alio iure, quàm primogenituræ? acce-
dente etiam conſenſu populi) *& me præpoſuerat*
omnis Iſrael ſibi in regem. Deinde 2. Paral. 21. aſſe-
ri videtur illud primogenituræ ius cùm Ioſaphat
regnum tradidit Ioram eo quòd eſſet primogenitus.
Adde quod etiam ante inſtitutum Hebræorum
regnum, ſemper fuit ſuus honor, ſuiſque princi-
patus primogenituræ, vt ex illo Geneſ. 49. 3. non B
obſcurè colligitur: *Ruben primogenitus meus, prior*
in donis, maior in imperio. Vt frequenter interpre-
tes eo loco docent, & nominatim Abulenſis, Be-
nedictus Peterius, Caietanos, Lipom. Iſtella; &
quidem clarè docetur ab Hieronymo in Tradit.
Hebrai. Huius enim loci lectionem ſic ille ex He-
bræo tradit: *Maior ad portandum, & maior robore.*
Et exponit, *Tu Sacerdotium & regnum iure hære-*
ditario accepturus eras. Hoc quippe portando onere,
& præ valido robore demonſtratur, Et fere eadem
eſt paraphraſis Kaldæi, Oncheli: *Te decebat vt ac-*
ciperes tres partes, primogenituram ſcilicet, ſacerdo-
tium, & regnum. Atque hanc eſſe Hebræorum
traditionem, vt primogenitos, reliquorum fra-
trum tanquam pater, patri ſuccederet in pater- C
no principatu, agnoſcunt recentiores interpre-
tes, tum hoc loco, tum 1. Paralip. 5. vbi Dionyſ. &
Petrus Comeſtor, in hiſtoria Geneſis, cap. 103.
Abulenſ. 3. Reg. 2. in expoſitione textus.

Anto regnum Hebræorū inſtitutū, primogenitorum dignitas.

Abulenſis. Pererius. Lipoman. Iſtella. Hierony.

Kaldęus, Onchelus.

Dionyſ. Abul. Comeſt.

3 Itaque hoc fuiſſe extraordinarium apud Iu-
dæos, quòd primogenitus non ſuccederet in re-
gnum; ſcribit Abulenſ. 2. Paralipom. 14. quæſt. 1.
Quòd Salomon non niſi peculiari diſpoſitione cę-
teris fratribus fuerit præpoſitus, cenſet Iſtella ſu-
per illud Exodi 11. *A primogenito Pharaonis*, &c.
Et idem etiam primogenituræ ius à natura fuiſſe
datum Caino docet Chryſoſtomus homil. 20. in
Geneſ. & Eſau homil. 50. Quare cum rex aliquis
in regnum paternum ſucceſſiſſe ſcribitur, nul-
la primogenituræ aliorum fratrum mentione fa- D
cta, poteſt cenſeri primogenitus, atque adeo ip-
ſo naturæ, & communi gẽtium iure regnum ade-
ptus. Hæc pro hac parte.

Peculiare Hebræorū ius ī regni ſucceſſione.

Abul. Chryſoſt.

Cæterùm quidquid ſit de priſco more primo-
genitorum in paternum principatum ſucceden-
tium, poſtea tamen quàm principatus filiorum
Iacob, ad Iudam à Rubeno translatus eſt, vide-
tur Deus communem illum morem, & inſtitutum
gentium iam tunc debilitaſſe, & infregiſſe, at-
que adeo deinceps non valde fuiſſe primogeni-
tis; ſed data occaſione, iuniores illi fratres præ-
poſuiſſe. Qua in re peculiari dilectione iunio-
res videtur proſequutus; quòd præterquam quòd
de Iacob illud accipi meritò poſſit, quem ad pa-
ternæ benedictionis & primogenituræ prærro- E
gatiuam obtinendam *dilexit*, vt ex Hieronymo,
Theodoreto, & alijs inferius adducemus; certè
in Dauid multo clarius enituit; quippe inter ſuos
fratres minimo & non valde in ſui parentis ocu-
lis & animo verſanti, ſed longius à paterna do-
mo ad paſcendas oues ablegato, ſeptem alijs
fratribus natu maioribus domi, & in vrbanis mu-
neribus occupatis, 2. Regum 12. 25. *Dilexit item*
Deus Salomonem ex ipſo nomine *Iedidiah*, quod
Symmachus interpretatur, *ſegregatus ad regnum*,
referentibus & approbantibus Theodoreto, &

Deus non valde fauẽs primogenitis à tẽpore Iacob.

Hierony. Theodor.

Deus fauẽs natu minoribus.

Salomon cur dilectus.

Procopio. Cùm autem Salomon fuerit natu A
minimus inter ſuos fratres, deinceps conſtitu-
tum fuiſſe vt liberi Nathan fratris Salomonis na-
tu proximioris, deficiente linea Salomonis in re-
gnum ſuccederent, ſcribit Philo in ſuo Breuiario;
de quo poſtea.

Procopius.

Confirmari hæc res poteſt ex Machabæorum 4.
principatu; Nam Matthathiæ parẽti, & primo du-
ci, ac principi, primus ſuccedit Iudas, qui tertio lo-
co in codice Latino numeratur inter ſuos fratres;
quamquam ab alijs primo loco, ab alijs ſecundo
numeretur. Sed quocunque tandem loco & ordi-
ne collocetur, fuiſſe primogenitus non videtur.
Cur enim pater Matthathias & in teſtamẽto præ-
teriret primo loco primogenitum, præſertim du-
cem, & principem inter ſuos fratres futurum? 1. B
Machab. 2. 65, 66.

An Iudas Machabæus primogenitus.

Res tandem hæc demõſtrabitur ex ipſa regum
ſibi ſuccedentium linea, & ſerie, quam ſequẽti ca-
pite ſubijciemus, in qua pauciſſimos inuenias pri-
mogenitos ſuccedentes parentibus. Quòd ſi qui
videbuntur, illorum certè vel nulli fratres com-
memorantur, vel non primogenituræ prærogati-
ua ſed ratione alia regnum obtinuerunt. Quare
Abulenſis 3. Reg. 1. q. 35. apertè fatetur ſe retra-
ctare communem ſententiam, quam ipſe aliquan-
do ſequutus fuiſſet: & iam tunc aſſerere ſucceſſio-
nem in regnum, aut principatum, numquam fuiſ-
ſe alligatam aut debitam primogenitis. Atque cõ-
firmat ex eo, quod 1. Paral. 5. 1. dicitur *primoge-*
nita Ruben data fuiſſe filijs Ioſeph. quibus tan- C
tùm duplex pars ſortis ceſſit ex hæreditate, quæ
dabatur primogenito, non item principatus, qui
propter fortitudinem dicitur delatus Iudæ: ſic
enim eo loco habetur; *Ipſe Ruben fuit primogenitus*
Iacob, ſed cum violaſſet torum patris ſui, data ſunt
primogenita eius filijs Ioſeph filij Iſrael; & non eſt il-
le reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat
fortiſſimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes
germinati ſunt. Primogenita autem reputata ſunt Io-
ſeph. Et tauent eo loco Caiet. & Hugo. Quanquam
aliter hic locus ab alijs Interpretibus accipiatur,
vt nuper indicabamus. Hinc iam ad rem noſtram
colligendum, neque Salomonem, quòd primoge-
nitus non eſſet, ineptum fuiſſe regno, aut vlla di- D
ſpenſatione perpetuæ legis indiguiſſe: neque Ado-
niam, quòd maior natu eſſet, neceſſario regni iure
præditum fuiſſe.

Reges parẽtibus ſuccedentes non primogeniti.

Abul.

Primogenita Ruben data Ioſeph.

Caiet. Hugo.

Sed ex data hypotheſi, ſi Adonias Salomonis 5.
frater natu maximus iure primogenij ad regnum
aſpirare potuiſſet, at inſolentiæ & moræ impa-
tientis ingenij, elatione, & culpa, metuit amitte-
re, quod Salomon animi moderatione, & ſobrie-
tate obtinere meruit, ad ſe translata primogeni-
turæ dignitate, & honore. Quod eleganter indi-
cauit Ambroſ. Apolog. 1. de Dauid cap. 6. *Eò* (in-
quit) *vſque præcauit Dauid, ut cum Adoniam filium*
regnum ſibi uſurpare comperiſſet, & gerere conuentus,
non eum, qui præripere geſtiebat, ſed eum, qui expecta-
ret, eligeret. Quippe cùm bene Salomoni conſta- E
ret de Dei voluntate, de patris iuramẽto, de ma-
tris amore & ſolicitudine, de Nathanis ad regnũ
monitis, & inſtitutione, nihil tamen egiſſe aut di-
xiſſe legitur, quod ab animo elatiori, aut regnan-
di cupidiori, proficiſceretur; nihil quod fraternã
inuidiam, & ambitionem criminaretur; Dei, & pa-
rentis voluntati, & prouidentiæ ſe totum permit-
tens, vt quidem in Adoniam, & in Salomonem
quadrare poſſit, quod in Eſau & Iacob dictum
eſt à Chryſoſtomo, homil. 50. in Gen. *Ecce nunc*
hic inuerſus eſt ordo, & primogenituræ dignitas tran-
ſit ad eum qui uirtute animi præfulgebat. Rur-
ſus

Adoniæ vituperatio, Salomonis laus.

Chryſoſt.

Cur Caini genealogia prætermiſſa.

ſus idem Chryſoſ. hom. 20. quærens cur Caini genealogia prætermiſſa, Seth natu minoris poſtea recenſeatur: *Quia* (inquit) *primatum ſibi a natura datum, id eſt, primogenituræ dignitatem; ſuæ voluntatis malitia dehoneſtarat; & ipſe & qui ex eo nati ſũt, catalogo eijciuntur: Seth verò quod ſibi natura negatum erat, id mentis dexteritate conſequitur, nempe in ſe transferens primogenituræ ius.*

Ad Seth translatum primogenium.

Adoniæ ambitio. Ioſeph. Abulenſis.

Quod verò ad Adoniam attinet, Ioſeph. lib. 7. cap. 11. ſcribit illum fuiſſe Abſalonis in ambitione ſimilem. Negat, & ex parte excuſat Abulen. 3. Reg. 1. q. 24. & 25. Sed negari non poteſt, quin ille adoleſcens inquietus fuerit, ambitioſus, ſeditionis ac turbarum amator, rebellandi aduerſus patrem viuentem adhuc, & regnum per vim occupãdi inſimulatus; ſuæ formæ ac pulchritudinis plus æquo æſtimator; nuptiarum Abiſag Sunamitidis, parentis Dauidis ſine ancillæ conſuetudinariæ, ſiue vxoris, cum procacitate quadam & petulantia appetitor; fraterni regni a Deo ſtabiliti, & paterna voluntate ac teſtamento confirmati, per dolos & ſimulationem artificioſus inuaſor; qui propterea meritas neque longè diſſimiles Abſalonis pœnas dederit.

16 Ad eum verò locum, quẽ ipſo capitis titulo præfiximus, dicendum, Adoniam quidem iure primogenituræ, licèt ſe ipſa infirmo, & imbecillo, adniti tamen voluiſſe vt in regnum aſſurgeret, & aduerſus fratrem Salomonem conſurgeret. Ideo ea Salomon obijcit, non quæ firma eſſent prçſidia Adoniæ ad occupandum regnum, ſed quæ ipſe Adonias præ animi inſolentia & elatione firma putaret, & ad populi gratiam demerendam plauſibilia, & artificio quodã, & machinatione bene comparata. Vide Abulenſ. 3. Reg. 2. q. 27. vbi ea congerit, quæ ſuſpicionem Adoniæ, læſæ maieſtatis; Salomonis verò, in occidendo Adonia, iuſtitiæ æquitatem oſtendunt. Quòd autem Ioſaphat ea ratione permotus fuerit vt Ioram ſibi ſucceſſorem deligeret, quòd primogenitus eſſet, nullum primogenituræ ius arguit, ſed ex primogenitura duci potuiſſe rationem idoneã in ſucceſſore deſignando, vt deinceps fuſius exponemus.

Salomonis prudentia. Abulenſis.

CAP. II.

Populi ne ſuffragijs Rex creatus Salomon.

Ad locum 3. Reg. 1. 8. Sadoc Sacerdos, & Banaias filius Ioiada, & Nathan propheta & Semei, & Rei, & robur exercitus Dauid non erat cum Adonia.

1 *Nulla collegij Seniorum poteſtas creandi reges. Annij auctoritas nulla.*

2 *An Reges Hebræorum creati ſuffragijs populi. Creatio Saulis, Isboſeth, Azael. Illuſtratus ſæpe Samuel & libri Regum.*

3 *Nuſquam creati reges Hebræorum populi ſuffragijs. Regni poſſeſſio capta ſuffragijs. Regnare quid, in ſacro ſermone. Illuſtrati Oſeas, & Samuel.*

4 *Ius populi in non admittendo rege extraneo. Illuſtratus Samuel.*

SVmmam eligendi Hebræorum reges fuiſſe penes collegium illud Seniorum, qui iam inde a Moyſe populi principe ad populi res curandas & dijudicandas Dei iuſſu adhibiti ſunt, ſcribit Ioannes Annius in commentarijs 2. p. Breuiarij Philonis. *Habuit* (inquit) *Azarias filius Nathan, vt præeſſet Sanedrim, id eſt, collegio Sacerdotum, & Doctorum legis, penes quos erat publica poteſtas iudiciorum, & ſceptrum, occidendi, & viuificandi, eligendi reges, & deponẽdi, vt fecit Ioiada Pontifex contra Athaliam.*

1 *Poteſtas collegij Seniorũ quæſita. Pſeudo Philo.*

Sed hæc Annij ſententia, tum ex authore, tum ex ratione, non meretur magnam fidem. Nam is auctor multa ſanè ſolet fingere, neque bene audit apud ſapientes & probos rerum ſacrarum, & priſcæ hiſtoriæ æſtimatores. Ratio verò, quæ ex geſto Ioiadæ ducitur, valde infirma eſt. Ille enim, vt pote ſummus Sacerdos, cuius erat curare, quę Dei & templi eſſent, & quæ ad Ioas vngẽdum, & declarandum regem ſpectarent (præſertim cum is in templo nutriretur. 4. Reg. 11. & nulla de illius legitimo iure & ſucceſſione ad regnũ controuerſia incidere poſſet, quippe ſolus ipſe de regio ſemine fuerat ſuperſtes) crudeliſſimam & impijſſimam Athaliç tyrannidem pijſſimus ipſe tyrannoctonus ſuſtulit. Nihil hic de poteſtate illa publica Sanedrim, nihil de dando, aut adimendo iure regni. Scio Hieronymum in Tradit. ſcribere Cerethi & Phelethi eſſe collegium Sanedrim, qui ſanè creando in regem Salomoni adhibiti fuerunt. Sed hæc traditio eſt valde ſuſpecta veritatis. Neque aliam poteſtatem videntur habuiſſe, quàm forte iudiciariam aliquam. Vide quæſo Serarium noſtrum ſuo de Rabbinis Tractatu priori cap. 18. 20.

Annius nõ bonus auctor.

Penes Sanedrim non fuiſſe ius creandi reges.

Sed Carolus quidem Sigonius lib. 7. de republ. Hebræorum, cap. 3. exiſtimat, Hebræorum reges atque adeo etiam Salomonem, ſuffragijs populi creatos. Id quod diſertis verbis tradit Procopius, loquens de Dauide, primum rege declarato ſuffragijs tribus Iuda in Hebron; poſtea etiam ſuffragijs decem aliarum tribuum. Atque idem videtur ſenſiſſe Guillielmus Barclaius lib. 3. cõtra Monarchomachos cap. 2. Sententiæ huius probationis hæ. Prima ex Deuteron. 17. 15. Vbi videtur Deus permiſiſſe populo aliquando delectum ſibi regis. Preſcribit igitur normam & legem deligendi: Non poteris alterius generis hominem regem facere. Quod nihil eſſet, niſi & aliquando facere poſſet. Secunda, quòd 1. Reg. 11. 14. ad confirmandum Saulem in regni poſſeſſionem conuocatur vniuerſus populus: *Venite & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala,* &c. De prima autem creatione Saulis dixit idem Samuel 1. Reg. 12. 13. *Præſto eſt rex veſter, quem elegiſtis, & petiſtis.* Nihil clarius. Tertia, Dauidem primum in Hebron creat tribus Iuda, cæteræ deinde tribus regem volunt. 2. Reg. 5. & 2. Reg. 11. 2. 8. Abner conſtituit regem Isboſeth, circumducens eum per caſtra. Nimirum, vt obſeruat Abul. eo loco, quòd requirebatur conſenſus populi ad conſtituẽdum regem, neque aliter Abner poterat tradere regnum Isboſeth. Quarta, decem tribus negarũt ſua ſuffragia Roboamo, cum prius *congregatus fuiſſet omnis Iſrael in Sichem ad conſtituendum eum regem* 3. Reg. 12. 1. & ibidẽ numero 20. *Conſtituunt regem Ieroboam.* Similis Ioas creatio in regem 2. Paralipo. 23. Similis etiam videtur Salomonis in regem creatio 3. Reg. 1. quippe a Sacerdote, Propheta, Duce, Principibus, & familia regia; quæ ſint prima atque potiſſima populi

2 *Sigonius. Procopius. Barclaius.*

Hebræorũ reges videri creatos ſuffragijs populi.

Cur circũductus Isboſeth per caſtra. Abul.

Cur in creatione regis cõuenerint primi populi capita.

puli capita,& vniuerſorum ordinum primiores,& A 2. Paralip.29. 22.& 23. *Sedit Salomon ſuper ſolium Domini in regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit.* (Nimirum pro populi placito & voluntate regnum ſuſceperat) *ſed & vniuerſi principes, & cuncti filij Regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi.* Et confirmari poteſt quod Dauid vnctus, & electus fuerit in Regem, viuente adhuc Saule, 1. Reg.16. & 2.Reg.2. & 5. Neque videtur verè Rex fuiſſe, ſed tantum a Deo deſignatus, cui poſtea ſuffragia, & conſenſus populi regni poteſtatem, & ius conferrent. Non aliter Elias propheta iuſſus vngere Azaelem regem ſuper Syriam, viuente adhuc rege Benadad, 3.Reg. 19. Ea tamen vnctio, & electio verum regem non efficiebat, ſed tantum deſignabat futurum, cum B accederet populi conſenſio; nam ſic propheta illum affatus eſt: Oſtendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. Fore, inquam, non eſſe, non fuiſſe. licèt iam plus quindecim retro annis vnctus fuiſſet.

Quomodo Azael vnctus in regẽ viuente Benadad. 4.Reg.8.13

3 Sed, vt breuiter de regum creatione dicã; nuſquam inuenio, regem aliquem Iudæorum ſolius populi ſuffragijs creatum, quin, ſi primus ille erat deſignaretur a Deo, vel a Propheta ex Dei iuſſu, vel ſorte, aut alia ratione quam Deus indicaſſet. Sic Saul vngitur in regem a Samuele 1. Reg. 10. 1. Deinde idem Samuel cõmunicet in ſortes omnes tribus; in quibus inuenio plauſum, & clamorem populi dicentis, Viuat rex: ſed non inuenio C ſuffragia populi eligentis. Rurſus Dauid eligitur a Deo, vngitur a Samuele 1.Reg.16. Inuidet Saul regi futuro, ſed congratulatur Ionathas, iam tunc agnoſcens in Dauide regium ſpecimen; tantum ſpectabantur tribuum voluntates, & ſuffragia in Hebron, & in Ieruſalem, non tam vt vllum Dauidi regnandi ius conferrent, quàm vt Dei voluntate regem conſtitutum ſponte ſuſciperent, atque regi debitas ceremonias obirent. Tandem Ieroboam a Deo accepit ius regni ſuper decẽ tribus, miniſterio Ahiæ prophetæ, 3.Reg. 11. 37. *Regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua, eriſque rex ſuper Iſrael.* Sed poſtea ſuffragijs non tam capit ius regni, quàm poſſeſſionem, 3. Reg. 12. 20. *Cum audiſſet omnis Iſrael, quòd reuerſus eſſet Ieroboam, miſerunt, & vocauerunt congregato cœtu: &* D *conſtituerunt eum regem ſuper omnem Iſrael.* Quod non tam pertinet ad ius regni, quàm ad ſolemnitatem quandam inaugurandi regis, atque regij muneris exercendi. Qua ratione Origenes, Cyprianus, Theophyl. Theodoretus, docent accipiendum illud Oſeæ 8.4. Ipſi regnauerũt, & non ex me, id eſt, me inconſulto, ſuo tantum libito, & cupiditatis temeritate, regem conſtituerunt Ieroboam. Quæritur enim Deus non de ipſo Ieroboam, cui diuinitus regni ius collatum fuerat, ſed de decem tribubus, quæ ira potius, & animi impatientia, quàm idonea aliqua ratione ductæ a domo a Dauid defecerant, & alteri ſe regi regendas permiſerant. E

Nuſquam creati reges Hebræorum ſolius populi ſuffragijs.

Suffragia populi ad capiendam regni poſſeſſionem.

Origenes. Cyprianus. Theodor.

Quare illud conſtituere regem, eſt verbum ſimplex tertiæ coniugationis; quòd cum afferat duplicem actionem, propriè ſignificat, facere regnare. q. d. fecerunt, vt regnaret; Noſtrates commodè exprimẽt; *Por ellos comenco à reinar, que no por my.* Sic vertit vulgatus 3. Reg. 3. 7. *Tu regnare feciſti Salomonem ſeruum tuum pro Dauide patre meo.* Quod Septuag. ſimplici etiam verbo reddiderũt. *Tu dediſti ſeruum tuum pro Dauid.* Quod ſimpliciſſimè ex Hebræo legeretur: *Tu regnaſti ſeruũ tuum. Diſtisme el officio de mi padre y puſiſtis me à gobernar por el.* 2.Paralip.36.4. Cõſtituit pro eo regem

Cõſtituere regẽ quid in ſacro ſermone. המליך

A Eliachim fratrem eius ſuper Iudam; Id eſt, vt exerceret munus regis, regni gubernacula illi tradidit, quod eleganter explicatur 1.Reg.8.7. cum populo importunè poſtulanti regem, Samueli a Deo dictum eſt; Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, id eſt, nolunt vt regem ego ſolus agam in populo, ſed vt homo regiam exerceat in eos poteſtatem. Alioquin non ſe abdicabat Deus iure regni, & ſupremæ dominationis, aut cõferendi ius regni, cui ipſe vellet, & per prophetã ſuum deſignaret.

4 Vides igitur (vt Sigonio ſatisfaciamus) ita ad populum ſpectaſſe regis ſuſcipiendi & conſtituendi curam, vt quamuis illius intereſſet, neminem admittere, qui ex alieno eſſet ſanguine, cæterum B neque vlli vnquam ius regni contulit, quin prius diuina ille reuelatione rex renuntiaretur: Neque illud 1. Reg.12. Præſto eſt rex veſter quem elegiſtis, & petiſtis; aliud efficit, quàm elegiſſe petendo non ſingularem aliquem hominẽ, ſed in communi elegiſſe potius cuiuſuis regis quàm Samuelis voci & nutui regendos ſe præbere. Quod ſtatim exponitur; Ecce dedit vobis Dominus regem. Quippe annuit petitioni veſtræ, & regni poteſtatem in Saulem contulit.

Ad populũ ſpectaſſe nõ niſi ſuæ gẽtis regem ſuſcipere.

Ergo quod in ipſo huius capitis titulo præferebatur, eò tantum ſpectat, vt indicetur, Adoniam non fuiſſe pacificè ab omni populo ſuſceptum in regem; immo potius deſertum a melioribus & po C tentioribus, qui Salomoni adhęrebant, quique legitimam regni hæredis deſignationem expectabant; vt, cui diuinitus ius regni conferretur, ſponte ſe dederent, & ſacras regum vnctionis ceremonias obirent, vt dicemus cap.4.

Adonias non ſuſceptus pacificè, neque a melior. populi parte.

CAP. III.

Is Dei, & Dauidis parentis voluntate & decreto declaratus Rex.

Ad locum 3. Reg.1. 20. Domine mi Rex, in te oculi reſpiciunt totius Iſrael, vt indices eis, quis ſedere debeat in ſolio tuo poſt te. D

1 *Commune omnium filiorum ius ad hæreditatem paternam. Saulis & Dauidis poſteritati promiſſum regnum. Concubinarum filij quod ius. Illuſtratus Samuel.*

2 *Parentes de poſteritate ſolliciti. Adam, quid in ſacro ſermone. Illuſtratus Samuel.*

3 *Poſteritatis regiæ commune ius ad regnum. Parentis arbitrio regnum vni ex liberis adiudicatum. Succeſſio in regnum permiſta electioni. Explicatus locus Regum.*

4 *Parentes in deſignando herede non vnicam rationem attendiſſe. Iudæ Patriarchæ & Machabæi fortitudo & ſapientia.* E

5 *Hebræorum regum ſucceſſio non ſemper per primo genitos. Salomonis regnum ex Dei, & parentis voluntate & decreto. Reges Hebræorum electi a Deo. Explicatus Paralip. & Oſeas.*

1 COmmune quoddam, atque neceſſarium cum cæteris fratribus regni ius habuit Salomon: quod quidem ex parente rege legitimè deriuabatur in omnes regis filios ex legitimis nuptijs ſuſceptos, & ex reginis, quæ concubinæ non eſſent, id eſt, minus præcipuæ vxores;

Commune ius ad hereditatem paternam omnibus filijs.

A vxores; quarum filij non vocabantur ad primam & potiſſimam hæreditatem paternam. Quippe hi non matrum familias, ſed concubinarum, & ancillarum liberi, dona tantum accipiebant, non hæreditatem, Gen. 21. 10. 25. 6. & 2. Par. 21. 3. de quo alias.

Filij cõcubinarum apud ſacros & profanos.

Quamuis enim filij ex illis concubinis, ſiue ancillis, ſuſcepti, legitimi eſſent, vtpote ex legitimis vxoribus; tamen eodem modo tunc temporis excludebantur ab hæreditate paterna, ſicut illegitimi, & ſpurij, qui meritò odioſi ſunt, & propter impura natalia, & propter corruptos plerũmque mores, & innatam dominandi, atque fratribus legitimis inſidiandi libidinem, & temeritatem, vt ſolis ipſis regnare cõtingat. Cuius rei exempla in Iſmael Geneſ. 21. 9. 10. Galat. 4. 10. In Abimelech. Iudic. 9. 18. in Phraarte, ex Iuſtin. li. 42. 2. in Iugurtha, ex Saluſtio in bello Iugurthino: in Perſeo, ex Plutarcho, in vita Æmil. in Manfredo, ex Blondo lib. 7. Decadis 2.

Iuſtinus. Salluſtius. Plutarch. Blondus.

Ipſo autem naturæ iure filios omnes æqualiter patri ſuccedere, docuit Ariſt. 7. Ethic. Decreto itẽ & voluntate diuina indiſcriminatim Saulis poſteritati pollicebatur Deus regnum 1. Reg. 13. 13. *ſtulte egiſti. Quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum.* Similiter, & Dauidi 2. Reg. 9. 13. 16. 3. Reg. 8. 19. 1. Paral. 22. 20. Pſalm. 88. 3. 33. Hebr. 1. 5. quibus locis, quamuis promittatur Dauidi Salomõ; at poſt illum domus & ſedes ſempiterna promittitur, nullo ſingulari ſucceſſore, aut hærede deſignato; nimirum quod anceps, & cõmune regni ius ad omnes regis filios deuolueretur, illo tantum fixo, & certo, vt ex tribu regia rex crearetur: nam huius tribus mutandæ, aut variandæ, nulla niſi in Deo poteſtas, primum deſignante tribum Benamin in Saul; poſtea tribum Iudæ in Dauid, in ſempiternum. Vide illud 2. Reg. 7. 18. *Quis ego ſum Domine Deus & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc vſque?* (eleganter Tigurina.) *Quid me tantopere euehis?* Septuag. referentes diuina beneficia ad diuinam dilectionem, quæ illorum fons: quia dilexiſti me vſque ad hæc? ſed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus (Septuag. Factus ſum paruus parum coram te: Id eſt, tot licèt beneficijs a te amplificatus, non ſatis tibi videor creuiſſe; maiora de me cogitas, & celſiorem me vis: meam amplitudinem non coerces, meæ vitæ, & meorum annorum limitibus, ſed producis & deducis ad ſæcula poſteriora.) *niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquum* (in futurum: non ſolum de me exaltando cogitas, ſed etiam de mea poſteritate. Itaque minor ſum tuis miſerationibus, quippe infinito temporis interuallo ab illis ſuperor.) *Iſta eſt enim lex Adam Domine Deus*, (ſolent de hoc cogitare homines, hæc humanæ prouidentiæ regula, & lex, vt de nominis & generis diuturnitate ſeriò prouideant.) Kaldæus Ionathas: Talis eſt prouiſio humana, ſic aliquando ſumitur nomen Adam pro more, & conſuetudine humana. Iob 31. 33. Pſalm. 81. 7. Oſeæ 6. 7. Gal. 1. 11. Gal. 3. 15. At Vatabl. accipit pro homine magno & excellenti, q. d. Dauid. Quod de ſtabiliendo regno meis poſteris cogitas, mecum ſanè agis tanquam cum viro aliquo præclariſſimo, cum ſim vilis & abiectus. *Eſto es tratar me aley de grande y principe, y no como hombre llano que ſoy.* Sed Adam pro nobili inſoleuter accipitur in ſacro ſermone, cum potius pro vulgari, aut plebeio, Micheæ 5. 5. Pſal. 21. 7. Hieronym. 49. 15. 18. 33.

Poſteritati Saulis, & Dauidis promiſſum regnum quo modo.

2

Homines ſolliciti de poſteritate

Homo pro humana cõſuetudine.

Vatablus.

Adã quid ſignificet.

Atque ea quidem ſucceſſionis ratio, & ius tam altè inſederat in omnium veteris populi animis, vt niſi oĩ ſtirpe regia exciſa, nõ putauerit Athalia Tyrannidem ſuam conſiſtere poſſe. Et vbi de regio vel infante vel puero innotuit, id eſt, de Ioas, ſeptem annos nato, illi ſtatim regni diadema collatũ ſit ab vniuerſis alijs viris ad belli & pacis munia obeunda idoneis 4. Reg. 11. 2. Paralip. 23. non tunc lugente, & ingemiſcente populo; Vę tibi terra, cuius Rex puer eſt, ſed plaudente, & dicente, Viuat rex. Ex profanis verò multa quoque huius rei exempla. Quale illud ex Plutarcho, cum Lycurgus accepiſſet, Polydectem fratrem vxorem grauidam reliquiſſe, ſtatim Regis quod acceperat, nomine depoſito, tutorẽ ſe eſſe profeſſus eſt. *Vt inſtare autem ſenſit puerperium, arbitros enitenti, & cuſtodes adhibuit, ſi ſtirpem virilem dediſſet, vt eam deferrent. Forte cœnanti ei cum magiſtratibus* B *obtulerunt ei puerum miniſtri. Quo accepto dixiſſe fertur præſentibus; Rex nobis Lacedæmonij eſt natus. Mox puerum in ſolio regio repoſuit; cunctis ingenti gaudio perfuſis, atque magnitudinem animi eius & iuſtitiam collaudantibus.* Plura huiuſmodi; frequentiſſimi enim fuerunt apud Lacedæmonios Prodici, id eſt, tutores regiorum infantum, tum etiam apud nationes alias.

3 Poſteritatis regiæ ius ad regnũ.

Eccl. 10. 16 3. Reg. 1. 34 39.

Plutarch.

Tutores regiorum infantum.

Sed iam vbi plures erant filij, & paterni regni hæredes legitimi, ad ſolam parentis voluntatem ſpectaſſe videtur, quem ex liberis regni ſucceſſorem deſignaret niſi aliter Deus peculiari reuelatione conſtitueret. In quo videntur quodammodo conuenire ſucceſſio, & electio, & vtriuſq; commoditates. Quamquam enim Regum creatio per C ſucceſſionem præſtet electioni, vt Philoſophi docent, ſed vbi ſucceſſio cum aliqua ratione coniungitur: non dubium quin ex vtroque capite multa ad regem & regnum commoda proueniant: præſertim, ſi pater iuſtus, & ſanctus ſit, & ex Dei voluntate, ac virtutis merito ſucceſſorem regno dignum inter ſuos liberos quærat. Ita rem eueniſſe in exordio regni Iudaici indicauit Abul. 3. Reg. 1. q. 25. & 35. Sed addit 2. Paralip. 11. q. 27. poſteriorum regum tempore inualeſcente conſuetudine hæreditarium regni ius ad primogenitos deuolutum eſſe.

Parẽtis voluntate vni ex liberis adiudicatũ regnũ.

1 An ſucceſſio præſtet electioni in regnum.

Abul.

Ego verò perpetuum fuiſſe exiſtimo, vt regni ſucceſſor ex parentis arbitrio & voluntate penderet. D Cuius rei ab ipſo Dauide & Salomone multa reperiuntur in poſterioribus regibus argumenta. Primum ex 3. Reg. 1. 20. cum ait Bethſabee ad Dauid: *Verumtamen Domine mi rex in te oculi reſpiciũt totius Iſrael, vt indices eis, qui ſedere debeat in ſolio tuo poſt te.* Et ad idem regis arbitrium refert Nathan propheta regni ſucceſſorem eodem loco. Atque huc etiam facit, quòd Dauid conſolatus eſt Bethſabee, adhibito etiam iuramento, & confirmata pollicitatione de Salomonis filij futura in regnum ſucceſſione. Vt libro 1. cap. 5. exponebamus. Quorſum enim promiſſio & iuramentum, niſi id in libera parẽtis Dauidis poteſtate poſitum fuiſſet? Quare prudens videtur dixiſſe Ioſeph. lib. 7. Antiquitat. cap. 11. *Iubet Dauid, vt Salomonem* E *vnctum oleo ſacro regem declararem, vt notum fiat vniuerſo populo regem eum a patre declaratum.* Quod idem videtur agnouiſſe Hugo Carrenſis in illis verbis Bethſabee, quæ ſic per paraphraſim elucidat: *Ille quem volueris, regnabit poſt te, & hunc quaſi regem ſequetur populus, & non alium.* Acceſſiſſe paternam voluntatem ad diuinum decretum ipſe quoque agnouit Adonias 3. Reg. 2. 15. *Tranſlatum eſt regnum, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutum eſt ei.*

Ex parẽtis arbitrio regni inter plures liberos ſucceſſor apud Hebræos.

Ioſeph.

Hugo.

Atque præterea ratione reges in deſignãdo hærede, atque deligendo inter plures liberos, ducebantur non vna, & eadem, ſed varia, atque multiplici.

4 Parẽtes in deſignãdo

regni hæredem quid attenderint.

plici. Nam vel primogenituræ ratione habebant: ſicut 2. Paralip. 21. 3. ſcribitur de Ioſaphat partiente inter liberos hæreditatem: Dedit eis (liberis ſuis) pater ſuus (Ioſaphat) multa munera argenti, & auri; & penſitationes cum ciuitatibus muniſſimis in Iuda. Regnum autem tradit Ioram, eo quòd eſſet primogenitus. Hac (inquam) ratione permotus eſt, vt Abiam deligeret, non quod iure aliquo teneretur primogenitum conſtituere. Contra quam cēſuit Abul. quod eleganter indicatum eſt a Ioſepho, lib. 9. cap. 2. referens hoc quoque in patris voluntatem: Ioramus (inquit) *natu maximus patris voluntate in regnum ſucceſſit*. Vel quòd videretur etiam aliquis natu minor aptior regno, aut charior parenti, ſicut Roboam. 2. Paralip. 11. 22. *Conſtituit in capite Abiam ſuper omnes fratres ſuos.* (qui tamen plures habuit fratres maiores natu.) *Ipſum enim regem facere cogitabat, quia ſapientior fuit, & potentior ſuper omnes filios eius*. Atque eadem ratio indicatur 1. Paralip. 5. propter quam principatus attributus fuerit Iudæ: *Porro* (inquit) *Iudas, qui* (Septuag. *Quoniam*, vt reſpondeat Hebræo) *erat fortiſſimus inter fratres ſuos; de ſtirpe eius principes germinati ſunt*. Atque adeò non ſolum propter fortitudinem, ſed etiam propter prudentiam atque eloquentiam Principe, & Imperatore dignam, quæ maximè in Iuda enituerunt, in venditione Ioſeph, & in defenſione Beniamin, vt tū ex ſacra tum ex Ioſephi hiſtoria facile eſt colligere. Similem principatum propter bellicam virtutem obtinuit a parēte Mathathia Iudas alter Machabæus 1. Machab. 2. qui tamen non videtur fuiſſe primogenitus, vt ſuperius dicebamus. Idque multo ſanè prudētius, quàm Lacedæmones, apud quos Cleomenes Anaxandridis regis filius, quòd primogenitus eſſet, etiam mētis inops iuniori fratri virtute præſtanti Doriæo præpoſitus fuit, vt ſcribit Herodotus in Terpſichore. Indicat præterea Scriptura, Ioram, ideo præ cæteris parenti Roboamo charum, & regni prærogatiua decoratum quòd filius fuiſſet Maachę, quā ſuper omnes vxores & concubinas adamabat Roboam. Quam ſolam cauſam conſtituendi Ioram in regni ſucceſſorem, expreſſit Ioſephus lib. 8. c. 3.

Ioſephus. — Sapientię prærogatiua ad regnum. — Fortitudinis prærogatiua in Iuda. — Iudas Machabæus cur cęteris fratrib. prælatus. — Filius dilectæ hæres regni.

Neque verò inauditum apud reges alios ſola parentum voluntate ex teſtamēto iuniores filios regni ſucceſſores conſtitutos. Quod & feciſſe Ptolemæum cognomento Phiſconem ſcribit Iuſtin. lib. 39. & Pauſan. lib. 1.

Ptolemęus Phiſco. *Iuſtinus.* *Pauſanias.*

5 Regum Hebręorū ſucceſſio.

Sed vt rem vniuerſam firmo tandem argumento concludamus, breuiſſima Regum ſucceſſio, & ſeries facienda. Dauid atque Salomō inter fratres minimo; ex vnico deinde Roboamo Salomonis filio, & ſucceſſore, nulla ducitur rei propoſitę coniectura. Abiam deinde non fuiſſe primogenitum, ſed ſola patris voluntate & electione regnum obtinuiſſe, ſuper dicebamus. Abiæ ſucceſſit Aſa, qui inter viginti vnum fratres ignoratur, quotus fuerit, 2. Paralip. 13. 14. Rurſum Aſæ ſucceſſit Ioſaphat nulla facta aliorum fratrū mentione. 3. Reg. 15. 2. Paralip. 17. Huic ſucceſſit primogenitus Ioram: de quo diximus: huic ſucceſſit Ioachas, ſiue Ochoſias, filius minimus, ſed ſolus iam relictus, cęteris fratribus extinctis, 2. Paralipom. 21. 4. Reg. Porro Ochoziæ ſuccedit Ioas, furto de cæde vniuerſi ſeminis regij ereptus. 4. Reg. 11. 2. Paralipo. 23. ſequitur filius eius Amaſias, ſed ignoratur an fuerit inter fratres, quorum fit mentio, primogenitus. 2. Paralipom. 24. & 25. Et 4. Reg. 14. Sequitur Ozias, ſiue Azarias, nulla facta fratrum mentione, ſicut & Ioathan Azariæ filius, 4. Reg. 15. 2. Paral. 27. Denique in ſucceſſione aliorum Regum nulla fit mentio primogenituræ. Et quāuis Abul. credat regni ſucceſſores fuiſſe primogenitos, ſed illud mihi verius, vel non habuiſſe fratres alios, vel ſola regis demortui voluntate hæredes regni deſignatos, inſtar primi illius Salomonis in regē delectus, & deſignationis.

Salomonis regnū Dei decreto, & parentis voluntate.

Sed Salomonem, non ſolum paterna voluntate, & fide præſtita matri Bethſabee, ſed a Deo peculiariter electum, neque illius regnum permiſſum ſolius Dauidis voluntati, & prouidentiæ, plurima & aperta teſtimonia probant; illa præſertim, vbi promittitur Salomon. 2. Reg. 7. 12. & 3. Reg. 5. 3. & 1. Paral. 21. 10. Sed potiſſimum 1. Paral. 28. 5. Sap. 9. 7. De quo iterum dicendi opportunitas, inferius c. 11. huius libri. Vbi explicabimus quare dictus fuerit Salomon, ſedere ſuper ſolium Domini: qua item ratione Dauid populo probauerit Salomonis filij ſucceſſionem in regnum, quòd à Deo electus fuerit, neque aliter a ſe deſignatus quàm ex Dei monito & voluntate.

Salomon cur ſedens in ſolio Domini. *1 Paral. 29 23.*

Porro voluiſſe Deum, vt penes ſe eſſet, non ſolum prima, ſed proxima etiam poteſtas eligendi regem populo ſuo, indicatur Deuter. 17. Et cum dicuntur Reges ſedere in ſolio Dei, quippe non aliter ſeſſuri, quàm ex Dei deſignatione, & electione. Volebat nimirum, vt parentes quamuis iure ſuo vterentur in deſignandis regni hæredibus, & ſucceſſoribus, tamen rem totam ad diuinam voluntatem & oracula prophetarum referrent, vt quod grauiſſimum eſſet, & è re totius populi atq; religionis. Ergo conquerebatur aliquando, quòd regnarent, & non ex illius conſilio, & Principes exiſterent, & non ipſo ſciente & approbante, Oſeæ. 8. 4.

Reges Hebræorū electi a Deo.

CAPVT IV.

Solennis eiuſdem comitatus ad regni inaugurationem.

Ad locum 3. Reg. 1. 38. Deſcendit Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi.

1 *Plures regis Hebræorum inaugurandi ritus. Sadoc quis: cur ad illum tranſlatum ſacerdotium. An idem fuerit Propheta. Illuſtratus Samuel.*

2 *Cur Nathā propheta adhibitus ad Salomonis conſecrationem. Muneris regij grauitas & difficultas. Illuſtrati Oſeas & Paulus.*

3 *Banaias dux regiæ cuſtodiæ. Cerethi & Phelethi quid ſonent.*

4 *Quod illud genus hominū, quod illorum officium. Barazel quid nominis, & quid rei. Explicatus Ezechiel.*

5 *Claudebant regium latus ſagittis & fundis inſtructis, cum præterea gladijs. An etiam faſcibus, & virgis armati. Illuſtratus Salomon, & ſæpè Dauid.*

6 *An Cerethi origine Curetes, aut Cretenſes. Philiſthæi maritimi, Cretenſium colonia; an pótius Cretenſes colonia Philiſthæorum. Explicati Sophonias & Ezechiel.*

7 *Cerethi & Phelethi Philiſthæi & maritimi. Gethæorum nomen vel gentis, vel caſus alicuius Illuſtratus Samuel.*

8 *Propria vtriuſque nominis notio. Nomen Latinum pelta ab Hebræo. Milites cetrati & peltati qui.*

9 *Prim-*

9 Principum profanorum ſatellitium. Prætoriani. Sacræ alſ. Melophori & immortales.

10 Cerethi & Phelethi vulgari nomine ſerui Regis. Explicatus Samuel.

1 Ritus conſecrandi regem apud Hebræos.

RItus quos in conſecrando rege ſeruabant Hebræi, ex ipſa Scriptura non obſcurè elici poſſunt, & quidē accuratè illos colligit Abulenſis, Iudic. 9. in expoſitione textus 1. Reg. 10. q. 12. Et 3. & 18. & cap. 16. q. 2. & 3. Reg. 1. q. 37. & 4. Reg. 11. q. 14. 16. 17. & 1. Paralip. 11. q. 2. 3. 4. 5. & 4. Reg. 9. q. 14. vbi enumerat ceremonias regalis inaugurationis.

Ergo Salomon declaratus rex a Dauide parente ſolenni comitatu deducitur. 3. Reg. 1. *Deſcendit Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiada, & Cerethi, & Phelethi.* Et inferius: *Et aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, & populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno, & inſonuit terra clamore eorum.* Sed hæc indigent illuminatione.

Oēs reipu. ordines cōuocati ad regis initiationem.

Et primum quidem quod ad comitatum pertinet, videntur omnia capita ordineſve reipublicæ neceſſariò conuocari ad regis initiationem, & renuntiationem. Quippe ſacerdos, propheta, dux, milites, præco, populus, qui etiam ordines omnes procurati fuerant ab Adonia, ſed illegitimè, & importunè, vt qui furtim, & Dauide inſcio regnum occupare molitetur.

I. *Sadoc ſacerdos.*

Oleum ſanctū non niſi ſacerdos tangere potens. Sacerdotis nomen de ſummo.

QVippe oleum ſanctum, quo inungēdus erat rex, non poterat ab alio contrectari, quàm a ſacerdote. Fuit verò is ſummus ſacerdos, ſicut & Abiathar, qui ſecutus fuerat partes Adoniæ. Videtur enim ſacerdotis nomen libere ſumptum, non niſi ad ſummum pertinuiſſe; vt obſeruat Abulenſis, ſacerdotes autem ſummos, duos ſimul tunc temporis extitiſſe conſtat 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 24. Sed non ſine ſpeciali Dei diſpenſatione, inſtitutos a Dauid, diſputat Abulenſis 2. Reg. 8. q. 23. Vide etiam 1. Reg. 2. q. 20. & q. 30. Ioſeph. lib. 8. Et quidem iam tunc præſagio quodam parabatur depoſitio, & ablegatio alterius, videlicet Abiathar, ex poſteris Heli: qui habuit non in ſe, ſed in poſtero ſuo Abiathar abnepote, ſupplicium illud, id eſt, æmulum in templo, id eſt, Sadoc, de quo 1. Reg. 2. 35. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem qui iuxta cor meum, & animā meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Porro Sadoc fuit ex poſteris Eleazari, & Phinees, primogeniti Aaron; ex quibus erat Sadoc, & ad quem iure primogenij pertinebat ſummum ſacerdotium; Abiathar verò quintus ab Heli fuit ex alia familia videlicet ex Ithamar, ad quam propter peccata poſterorum & Eleazari, creditur tranſlatum Sacerdotium, vnde Heli. Rurſus propter peccata filiorum Heli, reſtitutum eſt ſacerdotium poſteris Eleazari, id eſt, Sadoc. Vide Abul. 1. Reg. 2. q. 30. & 2. Reg. 8. q. 20. Neceſſariò ergo interceſſit æmulatio inter vtrumque, nempe inter Abiathar, & Sadoc, pro ſummo ſacerdotio, & ſuç quemque domni vendicando. Vide quam incerta quàm infirma auxilia ad Adoniæ regnū. Quàm certa, quàm rata, & conſtituta, ad Salomonis. An verò etiam Sadoc ſacerdos propheta fuerit; quippe appellat eum Dauid videntem. 2. Reg. 15. 27. vide ibi Abulenſem, & Dionyſium. Nunc ſanè non tam accerſitur tanquam Propheta, ſed tanquam ſacerdos rerum ſacrarum, & quæ ad templum pertinent, adminiſtrator.

Abul. Ioſephus.

Duo ſimul ſacerdotes ſūmi, quomodo.

Familia Sadoc & Heli.

An Sadoc propheta.

A B C D E

II. *Et Nathan Propheta.*

2 cur Nathā accerſitus. Theodor.

QVippe teſtis diuinæ reuelationis & promiſſionis, de Salomone ſucceſſuro in regnum, 2. Reg. 7. & 1. Paralip. 22. Propterea Theodoretus. 3. Reg. 9. 1. dixit: *Cum ſciret Nathan Dei ſententiam de ædificando per Salomonem templo, & aſpexiſſet Adoniam rapuiſſe regnum præter Dei voluntatem & conſilium, admonuit regem, per Bethſabee, diuinæ promiſſionis.* Teſtabatur ergo Nathan Salomonem regnare ex Deo; & principem exiſtere cognoſcente & approbante Deo; contra quē alij ipſius Salomonis fratres affectatores paterni regni; quorum alteri, id eſt, Abſaloni, defuerunt ſacerdos & propheta, 1. Paral. 15. alteri, id eſt, Adoniæ, ſolus adfuit ſacerdos, ſed iamiam a ſacerdotio ablegandus; defuit propheta, & diuinæ voluntatis certus fiduſque interpres. Regnauerunt ergo, ſed non ex Deo: (reges quippe vterque appellantur, Abſalom 2. Reg. 15. 11. 19. 34. Adonias verò 3. Reg. 1. 11.) Principes extiterunt, ſed non cognouit. Vides quantum ſalutis diſcrimen in regis alicuius, principis, prælative munere ſuſcipiendo, vt niſi adſit propheta certiſſimus diuinæ voluntatis interpres, non videatur tutò admittendum, nedum procurandum, & quærendum, nedum inuadendum atque per vim, & malas artes præripiendum. Si ſua ſe ſponte, non patris decreto, & præcepto ſublimius apud homines extuliſſet Dei filius, rapuiſſe videretur atque per vim occupaſſe, inquit Paulus, externum illum ſupremæ ſplendorem maieſtatis. Ergo non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo (ſcilicet nouum is ſplendorem vltro non rapiendum) ſed ſemetipſum exinaniuit (id eſt, ſe exinaniendo expectandum, ſuo tempore a patre conferendum.)

Oſeę. 8. 4.

Quantum in Prælati munere diſcrimen.

Philipp. 2. 6

III. *Et Banaias filius Ioiada, & Cerethi & Phelethi.*

3 Banaias quo titulo munere.

BAnaias quoque in ſolenni comitatu; nō tam quòd Dauidi eſſet a ſecretis conſilijs 2. Reg. 23. 23. *Auricularius a ſecreto.* Et 1. Paralip. 11. 25. *Poſuit eum Dauid ad auriculam ſuam.* ſed quòd eſſet dux regiæ cuſtodiæ 2. Reg. 8. 18. *Erat* (inquit) *ſuper legiones, Cerethi,* & Phelethi. At quod nam hoc hominum genus? Iſidorus Clarius. 2. Reg. 8. ſcribit Rabbinos communiter pro Cerethi & Phelethi, intelligere Vrim & Tumim; illa nempe quæ in Rationali dicuntur a Latino interprete, *Doctrina & Veritas.* Sed nō hæc omnium Rabbinorum ſententia, tantum vnius, aut alterius. Sed ſi eſſet, neque ad eum ſenſum, quem inferius indicabimus, trahi poſſent, aberrarent longiſſimè. Hieronym. in Tradit. 1. Paralipo m. 18. ſic ſcribit; *Cerethi exterminatores, & Phelethi admirabiles: dicuntur enim fuiſſe Septuaginta iudices, quos Moyſes in Eremo, Domino præcipiente, delegerat.* Intelligit ſanè collegium illud Sanedrim, i. Septuaginta Iudicū; quorum quidā erant exterminatores, qui ſontes damnabant, & ſupplicio afficiebant: quidā verò Phelethi, i. mirabiles, quorum munus erat inſontes defendere. Cū quo facit, quod Burgenſis interpretatur, *interficientes,* & *viuificantes.* Sed ſanè in hos iudices minimè poterat quadrare nomē legionum. Neq; Dauid fugiens Abſal. 2. Reg. 15. opportunè illos ſibi adhibuiſſet *cum alijs Gethæis pugnatoribus validis,* ſi tantum Iudicum munere fungerentur.

Clarius. Cerethi & Phelethi quid.

Hierony.

Collegiū Sanedrim.

Ergo

4 Ergo de Cerethi & Phelethi, tria tantum breui A ter expediri impræſentiarum poſſunt. Primum, officium. Secundum, genus & patria. Tertium, nomen & nominis notio.

Cuſtodia regia.

De primo: proculdubio milites erant, capitis Regis cuſtodes; quippe coniunguntur cũ Gethæis validiſſimis, & eos ſibi ad cuſtodiam in extremo diſcrimine adhibet Dauid. Senſus hic communis omnium, & verus. Theodoretus 2. Reg. q. 36. appellat Beniamin *præfectum cuſtodiæ Dauid*. Magiſter hiſtoriæ, 2. Reg. cap. 10. Dionyſ. cap. 8. vbi Abulenſ. quæſt. 24. Ioannes Forſterus, Ioſeph. libro 7. c. 11. vocat *cohortem regiam quæ a latere regis numquam diſcedebat*. Et huc pertinet quod Kimhi vocat V*rim & Thumim, viros claros, & perfectæ integritatis*, ſeu veritatis, q. d. fideles. Niſi fortè ex eo, B quòd prelucerent regi portantes lampadas; & integros atque perfectos ſe exhiberent, tum in cuſtodia regis tum in exequutione iuſtitiæ, ſic nominentur.

Theodor. *Comeſtor.* *Abul.* *Ioſeph.*

Lictores. *Burgenſis.*

Adde etiam ad eoſdem pertinuiſſe ſontes puni re. Quod item munus lictorum Romanorũ fuit. Quorum ſimiles dicit fuiſſe Burgenſis. Quare potius erant miniſtri iuſtitię, & exequutores regaliũ iudiciorum, quàm iudices. Huius argumentum, quòd dux eorũ Banaias extremo ſupplicio affecit Ioab iuſſu Salomonis 3. Reg. 2. & ibidem etiam Adoniam fratrem Salomonis. Atque ex his videntur fuiſſe ſatellites illi, quos miſit Saul in domum Dauid vt cuſtodirent eum, & interficerent mane. 1. Reg. 19. 11. 12. qui ijdem eodem loco vocantur apparitores & nuntij; alibi verò vocantur Angeli, viatores, curſores; omnes hi miniſtri, & exequutores regum, & iudicum. Agnouit hoc Burgenſis 2. Reg. 8. poſt R. Moyſen, vt animaduertit Tholoſanus lib. 13. de Rep. de qua etiam re videdus Annius Viterbienſis ſuper lib. 2. Fabij Pictoris, ſcribentis, quòd Hetruſci præfectum lictorum vocabant, Barazel, id eſt, percuſſorem, & quidem commoda nominis deriuatione, poteſt Barazel, interpretari percuſſor iudicis, id eſt, miniſter & iuſtitiæ exequutor. Vide in Barazel omnes lexicographos qui interpretantur ferrum, ſed non ſolum infectum, ſed etiam quodlibet inſtrumentũ ferreum, 4. Reg. 6. 6. Prouerb. 27. 17. 2. Reg. 12. 31. Amos. D 1. 3. & alibi. Conſonat item nomen Cerethi, id eſt, interfectores: ſic enim Ezechiel. 25. 16. Interficiam interfectores. Heb. Interficiam Cerethęos. Et Hieronym. eo loco hãc verſionem probat cum Symmacho, & Theodotione. Sicut & Sophoniæ 2. vbi nos legimus; gens perditorum; actiuè, qui perdunt.

ברזאל *R. Moyſes.* *Annius.* ברזל *Hierony.*

5 Quanquam ego exiſtimem illorum munus potiſſimum fuiſſe regem in bello cuſtodire, ſtrenuè contra hoſtes dimicando. Id quod indicarunt Complutenſes in lexico, & Mardochai Nathan, volens vtrumque nomen duci ab occidendo: *Nomina* (inquit) *legionis militum, quòd homines occidebant in bello*.

R. Mardochai. *Cõplutenſ.*

Quę arma regiæ cuſtodiæ.

Ad id verò munus ſiue defendendi, ſiue tuendi E regem, & claudendi illius latus, ſiue ſupplicio afficiẽdi ſontes, adornatos fuiſſe oportuit armis opportunis. Kaldæus ſanè, arcu, ſagittis, & ſunda inſtruit. nam pro Cerethi & Phelethi; legit *ſagittarios & fundibularios;* vel, vt Mardochai ex eodem Kaldæo affert; arcu præliantes & fundibularios. Procopius iacula etiam illis attribuit: interpretatur enim iaculatores & ſagittarios. Quis verò etiam auſit illis gladium adimere? cum ſcriptum ſit Cantic. 3. 7. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, omnes tenentes gladios, vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, &c. Ruſus Pſal. 149. 6. Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus. Ad alligandos reges, &c. Quippe iſti lictores enſiferi ligabant ſontes, & colligabant manus inſtar lictorum antiquorum; quibus iudex præcipiebat his ſolennibus verbis: I, *lictor, manus colliga, caput obnubito*, &c.

Kaldæus. *Procop.*

An faſcib. & virgis armati Cerethi & Phelethi.

An autem faſcibus & virgis armari quoque incederent, dubitatio eſt: quòd in Scripturis non tarò fiat mentio *virgæ & baculi*, id eſt, virgarum & fuſtium quibus lictores armabantur, vt Pſal. 22. 4. qui de prælio & inſigni aduerſus hoſtes victoria torus eſt: Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt: Id eſt, in mei defenſionem, mihi aduerſus hoſtes contuliſti tuos lictores, tuam ipſam cuſtodiam, & tuos Cerethi ac Phelethi, qui me circumſtarent. Quid, quòd etiam lictores verberabant ſontes virgarum faſciculis? Cum quo illud Pſ. 88. 33. *Arguam eos in virga virorum, et in verberibus peccata eorum*.

Sed res hæc incerta, & longè alia Patrum & ſacrorum interpretum, locorum indicatorum intelligentia, quam impedire aut prophanare leuibus ex profana hiſtoria teſtimonijs, & repugnantibus coniecturis non eſt animus.

IV. Cerethi & Phelethi an ex certa gente.

Auenarius כרת כרתי κρατέω. Certandi verbum vnde ductũ.

C SEd Cerethi & Phelethi an ex peculiari aliqua gente, & genere? Septuag. Ezech. 25. pro Cerethi Hebraicè, & interfectoribus, Latinè, Cretenſes legunt. Quos ſequitur Auenarius in radice Carath. nam Cerethi interpretatur Cretam, ſiue Curetam, nimirum inſulam, in qua olim erant fortiſſimi milites, excindentes in bello plurimos. Vnde ſuſpicatur & crateo Græcum, & certo Latinum deductum eſſe, vt fortes certatores quaſi cretęi, & certatores dicti fuerint. Sed quomodo ad meridem Cerethi, ſiue Cretæ peruadere poterat Dauid? 1. Reg. 30. 14. aut quomodo Cerethi potuit eſſe vicina *tribui Iudæ, et non longè à Caleb, et Siceleg*? Reſpondet Scholiaſtes Græcus, Ezech. 26. Philiſthæos maritimos, id eſt, Phœnices intelligi, appellarique Cretenſes, quòd eſſent Cretenſium colonia. Quare ſubditur; *& perdam reliquias maritimæ regionis*, iuxta id Sophon. 2. 5. *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum*. Hebr. *Gens Cerethim*. Septuag. *aduenæ Cretenſium*. Sed eo loco noſter Hieronymus Prado exiſtimat potius, Cretenſes fuiſſe Phœnicum coloniam; & Philiſthæos illos Cerethęos, ad quam peruenerunt nomen dediſſe Cretæ inſulæ, id eſt, ſuæ coloniæ. Ergo Cretenſes (quod ex Prado colligo) non fuiſſe, neque intelligi a Septuaginta; Inſulanos illos, ſed ipſos Philiſthæos maritimos, & Cerethæos primigenios. Cerethi igitur nomen eſſe gentis illius fortiſſimæ ex Philiſthæis, tum & fidiſſimæ.

An Philiſthæi ex Cretenſibus.

Hieronym. Prado.

Falſum verò ſcholiaſtẽ in ſua illa ſententia, de Cretenſium colonia (contra quàm exiſtimat Prado diſertè oſtendit Theodoretus, Soph. 2. 1. *Vero* (inquit) *primum eſt; quoſdam a Creta veniße, & in vrbibus maritimis conſediße. Itaque Chanaan, & funiculum maris, & Cretam, & aduenas Cretenſium loca maritima Palæſtinos appellauit*. Ruſus Strabo lib. 10. Curetum, ſiue Cretenſium, virtutem bellicam, & ſedium mutationes, & in alias terrarum, tranſmigrationes ſcribit lib. 10.

Theodoret. *Strabo.*

7 Cerethæi, Philiſthæi maritimi.

Sed vtrum Creta nomen acceperit a Cerethęis Palæſtinis, an potius Cerethæi & Palæſtini maritimi duxerint & genus & nomen a Cretenſibus, nihil

A nihil refert, dummodo in eo ſit conſenſio, Cerethi aut Cerethim nomen eſſe gentis, videlicet, aut totius Philiſthæç, aut certè alicuius prouinciæ maritimæ; quod præter alios docet noſter Prado, Ezech. 25. Vatablus 1. Reg. 30. Abulenſis, ibid. q. 10. Forſterus, Mercerus, R. Dauid in lib. radic. nimirum eſſe Philiſthæos. At illis ne committere auderet Dauid ſui corporis cuſtodiam? an infenſiſſimis hoſtibus Philiſthæis ſe crederet? Nihil mirum, inquies. nam & Gethæis ſexcentis viris fortiſſimis, qui & ipſi erant Philiſthæi, ſtipabatur. 2. Reg. 15. & 1. Reg. 27. Sed quidem reſponſio hæc parum ſolida. Quippe Gethæos hos, non quòd genere Gethæi, ſed quòd Dauidem fugientem in Geth, & de Geth reuertentem, perpetuò comitati fuerint, cognomen Gethæorum accepiſſe contendit Abulenſis. 2. Reg. 15. q. 26. Ergo fortè Philiſthæi illi ſui ſtipendij, quàm inimicitiarum obſeruantiores.

Prado. Vatablus. Abul. R. Dauid.

V. Vtriuſque nominis notio & proprietas.

8 Notio nominũ Cerethi, & Phelethi.
כרא
כרת

TAndem ſiue ſit nomen gentis ſiue officij, ſiue & gentis & officij ſimul. nam *conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis*; ob id illos Dauid tali munerí præfeciſſe videbitur, vt ſuo nomine ſui officij admonerentur. Et certè nomen Cerethi, a Carah, quod eſt, ſcindere, perfodere; ſiue a Carath; quod eſt, abſcindere eradicare; diſperdere, interficere i videtur dictum: quaſi interfectores, & diſperdentes, vel ſuccidentes. Nos diceremus; *los valientes, matantes, que parten, y hienden.* quia verò quando inibant fœdus, feriebatur pecus, & ſecabatur in partes, & pangens tranſibat inter diuiſiones, ideo idem verbum ſignificat pangere, aut inire fędus. Inde igitur Cerethi poterunt dici, quaſi fœderati cum rege, & ad illius cuſtodiam ſacramento & ſolemni fœdere adſtricti.

פלא
פלה

Phelethi autem a Pala, ſiue a Palah, quod eſt, ſeparare, ſeligere, tanquam arduum aliquid, & excellens prę cæteris mirabile ſupra conditionem communem q. d. milites ardui, excellentes, electi, mirabiles in defendendo, & pugnando, & protegendo ſuo principe. Nam quòd Phelethi eſſent D prophetæ mira operantes, quod affert Marinus, longè alienum eſt vel a Palah, quod eſt, ſcindere, & diuidere, eadem nominis ratione & proprietate, qua Cerethi: vel a Palat, quod eſt, euadere, ſaluare, eripere, quòd liberarent, & eriperent, vel quoſdam ex iudicio, vel regem ex prælio: vel etiam a protegendo. Vnde videtur deductum Latinum Pelta ſcutum, quo protegimur, & liberamur. Itaque nihil propheris cum his nominibus.

Marinus.
תלת
פלט

Ignoro an etiam eò reſpiciant nomina illa, atq; miniſterium militum, quos Cetratos, & Peltatos appellabant, de quibus Liuius, Alexan. Vvolfang. Roſſinus. Protegebant ergo in diſcrimine, & auertebant capitis periculum, neque obſtat quòd Palat, ſit per Teth, at Phelethi, per Thau, (in quo hærent Forſterus, & Mercer.) nam hæ litteræ permutantur. Quòd autem Phelethi ſit patronymicum a Pheleth cuius ſit mentio Numer. 16. 1. vel 1. Paralip. 2. 32. vt ſuſpicatur Marinus, incertum & minus veroſimile.

Milites cetrati & peltati. *Alexand. Vvolfang. Roſſinus. Liu. 3. Decad. li. 1. & 4. Decad. lib. 5. & 5. Dec. lib. 4.*

VI. Satellitium regium Hebræorum, & aliarum gentium.

9 Cur Regia cuſtodia ad hibita ad creandum regem.

ERgo vt ad Salomonem redeamus, cum hæc regia cuſtodia multum valeret, vel ad iudicandum, & declarandũ regem vel ad defendendum, oportuit adhiberi ad inaugurationem Salomonis. Romulus ſanè trecentos erga ſe pacis, & belli temporibus habuit milites celeres nuncupatos, vt ſcribunt Halicarnaſſ. lib. 2. Liuius, Decad. 1. lib. 1. Plutarch. in Romulo. Similes quoque Prætoriani milites, qui excubabant iuxta ducis prętorium, & militabant circa principis tabernaculum, & circa Imperatoris latera; de quibus Plin. lib. 6. cap. 29. Tacit. lib. 7. Sueton. in Tiber. cap. 37. In Galba. capit. 16. Roſſin. Vvul. ſang. Atque is fere Imperator erat, qui ſecum prætorianos haberet. Res in Romana hiſtoria certiſſima, quam etiam attingit Ioſeph. 19. Antiquit. cap. 2. & lib. 20. cap. 5. ſimilis quoque cohors ex trecentis generoſiſſimis iuuenibus Lacedęmoniorum regum cuſtodi- B bus ex Halicarn. lib. 2. Herodot. lib. 6. Et Sacra cohors apud Athenienſes, ſiue, vt Liuius decad. 5. libro 2. loquitur, *Sacræ alæ*, quibus medius ſtirpabatur Macedonum rex. Similis illa Alexandri cohors amicorum, aut inuicem ſe amantium, (facit cum ea Cerethæorum, id eſt, fœderatorum natione) ſiue *cohors regia*, cuius meminit Arrianus lib. 4. vel *ſacrum præſidium*, quod Thebani habebant, vt ſcribit Plutarch. in Alex. & Pelopida. & Ælian. lib. 14. de Var. Hiſt. Perſæ quoque Melophoros, id eſt, mille ſelectiſſimos, ex decem millibus ſelectos, pro inſigni geſtantes in ſpiculis mala, vt eſt apud Ælianum, & Herodot. qui & immortales dicti ſunt; ſed his omnibus neque inferiores infirmioreſve Cerethi, & Phelethi. Sed de Salomo- C nis ſatellitio, & ſexaginta cuſtodibus poſtea pluſculum.

Celeres. *Halicarn. Liuius. Plutarch.*
Pretoriani *Plinius. Tacitus. Suetonius. Ioſephus.*
Sacra cohors.
Arrianus.
Ælianus.
Melophori

Illud tantum, quòd cum eodem cap. 1. 3. Reg. num. 33. paulo ſuperius dixit Dauid ad Banaiam, & Sadoc: *Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri*: inferius verò nulla facta *ſeruorum* mentione, recenſentur Cerethi & Phelethi, oportet Cerethi & Phelethi vocatos vulgariter fuiſſe ſeruos regis, id eſt, peculiariter illi famulantes, & perpetuò illi adſtantes; ſic enim Theodoret. Nicol. Abul. vocant Cerethi & Phelethi: *Cognationes nuſquam diſcedentes ab aula Dauidis.* De iis, illud quoque 1. Reg. 20. Dauid ad Abiſai, *Tolle ſeruos Domini tui & perſequere Sibam*, & 2. Reg. 11. 9. notantur milites, & D cuſtodes regis hac eadem appellatione; *Dormiuit Vrias ante portam domus regiæ cum alijs ſeruis domini ſui.*

10 Serui regis Cerethi & Phelethi.

CAPVT V.

Inaugurandi Salomonis ſolennes præuij ritus.

Ad locum 3. Reg. 1. 33. 38. Impoſuerunt Salomonem ſuper mulam Regis Dauid. & adduxerunt eum in Gihon.

E
1 *Mula, ſui generis animal in Syria. An mulus ſpurius ſeminis prohibitus Hebræis. Explicatus Moyſes. Illuſtratus Iſaias & Samuel.*
2 *Peculiaris mula regia. Equus regis Perſarum generoſiſſimus. Alexandri Bucephalus. Illuſtratus locus Eſther.*
3 *An ſolemnis cerimonia initiandi regem extra vrbem. Gihon fons ne an mons? Duplex Gihon. Illuſtratus Samuel & Salomon.*
4 *Nilus Gihon. Illius ortus. Natatoria Siloe.*
5 *Gihon fons prope Ieruſalem. Duplex illius riuulus influens Ieroſolymam. Illuſtrati loci Paralipom. & Iſai.*

6 Bonum

6 *Bonum omen ex loco. Adoniæ ominoſus fons Rogel. Reges inaugurati ad inſignes fontes, & arbores, & cur. Quercus olim religioſa. Explicatus locus Iudicum.* A

7 *An inauguratus rex circumductus ex ſolemni cerimonia. Caſtra Iacob vbi. Illuſtratus Samuel.*

Solennes declarandi, & inaugurandi regis Salomonis ritus & cerimonias deſignauit ipſe Dauid, præſcripſitque rei gerendæ principibus, Sacerdoti, & Prophetæ, quæ ſingillatim recenſenda & illuſtranda.

I. *Et impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis Dauid.* B

1 Mulorum genus. פרדים פרדות

Mulam intellige animal ſui generis, id eſt, de mulis Syriæ, qui Hebraicè dicuntur, *Pheredim*, aut *Pheredoth*, à radice *Pharad*, quod eſt, diuidere, aut ſeparare, quod eſſet peculiare quoddã & ſeparatum genus equorum, & ſicut nomine, ita etiam re non omnino abſimile illorum qui Hebraicè dicuntur *Pharaſim*, genus quoddam equorum, vt dico in ſacro Latino Dictionario meo, dixi etiam in meo Iob, cap. 1. Nam muli ex commixtione equæ & aſini dicuntur *Iemim*; Mulos autem Syrios ex Ariſt. lib. 6. de Hiſt. Anima. cap. 26. conſtat fuiſſe ſui generis, & diuerſum ab eo, quod eo equa & aſino procreatur, præſtareque celeritate. Atque huiuſmodi etiam mulas eſſe, quas in Cappadocia parere ſcribit Plin. lib. 8. cap. 44. ex Theophraſto, & iterum Ariſtot. cap. 24. libri ſuperioris citati, ait, *in terra ſuper Phœnicem in ſuo genere procreare*. Vides ad belli vſum expeti ab Abſalone, 2. Reg. 18. ad vehendos reges, & viros principes, 2. Reg. 13. 3. Reg. 1. & 18. & Iſai. 66. 20. Vbi magnificus quidã publicæ lætitiæ apparatus deſcribitur. *Adducent omnes fratres veſtros donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctum meum.* Et tanquam pretioſum mercium genus ex Phrygia aſportabatur ad Tyri nundinas, Ezech. 27. Afferuntur pro muneribus Salomoni. 3. Reg. 10. Denique princeps aliquis vir præficiebatur mulis Regijs paſcendis; ſicut Doeg Idumæus 1. Reg. 21. qui fuit potentiſſimus paſtorum Saulis. Quod Septuag. explicarunt addentes; Paſcens mulas Saul. Scio, Ariam Montanum non agnoſcere aliud mulorum genus, quàm ſpurium illud, & diuerſi ſeminis, & proculdubio in aſſignando & conſiderando nomine, & natura muli, apertè cabalizat Montanus. Sed cum illud non modò non religioſum, ſed criminoſum ex lege fuerit Leuit. 19. *Animal tuum non facies coire cum alterius generis animantibus*: certè etiam criminoſum haberetur, alere, procurare, vti, nedum in pretio habere. Et acutè quidem obſeruat Abulenſis, Deuter. 22. fol. 75. cum lex ſit de non arando in boue, & aſino; tacere tamen de non arando in boue, & mulo, quia ſupponebatur inter Iſraelitas non futura huiuſmodi animalia ſpuria, quippe ex lege prohibita.

פרשים ימים — Ariſt. — C — Plinius. — D — Montanus in obſerua. natural. nu. 321. 322. — An lex de non arando in boue & mulo. Abul. — E

2 Regia mula. Herodo. li. 1. Philoſtr. lib. 1. Principum peculiares equi.

Sed fuiſſe peculiarem regi mulam, in quam nemo alius conſcenderet, exiſtimari poteſt ex illo Amanis exemplo, Eſther 6. 8. *Homo quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regijs, & imponi ſuper equum, qui de ſella regis ſit.* Fuiſſe autem Aſſueri equum generoſiſſimum, & res ipſa dicit, & veræ tradunt hiſtoriæ. Atque ſuos etiã peculiares principibus equos, qui vſque ad miraculum neminem A alium præter principem ſeſſorem admitterẽt, fuiſſe legimus: Bucephalum Alexandri, ex Plin. lib. 8. cap. 42. Solino, cap. 57. Plutarcho, in Alex. Hell. lib. 5. cap. 2. Arriano, libro 5. geſtorum Alexandri. Diodoro Siculo, lib. 17. Curtio, lib. 5. Iuſtino, lib. 12. Strabone, 25. Tũ nec Cęſaris Dictatoris equus quemquam alium dorſo recipiebat, ex eodem Plinio, Solino, & Plutarcho, in vita Cæſaris. Peculiaria item de peculiari illo regis Scytharum equo, qui calcibus & morſu laniauit regis ſui hoſtem victorem, ſcribunt iidem Plin. & Solin. Tum & de equo Nicomedis regis. Illud item Pontificiæ dignitatis fuit quod equus cui ſemel ſanctiſſimus Pontifex & Martyr Ioannes inſediſſet, neminem deinceps ſeſſorem admitteret, ex Grego. lib. Dia- B log. 3. capitulo 2. Fuiſſe item mulam Dauidis regiam generoſiſſimam, pulcherrimam, quis dubitet? Neminem porro præter regem admittere permittebatur. Quod & dignitatis regiæ tuendæ, & indicandæ etiam in ſucceſſore Salomone fuit.

Plinius. Solinus. Plutarch. Arrianus. Diodorus. Curtius. Iuſtinus. Strabo. — Mula Dauidis pulcherrima.

II. *Et adduxerunt eum in Gihon.*

3 Abulenſis. An extra vrbẽ mos in augur. reges.

Abul. 4. Reg. q. 9. 14. exiſtimat fuiſſe ex ſolenni Hebræorum ritu vt rex initiandus extra vrbem duceretur; cum videlicet non ſecretò, ſed publicè, & ſolenniter vngendus eſſet, & corã populo renuntiandus. Probat tum ex Abimelech, Iudic. 9. & Adonia 3. Reg. 1. tum præcipuè ex Salo- C mone. Quorſum enim in re acceleranda, & quæ non pateretur moram præſcripſiſſet, vt in Gihon inaugurandus duceretur?

Sed res incerta, nec vſurpata in Dauide, aut in Ioas, ſolenni licèt ritu conſecratis. Atque ex eadem coniectura noſter Benedictus Pererius lib. 3. in Geneſ. Vbi de ſecundo Paradiſi flumine, probat minimè fuiſſe in antiquo Hebræorum more, reges eorum vngi in Gihon, cum nemo præter Salomonem, ſiue priorum, ſiue poſteriorum regum, ibi vnctus ſcribatur. Et quidem non extra vrbem, ſed intra vnctum fuiſſe Salomonẽ illi exiſtimant, qui nomine Gihon intelligunt fontem Siloe: propterea que Salomonem inaugurandum non deductum extra vrbem: quæ inferius indicabuntur. D

Pererius.

At quid rei Gihon? mons ne, an fons, fluuiuſve? Amicus noſter Pater Maluenda ſuo erudito Commentario de Paradiſo, cap. 29. ſcribit, hunc Gihon fuiſſe fontem prope muros Hieruſalem ex conſenſu omnium. Sic ipſe exiſtimauit. Cum tamen diſſentiant nonnulli; Nam Chriſtianus Adrichomius in ſua Ieruſalem ex frequenti neotericorum ſententia, num. 236. ſcribit, montem fuiſſe appellatum Gihon, in quo vnctus fuerit Salomon, atque eundum ſaxoſum, altum, oblongum, & qui ab occidente vrbem ambiat, atque verſus ad portam Iudiciariam ſenſim decreſcat. Et mirũ, quòd Chriſtianus citet Ioſephum pro hoc monte, qui omnino montis non meminit, ſed fontis.

Maluenda. Gihõ fons. Adrichom. Gihõ mõs.

E Sed nihilominus res vtraque nõ longè diſtans; namque mons Gihon ipſe eſt proximus monti Sion occidentali, ex cuius radice verſus montem Caluariæ erumpit fons *ſuper Gihon*; cum tamen paulo inferius ad partem Auſtralem erumpat alter fons, qui appellatur *Gihon inferior*, quem Scriptura vocat, *fontem Rogel*; Kaldæus verò, & Hebræi vocant, *fontem fullonis*, iuxta quem Adonias inaugurari in regem appetiuit. 3. Reg. 1. De quo diſertè noſter Villalpandus tom. 3. lib. 1. de Vrbe, cap. 16. & lib. 2. cap. 17. Chriſtianus Adrichomius in ſua Ieruſalem, num. 189. & num. 225. Porro hic fons *Gihon inferior*, Rogel, aut fullonis, irrigabat

Gihon ſuperior & inferior. Villalpandus.

hortum

A hortum regium, ſeu *hortum concluſum*, omnis generis arborum, fructuum, florum vbertate amœniſſimum. Sed de hoc ſtatim pluſculum.

4 Gihon Nilus.

Cũ verò Gihon celebre in Scripturis ſit nomen Nili, Geneſ. 2. 13. vt ex frequentiſſima tũ antiquorum Patrũ tum recentiorum interpretum ſententia docet Maloeoda, c. 28. & 29. aut ſit flumẽ aliud non longè a Meſopotamia, neque longè a Tigri, & Euphrate, niſi ſint ipſi Tigris & Euphrates, aut illorũ pars aliqua, vt indicarunt Eugub. Steuchus; & noſter Pererius, certè Steucho c. 2. Coſmop. impingunt Pererius & Maluenda exiſtimaſſe ad hũc Gihon, id eſt, ad Euphratẽ, & extremos terræ promiſſæ fines, Salomonem inaugurandum perductum fuiſſe. Sed hi doctores inuenerunt in Eugubino, quod ego in illo oculatiſſimè inſpecto, non inuenio. Tantũ Eugubinus exiſtimat Gihon fuiſſe prope Meſopotamiam, ac minimè fuiſſe Nilum ſuper id Gen. 2. *Nomen fluuio ſecundo Gihon*, & inferius ſuper id, *Plantauerat Dominus paradiſum*: refert ſententiam Abenezra ſic docentis: *Conſtat Gihon prope terram Iſrael eſſe, eo quòd ſcriptum eſt, & deducetis eum in Gihon*. Itaque non ſunt illa Eugubini ſententia, ſed Abenezræ, qui ſanè cum tam longè deducat Salomonem, longius ipſe a vero abire videtur.

Eugubinus. Abenezra.

B

Gihon an Siloe. Kaldæus. Theodoret. Procopius. Anaſtaſius.

Alij ſegniores ſunt in deducendo Salomone; quippe volentes ex vrbe digredi, nomine Gihon intelligunt natatoriam, vel piſcinam Siloe, quod indicarunt Paraphraſtes Kaldæus legens: *Ducite eum in Siloe*. Theodor. 3. Reg. q. 2. Procop. Nicol. Iſidor. Clarius, Emanuel Sa. Et videtur etiam Anaſtaſius Synaita libro 8. Exameron. vbi de Gihon. ſed hi tamen commodè exponi poſſunt, vt non loquantur de ipſa natatoria, aut piſcina Siloe ſed de fonte, aut riuulo qui tandem influit in natatoriam.

C

5 Gihõ fons prope Ieruſalem. R. Salomon. Ioſephus. Hierony. Theodor. Procopius. Abul. Caietanus. Pererius.

Ergo Gihon eſſe fontem prope Ieruſalem, ad quem conſecratus fuerit Salomon; frequẽtiſſima ſententia eſt, tum Hebræorum, inter quos R. Salomon, Ioſephus, Hieronym. de locis Hebraicis; tum aliorum interpretum, Theodoreti, Procopij; & poſt hos, recentiorum, Abul. Caiet. atque aliorum; vt Pererij ſuperius adducti. Itaque ex monte Gihon, extra, & prope Ieruſalem duplex erat ſcaturigo, aut duplex eiuſdem primæ ſcaturiginis ducebatur riuulus ſuperior & inferior, iuxta id 2. Paral. 32. 30. *Ipſe eſt Ezechia, qui obturauit ſuperiorem fontem aquarum Gihon. & auertit eas ſubter ad occidentem vrbis Dauid*. Ab hoc ſuperiori Gihon ducebantur aquæ Siloe, quæ dicebantur *vadere cum ſilentio*, Iſai. 8. 6. id eſt, per occultos & ſecretos canales, ſine magno præterlabentis aquæ murmure. Quare appellatio Siloe potuit etiam ſuæ origini attribui ab illis auctorib. quos nuper citabamus. Atque Theodor. & Procop. volunt nomen Gihon id eſt, Nili, propterea communicatum fonti Ieroſolymitano, *quòd ipſe quoque per occultos cuniculos; quemadmodum Nilus, exurgat*.

D

Siloe.

Nili obſcura ſcaturigo.

III. *Fauſtum ex loco & fonte, regni auſpicium.*

6 Fauſtũ ex loco auſpicium.

Ergo ab ipſo loco & nomine fontis auſpicium potuit ſumi regni Salomonis, nam cum Adonias ad fontem Rogel, i. ad fontem inferiorem, & ad gehennam ſpectauerit: At Salomon ſuperiori loco & fonte regnum obtinuit, & ad eum quidem fontem qui in piſcinam interiorẽ vrbis influebat ſine murmure leniſſimè & placidiſſimè, nimirum in Siloe, namque illius regnum cõtinebatur in domo Dauid, & ex illo deriuanda, & mittenda erat mundo expectata ſalus; regnum item futurum perenne inſtar perenniter ſcaturiẽtis fontis, ſumma pace, animorum tranquillitate, & bonorum omnium abundantia.

Sed cur regum inauguratio ad fontes? Abul. 3. Reg. 1. q. 36. ſcribit, antiquorum morẽ fuiſſe reges vngere ad aquas vel ad arbores. Probat ex eo q; Abimelech filius Gedeonis vnctus eſt in regem apud famoſiſſimam quercum Sichem, Iudic. 9. & idem hoc loco q. 23. ait, ex conſuetudine gentiliũ fuiſſe conſtituere reges apud aliqua loca inſignia, vt apud arbores, vel fontes, vel lapides magnos: De fonte probat ex vnctione Adoniæ, ad fontem Rogel, & ex vnctione Salomonis, ad fontem Gihon. Accedit quod fons Rogel, erat item celebris propter annoſam quercum vicinam; fortè, & propter quercetum: Nam & Epiphan. De vitis Prophetarum, ſcribit Iſaiam tumulatũ eſſe ſub quercu Rogel. Huius autem priſci ritus rationẽ reddit Abul. quod ex auſpicio perennis fontis, & annoſæ ac diu virentis arboris, precabantur nouo regi & perennitatem, & fœlicitatem ſemper virentis, atque in dies creſcentis principatus.

Abul. An priſcus ritus regũ creandorũ ad fontes.

B

Epiphan.

Creatio regis ad quercum.

Sed cum certum ſit publicæ illi lætitiæ, & quaſi populi comitijs, ſemper quęſitũ eſſe locũ aliquem apertum & opportunum campum, vbi vicinum, id q̃d in Adoniæ & Salomonis vnctione, & inauguratione expreſſum quoque videtur; tum etiam locum opportunum populi conuentui, & propter amœnitatem & vmbram arborum, & propter facilè parabilẽ de vicino fonte potum: certè nõ video ſolidam coniecturam illius priſci ritus; cũ nec in vnctione Saulis, neque in inauguratione Dauidis neque in vnctione Isboſeth. 2. Reg. 2. 8. 9. neq; in unctione Ioas, 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 23. quidquã ea de re legamus, neque ex illa Abimelech principatu quidquã aliud colligi poſſe uideatur, quam religionis ergo conſtitutum eſſe principem Abimelech ad quercum, id eſt, ad quercetum, Sichem, ubi nimirum uidebatur coli idolum Baal, Berith; quippe ſic ex Hebræo eum locum legũt Pagninus: Conſtituerunt regem Abimelech iuxta quercum ſtatuæ; quæ erat in Sichem. Varablus, & Iſidorus; In planitie ſtatuæ, id eſt, in platea, in qua erat quædam ſtatua, quod eodem loco agnouit Nicol. quamquam hoc quoque incertum, nam & originales voces ambiguæ ſunt, & optimè legiſſe Latinum interpretem, facilè ad eum locum oſtendemus.

C

Cur Abimelech ad quercũ inauguratus. Iudic. 9. 6.

D

Nicolaus.

Sed quænam illa cerimonia, quam 2. Reg. 2. 9. præmittit Abner, ad conſtituendum regem Isboſeth filium Saul, ſcribitur enim; *Et circũduxit eum per caſtra*, quod tamen deſideratur in inauguratione Salomonis; pręſertim cum hæc ſola ſolennis cerimonia conſtituti regis Isboſeth, eo loco recẽſeatur. Duplex triplexve huius loci expoſitio. Prima, quam Ioſephus lib. 7. cap. 1. docet, intelligens per caſtra oppidum huius nominis, quam regiam ſibi deſignauit Isboſeth. Sic enim ſcribit: *Regiam ei elegit apud locum, qui Hebraicè Manalis dictus, interpretatur caſtra*. Sequitur Petrus Comeſtor. 2. Reg. c. 3. Intelligens per caſtra *locum munitiſſimum, vbi Abner iunxit Isboſeth in regem*. Idẽ ſequitur Gloſſa Rabani, & Hugo Carrenſis, & Dionyſ. atque Andreas, quem citat Abul. & idem videntur ſentire, qui retento originali nomine, vt Tigurina, legũt, *Tranſtulit illum in Mahanaim*. Septuag. autem Vatican. vtramque lectionem coniunxiſſe videntur, legentes: *Aſcendere fecit eum è caſtris in Manaem*. Vbi proculdubio *Manaem* nomen eſt proprium loci, quãquam Scholiaſtes annotet *non abſurdum videri ſententiam, ſi dicamus Abner deduxiſſe*

7

An rex circumducẽdus per caſtra. Ioſephus.

E

Comeſtor.

Gloſſa. Hugo. Dionyſ.

Isboſeth è caſtris in Mahanem, id eſt, de caſtris in caſtra, id eſt, per vniuerſum exercitum. Eſſe autem nomẽ proprium loci Mahanim, vbi obuiam fuerint facti Angeli Iacob, ſcribitur Geneſ. 32. Item, & Ioſue 13. 30. de qua re vide eo loco Andream Maſium. Iuxta quam interpretandi rationem, illa circumductio per caſtra, nullam cerimoniam continet, tantum deſignationem vrbis regię, & in eam deductionem regis recens inaugurati. A

Mahanim.

Maſius.

At Abulenſis veroſimiliorem, atque vulgatæ Hieronymi lectioni magis conſentaneam interpretandi rationem ſequitur, Caſtra quidẽ appellatiuè ſumens, nimirum pro ipſo exercitu, copijſve militaribus, licèt iam tunc temporis non ſimul iunctis, ſed ſolutis, atque diſperſis. Quod vidẽtur ſequi, qui caſtra appellatiuè legunt, vt Pagninus, & Regia. Itaque Isboſeth circunductus fuerit per exercitum, atque per ea loca, in quæ præcipuè militum turmæ diuerterant, nõ tam vt ab illis ius regni acciperet, quàm vt Saulis filium vnicum paterni regni iure gaudentem vltronei ſuſciperent, vti dicebamus huius libri cap. 2. qui quidem ritus neque in Salomone, deſideratur, vt tum ex cap. 4. præcedenti, tum ex ſequentibus conſtabit.

Abulenſis.

Caſtra appellatiuè & propriè.

CAPVT VI.

Salomonis Regis vnctio, acclamatio, publica lætitia.

Ad locum 3. Reg. 1. 34. Vngat eum Sadoc ſacerdos, & Nathan Propheta, in Regem ſuper Iſrael.

1 *Conſecrationes Dauidis, & Salomonis lætiſſimæ. Vnctio Saulis cur facta lenticula. Cornu cu' rei ſymbolum. Illuſtrati Samuel & Dauid.*

2 *Oleum ſanctum quomodo confectum. Reges ſancti Explicatus Moyſes.*

3 *Regis inunctio an lege præcepta. Priſci regũ ritus tum conſecratione Imperatorum collati. Qua corporis parte reges inuncti: an ſicut ſacerdotes. Illuſtrati Moyſes, Samuel, & locus Regum.*

4 *Reges oleo ſancto inunctos, & nulla diſpenſatione legis.*

5 *An Adonias vnctus. Oleum cuius rei ſymbolum. Rex chirurgus. Imperatorum conſecratio. Oleum lætitia.*

6 *Buccina, muſica, plauſus, acclamatio in creatione Regum apud ſacros & profanos.*

1 Solennitas cõſecrationis Dauidis & Salomonis.

Kaldaus.

RAram & Inauditam fuiſſe Ieroſolymitanæ vrbis, tum lætitiã, tum gloriam, ex ſummorum illorum principũ Dauidis, & Salomonis conſecratione, Kal. paraphraſtes docet, ad eum locum Pſal. 86. 5. *Numquid Sion dicet: Homo & homo natus eſt in ea?* Quo ipſe ſic legit: *Ad Sion dicetur, Dauid rex & Salomõ filius eius vnctus fuit in ea, &, Deus ipſe fundauit eam ad celſitudinem.* Quaſi ea fuerit Ieroſolymitanæ vrbis non ſolum honoris, ſed præterea diuturnitatis aduerſus omnem temporum, & hoſtium iniuriam, promiſſio & pignus. Sed ipſius iam regiæ conſecrationis ritus peragendi, qui illo eodem, 3. Reg. 1. loco, ordine præſcribuntur.

I. *Sumpſitque Sadoc cornu olei de Tabernaculo.*

PRiſca aſſeruandi olei ſancti ratio in cornibus, & ex paſtoritio vſu deſumpta, paſtorem eſſe regem, & ſacerdoti cognatum, non obſcurè ſignificat. Porro cornu non natiuum, ſed ex argento, aut auro intelligi oportet, cuiuſmodi vult Nicolaus fuiſſe, quo vnctus eſt a Samuele Dauid, 1. Regum 16. & a Sadoc Salomõ 3. Reg. 1. Rurſus Gloſſa Rabani, Petrus Comeſtor, lib. 1. cap. 10. Nicolaus, Hugo, Rupert. de operib. Trinitat. lib. 1. c. 25. volunt, lenticulam, cuius oleo vnctus eſt Saul 1. Reg. 10. fuiſſe fictilem, atque adeo fragilẽ, vt qua denotaretur Saulici principatus infirmitas; cornu B verò, quo vnctus eſt Dauid, fuiſſe vas ſolidũ, æterni ſymbolum principatus. Cæterum veroſimilius quod Abulenſ. 1. Reg. 10. exiſtimat, lenticulam illam fuiſſe auream, vel argenteam, & eandem aliquando appellari cornu, quòd aliquam cornu figuram & ſimilitudinẽ referret, & eſſet velut guttus recuruus. Et eleganter quidem Auguſt. lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 13. & refertur 1. quæſt. 1. caput *Sacramenta*: nihilominus dignum agnoſcit in vnctione Saulis; *Neque* (inquit) *ſaul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni Dauid pius ſæpius exhibuit tantum honorem.* De quo eodem vide Iſidorum, 1. Reg. c. 5. dicentem *Saulem, in eo quòd vnctus eſt, imaginem Chriſti portaſſe, atque adeo Chriſti nuncupationem obtinuiſſe.* C

Cornua ad aſſeruandũ oleũ vnda.

Cornu, & lenticula quo differrent.

Nicolaus. P. Comeſtor. Hugo. Rupertus.

Abulenſis.

Vnctio Saulis.

Auguſt. Iſidorus.

Oleum uerò, quo vnctus eſt Salomon, ut quod ſumptum fuerit de tabernaculo, fuiſſe ſanctum, certius eſt, quàm vt probatione indigeat. *Erat autem vnguentum compoſitum opere vnguentarij.* Sed appellatur oleum, quod illo tanquam baſi & fundamento, ac parte primaria, reliqua aromata innitebantur, & immiſcebantur, myrrha, cinnamomum, calamus, caſia, Exod. 30. Vbi quamuis præcipiatur *caro hominis non vngenda* eiuſmodi oleo, intellige hominẽ ad vſus humanos, vel profanos, vel ad corporis delicias, & uoluptatem: Secus in uſu ſancto, caput ſacerdotis, immo neque regis, non cenſetur *hominis caro.* Quare ex eadem quoque unctione reddi reges ſanctos, eſſeque debere, atque totos ſe diuinæ voluntati, & obſequio D conſecrare, certa conſecutione colligitur, de quo ſtatim.

Exo. 30. 35 Oleum ſanctum quo vnctus Salomon, cuiuſmodi.

Exo. 30. 32 Caro hominis quid in ſacro ſermone.

Reges ſancti.

II. *Et vnxit Salomonem.*

AT regis ne vnctionem præcipit lex? ſanè hac de re lex tacet, tamen tũ ex ipſo vſu, & conſuetudine, tum ex uniuerſorum interpretum, accedentibus etiam Hebræis, conſenſione, res hæc ſolemnis fuit. Exempla lib. 1. Reg. 10. & 16. 3. Reg. 1. 4. Reg. 11. Propterea munus regium ſanctum eſſe, & non hominis, ſed Dei: atq; Regis & Chriſti nomen ſacrum, & uenerandum, & ſacerdotio E proximum. De quo eleganter Iſidor. lib. 2. de officijs cap. de Chriſmate: quia verò poſtea utraque ſacra dignitas in unicum Dei filium coiuit, Chriſtiani, Chriſti nomine conſecrati, & inuncti, appellantur a Petro, *Regale ſacerdotium, gens ſancta.* 1. Petri. 2. 9. Et uero Gloſ. Rabani ſuper id Iſai. 45. 1. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro* (inquit) *quod apud Romanos diadema erat, fuiſſe apud Iudæos vnctionẽ.* Exiſtimo tamen profanorum regum diadema opportunè reſpondere Hebræorum regũ diademati; vnctioni uerò peculiares alios initiandorum regum, aut imperatorum ſolennes ritus. Quod de Perſarũ regibus affirmat Plutarchus in Arta-

3 Regis vnctio an lege præcepta. Regiũ munus ſanctũ.

Iſidorus.

Ritus Regũ & Impera-

torũ inaugurandorũ collati. *Plutarch.* *Apuleius.*

Artaxerxe,& Apuleius lib. 11. Metamorp. dum ce
remonias recenſent quibus in ſacris Iſidis reges
initiabantur.

Reges Hebræorum qua corporis parte inuncti. *R. Salomon.* *Nicolaus.* *Abul.* *Genebrar.*

Sed antequam hinc diſcedamus, illud nõ omit-
tendũ, quo modo, qua parte inungerentur reges.
Et quidem R. Salomon, referente Nicolao 3. Reg.
1. & Genebr. Pſ. 88. dicit reges ſolere vngi in fron
te, inter palpebras, per modũ coronę. Quod idem
ex eodem R. Salomone refert Abul. q. 37. paulo
diuerſum; nimirum ſacerdotẽ duxiſſe intinctum
digitum per frontem ab aure ad aurem eius qui
inungebatur. Sacerdotes autem vnctos in vertice
figura crucis decuſſata, vt quamuis eodem oleo,
at ſcirent reges aliam eſſe ſuam, aliã ſacerdotum,
& ad alios vſus conſecrationem.

Cæterum veroſimilius eſt vnctionẽ factam in-
ſtillato ſacro in verticem & caput vnguẽto; quod
etiam ipſe Abul. affirmat 3. Reg. 10. q. 1. & 2. vo-

Vnctio cur dicta effuſio.

lens eiuſmodi vnctionem, nõ tam debere dici vn-
ctionem, quàm effuſionem; ſicut & ſponſi nomẽ,
ab vnguento effuſo in eius nuptijs, aut regia con-
ſecratione, fragrantiſſimum dicitur, & ad adole-
ſcentulas alliciendas longè lateque odorem ſuum

Sacerdotũ & Regũ ſimilis vnctio.

ſpargens. Cantic. 1. 3. Et ſanè videtur ſimilis fuiſ-
ſe ſacerdotis & regis vnctio, cum nullum ſcriba-
tur in ea re diſcrimen. Similis & alia conuiuarum
delibutio capitis; Luc. 7. 37. Et Pſalm. 22. 5. & res
non obſcurè colligitur 1. Reg. 10. 1. *Tulit Samuel
lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saul.* Et 4.
Reg. 9. In vnctione Iehu, *Fudit oleum ſuper caput
eius.*

An Reges vncti oleo ſancto. *Abulenſis.*

An verò fuit hæc peculiaris Salomonis præro-
gatiua, quòd oleo ſancto de tabernaculo ſumpto
conſecraretur? Abul. 1. Reg. 10. q. 1. & c. 16. q. 2. &
1. Paral. cap. 9. q. 2. 3. & 4. exiſtimat in regum vn-
ctione non fuiſſe neceſſarium oleum ſanctum,
ſed interdum communi oleo initiatos. Dauidem,
1. Reg. 16. & 2. Reg. 2. Azaelem 3. Reg. 19. quam-
quam alij quidem, vt Salomon & Ioas, vncti
fuerint oleo ſacro. Itaque cum vnctio ſecreta e-
rat, & ſine publica ſolennitate, non oportebat fie-
ri a ſacerdote, neque oleo ſacro, ſed poterat fieri
a Propheta, cui de tali rege vngendo ſecretò fie-
bat reuelatio, &, vt commodius res fieret, poterat
fieri oleo ſancto.

Reges inũcti oleo ſancto. *Iſidorus.* *Dionyſ.*

Cenſeo tamen nunquam, ſiue a ſacerdote, ſiue
a Propheta, vnctum regem aliquem cõmuni oleo
ſed ſancto, & de tabernaculo; ſic diſertè docet Iſi-
dor. lib. 2. de Eccleſ. offic. c. de Chriſmate, eodem
oleo vnctos ſacerdotes, & reges. Atque is eſt; ipſo
Abulenſi teſte, communis omnium Hebræorum,
atque interpretum, ſenſus; nominatim Dionyſ. 1.
Reg. 10. & 16. quippe nõ aliter habebatur illa vn-
ctio ſancta & vnctus iam erat Chriſtus & ſanctus
Domini. Cum igitur Propheta vngebat ex pecu-
liari Dei præcepto, vtebatur oleo ſancto, & illud
ſumebat, vel partem illius ex loco ſancto, in quo
aſſeruabatur. Cum verò populus dicitur vnxiſſe
regem Dauid, intelligendum, factam a ſacerdote
vnctionem, præſente & approbante populo. Deni
que de Dauide ſcriptum eſt, Pſ. 88. 21. *Oleo ſancto*

Abul.

meo vnxi eum. Quod Abul. non refert ad primam
vnctionem, ſed ad ſecundam, vel tertiam, cum ta-
men de oleo ſancto non magis ex prima, quã ex
ſecunda vel tertia intelligi poſſit.

Oleũ ſanctũ an communi iure ſolis ſacerdotib. conceſſum.

Sed fuit ne opus diſpenſatione aliqua, vt rex vn
geretur oleo ſancto? ſic ſanè affirmat *Geneb.* Pſal.
88. ex Cabaliſtarum traditione, diſpenſatum, Sa-
muelis, & Prophetarum illius ſeculi conſilio; cum
regib. familiæ Dauidicæ, in Meſſiæ venturi gra-
tiam; quare per miraculum duraſſe vnguentũ ſa-
crum a Moyſe vſque ad captiuitatem Babyloni-

Genebrar. di, & Cabaliſtarũ miraculum.

A cam, fere per nongentos annos, & citra diminu-
tionem ſuffeciſſe inaugurandis Pontificibus, &
Regibus. Itaque Saulem fuiſſe vnctum alio oleo,
non per Moyſem, ſed per Samuelem conſecrato.
Dicunt autem Hebræi, ex illis ſingulis aromatis,
quæ ad compoſitionem huius vnguenti ſacri prę-
ſcribuntur, Exod. 30. accepiſſe Moyſen libras ſe-
ptuaginta.

An diſpenſatũ in vſu olei ſancti.

Sed ſanè Hebræi ſemper ſigna quęrunt: cum ta
men hic non videatur miraculis opus. Nam illud
oleum renouabatur, vbi opus erat, & cerimonia
aliqua aut benedictione conſecrabatur; tum præ-
terea cum commodè lex illa, Exod. 30. de non *vn
genda hominis carne* expoſitionem habeat; ſiue di-
ſpenſatione peculiari vngebantur reges oleo ſan-
B cto, cum de illis vngendis admonebãtur Prophe-
tæ, aut ſacerdotes, & rectè ac rite inaugurabãtur.
Quamquam, ſi quis cum frequentiore expoſitio-
ne contendat, ex lege communi prohibitam eſſe
vnctionem, & vſum olei ſancti, præterquam in ſa
cerdotibus, cum dicitur Exod. 30. 33. *Qui dederit
ex eo alieno, exterminabitur:* Atque adeo ad regum
conſecrationem, diſpenſatione opus fuiſſe, non
valde repugnarem.

5 An Adonias vnctus oleo ſacro.

Sed unum illud dubitatione non caret, ſi Ado-
nias etiam ſicut, & Salomon oleo ſancto vnctus
eſt, erat certè oleum apud Abiathar, quomodo er
go etiam apud Sadoc, vt eodem ipſo tẽpore vſui
eſſet Salomoni? Reſpondetur, non oportuiſſe, vt
C totum oleũ ſanctum ſecum detuliſſet Abiathar;
fortè enim erant plura vaſcula, prẹſertim cum ad
ſacerdotes inſpergendos neceſſarium eſſet in non
valde parua copia; uel erat in aliquo grandiori
vaſculo, ex quo cum opus erat, particula ſume-
batur.

Singularis prærogatiua Salomonis.

Sed, ut ad Salomonem redeamus, vide quanta
Salomonis, & quàm excellẽs prærogatiua, vt cum
de vnctione olei ſancti dubitemus in unctione
Dauidis, Saulis, Adoniæ; at de Salomonis vnctio-
ne, quin peracta fuerit oleo conſecrato, dubitari
minimè liceat.

Vnctio & oleũ cuius rei ſymbolum.

Quid autem unctio doceret regem, nõ difficile
eſt æſtimare ex ipſa ſacerdotũ vnctione, nimirum
primum principemque locum principis eſſe, ſicut
D olei, inter reliquos liquores, & primam illam prin
cipum virtutem, quę reliquis uelut ſupernatat, be
a nignitatem, & lenitudinem: ſcriptum eſt enim:
Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et iterum: Pſ. 144. 9.
ſuauis (Chriſtus, vnctus.) *Dominus vniuerſis.* Tũ

Princeps medicus. Ad Galat. 6. 1.

illud non ultimũ, ut meminerint ſe creatos in me
dicos ſuorum ſubditorum, in chirurgos, & curato
res vulnerum, quibus dictum eſt, Inſtruite (com-
ponite, & membra luxata reponite ſuo loco) in le-
nitate. In charitatis, & miſericordiæ oleo, in elee-
moſynis, quibus ſubleuantur pauperes. Quò fortè

Perſarũ regum ritus. *Plutarch.*

reſpiciebat Perſarum regum ille ritus, qui, ut ſcri-
bit Plutarch. in Artaxerxe, antequam ſceptra ini-
rent, terebinthum, & caricas guſtabãt, poculum-
que lactis ebibebant. Omnia quidem, uel ad me-
E dicandum, uel ad leniendum, uel ad delectãdum
ſubiectos populos comparata, & ut induerent ui-
ſcera miſericordiæ & lenitatis.

Iam hinc pullulat illius uerſiculi intelligẽtia, ex
Pſ. 44. 8. *Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ con
ſortibus tuis.* Quamuis. n. hic Pſ. de Chriſto potiſſi-
mũ intelligendus ſit, ut qui perfectè in aliũ quàm
in Dei filiũ quadrare non poſſit: at nihil obæſt dè
Salom. quoque hunc uerſiculum accipi. Quid au-

Oleum lætitiæ quid.

tẽ aliud eſt *oleum lætitiæ*, quàm unctio regis lætiſ-
ſima, incredibili populi lætitia, & acclamatione
concelebrata? unctum autem fuiſſe *præ conſortibus
ſuis*, nihil aliud eſt, quàm Salomonem inter ſuos

fratres a Deo electum,& vnctum eſſe in Regem; aut illius conſecrationem longè fuiſſe lætiorem, atque longè maiori cum populi gaudio & exultatione acclamatam, quàm regum aliorum, ſiue præcedentium, nimirum ipſius Dauidis & Saulis; ſiue cæterorum omnium ſubſequentium. Sed de hoc dicendum fuſius in ipſo totius Pſalmi commentario, lib. 5. Iam de acclamatione, & lætitia populi: ſi illud tamen breuiſſimè dixerimus.

Imperatoris cōſecratio.

Sacræ Regum Hebræorū vnctionis veſtigiumne aliquod in aliorum regum profanorum ſolennibus? Nihil alij curabant ſpiritalia, proptereaque neque vnctionem, quæ ſpiritus ſymbolū erat. Sed retinuit Eccleſia Imperatoris conſecrationē, non quidem chriſmate, ſed oleo ſancto; non in capite, ſed in brachio & humero, quibus bellica virtus contineri videtur. Tum præterea peculiares alij reges, ex Clem, 1. de Iureiurand. ex cap. venerabilem. de Election, & ex cap. 1. de ſacra vnctione, vt eleganter explicat noſter Azorius, tom. 2. lib. 10. cap. 5. & lib. 11. cap. 5. quæſtiuncula. 3.

Azorius.

III. Et cecinerunt buccina.

6 Solennis clāgor buccinæ cuius rei ſignū.

ET *cecinerunt buccina*. Septuag. *Clangite cornea* 4. Reg. 9. In vnctione Iehu, & c. 11. in vnctione Ioas, & 2. Reg. 15. in vnctione Abſalom, idem buccinæ vſus. ſed Abulenſis his locis omnib. exiſtimat tubæ clangorem ad lætitiam fuiſſe. Ego etiam adderem, fuiſſe in ſignum plaudendi, & acclamandi, mox peracta vnctione, vt indicatur. 2. Reg. 15. 19. *Statim vt audieritis ſonitum buccinæ, dicite, Regnauit Abſalom*, quare & hoc loco ſubiungitur, *Cecinerunt buccina, & dixit omnis populus*, &c.

IV. Viuat Rex Salomon.

Solēnis acclamatio in creatione regis.

HÆc erat ſolennis forma, & concepta acclamationis verba. *Dixit omnis populus*, quod alibi dicitur, *Clamauit*. 1. Reg. c. 10. 24. vbi hæc acclamatio de Saul, *Viuat rex*, de Abſalone 1. Reg. 11. 15. *Dicite; Regnauit Abſalon in Hebron*. ſimilia quoque, & totidem conceptis verbis, 4. Reg. 11. 12. de Ioas, *Viuat rex*.

D Fuiſſe autem hanc acclamationē boni hominis ergo, & imprecationē incolumitatis, atq; diuturnioris vitæ, explicatur 2. Paralip. 23. 11. *Imprecati ſunt ei, atque dixerunt, Viuat rex*. Acclamationum quoque aliarum gentium fere ſenſus idem, atque ſolennitas, quales illę Gordiano factæ ab Afris, referente Capitolino. *Aequum eſt, iuſtum eſt, Gordiane, Auguſte, Dij te ſeruēt. fæliciter Imperatores, cum filio imperes.* Illa quoque voce Imperatorib. acclamatum in ludis, in theatro, diebus epularibus, Fœliciter. Et quod ad votum ſpectat vitæ quā longiſſimæ, Tertull. in Apologet. c. 35. quod inſcribitur, *De ſolennibus Cæſarum*. In congiario diuidendo, id eſt, in eo munere, quod is qui magiſtratum, aut imperium inibat, populo largiebatur ad cōciliandum illius fauorem, acclamari ſolitum:

Acclamationis principum profanorum. *Capitolin.* *Tertullia.* E

De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Atque eodem ſpectant illæ ſolennes ad Imperatores voces: *Dij te ſeruent. Dij te nobis dederunt. Dij conſeruent. Dij perpetuent.* Et ſexcenta huiuſmodi, quibus Alexandro Seuero acclamatum fuiſſe ſcribit Lampridius, Capitolinus. in Gordianis, Trebellius Pollio, in Claudio; Vopiſcus, in Tacito; quæ omnia proculdubio ſumpta ex ſacra & priſca formula: Viuat rex. Verum hanc ipſam Salomonis acclamationem paulo pluribus verbis Ioſeph. repetit lib. 7. c. 11. *Mādauit David vt inuecto Salomo-*

Lamprid. Trebellius Vopiſcus. Ioſephus.

A *ni per media vrbem, præcinente tibicine, ſequentium multitudo acclamaret: In æternum Salomon rex in ſolio ſedeat. vt notum fiat vniuerſo populo regem eum a patre declaratum.*

Plauſus.

Sed Hebræorum etiam regum, proptereaque etiam Salomonis regis creationi, & vocibus acclamationum additus plauſus, vt ex 4. Reg. 11. 11. 12. conſtat in Ioas: *Et plaudentes manibus dixerunt* &c. Plauſus nimirum ad laudationem adhibitus, vt in Pertinace mortuo; ſicut Sextus Aurelius Victor factum ſcribit. *Mortuo, Diui nomen decretum: ob cuius laudem ingeminatis ad vſque defectum plauſibus, acclamatum eſt: Pertinace imperante ſecuri viximus, &c.*

Aurelius. Victor.

Muſica inſtrumenta in creatione Regū.

B Præter illum autem buccinæ primæ clangorē, quo renuntiabatur rex, & plaudendi, atque acclamandi ſignum dabatur, adhibitus præterea tubarum plurimarum, & diuerſi generis inſtrumentorum muſicorum concentus multo lætiſſimus, 2. Paralip. 23. 11. in Ioas. Cum vidiſſet omnem populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis concinentem, vocemque laudantium &c. In Salomone verò ſubditur 3. Reg. 1. 40. Aſcendit multitudo poſt eum, & populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno, & inſonuit terra a clamore eorum. Quod paulo aliter Septuag. Choreas ducebant in choris, & lætabantur lætitiam magnam, & ſcindebatur terra in voce eorum. Huc iterum tanquam totius rei clauſula, reuocandus, locus initio propoſitus: nimirum Oleum lætitiæ, id eſt, ſacræ vnctionis lætitia; quippe hanc vniuerſam lætitię & celebritatis ſolennitatem comprehendit, tum & eam quæ ſequitur.

C

CAPVT VII.

Inaugurati Salomonis reductio, thronus, & regium Diadema.

Ad locum 3. Reg. 1. 35. Aſcendetis poſt eum, & veniet, & ſedebit ſuper ſolium meum, & ipſe regnabit pro me.

1 *Thronus regius in arce regia. Verbum aſcendendi & deſcendendi relata ad montem Sion.*
2 *Regni poſſeſſio occupato throno. Varia eiuſdem throni appellationes, Sedere quid propriè, in ſacro ſermone. Illuſtratus locus Regum, Moyſes, & Dauid.*
3 *Sedes regia apud profanos.*
4 *Regum Hebræorum corona in templo aſſeruata. Priſcum principum profanorum diadema qualc, & ex qua materia,*
5 *Hebræorum regum diadema aureum. Diadema Saul. Corona Melchom. Gemma pretioſa diadematis fronti infixa. Illuſtratus ſemel & iterum Paralip.*
6 *Corona regis cur ſanctificatio. Salomon coronatus Dauidico diademate.*

QVæ inaugurationem, & conſecrationem in Salomone reducēdo ſequuntur, non minus ſolennia; cum ſingula ex præſcripto Dauidis, atque ex priſco ritu peragantur.

I. *Et aſcendetis poſt eum & veniet.*

1 Thronus Dauidis in ſublimi arce Sion.

REductum Salomonem a monte, vel fonte Gihon, ad Dauidis regiam, in qua regius thronus erat, certò conſtat ex ipſa hiſtoria ſacra; tum illud non obſcurè indicant verba ipſa regium Dauidis thronum in ipſa Dauid ciuitate, & arce, id eſt, in Sion, collocatum fuiſſe. Nam cum deducendus erat Salomon ad Gihon, dicitur deſcendiſſe. 3.Reg.1.38. *Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos*, &c. Cum verò reducendus, ſic præcipit Dauid: *Aſcendetis poſt eum & veniet, & ſedebit ſuper ſolium meum.* Et rurſum: *Aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum.* Itaq; ſiue *deſcendendi* ex domo regia, ſiue iterum ad regiam aſcendendi, verbum ipſum indicat montem Sion reliqua vrbe celſiorem, cuius exitus, deſcenſus erat: ingreſſus verò, aſcenſus. Sicut etiam iiſdem aſcendendi, & deſcendendi verbis, altitudo Ieruſalem, atque regionis montanæ, ſæpe indicatur in ſacro ſermone, vt aliquando fuſius oſtendemus.

Aſcendendi & deſcendendi verba indicant celſitudinem Sion.

Numeroſiſſimus comitatus Salomonem reducens.

Illud præterea diſertè narratur, reductum Salomonem cum numeroſiſſimo comitatu, & incredibili exultantis & acclamantis populi tumultu, & vociferatione, ita vt longiſſimè audiretur. Quippe Adonias, & qui cum illo erant in Gihon inferiori id eſt, in hortis regijs, ad fontem Rogel, iuxta vallem filiorum Ennon, perceperunt confuſam populi exclamationem. Sic enim dicitur 3.Reg.1.40. *Inſonuit terra a clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Sed & Ioab audita voce tubæ, ait; Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis?* Porrò vociferatio iſta plena erat fauſtis acclamationibus millies repetitis. De quo Ioſephus loco iam indicato. *Deductum extra vrbem ad fontem, oleoque vnctum, rurſum in eam cum fauſtis acclamationibus introducunt, vt multos annos in hoc principatu fœliciter exigas, moxque adductum in regiam in ſolio collocant.*

Ioſephus lib.7. c.11.

II. *Sedebit ſuper ſolium meum.*

2 Potiſſimus regis inaugurati ritus.

Abulenſis.

HIc etiam inter præcipuos (*eſſentiales* vocat Abulenſ. in Ioas) ritus, quem expreſſit præcepto ſuo Dauid; *ſedebit ſuper ſolium meum.* Sic factũ non alia Scriptura recenſet, quã illa renunciatio Ionathę filij Abiathar ſacerdotis, eod.c. *Sed & Salomon* (inquit) *ſedet ſuper ſolium regni.* Poſtea obſeruatũ a Ioiada in Ioas 4.Reg.11.14. *Vidit regem ſtantem ſuper tribunal iuxta morem, & cantores, & tubas prope eum omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis.* Paulo vberius 2.Paralip.23.12. *Cum audiſſet Athalia vocem currẽtium*, (curſorum militũ) *atque laudantium regem, cumque vidiſſet regem ſtantem, ſuper gradũ in introitu, & principes, turbaſque circum eum*, &c. vbi vides idem eſſe thronũ ſolium, gradum. Septuag. appellãt, *ſtationem regis*, 2.Paralip. At iidẽ 4. Reg.11.14. Rex ſtabat ſuper columnam ſecundum iudicium. Porro iudiciũ, id ipſum eſt, quod Vulgatus appellat morem; quaſi ſecundum ius. Rurſus iidem. 3. Reg.1. appellant thronum, ſed certum eſt, quacunque ratione legas, eſſe thronum in quo ſedebat rex ſolenni ritu, & comitatu, gradibus quibuſdam ſublimem, & velut baſi impoſitum.

Regij Tribunalis variæ appellationes.

Thronus Dauid & Salomonis mox idem.

Sed illud diuerſum, quòd Ioas ſedit in throno quem in introitu tẽpli, aut in atrio Iſrael ſibi conſtruxerat Salomon; at Salomõ ſedit in throno Dauid, quem in regia, vel iuxta tabernaculum, vel in publico & aperto loco ſibi parauerat Dauid, ex quo ius dicebat. Vbi verò defuit tribunal regi, ne quid deeſſe videretur, ad rectè & rite ineundum

A regnum, quæſitum eſt aliquid, quod vicem gereret tribunalis, vt cõſtat 4.Reg.9.12.13. Hæc dicit Dominus, vnxi te regem ſuper Iſrael. Feſtinauerũt itaque, & vnus quiſque tollens pallium ſuum, poſuerũt ſub pedibus eius in ſimilitudinẽ tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerũt, regnauit Iehu.

Sedere verò in throno, ſpectabat ad regni poſſeſſorem: Idq; ex frequenti Scripturæ phraſi conſtat: ſicut enim ſtare, ſubditorum & miniſtrãtium eſt; ita ſedere principum, regũ, iudicum, pace, & regni ſtabilitate fruẽtiũ, regno potitorum firmo, ſtabili, Pſal.28.10. *Dominus diluuium inhabitare facit et ſedebit* (regnabit, dominabitur.) *Dominus rex in æternum.* Kald. *Deus in tempore diluuij ſuper ſedẽ iudicij ſedit, vt vices redderet prauis, & ſuper ſede mi*B *ſericordiæ ſedit, & liberauit Noe.* Quare princeps denuo inauguratus in regnu, ſedebat in ſolio regni. Mos quidẽ Ægyptiorũ, Exo.11.5. *a primogenito Pharaonis qui ſedet.* (ſedere ex iure debet, cũ patri in regnũ ſuccedet) *in ſolio eius*, Kald. *a primogenito Pharaonis, qui futurus eſt, vt ſedeat ſuper ſolium regni eius.* Perſarũ itẽ in Artaxerxe. Eſth.1.2 *Quando ſedit in ſolio regni ſui Suſã, regni eius exordiũ fuit.* Id eſt, tunc primũ cepit poſſeſſionẽ Suſanici regni cum in Suſan ſedit in throno regni. Sic quoq; inauguratum Xerxem in regnum, & ad capiendam poſſeſſionem collocatum, in ſolio regio a fratre Ariamne, ſcribit Plutarch. lib. de fraterno amore.

Sedere, ad regni poſſeſſionem.

Sedere in regio throno reges inauguratos.

Plutarch.

Cum verò ex locis iam adductis apertè conſtet peculiarem fuiſſe regis ſedem, quæ etiam ſedes, C vel *thronus regni* diceretur, ſicut *thronus regalis* ille Perſarum, vt appellat Diodor. lib.17. & Herod. lib.7. Et quidem erat aureus, vt Philoſtratus lib. 11. Imag. ſcribit. Athenæus verò lib.5. cathedram legit. De quo vbi de throno Salomonis: Certè eadem ipſa ratione conſtat nemini pręter regem licuiſſe in illa ſedere. Hoc ex more etiã priſco Perſarum, apud quos capitale cenſebatur, regio inſidere throno, ex Valerio lib.5.c.16. & Quinto Curtio, lib.8. Neque cum regiam Parthorum ſellam Traianus cepit, quidquam niſi regium inſigne ademiſſe, Capitulinus in Antonini vita ſcribit.

3 Thronus aureus Perſarum.

Diodorus. Herodotus. Philoſtrat.

Capitale ſedere in throno regio.

Valerius. Curtius.

III. *Diadema.*

D IAm ſedentem in throno cingunt diademate. Colligitur ex 4.Reg.11.12. in Ioas: Poſuit ſuper eum diadema, & 2.Paralipo.23. Notat autem Abul.4.Reg. fortè in templo aſſeruari coronam, quæ imponeretur regibus, quando vngebantur. An hæc quoque vſurpata a Saul, & Dauid, incertum, ſed veroſimile; cum & cætera, quæ ad regni inſignia pertinerent, thronus, vnctio, acclamatio, ab illis quoque capta & cœpta fuerunt. Diadema verò a Septuag. dicitur, Nezer. 4.Reg. At verò inſigne regale. 2.Paralip. quãquam hanc Septuaginta lectionem vtriuſque loci paulo aliter aſſignet Theodoret.4.Reg.9.17. & Procop. eodem loco, de quo dicemus inferius, vbi de teſtimonio.

Corona regũ aſſeruata in tẽplo.

Corona eſt à Septuag. Nezer.

E Hic quoque gentium priſcarum ritus; Ægyptiorũ, apud quos cidaris, vel diadema, fuit regale inſigne, vt ex eo colligitur, ꝙ Ioſephus narrat; Antiquitatum Iudaicarum lib.2.c.5. Cum enim Thermutis, Pharaonis filia, Moyſen trimum in parẽtis Pharaonis manus daret, tanquam in regno & imperio ſucceſſorem: *At ille poſtquam acceptum ad pectus appreſſiſſet, filia gratificaturus, comiter diadema ſuũ eius capiti impoſuit. Moyſes verò capiti pueriliter vetq; detractum, prolabi in humum paſſus, pedibus etiam calcauit. Id quod ominoſum eſt viſum, & regno nihil boni portendere.* Itẽ & apud Perſas, vt eruditè oſtendit Barnabas Briſſonius, li.1. de regio Perſarũ principatu.

Cidaris Pharaonum.

Moyſes infantulus proculcans regium diadema.

Briſſonius.

Plutarch. *Herodian.* *Diodorus.* *Arrianus.*

cipatu. Et Plutarchus quidem lib. de Fraterno amore; Xerxem geſtaſſe diadema, & tiarã erectam pro more Perſarum, ſcribit. Parthorum item regem Artabanum, duplici diademate capũt vinxiſſe ſcribit Herodianus lib. 6. Macedonum & Lydorum quoque *Candis* fuit, id eſt, velamẽ quoddam regium inſigne ex Diodoro libro 17. cap. 7. Arriano lib. 6. Tum præterea & *diadema* ex Herodiano libro 4. in Baſſiano; & Valer. libro 5. cap. 1. Siculorum item diadema, ex Liuio. Decad. 3. lib. 4. Numidicorum regum, ex Suetonio in Cæſare cap. 79. & Valer. lib. 6. cap. 2. de quo vide Alex. lib. 1. cap. 28.

Faſcia linea aut lanea. *Iſidorus.* *Feſtus.* Faſcia ex herbis, & floribus. *Plinius.*

Quid autem rei fuerit diadema, non eſt difficile oſtendere, quippe fuit faſcia linea, aut lanea, vt Feſtus & Iſidorus docent, quo cingebant caput ſacerdotes, & reges. Poſtea etiam ex alia materia, auro, argento, herbis, floribus, ramis, quibus ijdẽ ſacerdotes aut reges, ſponſi, conuiuæ, triumphatores capita coronabant. Fuiſſe autem faſciam candidam, & eiuſmodi inſigne regium a Baccho inuentum, notauit Pli. lib. 7. c. 56. & aptum quidem inſtrumentum, quo vel vulnus circumligaretur, quod fecit Pompeius, ex Valer. libro 6. cap. 2. vel quod circumectum collo ſpiritum intercluderet, ex Plut. in Lucullo. Et apud pleroſque quidem candida faſcia, ex Suetonio, in Cæſare, cap. 79. apud alios cærulea, vt ſcribit Alexan. loco iam indicato.

5 Diadema Hebræorũ ex qua materia. *Niceph.*

Ex qua verò materia illud regum Hebræorum diadema, incertum; Diadematis quidem, & quod in bello geſtarent, mentio fit, 2. Reg. 1. fortè ex auro, quale illud ſponſæ Salomonis, Pſal. 44. 10. *Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.* Hieron. ex Hebræo. *In diademate aureo.* Simuli inſigni verè regio ſe coronatum a Deo gloriatur Pſalm. 20. 3. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.* Ex Heb. & Kald. *De obrizo, vel, de auro optimo.* Nicephorus in catena Barbari; *coronam regiam* intelligit. Aſterius verò, *regnum Saul* (cuius inſigne corona aurea.) *aut regis Adarezer coronam.* Sed quidem nulla memoratur corona Adarezer; tantum arma, & vaſa aurea, & manubiæ, quæ abſtulit Dauid expugnato Adarezer. 2. Reg. 8. & 1. Paralipo. 18. Voluit ergo Aſterius dicere, *Coronam Melchom* qui interpretatur, *Rex eorum*: quã bello ablatam ſibi impoſuit Dauid, vt habetur 2. Reg. 12. 30. *Tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput Dauid.* Rurſus idem his verbis narratur 1. Paral. 20. 2. *Tulit Dauid coronam Melchom, de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, et pretioſiſſimas gemmas, fecitque ſibi in diadema.* Vtroque autem loco Septuag. vtrumque coniungunt *Melchom regis eorum.* Qua in re, an *Melchom* ſit nomen proprium idoli Ammonitarum, an verò ſit appellatiuum, &, vt ſonat, ſignificet regẽ eorum, Ammonitarum; an verò rex eorum vt dicitur. 2. Reg. ſit interpretatio nominis proprij Melchõ, & ſit accipiendum pro proprio nomine; rurſus an coronam tanti põderis ſibi impoſuerit Dauid, & in ſuos vſus ſeruauerit; an verò ex illius auro prius conflato, idoneum ſibi diadema confecerit, videndus Abul. 1. Paral. 20. q. 8. 9. 10. 11. & nos inferius.

Aſterius. Corona Melchom. *Abul.* *Ioſeph.*

Nunc tantum, qualis fuerit ea corona, dicendũ ex Ioſepho li. 7. cap. 7. *Ioab,* inquit, *ex præda nactus eſt Ammonitarum regis auream coronam talentum pendentem, & pretioſo ſardonyche inſignem, quam poſtea capite geſtare ſolitus eſt Dauid.* Et opportunè quidem meminit gemmæ, ſimul cũ corona; nam ſicut corona, ita etiam gemma, aut margarita pretioſiſſima regni aut regij ſanguinis nota fuit, id quod obſeruauit S. Macarius cum hom. 23. cuius titulus eſt: Hi ſoli diadema geſtare poſſunt, qui ſunt è ſemine regio, his verbis exorditur: Inſignis illa ac pretioſa margarita, quæ facit ad diadema regium, ſoli regi conuenit, ſoluſque rex illã geſtare poteſt, nec licet vlli talem ferre margaritã. Et quidem non inſolens coronas grauiſſimas regib. offerre ex pretioſa materia. Plin. lib. 33. c. 3. Claudius cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas, vnam VII. pondo habuit, quam contuliſſet Hiſpania citerior: alteram, IX. quam Gallia Comata, ſicut titulus indicauit.

Margarita inſigne regium inſigne. *S. Macar.* Coronæ aureæ grauiſſimæ oblatæ regibus. *Plinius.*

Quod verò pro corona, aut diademate, dixerũt Septuag. Nazer, retinuerũt quidem originale nomen. Quod autem Theodoretus & Procopius Nazer interpretati ſunt, ſanctificationem, rectè quidem fecerunt: nam Nazer eſt ſeparare, aut ſanctificare, quòd verò tandem hanc ſanctificationem retulerunt ad vnctionem, minus rectè fecerunt. Debuiſſent enim referre ad coronã, vel diadema, quæ etiam ex proprietate nominis, & notionis, dicitur ſanctificatio, aut ſeparatio, eo quod rex, aut ſacerdos, qui geſtat diadema, ſanctificatus ſit, & honore ac dignitate a reliquo populo ſeparatus: de quo aliàs diximus.

Theodor. *Procopius.* נזר

Ergo fuiſſe diadema regum Hebræorum, & Salomonis quidem, illud ipſum pretioſiſſimum cum ſardonyche Melchom veroſimile eſt: Proptereaque Adonias non eſt coronatus, quòd diadema regium vnicum fuerit, & hoc apud Dauidem, & Salomonem.

Adonias cur non coronatus.

CAPVT VIII.

Eiuſdem conſecrati, & coronati, ſolenne cum Deo, cum populo, fœdus.

Ad locum Deuteron. 17. 18. Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis.

1 *Duplex principis fœdus, quo ſe Deo filium, ſubditis parentem, & apud Deum patronum præbeat. Illuſtratus Samuel.*

2 *Deuteronomium an propria manu deſcriberet rex. Quorſum datum regi in manum? Explicati Moyſes & Dauid.*

3 *Oſculum regi inaugurato exhibitum a Propheta vel Sacerdote. Princeps non ſolutus diuina lege*

4 *Lex regni populo & regi propoſita quæ. Explicatus ſemel & iterum Samuel, & locus Regum.*

A Rege Chriſto iubentur reges, ac Principes regnandi ac dominãdi eruditionẽ ac diſciplinam petere Pſ. 2. Illa verò duob. his potiſſimũ capitibus cõtinetur; Altero, vt ſe Deo primo ac vero regi filios chariſſimos atque obſequentiſſimos præbeãt; altero, vt ſubditis parẽtes dulciſſimos, & amantiſſimos exhibeãt: itaq; nouerint regnũ ſibi tanquã filij commiſſum a Deo parente gratuita, & ſpõtanea quadã deſtinatione, & electione præ alijs hominibus: ſed ea tamen lege & conditione, vt quoad fieri poſſit, in ſubditos ipſi quoq; regni partem, i. regiam benignitatem, & munificentiã, paterna charitate, velut in filios deriuent, Chriſti Ieſu exẽplo, qui regnũ & *hæreditatem gentium* acceptas a Deo Patre *non perdidit quenquã ex eis,* quos 1

Optimi principis diſciplina. Pſ. 2. 8.

Pater

Ioan. 18.9. 1. Cor. 15. 24.

Rex Dei filius, populatum pater.

Pater illi tradidit;ſed tradidit regnum Deo,& Patri.Itaque regnom iniens Princeps,pacis peculiare fœdus cum Deo init, tanquam in illius filium, & adoptionem tranſiens: Pacem item cum populo,quem in filium & adoptionem recipit.Cum autem regnum pace ſtabiliatur,& floreat; illa potiſſimum non quæ externa eſt,& ad vicinas tantum gentes & regiones circumiectas ſpectat, ſed quæ interna eſt cum Deo,cum ſubditis : fuit res vtraq; ſolennis in Hebræorum Republ. ex Dei præſcripto & lege,& in arcana illa Saulis conſecratione ſignificata,cum 1.Reg.10.1.*Samuel deoſculatus eſt Saulem recens a ſe inunctum*.Quo indicaretur oportere, vt rex, & princeps *officium habeat, quo inter Deum & homines pacem ponat*, vt admonuit Gregorius eo Regum loco 13. Igitur primũ ipſe cum Deo, & cum hominibus fœdus ineat,vt qui medius ſit,qui apud Deũ,& homines valeat, vt hos cum illo reconciliet.

Pax facta in regis conſecratione. Gregorius.

2 Ergo nemini dubium, quin ſancta, ac Deo, & Dauidi parenti expetita, itemque multis nominibus populo gratiſſima Salomonis conſecratio,ſanctè ac ritè peracta fuerit,id eſt,ſanctis cerimonijs & ritibus lege præſcriptis.

Quos inter, ille vel præcipuus Deuteronom. 17. 18. *Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ legis huius in volumine, accipiens exemplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum,legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cerimonias eius,quæ in lege præcepta ſunt*. Quo loco hebraizantes plus æquo volunt præceptum, vt rex propria manu deſcriberet Deuteronomiũ, vt propterea rex haberet duplex exemplar: alterum,quod priuatus ſcripſiſſet ſibi, iuxta id Deut. 31.19. *Nunc deſcribit vobis canticum iſtud*: alterũ, quod iam creatus rex, ſua item manu exaraſſet. Tum præterea oportuiſſe, vt non ex quolibet exẽplari legem deſcriberet propria manu,ſed ex exẽplari quodam, quod in atrio templi erat, primariæ authoritatis, correctiſſimum. Tandem oportuiſſe,vt rex ſecum ſemper alterum exemplar circumferret: alterum verò, in regio theſauro eſſet repoſitum. Sed certè illud tantum ex hoc loco a rege requiritur, quod in Ioas puero ſeptenni, & non potenti rectè ſcribere,& fortè, neque ſciente legere,impletum videmus ; vt exemplar legis ſecundæ,id eſt,Deuteronomium,a ſacerdotibus acciperet quacunque manu tranſcriptum, cum primum rex creabatur, vt ſciret ſe iam tunc legis cuſtodem,& vindicem, & regum ac principum potiſſimum intereſſe legis obſeruationem. Quæ videtur eſſe ipſa regis ſponſa, nexu indiſſolubili lateri deuincta regis. Vt intellexiſſe viſus eſt Kaldæus ad illum verſiculum Pſalmi 44. 10. *Adſtitit regina a dextris tuis*. Sic enim legit, *Stabit liber legis in latere dextera tua,& ſcribetur obrizo Ophiritico*. Porro nihil eſt, quod æquè regum faſtum, & amplitudinem ſuis finibus contineat, quàm diuinæ legis meditatio & regula : ea enim exæquat reges ſubditis, idem expetens ab omnibus, idem promittens, idem comminans vtriſque. Sic enim rex idem,& concionator ſapientiſſimus dicebat, modulo ſe hominis metiens. Audite hæc omnes gentes, & ſtatim : inclinabo in parabolam (eandem) aurem meam.

Deuteronomiũ datum Regi.

An Rex propria manu deſcripſerit legem.

Hebræorũ traditio.

Lex ſponſa regis.

Rex popularibus exæquatus.

Pſ.48. 1.5.

3 Præterea verò Samuel propheta, poſtquam vnxit Saul,deoſculatus eſt eum. 1.Reg.10.1. Quòd, ſi non ex certa cerimonia & ſolenni ritu, vt ſacerdos vel propheta vngentes regem, illum deoſcularētur;at certè ex myſterio,& ſignificatione fuit, non ſolum vt ſciret nouum ſe cum Deo, & cũ populo amicitiæ & pacis fœdus inire, vt nuper dicebamus,ſed quod oporteat,legẽ, & ſacerdotalem ſcientiam,quæ in ordine,& pectore ſacerdotis reſident,intimo ſpiritu hauriri a rege initiato,atque ſumma auiditate ſuſcipi,quod per oſculum, quo ſpiritus communicatur, opportunè intelligitur. Illum autem ſpiritum,& quaſi ſacerdotalem legis intelligentiam,ſi non hauriat a ſacerdotibus rex, cadauer,& ſine ſpiritu exanime regis ſimulachrũ erit,non viuus,nec verus rex. Hoc certè indicaſſe oſculi myſterium videtur Theodoretus, q. 20. 1. Reg.atque ibidem Procopius;Gratiam (inquiũt) quæ ſibi inerat,eum impertijt.

Propheta vngẽs oſculatus regẽ.

Rex ſpiritũ accipiens a ſacerdote.

Theodoret.

Procopius.

Denique legem Dei manibus teneat, ne,quamuis ſuis ipſius legibus ſolutus ſit princeps, diuinis ſe teneri non recordetur. Tum præterea,vt meminerit,*decere maieſtatem regiã,eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur*. Verè illa vox,ille ſpiritus, illa lex imperatoribus religioſiſſimis Theodoſio,& Valentiniano,digna,l.digna vox.c.de legibus.[Digna vox eſt maieſtate regnantis, legibus obligatum ſe principem profiteri,adeo de auctoritate iuris noſtra pendet auctoritas, & re vera maius Imperio eſt ſubmittere legib. principatum & oraculo pręſentis edicti,quod nobis licere non patimur,alijs indicare. Denique, licèt lex imperij ſolẽnibus iuris imperatorem ſoluerit,nihil tamen tam proprium imperij eſt,quàm legibus viuere.]

Lex imperfecta, ff.de legat 3.

Legibus ſe ſubijciens Princeps.

l 3.c.de teſtam.

Porro de Ioas 4.Reg.11.ſcriptum eſt;*Poſuit (Ioiada) ſuper eum diadema,& teſtimonium*.Quod explicatur 2. Paral.23.11. *Dederunt in manu eius tenendam legem*. Quod præſtitunt quoque a Sadoc ſacerdote,& obſeruatum a Salomone,nemo iure dubitabit,qui vel Dauidis pietatem,& prouidentiam,vel Sadoc ſacerdotis ſui muneris ſcientiam, vel Nathanis prophetæ præſentiam cogitauerit.

Lex tradita in Salomonis manus.

4 Tandem recens initiatus, & inauguratus rex, populo præſente,pactum inibat; Rex quidem de optima & maximè probata gubernandi ratione. Populus de præſtanda fide, & obedientia. Sic 1. Reg.10.25. *Loquutus eſt Samuel ad populum,legem regni,& ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino*. Quod Septuag.ſic legunt, *Dixit Samuel ad populum iuſtificationem regis*:id eſt,quod ex lege,& iure agere deberet Rex. Explicuit verò eleganter Gregorius legem regni,vt Rex (inquit) ſciat a populo, quid exquirat; ſciat populus quid exhibere ſuis regibus debeat.

Lex regni.

Gregorius.

An verò ea regni lex,ſit quæ cap.8.9. præmittitur,cum ait Samueli Deus: Prędic eis ius regis,qui regnaturus eſt ſuper eos;Filios veſtros &c.An verò aliqua alia,Greg.dubitat, & eo inclinat,vt credat aliam legem, de rectè & piè adminiſtrando regno ſcriptam,& repoſitã in Tabernaculo.Quippe illa lex c.8. potius pertinebat ad comminationem populi, ſi fortè rea tyrannis illi contigiſſet, idque in pęnam (vt Greg. ait) temeritatis, quòd Deum abiecissent, & contra Dei voluntatem regem petijſſent: *Et dum regni lex ſcribitur, perpetuæ memoriæ pœna traditur,qua audaces puniantur, quæ quia per Domini iuſtitiam lata fuerat, coram Domino reponi perhibetur.Sed fortaſſe ius illud aliud fuit, quã lex iſta,quæ ſcribitur*.Hęc Greg.Idem cenſet Abul. cap.8.q.25. qui exprimit, quid ea lege contineretur; videlicet rationes & cauſæ imponendi tributa,& ad quos fines imponenda eſſent, & qui reditus regis, &cæt. Eodem etiam ſpectat Nicolaus, Hugo, Dionyſ. Quamquam alij cenſent, eandem illam legem capitul.8. repite capeti 10, quæ in caſu neceſſitatis non ſolum non eſſent tyrannica, ſed ad ſubleuationem regis, & boni publici neceſſaria. Sed hæc omnia lucem etiam maio-

Lex regni repoſita in Tabernaculo.

Abulenſis.

Nicolaus.

Hugo.

Dionyſ.

rem accipient ex 4. Reg. 11. 17. *Pepigit Ioiada fœdus inter Dominum, & inter regem, & populum.* Primum cum Deo fœdus, de pietate & religione colenda. Secundum cum populo, de iuſtitia, & æquitate; De iis proculdubio, quæ ad regni politiam, & regis domum, & cultum ſpectarent.

Hæc item omnia diligenter ſeruata a Salomone nemo ambiget. Quippe & ſapiente, & religioſo, & uiuente adhuc parente ſanctiſſimo, cuius conſilio & iuſſu vniuerſa gerebantur. Præſertim in ſecunda illa eiuſdem Salomonis acclamatione, iterum vtrunque pactum cum Deo, & cum populo inſtauratur a Dauide. 1. Paralipom. 28. vt inferius capitulo vltimo, huius libri oſtendemus. Nam. 1. Paralipom. 28. 9. exprimitur pactum Salomonis cum Deo, & Dei cum Salomone, cum
B
ait Dauid: Tu Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, &cæt. At verò capitul. 29. 24. exprimitur pactum Salomonis cum populo, illis verbis: Vniuerſi principes, & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi.

CAPVT IX.

Peracta eius initiatione, ſacrificia, & regale epulum.

C

Ad locum. 1. Paral. 29. 22. Comederunt, & biberunt coram Domino in Die illa cum grandi lætitia.

1 *An conuiuio celebrata Salomonis conſecratio ex ſolenni ritu.*
2 *Sacrificia & ſacrificiorum appendix in vnctione Saulis & Dauidis.*
3 *Adonias affectans ſolennes regni ineundi cerimonias. Secunda Salomonis conſecratio ſacrificijs, & epulis celebrata.*
4 *Populi feſtũ conuiuiale in Salomone. Priſcus Perſarum ritus. Hilaria quæ. Explicatur, ſemel & iterum Paralipomenon.*

D

1 An conuiuiũ in conſecratione Salomonis

Mirum quòd cum Scriptura meminerit opipari Adoniæ conuiuij, quo vocauit, excepitque magnã regalis familiæ partem ad ſuam inaugurationẽ; ſed tñ in legitima Salomonis conſecratione, publicaq; lætitia prętermittatur conuiuium. Et quidem Hugo Carrenſ. 3. Reg. 1. iudicat nihil eiuſmodi geſtum in creatione Salomonis: quippe hanc fuiſſe *in lætitia, non in comeſſationibus, & potationibus, vt Adonia.* Ioſephus autẽ quamuis lætiſſimorum conuiuiorum in Salomonica inauguratione meminerit, ſacrificij tamen alicuius mentionem nullam facit. *Hugo. Ioſephus.*

E

2 Sacrificiũ & epulum in Salomonis conſecratione.

Ego verò rem vtramque, id eſt, & ſacrificia, & magnificentiſſimum epulum ſumma celebritate exhibita ad Salomonem recens conſecratum, idque ex ſolenni Hebræorum ritu, & more, certis coniecturis effici poſſe exiſtimo. Primo ex 1. Reg. 16. 2. cum poſt immolatum ſacrificiũ vngitur Dauid a Samuele. Itaque qui ad vngendum Dauid contendebat, opportunè iubetur vitulum de armento tollere in manu ſua, & dicere: *Ad immolandũ Domino veni, et vocari Iſai, & filios eius prius ſanctificatos ad ſacrificium*: ex quo licebat laicis, ſed non niſi ſanctificatis, edere. Deinde 1. Reg. 11.

A

15. Cũ immoratur vnctio Saulis & Regis in Galgala, *immolarunt ibi victimas pacificas coram Domino, et lætatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.* Quod quamuis Nicolaus, Dionyſius, Hugo referre videantur ad ſacrificium gratulatorium in gratiarum actionem pro victoria conſequuta; cum quo videtur facere Ioſephus, qui 6. Antiquit. cap. 6. poſt hanc Saulis victoriam, & renouatã regni, & regis congratulationem, tantum epularum, & hilaritatis, quibus lætum victoriæ diem tranſegerunt, mentionem fecit. Sed tamen ad regiũ quoque honorem, & ratam regni poſſeſſionem, epulum, & ſacrificium illud pertinuiſſe, veroſimilior eſt Abulenſis ſententia eo loco q. 14. & textus ipſe apertè oſtendit, coniungens victimas & lætitiã *Nicolaus. Dionyſius. Hugo. Ioſephus. Abul.*
B
populi cum inunctione, tranſacta iam victoria. Id quod etiam vim accipit ex 1. Reg. 9. Deo enim diſponente incidit prima illa Saulis vnctio in ſacrificium & ſolenne epulum Kalendarum. Quamquam enim Rupertus, ſacrificium non aliter interpretetur quàm prandium, quod Samuel populo parauerat in Kalendis; tamen fuiſſe tunc ſolenne ſacrificium pacificum, rectè cenſet Abul. eo loco, exigens huiuſmodi hoſtiam ad legem Leuitici. 3. & 7. & ad Deuter. c. 12. & 16. *Rupertus.*

Tertiò rem ipſam confirmat Adoniæ ſtudium ſacrificandi, & imitandi; quos ſibi ad regnum capeſcendum vtiles fore iudicabat. 3. Reg. 1. 9. [Immolatis Adoniæ arietibus & vitulis; & vniuerſis 3
C
pinguibus, iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Roger, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios Regis, & omnes viros Iuda ſeruos Regis.] Quam eſſe perpetuam in nouo rege cerimoniam agnoſcunt Nicolaus & Dionyſ. eo loco: itemque Clarius, Abul. q. 37.

Tandem, quoniam, quod in ſecunda Salomonis vnctione factum legimus. 1. Par. 29. 21. omnium, [immolauerunt victimas Domino, & obtulerunt holocauſta die ſequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus ſuis, & vniuerſo ritu abundantiſſimè in omnem Iſrael;] factum quoque fuiſſe in prima & ſecunda conſecratione exiſtimandum eſt, paulo vel parcius, vel luculentius, & lautius.

D

Quod verò pertinet ad frequentiſſima pariterque lætiſſima conuiuia (pręter illa etiam, quæ ſocrè erant ex victimis pacificis.) Ioſeph. lib. 7. cap. 11. cum loquitur de Salomone reducto ex Gihon, & in regio throno collocato, ſic ſcribit: *Populus totus ad conuiuia feſtiuitatemque animum aduertit, choreis, & tibiis ſe ſe oblectans, vt præ concentu inſtrumentorum, terra ſimul & aer reſonaret.* Cuius rei argumentum, & confirmatio, non ſolum quod in ſecunda Salomonis vnctione 1. Paral. 29. 22. *Comederunt & biberunt coram Domino die illa cum grandi lætitia*: ſed præterea quod 1. Paral. 12. 23. *Cum grandis ille numerus, quaſi exercitus Dei,* (vt Scri- 4 *Ioſephus.* Cõuiuia & cœnæ regales in creatione principum.

E

ptura loquitur.) *confluxit ad Dauid in Hebron, vt conſtitueret eum regem.* Sic ſcribitur num. 39. *Fuerunt ibi apud Dauid tribus diebus comedentes, & bibentes; præparauerant enim eis fratres ſui. Sed & qui iuxta eos erant vſque ad Iſſachar, & Zabulon, & Nephthali, afferebant panes in aſinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad veſcendum: farinam, palatam, vuam paſſam, vinum, oleũ, boues, arietes ad omnem copiam, gaudium quippe erat in Iſrael.* Idem quoque in Perſarum regum creatione, cuius exemplum eſt illud Artaxerxis conuiuium initio regni Suſanici ſuſcepti, Eſther. 1. & obſeruat Serarius. Et deinde apud Romanos Imperatoriæ cœnæ, Conſulariæ, Senatoriæ, Ædilitiæ largitiones, & epulæ, in vſu quotidiano, & corruptiſſimo. Quæ facilè ex *Artaxerxis conuiuium. Serarius.*

lè ex Imperatorum hiſtorijs colliget, qui volet. A Certè Maximus, Dionyſij interpres, *Hilaria* quõdam dicta vult feſtiuitates celebratas in regis alicuius creatione: quod ille ſcribit in hæc ferè verba, quæ affert Turnebus lib. 24. Aduerſarior. cap. 45. [Dierum Hilariorum, alij erant priuati, velut ſiquis celebrarit nuptias, aut ſi filius alicui natus fuerit: Alij verò erant vulgares & publici, vt cùm rex aliquis publicè proclamatus, publicas Hilarias ſubditis exhibebat. Et his quidem diebus, neque lugere licebat, ſed ſpectacula & ſacrificia quotidie perficiebantur publicè; quin & iudicia haberi ceſſabant, ludos ſpectabant, & cõuiuijs continuis peragebant dies Hilarijs deputatos.] Cæterum Hilaria in matris Deum feſto celebrari ſolita 8. Kalendas Aprilis, ſcribit Macrob. B lib. 1. cap. 21. Lampridus, in Seuero; Vopiſcus, in Aureliano; Herodianus, in commodo lib. 1. Demophilus, libro de ſacrificijs Antiquorum; Turnebus, loco ſuperius indicato, Roſſinus libro quarto Antiquitatum Romanorum cap. 7.

Hilaria in feſtiuitate matris Deum.

CAPVT X.

Eundem iniiſſe regnum, viuente adhuc Dauide parente.

Ad locum. 3. Reg. 1. 48. Adorauit Rex in lectulo ſuo, & locutus eſt; Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis. C

1 *An ſtatim à conſecratione, regia poteſtate vſus Salomon. Argumenta partis negatiuæ.*
2 *Regni res adminiſtraſſe viuente parente, & iure gladij vſum. Adoratio regum Hebræorum, ſicut & Perſarum. Explicatus Paralip. & locus Regum.*
3 *Adoniæ, & Salomonis, atque aliorum profanorum parallela.*
4 *Principes alij incolumes regnum tradentes liberis. Parentibus grata acclamatio filiorum, & ab illis vinci. Illuſtratus locus Regum.*
5 *Dauid etiam regnante Salomone nondum cedit regno. Regni primordia ſemel & iterum renouata in Salomone, celebrari ſolita ſine ſanguine. Semel & iterum illuſtratus Samuel.* D
6 *Dauid ſimulque Deus regni adminiſtrationem deponentes in Salomonis humeros. Explicatus Dauid.*

1 Vnde adminiſtrãdi regni initium in Salomone. Abul.

HIs, quæ recenſuimus, rectè & ritè iam peractis, regnat ne Salomõ, an verò futuri regni cũ primum vita & regno defungetur Dauid, ius certiſſimum ac firmiſſimum capit tantum? Sane Abul. 3. Reg. 1. quæſt. 40. & 45. & 1. Paralip. 29. quæſt. 21. Iure tantùm futuræ in regnum E ſucceſſionis donat Salomonem, ac nulla præterea adminiſtrandi regni facultate. Quippe nondum abdicauerat à ſeſe Dauid regiam poteſtatem. Et confirmari poteſt ex eo, quòd ſecunda vnctione, quæ ſcribitur, 1. Paral. 29. minimè fuiſſet opus, ſi ſemel regni habenas & gubernacula illi tradidiſſet parens Dauid.

Adde, quòd ſolemnem ritum noui regis paciſcentis cum Deo, itemque cum populo, non antè commemorat Scriptura, quàm ſecundò conſecratus eſſet coram vniuerſa Eccleſia 1. Paralipomenon. 29. Ad hæc quoniam regnum Dauidis vſque ad illius mortem computatur tertio Regum 2. 1. Paralipomenon 29. Salomonis verò non niſi à morte ipſius parentis.

Tandem quòd mortuo Dauide, & firmato Salomonis regno, teſtatoris morte, ingreſſus Adonias ad Bethſabee, poſtulauit ſibi dari Abiſag Dauidis vxorem. Quod videtur manifeſtum argumentum, tunc primum fuiſſe regni Salomonis initium. Sicut enim in regalibus cœnis natalitijs; ita etiam, quo die Rex Perſarum inibat regnum, & eodem anniuerſario feſto, nefas ducebant orãtem, & poſtulantem à rege non exoraſſe. Cuius moris priſci Perſici exemplum ſuppeditat Herodotus, lib. 9. vbi de petitione Amneſtris vxoris. Illum itaque imitatus videtur Adonias, qui quo die ſolus regnum inibat Salomon, mortuo parente, vt pote in veriſſimis regni auſpicijs, poſtulare, & obtinere ſtuduit Abiſag vxorem.

Regni initio Reges annuiſſe poſtulatis. Herodotus.

Ego verò ſic exiſtimo, Salomonem iam inde ab ea prima vnctione viuente adhuc parente regni res adminiſtraſſe, atque ius dicere cœpiſſe. Id quod disertis verbis docet Ambroſ. in cap. 3. Lucæ. Auguſt. 17. de Ciuit. c. 8. [Non ob aliud viuẽte adhuc patre ſuo Dauid, regnare Salomon cœpit, quod nulli illorũ regum contigit, niſi vt hinc ſatis eluceat, non eſſe ipſum quem prophetia iſta præſignat, quæ ad eius partem loquitur, dicẽs: Et erit cum impleti fuerint dies tui, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te] &c. Multo clarius Ioſephus ad finem cap. 11. libri. 7. *Deducto*, inquit, *in regiam Salomone, & in ſolio paterno collocato, ex ea die in poſterum obedientes ei fuerunt*. Idem docet Rupertus ſuo lib. 3. in 3. Reg. cap. 1. & cap. 4. proptereaque Chriſti Ieſu, qui cum Patre regnat (quippe Pater nunquam moritur) figuram repræſentaſſe. Seuer. Sulpit. lib. 1. ſacrarum hiſtor. *Patre adhuc incolumi rex appellatus*. atque hæc proculdubio eſt certa Hieronymi ſententia, epiſtola ad Vitalem, in computandis annis Salomonis, volens *duodecennem ſuſcepiſſe regnum viuente Dauid, aliquot annis, qui non ſibi ſed Dauidi tribuantur*. Colligitur verò non obſcure ex 3. Reg. 1. 48. Cùm vncto Salomone, atque reducto in regiam, ſoliumque paternũ; *Adorauit rex in lectulo ſuo, & locutus eſt: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo videntibus oculis meis.* Quo loco ad idẽ probandum libenter vtitur Ambroſ. in cap. 3. Lucæ. Quid enim aliud exiſtimas ſignificare, *ſedentem in ſolio*, niſi iam adminiſtrantem regnũ? Alioquin quæ magna inſolentis lætitiæ cauſa, vidiſſe tunc ſuis oculis regni ſucceſſorem, quem ab ipſo illius ortu, diuina reuelatione, & promiſſione hæredem ac ſucceſſorem nouerat, & acceperat?

2 Salomonẽ à prima cõſecratione ius dixiſſe. *Ambroſ.* *Aug.*

Rupertus.

Sulpitius.

Præterea, nam licèt poſt ſecundam vnctionẽ, tamen adhuc viuente Dauid. 1. Par. 29. ſcribitur; *Sedit Salomon ſuper ſolium Domini in regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit, & paruit illi omnis Iſrael. Sed, & vniuerſi Principes, & potentes, & cũcti filij regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi*. Quod proculdubio aperte indicat regiam in populum iam tunc exercuiſſe poteſtatem.

Adde, quòd iam tũc penes illum fuiſſe ius gladij ex eo conſtat, quòd in prima ſtatim vnctione. 4. Reg. 1. 50. [Adonias timens regem Salomonẽ, tenuit cornu altaris, dicens: Iuret mihi rex Salomon, hodie, quòd non interficiat ſeruum ſuum gladio; dixitque Salomon; ſi fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram. Sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur.

A tur, Miſit ergo Rex Salomon, & eduxit eum ab altari; & ingreſſus adorauit regem Salomonem; dixitque ei Salomon, Vade in domum tuam.] Vide Principem fungentem munere, & poteſtate judiciaria, ſententiam capitia ferentem, abſoluentem, ius dicentem. Tum præterea vides regem adoratum ab Adonia, procumbente in terram, & demiſſo vultu; quæ in vſu apud Hebræos adoratio, ſicut & Perſarum. Quam etiam adorationẽ pro more Perſarum Magi vero regi exhibuerũt; *& procidentes adorauerunt eum*. Sic Areuna adorauit *Dauid Regem prono in terram vultu*. 2. Reg. vltimo. 21. Et hæc adoratio in vſu iam inde à primo ſæculo Gen. 19. 1. & 24. 48. & cap. 43. 26. Pſal. 94. 6. De quo nos alibi vberius. Interim indicandus hac de re eruditiſſimus B. Briſſonius lib. 1. de Regno Perſarum.

Adoratio Perſarũ & Hebræorũ procidẽdo in terram.
Matt. 2. 11
B *Briſſonius.*

3 Tandem hoc loco cùm video Adoniam reluctantem, & innitum, caput in terram demittentem, geſtu adorantis, & animo & corde elato, ac minimè inflexo, fratris iunioris inuidentem fortunæ & regno, ſubit in mentem par illud longè diſpar fratrum, barbarorum licèt, quos in fraternæ beneuolentiæ exemplum profert Plutarch. Cuius verba ſubſcribam, [Operæ eſt pretium in præſentia diſceptationem audire barbarorum fratrum, non de particula iam agelli, aut mancipijs, vel pecore, ſed de regno Perſiæ. Mortuo Dario, alij regnum Ariameni, vt de filijs eius natu maximo, deferebant; alij Xerxi, qui ex Atoſſa, filia Cyri, Dario iam regnum gerenti, natus erat. Deſcendit itaque Ariamenes è Media, non bellico apparatu, ſed placidè ad iudicium. Xerxes, qui præſens ea gerebat, quæ erant regis, veniente fratre, depoſito diademate, & deiecta tiara; quam erectam ferunt reges, occurrit fratri, eumque ſalutauit, ac dona mittens, dicere eos qui portabant, iuſſit: His te nunc honorat ad Xerxea frater tuus, qui ſi rex iudicio & ſuffragio Perſarũ declarabitur, proximum tibi à ſe locum tribuit. Reſpondit Ariamenes: Ego dona quidem accipio; regnum autem in Perſas mihi cenſeo deberi; honorem tamen fratribus meis minoribus ſeruabo ſuum, & primo inter fratres Xerxi, Inſtante porro iudicij die Perſæ communi ſententia Artabanum iudicem deſignauerũt. Hic Xerxi, quòd multitudini fideret, iudicem recuſanti, Atoſſa obiurgans, Quid fugis (inquit) Artabanum patruũ, & Perſarum optimum, fili? idque certamen metuis, in quo præclarum eſt, ſi vincare, fratrem regis Perſarum ſecundo ſe loco vocari? Xerxe obtemperante, & cauſa cognita, Artabanus pronũtiauit Xerxi regnum conuenire. Ariamenes antẽ ſtatim proſiliens, fratrem adorauit, dextraq; apprehenſum in ſolium regium collocauit.] Sed redeo ad coniecturas regnum adminiſtrantis Salomonis.

Plutarch.
Parallela hiſtoria Salomonis & Xerxis.
C
D

Tertiò ergo colligo ex illis Dauidis regis verbis. 3. Reg. 1. 30. *Sicut iurauit tibi* (Bethſabee) *per dominum Deum Iſrael, dicens: Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum pro me, ſic faciam hodie.* Itaque tunc præſtita & liberata eſt priſtinæ promiſſionis fides, & regnũ promiſſum, re ipſa collatum Salomoni.

E

4. Quartò. Quòd res hæc non inſolens maximis principibus, vt viuentes ipſi regnum committant liberis. Quippe ſcribit lib. 10. Iuſtinus, Artaxerxem *viuum per indulgentiam filium Darium regem conſtituiſſe, nihil ſibi ablatum exiſtimans, quod in filium contuliſſet, ſinceriuſq; gaudium ex procreatione capturum ſi inſignia maieſtatis ſuæ viuus in filio conſpexiſſet*. Quid porro Dauidis ſimulius;

Iuſtinus.

A agentis Deo gratias Immortales, quòd ſuis ipſis *oculis filium in ſuo ſolio ſedentem conſpiceret?* Cum hoc videtur illa Banaiæ congratulatio, quam & ſi primum narret Scriptura ante pompam, & vnctionem Salomonis, at paulo inferius Ionathas ille Adoniæ refert, & repetit poſt Salomonẽ vnctum, & ſedentem in ſolio: *Sed & Salomon* (inquit) *ſedet ſuper ſolium regni, & ingreſſi ſerui regis benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicẽtes; Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronum eius ſuper thronum tuum.* Vbi primum obſeruandum, non ſolum Banaiæ fuiſſe hanc congratulationem, ſed & aliorum *ſeruorum regis*, quos Theodoretus *Princeps* vocat, 3. Reg. 9. 3. & eleganter reſpondet: *Sciebam quòd nemo, qui paternam habet dilectionem, æmulatione proſequitur filios: &, quod eſt proprium patrum, velle videre filios ſe clariores.* Idem propemodum eodem loco Procopius. Res vt certa, ita celebris apud Scriptores, & decantata à Claudiano 4. conſul. Honorij.

3. Reg. 1. 46.
Theod.
B
Claudian.

Aſpice, completur votum, iam natus adæquat
Te meritis, &, quod magis eſt optabile, vincit.

Eò ſpectat, quod Seneca lib. 3. de Benef. c. 36. diſſerit, nihilo deteriores, ſed meliores effici parentes, ſi beneficijs vincantur à filijs. *Naturæ* (inquit) *glorioſa eſt virtus, & anteire priores cupit. Alacrior erit pietas, ſi ad reddenda beneficia, cum vincendi ſpe venerit; id ſi patribus idem volentibus contigerit. (quoniam pleraque ſunt, in quibus noſtro bono vinci ſemur) vnde certamen tam optabile? vnde tantam felicitatẽ parentibus, vt fateantur ſe ipſos, filiorũ beneficijs impares.* Ergo principiũ Dauidis voti, ſimile alterũ Sidonij Apollinaris, ſcribentis ad Audacẽ præfectum. Epiſt. 7. lib. 8. *Nihil eſt illo per ſententiam boni cuiuſque generoſius quiſquis ingenii corporis, opum iunctam in hoc conſtans operam exercet vt maioribus ſuis anteponatur. Quod ſupereſt, Deum poſco, vt te filij conſequantur, aut quod plus decet velle, tranſcendant.* Sed iam ad diluenda ea quæ Salomonis regno oppoſuimus.

Seneca.
Parentes beneficiis vinci a filiis glorioſum.
C
Apollinar.

Quæ initio capitis obijciebamus, his quæ diximus minimè repugnant; namque potuit Dauid nondum abdicata à ſe ſe regia poteſtate in regni adminiſtrandi conſortium vocare Salomonem, atque bonam laboris & ſollicitudinis partem in illius humeros deponere. Interim, quę ad firmam & ratam regni Salomonici poſſeſſionem pertinebant, ſemel & iterum præſtanda curabat parens Rex. Rex verò filius in commiſſam ſibi regni curam, ſi non omnino, at pro ſua virili parte incumbebat; memor patris viuentis adhuc, cuius arbitrio & conſilio, non ſolùm cætera gerenda, ſed ſe quoque ipſum agendum regendumque arbitrabatur. Sic vſque ad Dauidis mortem rex vnicus Dauid, regnum vnicum Dauidicum, etiã regnare incipiente Salomone, cenſeri debuit.

D
Dauid aſciſcens Salomonem in regni conſortium.

E Quod deinde ſubiungebatur de Adoniæ poſtulatione, non prius facta, quàm vita defungeretur Dauid; facilè explicari poteſt, cum ſanè dicimus, quo Salomon parente mortuo in regium tribunal iniit, fuiſſe quidem quaſi nouum quoddam regnandi initium, vt qui ſolus ſine patris conſilio regnum curaret, opportunum etiam ſtrenis largiendis, & poſtulationibus ex regia magnificentia concedendis. Sed non ideo inde effici, non prius fuiſſe ſumptum à Salomone initium rerum regni procurandarum. Quòd ſi ex hac ipſa Adoniæ poſtulatione, firma huius rei coniectura facienda eſt, efficietur ſanè iam prius capiendi re-

Regni initio tributæ ſtrenæ.

gni

gni auſpicia, & lætitiæ primæ ſolennitatem præceſſiſſe; nam nefas erat recens inaugurati regis diem ſolennem, cuiuſquam ſanguinis profuſione

Primordia regni a ſanguine immunia.

pollui, vt colligo ex 1. Reg. 12. 13. Cùm pacifice à populo ſuſceptus in regni poſſeſſionem, obtenta de Ammonitis inſigni victoria, ait populus ad Samuelem: Quis eſt iſte, qui dixit: Saul non regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul: Non occidetur quiſquam in die hac quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſrael. Quod non tantum in honorem victoriæ, ſed præterea etiam in recens initi regni, factum conſtat, ex 2. Reg. 19. 22. *Cum depoſcente Abiſai, vt interficeretur Semei, cum primum totius populi ſuffragijs reductus eſt Dauid ad capeſſendum regnum, reſpondit ipſe Dauid; Ergo ne hodie interficietur vir in Iſrael; An ignoro hodie me factum regem ſuper Iſrael? Et ait rex, Semei, Non morieris, iurauitque ei;* Quo

Abul.

loco Abul. q. 25. innuere videtur, quamuis nullũ fuiſſet peccatum occidere Semei; potuiſſe tamen eſſe legem, vel conſuetudinem, vt in feſtis conſecrationum regum, nemo quamuis nocentiſſimus,

Ioſephus.

capite puniretur: & indicant Ioſephus, hunc eũdem locum hac paraphraſi elucidans, lib. 7. Antiquit. c. 10. *Tum rex, deſinite Saruiæ filij, neve nouas turbas ac ſeditiones excitate: ſic enim vos exiſtimare volo, hanc eſſe mihi aditialem regni diem: quamobrem iuro me omnibus omnem pœnam remittere, qui quocunque modo in maieſtatem meam peccauerunt, neque in quenquam ea de cauſa animaduerſurum eſſe. Tu quoque Semei bono animo eſto, nihil de ſupplicio ſollicitus.* Et confirmari hæc omnia poſſunt ex 2. Reg 3. 39. *Cum in morte Abner lugens, dixit: Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex Porro viri iſti filij Saruiæ duri ſunt mihi;* Quod Seproag. legerunt, *Ego ſum propinquus hodie, & vnctus rex.* Quòd ſi propriè accipias pro ſanguinis propinquitate, & cognatione: hic erit ſenſus: Ego iure propinquitatis teneor lugere; tum etiã, quia recens videor inauguratus in regnum, cuius initia nefas eſt ſanguine cuiuſpiam pollui. Si autem

Regni initia pacifica.

Princeps vel vt propinquus miſerorũ.

accipias impropriè pro propinquitate temporis, ſenſus erit: Ego ſum propinquus initijs mei regni; & vix recens conſecratus; regiæ autem conſecrationis eſt, tam lugere mortuos, quam vitam velle viuentibus. Atque eodem tendunt Hebræa, & Volgara Latina; *delicatus*, tener, recens inauguratus, vnctus; qui tam longè abeſt à ſanguine, & morte, vt lugere teneatur, &c. vel *delicatus*, tener, mollis, vti decet hominem molliſſimo oleo perũctum. Iſti autem interfectores, Abner, vt qui ab vnctione regia alieni ſunt, ita etiam à mollitudine animi, & miſericordia. *Yo ſoy blando, que alfin ſoy rey vngido: Eſtotros non tienen nada de rey, ni de ſu olio.* Quid igitur initialem ſui regni diem fraterno Adoniæ ſanguine madefecerit pacificus Salomon, etiam iurans: *quia hodie occidetur Adonias?* 3. Reg. 2. 24. Ergo iam patre adhuc viuente regnum capeſſerat.

6\. Sed totius rei clauſula pulcherrima erit locus initio capitis propoſitus, ex Pſal. 71. quo videtur Dauid facultatem poſtulare à ſupremo Iſraelitici populi regnatore, & dominatore Deo, vt ſenex ipſe, populi curam ſibi commiſſam in ſui filij humeros poſſit deponere, vtque firmam ratamque

Dauid tradẽs filio regni gubernacula.

habeat Salomonis conſecrationem; *Deus iudicium tuum regi da;* Ad ſta (inquit) & faue tua præſentia, ò numen ſanctiſſimum, & confirma iunioris regis initiationem: Tradam ego, ac mecum ipſe etiam illi trade regni gubernacula; & iudiciorum faciendorum iuſtitiam ſanctamque regulam, & legẽ illius ſenſibus imprime; ſic ille accipiet mea manu regnum; tua verò etiam ſanctè gubernandi, atque iuſtitiæ colendæ facultatem; ſed tum de hoc verſiculo, tum de toto Pſalmo, iterum nobis dicendum, cùm Pſalmum integrum, qui ſecundùm hiſtoriam de Salomone ſcriptus aſſeritur à Hieronymo, ſuo commentario inſtruxerimus, libro ſexto.

CAPVT. XI.

Dauidis ad filium iam conſecratum, & primos populi ordines, concio.

Ad cap. 28. & 29. lib. 1. Paralipom. breuia ſcholia.

1 *Salomon ſuſceptus rex ab Eccleſia magna. Clangor tubæ peculiaris ad conuocandos Principes. Illuſtratus Moyſes.*
2 *Principum nomine qui intelligendi. Qui filij Dauid congregati ad Salomonem.*
3 *Qui Eunuchi Dauidis, & quod illorum officium. Qui robuſtiſſimi.*
4 *Stare pro ſedere. Patriarchas de rebus diuinis acturos è lecto ſurrexiſſe. Illuſtratus Moyſes & Paulus.*
5 *Salomonis regnum pendens ex diuino decreto. Cur dicatur ſedere in ſolio Dei. Illuſtratus Samuel.*
6 *Salomon deſtinatus in templi fabricam. Atria templi ſancta. Salomonis regni firmitas diuina.*
7 *Fœdus initum præſente populo, audiente Deo, quid indicet. Magnificæ promiſſiones Salomoni factæ. Illuſtrati locus Iudicum & Iſaias.*
8 *Principis eſſe Dei voluntatem quærere. Templi, & animi virtutis Salomonis magnitudo. Cur Salomonis res cum templo coniungantur.*
9 *Populi opes cur expetitæ ad templum. Populi totius intereſſe orare pro Regibus.*

1\. Eccleſia magna ſuſcipiens Salomonem.

TVm ea quæ ſcribitur 1. Paral. 28. tum quæ additur 1. Paral. 29. procul dubio non duplex, ſed concio fuit vnica, atque ea grauiſſima, vt quæ habita fuerit in Eccleſia magna. Præterquam enim quòd de re grauiſſima, & quæ omniũ intererat, id eſt, de rege ſuſcipiendo agebatur: omnes ſanè populi ordines, regnique proceres conuocantur, & à Rege conuocantur, cuius ſolius erat cogere eiuſmodi magnas conciones, aut eius, qui ſummum haberet imperium. Quare quod 1. Paralipo. 28. 1. dicitur conuocaſſe Dauid *principes*, cap. 29. 1. dicitur, *loquutus ad omnem Eccleſiam*; & deinde verſ. 20. *præcepiſſe vniuerſæ Eccleſiæ.* Et ſanè eadem ratione hæc concio deſcribitur coacta ex principibus & ſenioribus, atque ex vniuerſa populi multitudine, ſicut Ioſ. 23. 2. & 24. 1. 2. & Num. 10. 1. 2. 3. 4. vbi præſcribitur modus *clangendi tubis* ad conuocandos principes, &

Non eodẽ tubæ ſigno conuocati Principes & vulgus.

capita multitudinis, tum etiam & ad congregandum populum. Non enim eodem modo dabatur ſignum pro omnibus, ſed *conciſo clangore* cõuocabantur principes, ita vt ſingulis videretur ſuus ſeorſim ſonitus edi propter dignitatem: populus verò conuocabatur *clangore ſimplici*, id eſt, æquali & vnico, ſub quo vniuerſa multitudo confuſim conuocabatur. Sed de concionibus & Eccleſijs magnis dico iterum, & paulo fuſius initio mei Eccleſiaſtæ.

Capitis 28. Verſ. 1. *Conuocauit igitur Dauid omnes principes Iſrael, duces tribuum, & præpoſitos turmarum qui miniſtrabant regi: tribunos quoque & centuriones; & qui præerant ſubſtantiæ & poſſeſſionibus regis, filioſque ſuos cum Eunuchis, & potentes, & robuſtiſſimos quoſque in exercitu Ieruſalem.* A

1\. Principes pro magiſtratibus.

NOmine *principum & ducum* tribuum intellige iudices & magiſtratus, in quos primum dignitas & poteſtas regia deriuatur: ſic Septuag. *Principes Iudicum*, in his etiam illi quos Adonias inuitauit; ideo enim conuocantur à Dauide, vt ab illis ſuſcipiatur Salomon, & vniuerſorum ordinum beneuolentiam & ſtudia ad filium regem conuertat. Quare conuocauit *omnes viros Iuda ſeruos regis*, (quos Adonias inuitauerat. 3. Reg. 1.10. Nam hi in regis vel creatione, vel ſuſceptione primi erant, vtpote de familia, & tribu regia) B *& præpoſitos turmarum, qui miniſtrabant regi, tribunos quoque & centuriones* (hic ordo militum, quorum partes præcipuæ ad noui regis cuſtodiã, & incolumitatẽ, ſub quibus fortè Cerethi & Phelethi; qui dicuntur *miniſtrare regi*. Septuag. *Principes diurnarum vicium, quæ circa corpus regis, & principes militum, & centuriarum*) *& qui præerant ſubſtantiæ & poſſeſſionibus regis* (Theſaurarios, & vectigalium collectores, atque rei agrariæ præpoſitos; ſic videntur diſtinguere Septuag.) *filioſque ſuos*. Vides hic etiam adſtitiſſe Adoniam, & C reliquos Salomonis fratres, primùm Adoniæ partes ſequutos. Quippe nihil indecorum ſibi arbitrabantur, ſi Adonias natu maximus ſibi præponeretur. At res illis inuidioſa, ſi minimum Salomonem, regem & dominum ſuſcipere cogerẽtur. Multos autem filios habebat tunc Dauid. inferius verſ. 4.5.

Serui regis qui.

Ordo militum.

Fratres Salomonis.

Sed hi Dauidis filij, an præcipuarum vxorum filij, an verò filij concubinarum, quorum nomina non exprimit Scriptura? Certè Petrus Comeſtor veroſimilem quandam Hebræorum traditionem affert. Dauidem poſtulaſſe à filijs ſuis, *vt non grauiter ferrent minimum, id eſt, Salomonem, cæteris anteferri, quòd Deus ſic conſtituiſſet; ſicut & ipſe Dauid inter fratres minimus regno fuerat decoratus.* D Maior autem natu Salomone tantùm videtur ſuperſtes Adonias. De Cheliab autem, qui fuerat Adonia prior, tacet Scriptura, ſed tunc temporis mortuum ſuſpicantur fere omnes interpretes, vel certè, ſi viuebat, reputatum regno indignum; quòd nullis animi aut corporis dotibus præcelleret. Sanè Hieronymus in Tradit. ad finem. 1. Paralipom. ſcribit, illum Iahiel, qui 1. Paralip. 27. 32. dicitur fuiſſe cum filijs regis, quaſi illorum præſes aut præpoſitus, fuiſſe eundem illum Dauidis filium ſeniorem, qui alio nomine vocatur Cheliab.

Comeſtor. Hebræorũ traditio.

An Cheliab ſuperuixerit Salomoni.

Hierony.

3 Eunuchi reginarũ cuſtodes.

Cum eunuchis, nam his etiam vtebantur reges Iſraelitarum, cuſtodibus reginarum, more etiam Perſarum, & aliarum gentium. At non re ipſa veri Eunuchi, ſed nomine tantùm & munere cuſtodiendi, & claudendi regium latus? An, vt Hieronymus in Tradit. 1. Paralip. 28. Rabanus & alij, E [Eunuchi qui ad tam grande conſilium vocati ſunt, illi intelliguntur, qui ab omnibus actibus ſęculi alieni, orationi tantum & lectioni vacabant, & vxores non cauſa libidinis, ſed ſuſcipiendæ prolis gratia habebant, quos Ioſephus ſecundũ eorum hæreſim eſſe nos vocat? An hi principes regibus fidiſſimi & amiciſſimi? Sed de hoc alias.

Rabanus.

Et potentes & robuſtiſſimos quoſque in exercitu Ieruſalem. Hi Cerethi & Phelethi, & fortes, qui A in *domo fortium* habitabant, & qui in legione Regia, & Prætoriana, de quibus ſuperius diſputabamus; aut certè, vt à millenarijs de quibus iam diximus, diſtinguantur, hi fortè non erant proximi regis cuſtodes, ſed alij veterani, & electi milites, quorum magna copia in Ieruſalem: ſic Septuag. *Bellatores militiæ in Ieruſalem.*

Fortes, qui i domo fortium.

Verſ. 2. Cumque ſurrexiſſet rex, & ſtetiſſet, ait: Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri: & ad ædificandum omnia præparaui.

4\. IN extrema itaque ſenecta conſtitutus Dauid, B & de filij Salomonis fœliciſſimis auſpicijs incredibiliter lætatus, ſuis licèt pedibus præ imbecillitate conſiſtere minimè valens; at præ gaudio exultans, *Cum ſurrexiſſet rex* (ait ſacer textus) *& ſtetiſſet* (addit etiam Ioſephus lib. 7. Antiq. c. 11.) *in celſiore ſuggeſto*. & Septuag. præterea addunt: *ſtetit Dauid in medio Eccleſiæ*, & dixit: *Audite me fratres mei & populus meus*, &c. At Abulen. q. 7. à quo non abhorrent Nicolaus & Dionyſius, intelligit ſurrexiſſe è lecto, & ſeſſitãdo, quaſi *ſtetiſſe*. Quid enim ſenem alſioſum, atque adeo moribundum ſtare, aut de ſuggeſto dicere compellemus? Audiant interim exilem vocem primi illi proceres, & regni ac ordinum capita, qui regis C lecto proximiores aſſederint; ab his ad reliquam multitudinem longiuſcule adſtantem, quaſi fluctuando perferatur vocis ſonus, & ſententia. Ergo qua potuit ratione honorẽ exhibuit, tum ſuis popularibus tum rei diuinę, quam populo proponebat. Sic videas Iacob etiam patriarcham fere moribundum, tamen videri ſurrexiſſe è lecto, & ſeſſitando pedes demiſiſſe, & quaſi conſtitiſſe inter benedicendum filijs ſuis. nam Geneſ. 49. 32. dicitur. *Finitis mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum*: idemque ipſe Iacob videtur, adiuturus filium Ioſeph, iterum lecto ſurrexiſſe, & baculo nixum ſe ſe erexiſſe, aut ſediſſe ſuper lectum, Geneſ. 47. 31. Hebr. 11. 21. & certè principes, res diuinas, vel audituri vel D loquuturi ſurgebant, & ſtabant, Iud. 3. 20. 4. Reg. 23. 3. 2. Paral. 34. 31. Nehem. 8. 6.

Ioſephus.

Abul. Nicolaus.

Patriarchæ ad loquendũ de reb. diuinis ſurgentes.

Coniungit deinde filij Salomonis regnum & inaugurationem cum diuina reuelatione & cogitatione illa cælitus ſibi immiſſa de ædificando tẽplo, vt incipiat iam parare viam in adiutorium animis, quò intelligant Salomonis regnum non eſſe humanum, ſed diuinum; non parentis humano affectu, ſed diuino decreto ſtabilitum.

Salomonis regnum diuinum.

Verſ. 3. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis.

4\. Sed elegit Dominus Deus Iſrael me de vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſempiternum: de Iuda enim elegit principes: porro de E *domo Iuda domum patris mei; & de filijs patris mei, placuit ei, vt me eligeret regem ſuper cunctũ Iſrael.*

5\. Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit mihi Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſederet in throno regni Domini ſuper Iſrael.

6\. Dixitque mihi: Salomon filius tuus ædificabit domum meam & atria mea: ipſum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.

Reli-

5. Reliqua autem concionis pars, quę ex confuſa multitudine conſtat, deſcribitur. 1. Paral. 29. 1. & appellatur *omnis Eccleſia*, & verſ. 9. vbi appellatur *populus*, & 10. vbi, *vniuerſa multitudo*. Erat itaque Eccleſia magna.

Argumentum concionis Dauid.

Concionis habitæ argumentum in Salomon dirigebatur; quo exponeret Dauid, qua ratione permotus Salomonem rem deſignauerit; atque ea ratione deliniret eorum animos qui paulo eſſent à Salomone alienati. Tum vt coram vniuerſa Eccleſia Salomonem de pietate colenda, & de templo ædificando inſtrueret, & ad illius opem, & rem vniuerſam maturandam, principum animos, & populi vota, & ſtudia perduceret, atque coniungeret.

Iſraeliticū regnū ex diuina electione.

Ergo, vt omnem depellat inuidiam, Salomonis regnum ad diuinam electionem refert; quacùm regnum Iſraeliticum primum fundatum & inſtitutum fuiſſet, illi deferebatur, quem deſignaſſet Deus. Cuius rei exempla in tribu Iuda, ex qua voluit Deus prodire principes; in tribu Beniamin, ex qua ſorte, id eſt, electione diuina, Saul; in familia Iſai, ex qua diuina reuelatione Dauid: Rurſus in familia Dauid, ex qua diuina voluntate Salomon. *Elegit* (inquit Dauid) *Dominus Deus Iſrael me de vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſempiternum, &c. Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſederet in throno regni Domini ſuper Iſrael*. Cuius rei conſideratio Adoniæ cæterorumque filiorum Dauidis animos comprimebat, & hoſtium Salomonis vires & impetum debilitabat; & regem charum veneradumque populo reddebat. Sic agnoſcit Adonias. 3. Reg. 2. 15. [Meum erat regnum, ſed translatum eſt, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutū eſt ei.] Vnde lux illi loco, Deuter. 17. 14. *Cùm dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.* Poſtularunt quidem regem à Samuele, ſed tamen regis deſignationem & electionem totam Deo, & Samueli, diuinæ voluntatis interpreti, permiſerunt, vt ſuperiùs contra Sigonium diſſerebamus.

Cur regnū Iſrael dicatur ſolium Dei.

Hinc vides ſolium regni Iſraelitici appellari *ſolium Dei*, non ſolum quòd omnis poteſtas à Deo ſit, ſed cum ſuum ſit regnum, illius intereſt cura, electio, deſignatio regis in ſuo ſolio ſeſſuri, non populi ſuffragiorum. Itemque ſi regnum propriū Dei eſt, iudices & principes qui in illo ſedent, tantùm vicarij ſunt numinis ſupremi. Propterea regis compellationem in ſuo populo nolebat Deus, ſed iudices tantum quorum à rege pendet auctoritas; ideo conqueritur ad Samuelem: *Non te* (inquit) *abiecerunt, ſed me, ne regnē ſuper eos.* ſaltem ergo regum tempore regis apud ſe electionem & deſignationem retinebat iuxta id 1. Paralip. 29. 22. *Vnxerunt eum* (Salomonem) *Domino in principem*, & ſtatim *ſedit Salomon ſuper ſolium Domini in regem*. Quid eſt autem *vngi Domino*, quàm Domino volente, eligente, & vnctionem illam, atque conſecrationem ſibi propriam & peculiarem cui vult dante; cùm quo id facit quod Hieronymus in fine Tradit. 1. Paral. ſcribit, cùm vnxerunt Salomonem ſecundò, acclamaſſe, atque dixiſſe; *Quicunque regnet, tu Deus noſter, tu ſemper ſis Deus Deus noſter.* eleganter itaque & preſsè Theodoretus in fine 1. Paralip. illud, *Sedit Salomon ſuper thronum Domini in regem, eſt, ſedit in ſede, quæ à Deo data fuerat.* Atque eodem modo Procopius. Nam quod Hieronymus ſuper citatus interpretatur

1. Reg. 8. 7. — Hieron. — Theod. — Procopius.

ſolium Domini propter leunculos ſimiles Cherubinorum, qui ſunt thronus Domini, exquiſitius eſt. Sed cùm hæc communia ſint principibus, qui poteſtatem accipiunt volente & approbante Deo; at illud peculiare regno & throno Salomonico fuit, vt regnum & thronus Dei diceretur, quòd in illius regni ſede & throno olim Deus ipſe ſeſſurus eſſet, vt exponimus lib. 5. in commentario Epithalamij, id eſt, Pſalmi 44. verſ. 7.

Solium Salomonicū ſimile diuini throni.

6. Porro quòd verſ. 6. additur promiſſus Salomon Dauidi, vt ædificaret templum, quaſi vniuerſa eius gloria & fœlicitas in vnicam templi gloriam & magnificentiam deſtinata fuerit, exponimus lib. 5. c. 5. quód eſt de templo, ſect. 3. & quod eodem loco additur *domum meam & atria mea*, indicat non ſolùm domum Domini, id eſt, ſancta ſanctorum & oraculum, ſanctiſſima atque magnificentiſſima fuiſſe, ſed præterea atria ipſa, quæ & plura & ampliſſima fuerunt; quæ vt aliquando appellatione *domus Dei* continentur; ita nunc preſſius accipiuntur & diſtinguuntur à *domo*, vt exponimus loco citato, ſect. 18. & ſect. 21. Tandē an promiſſiones illæ Dauidi de Salomone factæ, de Salomone ipſo an de Chriſto literaliter accipi debeant, exponimus lib. 6. cap. 18.

Salomonis fœlicitas deſtinata in templum. — Atria templi ſancta.

Verſ. 7. *Et firmabo regnum eius vſque in æternum, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, ſicut & hodie.*

Diuinam regni Salomonici firmitatem & robur exponit, quo latèter inſinuet irritos omnes conatus fore aduerſus Salomonem, & qui illius poteſtati reſiſtere tentauerunt, Dei ordinationi reſiſtere, atque habendum veræ pietatis hoſtem, & patriæ, atque religionis deſertorem.

Salomonis hoſtes Dei inimici.

Sed mira Dauidis ſapientia, & pietas; Ita populi & rebellium aduerſus Salomonem animos cōprimit, vt tamen Salomoni ipſi non faciat animos oſcitanter & negligenter viuendi; Si *perſeuerauerit* (inquit) *facere præcepta mea & iudicia, ſicut & hodie?* Fuiſſe tunc ſingularem Salomonis pietatem, id eſt, ab ipſa pueritia, & primis regni auſpicijs, exponimus lib. 6. cap. 12. Simul etiam cum illius deflorescente pietate & religione defloruiſſe & emarcuiſſe vniuerſam regni gloriam & ſplendorem, dicimus lib. 7. c. ſi.

Singularis pueri Salomonis ſanctitas.

Verſ. 8. *Nunc ergo coram vniuerſo cœtu Iſrael audiente Deo noſtro, cuſtodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei noſtri: vt poſſideatis terram bonam, & relinquatis eam filijs veſtris poſt vos vſque in ſempiternum.*

9. *Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſeruito ei corde perfecto, & animo voluntario: omnia enim corda ſcrutatur Dominus: & vniuerſas mentium cogitationes intelligit; ſi quæſieris, eū inuenies; ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum.*

7. Fœdus illud tum regis recens inaugurati, tū populi cum Deo, cuius loco & vice regem ſuſcipiebat, init, aut inſtaurat nunc Dauid. De quo ſuperius dicebamus. Porro fœdera firmitatem habere ſolent ex præſentia paciſcentium, & claris & diſertis verbis formulæ conceptæ fœderis, quorum vtrumque indicatur hoc loco, *coram populo, &, audiente Dei*. Neque inſolens illa in fœderibus ineundis apud profanos Fecialium præfatio, *Audi Iupiter, &c.* Deinde ne vlla eſſet in fœdere, aut dubitatio, aut obſcuritas, addebatur: *Illa palam prima, poſtrema ex illis tabulis cerâve recitata ſunt;*

Fœderis firmitas vnde.

ſine

A *ſine dolo malo, vtique ea hic hodie rectiſſima intellecta ſunt.* Quare videntur ad conceptam ineundi fœderis formulam hæc verba pertinere; *Nunc coram vniuerſo cœtu audiente Deo.* Sed illud paulo inſolentius, quòd hoc loco videntur verba immutata. potiùs enim ſtabiliuntur fœdera *coram Domino, & audiente populo,* vt Iudic. 11.11. & 2. Reg. 5.3. *Percuſſit Dauid fœdus coram Domino.* & 1. Reg. 23. 18. Sic etiam in alijs ſimilibus rebus inuocatur præſentia ſupremi teſtis Dei, & dicitur aliquid fieri *coram* illo. 2. Reg. 3. 28. &c. 22.25. Eccleſ. 2. 26. Econtrario autem dicuntur huiuſmodi fœdera ſtabiliri *in auribus populi,* ne cauſetur poſtea ignorantia. Sicut Exod. 24.7. & 11. 2. Deut. 5. 1. Ioſ. 20. 4. 4. Reg. 18. 26. Quę ergo ratio commutatæ hoc loco conſuetæ loquutionis, vt dicatur fœdus iniri coram populo, vel in oculis populi, at in auribus Dei? Reſponderi primò poteſt, ſiue dicatur Deus videre, ſiue audire in feriendis pactis, ſemper intelligitur, & inuocatur illius præſentia & teſtimonium, teſtes enim adhibebat qui dicebat: *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Deuter. 32. 1. ſic etiam eſt illud Iudic. 11. 10. *Dominus, qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt, quòd noſtra promiſſa faciemus.* Quod propriè & breuiter in Hebræo legitur & apud Septuag. *Dominus ſit audiens inter nos, ſi non iuxta verbum tuum ſic faciemus.* Sed hæc cum verè dicantur; non ſatisfaciunt tamen dubitationi propoſitæ de conſueta loquutionis formula nunc perturbata. Ergo C qui ſtabiliendo fœderi teſtis & præſens & oculatus adeſt, ſua tantum præſentia confirmare videtur, & pro ſuo veriſſimi atque grauiſſimi teſtis officio exigere poſſe adimpletionem conſtituti fœderis. Is verò qui audit, conditiones & leges ſeruandas accipit, ac ne poſtea in exequendo, & præſtanda fide ignorantia cauſetur, dicitur ſciens & audiens fœdus ſancire, & quamuis difficile, atque ampliſſimum ſit, firmum tamen & ratũ ſemper habiturum. Hoc ergo loco cum diuinæ promiſſiones de Dauidico & Salomonico regno perpetuando in ſempiternum, & de ſingulari fœlicitate perpetuo fruenda contineantur, vt tam inſolens bonorum & fœlicitatis amplitudo indicaretur, formula etiam ineundi fęderis inſolens adhi- D betur, & Deus adimpleturus magnificentiſſima promiſſa, quaſi audire inducitur, ne poſtea minus conferre videatur, quàm quod nunc cõceptis verbis à Dauide exprimitur; & vt populus intelligat, ſi ipſe à fœdere prior nõ deficiat, poſſe quodammodo fidem fœderis à Deo ſemel datam acrius exigere.

Concepta fęderis formula.

Cur hoc loco dicatur Deus audire, populus videre.

Dei audiẽtis teſtimonium.

Magnificẽtiſſima Dauidi de Salomone ꝓmiſſa.

8. Quod verſ. 9. iubetur Salomõ, *ſcire Deũ, & quærere,* indicat peculiare regis officium in cognoſcẽda & exquirenda Dei voluntate: & quod iubetur corde perfecto ſeruire, & animo voluntario, exigit ab illo in vera religione conſtantiam longè ab omni falſa idolorum religione, vt exponimus lib. 8. de pęnitentia Salom. c. 1. ſect. 7. quod agit E de *cogitationibus,* eò pertinet vt dicat Deum non longas moras tracturum in conferendo, vel præmio, vel ſupplicio; ſed fore vt ſtatim voto & cogitatione concepta pio aliquo obſequio demerẽdi Deum illius fauorem experiatur antequam operis laborem ſuſcipiat. Sin verò mente aut cogitatione à vera pietate & religione deficiat, quãtis externas cerimonias retineat, fore etiam vt illico ſentiat vltorem Deum. Nam in vtramque partem vel ſeuerius, vel beneuolentius agit cum principibus Deus; & quos maximis ſublimioris poteſtatis muneribus auxit, *potenter tormenta* cum illorum merita exigent, *patientur.*

Regis officium in exquirenda Dei voluntate,

Deus non differens ꝓmia vel ſupplicia.

Sap. 6. 7.

A *Verſ. 10. Nunc ergo quia elegit te Dominus, vt ædificares domum ſanctuarij, confortare & perfice.* 20. *Viriliter age & confortare, & fac, ne timeas, & ne paueas.*

MAgnitudinem operis Templi ædificandi proponit, quæ omnem humani cordis auſum comprimere, & perterreſacere, niſi diuina virtute & ope confirmati, potuiſſet: de quo dicemus inferius, cap. 5. libro 5. vbi de Templo, Sect. 1. Elucet hic ſingularis ac prope diuina in puero Salomone magnitudo animi ad ardua & magna quæque aggredienda. de qua dicemus libro 6. cap. 9.

Magnitudo Tẽpli.

Salomonis

B *Verſ. 11. vſque ad 20.*

REliquo capitis continetur deſcriptio fabricæ, Dauidi à Deo; Salomoni, à Dauide traditæ. Tum & opes ingentes ad impenſas Templi. de quibus nos li. 5. vbi de Tẽplo. Quorum omniũ propoſitio, & expoſitio facta à Dauide, eo ſpectabant vt Salomonis filij regnum neque infirmum neque imparatum ab omni rerum neceſſariarum apparatu oſtenderet, & apud regni proceres & vel hoſtes vel minus bene animatos venerandũ efficeret: atque tandem vt ad ſecundam eiuſdem Salomonis conſecrationem omnium ſuffragijs & plauſu celebrandam alliceret.

Salomoni Dauidẽ neceſſaria ad regnum reliquiſſe.

C *Ex cap. 29. Verſic. 1. vſque ad 5.*

REpetit iterũ & ingerit vniuerſo cętui vnius Salomonis diuinam electionem: veroſimile enim eſt, rem illam quæ caput & ſumma erat regni Salomonici, atque deprimendi omnium aduerſariorum conatus, non ſemel, ſed ſæpius inculcatam. Et quod ait, *Salomonem filium meum vnum elegit,* &c. videtur ſanè monarchiam in vnico Salomone filio inſtituiſſe, Dei iuſſu & decreto, nolente regnum ſuum per plures Dauidis filios diuiſum aut imminui, aut debilitari.

Cur ſępius à Dauide repetita Salomonis electio.

Quod item ait *adhuc puerum & tenellum* demulcet, & delinit ſeueriores aduerſariorum animos, & abalienatam multitudinem teneritudine D florentiſſimæ atque molliſſimæ adoleſcentiæ Salomonis. Quæ autem ætas appellatione *pueri & tenelli* indicetur, dicemus libro 3. cap. 2. & lib. 8. capit. 2.

Cur propoſita Salomonis pueritia, & teneritudo.

Quod verſ. 2. minutatim deſcribit præparatam templi materiam, aurum, argentum, æs, ferrum, ligna, lapides, conſultò facit, tum vt alliciat populi animos, ad iuuandas incredibiles futuræ fabricæ impenſas: tum vt rem Salomonis agat, & cõfirmet, id eſt, coniungat quæ Salomonis ſunt, cũ ijs quæ Dei & Templi ſunt, vt nemo Salomoni aduerſetur qui Deo & Templo aduerſari non videatur. Materiam verò Templi fusè perſequuti E ſumus, libro 5. cap. 5. à ſect. 11. vſque ad 15. & libro 4. cap. 2.

Regis exẽplo vulgus iuuans rẽ diuinam.

Verſ. 5. vſque ad 17.

ALlectis iam principium animis, atque votis in Salomonem, & in Tẽplum, *Apud quemcumque inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini, & auri talenta quinque millia, argenti & æris,* &c. computabamus hæc tum etiam, & quæ Dauid præparauerat, vbi de Templo, ſect. 5. cur verò voluerint duo reges potentiſſimi Dauid & Salomon ſtipem à principibus & popularibus colligere, cõſiderabamus, vbi de Templo, ſect. 7. 9

Cur populi diuitias transferens Dauid templum.

Nunc

Nunc verò in hac Salomonis inauguratione obſeruari oportet Dauidem ſapientiſſimè feciſſe, cum magnam diuitiarum partem, & res omnes pretioſiſſimas quæ apud priuatos erant, ad Dei & Regis obſequium transferendas curat, quò & Salomon in regno roboratior ſit, & regis ac regni hoſtes infirmiores.

Verſ. 17. *vſque ad* 23.

Orandum pro Principibus.

SOlennibus precibus, & gratiarum actione, atque grauiſſimis ſententijs ſuam concionem claudit David: orat pro Salomone filio, vt doceat, populi, & vniuerſæ Eccleſiæ intereſſe pro Regibus & Principibus orare, ex quibus pendeat totius reipubl. ſalus & incolumitas. Conſecrant iterum & inungunt Salomonem. Sed de hoc ſtatim. Peractis precibus *benedixit omnis Eccleſia Dominum Deum patrum ſuorum, & inclinauerunt ſe, & adorauerunt Deum, & deinde Regem.* verſ. 20. Sed quemnam regem, Dauidemne an Salomonem? an verò vtrumque? nam ſanè quamuis alter occidens, exoriens alter, non minùs in Dauidem moribundum quam in Salomonem intendebant oculi Eccleſiæ vniuerſæ.

CAPVT XII.

Secunda Salomonis conſecratio, & repetitum cum populo fœdus.

Ad locum 1. Paralip. 29. 22. Vnxerunt ſecundò Salomonem regem: vnxerunt autem eum Domino.

1 *Secunda Sadoc ſacerdotis initiatio. Conſecratio regum aut ſacerdotum repetita.*
2 *An Salomon aliquid ſacerdotalis dignitatis habuerit. Tertius caſus in ſacro ſermone. Plaga Domini. Extenuatio. Apud alias gentes, ſacerdotes ſimul & reges. Illuſtratus locus Regum.*
3 *Proprium ſacerdotis regem vngere. Templi ædificatio non alligata ſacerdotio. Offerre ſacrificium commune etiam laicis.*
4 *Sacerdotis nomen pro propheta* Danidi *cōceſſum. An Iſaias ſacerdos. Cur Sapientia vocetur ſacerdotiſſima. Illuſtratus Sapientiæ locus.*
5 *Salomonis ſecunda conſecratio longè lætiſſima.* Proſperari, prodeſſe, dirigi, *quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtrati Samuel, locus Regum, & Ieremias.*
6 *Repetitio fœderis cum populo ad firmitatem. Dare manum, cuius rei ſymbolum. Explicatus Moyſes, Ezechiel, Ieremias.*
7 *Animorum totius populi coniunctio in rem diuinam.*

1. Cur Sadoc ſecūdò initiatus.

SAlomonis regis ab vniuerſis regni proceribus & populo vniuerſo non ab vna tantum factione ſuſcepti, facta eſt ſecunda initiatio, & renouatio primæ. 1. Paralipom. 29. 22. *Vnxerunt ſecundò Salomonem, vnxerunt autem eum Domino* (ad Dei honorem, Deo ſic volente, ſic eligente, & omnium animos ad eam rem perficiendam mirificè deuinciente, vt nuper dicebamus.) *in Principem & Sadoc in Pontificem.* Fuerat quidē Sadoc verus ſacerdos ſed non ſolus: Igitur Abia-

A thar ſuo gradu, & munere pulſus, ſolus Sadoc ſuſcipitur ab vniuerſo populo, & ſecundò conſecratur, & vngitur, vt quaſi denuo initiatus, alacrius & lætius ſuſcipiatur à populo, & illius adminiſtratio in conſecrando Salomone acceptior & iucundior exiſtat populo vniuerſo. Porro huiuſmodi conſecrationes ſiue regum, ſiue ſacerdotū, iterari, & repeti ſolitas, legimus in Saule, in Dauide, &c. ſed bis publicè in nemine præterquam in Salomone.

Solus Salomon ſecundò cōſecratus publicè.

2. Georgius Problem. a

Sed quorſum, inquis, ſecunda hæc Salomonis initiatio? an vt aliqua alia illi præter regalem dignitas conferatur? ſic ſanè cenſuit Georgius Venetus; habuiſſe etiam dignitatem ſacerdotalem. Coniectura huius rei prima, quòd nunc vnctus fuerit à Sadoc Sacerdote; cùm tamen alij reges non niſi à Prophetis inuncti fuerint. Secunda, quòd nunc dicatur *vnctus Domino*, quaſi diuino cultui, & Eccleſiaſtico miniſterio conſecratus. Tertia, quòd templo ædificando nunc potiſſimū deſtinetur, atque re ipſa perfecerit Dei domum. Quarta, quod poſt hanc ſecundam conſecrationem, ſacrificia & holocauſta obtulerit.

Habuerit ne Salomō aliquid Eccleſiaſtici muneris.

Sed vide quàm infirma, & quàm puerilia argumenta Georgij in re tam graui, & in tanto errore, vt permiſceat ſacra profanis, & reges inferat tabernaculo, & altari: ex quo feſtinato quondam, & diuinitus perterritum, atque *plaga Domini*, id eſt, lepra, percuſſum Oziam regem, volentem adolere incenſum, ac tenentem in manu thuribulum, expulerūt [Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi, reſiſtentes regi, atque dicentes: Non eſt tui officij Ozia vt adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron; qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſteriū. Egredere de ſanctuario, ne contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriā hoc à Domino Deo.] Quod per extenuationem dictum eſt, id eſt, reputabitur tibi in maximam ignominiam. Id quod probauit exitus, his, ex antiqua traditione, à Ioſepho Scriptore, verbis deſcriptus, atque nouis & inauditis miraculis comprobatus lib. 9. cap. 11. [Sumpto (inquit) ſacerdotali habitu ingreſſus templum ad aureum altare, Deo ſuffitum facturus aſtitit, &c. Et ecce tibi terra vehementer concutitur, fiſſoque ſuperne templo radius ſolis os regis ferit, quod è veſtigio lepra contactū eſt, Acceſſit huic & aliud prodigium, quod eodem terræ motu ante vrbem in loco, qui dicitur Eroge, dimidium montis ad occidentem vergentis reuulſum per quatuor ſtadia volutum obiectu demum orientalis montis conſtitit, obſtructa via publica, & oppreſſis ruina hortis regijs.] Ceſſit igitur ex vrbe, miſerabili & propudioſa lepræ pœna mulctatus. Vides igitur quātum Georgius dignitatis & honoris detrahat Salomoni; quem contra legem, contra Dei decretum, tribum regiam à Sacerdotali perpetuò diſcriminantis, conetur ſacerdotio & altari obtrudere? Nam quid referas ad Hebræorum politiam tantopere ab alijs diuerſam, quòd olim ſacerdotes, & apud gentes alias, nominatim apud Ægyptum, ijdem reges quoque fuerint; quid quòd ſacerdotium ſimul & regnum inter primogenituræ prærogatiuas olim apud Patriarchas annumeraretur? Geneſ. 49. Quid quòd Melchiſedec apud Chananæos idem fuerit & rex Salem? Geneſ. 14. 18. Hebr. 7. 1. Quid denique, quòd iam inde à Numa rege Pontificatum geſſerint Romani reges & Imperatores? Vtraque ſanè dignitas, vnctioque in regibus, & ſacerdotibus, poſt peculiares illas filiorum Iacob benedictiones diuiſa, non

Georgij error.

C 2. Paral. 26. 17.

Extenuatio.

D

E Sacerdotes ſimul reges apud quos. Heliodor. Lib. 1. & 7.

prius

prius in alium coiuit, quàm in Chriſtum, verum regem ſacerdotem. Ex quo Chriſtiani *regale ſacerdotium.* Sed de hoc nos plura in noſtro Iob; vbi de illius ſacerdotio & regno cap. 1. verſ. 5. & lib. 5. in commentario noſtro Pſalm. 44. verſ. 8. *Vnxit te Deus*, &cæt.

3. Reſponſio obiectionum.

Coniecturæ verò illæ Georgij nimium infirmę ſunt; nam ſi quando propheta regem vngebat, nõ niſi peculiari Dei iuſſu, & diſpenſatione id pręſtabat: quippe id proprium munus ſacerdotis oleum ſanctum vnctionis contrectare. Res manifeſta in Ioas, atque obſeruata in lege.

Vnctus verò Salomõ *Domino*, vt ſæpè diximus, Dei voluntatem, & electionem ſignificat, qua ad conſecrationem euectus eſt. Nunc etiam adde, in Dei honorem, & ad templi ædificationem curandam, & maturandam, atque diligentiſſimè perficiendam, Salomonem conſecratum regem Domino. Ceſſit itaque illius regnum & magnificentia *Domino.*

Aedificatio Tépli nõ eſt muneris ſacerdotalis.

Templi verò ædificatio, nõ eſt ſacerdotalis officij: quippe aliquando expetita, & tentata eſt à Dauide rege. Neque propterea quòd ſacerdos nõ eſſet, repulſam eſt paſſus. Proferat verò Georgius vbi Templi ædificatio ſacerdotibus vllo vnquam tempore commiſſa fuerit. Tantum 1. Paralip. 28. 21. dantur quaſi aſſiſtentes Salomoni, ad ea, quæ in Templi fabrica ille præceperit facienda. *Ecce* (inquit Dauid) *diuiſiones Sacerdotum & Leuitarum in omne miniſterium domus Domini aſſiſtunt tibi, & parati ſunt*, &c.

Laici offerentes ſacrificium.

Obtuliſſe verò ſacrificia, commune fuit Laicis etiam; ſicut & adſtantes Chriſti corporis, & ſanguinis venerando ſacrificio, offerre dicuntur, neque proinde ſacerdotes ſunt, vt eleganter oſtendit Auguſt. q. 46. veteris & noui Teſtamenti. Res certa, & aduerſus noſtri temporis Nouatores, qui ſacerdotium, & ſacrificium, ita commune vniuerſis Laicis efficiunt, vt tantorum munerum maieſtatem & ſanctitatem profanent & violent, firmis rationibus & teſtimonijs conuicta, tum ab alijs, tum à noſtris Theologis, Bellarmin. tom. primo, Controuerſ. 5. libr. 1. de clericis cap. 1. & ſequentibus; & tom. 2. de Sacrament. in genere, c. 24. & 25. Et lib. de Sacram. Euchariſtiæ, cap. 16. & lib. 2. de Miſſa cap. 2. Gregor. de Valentia tom. 3. diſp. 6. q. 11. de oblatione Euchar. cæteris item de ordinis Sacramento diſputantibus.

Aug.

Cur Dauid vocatus Sacerdos. Prudentius

Sed inquies, potuiſſe Salomonẽ peculiari priuilegio initiari Sacerdotem, vt ſimilior ſui parentis Dauidis exiſteret, quem eo titulo Prudentius decorat. 9. Hymno Cathemar. de Chriſti miraculis.

Chriſtus eſt, quem Rex ſacerdos affuturum protinus,
Inſulatus concinebat voce, chorda, & tympano,
Spiritum cælo influẽtem per medullas hauriens.

4. Victor Giſelinus.

Sed expoſuit Victor Giſelinus elegãter *ſacerdotis* nomine prophetam, poetam, vatẽ intelligi. Adde etiam, quicunque res diuinas peculiari aliqua ratione tractat. Qua etiam ratione idem Prudentius alio loco Eliã vocat ſacerdotẽ; immo & ſanctus Ephrem Serm. de ſacerdote ſacerdotem vult fuiſſe Iſaiam: & ſanè ſapientiam ipſam, quæ diuinam habet originem, quæ diuina tractat, quæ docet Deum colere, quæ diuina myſteria cõtemplatur, ſacerdotiſſam vocat ipſe Salomon. Sap. 8. 4. *Doctrix enim eſt diſciplina Dei*. Græcè *Myſtes*, ſacerdos, diuinorum myſteriorum perita, cultrix. Budæus *initiatricem* dicit, quaſi ducem & interpretem. Et eodem locutionis genere, Celſus vſus, Ius, (inquit) *eſt ars boni, & æqui, cuius merito nos*

An Elias & Iſaias Sacerdotes.

Sapiẽtia inſtar Sacerdotis.

Celſus.

A *quis ſacerdotes appellet*. Sic ſapientia, diuinorum reuelatio, cõtemplatio, tractatio, hominem quaſi ſacris initiat, & Myſtem Dei efficit, quòd autem Sacerdotis nomen ſæpiuſculè ſit honoris, non officij publici, & ſacri, oſtendimus aliquando fuſius noſtris Commentarijs in Iob.

c. 1. in Iob verſ. 5. vbi de ſacerdotio Iob & c. 12. verſ. 19. ſuper id, ducit ſacerdotes ingloriós, &c.

Iam profligata ea ſententia de ſacerdotali Salomonis cõſecratione, explicandum, quorſum regalis initiatio præſertim publica reperita bis fuerit. Ratio verò duplex. Prima vt lætior & celebrior Regis conſecratio exiſteret, nemine abſepte, nemine contradicente, atque adeo vt priori factionis Adoniæ rebellione, & diſceſſione; quaſi per obliuionem & contemptum deleta, noua regis inauguratio omnium plauſu & voluntate ſuſcepta, B illis etiam tribueretur accepta, qui primã probatam non habuerant. Ratio hæc non obſcurè indicatur. 1. Paralipo. 29. 23. *Vnxerunt ſecundò Salomonem, ſeditque ſuper ſolium Domini in Regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit, & paruit illi omnis Iſrael.* Quod Septuag. legerunt; *Et bene placuit.* At verò Complutenſes in Lexico, Tigurina, Sanctes, & Regia, Caietanus, Iſidorus Clarius legunt; *Proſpere egit, proſper fuit, proſperatus fuit*; & quidem ab eadem radice dicitur de Ezechia 2. Paralipom. 32. 30. Fecit proſpere quæ voluit. Quæ tantum reſpondent vnicæ dictioni originali. Sed Abulenſis teſtatur in Hebræo haberi; & profuit. Quòd nimirum pernutile fuerit, ac proſpe- C re ceſſerit, quòd ſecundò vnctus fuerit, vt ab vniuerſi regni ſiue proceribus ſiue popularibus alacrius ſuſciperetur. Nos diceremus; *y en verdad que le aprouechò*. Et rectè; nam originale verbum *Tſalabb* ſignificat proficere, ſed non tam ob perceptam vtilitatem, quàm ob progreſſus & incrementa fœliciſſima, in ſemel cœpto dignitatis vel cuiuſpiam rei itinere. Quod nos propriè, & eleganter ac fere vim Hebraici verbi exhaurientes, diceremus, *Paſo adelante; y fue aprouechando de bien en mejor*. Propterea enim ſignificat aliquando ſcindere, vel perforare ſine impedimento, aut difficultate, vel irrumpere. 2. Reg. 19. 17. Iſaiæ 54. 17. *Omne vas, quod fictum eſt contra te, non dirigetur.* Id eſt, omne inſtrumentum, vel genus armo- D rum, quod fabricatum fuerit ad te lędendum, vel vulnerandũ, te non tranſilliet neque transfiget. Quod vulgatus dixit: *non dirigetur*: *no duro te paſará*. Ergo cùm hoc verbum vim quandam procedendi, atque tranſeundi libere & ſine difficultate, videatur afferre, eleganter reddi etiam poteſt; Proſperatus fuit, proſpere ſucceſſit, fœliciter proceſſit; ſicut & ab eadem radice. 1. Paralipom. 22. 11. ait Dauid eidem Salomoni: *Sit Dominus tecum, & proſperare.* Et inferius 13. *Tunc proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata.* Et Ezechiel 16. 13. *Profeciſti in regnum. Paſaſte adelante haſta llegar a ſer reyna.* Sic hoc loco, progreſſus magnos fecit Salomon ex hac ſecunda vnctione; atque deinceps ad incredibilem gloriam & magnificen- E tiam proceſſit. Quia verò hunc progreſſum maximè oportuit coniungi cum populi obedientia, & ſpontanea animorum obſequentia; ideo ſanè Latinus interpres indicauit progreſſus hos feciſſe Salomonem in conciliandа ſuorum popularium beneuolentia: Vertit proinde: *& cunctis placuit.* Adde etiam hoc ipſo verbo placendi, ſeu procedendi, & tranſeundi vlterius, indicari arcana ſignificatione ſuſcepti regni progreſſionem quandam, & quaſi tranſitionem ad poſteritatem, id eſt, perpetuitatem quandam ſucceſſionis ex eadẽ familia. Ierem. 22. 30. *Scribe virum iſtum ſterilem* (Iechoniam intelligit, qui negat regnaturum ex libe-

Cõpluten. Pagninus. Caietan. Clarius.

צלח Abul.

Proſperari & proficere quid.

Proſperari de poſteritatis felicitate.

ris

ris ſucceſſionem.) *virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur.* (*Nonerá deſus oios quien lleue ſu caſa adelante.* Non tranſibit vlterius. Quæ intelligentia neceſſario efficitur ex eo quod ſubiungit propheta, vim verbi *proſperandi*, opportuné exprimens:) *Neque enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium* Dauid, *& poteſtatem habeat vltra in Iuda*. Quod paucioribus verbis iuxta Hebræū reddiderunt Septuag. *Non creſcet* (non proſperabitur, neque vlterius tranſibit) *de ſemine eius, qui ſedeat ſuper thronum Dauid.* Ergo cum de Salomone eadem ipſa voce dicitur *& proſperatus fuis*, intellige iam tunc ex hac ſecunda vnctione, & vniuerſi populi acclamatione, certiſſima auſpicia capi potuiſſe, ſempiterni cuiuſdam principatus, atque regiæ Salomonicæ poſteritatis nunquam defuturæ.

6. Fœdus Salomonis cum populo.

Ratio altera procuratæ à Dauide ſecundæ vnctionis; vt ne deeſſet (quod etiam valebat ad conciliandam & confirmandam populi beneuolentiam) fœdus illud, quod feriebatur inter nouum regem, atque populum. Nam præter fœdus populi atque regis cum Deo, quod continetur verbis illis ex cōcione Dauidis 1. Paralip. 28. 8. *Nunc coram vniuerſo cœtu Iſrael, audiente Deo noſtro, cuſtodite, & perquirite cuncta mandata Domini,* &c. Deinde ad Salomonem: *ſi quæſieris eum inuenies,* &c. Poſtea 1. Paralip. 29. 24. populus paciſcitur cum Salomone: *Vniuerſi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & ſubiecti fuerunt* Salomoni *regi.*

Dextra fidei ſymbolum.

Datæ autem manus, *dextra* nimirum (nam hæc *fidei teſtis*, vt Cicero dixit.) non eſt vna expoſitio; nam Abul. duplicem affert, nimirum præbuiſſe vel adiutorium, vel conſenſum ad Salomonis vnctionem, & regni poſſeſſionem.

Varia lectio.

Exemplum locutionis 1. Eſdræ 10. 19. *Dederūt manus ſuas, vt eijcerēt vxores alienigenas.* Ideſt, conſenſerunt, aut mutuo ſeſe iunxerunt, & hortati ſunt, vt alienigenas repudiarent. Exod. 23. 1. *Non iunges manum tuam cum impio.* Septuag. *non conſenties cum iniuſto.* Proprié ex Græco; *non diſpones pactum.* Vatabl. *obediuerunt Salomoni.* Sic enim videtur ipſe vulgatus intellexiſſe, cum in Hebræo tantum ſit; *Dederunt manum ſub Salomone rege.* Similis phraſis 2. Paralip. 30. 8. *Nolite indurare ceruices veſtras, tradite manus veſtras, Domino ſeruite.* Proximius accedit Nicolaus, quem videtur ſequi Dionyſius: *Fidem promiſerunt, aut iurauerunt.*

Iuramentum ſublata manu.

Quippe etiam data aut ſublata manu iurabant. Ezechiel. 17. 18. *ſpreuit iuramentum, vt ſolueret fœdus. Et ecce dedit* (cū tamen dediſſet inſtar iurantis manum ſuam. Iurauere) inquit Tacitus lib. 1.

Tacitus.

(amici dexteram morientis) Germanici contingētes. Ego hæc omnia lubens admitto. Aliquid etiá ex ſacri ſermonis proprietate addo huic loco germanum: Date manum amicitiæ, & ſocietatis eſſe, 1. Machab. 6. 58. Galat. 2. 9. & ineundi fœderis, Threnor. 5. 6. *Rex* (Darius apud Iuſtinum lib. 11.)

Iuſtinus.

porrecta manu expirauit: quam vnicum pignus fidei regiæ dextram ſe ferendam Alexandro, dare dixit. Itaque integram loci intelligentiam ſic compono: Amicitiæ, & beneuolentiæ ergo dextris iunctis, obedientiæ item, & ſubiectionis fide præſtita, atque iuramento confirmata, ſolemnem rectè & rite cum Salomone rege, illius fratres, atque regni principes, pactionem fecerunt.

7. Coniunctio animorum in rem diuinam.

Tertia ratio, vt occaſione nouæ regis inaugurationis ad rem diuinam procurandam, omnium animos coniungeret; quo firmior eſſet conſenſio. Nam quos Deus non coniungit, facilè res humanæ ſeparant. Propterea diſſentientes populi voluntates ad idem rei diuinæ ſtudium vocat propheta: *Congregamini, & conuenite, gens non amabilis*: Sophonias 21.

CAPVT XIII.

Tempus & externa, in quæ incidit Salomonis inauguratio.

Ad locum 3. Reg. 6. 1. Quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis Iſrael de terra Aegypti, in anno quarto regni Salomonis.

1. *Computatio regni Salomonis ad priora ſecula.*
2. *Eiuſdem regni comparatio ad poſteriora: Iſaias incidens in primam Olympiadem.*
3. *Alij reges ſynchroni Salomoni. Epheſus condita. Aeneas Syluius ſynchronos Dauidi.*
4. *Sapientiæ ſtudium florens in Oriente. Prophetæ ſpiritus cœlitus affuſus hominibus.*
5. *Trithemij libellus de ſeptem ſecundeis. Regnorū mutationes. Vrbes conditæ.*
6. *Homerus & Heſiodus. Magneſia, Cumæ, Carthago.*

HÆC breuiter colligenda & indicanda partim ex ſacris, partim ex profanis hiſtorijs. Et primum quidem ex 3. Regum 6. 1. docemur, quadringentenſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorū Iſrael de terra Ægypti in anno quarto regni Salomonis iacta fuiſſe fundamenta Templi. Ergo incipit regnare Salomon quadringenteſimo & ſeptuageſimoſexto anno vel octogeſimo ſeptimo egreſſionis de Ægypto. Vnde recurrendo ad mundi initium ſecundum computationem Septuag. interpretum, & Græcorum, & Euſebij, regnare incipit anno quatermilleſimo cēteſimo ſexageſimo quarto vel ſexageſimo octauo à mundo condito; ſecundum Genebrardum & alios, termilleſimo centeſimo quinquageſimo. A diluuio, milleſimo nongenteſimo vigeſimo ſecundo, aut circiter: Quamquam alij, vt Valerius Anſelmus, numerant à diluuio plus mille ducentos annos. 1.

Initium regni Salomonis quoto anno à mūdo creato.

Anſelmus.

2. Salomon quot annis ante Christum, & Romam.

Ante primam Olympiadem, quæ incidit in ætatem Iſaiæ, ex Euſebio. Ante Chriſtum Dominum, & vndecimum annum Tiberij, anno milleſimo ſexageſimo, ex Euſebio. A natiuitate Abrahæ nongenteſimo octogeſimoprimo, aut circiter. Annis ducentis octoginta duobus ante Romam conditam, ex Caſſiodoro & Marſæo Chriſtiano.

Caſſiodor.

3. *Euſebius. Clemens.*

Apud Aegyptum regnat Vaphres, ex Eupolemo & Euſebio libro nono, de Præparat. Euangel. cap. 4. & Clem. libro 1. Stromat. Cuius & Salomon gener fuit, ducta eius filia. Item & apud Tyrios, & Sydonios, Suron, ex eodem Eupolemo. Apud Aſſyrios Laoſthenes. XXXI. Aſſyriorum rex, ex Euſebio.

Regnabat adhuc Stratis apud Lacedæmonios. Apud Corinthios, Ion, ſecundus, ex proſapia Iauan, filij Iaphet, ex Rainero in appendice de veteri Græcia. Apud Athenienſes Archippus tunc regebat, ex Freculpho lib. 3. c. 4. Quo etiam tēpore Epheſus condita ab Andronico. Apud Latinos Alba Syluius filius Æneæ Syluij ex eodē Euſebio, & Beda lib. de ſex ætatibus, & Henrico Glarea-

Rainerus. Freculph. Euſebius. Beda. Glareanus

no in Chronologia: Poſt Troiam captam annis A
centum quadraginta ſeptem. Quanquam Caſſio-
dorus in Chronico Salomonē conſtituat ſyncho-
non Latino Syluio, filio Aeneæ Syluij, patri Albæ
Troia capta. Syluij. Nam Æneas Syluius regnauit triginta
Aeneas Syluius. vnum annos: Cuius tempore regnat Ieroſoly-
mis Dauid quadraginta annis: poſt quem Lati-
nus Syluius regnat quinquaginta annis, coexiſtē-
Salomon tēpore cōditæ Carthaginis. te, & corregnante Ieroſolymis Salomone annis
quadraginta. Quo etiam tempore Amazones
Aſiam vaſtaſſe, & Carcedonem Tyrium Catha-
ginem condidiſſe, quorundam opinio eſt.

4. Sapientiæ ſtudium in Oriente. *Ioſephus.* Sapientiæ tunc temporis ſtudium floruit in
Oriente, in Ægypto, inter Hebræos 3. Reg. 4. 31. B
Ioſeph. libr. 1. contra Appionem; Tum etiam in
Æthiopia & Saba, ſeu potius in Arabia Fœlici, &
in Tyro & Sidone 3. Reg. 10.

In hoc tempus fere quoque incidit Sapientia
abundè & largiter è cœlo affuſa hominibus poſt
Dauid, Prophetis alijs, Gad, Aſſaph, & alijs Pſal-
morum ſcriptoribus. Item Nathan & Ahiæ Silo-
nitæ, & alijs rerum Salomonicarum ſcriptoribus:
de quibus initio huius operis.

In hoc tempus conijcit Trithemius ſuo libello
5. *Trithem.* de ſeptem ſecundæis Samuelem Angelum Mar-
tis, duodecimo ordine mundum gubernantem;
ſub quo non ſolum fuerit regni Herbæorum mu- A *Angelus Samuel.*
tatio ſub Saule, eorumq; inſtitutio & confirmatio
ſub Dauide; ſed præterea noui exortus aliorū re-
gnorū, vt Lacedæmoniorum, Corinthiorum &c.
itemque nouarum vrbium primordia, vt Pariſio- *Nouarum vrbium initia.*
rum, Moguntiæ, Carthaginis, Neapolis, Venetia-
rum. Item & de Carthagine, ex Euſebio, ſecun-
dum nonnullos.

In hæc quoque tempora inciderunt Homerus, 6.
& Heſiodus, ex Euſebio ſup. Freculpho, Trithe- *Cyrillus.*
mio, Cedreno. Cyrillus libro 7. contra Iulianum *Salomon coætaneus Homeri.*
coætaneum Homeri vocat Salomonem. Quam-
quam de Homeri tempore varia & diſcrepans *Freculph.*
ſemper fuerit auctorem ſententia, vt eruditè ex- B
ponit Freculphus lib. 2. ſui Chronic. c. 20. Henri-
cus Glareanus paulo ante Salomonem ad extre-
mum regnum Dauidis conſtituit Magneſiam
conditam in Aſia, Cumas in Italia, Epheſum &
Carthaginem.

Huc vſque, viuente adhuc parente regni Salo-
monis auſpicia. At poſt Dauidis mortem, quæ nō
multo poſt ſubſequuta creditur, quippe ſtatim in
ſacra hiſtoria adiungitur, alia regis Salomonis
conditio, alia regni facies, quæ lib. ſequenti pro-
ponenda. Vide etiam quæ dicemus lib. 8. vbi de
vniuerſa ætate Salomonis.

Finis Libri Secundi.

LIBER TERTIVS
DE REBVS SALOMONIS REGIS.
Qui eſt,
DE SAPIENTIA ILLI DIVINITVS INFVSA.

Huius diſputationis præſtātia.

Dionyſ.

SAPIENTIÆ Salomonis tractationē, eſſe, ſi non omnem, aut maiorem, ſaltem meliorem partem ſacræ regum hiſtoriæ, Dionyſius non obſcurè ſcripſit c. 3. de cęleſti Hierarchia p. 3. dum ex hoc tantū argumento, volumen Regum ſignificanit, quod *ſapientiam Regum aut piorum ſacerdotum* (Samuelem credo intelligit) *ſenſum ac prudentiam celebrat*. quod potiſſimum propter Salomonē dictum, nemo iure ambigat, Multa autem ſanè ſunt ſapiētiæ Salomonis adiuncta, quæ cum illam mirabiliter commendant atque amplificant; tum verò iubent nos huiuſce ſapientiæ hiſtoriam, non ex vno tantum ſcripturæ loco, aut libro petere, ſed per multos excutere, ex quibus quæ diſperſa ſunt, in vnius ſapientiæ & hiſtorię ſeriem colligamus. Res quidem non ſolum noſtro opportuna inſtituto, atq; adeò neceſſaria, ſed pleriſque alijs hiſtorijs ſacris; pro quibus rectè cognoſcendis, illa in vniuerſum regula ſtatuenda eſt; Moris eſſe Scripturarum, ita rei alicuius hiſtoriā, vel narrationem nobis tradere, vt quod pręcipuum in illa eſt, in vno libro tradant, peculiares verò circumſtantias in alios ſacros libros diſſeminent; cuius rei tum alia, tum quæ ſequuntur, fidē faciūt; nam Iſraelitarum exodo, & transfretationi maris Rubri, peculiaria multa addidit liber Sapientiæ; ſicut etiam Sodomiticæ conflagrationi, Gen. 19. idem ipſe liber Sapientiæ, addidit: *fumigabundæ & deſertæ terræ incerto tempore fructus habentes arbores*. Sapient. 10. Aegypti plagis, Exodi 4. 5. 6. vſq; ad 12. addidit Pſal. 77. *æruginem*, & quędam alia cæleſtia ſupplicia, vt obſeruauit Aug. ſuper id; *dedit æruginі fructus eorum*, &c. Ioſepho detento in carcere Ægyptiaco, Gen. 39. iniecit quoque *compedes* Dauid, Pſal. 104. Contradictionibus tumultuātium aduerſus Moyſen Iſraelitarū, Numeror. 16. adiungit præterea Paul. 1. ad Timoth. 3. *reſiſtentiam Iamnes & Mambres*. ſicut etiam morti Moyſis, deſcriptæ Deuter. vlt. addit Iudas Apoſtolus *altercationē Michaelis Archangeli cum diabolo de Moſis corpore*. Deniq; cum eandem hiſtoriam legas apud plures Euāgeliſtas, ſed ſingulas tamē

Regula intelligendarum Scripturarum.

Hiſtoriæ ſacræ ex pluribus locis colligēdæ.

Auguſt.

A hiſtoriæ circumſtantias, apud ſingulos nō legas; tū illud Euāgelicæ hiſtorię vniuerſæ ſolus addit Paulus, *in cruce pendentis lacrymationem*, Hebr. 5. 7. & quòd *reſurgens Dominus apparuerit pluſquam quingentis fratribus, ſimul & Iacobo*. Sūt huiuſmodi alia ſexcenta. Non aliter ſanè hiſtoriā ſapiētiæ diuinitus Salomoni donatæ proponit nobis lib. tertius Reg. c. 3. Item Paralip. 2. c. 1. deſcribentes ſomniū Salomonis, & poſtulationem nocturnam, tandēque ſapientiam poſtulanti à Deo donatam: ſed ꝗ præterea multa hanc ſapientiam præceſſerunt, ꝗ multa ſubſequuta ſunt; quàm multa in illa continentur, quæ niſi per alios ſacros libros, (illos pręſertim qui vel ab ipſo Salomone editi ſunt, vt Pro B uerbia, Eccleſiaſtes, Cantica; vel ab alijs ſcriptoribus, ſed de ipſo Salomone ſcribentibus) diligēs lector attentè inueſtiget, integram perfectamq; rei propoſitæ cognitionem minimè cōparare poſſit,

Sapi. Salomonis ex quibus libris colligenda.

CAPVT I.

Salomon ne ſtatim à ſuſcepto regno, & defuncto parente, adeptus Sapientiam.

C

Ad locum Sap. 9. 7. 10. Tu elegiſti me regem populo tuo: Mitte illam de cælis ſanctis tuis, vt mecum ſit, &c.

1 *Trium quæſtiuncularum nexus. Primæ ſententiæ probationes quatuor. Quæ videatur egiſſe Salomon ante acceptam ſapientiam.*
2 *Secundæ ſententiæ veriſimilitudo, ante Dauidis mortem ſapientiam accepiße.*
3 *Salomonis ſapientia paulo poſt Dauidis mortem, ſed ante ductam vxorem.*

IN re incerta, & obſcura veroſimiliora ſectanda, & proponenda. Et quidem quæſtio fere eadem inſtitui poteſt non ſolum de tempore quo Salomon de obtinenda ſapientia, ſeriò ſecum, & cum Deo agebat; Num viuente adhuc parente, an poſt Dauidis mortem: ſed præterea

1. Tres quæſtiunculæ connexæ.

de tempore, qoo filiom Roboam ſuſcepit. An antequam regnū capeſſeret, viuente adhuc Dauide; an poſtquam confirmatus fuit in regno, defuncto parente. Namque nuptiarum cū Naama Ammanite, matre Roboam 3. Reg. 14. 21. nulla præterea fit mentio.

Abulenſis prior ſentētia negans.

Abulenſis 3. Reg. 3. q. 5. & 2. Paralip. 2. q. 31. & ex c. 1. Paralip. q. 2. aſſerit, ferè poſt quatuor aut quinque annos à ſuſcepto regno, & à morte parentis obtinuiſſe ſapientiam: itaque cùm creatus eſt rex, fuiſſe 15. vel 16. annorum; cùm autem obtinuit ſapientiā, habuiſſe annos viginti, aut amplius. Idem propemodum aſſeruit Nicol. 3. Reg. 31. quamquam de tempore illo medio inter Dauidis mortem & Salomonis ſapientiam nihil ſtatuat. Probat Abulenſ. non omnino leuiter, ex ipſa ſerie & ordine ſacræ hiſtoriæ: nam aliquanto tēpore vixit Dauid poſt primam & ſecundam conſecrationem: non enim ſtatim à concione illa habita, 1. Paralip. 29. diem obiit. Inde Salomon exequitur patris mandata; plectit extremo ſupplicio Adoniæ temeritatem; deponit ſuo gradu & munere Ablathar ſacerdotem; vlciſcitur innocentem ſanguinem fuſum à Ioab, præſcribit certam viuendi regulam Semei. Poſt hæc *habitauit Semei in Ieruſalem diebus multis*, 3. Reg. 2. 38. quæ appellatiō *dierum multorum* ſolet in Scriptura non paucis mēſibus immo neque paucis annis contineri; Deinde poſt *annos tres* excurrit Semei ad Achis regem Geth recuperaturus fugitiuos ſeruos; reuertitur, punitur 3. Reg. 2. 39. vides iam minimum poſt mortem Dauidis quatuor annos exactos. Deinde 3. Reg. 3. ducit filiam Pharaonis vxorem; Abit immolaturus Hecatomben in Gabaon. Quibus rebus ſi non integrum annum, ſaltem menſes aliquot dari oportet. Tunc in Gabaon recreatur diuino ſomnio, & accipit quam expetijt ſapientiam. Ergo quinque ſaltem anni inter Dauidis mortem, & ſapientiam, intercedunt. Accedit præterea quòd ipſo regnandi & gubernandi aliquanto experimento & difficultate preſſus, videtur cōfugiſſe ad poſtulandam ſapientiæ opem. Tandem quòd non prius ſcribatur ſapientiam adeptus, quàm confirmatum eſſet regnum in ipſius manu. 3. Reg. 3. 1. Porro illa *regni confirmatio* & conſtabilitio fieri ſubitò non potuit, quin longo temporis decurſu hoſtes de medio tollerentur, factioſi omnes vel ablegarentur, vel ad ſaniorem mentem reducerentur, publica munera auferrentur quibuſdam, conferrentur alijs, vt exponitur 3. Reg. 2. Adde quòd Ioſephus lib. 7. cap. 1. ante ſacrificium Hebron ſcribit inſtaurata à Salomone mœnia Ieruſalem, multoque maiora multoque munitiora quàm erant tempore Dauidis.

Nicolaus. — Quæ egerit Salomō ante adeptam ſapiētiam. — Dies multi de annis. — *Ioſeph.*

2. An ante Dauidis mortem Salomon adeptus ſapiētiam.

E contrario extremo ſuſpicari quis poſſet, iam inde ab eo tpe, quo viuente Dauide regni ac rerum gerendarum clauum tenuit Salomon ſapientiam poſtulaſſe, atque etiā accepiſſe: neque enim Scriptura ſuo ſemper ordine, & continuata ſerie temporis, regis alicuius geſta, aut hiſtoriæ partes deſcribit, multa anteuertit, poſt vertit multa. Quid ergo mirum, ſi ſupplicium illud Semei poſt tres, aut quatuor annos à Dauidis morte commemoretur ante ſapientiam Salomonis, quæ cum Dauidis morte coniuncta fuit? quid, ſi ſcribatur regnum conſtabilitum, ſublatos inimicos, regnū in tranquilliſſima pace adminiſtratum, antequam ſapientiæ poſtulatæ & adeptæ mentio fiat; cū tamen illa omnia non niſi beneficio & ope diuinitus adeptæ ſapientiæ gererentur? Quid tandem mirum, quòd viuente adhuc parente, illud in Hebron ſacrificium apparauerit, & obtulerit; licèt poſt patris mortem longiuſculè narretur? præſertim ſi illud verum eſt, quod Hieronym. ad Vitalē ſcribit, *Salomonem, poſtquam ſolium patris obtinuit, regnaſſe aliquot annis viuente adhuc Dauid, qui anni tribuantur non Salomoni, ſed Dauidi? quo mortuo regnauerit Salomon annis* 40. Illud certiſſimum, Dauidem adhuc ſuperſtitem rerum gerendarum ſapientiam agnouiſſe in filio, cui adhuc puero rerum difficillimarum curam, & executionem demandauerit 2. Reg. 9. *Vir ſapiens es, vt ſcias quæ facias*, &c. Rurſus eodem cap. verſ. 6. *Facies iuxta ſapientiam tuam.* quam quidem fuiſſe ætate maiorem ex Ioſepho, Hebræis, & Hieronymo aſſerit Dionyſ. eo loco. Cuius argumentum facilè ducitur ex ipſa re geſta puniti Semei cum ſumma regis tum prudentiæ tum iuſtitiæ laude.

Anticipatio hiſtoriæ. — *Hierony.* — Dauid agnoſcens filij ſapientiam. — *Dionyſ.*

3. Conſenſus interpretū. — *Abul.*

In re propoſita primum aſſero, nihil omnino certi in ſacra hiſtoria contineri de propoſita quæſtione. Quamuis ille communis ſenſus interpretū videatur, non prius ſapientia donatū fuiſſe, quam ſolus ſine patre regnaret. Vide Abulenſ. 3. Reg. 2. ſuper id, *vir ſapiens es.*

Salomonis ſapientia non multo à parentis morte.

Secundum veroſimillius videri, vel ſtatim, cum rex creatus eſt Salomon, viuente Dauide, vel defuncto ſtatim parente, ſolicitè de comparanda ſapientia cogitare cœpiſſe; non longè verò à parentis morte immolaſſe in Hebron, atque ſapientiam obtinuiſſe. Quis enim credat, poſt quatuor quinqueve annos, non prius, ſapientiam tam ardenter poſtulaſſe, & tā liberaliter à Deo obtinuiſſe? præſertim cum nullo vnquam tempore magis illi neceſſaria ſapientia extiterit; quam in ipſis regni auſpicijs ineundi, confirmandi, tranquillandi? ego neq; annum credam interceſſiſſe à Dauidis morte: quippe nihil Salomoni potius, quàm ſapientiæ ſtudium. Ergo id contigiſſe ipſis regni initijs facile colligitur ex ipſa oratione Salomonis, 3. Reg. 3. Sap. 10. Eccleſ. 51.

Ante ductam vxorē Sapientiā accepiſſe.

Tertium, non prius de ducenda vxore filia Pharaonis cogitaſſe, quam de comparanda Sapientia, cuius nuptias ambiebat: *Circumiens, & quærens, vt ſibi illam ſponſam aſſumeret*, vt ipſe teſtatur Sap. 8. 18. nam de Naama Ammanite mihi certū, viuente adhuc Dauide, ſi non ſuſcepiſſe, genuiſſe tamen Roboam, vt ſequenti capite oſtendemus. Atque harum aſſertionum non alia clarior, aut firmior demonſtratio quam quæ ex proximè dicendis deſumi poterit.

CAPVT II.

Quoto is ætatis ſuæ anno Sapientiam accepit.

Ad locum 1. *Paral.* 22. 5. *Salomon filius meus puer paruulus eſt, & delicatus.*

1 *Tres quæſtiunculæ connexæ. Sex diuerſæ de Salomonis ætate ſententiæ. Achaz quarto anno generat Ezechiam. Regni anni, quibus impie vixit Salomon, prætermiſſi.*

2 *Scriptura non definiens Salomonis ætatem.* Puer, tenerum, delicatum, minor, vir, *quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtratus ſæpe Samuel, & alij loci Regum, & Sapient.*

3 *Salomon initio regni & adeptæ ſapientiæ valde iuuenis, & non vltra duodevigeſimum annum. Summa ætatis, & geſtorum Dauidis.*

4 *Sapientia in puero mirum. Adoleſcentiæ perturbationes, & æſtus. Illuſtratus Salomon.*

5 *Salomonis ſapientia in ætate immatura. Illuſtratus*

tus Eccleſiaſticus, & ſapientia. Quid digitus Roboami ad Salomonis dorſum.

6 *Salomon poſt decimum quartum ante vigeſimum ſapiens. Ætatum diuiſio. Ætas iuſta. Illuſtratus Dauid & locus Regum.* Intelligere, *quid in ſacro ſermone.*

1. Tres quæſtiunculæ connexæ.

SI Sapientia Salomonis contigit nõ longe à ſuſcepto regno, ſanè ferè eadem dubitatio erit, Quoto ætatis anno regnum inierit. Quoto ſapientiam acceperit. Quoto genuerit Roboamum filium. Nam cum Scriptura non definiat annos vniuerſæ vitæ Salomonis, ſed tantum regni quadraginta. 3. Reg. 11. rurſus cùm Roboam fuerit *quadraginta vnius* B *anni*, cum regnare cœpit. 3. Reg. 14. efficitur, vt vno aut eo ampliùs anno antequam defuncto patre, ſolus regnaret Salomon, genuerit Roboamũ filium, atque duxerit Naama Ammanitem, ante filiam Pharaonis, quam non niſi iam confirmatus in regno, & defuncto Dauide, duxit. 3. Reg. 3. vt indicauit Hieronym. Epiſt. ad Vitalem, inferiùs adducendus. Sed iam varias & diſſidentes interpretum ſententias proferamus.

R. Kimhi. Salomon decennis.

Ergo primò R. Dauid Kimhi affirmat, Salomonem decennem regni initio ſuſcepiſſe filium Roboam. Quæ ſententia vehementer diſplicet Lyrano 3. Reg. 12.

Hierony.

Secũdò Hieron. Epiſt. ad Vitalem, quę eſt 132. C affirmat, Salomonem, vndecim annorũ, generaſſe filium, id tribuens non tam naturæ quàm miraculo; & duodennem ſuſcepiſſe regnum, viuente Dauid aliquot annis; qui non ſibi, ſed Dauidi tribuantur. Dauide autem mortuo regnaſſe annis quadraginta idem docet ſuper id Iſai. 3. *Dabo pueros principes eorum.* Et Epiſtol. ad Ruffinum, & ad Titum. 3. inter inutiles quæſtiones hanc quoque referens: *Quid mihi prodeſt ſcire, quot annos vixerit Mathuſalem? Quoto ætatis ſuæ anno Salomon ſortitus ſit coniugem? ne forſitan Roboam vndecimo ætatis illius anno natus fuiſſe credatur.* Et confirmat Hieronym. exemplo Achaz qui vndecimo quoque vel duodecimo anno filium Ezechiam procreaſſe dicitur. Nam Achaz 20. annorum regnare incipit, 4. D Reg. 16. regnet ſedecim. Ezechias cum 25. eſſet annorum, patri ſuccedit in regnum. Ea qua ſumma tantũ remanent vndecim regi Achaz ad procreandum filium. Adducit item Hieronymus alterum mulierculæ exemplum ebrioſæ ſimul ac libidinoſæ, quæ ex puero qui m nutrierat, decenni, concepit. Tandemque indicat Salomonẽ à parua ætate libidini deditum. Idem videtur ſequi Hugo 3. Reg. 3. & 11. vbi etiam Burgenſ. & ex parte magiſter hiſtoriæ Scholaſticæ, inferius adducendus. Secundum autem hanc Hieronymi computationem tribuendi ſunt vniuerſę vitæ Salomonis non amplius quàm 52. anni.

Salomon vndennis.

Achaz quoto anno genuit Ezechiam.

Hugo. Burgenſi. Petrus Comeſtor.

3. Salomon duodẽnis. R. Salomon D. Ignat. Euſeb.

3. Alij ad minus duodecim annos auſpicijs regni Salomonis tribuunt. Ita R. Salomon & alij E Hebræi, quos refert Lyra. 3. Reg. 11. & 1. Paralipom. 22. Diſertis verbis id docet D. Ignatius Epiſtola 6. quæ eſt ad Magneſianos, duodecimo Salomonis anno tribuens non ſolum regnandi primordia, ſed etiam iudicium illud inter meretrices ſuper infante mortuo. Sequitur Euſeb. lib. 9. de præparat. Euang. cap. 4. ex Eupolemo, Iſidorus Clarius 3. Reg. 3. tribuẽs illi 52. vniuerſæ vitæ annos. Cantapetrenſis lib. 5. Hypotypoſ. cap. 1. Idem indicat Interlin. ſuper id 3. Reg. 11. *Cũ eſſet ſenex. &c.* dicẽs, *non tam fuiſſe ætate ſenem quam moribus.* Aſſerit Cedrenus in Compendio; quamuis vniuerſæ vitæ tribuat annos ſeptuaginta tres. Zonaras tom. 1. Annalium, duodennem facit regem, & vniuerſæ vitæ dat annos 52.

Clarius. Cantapetrenſis. Cedrenus. Zonaras.

Lyranus. Abul.

Quarta ſententia Lyrani habuiſſe Salomonem cum ſuſcepit filium Roboam, viginti vel plures annos. Et in idem inclinat Abul. 3. Reg. 3. q. 5. nimirum quando auſpicatus eſt regnum, habuiſſe quindecim vel ſexdecim annos; quando verò accepit ſapientiam, viginti.

Ioſephus.

Tandem quinta ſententia eſt Ioſephi. 8. Antiquit. cap. 2. Salomonẽ in extrema ſenectute mortuum, exactis regni annis octoginta, vitę vero nonaginta quatuor. Quod cum ſequatur Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ. 3. Regum c. 27. ait in vniuerſum regnaſſe annis octoginta: Scripturam verò tacuiſſe quadraginta, quibus impiè vixit. Sed hæc ipſa horum annorum computatio antiquiorum eſt, quippe Theodoreti, 3. Reg. 9. 37. & Procopij, qui omnino cum Ioſepho tribuunt Salomoni nonaginta quatuor vitæ annos: atque Theodoretus quadraginta illos priores regni, quos in pietate & vera religione tranſegit, exiſtimat numeratos in lib. Regum. Ioſephum autem numeraſſe ſexaginta quatuor annos regni in vniuerſum: itaque ſecundum Theodoreti ſententiam regnauit ſexaginta quatuor annos; iniit regnum annos natus triginta. Nam tribuit vniuerſæ vitæ nonaginta quatuor annos. Et mirum, quod Theodoretus, Ioſepho tribuat hanc ſententiam ſexaginta quatuor annorum regnandi, cum Ioſephus, & ex illo Procopius, clarè tribuant octoginta integros. Ergo ſi ex nonaginta quatuor demas octoginta regni, remanent quatuordecim, quibus regnũ auſpicatus, ſapientiam accepit. Quamquã ſanè idem Theodoretus, 2. Reg. q. 22. clarè ſcribit, Salomonem ad patris ſenectutem non perueniſſe.

Petrus Comeſtor. Theodor. Procopius. An regni anni quib. impiè vixit Salomõ numerentur.

2. Dionyſius. Scriptura nõ definit Salomonis ætatem.

In re tam incerta nihil certi audet conſtituere Dionyſ. 3. Reg. 11. Immo præcipit à nemine quid quam ſtatui debere; nos tamen veroſimiliora proponemus.

Primò quidem ſtatuendi, nihil certi poſſe colligi ex Scriptura, an puer an verò iam adoleſcens patri ſucceſſerit. Nam quamuis 1. Paralipom. 22. 5. dixerit Dauid *Salomon filius meus puer paruulus* D *eſt & delicatus*: quibus duobus appoſitis reſpondet nomen Hebræum *Rac*, quod ſignificat *tenerum*, ſeu molle; & dicitur de *pueris*, Gen. 33. 13. quippe eſt propria pueris mollitudo, & teneritudo. tum etiam de *muliere* nimium tenera, Deuter. 28. 56. cuius mollitudo paraphraſticè eodem loco ponitur pluribus alijs verbis, *tenera* (Racah) *& delicata quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem. & teneritudinem nimiam.* Dicitur item eodem loco de *viro* nimium delicioſo n. 54. *Homo delicatus* (Rach, & exponitur ſequenti voce) *& luxurioſus* (delicioſus, delicatus) *valde.* Dicitur & de *vitulo tenerrimo*, & optimo, Gen. 18. 7. de *germine*, ut ramuſculo *tenero*, Ezechiel. 17. 22. Et de *oculis*, qui facilè quacumque iniuria, vel molliſſimi & leuiſſimi E aeris lædantur; cuiuſmodi dicitur fuiſſe Lia *lippis oculis*. Gen. 29. 17. Quod propriè ex Hebræo legas, *teneris oculis*. Septuag. *infirmis oculis* alij debilib. Alij minus rectè, lacrymantibus. Sed tamen omnia eodẽ tendunt vt ſignificent rẽ delicatam, & quæ facilè lædi poſſit præ imbecillitate; Quare iterum eadem voce dicitur Salomõ 1. Par. 29 *tenellus*. Et ipſe de ſe, 3. Reg. 3. 7. eadem voce; *Ego ſum puer paruulus.* Et Prouerb. 4. 3. *tenellus & vnigenitus coram matre mea.* Sed ſanè hæc omnia quamuis cum teneriori ætate coniuncta ſint, non tam ſignificant nimium teneram ætatem, quàm ni-

רך Tener & delicatus quid proprie. רכה

רך

Pagnin. Regia. Vatab.

miùm teneram & delicatam educationem, atque A mollisſimam temperamenti naturam. Quare nomen originale *Pueri*, *Nagbar*, cum quo hæc teneritudò coniungitur, frequenter dicitur de iuuenibus, aut de adoleſcentibus iam idoneis propter ætatem ad aliquid muneris externi efficiendum; quare vertitur, *adoleſcens*, Prou. 1. 4. *Iuuenis*, Iob 39. 8. & Ruth. 2. 21. & ſumitur pro *miniſtro* idoneæ iam ætatis 4. Reg. 5. 20. Nehem. 5. 16. & pro militibus adoleſcentioribus 2. Reg. 15. 3. Reg. 20. 14. 17. Ergo cum de Salomone dicitur ea teneritudo, certè referenda eſt ad delicias in quibus delicatiſſimè nutritus fuerat, longè ab omni negotiorum & curarum moleſtia alieniſſimus q. d. Negotiorum inexpertem, laboris & difficultatis gubernandi minime cõſuetum. Sicut ipſe de ſe Dauid triginta, & eo amplius natus annos, tamen ait 2. Reg. 3. 39. *Ego adhuc delicatus, & vnctus rex*, tener, inſuetus labori longioris gubernationis. *Nueno y tierno en negocios de gouierno, y nada hecho a derramar ſangre.* Et adhuc vox originalis extenditur ad timidiores qui rerum inexperti ſunt, quales eſſe ſolent adoleſcentiores. Quare dicitur de Roboam iam nato vnum & quadraginta annos, 2. Paralip. 13. 7. *rudis, & corde pauido.* propriè ex Hebræo per eaſdem voces: *puer & delicatus corde.* Septuag. *iunior & timidus corde*. Atque eam formidinem timentis ſibi à negotiorum mole, & difficultate, ſignificat ipſe Salomon, Sap. 9. 5. *Homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum* C *iudicii, & legum* (intellige nõ ſolùm *minorem* ætate, quod vox Latina indicat, & quod expreſſit Tigurina, legens; *iunior quàm vt iuſtitiam, legeſque poſſit intelligere.* Sed præterea, viribus, ſufficientia, experimento minorem propiereaque ſuccumbẽtem intelligentiæ, & executioni legis; quod indicat vox Græca, & obſeruauit Nannius) & 3. Reg. 3. 7. *Ignorans egreſſum & introitum meum*, quod pertinet ad negotiorum, & rerum politicarum tractationem; ſicut Pſal. 128. *No ſe entrar ni ſalir en negocios de eſtado*; vel vt pertineat ad regium munus, educentis greges ex caulis ad agrum & paſtum; & reducentis ad vrbem & domos, inſtar paſtoris reducentis ad caulas. q. d. belli pacíſque inexpertus, inſuetus militiæ, paritérq; vrbanæ toge. Propterea hortatur Dauid, vt illã inexperti & D parui animi dubitationẽ, & ſiue cautionẽ ſiue timiditatẽ depellat. 3. Reg. 2. 2. *Confortare & eſto vir* (*Animate y ſe hombre.* ſicut è contrario Roboam, ſemper ſtultus, ſemper pauido corde cũ *adoleſcentioribus aliis*, qui cum illo nutriti fuerant. 3. Reg. 12. quamquam omnes iam quadragenarij. Ergo cùm dictum eſt à Dauide 3. Reg. 2. 9. *Vir ſapiens es, vt ſcias, quæ facias*, &c, non tam ad ætatem reſpexit quàm ad virilem, aut ſenilem potiùs pueri prudentiam. Sicut enim Philoſophus dixit 1. Ethi. 3. *Nihil intereſſe, ſi iuuenis ſit ætate, an moribus*; ita ſanè nihil refert ſi vir ſit ætate, an prudentia.

Puer quis in ſacro ſermone.

יְגַר

Dauid quomodo delicatus.

Roboam quomodo puer.

Minor nõ ſolum de ætate.

ἐλάσσων. Nannius.

Introitus & egreſſus Regis inſtar paſtoris.

Salomon quomodo vir.

Ariſtot. Iuuenis ætate vel moribus.

Secundò certò conſtitui oportet Salomonem nondum fuiſſe confirmatæ ætatis, ſed valdè iuue- E nem, cum vel regnum iniit, vel ſapientiam obtinuit. Prior pars ex his quæ ſuperius diximus, ſatis euincitur; atque etiam confirmari poteſt ex loco, quem nuperrime tractabamus. 3. Reg. 2. 2. *Confortare & eſto vir.* quem Septuag. per futurum legunt: *Confortaberis, & eris in virum.* (*Iras creciendo, y haziendote hombre.*) Sed firma tamen rei probatio petenda ex ipſa parentis Dauidis ætate. Nã Dauid erat triginta annorum, *cum regnare cœpit in Hebron.* 2. Reg. 5. 4. In Hebron autem regnat *ſeptem annis & ſex menſibus*. Tunc aggreditur Iebuſæum, qui erat in Ieruſalem. 2. Reg. 5. 6. vbi in- A ſumit menſes aliquot, atque implet triginta & octo annos. Deinde cingit muris arcem Sion, & adductis ex Tyro lignis cedrinis & fabris, ædificat domum ſuam. Accipit nouas concubinas, & vxores Ieroſolymitanas; ſuſcipit filios; expugnat Philiſthæos in valle Raphaim ſemel & iterum. 2. Reg. 5, 17. & 22. His rebus tribue duos minimum annos alios, & in vniuerſum quadraginta. Reducit arcam cum numeroſiſſimo exercitu de domo Abinadab, in domum Obededom, in qua manſit tribus mẽſibus 2. Reg. 6. 11. Reuocat ad ſe dimiſſo exercitu 2. Reg. 6. 19. 20. Ecce annus vnus ſupra quadraginta. *Dat illi Deus requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis.* 2. Reg. 7. 1. *Humiliat Philiſthæos, & tulit frænum tributi de manu Philiſtim.* 2. B Reg. 8. 1. id eſt, expugnat ciuitates Hebræorum 1. Paralipom. 18. 1. *Percutit Moab & menſus eſt eos funiculo coæquans terra; menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & alium, ad viuificandum.* Id eſt, proſtrauit Moabitas ingenti ſtrage, interfecit plurimos, pepercit, qui voluit. Ecce minimum duos annos alios, id eſt, tres ſupra quadraginta. Redactis Moabitis ſub tributum percutit Adarezer regem Soba, quando *profectus eſt vt dominaretur ſuper* flumen Euphraten. 2. Reg. 8. 3. Percutit Syros conſtituto præſidio in Syria Damaſci redacta ſub tributo; expugnat duas ciuitates Adarezer 2. Reg. 8. 5. 6. 8. expugnat & ſubiicit Idumæam 2. Reg. 8. 14. Ecce expeditionem nouam, C nouum etiam annũ, id eſt, quadraginta quatuor, aut quod veriſimilius eſt, quadraginta quinq. Regnat in pace; conſtituit munera domus regiæ ſuis principibus: *Filii autem Dauid ſacerdotes erant* 2. Reg. 8. 18. quippe iã grandiuſculi, & idonei regiæ domus officiis, adſtabant regi, & erant à ſecretis illius. Adde annum & numera quadraginta ſex. *Factum eſt autẽ poſt hæc vt moreretur Rex filiorum Ammon, & regnauit Hanõ filius eius pro eo.* 2. Reg. 10. 1. locutionis normam indicat non paruum tẽpus elapſum. Agit de legatione mittenda; comparant ſe Ammonitæ ad bellum; cõducunt militem Hirum: mittit Dauid ducem Ioab, & omnẽ exercitum; funduntur à Ioab; qui reuertitur Hieruſalem parta victoria. Rurſus Syri inſtauratis viribus D & conducto milite transfluuium, armãt ſe contra Dauid. 2. Reg. 10. 15. 16. Cõtrahit Dauid omnem Iſraelem; tranſit Iordanem; fugat Syrum 2. Reg. 10. 18. 19. Saltem hic numerat menſes aliquot. *Factum eſt autem vertente anno, eo tempore, quo ſolent reges ad bella procedere. miſit Dauid Ioab cõtra Ammonitas, remanens ipſe in Ieruſalem.* 2. Reg. 11. 1. cõfice annum adiectis illis mẽſibus, & numera quadraginta nouem annos. Videt iam Bethſabee lauantem, ex qua ſuſcipit adulterinum puerum 2. Reg. 11. 5. naſcitur filius parum vitalis. 2. Reg. 11. 26. & cap. 12. 15. iam eſt quinquagenarius Dauid; luget puerum, conſolatur Bethſabee; concipitur, editur Salomon poſt decem conceptionis mẽſes. Naſcitur itaque habente Dauide ſupra quinqua- E geſimum & vnum annum. Moritur ſeptuagenarius, ſupra triginta, cùm incepit regnare, additis quadraginta regni. Ergo ex ſeptuaginta ſi demas quinquaginta, vnum, aut quinquaginta duos, tantum remanent Salomoni decem, & octo. Si autẽ adhuc viuẽte patre, regnat aliquot annis, vt volebat Hieronymus ad Vitalẽ, inauguratus eſt in regnũ, ſedecim, vel ſeptemdecim annorũ; & tunc ſã ſapiẽtiæ amore captus de illa cõparãda cogitat.

3 Salomon valde iuuenis regni initio & acceptæ ſapientiæ.

Dauidis ætatis & regni anni, & geſtorum ſumma.

Accipit cõcubinas.

Vacat à bello.

Expugnat Adarezer.

Diſtribuit munera domus regiæ.

Expugnat Ammonitas.

Videt Bethſabee.

Salomon non relict⁹ à Dauide maior decẽ & octo annis.

Hieronym.

Sed quod ad ſapientiam attinet, pari certitudine conſtat, Salomon illam valde iuueni cõtigiſſe. Nam ex hoc vel maximè mirabilis fuit, quòd tãta in tã puero reluceret. Quod etiã mirabatur Ieſus

4 Sapientia valde iuueni Salomoni contingens.

Sira-

Siracides Eccl.47.15. *Quemadmodũ* (inquit) *eruditus es in iuuentute tua:* Septuag. *quàm ſapiens fuiſti*, vt ſit nota admirantis, licèt enim illa particula, *Quemadmodum*, apud profanos ſcriptores nullam habeat admirationem; habet tamen apud ſacros, cuiuſmodi illud eſt, Pſal.35.8. *Quemadmodum* (Hierony. & Kald.) *quàm multiplicaſti miſericordiam tuam*: ſicut etiam Pſalm. 83.1. *Quàm dilecta tabernacula tua*: vtrobique enim eadem particula originalis: & Pſalm. 8.1. *Quàm admirabile eſt nomen tuum*: ſicut etiam aliæ interrogationes, per eandem particulam originalem admirationem habent; Pſalm. 4.3. *Vſquequo graui corde*: Geneſ.27.20. *Quomodo tam cito inuenire potuiſti*: Geneſ.12.18. *Quare non indicaſti mihi*: Et quid tam mirabile, quàm puer tàm ſapiens, præſertim in re ciuili, & politica adminiſtratione? Cum enim ea ætas immatura plerumque ſequatur, (vt Ariſtotel. dixit) animi perturbationes; quid tam fluctuans, & ſine rationis gubernaculo, tam expoſitum variæ & inconſtantis concupiſcentiæ ludibrio, quàm adoleſcentia? ſicut ſcriptura eſt: *Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro* (quippe ea omnia inter ſeſe ſimillima, & quæ omnia imaginem vltimæ, id eſt, quartæ repræſentent; nimirum) viam viri in adoleſcentia: viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari. Harum enim trium rerum viæ, & proceſſus tortuoſi ſunt, obliqui, & nunc huc nunc illuc torquentur per momenta; *nauis* præſertim *in medio mari* contrarijs impetita ventis, rapidis impulſa fluctibus, qui vel rectum curſum impediunt, vel nauim, id eſt, adoleſcentiam, demergunt in interitũ. Illud enim ſignificat apud quoſdam *in medio maris*. At ſi ſapientia contingat adoleſcenti, ea erit inſtar gubernaculi ad dirigendũ curſum, & ſuperandos fluctus: cum ipſa eadem dicatur fuiſſe Salomoni inſtar *littoris*, ad quod alliduntur, & infringũtur ſuperbiſſimi maris æſtus, id eſt, adoleſcentiæ perturbationes, & impetus cupiditatum rapidiſſimarum; [Dedit Deus ſapientiam Salomoni, & prudẽtiam multam nimis, & latitudinem cordis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris.] 3.Reg.4.29.

Quẽadmodum, quã, quomodo, ſeruientes admonitioni.

מה

Sapientia in adoleſcẽtia mirum.

Ariſt.1 Ethic.c.3.

Prou 30. 18 19.

Adoleſcentiæ perturbationes & fluctus.

Sapientia Salomoni pro littore

5.

Sed præterea ipſe de ſe teſtatur apud eundem Siracidem, in Salomonis perſona loquentem, capit.51.18. *Cum adhuc iunior eſſem* (iuuenis.) *prinſquam oberrarem*. (vides adoleſcentiam mille erroribus expoſitam.) Propriè etiam vt reſpondeat proprietati *oberrandi*, leges ex Græco, *prinſquam peregrinarer*. Quod cum dictum ſit ex perſona Salomonis, vt Hieronym. & alij interpretantur, intelligi non poteſt *de peregrinatione* per diuerſas mundi regiones, ſed de eo errore, vel peregrinatione qua ſæpe adoleſcentia errat, & extra ſe vagatur per multiplices huius vitæ voluptates, & deſideria erroris: Inſtar illius prodigi adoleſcentioris, qui Lucæ 15.13. peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè) quæſiui ſapientiã palam, (apertè, nihil moratus rei nouitatem. Quid enim tam nouum, tamque inauditũ, quàm puerum, non aliarum rerum, quàm ſapientiæ ſtudijs delectari?) *oratione mea* (de qua poſtea.) *ante templum poſtulabam pro illa*, (hæc vera & correctior lectio Vaticana; quamquam multorum codicum non omnino inſulſa lectio: *ante tempus poſtulabam pro illa*, non eſt enim ſapientia temporaneus fructus immaturæ ætatis) *& vſque in nouiſſimis inquiram eam*. (quo ſemel eſt imbutus & perfuſus recens animus, guſtum dulcedinis ſapientiæ, perpetuò retinebo.) *Et floruit tanquam*

Siracides ex Salomonis perſona.

Oberrare, πλανᾶται.

Vatablus. Hierony.

Peregrinatio adoleſcentiæ per varias cupiditates.

A *præcox vua* (nimirum quia præcox ingenium, præcox ſapientiæ ſtudium, præcocem ſapientiæ fructum & præmaturum ſenſum mihi pepererũt; cum alij vel pueri vel adoleſcentes nimium immaturi, nimiumque acerbi, in ſapientiæ ſtudio tunc temporis inueniri ſoleant. Propriè ex Græco: *Ex flore tanquam matureſcentis vuæ lætatum eſt cor meum in ea*. q.d. eo tempore, cùm nullus eſſe ſolet ſapientiæ in pueritia guſtus fructuſve, tantum flos aliquis, & bonæ indolis atque ingenij ſpecimen; in me tamen ille flos ſimul cum matureſcentis fructus dulcedine & ſuauitate coniunctus fuit. *Yo madure temprano en tiempo que los de mas de my edad eſtauan en agraz.*) Adde id Sapien. 8.2. ex eadem Salomonis perſona: *Hanc amaui & B exquiſiui à iuuentute mea*. Et Num.10. *Habebo propter hanc, honorem apud ſeniores iuuenis*, &c. Et huc pertinet quòd Roboam natus annos vnũ & quadraginta cùm regnare cœpit, dixit ad populum poſtulantem remiſſionem grauiſſimorum tributorum. 3.Reg.12.10. *digitus meus minimus groſſior eſt dorſo patris mei*. Quamuis enim ſignificet ſibi non eſſe minorem vim, aut dignitatem ad exigenda tributa, quàm Salomoni parenti fuerit: ſed tamen illud explicat cum manifeſta quadam alluſione aut ſimilitudine ſuæ iam ætatis virilis & confirmatæ, cum Salomonis ætate puerili; ita vt videretur totus Salomon exiguioribus & delicatioribus lumbis (in quibus reſidet virtus) fuiſſe, C cum regnare cœpit, quàm fuerit minimum membrorum, velut digitus minimus, Roboami, cum confirmata iam ætate regnum iniit.

Præcox ſapientia.

Digitus Roboami cũ Salomonis dorſo comparatus.

Hinc iam rei totius propoſitæ, hęc ſumma colligenda, vt Salomon cum ſapientiam in regni ipſius primordio accepit, fuerit minor viceſimo annò, maior decimo quarto. Nam licet illa ætatum partitio, quam conſtituit Seruius Tullius Rex, & ex Tuberone in hiſtoriarum. 10. affert Gellius lib.10. cap. 28. vt *pueri eſſent minores annis ſeptemdecim; atque inde, quos idoneos reipublicæ, & militiæ arbitraretur, vſque ad annum quadrageſimum ſextum, iuniores: ſupraque eum annum, ſeniores appellaret*. Et licèt iuſta ætas cenſeatur in iure à decimo ſeptimo anno; tamen in ſacra politia, neque miD litiæ neque publicæ rei cenſebatur idoneus, qui vigeſimum non attigiſſet? Conſtat enim ſemper fuiſſe militum delectum *à viginti annis, & ſuprà*, Numeror. 1. Quare Salomon infra vigeſimum potuit meritò dicere ſe ignorare *egreſſum, & introitum* ſuum; nimirum rationem prodeundi ad bellum gerẽdum, & re confecta domum redeundi; educendi, reducendique populum. Rurſus ætate 3. minorem ſe eſſe ad intellectum legum & iudiciorum. 3.Reg.3.9. id eſt, ad tractandas leges. Quod enim ad praxim pertinet interdum ſignificat ſermo ſacer nomine *intellectus*, vt Pſal. 40.1. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem*. Quod nos diceremus; *El que entiende en remediar al pobre*, ſicut Kaldæus vertit: *Qui cogitat de rebus* E *pauperis, quò miſereatur eius*. Ita hic, *intellectus legum & iudiciorum*, erit rerum ciuilium tractatio, *El entender en coſas de gouierno*. Sicut & Philoſophus 1. Ethicorum cap. 3. docuit iuuenem non eſſe idoneum auditorem; profeſſoremve ciuilis doctrinæ; vt qui ſit rudis actuum vitæ. Atque hæc de ætate, & tempore, quo ſapientiam obtinuit Salomon, nam de vniuerſæ illius vitæ tempore, ad finem libri octaui, iterum dicendum.

6.

Salomõ accepit ſapiẽtiã ante viceſimum, poſt decimumquartum.

Aetatũ partitio.

Gellius.

Iuſta ætas quæ.

L. Quod ſeru. D. de cond. cauſa dat.

Intelligere, de praxi & exercitatione.

Ariſt.

Adoleſcẽs minime idoneus auditor doctrinæ ciuilis.

CAP. III.

Quæ nam egit Salomon pro Sapientia obtinenda.

Ad locum Sap. 8. 18. Circuibam quærens, vt mihi illam aſſumerem.

1 *Sententia affirmans Salomonem non promeruiſſe ſapientiam.*
2 *Verior ſententia Salomonem merito deſiderij & diuturnę ſolicitudinis ſapientiam accepiſſe. Somnia habentia ex præcedentibus actionibus bonitatem.*
3 *Salomon ſui exemplo hortans ad promerendam ſapientiam. Illius ſtudia ad ſapientiam. Circuire, quid propriè.*
4 *Sapientia præueniens hominis animum. Obtinetur precibus & lacrymis. Rachelis pulchritudo ex oculis. Illuſtratus Moyſes.*
5 *Colluctatio Salomonis aduerſus cupiditates. Quinque Regum præcipua ornamenta; ſed ſapientia potiſſimum. Orientales dediti ſtudio ſapientiæ.*
6 *Salomonis cum Sapientia nuptiæ. Sapientiæ dotes vxoriæ. Illuſtrata bona pars capit. 8. Sapientiæ.*
7 *Sapientiæ conſuetudo pudica, ſine tædio. Loquacitas ſtulta fœminarum. Loqui quid propriè. Illuſtrata Sapient. & Salom.*
8 *Sapientiæ nomen immortale, diuitiæ, regnũ. Princeps, mitis ad ſuos, terrificus, ad extraneos.*
9 *Externa bona additamentum ſapientiæ. Illuſtratus Matthæus.*

1. DVo tantum recenſentur 3. Reg. 3. & 2. Paralipom. 1. quæ Salomonis ſapientiam proximè proceſſerint: Alterum, ſacrificium illud, ſiue hecatombe mille victimarũ in Gabaon; Alterum, ſomnium illud, ſiue nocturnum viſum, in quo viſus eſt Salomon Deo proponere parentis merita: Deinde poſtulare ſapientiam; tandem annuente numine poſtulatis, conſequi. Sed de hoc paulo inferius. Nunc tantum an prætereà aliquid egerit Salomon, aliquidve curæ & laboris adhibuerit, vt ſe ſapientiæ idoneum redderet; aut ſeriò vnquam ea de re ſecum tractauerit. Nã Abulenſis 3. Reg. 3. quæſt. 12. tum etiam in fine q. 3. indicare videtur, Salomonem, neque vigilantem, neque vllo ſuo merito promeruiſſe apud Deum ſapientiæ donum; quippe nullius meriti mentio fit in ſacra hiſtoria; tantum deuotionem illius ſacrificij præceſſiſſe. Addit etiam Nicolaus, quod indicant Caiet. & Dionyſ. intendiſſe Deum non tam in materia Salomonis, quàm in merita Dauidis parentis. Quòd ſi quid Salomon dormiens promeruit, certè non fuit ſine liberi arbitrij facultate diuinitus illi inter dormiendum cõceſſa, de quo poſtea.

Qui aſſerant Salomonis ſapientiam abſque ſuo merito collatam.

Abulenſis.

Nicolaus. Caiet. Dionyſius.

2. Ego tamen exiſtimo tum ſomnium, tum ſacrificium contigiſſe poſt diuturnum, pariterque ardens ſapientiæ votum, & poſt diurnas, diurnaſque preces atque curas ſapientiæ procurandæ, & obtinendæ, quibus non ſolum animam diſpoſuit ad ſomnium illud, quo ratio ſapientiam efflagitandi & obtinendi repræſentabatur; ſed prętereà promeruit, vt Deus, ſapientiam, quam magnopere ardebat, liberaliſſimè illi largiretur. Rem hanc preſsè & rigidè docuit Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 113. art. 3. ad 2. agens de motu liberi arbitrij, qui ad iuſtificationem requiratur, in hęc verba: *Dicendum quòd etiam Salomon dormiendo non meruit ſapientiam, nec accepit: ſed in ſomno declaratum eſt ei, quòd propter præcedens deſiderium ei à Deo ſapientia infunderetur. Vnde ex eius perſona dicitur, Sapient. 7. Optaui, & datus eſt mihi ſenſus.* Et quamuis quidem eodem loco ſecundam dubitationis ſolutionem ſubijcere videatur; quòd videlicet potuerit per vſum liberi arbitrij meruiſſe in ſomnio ſapientiam; ſed proculdubio prima ſolutio propria Diui Thom. eſt, & quam ſæpe vſurpat tanquam eum re ipſa atque Diui Auguſtini mente maximè conuenientem. Quare illam repetit 2. 2. quæſt. 154. art. 5. ad 1. & 4. ſenten. diſt. 9. quęſt. 1. ad 1. & de verit. q. 18. art. 3. quo proximo loco aliquid etiam addit paulo ſubtilius, nimirum quòd licèt motus liberi arbitrij, qui in vigilante præceſſit, non poſſit facere, vt actus dormientis meritorius ſit; tamen poteſt aliquam bonitatem vel malitiæ rationem refundere in ſomnium, & in hominis dormientis actiones, in quãtum virtus actus vigilantis relinquitur in operibus dormientium, ſicut virtus cauſæ relinquitur in effectu: *Et inde eſt quòd virtuoſi naciſcuntur in dormiendo meliora theoremata præ alijs non virtuoſis, vt dicitur in 1. Ethic. Et inde eſt etiam quòd nocturna pollutio interdum culpabilis imputatur. Et ſic etiam Salomon in vigilando potuit ſe diſponere ad ſapientiam accipiendam in dormiendo.* Rem hanc accepit D. Thom. ex Auguſt. lib. 12. de Geneſi ad litt. cap. 15. vbi de diurnis vigilantium cogitationibus & conſenſionibus diſputans, atque illas cõparans cum conſenſionibus ſomniantium: tum etiam & de *animæ affectione bona atque deſiderio mundo*, quibus interdum ſimilia non reſpondent ſomnia; tandem rem claudit hiſce verbis: *Propter illam ergo affectionem animæ bonam etiam in ſomnijs quadam eius merita clarent. Nam etiam dormiens Salomon ſapientiam prapoſuit omnibus rebus, eamque neglectis cæteris eſt precatus à Domino. Et ſicut Scriptura teſtatur placuit hoc coram Domino, nec diſtulit retributionem bonam pro deſiderio bono.* Id quod eleganter quoque indicauit Chryſoſtomus, hom. 66. ad popul. Antiochen. quæ eſt, *de cæleſti regno acquirendo: Cogita* (inquit) *Salomonem, qui dum in curis quidem & perturbatione fuit, de principatu gentis illius conſultans, illa viſione dignus eſt habitus:* &c. Hugo Aetherian. de Regreſſu anim. cap. 2. explicans illud Sap. 8. *Inuocaui & venit in me Spiritus ſapientiæ. &c. Apparet* (inquit) *quòd Salomonis ſpiritus ſapientiam ab artifice ſuperno accepit, precibus impetrauit, bonitatem per gratiam inuenit,* &c. Et quamuis quidem ſomnium illud diuinum fuerit, tamen opportunè reſpondit diurnis Salomonis cogitatibus & curis. Veriſſimum enim illud: Multas curas ſequuntur ſomnia, ſiue, vt Septuag. legerunt; Aduenit ſomnium in multitudine ſollicitudinis. Nam vt quidam dixit,

Quæcunque mentis cogitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer & arcanus refert,
Veloxque ſenſus.

Et Hippocrates libello de inſomnijs, ea optima cenſet quæ diurnis actionibus non aduerſantur; ſed quæ mens hominis in noctem offert per ſomnium, & reddit quomodo facta ſunt, aut de quibus conſilium initum eſt: Hæc, inquit, homini bona ſunt, ſanitatem enim ſignificant, propterea quòd anima in diurnis conſilijs perſeuerat.

Diuturnæ Salomonis curæ & ſtudium ſapiẽtiæ, quibus illam promeruit.

D. Thom.

August.

Dormiẽtis actus quatenus meritorij.

Chryſoſt.

Eccl. 5. 2.

Seneca in Octauia.

Hippocr.

Quare Eccleſiaſticus ex Salomonis perſona ad petendam & comparandam ſapientiam hortatus ſui exemplo, Eccleſ. 51. 38. *Operamini,* (inquit) *opus ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram*

Salomõ ſui exẽplo ad promerendam ſapientiam hortans.

in

in tempore ſuo, q. d. dum non habetis ſapientiam, A etiam *ante tempus* ſenectutis;(tunc enim ſuo tempore videtur maturè prouenire) enitimini, vt illã bonis operibus, & aſſiduis vigilijs atq; laboribus promereanimi. Quippe illa tandem vobis aderit, non quidem, oſcita otiæ, & ſomnolentiæ, ſed ſolicitudinis, & vigiliarum præmium; mercesque opportuna, vt in me cernitis. Omnem autẽ laborem & operã impendiſſe; apertè illud indicat Sapient.

Circuire quid.

8.18. *Circuibam quærens, vt mihi illam aſſumerẽ*. Ingens enim labor, & ardor circumeũdi, & circumcirca curſitandi, proprius eſt ambientis proci, & ſponſam ardentis, q.d. de *dia y de noche le paſeaua la calle, y le rondaua la puerta*. vt è contrario dicitur Ierem. 31.22. *Vſquequo delicijs diſſolueris, filia vaga? quia nouum creauit Dominus ſuper terram; Fœmina circumdabit virum*. q.d. adhuc ambiuit te Deus, vt te ad ſe alliceret: nec tamen, te nolentem, potuit: iam rem efficiet miram, vt, non ſicut hactenus fecit, agat ille procum, non circumeat, vt te ſibi aſſumat; ſed tu è conuerſo illum ambias, & circũeas, quærens ſponſum. Sed ea Salomonis verba opportuna in rem noſtram paraphraſi elucidauit Cantacuzenus, *Dum diu* (inquit) *multumque elaboraret, dum ſe in omnibus honeſtis actionibus exerceret, dum omnes qui ſapientia virtuteque præditi eſſent, alios obſeruaret, atque ſuſciperet, alios etiam in magiſtrorum ac pædagogorum haberet loco, ac prorſus in hoc ſtudium totus incumberet*. Vides quantum præuij laboris & curæ adhibuerit in rem tantam. Vide quę iterum de Salomonis ſomnio dicemus, & an in eo vſum habuerit liberi arbitrij c.8. ſect.5.

Cantacuzenus. Quid egerit Salomõ vt ſe ſapientiæ diſponeret.

4 Ergo is videtur diſcurſus vigiliarũ, & curarum Salomonis in ſapientiæ cõſecutione ex ſuo ipſius Salomonis teſtimonio. Primum ſapientiæ cupiditatem & amorem ardentiſſimum inijcit illi Deus, Sapient. 7.12. *Antecedebat me iſta ſapientia*. q.d. ipſa mihi fuit author & dux ſui ipſius amãdæ, & procurandæ. Prꝗuenit itaque illa & præoccupauit Salomonis animum. Huius, tum etiam illius, cuius figura eſt, id eſt, diuinæ ſapientiæ atque gratię nos prꝗuenientis non obſcura figura extitit *Rachel decora facie, & venuſto aſpectu*, id eſt, perſpicuis, & radiantibus oculis, vt hac corporis pulchritudine præcelleret Liæ, quæ *lippis erat oculis*, & aſpectu atque cognitione obſcurior. Rachel igitur, *Ecce veniebat* ad eum locum in quo adhuc ſedebat Iacob, verus veriſſimæ ſapientiæ amator, ſed non præuentor neque peruentor; immo potius prꝗuentus, & præoccupatus ab ipſa Rachele.

Sapientia prꝗueniens hominis animum. Gen. 29.17 Rachelis pulchritudo ex oculis.

Primam autem hanc cogitationem ſapientia ipſa inſtillauit Salomoni, Neminem iure ac merito obtinere ſapientiam, qui ſub labore, atque aſſiduis precibus illam a Deo patre luminũ non promereatur, Sapient. 8.21. Vt ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens (non poſſem fieri compos) *niſi Deus det ei. Et hoc ipſum erat ſapientia* (quæ me docuerat) *Scire cuius eſſet hoc donum* (cui ea gratia donandæ ſapientiæ deberetur) *adij dominũ, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordijs meis*, &c. Tam ardenti autem ſapientiæ amore ſenſit ſe inflammari, vt non dubitauerit, cum fletu, & lacrymis, illius inopiam, &, vt ita dicam, abſentiã, quam in ſe ipſo experiebatur, & vix pre deſiderio tolerare poterat, apud Deum proſequi, Eccleſ. 51.26. *Manus meas extendi in altum, & inſipientiam eius* (animæ meæ) *luxi* (defleui, & deplanxi plurimos ignorantiæ meæ lapſus.) Poſtulauit ergo ſummis a Deo precibus ſapientiam.

Precibus obtineri ſapientiam. Nannius. Salomonis lacrymæ.

5 Sed ecce ingens tentationum procella, & vehementes aliarum cupiditatum, atque voluptatum animi perturbationes in Salomonẽ exurgentium.

Salomonis pro ſapien-

A loco ſuperius citato; *Venter meus conturbatus eſt quærendo illam* (æſtuabat nimirum meum cor tum ſapientiæ deſiderio, tum fluctuantium aliarum cogitationum impulſu, quarum pugna adeo exarſit vt eodem ipſo loco *colluctationem* appellauerit:) *Conſiliatus* (inquit) *ſum, vt facerem illam*; (id eſt, inter varias cogitationes de optimo vitę genere ſectando & eligendo inij conſilium; tãdemque me totum tradidi ad ſapientię ſtudium comparandę, quod ſibi feliciter caſurum arbitrabatur:) Zelatus (inquit) ſum bonum, & non confundar: colluctata eſt anima mea in illa (aduerſus prauæ concupiſcentiæ rebellationem & pugnam internam) & in faciendo (acquirendo) illam confirmatus ſum (perſtiti firmus in eo, quod ſemel decreuiſſem, vt B illam compararem.)

tia aduersꝰ cupiditates colluctatio

Sed, vt varietatem multiplicium rerum, quæ illius oculis ad obſcurandam ſapientiæ pulchritudinem, & præſtantiam lenocinabantur, explicemus: conſiderandus eſt pulcherrimus adoleſcens, tum in primo ætatis flore, tum in ipſius regni auſpicijs, ducendæ vxori, atque alijs regijs ornamentis comparandis maturus. Quod ipſe indicat, Sap. 8.19. *Puer ingenioſus eram, & ſortitus ſum animam bonam, & cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*. Vbi ſe commendat a præſtanti animi indole, & corporis ſpecie, vt lib. 2. exponebamus, latius dicturi lib. 6.

Primus ętatis Salomonis flos.

Ergo multa illi occurrebant, quibus poſſet re- C giam dignitatem amplificare. Primò, ſi vxor ſibi regię ſtirpis, ampliſſimæ dotis, pulchritudinis excellentis, contingeret. Secundò, ſi curandæ cuticulæ, ac vitæ diuturnæ producendæ totum ſe dederet. Tertiò, ſi non contentus elaborato a parente imperio, nouis in dies prouincijs ac regnis conquitẽdis hæreditario principatui ampliſſimas acceſſiones faceret. Quartò, ſi victorijs, atque triumphis de hoſtibus reportatis, illuſtrem nominis gloriam atque multorum clariſſimorumque famam facinorum conſequeretur. Quintò tandem, ſi diuitiarum magnitudine cunctos vicinarum prouinciarum reges (quippe Orientales & Syri vt locupletiſſimi, ita & auaritiæ labe nonnihil infecti) ſuperaret. Quibus potiſſimum capitibus maxima, D atque præſtantiſſima regum ornamenta continentur, quæ indicantur 3. Reg. 3.11. & Sapient. 7.8.9. & cap. 8.13.14.15. 2. Paralipom. 1.11. inferius a nobis exponenda.

Quæ Salomonis animo lenocinabantur. Quinque Regia ornamenta.

Orientales & Syri auaritiæ inſimulati.

Ergo conſiliatus eſt, id eſt, inijt conſiliũ de optimo, atque præclariſſimo regni ac regis ornamento comparando. Atque, cum tunc temporis vigeret inter Orientales reges ſapientiæ ſtudium, vt ſcribit Ioſephus contra Appionem, & clarè colligitur ex litteris Hiram regis ad Salomonem; tum etiam ex aduentu reginæ Saba, & ex celebri aliorum, Tyriorum & Ægyptiorum ſapiẽtia, quorum fit mentio 3. Reg. 4.30.31. de quibus etiam dicendum nobis iterum; vni ſapientiæ, tanquã rei optimæ, atque præſtantiſſimæ, ac principe viro digniſ- E ſimæ, totum adiecit animum, cæteris præ illa neglectis, vt indicatur. 3. Reg. 3.11. *Non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti ſapientiam* &c. Et iterum Sapiẽt. 7.10. *ſuper ſalutem* (Ecce dies vitæ multos) *& ſpeciem*. (Ecce non ſolum corporis pulchritudinem, ſed præterea alia diuitiarum ornamenta, & ſplendorem, quæ ſunt pabulum concupiſcentiæ oculorum) *dilexi illam, & propoſui illam regnis, & ſedibus*. (Ecce animas inimicorum; nam illa non comparantur niſi triumphatis, atque de medio ſublatis inimicis.)

Salomõ de potiſſimo Regis ornamento ſollicitus. Orientaliũ ſapientiæ ſtudium.

His autem, qui de vxore ducẽda, cum illo agebant;

6 Salomõ nõ prius ſponſæ ducẽdę, quã ſapientiæ comparandæ intentus.

A bãt, vel ſuæ ipſius ea de re cogitationi, hac ſapientiſſima reſponſione occurrebat; Nihil ſibi prius, quàm vt ſponſam duceret Sapientiã; cuius nuptię honeſtiſſimæ omnibus eſſent rerum optimarum atque pretioſiſſimarum dotibus cumulatiſſimæ: nimirum ſponſæ, pulchritudine, nobilitate, educatione, ſapientia, ampliſſima dote, ſuauitate, & conuictu omnis tædij experte, omnis importunæ garrulitatis alieno: Denique quod hac vnica ratione omnia neceſſaria, humanæ vitæ præſidia allici poſſent.

Sapientiæ dotes & laudum capita.

Atque huc pertinent quæ in ſapientiæ laudem proferuntur a Salomone, ab omnibus atque optimis vxorijs dotibus illam commendante, Sapien. 8.2. *Hanc amaui, & exqueſiui a iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere.* laudata pulchri-
B tudine, quę eſt pręcipua inter vxorias dotes; *Amator factus ſum formæ illius:* a nobilitate, *generoſitatem illius glorificat.* (Relatiuũ *illius* non eſt in Græco, ſed ſenſus idem, ſi referatur ad ſapientiæ ſtudioſum, cuius genus nobilitat, & illuſtrat cognatio, & coniugium cum Sapientia, cuius eſt diuina ſtirps, & ſuperna è cælo proſapia:) *contubernium habens Dei.* (propriè ex Græco; *illi conuictus cum Deo.* q. d. *Crioſe en palacio, y eſta becha a tratar con Dios.* quare opportunè ſequitur) *& omnium Dominus dilexit illam*) propterea qui illam ſponſam duxerit, diſcet Deum colere, alloqui, atque res diuinas pro dignitate tractare) *Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei* (propriè ex Græco, Initiatrix, ſacer-
C dotiſſa, myſtes. Sicut enim Sacerdos, quæ diuina ſunt, pro dignitate tractat; ita & ſapientię, ſapiẽſque ſapientiæ beneficio initiatus, dignè Deum colit, & ſanctè tractat ſancta,) & electrix (propriè ex Græco, ſectatrix, alij inuentrix, ſed dicerem conformiter ad vulgatam Latinam; *ponderatrix*) *operum illius* (*que ſabedar a cada coſa ſu punto*) & creaturas Dei pro dignitate tractat, eligit optima, contemnit viliora, æquiſſima rationis trutina cuiuſque merita, atque dignitatem examinat.

Sapientię dos ampliſſima.

Deinde laudat a dote ſumma, atque ampliſſima, *Si diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem ſenſus* (prudentia, ſapiẽtia ve) *operatur: quis horum, quæ ſunt,* (qui
D ſunt) *magis quàm illa, eſt artifex?* Ornat enim mirũ in modum fœminam, quòd manibus elaboret pulcherrima atque pretioſiſſima, tum virorum, tum fœminarum ornamenta. Nos diceremus: *Tiene lindas manos, y ua die mezorts que ella.* cum præclara alluſione ad Prou. 31.13. *cum mulier fortis operatur conſilio manuum ſuarum, & 19. manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum,* & 22.24 *ſtragulatam veſtem fecit ſibi, & ſindonem,* &c. Poſtea ab animi dotibus, veriſque virtutibus; *ſi iuſtitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes: ſobrietatem enim & prudentiam docet,* &c.

Sponſa prudens.

E Deinde a multiplici rerum cognitione, quam ſapientia cum ſuo ſponſo cõmunicat familiari conuictu, & arcana collocutione, eodem cap. 8. 8.9. 16. Atque has omnes ſapientiæ dotes & ornamenta ſæpe ſecum cogitaſſe, & expendiſſe dicit Salomon.

Tum illud maximè verſabat animo, & conſideratione, quòd ſapientiæ beneficio videtur homo ſupra rerum mortalium faſtigiũ euectus. Sapient. 8.17. *Hæc cogitans apud me & commemorans in corde meo, quoniam immortalitas eſt in cognatione* (affinitate) *ſapientiæ.* Nam non videtur homo homini re alia præſtare, quàm ſapientia, quę eſt ſpiritale animæ ornamentum, & homini proprium ac peculiare, minimè ſibi cum cæteris animantibus

Sapientia homo homini præſtat.

A commune, immo neque cum omnibus hominib[us] ſed cum paucis, vt ipſe Salomon dicebat Sap. 7. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus.* Atque vt ſe quapiam re præſtantiorem redderet, non in aliud, quàm in ſapientiæ ſtudium incumbendum ſibi propoſuit: *Propter hoc* (inquit) *optaui & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & venit in me Spiritus ſapientiæ.*

7 Satietas infeſtans immatura cõiugia.

Adiecit præterea illud quod in humanis coniugijs vſu venire ſolet, tædium & ſatietas, præſertim ſi ante debitam ætatis maturitatem adoleſcentes matrimonio iungantur. Quæ quidem a Sapientiæ coniugio longè abeſt, cum illius cõuictus nullum generet, ſed potius omne depellat animi faſtidiũ, & ſatietatem. Sapient. 8.9. *Erit alloquutio cogitatio-*
B *nis, & tędij mei.* Id eſt, conſolabitur me (quod allocutione ſit, & *verbo,* Iſaiæ 50.4.) & nu. 16. *Intrans in domum meam* (non enim me pellet domo, *ſicut litigioſa mulier, & tecta iugiter perſtillantia.* Prouer. 27.15. & 19.13.) *conquieſcam cum illa; non enim habet amaritudinem* (hæc propriè attribuitur fœminæ, quæ amarior morte eſt) & conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium; Sicut autem ab his ſapiẽtiæ nuptijs abſunt tædium & ſatietas, quæ corporearũ propria ſunt; ita in amicitia illius delectatio (voluptas) *bona* (iucundiſſima, ingẽs) Sap. 8.18. a qua abeſt omnis immunditia: quippe *in certamine loquelæ illius ſapientia.* Certamen autem hoc eſt gymnaſticum, &

Sapientiæ nuptię ſine tædio, ſine amaritudine. Eccl. 7. 27.

C Græcè dicitur *ſyngymnaſia,* id eſt, ſimul exercitatio corporum, vbi nudatis corporibus ad exercitationem congrediebantur. Quo nomine tacitè fit alluſio ad conſuetudinem & congreſſum fieri coniugalis. Porro cum res venerea vſum rationis abſorbeat, pereleganter de conſuetudine ſponſæ Sapientiæ dicitur, in congreſſu & cognatione illius nullum eſſe denudatorum corporum vſum, nullam rationis obnubilationẽ, voluptate abſorbente iudicium, ſed potius caſtæ mentis atque ſynceræ rationis pudicum, ſapientem, ſalutarem vſum, & immaculatum congreſſum. Igitur *in certamine* (congreſſu) *loquelæ* (conſuetudinis; nam & loqui aliquando ſignificat id, quod clarius ſignificare non debet, Danielis. 13.54.) *illius, ſapientia* (per-

Certamen quid. Συγγυμνασία.

Conſuetudo ſapiẽtię immaculata.

Loqui, de congreſſu.

D ſpicacitas rationis.) Nisi fortè ad verborum iurgium, quod intercedere ſolet inter coniuges, referendum ſit; quippe mulier *ſtulta, & clamoſa,* Prouerb. 9.13. quæ opponitur ſapientiæ, *reddit malum viro ſuo* (*le buelue à la cara mill malas palabras*: at ſapientia, quæ eſt illa *mulier fortis reddit bonum, & non malum viro ſuo.* Prouerb. 31.12. *Igitur in certamine loquelæ illius, ſapientia,* (*Quando ſe aſieren a palabras no oyra el ſabio necedades de ſu muger, ſino diſcretiones de ſu Sabiduria*) tandem quoniam honeſtiſſimæ virginis illa ad amatorem & procum propria vox eſt, *Noquere ad Regem, & non negabit me tibi.* 2. Reg. 13.13. Ipſamet ſapientia adhortatur Sa-
E lomonẽ, vt loqueretur ad ſupremum regẽ Deum, non negaturum eam ſibi, Sapient. 8.21. *Hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum: Adij Dominum & deprecatus ſum illum.* Sic omnẽ in aliam de vxore ducenda cogitationem depellebat.

Loqui, de vxoria. Loquacitas propria fœminæ.

Virginis pudicæ ad procum reſponſio.

8 Sapientiæ fama immortalis.

Sextò, Eadem etiam reſponſione, & ſapientiæ præſtantia propoſita, ſatisfaciebat aliarum rerum cupiditatibus, & cogitationibus; nimirum vitę diuturnioris deſiderio: *Quoniam immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ.* Sapient. 8.17. *Rurſus memoria æterna his, qui futuri ſunt,* nu. 13. Eſt igitur mortis & mortalitatis antidotum, Sapient. 7.1.7. Quare quamuis corporis vires ſapientia, ſtudio atque vigilijs extenuentur, & ad mortem celeri gradu ſapiens contendat; ex altera tamen parte nominis

Cōſūtatio vitę breuis ex diuturnitate nominis.

A nis immortalitate, quæ ſapienti debetur, vitæ breuioris iactura abundè cōpenſatur: propterea enim addidit; *ſuper ſalutem, & ſpeciem, dilexit illam*, Sap. 7. 10.

Tum præterea amplioris imperij, & aliorum regnorum acquirendorum cupiditati; Sapient. 7. 8. *Præpoſui illam regnis & ſedibus*, & nu. 10. *Propoſui pro luce habere illam* (lucerna & lux ſymbolum regni) *quoniam inextinguibile* (perpetuum) *eſt lumen* (regnum; regius ſplendor) illius. Beneficio item ſapientiæ non vnius tantum regni, ſed plurimorum Imperator Salomon: nimirum *Rex Regum*, vt ſuperius dicebamus, Sapient. 8. 14. 15. *Diſponam populos, & nationes mihi erunt ſubditæ. Timebunt me audientes reges horrendi*.

Lux, lucerna.
Sapientiæ regnum.
Salomon propter ſapientiam Rex regū.

B Adde etiam, quod pertinet, ad *animas inimicorum*: nam ſapientia reddidit fortem Salomonem. Sapient. 8. 15. *In multitudine* (in vrbe, & pace) *videbor bonus* (iucundus, mitis, ſuauis) *In bello* (aduerſus inimicos) *fortis* (inſtar parentis Dauidis manſuetiſſimi ad ſuos, fortiſſimi ad extraneos: Inſtar canis familiæ & domus cuſtodis, blandientis familiaribus, rictu terrifico minantis, alienis, vt in ſua Republica gubernaturem volebat Plato.

Sapientiæ robur.
Princeps ſuis mitis, hoſtib. terrificus.

Tandem ampliſſimarum opum cupiditati ipſa eadem ſatisfaciebat Sapientiæ 8. 5. 18. *In operibus manuum illius honeſtas ſine defectione*, id eſt, inexhauſta opulentia, quæ Sapient. 7. 11. dicitur *innumerabilis honeſtas per manus illius*. prop. ex Græco; *Innumerabiles diuitiæ in manibus illius*, quod proculdubio reſpicit illud, quod Prouerb. 3. 16. *Longitudo dierum in dextera illius*. (Ecce dies multos, C *& in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria* (Ecce diuitias, regna, triumphos.)

Sapientiæ opulentia.

9 Quia verò diuitiæ ſunt maximum regni ornamentum, *diuitias & gloriam* addidit Deus 3. Reg. 3. 3. 13. Matth. 6. 29. 2. Paralipo. 1. 10. vbi tria hæc coniunguntur. *Diuitiæ* (quæ in argento, & auro) *ſubſtantia* (quæ ad poſſeſſiones, & aliarū rerum, præterquam auri & argenti, copiam refertur) *& gloria*, (quæ ad magnitudinem, & amplitudinem familiæ, & honoris.) Itaque clauſit rem hanc, Sapient. 7. 11. *venerunt mihi omnia bona pariter cum illa* 3. Reg. 3. 13. *Sed & hæc quæ non poſtulaſti*. 2. Paralip. 1. 12. quo fit illuſtris alluſio Matth. 6. 33. poſt D factam mentionem *omnis gloriæ Salomonis*: *Quærite primum regnum Dei* (ſapientiæ diuinæ conſortium) *& hæc omnia* (quæ non poſtulauit Salomō, ſed tamen illius poſtulationi adiecta ſunt.) *adijcientur vobis* (a patre veſtro, qui ſcit, *quia his omnibus indigetis*.) Atque huc ſpectat, id quod ſubiungitur Sap. 7. 12. *Lætatus ſum in omnibus* (alijs voluptatibus, & vitæ commoditatibus, quib. ſponte renuntiaui, vt totum me vni ſapientiæ conſecrarem: nam adfuerunt cætera quærenti primum regnum Dei, & ſapientiam eius. Itaque etiam ex cęteris omnibus voluptatem percepi.) *quoniam antecedebat me iſta ſapientia* (in Græco non eſt illud, *me*, ſed propriè legas, *omnium*, aut, *eorum dux eſt ſapientia*. hæc præit; conſequūtur cætera bona. Vulgatę E noſtræ ſenſus idem; *Antecedebat me iſta ſapientia*, hæc me ducebat ad poſſeſſionem aliorum bonorum) *Et* (antequam me cernerem ſapientiæ beneficio bonis omnibus locupletatum) *ignorabā, quoniam omnium horum mater eſt*.

Diuitię appendix ſapientiæ.
Chriſti Domini alluſio ad Salomonis ſapientiā, & additamentum.
Matt. 6. 32

A Vides iam Salomonis votū, conſilia, lacrymas, aliarum cupiditatum comprimendarum curam, & virtutem animi incredibilem; tandem firmiſſimum decretum non prius a propoſito diſcedēdi, quam ſapientiam obtineret, vel, ſi vita deficeret, Eccleſ. 51. 19. *vſque in nouiſſimis* (vſque ad extrema; *haſta ſalir con ella al cabo.*) *inquiram eam*. Quantum verò in his omnibus honeſtiſſimi laboris, atque ſanctarum lacrymarum, & aſſiduæ, nec non incredibilis ſollicitudinis meritū apud Deū? Tantum autem, tamque aſſiduum laborem proculdubio cum quadam alluſione, ad amorem Iacob, quo *videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine* erga Rachelem, extenuat ipſe Salomō, Eccleſ. 51. 21. *Modicè inclinaui aurem meam, & excepi* B *illam*, & iterum nu. 35. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*:

Salomonis conſilia, & lacrymę p. ſapientia.
Geneſ. 29. 20.
Salomonis cum Sapiētia nuptiæ inſtar Iacobi cum Rachele.

CAPVT IV.

Iacobi Patriarchæ in Rachelis; & Salomonis in Sapientiæ ſtudio, Parallela,

Ad locum Prouerb. 31. 10. Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus, &c.

C SEd quoniam ſemel & iterum Salomonis cum Sapientia nuptiæ, memoriam nobis Iacobi cū Rachele nuptiarum attulerunt, non prius hinc diſcedo, quàm Iacobum & Salomonem in ſapientię ſtudio parallelos; Sapientiam ipſam atque Rachelem ſponſam vtramque parallelas inuicem oſtendam.

Et verò quamuis allegoriarū parciſſimus ſum; ſed ſunt tamen quædam adeo illuſtres, vt planè cæcutiat, qui illorum ſplendorem, vel non videat vel refugiat. Inter quas illa eſt clariſſima, atque D notiſſima, quę in Rachele & Lia vitam contēplatiuam & actiuam, id eſt, in altera, ſapientiæ ſtudium; in altera, operationis ſolicitudinem & laborem conſiderat, ut antiquiores patres, Gen. 29. exponunt. Neque verò nunc eſt animus huc transferre, quæ in commentarijs noſtris Iob. 36. ad verſicul. 26. Ecce Deus magnus vincens ſcientiā noſtram; fusè perſecuti ſumus in allegoria Iacobi luctatoris, in diuinorum ſcientia victi atque vincentis, ſed quæ ibi expoſita ſunt breuiter hoc loco indicatis, ad ea quæ cum præſenti inſtituto proximè faciunt, gradum facere, id eſt, vt Iacobum cū Salomone; Rachelem cum Sapientia contendamus. Nam alterius in altero minimè obſcuram, ſed cla E riſſimam imaginem repræſentatam cernemus, atque res rebus ex ſimili, & æquo mirabili conſenſione reſpondentes. Quod lectori oſtendent ſubiectæ columellæ, quarum altera, Iacob: Salomonis altera, ſapientis vtriuſque, atque mirum in modum ſapientiæ amatoris.

Allegoriæ illuſtres.
Rachel, & Lia figura contemplationis & actionis.

IACOB ET RACHEL

Sapientis & Sapientiæ ſymbola,

I.

IACOB natus ad ſapientię ſtodium, quippe *lenis*, Geneſ. 27. 12. læuis, glaber, læui cute, mollibus carnibus, boni ingenij, docilis, mitis, Ariſtot. in Phyſiognom. Ad diſcrimen Eſau, qui *in morem pellis, hiſpidus*. Septuagint. *piloſus*, Kald. *ſicut pallium piloſum*: Hiſpanienſes Hebr. *como vna eſclauina velloſo*. Ferinus, ex naturæ regula,

II.

Iacob nomine ipſo luctator non quidem corporis viribus, & armis, vt Eſau, ſed animi: *fortis contra Deum*. Inctabatur cum Angelo. Geneſ. 32. 22. 24. 25. Oſeæ 12. 3. 4. Porro quot & quantæ ſapientis pugnæ, & certamina cum belluis, & cum belluinis ſiue hominibus, ſiue cupiditatibus, & cum difficultate cognoſcendarum rerum? His deuictis videt Deum; & lucta ſtrenua ad ſublimiorem rerum diuinarum ſapientiam ſe diſponit.

III.

Aduerſus hæc monſtra ſapiens Iacob ſimplicitate inſtruitur, *vir ſimplex habitabat in tabernaculis* Geneſ. 25. 27. Græc. *ἄπλαστος* minimè vafer, tam a venandi ſtudio quo tenebatur Eſau, quàm ab armorum ſtrepitu alienus: vtrumque enim affine, & ferinum. Ex venatione ad homicidia gradum

Plutarch. feciſſe homines, Plutarch. dialog. an Terreſt. ſint calidiora. Sic milites *ſeparati à diuinis viris habi-*

Plato. *tabant*, vt ait Plato, in Critia. Ergo non alia ſapientia Eſau, quàm *terrena, animalis, diabolica*: at ſapientia Iacob, *pudica, pacifica, modeſta.*

IV.

Iacob, *habitabat in tabernaculis*, domi, coram matre, ſedentariam vitam agens, ſed non otioſam vt ſedendo, procul ab omni externo actu ſapientiam conſequi poſſet, *in tempore vacuitatis*, Eccleſ. 18. 25. Audijt igitur a matre; *Fili mi, acquieſce conſilijs meis; tantum audi vocem meam*. Geneſ. 27. 8. 13. 43.

V.

Iacob vir integer, miniſter domus doctrinæ; ſic enim legit & intelligit, *tabernaculo*, Onkelus. Hebræi ad ſcholas Theologiæ referunt, quas frequentabat Iacob, doctoribus, Sem & Heber, aut ſecundum alios, Melchiſedech; rerum diuinarum, & pietatis ſtudio vacans. Quippe *viderat ſenſatum, & euigilabat ad eum, & gradus oſtiorum illius exterebat pes eius*. Eccleſ. 6. 36. De diſciplina Eſau nulla mentio in ſacris; Porro quomodo potuiſſet ille litteras ſcire, cum non didiciſſet? Hebræi verò Hiſpanienſes ſic legebant: *E fue Eſau home ſabidor de venado, home de campo: e Iacob fue ſiempre, que moraua en las eſcuelas.*

VI.

A

SALOMON, ET SAPIENTIA,

quam amauit, paralleli.

I.

SALOMON *ingenioſus, ſortitus animam bonam*, optimæ indolis, Sap. 8. 19. naturæ dexteritate ad omnia bona, ex Græc. *tenellus*, Prouerb. 4. 3. *delicatus*, propriè ex Heb. mollis. 1. Paralip. 22. 5. Quod ad molliſſimam temperamenti naturam ſuperius retulimus, cap. 2. num. 2. & ad

B educationem delicatam & plenam curæ ac ſolicitudinis. Sap. 7. 4.

II.

Salomon nomine, & re externa, & corporea pacificus, ſed animo fortis, vt cuius *anima colluctata fuit, & confirmata* in comparanda ſapientia, Eccleſ. 51. 25. Porro vt ſtrennè depugnarit cum rerum aliarum expetibilium cupiditatibus, & vt corporeas voluptates vicerit vnius ſapientiæ ſtudio, & amore, nuper exponebamus. Rerum item cognoſcendarum difficultatem, cum qua conflixerit, exponit ipſe, Eccleſ. 51.

C

III.

Salomon *vir quietiſſimus, requieſcens ab omnibus inimicis ſuis per circuitum, & ob hanc cauſam pacificus vocatus; pacem & otium dedit illi Deus in Iſrael cunctis diebus eius*, 1. Paralipomen. 22. 9. Iuuenis, natura ſua minimè inſolens, aut ambitioſus, & regni, quod ſibi deſtinatum diuinitus iam nouerat, minimè ſollicitator, totum ſe Dei, & ſuorum parentum prouidentiæ permittens. Chryſoſt. homil. 50. in Geneſ. Adonias inſtar Eſau, in- Chryſoſt.

quietus, ambitioſus. Ioſephus 7. Antiquitatum Ioſephus.

cap. 11.

D

IV.

Rurſus Salomon habitabat in Tabernaculis, domi, coram matre, Prouerb. 4. 3. cui placidiſſimi, & quietiſſimi ingenij puero mater inſtillabat amorem, & præcepta ſapientiæ, *atque dicebat; Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam; ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei: dilige eam.* Verſ. 5.

V.

Salomon in diuinis, & in pietate inſtitutus a Doctore Theologo, Nathan propheta, Aſſiduum ſe domus doctrinæ frequentatorem præbuit, cum

E ante templum, & ante tempus aſſiduè ſapiẽtiam poſtolabat, Eccleſiaſtic. 51. 19. & cum ſui exemplo hortatur ad frequentandum ſapientiæ gymnaſium Eccleſ. 51. 31. *Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ; Quid adhuc retardatis?* Porro de Adoniæ Doctore aut doctrina nulla mentio; ſed tantum de ſtudio curruum, & equorum 3. Reg. 1.

VI.

A

VI.

Iſaac amabat Eſau natu priorem, eo quòd de venationibus illius veſceretur, & Rebecca diligebat Iacob. Geneſ. 25. 28. Hinc illa animi Eſau ſecuritas, & oſcitantia, nunquam amittendi primogenij, principatus, aut paternæ benedictinnis; qua perſuaſione inſoleſcebat & diffluebat Eſau, *comedens, & bibens: & abiens; parui pendens, quòd primogenita vendidiſſet.* Geneſ. 25. 24.

VII.

B Iam tempus deſignandi hæredem, & familiæ principem, ſucceſſorem parentis: *Senuit Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat.* Geneſ. 28. 1.

VIII.

Audit Rebecca iam agi de benedictione paterna, filio maiori primogenij iure impertienda, Geneſ. 27. 6. procurat illam filio dilecto Iacob, natu minori, memor illius oraculi, *Maior ſeruiet minori*, quod accepit ab Angelo, vel a Propheta aliquo, vel a Sem rerum tunc diuinarum Doctore, vt exiſtimant Auguſtin. Euſeb. Gennad. *Cum perrexit Rebecca vt conſuleret Dominum*, Geneſ. 25. 23. nimirum per medium aliquem Sacerdotem, aut Prophetam.

Auguſt.
Euſeb.
Gennadius

C

IX.

Non fruſtra ergo Iacob *egrediens* ex aluo materna, *plantam fratris*, primò naſcentis, *tenebat manu*, Geneſ. 25. 25. prærepturus primogenium; & retardaturus fratrem currentem, ad hæreditatis paternæ principatum. Itaque *non eſt volentis* (Iſaac qui diligebat Eſau) *neque volentis* (Rebeccæ diligentis Iacob) *non currentis* (Eſau ad venationem, neque feſtinantis Iacob ad gregem, ſicut dictum eſt Iacob a parente. *Quomodo tam citò inueniri potuiſti?* neque ſegnior Eſau, cuius incertior, & longinquior ex venatione præda, qui ingreſſus eſt vix egreſſo Iacob, Geneſ. 27. 30. ſed miſerentis Dei, id eſt, diligentis Iacob, nimirum ad temporalem Patris benedictionem & familiæ principatum, vt ait Hieron. ad Hedib. & interpretes Malach. 1. Rom. 9.

D

X.

Iam Iacob a parente mittitur peregre ad domum Bathuel, patris matris ſuæ, vt accipiat inde vxorem, Geneſ. 28. 2. & cap. 27. 43. Mittitur autem ad domum Sapientiæ, quæ eſt filia Dei; nam *Bathuel*, hoc ipſum ſonat, quod eleganti allegoria tractat Philo. libro de Profugis. Idque ne acciperet coniugem Chananæam. Quare Rebecca, *tædet* (inquit) *me vitæ meæ propter filias* Heth (vxores feri & ignari rerum diuinarum Eſau: tantum *gnari venandi*) *ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.* Et Iſaac: *Noli accipere vxorem de genere Chanaan, ſed vade, & proficiſcere in Meſopotamiam*, Geneſ. 28. primum, ſecundum, vnde accepit Rachelem viſu, oculis, perſpicacitate pulcherrimam procul, & de vltimis finibus regionis illius.

E

XI.

VI.

Diligebat Adoniã natu maiorem Dauid. Hinc *Adonias eleuabatur dicens; Ego regnabo. Fecitque ſibi currus & equites & quinquaginta viros, qui currerent ante eum.* 3. Reg. 1. 5. 6. At Bethſabee diligebat Salomonem; *inſtar vnigeniti coram matre ſua.* Prouerb. 4. 3. ad quem illa materna blandiméta Prouerb. 31. 2. *Quid, dilecte mi? quid, dilecte vteri mei? quid, dilecte votorum meorum?*

VII.

Et rex Dauid ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies, 3. Reg. 1. 1. *Et appropinquauerunt dies; vt moreretur,* 3. Reg. 2. 1.

VIII.

Audit Bethſabee a Nathã Propheta Adoniam agere de occupando regno: monetur, vt adeat Dauidem Regem, & apud illum ſeriò agat de procurando regno Salomoni filio, & fidem olim iuramento confirmatam exigat, atque in memoriam reuocet oraculum diuinum de filio Salomone futuro regni ſucceſſore, cum conſolatus eſt Dauid Bethſabee 2. Reg. 12. 24. 3. Reg. 1. 13. re igitur ipſa perficiat, vt Adonias maior ſeruiat minori Salomoni.

IX.

Salomon natu minimus præproperam, & præmaturam Adoniæ feſtinationem retardauit opportuna patientia. Et equos, currus, & curſores fraternos præuertit. Itaque non eſt *currentis*, ſed Dei volentis, & miſerentis, atque Salomonem diligentis ad regnum, & hæreditatem paternam: propterea vocatus eſt *Amabilis domini*. Theodoret. Procopius. Nihil ergo Adoniæ profuit, potius obfuit; *quòd eleuaretur, dicens, Ego regnabo: feceritque ſibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui currerent ante eum; nec corripuit eum pater ſuus aliquando dicens; Quare hoc feciſti?* 3. Reg. 1. 5. 6. Nihil præterea profuit patris negligentia in corripiendo, neque diligentia in diſſimulando.

Theodoret.
Procopius.

X.

Salomon non habet opus, vt peregrinetur; quippe non in Chananæa, ſed in terra ſancta exiſtens, & in ipſo *populo ſapiente, & intelligente.* Deuter. 4. 6. Quare Ieſus Sirac ex Salomonis perſona, 51. 18. *Cum adhuc iunior eſſem priuſquam oberrarem* (propriè ex Græco, priuſquam neceſſe haberem peregrinari) quæſiui ſapientiam. Sed nihilominus monetur quaſi propheticè a matre Bethſabee, ne accipiat coniugem de terra Chanaan, Prouerb. 31. 2. *Ne dederis mulieribus* (Chananæis, profanis doctrinis, voluptatibus, & falſæ religioni) *ſubſtantiam tuam, & vias tuas ad delendos reges*, ſed ſapientiæ vaca, quæ reges amplificat. Suadet igitur vt *mulierem fortem* accipiat *de vltimis finibus, & procul*, ipſa eſt Sapientia. Prouerb. 31. 10.

XI.

A

XI.

Iacob in itinere, quo ad domum Sapientiæ contendit, recreatur diuino ſomnio, viſa ſcala ſtante ſuper terram, cuius cacumen tangebat cœ-
Bacharius lum, Geneſ. 28. 12. Per quam cum Bacharius coę-
Hildelber. taneus Auguſtini, epiſtola de recipiendis lapſis, & S. Hildelbertus Epiſtola 37. intelligant vitam contemplariuam; multo melius licebit intelligere Deum largitorem ſapientiæ; ſcalam verò ſuis gradibus diſtinctam, ſapientiam ipſam, cuius multi gradus, multæque partes. Hæc ipſa eſt *regnum Dei*, Sapient. 10. 10. Sapientia *oſtendet* Iacob *regnum Dei*, nimirum ſcala indice, per cuius gradus aſcendebatur & deſcendebatur de regno. B
Ioſephus. Pollicetur item, vt Ioſephus ait, lib. 1. cap. 19. *ſucceſſurum ex ſententia coniugium*, ad quod properabat; erigit tandem *lapidem in altari*, ſuper illud litaturus.

XII.

Sed iam videtur Rachelis pulchritudo, & ſapientiæ ſplendor affulgere. *Erat illa decora facie, & venuſtó aſpectu, ſed Lia lippis oculis*, Geneſ. 27. 17. Porro ipſa infirmitas, aut deformitas oculorũ Liæ, commendat pulchritudinem, atque lumen eximium oculorum Rachelis. Nam præterquam quòd magna pulchritudiois pars reluceat in ocu- C lis; certè nihil videbatur in Lia deſpiciendum præter defectum luminum; nihil in Rachele præſtantiſſimum, quo Liæ præſtaret, præter lumen illud oculorum maximum, atque clariſſimum; quo ſapientiæ & intelligentiæ ſymbolo contemplantis diuina; perſpicientis humana, nullum aptius, nullum ſignificantius. Hanc ergo quærit Iacob modis omnibus ſponſam ſibi aſſumere, amator factus formæ illius: & proponit pro luce habere illam. Hi ſunt illi amantium radij, vibrari ex oculis, & in animom penetrantes, quibus non ſolum viſio, ſed mutuus amor ita efficitur, vt & acceptione, & extramiſſione radiorum concilietur. Sauciatus ergo Iacob ſpiculis oculorum Rachelis, præſertim cum videret illam ſuauiſſi- D mè diſpoſuiſſe omnia, quæ ad ſe, & ad ſuum hoſpitium pertinuiſſent, vt indicauit Ioſephus loco indicato: quam (inquit) ipſius virtutis cauſa diligebat, & quia eius opera in tale hoſpitium ſit introductus.

XIII.

Sed præuenit Rachel Iacobum, Geneſ. 29. 6. illum enim alia agentem, & de Labano interrogantem, monent paſtores: *Ecce Rachel filia eius venit*, Geneſ. 29. illius cõſpectus vires & animum addunt Iacobo ad laborem, quo bene de illa me- E reri inciperet. Nam ſolus ipſe (mirum) amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & quem non niſi paſtores omnes iunctis humeris & viribus ſoliti eſſent amouere, *Non poſſumus* (inquiunt) *donec omnia pecora congregentur* (Septuag. *Donec congregati fuerint omnes paſtores*) *& amoueamus* (ad amouendum) *lapidem.*

XIV.

Iacob poſtulat patruelem ſponſam a parente Laban, quam etiam eleuata voce, & fletu antea
Eccleſ. 51. demereri cœperat. Geneſ. 29. 11. Pollicetur La-
35. 38. ban. Et quid ni eam ſpondeat oranti, & poſtulanti,

XI.

Recreatur item Salomon diuino ſomnio, & ſpecie Dei loquentis ſupra humanam omnem dignitatem ampliſſima. Agnoſcit patrem luminum orat, exorat, accipit certam Sapientiæ ſponſæ pollicitationem 3. Reg. 3. 7. 8. 9. 2. Paralipom. 1. 10. 11. neque ſapientiæ ſolum, ſed loco doris ampliſſimæ, atque maximæ, diuitias & gloriam, bonorumque omnium acceſſionem ſupra mortales omnes, qui vllo vnqoam tempore fuerint: neque ſolum ante ſomniũ litat ſuper altare 3. Reg. 3. 4. 2. Paralipom. 1. 6. Sed & poſt ſomnium offert *holocauſta & victimas pacificas* 3. Reg. 3. 15. prioribus victimis, & votis, curiſque diurnis, ac diuturnis, tum etiam ardentiſſimis precibus & lacrymis promeritus ſapientiam; poſterioribus verò gratias agens largitori Deo.

XII.

Salomon Sapientiam diſponentem omnia ſuauiter, quærit ſpõſam ſibi aſſumere, amator factus formæ illius Sapient. 8. 1. 2. Sed illius luminibus captus eſt potiſſimũ. Nam propoſuit pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Illius lumina mirabiliter radiant; imò tota ipſa cando (radius) eſt æternæ lucis, Sapient. 7. 26. Denique tota ipſa lumen iucundiſſimum, & vtiliſſimum; *eſt enim ipſa ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum*, (ſunt enim diſpoſitæ vt lumina, & oculi in capite. Quare Stellæ dicuntur a Poetis, cœli aut Iouis oculi:) luci comparata, inuenitur prior; illi enim ſuccedit nox: ſapientiam autem non vincit malitia. Sed Deus, non tantum homines, Sapientiæ luminum pulchritudine capitur. Cantic. 6. 4. *Auerte oculos tuos a me*, (inquit ſponſus) *quia ipſi me auolare fecerunt*. Si ſapientiæ (inquit) & cogitationis tuæ obtutum in me defigas; ſi ſapientes tuos, qui in tua facie relucent, ò, Eccleſia, ad me dirigas, gloriæ quoſdam igniculos mihi ſubijcere videberis; immo, & quaſdam alas adijcere, quibus extollar, & quaſi ſuperbire videar (ſic ex Hebræo) tanti ſapientiam facio: tantum illius ſplendorem, & oculorum pulchritudinem depereo.

XIII.

Antecedit Salomonem *ſapientia*: *Lætatus ſum quoniam antecedebat me iſta Sapientia*, Sap. 7. 12. Quippe *facilè videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: Aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet*. Sapient. 6. 13. 14. 15. Porro aſſiduis vigilijs, atque laboribus illam demereri cœpit, & *quaſi qui arat, & qui ſeminat, acceſſit ad ſapientiam, & ſuſtinuit bonos fructus illius*. Eccl. 6. 19.

XIV.

Nihil magnum pro Sapientia obtinenda Salomoo arbitratus; *Modicum* (inquit) *laboraui*. Et ſui exemplo, ſic cæteros ad promerendam ſapientiam hortatur; *Operamini opus veſtrum ante*

tempus

lanti, cum paratus ſit parens virum quærere ſuæ A filiæ; *Melius* (inquit Laban) *eſt, vt dem eam tibi, quàm alteri viro*. Paciſcitur de mercede, & dote cum Iacobo: olim enim dote oblata, parentibus virginum, viri emebant ſponſas: ſicut Rachel, & Lia dixerunt, Geneſ. 31. 15. *Nonne* (pater) *vendidit* nos, *comedit precium noſtrum*? Seruit ergo Iacob pro Rachel diuturno tempore, & videntur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Accipit tandem diuturni laboris mercedem in tempore ſuo, & *potius optatis nuptijs, amorem* Rachelis cunctis alijs voluptatibus præfert, Geneſ. 29. 30. Sed ita tamen, vt neque Liam abijciat, neque diuitias, & gloriam.

tempus (inſtar Iacob ante nuptiarum tempus ſeruientis) *& dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo*. Addidit etiam lacrymas præ ſapientiæ deſiderio; Inſipientiã (inquit) eius (animæ meæ) luxi, & tum bonis operibus, tũ aſſiduis precibus: *Quoniam aliter non poſſet eſſe continens* (compos) *niſi Deus daret, adijt Dominum, & deprecatus eſt illum*, Sapient. 7. 12. Ergo *qui indiget Sapientia postulet a Deo* Iacob; poſtulet autem in fide nihil hęſitans; dat enim omnibus affluenter, vt qui non ſolum poſtulata, ſed multo etiam plura, quæ non poſtulantur, concedat. Iacob, 1. 5.

B

XV.

Gen. 30. 1. Sed ecce nullum gaudium in humanis vndequaque perfectum; nam Rachel ſterilis, mirum, cum tam pulchra; imò nihil mirandum. Nam diuina prouidentia æquiſſima trutina ponderat, cõpenſat, moderatur omnia; pulchritudinem Rachelis ſterilitate; deformitatem Liæ fœcunditate, & numeroſa ptole. vide quæ ſuperius diſputabamus lib. 1. cap. 7. Sed ex ſterilitate incredibilis mœſtitudo Rachelis, & iurgij moleſtiſſimi occaſio cum Iacob. *Da mihi* (inquit) *liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Iacob, Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui?* Totam rem in Dei voluntatem, & prouidentiam referens. C Quorſum verò inuideat Rechel ſorori ſuæ pueros & puerilia, quibus ſanè opus non habet, vt impenſe diligatur a ſuo viro? Et, ſi pariat, fiet proculdubio, vt defloreſcat eius pulchritudo, aut extinguatur?

XV.

Sapientia quamuis per ſeſe pulcherrima, aliorum eſt vitæ honorum, & commoditatum, panis etiam, & neceſſarij victus infrugifera, Eccleſ. 9. 11. Conquirentibus, & ſtipem cogere interdum compulſis viris ſapientiſſimis, illis vocibus, Da mihi, alioquin moriar. Sicut terræ, quæ ſalem proferunt, ac præterea nihil. An ſapientia indiga & mendica? minimè: *opus illi multis rebus eſt; nulla indiget, contra ſtultus nulla re opus habet, omnibus indiget. Egere enim neceſſitatis eſt, nihil autem neceſſe ſapienti eſſe, dicebat Chryſippus*, referente Seneca Epiſt. 9. Chrysipp. Seneca. Puerilia hæc quæ ſuppetunt ſtultis, & quæ contingunt etiam ſeruis, ſeruilia, quibus ſapientiam emere non poſſunt. hæc ſi deſint ſapientibus, at pulchritudine animi abũdè ſint contenti. Nam Rachel pulcherrima, quid aliud inuidere poſſit Liæ ſorori, quàm pueros, quos vel ex ancilla ſuſcipere poſſit?

XVI.

Sed non omnino tandem ſterilis Rachel, duobus, ſerò, licèt, præclariſſimis ornata liberis,

Tot bona per partus, quæ dedit illa, duos.

Vnus ille Ioſeph abunuè pro omnibus alijs filijs Liæ Geneſ. 30. 23. *Concepit & peperit filium, dicens, Abſtulit Deus opprobrium meum*. Incrementa caput ſapiẽtia honoris, & gaudij, vbi ſemel tandem D fructificat. *Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens; Addat mihi dominus filium alterum*. Sed dicat præterea Iacob *veniſſe ſibi omnia bona pariter*, cum Rachel, cuius filius Ioſeph, Dei voluntate præmiſſus in Ægyptum, vt *patrem ac fratres paſceret*, & bonis omnibus locupletaret, Geneſ. 45. *Argentum, & ſtolas patri miſit*, Geneſ. 45. 23. Atque nomen ipſum Ioſeph quandam affert incrementi plenitudinem, & culmen, nam Ioſeph יוסף plenum eſt, cum יסף iaſaph ſit deficiens. Quare inter alios Sapientiæ fructus, quos ex ſua Rachele percipiebat Iacob, dicitur Sapient. 10. 10. *Hæc profugum iræ fratris iuſtum* (Iacobum) dæduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei (nimirum in viſione illa ſcalæ) Et dedit illi ſcientiam ſan- E ctorum (myſteriorum) honeſtauit illum in laboribus (Ecce ex priſtinis laboribus, & ſterilitate, vberem prouentum, honoris, & diuitiarum) & compleuit labores illius (compenſauit, vt legit Tigurina, vel multiplicauit, vt legunt Pagnin. Regia, Nannius: Incredibili additamento cumulauit Iacobi opera, quæ prius ſterilia, & vacua fructus videbantur.)

XVI.

Sapientiæ fructus paulo tardior, ſed longè vberrimus, atque locupletiſſimus, quare expectandus patienter; quaſi is qui arat & ſeminat, accede ad eam (ſapientiam) & ſuſtine bonos fructus illius: Eccleſiaſtic. cap. 6. verſicul. decimonono videbatur Salomoni aliquando Sapientia ſterilis, & infœcunda. Ignorabam (inquit) quoniam horum omnium mater eſt. Sapient. 7. 12. tamen contigiſſe illi, omnia bona pariter cum illa, eodem loco teſtatur. Et quidem cum illuſtri alluſione ad nomen Ioſeph; quaſi additamentum & appendiculum; Dicente Chriſto Domino poſt mentionem factam gloriæ Salomonis, Matth. 6. 33. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe*, &c. Itaque illud *pariter*, eſt, quaſi ſine ſollicitudine adijci, quod 3. Reg. 3. 13. reſpondet illi, ſed & quæ non poſtulaſti, dedi tibi. Ecce igitur Ioſeph, Rachelis fructus & additamentum Sapientiæ. Quæ cum primum quæritur, ſponſæ ſuæ, etiam non quæſita, accedunt cætera, & velut vmbra ſequuntur corpus illud maioris, & ſolidioris boni: ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 33. 11. Inquirentes Dominum non minuentur omni bono, id eſt, neque minutijs illis aliorum exiguorum bonorum deficient. Sunt enim præ ſapientia, & præ regno Dei cætera minutiſſima, & velut quiſquiliæ volantes, & deciduæ ac leuiſſima foliorum, & arborum purgamenta; ſed tamen accedent etiam folia fructui potiſſimo.

XVII.

XVII.

A

XVII.

Sed quod mirandum, quod dolendum, *Rachel furata eſt idola Patris*, Geneſ. 31. 19. ſiue ea fuerint ad adorandum, Dij gentium, ſiue imagines quædam magicæ, & necromanticæ, ad petenda, & accipienda reſponſa. Quippe, vt ait
Chryſoſt. Chryſoſtomus hom. 67. in Geneſim, Rachel non penitus abhorrebat ab idololatria, & ſuperſtitio-
Rupert. ne. Sequuntur Rupertus, Caietan. Oleaſter, &
Oleaſter. quamuis Ioſephus, Baſil. Nazianzen. Theodoret.
Caiet. Abulenſ. & alij negant Rachelem idololatram,
Ioſephus. ſed tamen res incerta, & illud valde veroſimi-
Baſilius. le idololatriæ, reliquias, & ſuperſtitionis pro- B
Nazianz. fanæ ſordes non omnino elutas ex familia Ia-
Abulenſis. cobi, neque ex filiabus Labani aſſueti idolorum cultui.

XVIII.

Sedit Rachel ſuper eadem ipſa idola, & auferre cupienti Labano, reſpondet: *Coram te aſſurgere nequeo, quia iuxta conſuetudinem fœminarum accidit mihi*, 31. 35.

XIX.

Sed tamen, tandem expurgauit familiam ſuam Iacob, & in vera & ſyncera Dei religione confir- C mauit, expoſitis prius a familia, deinde defoſſis ſubter terebinthum idolis, quotquot inter domeſticos inueniri potuerunt, Geneſ. 35. 4. Idque iam morti proxima Rachele, cuius partus *Benoni*, id eſt, filij doloris ſtatim ſcribitur Geneſ. 35. 17. qui cum fuerit matri Benoni; patri fuit Beniamim, filius virẽtis adhuc virtutis, & roboris, quippe filius dextræ.

A

XVII.

Quod mirandum, quod dolendum, ſapientiam ſuam deturpauit Salomon, coniunxitque cum idololatria, cum magia, cum ſuperſtitione & vana curioſitate, deductis & euocatis ex alienigenarum prouincijs, id eſt, ex gentibus, quarum mulieres adamauit, idolis, ad domum Iſraelis videntis Deum; id eſt, ad Ieruſalem. Ergo ingratiſſimus erga ſupremum numen, vaniſſimas imagines coluit, petijt, accepit mendaciſſima reſponſa, veræ fidei & religionis proditor. Et, vt fidem non amiſerit, quod incertum; at coram Deo,
B in proſpectu Templi & totius vrbis, delubra ædificauit, ſtatuas erexit, quæ Deo offenſioni, Templo ſanctiſſimo contumeliæ, populo perpetua irritamenta exiſterent.

XVIII.

Itaque inſedit idolorum cultui Salomon, & cauſam rei mirabilis roganti, res ipſa reſpondet, Quia propter conſuetudinem fœminarum hoc illi accidit.

XIX.

Sed nonne reſipuit, nonne indoluit, atque pœ-
C nituit, morti iam proximus, id eſt ad extremam ſenectam, Salomon? vtinam ſubter terebinthum, quæ arbor nigra eſt, & reſinam lacrymatur piceam, quæ pœnitentiæ & lacrymarum ſalutarium imago eſt, ſua idololatriæ peccata defoderit, ac dignos pœnitentię fructus fecerit, atque ex ſapientia poſt idololatriam renouata, tamquam filium dexteræ, & virtutis ac pietatis, tanquam prolem ſanctam, priſtini peccati dolorem ſuſceperit.

CAPVT V.

Quæ Salomonis preces pro Sapientia obtinenda.

Ad locum 3.Reg.3.6.7.8.9. 2. Paralip.1. 8. Dabis ſeruo tuo cor docile, &c.

1 *Prior precum Salomonis formula in ſomnio reſpondens vigiliæ.*

2 *Ambulare quid in ſacro ſermone. Regis virtutes, Veritas, Iuſtitia, rectitudo cordis. Rex recta fide pacificus cum Deo. Populus rectus quis. Illuſtrati Moyſes & Iſaias.*

3 *Regnum Salomonis ex Dei prouidentia. Regnare propriè quid. Ingredi, & egredi.*

4 *Tertia perſona pro prima. In medio eſſe quid. Principis modeſtia. In medio populi, inſtar centri. Explicati Moyſes, Salomon, locus Regum.*

5 *Hyperbole & extenuatio. Gens Hebræa innumerabilis. Magnum pro multo.*

6 *Cor Regum docile quomodo. Deus doctor Principum. Explicata ſapientia.*

7 *Princeps morem gerens populo. inſtar agricolæ ſeruientis terræ. Colere pro ſeruire, in ſacro ſermone.*

8 *Sapientia Principis ad bonum populi. Princeps non poſtulans pro ſe, ſed pro populo.*

INter duas precum formulas, quas fudit ad Deum Salomon, & illas quidem paulo diuerſas; Altera ſcribitur in ſomnio Gabaon 3. Reg.3.6. & 2. Paral.1.8.quę proculdubio, quamuis habita in ſomnio fuerit, ſed reſpondit diurnis curis, & precibus, quibus ſæpe inter vigilandum vtebatur, ea autem eſt huiuſmodi.

6 *Et ait Salomon; Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie.* D

7 *Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum.*

8 *Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine.*

9 *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum?* E

Tantum Salomonis oratio inter dormiendum.

NOTATIONES V. 6.

1 Theodoret. Mirabiles Salomonis preces.

THeodoretus quæſt.12. in tertium Reg. huius *orationis verba admiratione digna* cẽſet: Quippe cum parentem laudet; tamen non pro illo, ſed pro ſe ſupplicationem obtulit. Quam non ſolum conceſſit Deus, ſed præterea etiam laudibus proſequutus, alia addidit, quæ nondum auſus eſſet poſtulare; Sed quæ in ea continentur, percurA renda, & breuibus obſeruationibus illuminanda.

Proponit parentis merita, quorum noua inſuper præmia a Deo requirit, ſed in ſe tamen collocanda: itaque ſicut fatetur ſe datum parenti ſucceſſorem, & regni hæredem, ita etiam parenti poſtulat vt detur illi ſucceſſor regni ſapientia prędirus, & dignus ſedium patris ſui, Sapient.9.12. Denique quidquid poſtulat non ſibi, ſed parenti poſtulat. Rem latius perſecuti ſumus libro 1. capitulo 2. vbi de eximia Dauidis ſanctitate, quam Deus in ſua poſteritate ingentibus beneficijs cumulauit.

Facere miſericordiã, quid.

Porro facere miſericordiam, Hebraiſmus eſt, quo non tam ampla & ingentia beneficia ſignifiB cantur, vt alij exponunt; quàm beneficium ex bono & beneuolenti animo præſtitum, quo is, qui accipit, comiter, humaniter, benignè tractatur; quod grati animi memoriam mereatur, quo is, qui confert, bene mereatur de eo in quẽ confertur. Quod cum potiſſimum Deo conueniat, qui ex optimo, & beneuolentiſſimo animo, *vinculis charitatis* nos ſibi deuincit, frequentiſſimè Deo tribuitur, quamuis etiã hominibus. Pſ.140.5 *Corripiat* (percutiat) *me iuſtus in* (quoniam erit) *miſericordia. Aunque me mate, que yo ſe que nolo haze à mal, ſino por mi biẽ*) 2.Reg.16.17. *Hæc eſt gratia* (miſericordia, grati animi & beneuolentis ſignum) *ad amicum tuũ?* (*es eſſa buena amiſtad y buena correſpondentia:*) Ait igitur Salomon; Benignè, perhumaniter, per libeC raliter egiſti cum parente meo Dauid, atque illius obſequia ingenti animi gratitudine, id eſt, ampliſſimis beneficijs proſequutus es. *Siempre os moſtraſtes agradecido a ſus buenos ſeruicios.*) Hæc proprietas, & vis ſacri ſermonis. Atque id ſignificat quod ſequitur, ſicut ambulauit, &c.

Miſericordia Deo & hominib. tributa.

2 Ambulare quid. Regiæ virtutes. Veritas quid. אמן

Ambulare ad vitæ actiones ſpectat; nos itẽ; *En ſu oficio anduuo muy bien*. Porro regiæ dignitatis, & officij propria ſunt, Veritas, Ezechiel.18.8.Pſ. 118.30. 3.Reg.20.3.Pſalm.25.3.4. Quod ex proprietate vocis originalis; *Aman*, refero ad fidelitatem commiſſi ſibi muneris, quam tenentur reges, & iudices ſeruare Deo Regi ſupremo, cuius in regni adminiſtratione miniſtri, vicarij ſunt, vt quibus Deus regni, & regendi arcanas rationes fidit, D fideles ſe præbeant (*que le traten verdad, y guarden fidelidad*) Iuſtitia præterea, vt fideliter item præſtetur proximo, quod dicitur *iudicium veritatis*, ſiue, *iudicium verum*, Ezechiel.18.8. Et lex veritatis, Malach.2.6. *& via veritatis*, Pſalm.118.30.Pſ. 25.3. 4. Tertiò tandem, *Rectum cor*, quod 2.Reg. 20. dicitur, perfectum, vbi Septuag. Plenum. alibi dicitur cor ſimplex. Dicerem eo loco; pacificum, ex proprietate verbi *Salam*, & referrem ad perfectam religionem regis colentis Deum, illum non irritantis aut prouocantis ad iram, falſorum Deorum, quos Deus inimicos odit, cultu & religione, quod eſt *ambulare* in rectitudine, non *declinãdo ad dextram nec ad ſiniſtram*, neque *claudicando in duas* E *partes*, id eſt, in falſas multiplicesque falſorum Deorum ſuperſtitiones, media & rectiſſima via derelicta. Quare Deut.32.15. exprobratur idololatria populo; *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, dereliquit Deum*, &c. vbi pro *dilecto*, volunt Cõplutenſ. ex proprietate verbi *Iaſar*, legẽdum *directum*, ſiue *rectum*; quo etiam modo legunt, Tigurina, Regia, id eſt, populus, qui rectiſſima via procedebat in religione, & cultu veri Dei, relicta via rectiſſima dereliquit Deum. Quò etiam pertinet illud Iſaiæ 44. 2. *Noli timere Iacob ſerue meus, & rectiſſime, quem elegi*, vt me coleret, vt mihi ſeruiret, & recta ad me contenderet. Quare opportunè additur illud,

Iuſtitia quid. Iudicium veritatis. Rectitudo cordis. Cor Regis pacificum. שלם

Ambulare recta, de vera religione.

ישר

Populus rectus.

illud, *recalcitrauit*, quod propriè eſt, rebellem eſſe, & aduerſus Deum, quaſi ſumptis armis inſurgere; id eſt, ad factionem idolorum deficere, vt nuper dicebamus. Ergo proponit Salomon fidem & charitatem parentis Dauidis.

Cuſtodire quid in ſacro ſermone.

Tandem quod additur, *cuſtodiſti ei miſericordiã tuam grandem.* (*hiziſtis le muchas mercedes en vida, y la mayor ſela teniades li brada en mi, y guardada para deſpues deſus dias.* Illud, *cuſtodire*, aut ſeruare in poſterum *miſericordiam*, idem eſt, quod adhuc priſtinam amicitiæ beneuolentiam retinere, & diligenter obſeruare, & captare occaſiones bene merendi de illius poſteritate & domo; Curæ Deo eſſe non ſolum Dauidem ipſum, ſed quę Dauidis ſunt, & quæ ad illum pertinent vniuerſa.

VII.

3 Regnũ Salomonicũ ex Dei prouidentia.

TOtam regni Salomonici rationem refert ad Dei voluntatem, & prouidentiam. Itaq; cum initia ex Dei miſericordia & beneuolentia ſumpſerit, ab eodem progreſſus, & perfectionem expectat. Tu (inquit) regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo. Non tam pertinet ad ius regni, quàm ad poteſtatis regiæ vſum, & negotiorũ publicorum adminiſtrationem, vt nuper dicebamus de proprietate huius verbi *regnandi*, cum in tertia coniugatione affert duas actiones; *Aueis me hecho que haga officio de Rey.* Et verò multa ſunt, quæ regnum Salomonis, potius quàm aliorum regũ Deo acceptum referendum poſtulẽt; oraculum, & promiſſio, antequam naſceretur; nomen Amabilis Domini; electio, & deſtinatio in regnum, antequam naſceretur, 2. Reg. 7. 1. Paralip. 22. Quòd detectus conatus & dolus Adoniæ, molientis occupare paternum regnum, quòd diuino inſtinctu Nathã ſollicitauerit Bethſabee ad commonefaciendũ Dauidem de Adoniæ inſidijs, & pręſtanda fide Salomoni filio; Denique ea omnia, quæ, cũ ab illo non ſtaret ius primogenij, tamen vt ab illo ſtarent regni primores, & regia cohors, Deo benignè volente, effecerunt. 3. Reg. 1. 1. Paralip. 29. vide Abul. 3. Reg. 3. quæſt. 5.

Regnare in tertia coniugatione q̃d ſignificet. Regnũ Salomonis totũ ex Deo. *Abulenſis.*

Introitus, & exitus.

Sed qua ratione appellet ſe Salomon puerum paruulum, an propter ætatem, an verò etiam propter molliſſimam temperamenti naturam, nõ expertam laboris, dicebamus c. 2. Tũ præterea quid ſit *ignorare introitum & exitum*; affert enim ex ſacri ſermonis proprietate, Principis optimi munus, inſtar diligentiſſimi paſtoris, educentis populum, veluti gregem, extra caulas ad paſtum; reducentis domum ad caulas ex agro & bello.

VIII. Et ſeruus tuus in medio eſt populi, &c.

4 Tertia perſona ꝓ prima 10 Iob. c 3. verſ. 3. nu. 6. & c. 7 verſ. 1. n. 1. & cap. 22. verſ. 8. n. 4. In medio eſſe, quid.

QVod deinde addit, *Seruus tuus in medio eſt populi*, &c, familiare eſt Scripturis, vt prima perſona de ſe loquatur, tanquam de tertia. Exempla protulimus in noſtris cõmentarijs Iobi nõ pauca.

In mediu autem eſſe, ſi de priuatis perſonis dicatur, nihil aliud ſignificat quã eſſe intra; vt illud 4. Reg. 4. 15. In medio populi mei ego habito; Intra vrbem, ſicut cæteri ciues, commoditatũ communium particeps ego quoque, ſicut reliqui populares. Deut. 18. 15. *Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit Dominus.* vbi eleganter diſſolutus eſt Hebraiſmus, *Prophetã de medio tui* (*vno de entre los demas.*) Num. 27. 3. *Pater noſter non fuit in ſeditione*, &c. Hebraicè, *Non fuit in medio ſeditionis*; (*nõ fue de los del motin.* Prouerb. 1. 14. *Sortem mitte nobiſcum.* Eleganter ab interprete, quod Hebraicè habetur; Sortem mitte in medio noſtri, *Gaſtaremos entre todos de bol-*

A *ſa comun.* Itaque illud in medio communem cum reliquis conditionem & ſortem affert, vt iam hinc eluceat modeſtia Principis, non ſecus de ſe quàm de quolibet alio ex popularibus ſuis loquente.

Principis modeſtia. Prĩceps in medio populi.

Quòd ſi de Rege, & Principe ſermo ſit, illud in medio populi; expreſsè & ſtrictè accipiendũ eſt, pro eo in quem omnium oculi coniecti ſunt, qui pro ſuo munere, & communi ad omnes caritate, & prouidentia, in medio eſt; ſicut centrum in medio circuli; ex quo in quamcumque partem circumferentiæ rectus ſit proſpectus, neque maior vni parti proximitas, quàm alteri. Sic erat arca in medio populi. *ſinguli autem per turmas, ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum, caſtrametabantur filij Iſrael per gyrum tabernaculi.* Numeror.

Area Dei in medio populi.

B 2. 2. quare propriè illud accipiendum, quod dicitur Exodi. 33. 3. *Non aſcendam tecum.* Propriè ex Hebræo; *Non aſcendam in medio tui*; Propriè etiam dicitur Moyſes *in medio eſſe populi*, Exodi 34. 10. Non aliter Rex Salomon dicit ſe in *medio populi*, vt agnoſcat Principem, inſtar Dei, futurum in medio ſuorum popularium. Vide quæ de hoc Principis & Patris familias officio diximus, Iob. 29. verſ. 5.

5 Hyperbole

Quod autem appellat *populum infinitum, qui numerari & ſupputari non poſſit, præ multitudine*, certè hyperbole eſt, ſed quæ nõ longè ſit a veritate; Incredibile enim eſt quantum ciuium numerum ſola Ieruſalem cõprehenderit, quæ defletur aliquando a Ieremia, ſola; Et per extenuationem quandam hyperboli oppoſitam, dicitur plena populo.

C Threnor. 1. 1. Quod ex proprietate fontis dicas, Magna, multa, numeroſa populis, & quod dicitur *Domina gentium*, referunt Septuaginta eodem; *plena in gentibus.* Kaldæus. *Plena cœtibus ac populis multis.* De quo Philo, libro de legatione ad Caiũ. Ioſephus lib. 1. contra Appionem, & qui de excidio Ieroſolymitano. Sed diligenter & preſsè noſter Villalpandus tomo 3. Apparatus vrbis, ac Tẽpli, parte 1. de vrbe lib. 2. cap. 23. vbi ex certa ſupputatione numerat ciues Ieroſolymitanos ſupra duos milliones cum dimidio; idque eo tempore, cum iam decreuerat & gloria & frequentia Ieruſalem. At ſi de vniuerſo populo Iſraelitico ſermo

Extenuatio.

רבתי

Infinitus numerus ciuium Ieroſolymitanorum. *Philo. Ioſephus. Villalpãd.*

D ſit, certè multo maiori iure vel innumerabilis cenſebitur. Vide Villalpandum loco indicato, & pręterea tomo 2. parte 2. lib. 5. diſp. 3. cap. 56. & 57. vbi fere numerare & ſupputare non poteſt, quamuis certis arithmeticæ notis vtatur, numerum Iudæorum ſub ſingulis tribubus. Deinde verò capit. 58. oſtendit, Hebræorum gentem fuiſſe toto orbe diffuſam, non ſolum Salomonis tempore, ſed etiam ante Dauidem. Sed hæc omnia examinare alterius eſt loci. Nunc tantum promiſſam eſſe Abrahæ ſobolem *ſicut ſtellas cœli, innumerabilem*, Geneſ. 15. 5.

Gentis Iſraeliticæ innumerabilis multitudo.

Magnum pro multo.

Et hæc eſt illa promiſſio Geneſ. 12. 2. *Faciam te*

E *in gentem magnam*; videlicet multitudine, & numero. Vide etiam Geneſ. 22. 17. Vbi iterum cum ſtellis, & cum arena maris, fit Iſraeliticæ gentis comparatio.

IX. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, &c.

6 Cor docile שמע Deus principum doctor.

POſtulat ſibi dari *cor docile*, propriè, audiẽs, obediens. At quẽ auditurus eſt? cui docilem & attentam aurem præbiturus? An Deo ſupremo regi parato ſemper docere regem? & de rebus ad populi ſalutem neceſſarijs inſtruere? Cum Principibus enim & magiſtratibus agit illa Sapientiæ admonitio, c. 1. 4. *In maleuolam animam non introibit ſapientia.* Quaſi ſapientia potiſſimum gaudeat

Prin-

Principum, & iudicum tecta ſubire. Et iterum; A *Spiritus diſciplinæ effugiet fictum*. requieſcit enim in regum animis, niſi *a superueniente iniquitate corripiatur*, dehoneſtetur, & tingere cõpellatur. Quare ſui exemplo, cui Deus, vt pote regi optimo, libentiſſimè ac liberaliſſimè demonſtrarat *occulta, & arcana Sapientiæ ſuæ*, hortatur Princeps Dauid, ne rebelles ſint lumini vltro in illorum oculos, & animos incurrenti; *Apprehendite* (inquit) *diſciplinam*, quippe tota regis & regni ſalus in eo eſt, vt rex a Deo inſtillatas accipiat ſalutares gubernandi rationes, quæ deinde a rege in populum deriuentur: ſicut ſcriptum eſt; Notas fecit vias ſuas Moyſi (primum) filijs Iſrael (per Moyſen) voluntates ſuas. Et verò cor regis in manu domini, niſi monẽti docile, niſi mouenti obediens ſit, quocunque voluerit Deus, quocunque expediens erit, non inclinabit illud. Prouerb. 21. 1. Hinc virent, & florent regna, quòd in cor regis ſi audiat, & obtẽperet, diuina Sapientia affluenter influat, immittatque quę in bonum populi redundare debeant. nam ſicut diuiſiones aquarum; ita cor regis (ſi ſit) in manu Domini: ſic regis pietas & obedientia diuinæ legis; velut fons quidam dulcis aquæ pleniſſimus, ſuorum ſubditorum animas irrigat, & ex illis elicit herbeſcentem rerum omnium pulcherrimarum atque optimarum viriditatem: ſin minus, non influente diuina Sapientia in Principis animum areſcat. fons ille communis, areſcet & ſquallebit populus.

Diuinũ lumen ſpõte incurrens in regum oculos.

Pſal. 2. 3.

Pſ. 102. 7.

Princeps inſtar cõmunis fontis.

7 An verò petit Salomon cor docile, audiẽs, obediens non ſolum Deo, ſed ipſi quoque populo, & ſubditis requirentibus ab eo iudicium & iuſtitiã. C Sciẽdum eſt enim ita regem debere dominari in populum, vt intelligat debere etiam ſe audiẽtem, & obedientem populi bono, & commoditatibus præbere; ſicut ad regem parum docilem, rudi corde, dictum eſt a ſapientibus ſenibus: *Si hodie obedieris populo huic, & ſeruieris, & petitioni eorum ceſſeris, loquutuſque fueris ad eos verba lenia, erũt tibi ſerui cunctis diebus* 3. Reg. 12. 7. Nimirum, vt ab illa agricolæ, aut olitoris cum rege, ſimilitudine, non diſcedamus, qui terram colit, & hórtum cuſtodit, terræ ſeruit, & obedit, ex proprietate Hebraicę vocis colendi, Geneſ. 2. 15. ſic ſanè Princeps, qui fructum ex populo decerpit, obediat ſeruiatque ſuo D populo neceſſe eſt.

Princeps morem gerẽs populo.

Colere pro ſeruire. עבד

8 Cum autem petijt Salomon *cor docile*, petijt ſanè etiam *ſapientiam, & intelligentiam*, vt exprimitur 2. Paral. 1. 19. quæ omne ſapientiæ genus comprehendunt, ſed præcipuè, intelligentiam illam, de qua dictũ eſt 3. Reg. 3. 12. *Ecce dedi tibi cor intelligens.* quippe totam ſapientiam ad populi bonum conferebat: eſt enim hæc *intelligentia* non vana, inutilis, curioſa; ſed quæ cum ipſo ſenſu, & experimento rerum vel noxiarum, vel inutilium, coniuncta eſt.

Sapientia practica principi neceſſaria.
חכם
ידע
בין

Hæc potiſſimum principi neceſſaria; quãquam non indecens, neque contemnenda illa ſubtilior doctrina, & penitior philoſophia, quæ & prudentiam gignit, & mirificè Principẽ exornat, de qua E inferius a nobis dicendum.

Et, bone Deus: quam eſſe debet princeps acutus in perſpiciendo, dexter in collimando, vt diſcernere poſſit inter bonum & malum, id eſt inter iuſtum & iniuſtum; ne dicat bonum, malum; & malum, bonum: Iſaiæ 5. 20. Hæc illa iudicum ſapientia & veritas, Exod. 18. 21. Et aduertentia ad omnia. Prouerb. 28. 5. Et gloria regum in inueſtigando ſermone, Prouerb. 25. 2. Et diligentiſſima cauſæ *inueſtigatio*, Iob. 29. 16. Propter quam ſibi pollicebatur Salomõ fore *vt acutus inueniretur in iudi-* A *cio*. Sap. 8. 11. Obſerua tandem quæcumque ſibi poſtulat, non ſibi, ſed aut ſuis priuatis vſibus, ſed publicæ rei, & bono poſtulare. Quare opportune a Deo illi reſponſum eſt; Non petijſti tibi, &c.

Principis in iudicando ſolertia & diſcretio.

Sed quale hoc Salomonis ſomnium fuerit, ſuperius dicebamus, cap. 5. Exponemus etiam cap. 8. & quantum Deo placuerit tota hæc precum formula, aduerſus Ruperti parum idoneam opinationem.

Princeps non pro ſe ſed pro populo orans.

CAPVT VI.

B

Eiuſdem repetitæ & longiores pro Sapientia preces.

Breues ad Caput. 9. Sapientiæ, Notationes.

1 *Capitis noni lib. Sap. argumentum, & nexus cum toto libro.*

2 *Parentum merita remunerata in filijs. Sanctorum parentum inuocatio Deo grata.*

3 *Homo creatus vt dominaretur. Diuina prouidentia inſtitutus Principatus vnius hominis in alios. Orbis terræ quæ comprehendat. Tria Principis officia. Illuſtratus Moyſes.* C

4 *Sapientia Regum aſſeſſor. Aſſeſſor non indigena ſed aduena. Sapientia non ſolum Paredrus, ſed Proedrus aut Euproſedrus. Princeps inſtar Angeli Deo familiaris.*

5 *Sapientia exigens opus a Rege. Princeps reddens penſum laboris. Homo ex peccato non ſolum infirmus ad ſeruandam legem, ſed ad exigendam legis rationem.*

6 *Principum non ſolum humanitas, ſed reuerentia erga ſubditos. Debent eſſe ſanctiores ſanctis, ſunt a Deo præ cæteris electis, ſelectiſſimi. Illuſtratus Paulus.*

7 *Templum imago Mundi, Tabernaculi, Cæli, Hominis. Salomonis ſapientia & gloria propter templum & curam diuinorum.* D

8 *Regum audacia & ſecuritas compreſſa. Deus proſperans euentus & conſilia. Dei ſapientia magiſtra ædificandi.*

NON dubium quin fuerint Salomonis preces, & vota ardentiſſima: quippe ſoli Salomoni conueniunt, quæ capite nono Sapientiæ proponuntur. Quibus ſanè exquiſitis rationibus nititur Deum flectere, & exorare ad ſapientiam ſibi ac ſuo regio muneri obeundo neceſſariam impetrandam. Sed hæc inuiſeda & illuſtranda E breuibus ſcholijs, poſtquam ſemel ipſæ ſacræ preces recitatæ fuerint.

1 *Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo:*

2 *Et ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ a te facta eſt.*

3 *Vt diſponat orbem terrarum in æquitate, & iuſtitia; & in directione cordis iudicium iudicet.*

4 *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis.*

5 *Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum.* A
6 *Nam & ſi quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur.*
7 *Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum.*
8 *Et dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio.*
9 *Et tecum ſapientia tua quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.* B
10 *Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & a ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te.*
11 *Scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia.*
12 *Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei.*
13 *Quis enim hominum poterit, ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus?*
14 *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ.*
15 *Corpus enim quod corrūpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* C
16 *Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt: Et quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore.*
17 *Quæ autem in cęlis ſunt quis inueſtigabit?*
18 *Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis?*
19 *Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines?*
20 *Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi Domine a principio.*

1 Sapientiæ deſiderium ſubminiſtrans precandi formulam.

Nexus, & materia decem capitū libri Sapiētiæ.

ALtera hæc precationis formula (varias enim, atque multiplices illi ſuggerebat aſſiduum, & multiplex ſapientiæ deſiderium) ſicut longior, ita & longè incitatior, & plena affectibus vehementioribus; quæ cum potiſſimum videatur contineri nono capitulo, libri Sapient. tamen exiſtimo vnis & eiſdem continentibus precibus reliqua illius libri capita inſumi vſque ad 19. Eſt enim continens quædam ſapientiæ laudatio, intercepta nonnullis ad Deum conuerſionibus, adiunctis multis ſapientiæ effectis, repetitis hiſtorijs, & exemplis iam inde a primis parentibus per omnes ætates, & ſæcula, atque per omnium ſæculorum ſapientes, & ſanctos homines, qui ſapientiæ beneficio ſalutem, & incolumitatem adepti ſunt. Sed nono tamen capite apertius ea proponuntur, quibus Salomon vſus eſt ad obnixè poſtulandam ſapientiam, expoſita humana inopia, & infirmitate, quæ eget Sapientiæ ope, vt ſubleuetur, & confirmetur, D E

I. *Deus Patrum, &c.*

IN Gręco nullū pronomen *noſtrorum:* tantum, *Deus patrum*; vt ex ſemel collato beneficio in aliquem videatur Deus ex lege quadam ſuæ munificentiæ, & liberalitatis, teneri, & obſtringi ad vniverſam poſteritatem tuendam, & curandam. Quod illud ipſum eſt Exodi 20. 6. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea,* id eſt, in milleſimam generationem, & poſteritatem illius parentis, qui me dilexerit. Sic enim accipio, vt ſemper ſermo ſit, vel de iniquitate parentum quam in filijs punit Deus, vel de probitate, & pietate, quam in iiſdem remunerat. *In infinitum ſe obligat, qui, vt alicui gratū ſe præbeat, omnibus qui ad illum pertinent beneficium dat,* (inquit) Seneca, de hac ipſa re parentum, & filiorum diſſerens, lib. 5. de benef. c. 18. 19. Ornatus verò gratia additur ab interprete Latino, *meorum* à Nannio, *Noſtrorum*. Cātacuzenus verò exprimit intelligi primos illos generis Iſraelitici auctores, Abraham, Iſaac & Iacob. Senſus idē: quamquam illa abſoluta compellatio *Deus patrum*, ſit longè magnificentiſſima, per antonomaſiam patres intelligens, qui auctores fuerint ſanctæ & religioſæ poſteritatis, in qua viuunt viuentq; adhuc parentes: quos dum filij inuocant, videntur ad ſe quoq; diuinam beneuolentiā aduocare, ſibi, vt illis fuit, propitiam. Vide quæ ſuperius li. 1. c. 2. dicebamus de meritis Dauidis parentis, propter quem Deus Salomoni fauerit, vt propterea videatur referendum etiam ad Dauid, quod dicitur *Deus patrum meorum*. Tum & ad Bethſabee, quam diximus ſanctam & religioſam poſtea fœminam, atque Prophetiæ ſpiritu illuminatam, lib. 1. c. 4.

Parentum merita remunerata in filijs.

Seneca.

Nannius.

Cantacuzenus.

Parentum ſanctorum inuocatio.

Quod deinde additur, Dominus miſericordiæ, id eſt, beneuolentiſſimus, bene de omnibus meritus, opportunè dicetur; *El Señor de hazer bien.* ſicut & illud 2. Paralip. 35. 26. *Reliqua ſermonum Ioſiæ, & miſericordiam eius quæ lege præcepta ſunt, &c. El bien que à todos hizo, como buē Iſraelita que era, &c.* Vbi eleganter Tigurina pro *miſericordia*, vertit: *beneficentiam*. Pagnin. & Regia: *pietates*. Itaque *Deus miſericordiæ*, beneficentiſſimus, optimus, vt illum alliciat ad benefaciendum *propter ſemetipſum*, & promouendum, id quod ſemel cœpiſſet. *Non mentiar* (inquit Seneca) *ſi dixero neminē non amare beneficia ſua, cui non cauſa ſit iterum dandi beneficij ſemel dediſſe. Cui initio nō fuiſſet ratio præſtandi, aliquid ei præſtamus, quia præſtitimus.*

Miſericordia quid.

Iſai. 48. 11. Dan. 9. 17.

Senec lib. 4 de Benef.

Addidit verò, *Qui feciſti omnia verbo, &c.* Nam qui natura ſua beneficentiſſimus ſit, benefaciet profectò cū abunde poſſit. Bonus eſt (inquit Plato:) omnia ergo ſibi ſimillima fieri voluit: nam bonus nullius vnquam rei inuidia tangitur.

Deus bonitate ſua impulſus mūdū creauit.

II. *Et ſapientia tua conſtituiſti hominem vt dominaretur.*

ALlegat in ſui patrociniū primum Dei decretum *conſtituendi* (condendi, creandi) *hominē, vt dominaretur creaturæ,* (creaturis) nimirum vt *factus* ad Dei ſummi imperatoris *imaginē*, ac mente præditus, dominatum exerceret in vniuerſa animantia, Geneſ. 1. 26. Iā inde a primo homine principatus, & regnū ex diuina prouidentia inſtituebatur, & adūbrabatur vnius hominis dominatus in plurimos alios, non ſolum in animantia bruta.

Porro additur, ſapientia diuina quaſi inſtitutum & fundatum vnius in alios homines principatum, quòd ſit ſpecies quędam & adumbratio diuinæ Sapiētiæ, cuius primæ regulę, primęque diſpo-

ſitioni

ſitioni parent vniuerſa, ſicut ſcriptum eſt, *Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia.* Tum etiam quod ſapientia & prudentia ſit, qua homo homini præſtat, & quia homo hominis princeps & rex meritò conſtituatur. Sicut enim homo mente præditus factus eſt, vt dominaretur brutis animantibus; ita & mente plus valere debet cæteris hominibus qui illis dominetur. Eleganter itaq; dictum eſt: *Sapientia tua conſtituiſti hominem vt dominaretur creatura.*

Sap. 9. 19.

III. *Vt diſponat orbem terrarum in æquitatem, &c.*

Hominis dominatus in vniuerſas creaturas.

NIhil mirum, niſi & adderetur, *vt diſponat* (tegeret) *orbem terrarum in æquitate*, &c. An tantum loquitur de animantib. quæ orbis terrarum ambitu & appellatione continentur? In hæc enim dominatum exercere poteſt homo, non perinde in alias mundi huius partes, cælos, & elemẽta. An creaturarum & orbis terrarum appellatione cœlos etiam comprehendit, & creaturas vniuerſas, quib. ſanctè, & ex præſcripto rationis vti debeat? Itaque rex vniuerſorum viſibilium homo, cui omnis *creatura ſubiecta eſt*, Rom. 8. 20. Pſ. 8. 5. Et poſſumus dicere cum Paulo ad Hebræos 2. 8. cum a Dauide dictum eſt, *omnia ſubiecisti ſub pedibus eius nihil dimiſit non ſubiectum ei.* Vide ampliſſimũ hominis principatum, & primam imaginem imperiorum atque regnorum. An etiam *orbis terrarum* appellatione homines intellexit? Neceſſarium.n. erat plures vni alicui parere ac ſe tradere diſponẽdos in æquitate, & iuſtitia, & directione cordis. Hæc illa tria, quæ ipſe Salomon ſuperius dixit præſtita a parente Dauide, & expoſuimus c. præcedenti. Iraque tunc demum, vt Cantacuzenus ait, erit perfectus rex, qui ex prima mundi adminiſtratione, & regno, homini a Deo cõmendato, rationem addiſcat gubernãdi *in æquitate*, id eſt. ſanctè, quod ad ſe; *in iuſtitia*, quod ad cognoſcendas aliorum naturas, & neceſſitates; ad reddendum vnicuique quod ſuum eſt, inſtar Adami cognoſcentis ſingula, & dominantis in omnia, & *in directione cordis*, ſe omniaq; ſua conferentis in veri Dei religionem & cultum. hoc enim affert *cor rectum*, vt nuper dicebamus, potius quàm illam intentionis puritatem quam alij volunt. Tantum prima primi regni, & primi regis imago.

B Orbis terrarum appellatio, quæ cõprehendat.

Vniuerſæ creaturæ ſubiectæ homini.

C Cantacuzenus.

Tria optima principis munia.

D Cor rectũ.

IIII. *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem, &c.*

4 NIhil opportunius, quàm vt ſapientia aſſiſtrix vel aſſeſſor ſit regibus: quippe reges ſunt velut imperiti quidam iudices indigentes aſſeſſore ſapientia, quæ illis inſtillet, & aſſideat in iure dicendo, & iudicio ferendo. Itaque ſine ſapientiæ conſilio nihil principes agere, nihil decernere debent, quamuis *per ſe ſubſcribant libellis*. Quia verò aſſeſſor in vna prouincia ortus, non in eadem *ſed in altera aſſidet*, opportunè quærit Salomon, aſſeſſorem ſibi non ex terra, ſed ex cælo mitti, infra nu. 10. Niſi pro *aſſiſtrice*, comitẽ intelligas, *nam & aſſeſſores, comites dici cœpti ſunt*, vt ſapientia ſit eiuſdẽ ſedis & regni conſors. Cum enim Salomon ſæpe Sapientiam ſponſam expetierit, optimo illã loco ſe habiturum pollicetur, & ſuſcepturum in regni conſortiũ; vt *aſſiſtat regina a dextris ſuis*. Quamquam non aſſiſtricem tantum aut *Paredrum*, vt in Græco eſt, ſed proedrum, i. præſidẽ, & antiſtitem ſuum Salomon velit; cui ipſe ſuo loco, & ſede regia libentiſſimè cedat, vt Sapientia in ipſa ſedeat.

E L. 2. C. de Aſſeſ. L. 3. De offic. aſſeſſ. L. 4. ff. eodem.

Aſſeſſorõ indigena.

πάρεδρος πρόεδρος

A Hoc enim ius illius, qui προεδρίας honore præditus erat, vt in primo ſederet loco, & quemuis loco excitare poſſet, vt ipſe in eo ſederet. Neq; hoc tantum, ſed cum ſapientiam poſtulat Salomon, vt ſecum ſit, & ſecum laboret, proſedrum vult eſſe; id eſt, aſſiduum aſſeſſorem, ſiue, euproſedrum, conſtantem & perſeueranter aſſidentẽ, & qui ab eius latere numquam diſcedat.

προεδρίας Dignitas proedri.

εὐπρόσεδρος.

Petit deĩde *noli me reprobare a pueris tuis*. Quos autem pueros, & Dei familiares intelligit? an reges ipſos, qui familiares Dei videntur eſſe, a ſecretis, a conſilijs, quibuſcum prouidentiæ ſuæ arcana communicat? an pueros nominat Patriarchas illos diuinorum ſcientia præſtantes, cũ quib. etiam vt annumeretur, & ſapiẽtiæ dono inſigniatur poſtulat? an pueros dicit, vt Cãtacuzenus intelligit, Angelorum Deo aſſiſtentium ſupremos ordines, Cherubinos atque Seraphinos, qui a Deo lumen accipiunt, quo alios inferiores illuminent? non aliter ergo Salomon vult pro tãto regis munere, inſtar Angeli, & ex ſupremo quidem ordine, Deo familiatiſſimus eſſe, & lumen ab illo accipere, quod in ſuos ſubditos & populares refundat. Veretur autem ne ſi ſapientia deſtituatur, non ſolum ſit indignus ſedium Patris ſui, ſed præterea indignus numero & cœtu lectiſſimorum Principum, ex quorum albo reprobetur, & eradatur tanquam indignus, & velut reiectaneus; quod & ſibi & ſuo populo ignominioſiſſimum exiſteret. Sicut è contrario illa eſt Eccleſiæ maxima dignitas & ſplendor, cum pollicetur Deus fore, vt illius principes & antiſtites ſapientiſſimi ſint Iſa. 32. 5. Non vocabitur vltra is qui inſipiens eſt, princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur, &c.

Pueri Dei.

B Cantacuzenus.

Rex inſtar Angeli illu minantis.

C Eccleſiæ principum dignitas, & ſapientia.

V. *Quoniam ſeruus tuus ſum ego, &c.*

5 QVoniam hic ſeruum ſe nominat, & inferius petit ſapientiam, quæ ſecum non ſolum laboret, ſed & laborare doceat; alia iam translatione vtitur ſumpta ab exactoribus, qui ſeruis laborantibus aſſiſtunt, opus exigunt, & in laborando inſtant, nec ſinunt ſeruum, aut dormitare, aut ſegniter agere. Ait itaque nec me permittas torpeſcere, aut dormitare in regio munere exercendo; quippe qui regnant, Dei munus & opus faciunt. Exigat igitur a me ſapiẽtia mei laboris penſum, inſtet, & ſicut ego, quippe rex, in medio ſum populi, inſtar exactoris, & Epiſcopi inſpectantis ſubditos atque vrgentis, vt opus peragat; itaque videor cum illis laborare: Ita cum ſeruus ſim ego tuus, laboranti mihi vt opus tuum peragam, adhibe exactricem, aſſiſtricem, inſpectatricem ſapientiam.

D Sapientia inſtar exactoris. Rex inſtar ſerui.

Quod additur; *Exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij*, &c. expoſuimus ſuperius, c. 2. vbi de tempore, quo ſapientiam adeptus eſt, & quod ea ætas per ſeſe minus idonea ſit ſtudio ciuili, quod experimentum variarum rerum requirit, & exiguo tempore comparari non poteſt. Illud nunc adde ex Cantacuzeno, dici hominem *infirmum, & minorem ad intellectum iudicij & legum*, quoniã ex quo ſemel legem tranſgreſſus eſt tum ad ſeruandam legem, tum ad exigendam legis obſeruationem imbecillus & inefficax eſt: Ergo ſapientia quæ legem ſeruare docet, eadem ipſa bene imperare docet; quæ a ſubditis legem exigit, prius illam exigit ab ipſo exactore; cui prius imperat facienda, quàm ſubditis.

E Cãtacuzenus.

Princeps prius legẽ ſeruãs quã exigens.

VI. Si quis fuerit conſummatus inter filios hominum, &c.

6 ETiam viri perfecti tum ætate tum alijs naturę & fortunæ donis, ſi abſit aut ſi deſit ſapiẽtia, non ſunt pares regendo, & iudicando: quanto minus puer ego rerum inexpertus? vox enim Græca, τέλειος, conſummatum, & perfectum ſignificat, & qui ſit adultus, vt opponat ſuæ ætati teneræ adhuc, & vix progreſſæ ab initijs vitæ. Porro ſapientia tua, id eſt, *ſapientia Dei*, eſt illa *quæ deſurſum eſt*; non terrena, non animalis, non diabolica; ſed *pudica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus boni.* Iac. 3. 17.

VII. Tu elegiſti me regem populo tuo, &c.

Rex imperans nõ ſeruis, ſed filijs. INtelligat rex ſe non iudicem ſeruorum neque mancipiorum, ſed filiorum & filiarũ Dei. Itaque non tam dominari in ſeruos, quàm ſeruire filijs ac filiabus Domini ſui; non ſolum filijs ſuis, patris inſtar, quod parum eſt; ſed cum reuerẽtia. Itaque vel hac ratione *iudicium Dei* exercet, Deut. 1. 17. Quàm procul a tyrannide? vide quæ diximus lib. 6. c. 1. 2. de humanitate Principis.

Reuerẽtia Principis erga ſubditos. *Princeps popularib. pręſtantior ſanctitatẽ.* Tum prætetea agnoſcit præſtantiam & ſanctitatem neceſſariam principi fideli, olim Synagogę nunc Chriſtianæ Eccleſiæ. Nam quid magnũ infidelibus, Idololatris, & omni peccatorum genere bruteſcentibus hominibus imperare, & ſe ſuperiorem oſtendere virtutis alicuius ſpecie? Illud verò maximum atque difficillimum populo ſancto, ſapienti, intelligenti, diuinæ familiaritati, Prophetatum oraculis, & miraculis aſſueto, præpoſitum eſſe, id eſt, ſanctiorem, ſapientiorem, Deo atque diuinis familiariorem. Quibus rebus niſi populo præſtet, minimè præſtantior erit rex.

Tandem illud, cum ait, *Tu me elegiſti regem populo tuo*, indicat non ſolũ ſe electum præ Adonia, & alijs fratribus natũ maioribus: ſed præterea cõparat ſe cum ipſo populo electo a Deo tanquam *peculio, ex omnibus gentibus, gente ſancta, populo acquiſitionis*, vt electionis ſuæ prærogatiuam amplificet; videlicet electum fuiſſe ex populo electiſſimo. *Populus electus vt ex illo eligeretur rex.* Quaſi vniuerſa illa diuinæ prouidentiæ charitas, & ſollicitudo erga ſuum populum iterum veluti reuocaretur tota in vnicũ regem, & primum elegerit populum, vt ex populo electo vnicũ tandem regẽ eligeret. Simili fere ratiocinatione Paulus extollit Epiſcoporum & paſtorum Eccleſię dignitatem, hortaturque vt illam attentiſſimè tueantur, tam in ſe, tum in populo Dei, Act. 20. 28. *Attẽdite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.*

VIII. *Et dixiſti me ædificare templum,* &c. 9. 10. 11. 12. 13.

Principis prima cura religionis. PRima regis cura, religio, templum, ſacrorum cultus. His curandis primum ac potiſſimum ſe creatum regem intelligit & profitetur; propterea recens creato traditur *a ſacerdotibus legis Deuteronomium, quod ſecum habeat legatque omnibus diebus vitæ ſuæ.* Deuteron. 17. 18. Vide ſuperius lib. 2. c. 8.

Salomonis ſapientia propter Tẽplum. Vides præterea vniuerſam gloriam atque ſapientiam Salomonis potiſſimum illi propter Templum collatã. Quàm longè illi, qui poteſtate abutentes, gloriam, diuitias, ex templo in res ſuas deriuant? vide quæ dicimus libro 5. cap. 5. quod eſt de Templo. Sect. 3. & Sect. vltima: vbi quomodo Dauid, filij Salomonis regnum cum Templo coniungat.

Templum mundi imago. *Villalp. to. 2. p. 2. li. 5. diſp. 2. cap. 29. 30. 31.* Porro Templum ad ſimilitudinem tabernaculi, & caſtrametationis populi; ad ſimilitudinem item cœli, mundi, hominis, confectum fuiſſe, eleganter noſter Villalpandus tomo 2. ſuarum explanationum oſtendit.

Sed poterat eius rei certum argumentum elicere ex num. 9. ſequenti: nam ſapientiam illam, quæ cum omnium ſit artifex, nouit, optima ſymmetria & exquiſitiſſima arte, mundi huius corporei partes diſponere, atque ſingulas elaborare, vt ſupremo creatori Deo inſpectanti viderentur valde bonæ: illam, inquam, ſapiẽtiam iam ſemel aſſuetam mundi huius fabricæ, petit ad fabricandã, & quaſi repræſentandam in parua tabella in mũdo minori, id eſt, in Templo, mundi maioris imaginẽ. *Tẽpli cum mundo, cũ cęlo comparatio.* Sic futurum vt Deo habitaturo in Templo perplaceret domus. Eadem item ſapientia ipſa diſpoſuerat, & parauerat regnum: id eſt, mundum primo homini rebus creatis vſuro temperanter, ſobriè, modeſtè, ſanctè & religiosè. *Sapientia primi regni conſtituendi magiſtra.* Ergo poſtulat ſapientiam primi templi ędificati, primi regni diſpoſiti, magiſtram ad ædificandum templum, ad diſponendum regnum. Hoc ſibi volunt ſequentes numeri a 10. vſque ad 14. de decimo verò pluſcula diximus numero 4. dicemus etiam lib. 5. vbi de templo.

XIV. Cogitationes enim mortalium, &c.

INdicat, regum cogitationes in eam vnam rem inſumi debere, vt conſequi poſſint, *quid velit Deus*: 8 *Reges ſequi tentes Dei voluntatẽ.* cum enim ille conſilia ſua & voluntates diligenter inquiri velit, celat tamen aliquando, vt oſcitantibus & deſidentibus non omnino pateant ſicut ſcriptum eſt Prouerb. 25. 2. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria regum inueſtigare ſermonem. Videlicet illum ipſum quem Deus celat. Itaque proprium regum eſt cogitare, & inueſtigare quid *ille velit*.

Principes de rerum, & conſiliorum ſucceſſu timidi. Sed præterea nunquam brachio ſuo, nunquam cogitationi ita fidere vt de rerum ſucceſſu non agat timidè, totuſque pendeat ex Dei voluntate, & prouidentia, cuius eſt, ad certũ & optatum finem conſilia dirigere, & media perducere. Hic Principum quorundam præceps quædam audacia, & proiecta ac mala ſecuritas comprimenda, & frænanda, tum præuia rerum cogitatione, & præmeditato conſilio; tum ſæpius requiſita de agendis diuina voluntate; Salomonis exemplo, dicentis, *Cogitationes mortalium timidæ*, & ratiocinationes debiles, & vacillantes atque fallaces adinuentiones, & opiniones noſtræ. *Por mas que lo pienſe, no ſe ſi ſaldra bien, ni ſi accertare conlo que pretendo.*

XV. Corpus enim quod corrumpitur, &c. 16. 17. 18. 19. 20.

Paraphraſis reliqui capitis. QVamuis.n. mortalis homo nimiũ ſeſe excruciet cogitando & ratiocinando; ſed frequẽter pro certo, & firmo ſyllogiſmo obrepit humanæ menti paralogiſmus, & cũ maximè ſapere videtur, maximè timere debet, ne opinione fallatur: Is præſertim, qui quãuis dignitate & munere diſpar ſit cęterorum hominũ, at conditione corruptibilis corporis eadẽ, eſt obnoxius omnino nõ paucioribus, neque minoribus animi lapſibus, & deceptionibus, quã corporis incertis caſib. & communis naturæ fragilitati: Cui ſi imponas grauiſſimam multiplicium cogitationum prouinciam,

quæ

Reges multiplicibus cogitationibus grauati.

quæ ad publicam regni rẽ ſpectant,& ad reddendam rationem de ſubditorum animabus, impellent & diſturbabunt per ſeſe labantẽ & vacillantem animum, & quaſi grauiſſimo onere impoſito deprimenr, vt etiam quæ incerta ſunt, & inter manus verſantur, & ad temporalem quãdam rerum terrenarum adminiſtrationem requirũtur, vix ac ne vix quidem deprehendere, nedum perſpicere poſſit; quanto minus ea, quæ cum ſuperiora ſint, & ſubditorum animos atque ſpiritualia tangunt cum regibus diuinorum conſiliorum adminiſtris, non niſi diuinitus vnius ſapientię beneficio & diuini ſpiritus afflatu cõmunicantur. Hæc vna principibus recta in ſemel ſuſcepto munere gradiendi via, hæc item ad rectum vitæ & legum tramitem ſubditos adducendi, ratio. Hæc vna regi ac regno ſalus, ſi ſapientiam illi ad populi totius bonum, & incolumitatem benigniſſimè largiaris.

Nexus ſententiarum totius capitis.

Hic videtur veriſſimus capitis nexus, & decurſus, & intentio ſententiarum omnium, vt oſtendatur ſapientia neceſſaria regi multa cogitanti pro ſuo regni, multa tum pro re temporali & terrena regni; tum verò pro ſpirituali, & diuiniori bono ſubditorum curando: in quibus niſi adſit diuini ſpiritus, & ſapientiæ præſidium, quãtumuis multum ratiocinetur, & adnitatur ſuis viribus, ſæpenumero errare & decipi neceſſarium ſit.

CAPVT VII.

Ex eius precibus ſacrificium: & illud quonam loco quo ritu.

Ad locum 3. Reg. 3. 4. 2. Paral. 1. 6. Aſcendit Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hoſtias.

1 *Quo vltimo obſequio obtinuerit ſapientiam Salomon. Diligere quid in ſacro ſermone.*
2 *Deuotionis ſpecimen magnificum. Hecatombe & Chiliombe victimarum qualitates, & numerus apud profanos. Perfecta Hecatombe quid.*
3 *An millenæ hoſtiæ ſimul oblatæ & conſumptæ. Altare Moſaicum mille capiens victimas. Cuius menſuræ.*
4 *Sacrificium a Salomone oblatum, an ſolummodo holocauſtum nõ etiam victima pacifica. Ex quo animalium genere, An etiam ex hircis.*
5 *Gabaon propriumne loci nomen. Extra Ieruſalem. Ioſephi error.*
6 *Gabaon nomen quid ſonet. Gibbus Latinus vnde dictus. Cur Gabaon excelſum maximum.*
7 *Requirere in ſacro ſermone quid. Illuſtrati Dauid & Iſaias.*
8 *Altare æneum cur requiſitum. Maior religio coram Arca an coram Altari? Maxima ad ſacrificandum opportunitas Altaris.*
9 *Quo tempore Salomonis oblatum ſacrificium. Comitatus frequentia. Hyſteron Proteron in ſacris.*

1 Sapientię obtinendæ meritum.

POſt aſſiduas preces obſeruant interpretes incredibilem animi deuotionem, qua Salomon obtulit millenarum hoſtiarum Hecatomben in Gabaon, quaſi eo vltimo obſequio demeruerit exoptatiſſimam apud Deum ſapiẽtiam. Sed hæc nonnullis obſeruationibus illuſtranda.

I. *Victimarum numerus, & offerendi ardor.*

אהב Diligere quid.

PRimum quod ad deuotionẽ attinet ex 3. Reg. 3. 3. *dilexit Salomon Dominum*, quod quidem ex proprietate vocis originalis affert tenerũ quendam, vehementiſſimum atque dulciſſimum mentis affectum, qui amantibus tribui ſolet, ſiue parentibus erga iuniores filios, ſiue erga amicos, ſiue erga ſponſas. Geneſ. 37. 3. 2. Reg. 1. 26. 3. Reg. 11. 2. De quo plura dicemus lib. 6. vbi de eius pietate, & religionis feruore c. 12.

2 Deuotionis magnificum ſpecimen.

Huius deuotionis, qua perfundebatur Salomõ profuſiſſimæ atque promptiſſimæ in diuinum cultum, magnificentiſſimum præbuit ſpecimen, cum abijt in Gabaon immolaturus: *Illud quippe erat excelſum maximum: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon.* 3. Reg. 3. 4. ſed explicatius 2. Paralipom. 1. 2. *præcepit Salomon vniuerſo Iſrael, tribunis & cẽturionibus & ducibus, & iudicibus omnis Iſrael, & Principibus familiarũ, & abijt cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyſes famulus* Dei *in ſolitudine. Arcam autẽ* Dei *adduxerat Dauid de Cariathiarim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum hoc eſt, in Ieruſalem. Altare quoque æneum quod fabricatus fuerat Beſeleel, filius Vri, filij Hur, ibi erat coram tabernaculo* Domini. *Aſcenditque Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis* Domini, *& obtulit in eo mille hoſtias.*

Hecatombe, & Chiliombe.

Victimarũ qualitates.

Atque vt a numero victimarum incipiamus, quamuis magnificentiſſimum hoc ſacrificiũ abuſiuè Hecatomben appellaueris, at ſanè dicas melius Chiliomben. nam Hecatombe, ſacrificium ſonat centenarum hoſtiarum; Chiliombe verò millenarum. Cum enim nõ ſolum aliæ ſacrificiorum qualitates proprietateſve religioſiſſimè ab antiquitate obſeruarentur, nimirum ętas, ſexus, color, aliæque notæ victimarum; at numerus vel potiſſimum in religione erat. Quibuſdam enim numinibus vna tantum hoſtia; quibuſdã duæ; aliquando & decem, atque adeo Dijs Superis numero pari; Inferis, impari ſacrificabant. Sed illud Græcis atque Romanis magnificentiſſimum ſacrificium, quod Hecatomben, aut centenarium dicas, quod eo ritu peragi ſolere ſcribit Iulius Capitolinus in Maximo, & Balbino, vt in centenariis vno tempore centum boues, centum oues, centum ſues immolarentur. Si verò Imperatorum votum eſſet, etiam centum leones, centumque aquilæ vna mactarentur. Non amplius, quàm ad quingentas victimas, ſi omnes numeres. Neque vnius generis niſi centurias ſingulas victimarum inuenias. Nam Paulus Æmilius boum centuriã vouet, apud Plutarchum; Marius item apud eundem, & Pandarus apud Homerum centuriam agnorum vouet Apollini: Neque cum aliquando perfectas hecatõbas nominat, vt hymno in Apollinẽ; quidquam aliud intelligit, quàm plenam victimarum centuriam, cui ne vna quidem deſit. Vides igitur quantum magnificentia & numero præſtet Salomonis ſacrificium ſuper alia Imperatoria.

Capitolin.

Hecatõbe ex quibus victimis.

Leones, & Aquilę mactatæ i Imperatoris ſacrificio.

Plutar b.

Homer. Iliad. 4.

II. *Simulne millenæ hoſtiæ mactatæ & concrematæ.*

3 Millenę hoſtiæ an oblatæ per cẽtenarios.

SEd an millenarius hic victimarum per hecatombas mactatus, & oblatus fuerit, id eſt, centenatim, potuiſſet aliquis argute potius quàm ſolidè quærere, ex eo quod potuerit apud Theodore-

tum q. t 2. 3. Reg. legiſſe, Salomonẽ obtuliſſe, plurali numero, ***Hecatombas***, id eſt, plures centurias; quaſi centuriatim; non enim ex ſingulis tantũ pecudum generibus centenas: tum etiã ex eo, quòd non videatur altare mille ſimul animalia capere potuiſſe. Et quidem Abul. 2. Paralip. 1. q. t6. & 3. Reg. 3. q. 3. in eam ſententiam inclinare videtur, vt non vno tantum die mille victimæ oblatæ, & concrematæ fuerint, ſed pluribus. Itaque omnium victimarum & omnium dierum collectionẽ milleoarum fuiſſe hoſtiarum.

Abulenſis.

Simul mille hoſtiæ oblatæ.

Sed procul dubio niſi omnes ſimul victimæ oblatæ, & concrematæ fuiſſent, multum de ſacrificij magnificentia, & Salomonis deuotione detraheretur. Scio aliquando magnificentiſſimum Salomonis ſacrificium in dedicatione templi, nõ vno tantum die, ſed ſeptem cootinuis duraſſe, computarique numerum hoſtiarum omnium ſimul dierũ. 3. Reg. 8. 63. 2. Paral. 7. 5. Sed res ipſa illius dedicationis apertè oſtendit, nõ potuiſſe vna die tot ſacrificia offerri; ***nam mactauit boum viginti duo millia; arietum centum viginti millia.*** Sicut autem tunc occurrit Salomõ anguſtijs altaris, quod quia ***minus erat, & capere non poterat holocauſtum, & ſacrificium, & adipem pacificorum, in die illa ſanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum Domini, fecitque ibi holocauſtum & ſacrificium.*** 3. Reg. 8. 64. Ita & potuit facere io Gabaõ, vt aliquam partem areæ iuxta tabernaculũ, & altare Leuitarum miniſterio ſanctificaret, quò amplius & magnificentius ſacrificium exiſteret. Sed Theodoretus apertè ſcribit q. t 2. ideo Salomonem iuiſſe in Gabaon ſacrificatum; quoniam ara, quæ erat in Gabaoo, mille holocauſta capiebat. Sanè ſi altaris menſuram exactius requiras, illam vult Villalpandus eandem fuiſſe altaris Moſaici & Salomonici, atque vtrumque fuiſſe viginti cubitorum longitudinis, & viginti latiiudinis, & decem cubitorum altitudinis. 2. Paralip. 4 1. quod quomodo accipi oporteat, vid. Tom. 2. p 2. lib. 4. c. 77. Sed cuius generis ſacrificium fuerit, iam dico.

Theodoret.

Altare cuius menſuræ.

III. *Cuius generis ſacrificium, & victima.*

4 Antan tũ holocauſtum oblatum a Salomone.

Theodoret. *Ioſephus.*

THeodoretus holocauſta tantum agnoſcit, textus ipſe apertè docet obtuliſſe mille hoſtias in holocauſta. Septuag. preſſius appellãt milleoatiam holocauſtoſim. Atque fere ſimiliter Ioſephus lib. 7. cap. 2. Fuiſſe autem ſuauiſſimum atque gratiſſimum holocauſti odorem Deo, (proprium enim id holocauſti, vt gratiſſimum, & acceptiſſimum Deo exiſteret, quippe totum incenſum ad eius honorem) res ipſa conſecuta, atque ſomnium comprobarunt.

Abulenſis.

Verum Abul. vt nihil noo mouet, etiam hunc lapidem mouit, 3. Reg. 3. q. 3. 2. Paral. t. q. t 6. contendens non omnes victimas fuiſſe holocauſtum; ſed aliquas etiam, ſi non pro peccato, fuiſſe tamen pacificas, in gratiarum actionem pro pace, & regno adepto. Tum quod eiuſmodi publica lætitia ſoleret gratulatorijs ſacrificijs celebrari; tum vt populo carnes ipſæ pacificarum hoſtiarum præter adipes, cederent ad eſum. Exemplum ex 2. Reg. 6. cum deducens Dauid Arcam in domum ſuã, obtulit holocauſta, & pacifica; accedente etiam opportunitate altaris, ſi non integra ſacrificia, ſed plurimorum adipes tantum cremarentur: Ipſis autem apertis pro holocauſto teſtimonijs non aliud reſpondere poteſt Abulenſis, quã totum ſacrificium appellatum holocauſtum, a maiori & potiori parte, ſicut & vocatur Altare holocauſtum, in quo tamen offerrentur etiam alia ſacrificiorum genera.

Hoſtia pacifica an oblata a Salomone.

Ego rem in medio relinquo, vt quam quiſque volet, partem ſumat; mihi tamen arridet prior.

Sed ex quonam animalium genere hæ mille victimæ? Theodot. ſcribit totos mille fuiſſe boues, initio, 2. Paral. Abul. ſacrificatos vult boues, arietes, hircos. Res incerta; Et hircos non inuenio in illo ſacrificio dedicationis templi, tantum boues, & oues, 3. Reg. 8. arietes, 2. Paralip. t. Similiter, & in pompa illa Dauidis deducentis Arcam ex domo Obededom in domum ſuam, tantum inuenio victimam *vituli bouis, & arietis*. 2. Reg. 6. t 3. 14. Atque ea proportione & nomero, vt bos & aries immolarentur ſingulis ſenis paſſibus. Exiſtimandum itaque ex bobus & arietibus Salomonis quoque ſacrificium conſtitiſſe, nõ ex hircis, quia tunc nulla hoſtia pro peccato.

Abulenſis.

An hircorum etiam victima oblata a Salomone.

IIII. *Vbinam Gabaon, ſacrificij locus.*

5 *Petrus Comeſtor.*

Gabaõ an propriũ nomen loci.

Ioſephi error.

SEd quonam loco, id eſt, vbinam Gabaon, in quem aſcendiſſe ſcribitur Salomon ſacrificatum? Magiſter hiſtoriæ ſchol. 3. Reg. t 5. (ſequũtur Gloſſa, & Hugo Card.) exiſtimat, Gabaon non eſſe proprium nomen loci aut oppidi, ſed appellatiuum, & interpretationem eius eſſe, collis excelſus. Ac forte eſſe Hebron, in quem dicit Ioſephus lib. 8. cap. 2. aſcendiſſe Salomonem. Sed vt de hoc Ioſephi errore, ſi forte illius, & noo librariorum, ac codicum deprauatorũ error ſit, nihil dicamus (quippe Hebron longè diſtãs, nihil habuit, quod Salomonem Ieroſolyma euocaret, & alliceret ad ſacrificandum) certè Gabaon non eſſe aliquam aliam ciuitatem, ſed ipſum montem Sion, ſiue huius mootis collem quendam, in quo a Dauide Tabernaculum fœderis collocatum fuiſſet, exiſtimat Chriſtianus Adrichom in ſua Ieruſalem nu. 24. citatque Hieronym. in Tradit. 1. Paral. 16. vbi ſanè Hieronymus ſcribit, quoſdam arbitratos, Gabaon locum quendam eſſe in Ieruſalem, vbi a Dauid Taberoaculum fœderis, & Arca collocata fuerint. Rurſus ait Gabaon ſignificare vallem.

An Gabaõ in monte Sion.

Adrichom. *Hieronym.*

Sed præterquam, quòd ſi Gabaon eſſet in monte Sion, incommodè diceretur Salomon habitans io arce Dauid, conſcendiſſe in Gabaon; certè fuiſſe locum extra Ieruſalem apertè colligitur ex ipſa dicendi & aſcendendi formula; tum præterea altare æneum, ad quod contendit Salomon, fuiſſe ab Arca ſeparatum, quam adduxerat Dauid in Ieruſalem 2. Paral. t. de quo Hieronym. ex propria ſententia lib. de locis Hebraic. ſic ſcribit; *Gabaon erat olim metropolis ciuitas & regalis Hebræorum, cecidítque in ſortem tribus Beniamin: Et nunc oſtenditur villa eodem nomine in quarto milliario Bethelis, contra plagã iuxta Rama & Remmon, vbi Salomon, hoſtijs immolatis, diuinum meruit oraculum. Fuit autem & ipſa ſeparata Leuitis.* Eadem ipſiſſima ſunt Procopij, in lib. Ioſue, vbi de Gabaonitis; illud tantum addit Gabaon eſſe vbi *Salomon ſacris operatus vnctionis dignitatem accepit.* Quòd ſi iotelligat de regalis vnctionis dignitate, memoria proculdubio lapſus eſt. Nam non in Gabaon, ſed in Gihon vnctus & ioauguratus. Idem ſecutus fuerat ipſe Adrichom io deſcriptione ſortis Beniamin nu. 68. & diſtare a Ieruſalem ſtadijs quinquaginta, ſitam in monte Silo, ex Ioſepho lib. 2. de Bello c. 23. & Gegeſippo. Quamquam Andreas Maſius, Ioſue 10. nu. t 2. contendat, non amplius quadraginta quatuor ſtadijs abfuiſſe ab Ieruſalem.

Gabaõ extra Ieruſalem.

Hieronym.

Procopius.

Ioſephus.

Vbicunque tandem ſit, gibboſus videtur Gabaonis ſitus, vel ex ipſo nomen, quippe Gabaon nomẽ habet a Gihon: Vnde proculdubio Latinus

6 Gibbus Latinus vnde dictus.

Gibbus,

גבן Gibbus, vel à *Gabagh*, quod eſt, collis, cui ſi addas A
גבע *en*, id eſt, dolorem, aut iniquitatẽ, ſonabit mons,
און aut, collis doloris, aut iniquitatis, fortè quòd aliquando in eo monte viguerit Idoli alicuius cultus, quod in ſacro ſermone appellatur *dolor* aut *iniquitas*: quo poſtea propter loci præcelſi opportunitatem, translatum fuerit tabernaculum.

Tabernaculũ vnde, quo translatum. *Nicolaus.* *Abul.*

Ex certa autem coniectura ſacrorum teſtimoniorum, videtur non fuiſſe Gabaon in monte Silo: ſed inde aſportatum per varia loca, videlicet in Maſphar, Galgalam, Nobe, vt Nicolaus 1. Reg. 7. arbitratur: vel vt exiſtimat Abulenſ. 1. Regum 7. quæſt. 10. vſque ad 19. Sed præcipuè quæſt. 18. & 10. Paralip. 1. quæſt. 12. ex Silo translatum eſt in Nobe; iuxta id Pſal. 77. 60. *Repulit tabernaculum Silo*, &c. Fuit autem in Nobe tempore Saul. 1. B
Reg. 21. Nobe autem deſtructa à Saul, videtur ab eodem Saul translatum in ſuam ipſius tribum Beniamin, id eſt, in Gabaon, vbi fuit vſque ad Salomonem. vide 2. Reg. 16. & 21.

Hierony. *Maſius.*

Quamuis autem Hieronymus de locis Hebr. & Maſius nuper adductus, potiùs meminerint vallis ſeu planitiei Gabaon, quàm montis, aut collis; tamen non ſolum ex nomine, ſed etiam ex eo, quod dicatur, Salomon *aſcendiſſe*, certa coniectura ducitur Gabaon fuiſſe montanam, immo & in loco altiſſimo ſitam. Quippe altiſſimam vocat Theodoret. quæſt. 12. 3. Reg. Hac enim ratione intelligere videtur, quod dicitur, *Gabaon fuiſſe excelſum maximum*: ſic enim legunt Septuag. *quoniam ipſum erat excelſiſſimum, & magnum.* Scio, Abulenſem, C
Excelſum non pro monte, ſed pro altari vſurpare. Scio etiam, Hieronymum in Tradit. 3. Reg. cap. 3. *Excelſum maximum*, interpretati altare ipſum æneum: & maximam illã celſitudinem Gabaon, non ad loci ſublimitatem, ſed ad dignitatem, & ſanctificationem referre: ſed de hoc aliàs, vbi plura de *Excelſis*.

Gabaõ montana. *Theod.* Excelſum quid. *Abul.* *Hierony.*

V. Quidni ſacrificat Salomon in Ieruſalem?

7. Oraculum in Gabaõ.

QVorſum verò relicta ciuitate ſancta Ieruſalem, & Arca, quæ in ipſa Dauid ciuitate, id eſt, in Sion erat, contendit Salomon in Gabaon? D
Cauſa exponitur 2. Paral. 1. 5. [Requirebat enim Salomon, & omnis Eccleſia altare æneum quod fabricatus fuerat Beſeleel, quod erat coram tabernaculo Domini.] Porro verbum originale *requirendi*, non ſolum affert curam & ſollicitudinẽ quærendi, ſed prætetea etiam conſulendi, ſciſcitandi, & quaſi à Deo petendi oraculum. Exempla obuia, cùm dicitur homo requirere, aut *exquirere Deum*, Pſal. 33. 4. *Exquiſiui Dominum* (precando, petendo, conſulendo,) *& exaudiuit me* (annuendo, benignè reſpondendo) Iſai. 55. *Quæſierunt me, qui antea non interrogabant.* Igitur Salomon *requirebat altare*, & tabernaculum, cum aſſiduas preces fundebat, Deum de optima gubernandi populi ratione conſulens, & certum ab eo oraculum de ſapientia ſibi concedenda, requirens. E

Requirere quid. דרש

Quare opportunè requirenti Salomoni
redditur diuinum per ſomniũ ora-
culum. Simulque cum Salo-
mone requirebat popu-
lus in illis Salomo-
nis initijs diui-
nam vo-
luntatem & reſponſionem, vel
de templo ædificando,
vel de regni re-
bus &c.

VI. Quorſum ad ſacrificandum requiritur à Salomone altare æneum.

8. Religio altaris Moſaici quanta.

CVm autem dicitur, *altare requiſitum* à Salomone, procul dubio ſignificatur ad religionẽ & diuinum cultum maximè pertinuiſſe, quòd in Gabaon ſuper altare æneum offerrentur ſacrificia, potius quam in alio loco. Perinde enim videtur dictum *requiri altare*, aut, *requiri Deum toto corde*, Deut. 4. 29. Quare Vatablus non iam refert ad altare, quàm ad Deum ipſum requiſitum in altari à Salomone. quod ad ſingularem erga Deum fidem & charitatem ſpectat. Abulenſ. 1. Paralip. 1. q. 10. ſic enim exactiſſimè ſeruabatur lex de ſacrificando ſuper altari holocauſtorum, Leuit. 17. & Deut. 12. Qui exiſtimat, ſacrificium in Gabaon, & in altari coram tabernaculo perfectius ſanctiuſque quam in Sion coram Arca; quamquam vtrobique ſanctum. At licuiſſe vtrobique ſacrificare, ſed meliùs coram Arca, docet Lyra, & Dionyſ. 3. Reg. 3. Theodor. perinde vtrumque licuiſſe, ac decuiſſe, quia vtrobique ſacerdotes. At ſi alijs in excelſis ſacrificaſſet, minus hoc laudabile Salomoni; ſed licuiſſe etiã alijs in locis Deo ſacrificare ante ædificatum tẽplum, ſcribunt Lyra, & Dionyſ. Non caruiſſe reprehenſione aliqua, docent Theodoret. & Abul. Non tã fuiſſe licitum, quàm impune, affirmat Caiet. dicens etiam *nonnullam fuiſſe declinationem à rectitudine*, immolare in excelſis. Certè hæc velut labecula aſpergi videtur Salomonis charitati, & deuotioni parentis Dauidis, hac in vna re diſſimili, qui non tantum licita, ſe meliora & expeditiora conſectabatur; *Ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama.* 3. Reg. 3. Sed de hoc dicemus vbi de Templo, quo ædificato non ampliùs licuit ſacrificare in excelſis.

Vatablus. An maior ſacrifi. ãdi coram Arca, & corã tabernaculo religio. *Nicolaus.* *Dionyſius.* *Theodor.* An in excelſis liceret ſacrificare ante ædificatum templum.

Ergo vt ad rem redeamus, certè ex Hieronymo & Abulenſi colligitur, iuiſſe Salomonem in Gabaon, quòd propter altare & tabernaculum ille cenſeretur ſanctiſſimus locus, & opportuniſſimus ſacrificio: id quod indicat illud *requirendi*, de quo ſuperius dicebamus. At Theodoretus duas rationes aſſignat; *Iuit* (inquit) *in Gabaon, quoniam ea eſt altiſſima, & quæ mille holocauſta capiat.* Opportunitas ergo & captus altaris illum allexit; tum & celſitudo loci. quod Caietanus 3. Reg. 3. vrget, dicens, ideo Scripturam notaſſe *excelſum maximum*, quod Salomon delectaretur ad immolandum locis excelſis. Quæ fuit nonnulla illius pietatis macula. Ego potius exiſtimarem, pietatis & deuotionis ergo eam religioſam peregrinationem ſuſceptam à rege & principibus regni; & propter altare fuiſſe eum locum ſanctiſſimum; & ad ſacrificia præſertim numeroſa & ſolennia potiſſimum à ſanctis hominibus quæſitum; tum etiam à bona ſacerdotum parte, vt ait Theodoretus, frequentatum & cultum: quos fuiſſe plurimos oportuit, vt quorum miniſterio tot victimæ cæſæ, & oblatæ fuerunt.

Hierony. *Abul* Gabaon locus opportuniſſimus ſacrificio. *Theod.* Plures ſacerdotes in Gabaon.

Ad ſacrificium vero & animi ſoliciti curam pro obtinenda ſapientia, pertinere videtur celebritas comitatus aſcendentium cum Salomone in Gabaon 2. Paralip. 1. 2. [Præcepit Salomon vniuerſo Iſraeli, Tribunis, & Centurionibus, & Ducibus, & Iudicibus omnis Iſrael, & principibus familiarum. Et abijt cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon.] Similis profectò celebritas & pompa, qua deducta eſt Arca in domum Obededom 3. Regum 6. 1. 14. 15. 1. Paralip. 13.

Sacrificij celebritas & comitatus.

lip. 13.5.6. & cap. 15. vide Abulenſem quæſt.5.2. Paralip.1.

Aſcenſus in Gabaon non longè à ſuſcepto regno.

Sed quo tandem tempore; an ſtatim poſt acceptum regnum, aut defunctum Dauidem? Nam Abulen.2.Paralip.1.q.2.exiſtimat, contigiſſe poſt confirmationem regni,& poſt ſupplicium Semei, id eſt, tertio ſaltem anno exacto regni Salomonis,aut initio quarti. Sed dixi ſuperius, cap.2. veroſimillimũ videri, in ipſis regni auſpicijs, id eſt, non multis poſtquam regnare cœpit,diebus, aut ſaltem menſibus,ſapientiam poſtulaſſe atque obtinuiſſe. Neque obſtat ſomnium narrari in ſacra hiſtoria poſterius, quàm mortem Semei; cum in huiuſmodi narrationibus ſacris frequens ſit hyſteron proteron. Sed iam contendendum ad ſomnium.

Hyſteron proteron in ſacra hiſtoria.

CAPVT VIII.

Eiuſdem ex ſacrificio Diuinum ſomnium; & hoc an Propheticum, & rei quæ gerebatur, opportuniſſimum.

Ad locum 3.Reg.3.5.2.Paralip.1.7. Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte.

1 *Sobrietas & bona corporis diſpoſitio ad inſomnia Diuina.* Diuinatio *Phyſica per inſomnia.*
2 *Argumentum inſomnij* Diuini. *Illuſtratus Daniel.& locus Regum.*
3 *Inſomnia immiſſa angelorum miniſterio. Excellens prophetiæ gradus. Non vna ſemper perſona apparentis ſpecies.*
4 *Deus ſub humana figura apparens. Sub qua ſpecie & conditione hominis. Hebræorum regula mendax.*
5 *Apparuit ne Salomoni ſapientia genita, an ingenita. Qui aſſerant Verbum apparuiſſe priſcis patribus.*
6 *Salomonem habuiſſe libertatem arbitrij in ſomnio, varia ſententia. Verius non habuiſſe: examinata D.Thomæ ſententiæ. Somnia Diuina an cum libertate. B.Virgo dormiens cum merito.*
7 *Somnia Prophetica qualia.*
8 *Sapientia data Salomoni forma opportuna? Nox cuius ſymbolum. Prognoſticum ex nocturno tempore fallax.*
9 *Quod ſapientiæ acceptæ, & primum experimentum Salomoni. Rabbinorum commentum. Bruta aloga.*

I. *Sobrietate Salomon bene diſpoſitus ad accipiendum Diuinum ſomnium.*

1. PRimo quidem pono hoc Salomonis ſomnium diurnis illius actionibus,& aſſiduis curis, atqoe precibus pro impetranda ſapientia, reſpondiſſe, vt cap. 3. huius libri diſſerebamus. Sed præterea ex eodem ſomnio licet colligere Salomonis ſobrietatem, & corporis diſpoſitionem opportunam ad Diuinum ſomnium recipiendũ: quam diuinandi per ſomnium non dubiam rationem docet. Hippocrates libr. de Inſomnijs: [Quæcunque (inquit) inſomnia mens hominis in noctem per ſomnium offert de diurnis actionibus,& reddit quomodo facta ſunt, ea quæ ſeria ac iuſta in re per diẽ facta ſunt,aut de quibus conſilium initum eſt; hæc homini bona ſunt; ſanitatem enim ſignificant; propterea quòd anima in diurnis conſilijs perſeuerat,neque repletione, neque euacuatione aliqua alia forinſecus allapſa re, victa. Cum autem inſomnia diurnis actionibus aduerſantur,& de ipſis pugna oboritur, cum ſane hoc contigerit,turbationem in corpore ſignificat; &,ſi quidem fortis fuerit,forte eſt malum; ſi verò leuis,debilius.

Salomonis ſobrietas & bona corporis diſpoſitio.
Hippocr.
Diuinatio phyſica per inſomnia.

Porro ſomnij Salomonici hiſtoriam habes 3. Reg.3.5. *Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte* (additur 1.Paralip.1.7 *in ipſa nocte*, quaſi illud ſacrificij votum ſummum fuerit meritum obtinendæ ſapientiæ, ac nihil Deus præterea expectandum voluerit.) *dicens; Poſtula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon, Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid.* Et cætera, quę explanauimus, cùm preces Salomonis enarraremus ſuperius cap. 5. Poſt ſomnium verò ſequitur: *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod eſſet ſomnium.* Quæ omnia nonnullis obſeruationibus elucidanda.

Hiſtoria ſomnij Salomonici.

Primo quidem ſomnium fuiſſe diuinum, ſi non conſtaret ex ipſo ſacro textu, at ex ſignis & coniecturis diuinorum ſomniorum, apertiſſimè perſpici poſſet: non ſolum quod de re vtili atque honeſta, tũ etiam grauiſſima eſſet; ſed quòd illud promiſſum contineret, quod in ſola Dei eſſet poteſtate, cuiuſmodi eſt ſapientia, quæ proprium Dei donũ eſt: *Ipſe Deus* (inquit Daniel) *dat ſapientiam ſapiẽtibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam.* Atque huc pertinere videtur illud; *Euigilauit, & intellexit, quod eſſet ſomnium.* Nimirum, intellexit fuiſſe ſomnium Diuinum, & ex ipſa ſapientia, quam in ſe experiebatur, certò coniectabat fuiſſe ſomnium verum. Ita Nicolaus, Vatab. Iſidor. qui legit: *Et ecce fuit verum ſomnium.* Quamquam illud paulò ſubtilius, & ad Hebraiſmi rigorem, quod Vatabl. & Caietan. indicant; *intellexiſſe quod eſſet ſomnium.* id eſt, euigilanti ſtatim occurriſſe ſomnium, neque fuiſſe ex genere illorum, quæ ſtatim per obliuionem euaneſcunt; nam proprie legitur ex Hebræo: *euigilauit Salomon. & ecce ſomnium.* Quod proprie nos diceremus; *deſpierto y hete el ſueño con el.* Hiſpanienſes Hebræi ſic efferebant; *Deſpertoſe Salomon, e abe que auia ſoñado.* Nam valde frigidum eſt, quod ait Abul.quæſt. 12. Quod *euigilans* intellexit omnia illa peracta eſſe in ſomnio. Nam ſicut Petrus Act.12.9.cũ vigilaret, *exiſtimabat ſe viſum videre*, id eſt, ſomniare; ita Salomon viſus eſt ſibi vigilare, cum tamen dormiret; itaque cum euigilauit, intellexit, quod eſſet ſomnium. Vide Thyræum noſtrum lib. 3. de apparitione, cap.14.15.

2. Somnij Diuini argumentum.
Daniel. 21.
Sapientia donũ Dei.
Nicolaus. Vatablus. Iſidorus.
Subtilior interpretatio.
Abul.
Thyræus.

II. *Immiſſumne à Deo, an ab Angelo.*

SEcundò, An eiuſmodi ſomnium effectum, immiſſumve fuerit à Deo, an ab Angelo, dubium eſſe poteſt; Quod dicatur *Deus ipſe apparuiſſe, & iuſſiſſe*, vt quod vellet, poſtularet; & quod ipſe Salomon cum eo, qui ſibi apparebat, ſic locutus fuerit: *Tu feciſti cum ſeruo tuo patre meo miſericordiam magnam*,&c. Denique quod ei, qui ſibi apparuerat in ſomnio, ſtatim poſt ſomnium ſacrificium obtulerit, quod non niſi vero Deo rectè offertur.

3. Angeli ne miniſterio immiſſum ſomnium.

Sed nihilominus opportunius, & ex ſuauiori Dei prouidentia exiſtimandum hæc ſomnia miniſterio Angelorum immitti,& effici, qui tamẽ Dei nomine & perſona loquantur,& mortalium petitiones atque reſponſa accipiant. Quare quod Geneſ.

Sõnia immiſſa Angelorũ miniſterio ex Dei perſona.

Vide Pererium eo loco Gen.

A neſ. 22. 3. dicitur, Deum in ſomnio (vt aliqui volunt, & colligunt ex eo, quòd ſtatim *Abraham de nocte conſurrexerit* : quaſi paulo ante dormiens acceperit præceptum) Abrahamo præcepiſſe, vt immolaret filium; inferius exponitur; fuiſſe Angelũ Domini, qui de cœlo clamauit, dicens, &c. Quæſtiunculam hanc in vniuerſum tractat eleganter noſter Petrus Thyræus, lib. 3. de apparitione imaginaria cap. 15.

Thyraus.

III. *Sub qua ſpecie repræſentatus Angelus.*

Angelus apparens ſub ſpecie viſibili. *D. Thom.* Excellens Prophetiæ gradus.

TErtiò, Angelus ille phantaſiã Salomonis immutans, ac Deum repræſentans, ſub quanam
B ſpecie Deum repræſentabat? Siquidem ſub ſpecie aliqua ſenſibili; namque, vt ſapienter docet D. Th. 2. 2. quæſt. 174. art. 3. ad excellentem quendã gradum Prophetiæ requirit, *vt Propheta non ſolum videat ſigna verborum vel factorum*, quibus moueatur ad aliquid cognoſcendum, vel faciendum; *ſed etiam videat in vigilando, vel in dormiendo aliquem ſibi colloquentem, aut aliquid demonſtrantem, quia per hoc oſtenditur, quòd mens Prophetæ magis appropinquat ad cauſam reuelantem*. Rurſus quaſi in ſupremo gradu requirit certam quandam conditionẽ eius, qui videtur, aut apparet loqui. [Nam aptior gradus prophetiæ eſt, ſi ille, qui loquitur, vel demonſtrat, videatur in vigilando, vel in dormiendo in ſpecie Angeli : quàm ſi videatur in ſpecie
C hominis. Et adhuc altior, ſi videatur in dormiendo, vel in vigilando in ſpecie Dei, ſecundum illud Iſaiæ 6. Vidi Dominum ſedentem, &c. Iam hinc ſecundum Diui Thomæ doctrinam conſequens eſt, vt ſi Deus dicitur Salomoni apparuiſſe, apparuerit ſanè ſub ſpecie Dei.

Diuerſæ ſpecies perſonæ apparentis in ſomnio.

4\. Nulla Dei ſpecies impreſſa.

Pro quo ſciendum eſt, cum dicitur eſſe aliquam Dei ſpeciem, minimè nos loqui de ea Dei, aut diuinæ eſſentiæ ſpecie impreſſa, quam cordatiores Theologi negant poſſibilem ad claram Dei viſionem; ſed de ea ſpecie ſenſibili, qua ſenſibus ſiue internis, ſiue externis, obijcitur Deus & repræſentatur.

Deus apparens ſub forma humana.

D Semper autem cum ſenſibiliter in ſomnio obijcitur, ſub forma humana obijcitur, ſed non cum iiſdem vel accidentibus, vel ornamentis, quę propria ſint hominis; ſed proprijs etiam Angeli; vel quæ neque hominis, neque Angeli ſint, ſed tamen Deum repræſentent. Rurſus ſemper apparet ſub forma & ſpecie virili; quod dignum ac decens: nunquam ſub fœminea. de quo argutè Thyræus lib. 10. de Apparitione viſibili cap. 5.

Thyraus.

Deus vel Angelus diuerſimode repræſentatus.

Ergo cum Angelus repræſentans Deum in ſpecie hominis, hominem repręſentet, ac modo quodam, & ratione humana, quamuis inſigni maieſtate, terrore, pulchritudine, aut re alia ſimili; cuiuſmodi videntur fuiſſe illæ apparitiones factæ Adamo, Cain, Noe, Agar, Abrahamo, Iacobo, Loth, Ioſue, Manue, in quarum pleriſque dicitur
E *apparuiſſe vir* : aut modo quodam, & ratione ſupra humanam, videlicet ea qua pinguntur Angeli pulcherrimi, celerrimi, expeditiſſimi, ætate florentiſſima, ſplendidiſſimi; quales deſcribuntur 2. Machab. 3. 26. *Duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu*: aut tandem ſpecie ſupra humanam, ſed non ea quæ Angelica eſt, ſed pluſquam Angelum repræſentet, id eſt Deum; certè in ſpecie Dei videtur Deus apparuiſſe Salomoni. Hác ſic depingere voluit Abul. quæſt. 4. capitis 3. lib. 3. Regum. Quod *cauſata fuerit ex phantaſia Salomonis quadam imago viri reuerendi ſicut Dei, loquentis ad Salomonem*. Vide eundem 2. Paral. 1. q. 18. & 19.

Deus apparẽs Salomoni ſpecie ſupra humanam & Angelicam. *Abul.*

A Rectè, ſed nimium anguſtè, & exiliter atque inferius ſpecie diuina. Ergo lumine, ætate, ornamento repræſentabatur ſupra hominem, ſupra Angelum; neque hoc nimis enucleandum; minuta enim eſt omnis atque valde rudis diligentia, cùm illud ſatis ſit, Dei repræſentationem grandia requirere. Fortè apparuit illi Deus quaſi loquens de tabernaculo, aut iuxta altare æneum aut ſuſcipiens ſacrificia; vt reſponderet ſomnium diurnis actionibus; ſicut Iſaias *vidit Deum* in templo comitatum Cherubinis illos repræſentantibus, qui erant in Propitiatorio, &c. Denique ea forma apparuit, quę decebat ſupremum ſapientiæ largitorem, atque Doctorem Deum ſapientiſſimum, patrem luminum, & Cherubinis, qui habent à Sapientia no-
B men, ſtipatum.

Sub qua figura Deus apparens Salomoni. Iſaiæ qua figura viſus Deus.

Hinc colligi poteſt, non omnino firmam, aut veram eſſe illam Hebræorum regulam, quã Abul. refert 2. Paralip. 1. q. 18. quod quando aliquis loquebatur, & apparebat, & non vocabatur Deus, ſed Angelus, nulla Dei erat figura; ſi autem loqueretur, & non appareret, vocabatur Deus : nã Deus vocatur, qui inter ſomniandum & loquitur & apparet Salomoni.

Hebræorũ regula fallax. *Abul.*

IV. *Repræſentabat ne Angelus peculiarem aliquam Trinitatis perſonam.*

ET verò, eſto, apparuerit ratione iam expoſita 5.
C Deus, an peculiariter repræſentabatur peculiaris aliqua Trinitatis perſona? nam videbitur alicui per appropriationem quandam repræſentatus Deus Pater, vt qui ſit primum totius ſapientiæ, principium, & fons; pater item ſapientiæ genitæ. Atque tunc oportuerit apparuiſſe vel in ætate viri perfecti, vel quidem ſenili; ſcriptum eſt enim, *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore, prudentia.* & iterum; *Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: capilli capitis eius quaſi lana munda*. An opportunius dicemus apparuiſſe aut repræſentatum fuiſſe Dei filium, qui ipſe Sapientia Patris eſt; & quam ex frequenti Patrum interpretatione poſtulabat Salomon ſibi adeſſe, ac *mitti de ſede maieſtatis Dei*, Sapient. 9. ſanè qui Dei filium perſona-
D liter apparuiſſe in antiquis illis & viſibilibus Dei apparitionibus ad patres antiquos aſſeruerunt, pari ratione aſſererent, Dei filium in ſomno etiam apparuiſſe, & locutum Salomoni. Illi ſunt Chryſoſt. homil. 16. in Acta. Theophylactus cap. 7. Actuum, Tertullianus contra Iudæos cap. 9. Ambroſ. lib. *de his qui initiantur*, cap. 4. & in id ad Coloſſenſ. 1. *qui eſt imago Dei inuiſibilis*. Leo I. Epiſtola 15. Origenes, homil. 1. in caput 6. Iſaiæ. Euſeb. lib. 1. de Præparat. cap. 3. Nicephor. lib. 1. cap. 1. & 2. Clemens lib. 5. Conſtitut. cap. 19. ſequitur Clyctouęus ſuper Damaſc. lib. 4. cap. 17. Quorum omnia teſtimonia diligenter collecta & examinata reperies apud noſtros, Thyræum lib. 1. de Apparitione viſibili cap. 23. Gabrielem Vazquez. 1. par-
E te, quæſt. 51. diſp. 185. c. 1. Greg. de Valentia diſp. 4. quæſt. 2. puncto 2. Ludouicum Molinam, art. 2. diſp. 2.

An aliqua Trinitatis perſona apparẽs Salomoni. Iob. 12. 12. Dan. 7. 9. Qui antiquas apparitiones referant ad perſonam filij. *Thyraus.* *Gabriel Vazquez.* *Valentia.* *Molina.*

V. *Habebat ne Salomon inter dormiendum liberum arbitrij vſum, vbi & de merito.*

QVinto, ſimul cum ſomnio & phantaſiæ firma & forti immutatione ab Angelo, vel Deo facta, habuit ne Salomon expeditum liberi arbitrij vſum; quo & mente Deum precabatur, & à Deo diſtinctè & minutatim ea poſtulabat, quæ ſcribitur in ſomnio poſtulaſſe? Quippe cum poſtula- 6.

Poſtulatio actus mentis conſiliātis & eligētis.

ſtulatio propriè dicta actus ſit mentis, & arbitrij A liberi conſiliantis,& eligentis; ſanè Scriptura quæ affirmat Salomonem petijſſe in ſomno, videtur etiā affirmare, vſum liberi arbitrij inter dormiendum habuiſſe. Rem diſertè docent Nicolaus & Dionyſ. eo loco 3. Reg. paulo obſcurius noſter Salmeron tomo 3. tractatu 30. affirmans, tam verè datam ſapientiam Salomoni in ſomnio, ac ſi vigilaſſet & in vniuerſum in huiuſmodi ſomnijs diuinis, Deum deſuper infundere ſpecies, ſine conuerſione ad phantaſmata, ſomnum non impedientes: ſicut nec viſionem in Christo ſomnus impediebat, qui de ſe ait Cantic. 5. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Idemque ſemper contigiſſe Beatæ Virgini, vt aſſidue, & ſine vlla interruptione, toto vitæ ſuæ tempore, etiam inter dormiendum mere- B retur, affirmauit Diuus Bernardinus Senenſis, & probabile cenſet Pater Franciſcus Suarez 3. parte quæſt. 37. art. 4. diſputatione. 18. Sect. 2.

Nicol. *Dionyſ.* *Salmeron.*

B. Maria dormiens cum merito.

Bernard. *Suarez.*

Atque in vniuerſum in huiuſmodi ſomnijs diuinis intercedere vel claritatem mentis, vel ignorantiam, aut dubitationem, quæ ſolent eſſe actus arbitrij, docet Caiet. Matth. 1. vbi de ſomnio Ioſeph. quod manifeſtè videtur elici ex ratione illa, quam D. Thomas 2. 2. quæſt. 174. artic. 3. reddit, cur quædam Prophetia fiat ſecundum imaginatiam viſionem in ſomnio, & in dormiendo, quædam verò vigilando: nimirum, *quod quæ inter dormiendum fit, inueniat animam hominis abſtractam à ſenſibus*. Quæ ratio nihil aut parum efficeret, niſi pars ſuperior, quæ tunc à ſenſibilibus abſtrahitur, C libera expeditaque diuinæ reuelationi præparatetur; quam rationem eleganter verſat Pater Benedictus Pererius libr. 2. de Obſeruat. Somn. quæſt. 4. vbi adductis ex Ariſtotele & Hippocrate teſtimonijs, rem eandem confirmat, videlicet, inter dormiendum liberum animum relinqui, & totum ſibi præſentem, expeditum, & acrem ad intelligēdum. Vide eundem Pererium libr. 1. in Daniel. Abulenſ. 1. Paralipom. 1. quæſt. 18. Petrum Thyræum 3. de Apparat. imagin. cap. 5. Diximus nos quoque ea de re, ad cap. 4. Iob. verſic. 13. & ad ca. 33. verſic. 15. ex Platone & Cicerone, nunc etiam adde Hippocratem lib. de Inſomnijs ſic differentem de animæ vi, ſiue inter vigilandum, ſiue inter D dormiendum: [Anima cum corpori inſeruit, in multas partes diſtributa, non ſui iuris eſt; ſed partem aliquam ſingulis corporis partibus, ſiue ſenſibus diſtribuit, auditui, viſui, tactui, greſſui, actioni, ac omni corporis facultati. Ipſa autem animæ cogitatio iuris non eſt. Cum autem corpus quieſcit, anima in motu eſt, & corporis partes perreptans, domum ſuam gubernat, & omnes corporis actiones ipſa perficit. Nam corpus dormiens non ſentit, ipſa verò vigilans cognoſcit, ac viſibilia videt, & audibilia audit, vadit, tangit, triſtatur, animaduertit. In ſumma, quæcumque corporis, aut animæ munia, ea oīa anima ipſa in ſomno obit.] Sed clarius D. Thomas 1. 2. quæſt. 113. art. 3. ad 2. com de ſomnio Salomnis primum reſponderit, E nihil per illud meruiſſe, ſed per pręcedens deſiderium; ſecundam reſponſionem adhibet in hæc verba; *vel poteſt dici, quòd ille ſomnus non fuit naturalis, ſed ſomnus prophetiæ ſecundum, quod dicitur Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini per ſomnium, aut in viſione, loquar ad eum. In quo caſu aliquis vſum liberi arbitrij habet.*

An in ſomnijs diuinis adſit vſus liberi arbitrij.
Claritas & ignoratio qui actus.
D. Thom.

Pererius.

Abul.

Prophetia quæ accidit inter dormiendū cuiuſmodi.

Hippocr.

Animæ actiones dormiēte corpore.

D. Thom.

Ar Abulenſis 3. Reg. 3. quæſt. 4. & quæſt. 12. & ſuper Matth. 1. quęſt. 55. Salomoni, & fere reliquis omnibus qui huiuſmodi diuina ſomnia accipiunt, vult negare vſum liberi arbitrij, ac tantum concedere fortem quandam & vehementem phanta- A ſiæ immutationem: ex qua remaneant fortes & firmæ rerum cognoſcendarum ſpecies: firma item & indubitata rei diuinitus obiectæ perſuaſio. Sed poſſe tamen fieri, quod ſuperius diximus, Abulenſis non negat, potius probat, & confirmat.

Abul.

In ſomnijs diuinis fortis phantaſiæ immutatio.

At de re ipſa, an ita factum ſit, tota controuerſia eſt. Et quidem cum D. Thomas quater rem hanc de Salomonis ſomnio tetigiſſet, ſemel tantum docuit poſſe dici, Salomonis ſomnium fuiſſe cum vſu liberi arbitrij: ter verò, id eſt, 2. 2. quæſtio. 154. artic. 5. ad 1. & 4. 15. diſtinct. 9. quæſt. 1. ad 1. & de Verit. quæſt. 28. artic. 3. apertè tollit ab eo ſomnio omnem menti rationem. Quare ex ſua ſententia tollit etiam vſum liberi arbitrij. Atque hanc eandem eſſe Auguſtini ſententiam, quam B ipſe Diuus Thomas ſequi profitetur illis locis, clarè conſtat ex lib. 12. de Geneſ. ad litteram, cap. 15. nam ſomnium illud Salomonis comparat cū alijs ſomnijs, quæ nihil per ſe bonitatis aut malitiæ habent, niſi ea ratione qua diurnis vigilantium conſenſionibus & affectionibus reſpondent. Et, vt ex Scholaſticis ſcriptoribus aliquem etiam demus, (quoniam ſemel D. Thomæ meminimus) certè Richardus de Media villa, *nullam* agnoſcit *voluntatis*, aut liberi arbitrij, diſpoſitionem, in illa Salomonis ſapientia in ſomno indita: Ideoque valde eſſe diſſimiles, gratiæ infuſionem, quæ affectū reſpicit; & ſapientiæ, quæ intellectum. Quamquā ſubijciat ſecundam dubitionis ſolutionem, *dici poſſe Salomonem recepiſſe ſapientiam non ſecundum* C *legem communem, ſed ſecūdum priuilegiatam & ſpecialem*. Quo indicat fieri potuiſſe, vt pia rugatiua quadam ſomnium illud cum quadam mentis voluntaria diſpoſitione ad ſapientiam promerendam recipiendamque fuerit. Angelomus cum ad ſomnij interpretationem accedit, hæc ſolummodo verba ſubijcit, *Gratia Dei liberum hominis requirit arbitrium*, vt videatur planā diſſimilitudinem conſtituiſſe inter ſapientiam, quæ in ſomno ſine libertate dormientis contigit; & gratiam, quę liberum requirit animum.

An Salomonis ſomniū cum arbitrij libertate & merito.

D. Thomas perpenſus. *Auguſt.*

Richardus.

Angelom⁹.

Gratiæ & Sapientiæ diſcrimen.

Ergo hanc ego mihi ſententiam perſuadeo, tū propter D. Auguſtini & Thomæ authoritatē, quæ grauiſſima eſt: accedente etiam Chryſoſtomo; quibus omnibus communis eſt illa de hoc ſomnio D opinio, nimirum reſpondiſſe diurnis cogitationibus, inſtar aliorum ſomniorum naturalium: ac nihil præterea propheticum in illo agnoſcentium; tum propter locum illum 3. Reg. 3. 15. *Euigilauit Salomon, & intellexit quod eſſet ſomnium*: quod proculdubio, ſi propheticum, & cum libero arbitrio fuiſſet, non videretur dicendum, neque eius quaſi confirmatio, & intelligentia petenda ex vigilia Salomonis ſequente; neque ab alia vlla re, quàm à ſe ipſo, & à diuina reuelatione, & lumine, quo tale ſomnium ſeſe præberet cum claritate maſeſtum, & ſuo experimento credendum, de quo loco ſequentibus capitibus plura à nobis dicenda diximus etiam ſuperius c. 3.

Chryſoſt.

Salomonē nō habuiſſe in ſōnio libertatem.

E

VI. Fuitne id ſomnium propheticum.

CVm eiuſmodi ſomnium ſimile fuerit aliorū 7.
prophetarum ſomniantium, & reuelationes inter dormiendum accipientium, debetne appellari ſomnium propheticum? ſanè ſic videtur cenſuiſſe D. Thom. 2. 2. quæſt. 174. artic. 3. in hæc verba ſcribens, *Secundus gradus prophetica eſt cum aliquis exteriori lumine illuſtratur ad cognoſcenda aliqua, quæ tamen non excedunt limites naturalis cognitionis: ſic dicitur de Salomone*, &c. Sed de hoc aptius dicemus inferius; vbi de ipſa ſapientia Salomoni com-

Sōnia prophetica qualia.
D. Thom.

communicata, an comprehendi poſſit ſub lumine prophetico.

VII. Auſpicia ex ſomnio.

8. Opportuniſſima ratio collatæ ſapientiæ Salomoni. Abul.

FVitne modus iſte communicandi ſapientia Salomoni in nocte, & per ſomnium, conuenientiſſimus. Rem hanc vbertim & copiosè diſſerit Abulenſ. 2. Paralipom. 1. quæſt. 18. vbi varios modos enumerat, quibus vel in vigilia vel in extaſi, vel per viſionem aliquam ocularē, vel per inſtructionem auricularem ſupernæ alicuius vocis, viſa ſimul vel minimè viſa figura aliqua externa, potuit affundi ſapientia Salomoni, ſimulque admoueri, ac firmiſſimè perſuaderi de dono ſibi diuino diuinitus collato. Sed præ omnibus is, quem Scriptura aſſignat, fuit maximè opportunus; tum vt Deum agnoſceret ſupremum ſapientiæ largitorem, atque doctorem, qui potentiſſimus atque efficaciſſimus ſit ad docendum & erudiendum mortales, altiſſimè licèt dormientes, atque ſomniantes: (Cum tamen homo hominem docere non poſſit niſi vigilantem, audientem, attendentem, vnum illud agentem. Vide Thyræum libr. 3. cap. 5. ex Pererio libr. 2. de Magia quæſt. 4.) Tum, vt nihil ſibi tribuendum, quippe ſomnianti, exiſtimaret Salomon, ſed totum Deo per ſomnium loquenti, & erudienti. vide Abul. citatum.

Deus etiā dormiētes docens. Thyræus. Abul.

Nocturni tēporis ominoſi obſeruatio. Gregor.

At ex nocturno tēpore potuit ne fœlix aliquod auſpicium, tum de ipſa ſapientia, tum de Salomone fieri? Certè, ex tempore, non leuem, neque obſcuram myſteriorum coniecturam fieri ſancti Patres docent; Gregorius præſertim lib. 2. Moral. cap. 2. ſuper id Iob. 1. *Quadam autem die*; Atque noctem ominoſam eſſe, & mali exitus indicem oſtendit: [Non rediturus (inquit) ad veniam Iudas, quod ad traditionis perfidiam nocte exijſſe perhibetur, dicente Ioanne, cap. 13. erat autem nox. Et iniquo diuiti dicitur Lucæ 12. Hac nocte repetent animā tuam abs te, anima quippe, quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti, ſed in nocte memoratur. Hinc eſt quod Salomon qui ſapientiam non perſeueraturus accepit, in ſomnis hanc, & nocte accepiſſe deſcribitur.] Hæc Gregorius, ex quo Rupertus, Encherius, & alij deſcribunt.

Rupertus. Eucherius.

Nox cuius rei ſymbolum.

Porro noctem eſſe ignorantiæ ac tenebrarum ſymbolum, tum ipſe Gregor. tum alij ſiue ſacri ſiue profani ſcriptores paſſim obſeruant. atque etiā à nocte ſignificationem ſumi rei breuiter tranſeūtis & euaneſcentis; Quæ omnia nihil fœlix Salomoni portendunt: ſed fore, vt ſapientiam acceptam breui obſcuraret ſtultiſſima vita, atque breui etiam euaneſceret infœliciſſimo exitu. Eandem nocturni temporis circumſtātiam in Petro Christum abnegante obſeruauit Ambroſius, Lucæ 22. *Negauit* (inquit) *in nocte, confitetur in die*. Et in Salomone item notauit Rupert. lib. 5. de Trinitatis operibus cap. 2.

Ambroſ.

Prognoſticum ex nocturno tēpore fallax.

Cæterum ea obſeruatio ſubtilis potius, & ad mores vtilis, quàm ſolida & firma; cum inuenias tam fœlicia quàm infœlicia ſomnia noctu immiſſa; quæ legenti paſſim occurrent.

An Salomon in ſua poſtulatione reprehēſibilis.

Quod verò addit Rupertus in ipſa etiam Salomonis poſtulatione *dignum aliquid reprehenſione incurriſſe*; quòd, quamuis *mediocre bonum* poſtulaſſet, nimirum ſapientiam ad diſcernendum iudicium, & Deo placuerit, *quia minora bona non petiuit*, nimirum diuitias & dies multos, &c. *Tamen in eo* (inquit) *reprehenſibilis eſt, quòd data ſibi optione, tam prima ad dandum largitate Domini bonum illud, quod verum & ſummum eſt, non poſtulauit*. Et quod nonnulli etiam curioſitatis damnant, id quod Eccleſiaſtæ 1. 13. ait, vbi Hieronymus, Albinus, Hugo Cardin. *Propoſui inueſtigare ſapienter de omnibus*: Et quod è contrario Ambroſius ſuper id Pſalmi 118. *In toto corde meo exquiſiui te, & intellectum da mihi*, &c. Intelligit, ſummum ac maximum bonum poſtulaſſe. *Quia diuinæ* (inquit) *munus gratiæ depoſcit, accipere meruit ſapientiæ diſciplinam, & repletus eſt Dei ſpiritu, vt cognoſceret mandata omnia*; hæc, inquam, duo extrema temperatione quadam indigent. namque omnino dicendum, minimè Deo diſplicuiſſe poſtulatum Salomonis; neque conceptis verbis aliud poſtulaſſe quàm ad rectè moderandum populum, ſapientiæ neceſſariæ opportunum præſidium. Id tamen totum ſanè contuliſſe ad Dei obſequium & diuinam beneuolentiam demerendam; *vt ſciam* (inquit ipſe) *quid acceptum ſit coram te omni tempore*. Nihil porro Deo gratius, quàm vt *miniſterium ſuum* à Deo ſibi demandatum quiſque *impleat*, Rex præſertim & Princeps, cuius munus diuinum eſt.

Hieronym. Albinus. Hugo. Ambroſ.

2 Timoth. 4. 5.

VIII. Quod ſapientiæ acceptæ, quod veritatis ſomnij ſignum datum à Deo.

9. Cur nullū Salomoni datū ſignū ſapientiæ inditæ. Abul.

AT cur eius ſapientiæ donum ſignificatum non fuit Salomoni aliquo ſigno diuinitus adhibito, quo diuinæ reuelationis, atque doni accepti, certiorem ſimul fidem caperet? Tetigit quoque ex parte hanc quæſtiunculam Abul. loco ſuperius indicato. Qui tamen minimè importunum aut incommodum exiſtimat fuiſſe, ſi aliquo externo ſigno ſignificaretur ſapientia Salomoni indita; vt cum Ioanni futurorum reuelatio communicatur, Apocalypſ. 10. tradito *libro* ab Angelo, & *deuorato*, iuſſoque ſtatim *prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis*. Atque ad eundem modum dictum eſt Ezechieli 2. & 3. *comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael*.

Idonea reſponſio.

Nihilominus tamen non poterat illa rerum naturalium ſapientia varia & multiplex ita commodè ſignificari externo aliquo ſigno, aut volumine, ſicut lex, & legis præcepta, atque illorum tū ſcientia, tum cuſtodiendi zelus, quæ ſignificata ſunt in volumine tradito Ioanni & Ezechieli, pro diuina lege ad populum declamaturis: ipſa enim ratio ac forma voluminis repręſentabat volumen, quo lex deſcripta habebatur.

Sōnij veri quod indicium.

Denique expergefactus à ſomno Salomon, quonam ſigno deprehendit & ſomnium verum, & ſapientiam ſibi in ſomno veram collatam fuiſſe? Id enim indicant verba 3. Reg. 3. 15. *Euigilauit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomnium*, id eſt, intellexit verum fuiſſe. Quam interpretationem inferius prememus, & ſuperius indicauimus.

An Salomon verā ſapientiam in ſomno accepit. D. Thom.

D. Thomas 1. 2. q. 113. art. 3. ad 2. quem ſuperius adduximus, diſertis verbis docet, *quòd Salomon dormiendo non meruit ſapientiam, nec accepit. Sed in ſomno declaratum eſt ei, quòd per præcedens deſiderium ei à Deo ſapientia infunderetur*: ergo videtur Thomas velle, ſapientiam infuſam Salomoni iam euigilanti, & quaſi actu aliter promerenti, & deſideranti: Quod ſi aſſeras, dices etiam ſapientiam infuſam cum actualis gratiæ augumento quodā, quod Remigius aſſeruiſſe viſus eſt, ſuper id Pauli, *In quo habitat plenitudo*, &c.

Coloſſ. 2. 9

Sciētiæ habitus in ſōno dat⁹ Salomoni.

Sed præterquam quòd, vt ſuperius diſſerebamus, ſapientię infuſio non requirit illam liberi arbitrij diſpoſitionem, quam requirit diuina gratia iuſtificans: ſanè communis interpretum omnium conſenſus docet, ſapientiam dormienti Salomoni inditam, habitu, non actu: Actu autem deprehendiſſe ſapientiæ facultatem ſibi donatam

cælitus;

cælitus; *cum euigilauit & intellexit quod eſſet ſomnium.* A

Abul.

Ergo in propoſito dubio Abul. 3. Reg. 3. quæſt. 11. refert Rab. Salomonem, & alios Hebræos, narrantes, Salomonem, ſtatim à ſomno audiſſe garritus auium, & latratus canum, atque illorum ſermocinationes intellexiſſe: Eoque tandem ſigno deprehendiſſe ſibi ſapientiæ vim incredibilem iam inde ex eo tempore communicatam. Sed hoc merum eſt commentum Rabbinicum, & delirium in Philoſophia, ac Theologia. Bruta ſunt omnino aloga, & omnis ſermocinationis expertia. Qui intelligere ſe illorum voces fingunt, aut Magi ſunt aut voces intelligunt, aliquorum naturalium affectuum naturaliter, quod vocant, ſignificatiuas. Diximus plura de volucrum intelligentiæ & ſermocinationis argumentis ad id Iob 35. 11. *Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos.* Ergo non alio ſigno deprehendit ſe ſapientiſſimum repente prodiiſſe, quàm ipſo ſapientiæ lumine ſe prodente, & fidem faciente in ipſa mente inſoliti & incredibilis ſplendoris, ac rerum nunquam ante cognitarum vltro ſeſe cogitationi & menti obiicientium. B

Hebræorũ ſomnium.

Bruta ſermocinationis experta.

Quod ſapientiæ acceptæ primũ ſignũ Salomoni.

IX. Simulne cum ſapientia communicatus Salomoni ſpiritus Sanctus.

Gratię gratis datæ.

GRatias, quas Theologi appellant gratis datas, inter quas ſapientiæ & ſcientiæ dona, non illa ſpiritus Sancti, numerantur; ſicut & *Prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum,* & alia, 1. Corinth. 12. 7. non eſſe neceſſario connexas cũ ſanctitate & gratia, quæ hominis animum iuſtificat; certa fide conſtat. An verò vtrumque ſimul Salomoni collatum fuerit, videlicet non ſolum *Spiritus ſapienti* (id eſt, ſapientia ab Spiritu ſancto, cuius peculiariter donum eſſe dicitur, collata) ſed prætereà ſimul ipſe Spiritus ſanctus inhabitans & ſanctificans Salomonis animum, dubitari poſſet. Sed certè parum aut nihil habet dubitationis re ipſa. Salomonis enim pietas tunc temporis conſpicua erat; & cum accepit ſapientiam, accepiſſe etiam Gratiæ ſanctificantis augmentum, ſi fortè liberum tunc habebat arbitrij vſum, veroſimillimum eſt; id quod non obſcurè colligi ex Remigio poteſt, qui ſuper id Coloſſenſ. 2. 9. *In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, ſic ſcribit; *Aliter habitat in ſingulis electorum, aliter in Chriſto; quia illis datur ſpiritus ad menſuram, in illo autem pleniter habitat. Habitauit enim in Salomone, per ſapiẽtiam, in Daniele, per caſtitatem; in Prophetis, per Sanctitatem; in Moyſe, per manſuetudinem; in Chriſto verò, per omnem virtutem & innocentiam.* C D

CAPVT IX.

Eidem ex ſomnio ſapientia communicata, quæ principe digna. E

Ad locum 3. Reg. 3. 9. Dabis ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſis, & diſcernere inter bonum & malum.

1 *Status quæſtionis. Sententia aſſerens, Salomonem poſtulaſſe ciuilem tantum ſapientiam. Quæ principes virtutes, quibus Deum imitetur. Illuſtratus locus Reg.*

2 *Ciuilis ſapientia aſſidens Principi. Aſſeſſores, Cõſiliarij, Comites ſapientes.*

3 *Eloquentia Principis ex ſuis conſiliarijs. Os, Principis miniſter. Princeps otioſus, curioſus.*

4 *Verior ſententia, Perfectam ſapientiam poſtulatã à Salomone.*

5 *Omnis ſapientia requiſita in principe. Principis virtutes. Fortes raro ſapientes. Sapientes, immortales. Latitudo cordis Salomonis. Illuſtratus locus Regum & Dauid.*

6 *Latitudo cordis inſtar arenæ quomodo. Sapientia temperans animæ motus. Princeps inſtar ſolis.*

7 *Sapientia, ſtabilitas regni. Rex baſis, angulus. Dominus vnde dicitur. Excelſi fundamẽta Reip. Illuſtrati Moyſes, Samuel, Dauid.*

8 *Princeps Medicus, Pauis, Caput, Pater, omnia ſapientiæ ſymbola. Explicati Iſaias, Amos.*

9 *Reſpub. beata ſuo principe ſapiente. Reges diſcipuli Deorum. Sapientiæ beneficio Princeps inſtar mirabilis ſtatuæ ſe mouentis. Illuſtrata ſapientia.*

VErumenimuero, ne in eo, quod reliquorum initium eſt, deinceps nobis hæreodum ſit, hoc nunc dubio nos expediamus: cuiuſnã generis ſapientiã poſtulauit Salomon? an eam, quæ ampliſſimo ambitu rerum omnium diuinarum, atque humanarum cognitionem amplectitur? an ſcientiam tantum certi alicuius & definiti generis? 1.

Cuius generis ſapiẽtiam poſtulauit Salomon.

C Poſterius hoc, id eſt, prudẽtiam ciuilem, & bene gubernandi peritiam ſolummodo poſtulaſſe, cenſet Abulenſ. 3. Reg. 3. quæſt. 10. Pererius lib. 5. in Geneſ. q. 4. Res videtur perſpicuis verbis indicari 3. Reg. 3. *Dabis ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſis, &c.* & inferius; *Quia petiſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, feci tibi ſecundum ſermones tuos.* Nam hæc ſolummodo virtus, ſcientiave maximè propria, maximèque digna principe. Non item accuratum aliarum facultatum ſtudium, ac ne Philoſophiæ quidem, vt Magnus ille apud Dionem, oratione 2. de Regno, Alexander ad Philippum patrem diſſerebat; *Non omnino neceſſarium regibus eſſe Philoſophiam attingere ad ſummum. Ingenue autem & ſimpliciter oſtendere ipſis factis morum humanitatem, manſuetudinemque, & iuſtitiam inſuper, & excelſum animum, & fortem, & præſertim gaudentem, ſi quid, beneficiant; quod quidem proximè ad Deorum naturam accedit.* D

Prima ſententia aliorum propoſitum. *Abul. Pererius.*

Ciuilis prudentia digna principe.

Dion.

Principis virtutes.

Atque vt hinc rei propoſitæ confirmatio non leuis eliciatur, certè propterea ſcriptum eſt 3. Regum 3. 10. [Placuit ergo ſermo coram Domino quòd Salomon poſtulaſſet huiuſmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni: Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum; ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium; ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos. Placuit (*inquã*) quòd illud poſtulaſſet, quo princeps efficitur ſupremi Imperatoris Dei ſimillimus: vt enim elegãter diſſerit Plutarchus, libello ad Principem indoctũ; [Iuſtitia, legis eſt finis; lex, Principis opus; princeps, Dei imago omnia digerentis. Neque is opus habet Phidia, qui fingit, aut Polycleto, vel Myrone: ſed virtutis opera ſeipſum Deo quàm ſimillimum facit, iucundiſſimumq; ſpectatu opus, & Dijs chariſſimum. Fore tamen, vt Deo diſpliceret Salomon, ſi petiiſſet dies multos, diuitias, aut animas inimicorum; illuſtrari poteſt ex eo quod ſtatim ſubiicit Plutarchus: Pro ſceptro Principi porrigens ius, & æquam ac rectam rationem tenen- E

Princeps Dei ſimilis in ſapiẽtia & virtute.

Plutarch.

Quibus rebus Deus imitandus à Principe

A tenendam, [non fulmen, non tridentem: quo modo nonnulli ſe pingi ac fingi iubentes, ſtultitiam ſuam inuidiæ expoſuerunt, dum affectant ea quæ cóſequi nequeunt, ſuccenſet enim Deus, tonitrua & fulmina, radiorumque proiectus imitantibus. Qui verò virtutem ipſius æmulantur, & honeſtate humanitateque ipſum referre conátur, hoc ſtudio eorum delectatus auget; ſuaque eos æquitate, iuſtitia, veritate, ac manſuetudine impertit, quibus nihil eſt diuinius: non ipſa perpetuitas, atque æternitas, non ob tempus vitę beatus eſt Deus, ſed virtutis principatu.] Tantum Plutarchus.

2.
Ius aſſidés Princip.

Neque ab hac re alienæ videntur illæ Salomonis preces, Sapient. 9. 3. *Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam*. Et iterum: *Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tua*. Namq; hæc B eſt ipſa ciuilis ſapientia, iuſtitiæque virtus, quæ dicitur iudici ſupremo aſſidere. *An ignoras* (dicebat Anaxarchus ad Alexandrum) *ius & fas Ioui aſſidere, vt quidquid rex agat, id fas iuſtumque putetur?*

Plutarch.

Denique Principes & Magiſtratus pleroſque illiteratos fuiſſe, eſſeque hodie, nemo ignorat, neq; propterea principatu indignos, ſi tamen audire non recuſent ſapientes cóſiliarios; ſicut nuper Dio ex Alexandri perſona, non tam requirebat philoſophiam in rege, quàm *vt ſermones ex philoſophia ſumptos audire libenter, ſi quando ſit opportunum*. Hinc enim nati regum ac magiſtratuum ſapiétiſſimi aſſeſſores, conſiliarij, aut comites, qui principibus ius dicentibus aſſidebant: Itaque potius arma quàm libros commendabant principi; fortitu- C dinem, quàm ſapientiam: ſed hanc illi ad conſiliũ & præſidium adiungebant comitem; ſicque plenè ac integre conſultum reip. ac regno arbitrabãtur: vt elegãter oſtendit Athalaricus rex, apud Caſſiodorum lib. 8. c. 12. [Perfectionem neceſſariarum rerum completam eſſe iudicamus, ſi quemadmodum eligendo virum magnificum Patritium armatæ reipubl. parti prouidimus; ita & de ſociando ei literarũ peritiſſimo conſulamus. Decet enim tractatores habere doctiſſimos, quibus poteſtas ſumma committitur: & de generali ſecuritate ſolicito talis aſſociandus fuit, qui patrem in ſuis ſtudijs nun haberet.] Vide, quæ ſuperius diximus in expoſitione precum Salomonis, Sap. 9. petentis D aſſiſtricem ſibi dari ſapientiam.

Dio.
Princeps non tã philoſophus q̃ philoſophorũ auditor, C. de aſſeſſor.

Caſſiodor.

Regum cõſiliarij.

3.
Eloquẽtia Principis ex conſiliario mutuãda.

Indicatum item eſt, illam, quæ maximè videtur principis propria virtus, ad permouendum & gubernandum, quò velit populum, eloquentiam, Principem mutuari debere à Cõſiliario, vel Quæſtore facundiſſimo, qui vel nomine Imperatoris verba faceret, vel cuius verba ipſe Imperator faceret, cum orationem, aut qoid aliud in Senatu recitaturus eſſet. Cuius rei fidem facit Suetonius in Auguſto, c. 65. & in Tito, c. 9. & in Nerone, c. 15. Quod etiam indicauit Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maiorani ſub finem:

Suetonius.
Sidonius.

Cuius dignatur ab ore
Cæſar in orbe loqui, licèt & quæſtore deſerto
Polleat.

Itaque in huiuſmodi adminiſtris, qui *os Principis* dicebantur, requirebant facundiam, non in ipſo Principe. E Vide Caſſiodorum lib. 6. in Formula Quæſturæ: *Quæſturam* (inquit princeps) *toto corde recipimus, quam noſtræ linguæ vocem eſſe cenſemus. Hæc noſtris cogitationibus neceſſaria familiariter applicatur, vt propriè dicere poſſit, quod nos ſentire cognoſcit. Et inferius: ſi quid dubitamus, à Quæſtore requirimus, qui eſt theſauris famæ publicæ, armarium legum*, &cæt. Videſis Gulielmi Fornerij notas in Caſſiodorum.

Os Principis ſunt facundi miniſtri.
Caſſiod.

Quare ſi quid præterea princeps, per ſe velit, aut expetat in ſapientiæ ſtudio, curioſius aut intẽperans haberi poteſt, vt qui non vitæ ſubditorum bene regendæ, ſed inutili negotio otiove vacare videatur; vt ſapienter dicebat Seneca Epiſt. 106: Quemadmodum omnium rerum, ſic litterarum quoque intemperantia laboramus, non vitæ, ſed ſcholæ docemus. Debet ergo Princeps, quod de ſuo illo Iulio Agricola ſcribit Tacitus, Incenſum ac flagrantem Philoſophiæ ſtudio animum coercere, retinereque, quod eſt difficillimum, ex ſapiẽtia modum. Hæc ſunt quæ illam Abulenſis & Pererij opinationem tueare vehementer potuerunt.

Princeps otioſus, curioſitatis ſtudioſus.
Seneca.
Tacitus.

Ego tamen ſic cenſeo, Salomonem poſtulaſſe ſapientiam, qua benè & iuſtè moderaretur regnũ, ſed non tantum poſtulaſſe peritiam bene gubernandi, id eſt, non tantum poſtulaſſe ſapientiam ciuilem, ſed nullis circumſcriptam terminis ſapiẽtiam, in vniuerſam omnibus ſuis partibus & numeris abſolutam. Quod euincam nonnullis, ſed firmis coniecturis.

4.
Salomonẽ poſtulaſſe Sapientiã perfectiſſimam.

Prima, quòd inter ea quæ non poſtulauit, tantum referuntur diuitiæ, & gloria 3. Reg. 3. a. Paralip. 1. 1 a. Sapient. 11. Ergo, quæ *Sapientiæ* nomine comprehenduntur, prius à ſe experita & poſtulata, accepit autem ampliſſimam rerum naturalium ſcientiam, qua non ſolum regibus alijs, ſed præterea priuatis ſapientibus, Ægyptijs & Tyrijs, philoſophia & Aſtrologia excellentibus, antecellebat. Ergo ſanè poſtulauit ſapientiã minimè coercitam intra fines ciuilis doctrinæ.

Salomonẽ poſtulaſſe, quo alijs philoſophis præcelleret.

Deinde, quoniam illam ſibi ſapientiam proponebat petendam & expetendam, quæ diuinorum operum doctrix eſſet, Sapient. 8. 4. quæ doceret *operari*, atque *diuitias conquirere*, verſic. 5. 6. quæ omnes morales *virtutes* doceret. verſ. 7. Quæ multitudinem ſcientiæ, *præteritorum* notitiam, futurorum æſtimationem, & præſagium contineret, naturæ *monſtra, & temporum euentus, verſutias ſermonum*, & diſſolutiones *argumentorum*. verſ. 8. Hæc vero omnia minimè continentur intra anguſtos ciuilis doctrinæ limites, ſed vagantur per vniuerſas rerum omnium ſcientias, quas vnica ſapientiæ appellatio, id eſt, rerum diuinarum atque humanarum cognitio, ambit. Ergo Salomonis votũ minimè fuit anguſtum, quin potius ampliſſimum, & auguſtiſſimum.

Salomonis Sapientia vniuerſa ambiens.

Tertiò, quia quamuis contulit hoc ſapientię votum ad illum potiſſimum, quem ſibi proponebat finem, bene & iuſtè regni adminiſtrandi, at cenſebat nullum non ſapientiæ gradum in abſolutiſſimo Principe requiri. Quod etiam Dialogo 6. de Repub. ſapienter docuit Plato, cũ examinat ſuum illum perfectum principem gubernandæ ciuitati præfectum, requiritque *amatorem ciuitatis, in voluptatibus doloribuſque probatum; atque ex hoc propoſito neque laboribus, neque metu periculorum, neque mutatione alia dimoueri: ſincerum, incorruptum, tanquam aurum in igne examine comprobatum*. Sed id ratum haberi vult, *optimum eſſe debere philoſophum*. Admonet autem paucos huiuſmodi tales futuros, illius ſi quidem naturæ partes vnà rarò concurrũt; &, vt *plurimum* (inquit) *diſiuncta naſcuntur*. Si quidem homines dociles, memores, ingenioſi, acuti, non ſunt etiam fortes, atque magnanimi, [vt moderatè, tranquille, conſtanter viuant. Habitus autem ipſi animorum ſtabiles, vt pote qui in bello intrepidi ſunt, vt in his immobiles ſunt, ita ad diſciplinas tardiores, & hebetes; torpent ſi quidem atque oſcitant, quoties ei eſt contemplatione inuigilandum.] Et quamuis rarò admodum euenturum, præcipit tamen futuri principis *ingenium in diſciplinis plurimis exerceri, vt pateat numquid ma-*

5.
Oĩs Sapiẽtiæ gradũ requiri in Principe.
Plato.

Principis virtutes.
Princeps optimus philoſophus ſit.

Fortes rarò apti ad Sapientiæ ſtudium.

ximè

Plutarch.

Triſmeg.

Principes ſapientes immortales.

A *xime ipſius doctrina percipienda ſit compos*. Maximam autem doctrinam vocat ſcientiam boni, iuſti, & honeſti. Cum quo etiam facit Plutarchus lib. de Lib. educand. ciuilem doctrinam cum philoſophia connectens. Atque eodem ſpectat Mercurius Triſmegiſtus ad Tatium filium, de Heroibus, & principibus viris loquens, quòd *mentem conſecuti, immortales habentur, intelligentia cuncta complexi.* Neque obſcurè indicatur 3. Reg. 4. 29. [Dedit Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.] quem locum exponit R. Danid. *Quòd in cunctis rebus: quibus opus erat intelligentia, erat illi cor latũ, quæ quidem res ſunt ſicut arena quæ eſt in littore maris*, nimirum innumerabiles.

R. Dauid.

B Opportunè enim immenſa multitudo rerum cognoſcibilium cum innumerabili arenæ puluiſculo comparatur: ſolet enim ſapientiæ magnitudo aut immenſitas ad innumerabilitatẽ referri, Pſal. 146. 5. *Sapientia eius non eſt numerus*. Quare illa *cordis latitudo*; eſt amplitudo quædam captus maximi, tam ad contemplationem, quàm ad actionem, id eſt, tam *ad ſapientiam* quàm *ad prudentiam*. Quæ duo rerum cognoſcendarum genera, non incommodè diſtingui poſſunt in illis duabus vocibus, *ſapientia* & *prudentia*. Quamquam neque firmo, neque perpetuo diſcrimine vocum originalium, quæ frequenter confundi ſolent.

Arena cuius rei ſymbolum.

Sapientia cur ad numerum referatur.

חכמה

לב

Sapientia & prudẽtia frequenter confundũtur.

C Quod autem de *latitudine cordis* diximus. Abul. Nicolaus, Caiet. ad diuitias referunt, & ad quandam magnanimitatis aut liberalitatis ſpeciẽ, quæ in magnificentiſſimis expenſis cerni ſolet. Sed dixi, quod dicendum fuit ex vocis proprietate, quæ de loco multarum rerum capaci fere ſemper dicitur. Itaque mentem Salomonis multarum rerum capaciſſimam, cum littore multiplicis arenæ puluere pleniſſimo comparari. Quamuis Vatablus eodem ſenſu, ſed non eadem comparationis ratione, quippe non tam cum littore, quod continet, arenam, quàm cum arena, quæ littus occupat, cenſet comparationem fieri; *Dedit illi capaciſſimum animum multa comprehendentem ſua intelligentia: q. d. tam amplam mentem, quàm amplum locum occupat arena, quæ eſt iuxta mare.*

6.

Latitudo cordis q. d.

Abul.

Nicol.

Caietanus.

רחב

Vatablus.

Quicũque Sapientiæ gradus animum componit.

D Quartò, quoniam ſapienter arbitrabatur Salomon, quemcumque ſapiẽtiæ gradum, atque adeo perfectam omnibus numeris philoſophiam, firmum eſſe præſidium aduerſus inſolentiam, tyrannidem, impetumque magnæ fortunæ. Sicut è contrario, quæcumque ſtultitia aut animi prauitas, cũ regno, & potentia coniuncta, indignis modis atque motibus regis animum exagitat & impellit. Quò pertinet ea ipſa, quam nuperrimè tractabamus, ſapientiæ cum arenoſo littore comparatio: ſicut enim ad littus & arenam ſuperbiſſimi æſtuãtis maris fluctus alliduntur, & infringuntur: ita ſanè ad ſapientiã affectiones immoderatæ & impetus furentes, ac violenti, alliſi & fracti ſubſidũt.

Sapiẽtia inſtar littoris comprimẽtis fluctus.

E Ergo data eſt ſapientia Salomoni, qua tantam diuitiarum & potentiæ vim frænaret, & ſuis terminis coerceret. Niſi omni ex parte integer ſit animus ſapientiæ præſidio, ſed alicubi aliqua ſtultitiæ rima fatiſcat, vbi potentiam infuderis contineri non poteſt, ſed foras diffluet cupiditatibus, iris, arrogantijs, ineptijs. Sic Plutarchus, qui & illud eleganter addit: Oportere vt ratio, atque ſapientia ſua grauitate compeſcat, reprimatque potentiam, nimirum *vt ſolem imitetur princeps, qui ad ſummam euectus altitudinem in partibus Septentrionalibus lentiſſimè mouetur, tarditate curſum tutum reddens*.

Princeps ſtultus.

Plutarch.

Princeps inſtar Solis.

7. Quintò, quòd ſapientia ſit firma, & conſtans

A baſis totius regni, quę ſi ſapientiæ beneficio, & inſtitutione, rectitudinem ſeruat abſque inclinatione (vt dixit Plutarchus) ad lineã, & ad angulos rectos, firma conſiſtet ſuperimpoſita ędificij moles, ſin minus à rectæ rationis & ſapientiæ regula declinarit, quidquid ſuperſtruxeris, vnà cum ipſa baſi ruet: & ſicut baſis aut columna, quo magis recta, magis ſtabilis maiori pondere redditur; ita è contrario, quo magis inclinata, id eſt, quo princeps minus rectus aut ſapiens, citius potentiæ põdere ruet. Sic vides firmitatem & perpetuitatem regni, tribui principis ſenſui & ſapientiæ, Eccleſ. 10. 1. Sapient. 6. 12. 13. 26. vt opportunè principi dicatur, Iſaiæ. 3. 6. *Ruina hæc ſub manu tua*. Porro cum eodem cap. minatur Deus *auferendo ſapientes*

Sapientia Principis regni ſtabilitas & baſis.

Ruina regni ex Principis ſtultitia.

B de Republica, Prophetas, ariolos, ſenes, conſiliarios, ſapientes de architectis, prudentes eloquij myſtici; & futuros *pueros* (ignaros, & imperitos) *principes*; ſequitur ſtatim; *Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit*. Verumenimuero inter alias Principis appellationes, vna eſt *Adon*, *Adonim*, vnde Latinũ *Dominus*, aut *Domini*, metatheſi quadam litterarũ. Eſt autem idem nomen Baſis, ſiue fulcimenti, mutatis tantum punctis, *Aden* & in plurali *Adanim*, Exo. 26. 19. & 36. 12. Iob. 38. 6. Quare *Adon*, quod vulgatus vertit, *Dominus*, eſt quaſi baſis, & ſuſtentator, & columen domus, familiæ, reipub. regni, cui pondus negotiorum & rerum incumbit. Inde nomen *Adonai*, Dominus, quod propter adiunctum Iod, videtur peculiari ratione reſerendum

Dominus vnde dicatur.

אדון

אדן

C ad filium Dei, qui eſt *fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum* & *ſummus* (vel primus, imus, latiſſimus) *angularis lapis* ſuæ Eccleſiæ. Rurſus hæc omnia videntur pullulare ex radice *Dun*, cum alluſione ad hanc ſignificationem, Gen. 49. 16. *Dan iudicabit populum ſuum*. q. d. *Tambien llevara ſu parte dela carga del gouierno*. quaſi iudex ſit item columna, & baſis populi. Quare & aliquando *Madon*, ponitur pro viro excelſo 2. Reg. 21. 20. vt quicunque in excelſo dignitatis faſtigio ſit, ſciat ſe in imo totius ędificij loco, id eſt, in fundamento & baſi munus ſuſtentatoris obtinere, & ſapientiæ ac rectitudinis beneficio immotum & conſtantem eſſe debere, & ad rectæ rationis & ſapientię regu-

Adonai de filio Dei. Chriſt° Eccleſiæ dominus & baſis.

Eph. 2. 20.

דין

Iudicare quid.

מדון

Excelſus priceps eſt etiã imus.

D lam omnia dirigere, niſi velit præceps cum regno in interitum ruere. Eò pertinet quòd Iacob Gen. 49. 24. appellat Ioſephum filium, *lapidem, & paſtorem*, quaſi vtrumque nomen ſit principis, & ducis, vel, vt alij exponunt, ſe ipſum appellat, *lapidem*, id eſt, *principem & caput Iſraelitarum*, quem pauerit in Aegypto ipſe Ioſeph; legunt enim ex Hebræo, *paſcens lapidem Iſrael*. Eò etiã pertinet, quòd principes & magiſtratus vocantur in Scripturis *anguli*, Iudicum 20. 2. Zachariæ 10. 4. id eſt, angulares lapides fundamentales; & vel legiſlatores, vel leges & iura, dicuntur *fundamenta terræ* Pſal. 81. 6.

Iacob cur vocat lapidẽ, eundẽ & paſtorẽ.

Principes, angul. Fundamenta terræ.

8. Sextò, Quòd aliæ etiam appellationes principum, omnem in illis ſapientiam requirant; nam ſiue Princeps dicatur *medicus* Iſaiæ 3. 7. quod Se-

Princeps medicus.

E ptuag. & Symmac. dicunt *Princeps*, ſapientis appellatio eſt; vt eo loco Gloſſa & Nicolaus indicat. Nam medici officium, & ſcientia, gubernandi item, atque principis munus, vtrumque diuinum eſt, & circa homines verſatur, vt ex Homero, Odyſſeæ 4. Plutarchus adducit.

Plutarch.

Medici ſciẽtia Diuina.

Aſt medicum reliquis diuina ſcientia maior
Inſtruit

Vt ad principes, & præfectos Rerumpublicarum, videatur pertinere id Sapient. 6. 26. *Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum*: Siue vocetur *princeps*, largitor & diſtributor panis; *In domo mea non eſt panis* (id eſt) non eſt ſapientia; quæ non

Sapiens panis diſtributio.

ratò

raro panis appellationem habet. Amos 8. 11. Lucæ 4. 4. vide Cyrillum & Basil. eo loco Isaiæ & super illa anteriora verba: *Auferet Dominus omne robur panis, & omne robur aquæ.* Atque adeo Septuag. eo loco: *Sunt hæc sub manu tua*, legunt: *Cibus meus sub te sit.* Qui enim fame laborabat audiendi verbum, & salutarem doctrinam, sapietiæ panem requirebat à principe. Siue vocetur *caput*, illi insunt sensus & sapientia, vt eleganter Lactantius dixit lib. de Opificio Dei. *In summa constructionis eius, quam similem nauis carinæ duximus, caput collocauit, in quo esset regimen totius animantis, datumq; ei illi hoc nomen est (vt quidem Varro ad Ciceronem scribit,) Quòd hinc capiant initium sensus ac nerui.* Vide eundem Lactant. lib. 6. de vero cultu cap. 9. de capitis officio disserentem, & supremum sapientiæ & cognitionis gradum cum illo comparantem. In cuius similitudinem capiunt subditi ex Principe sapientiam, & motum. Porro nulla est Principis appellatio trãslatitia, quàm ea *capitis* frequentior, aut illustrior, 1. Paralip. 4. 42. & c. 29. 10. 2. Paralip. 20. 27. & c. 13. 11. Esdræ 5. 10. Isaiæ 14. 1. 2. Reg. 23. 8. Psal. 139. 10. Iob. 12. 25. Siue denique *Patris* nomen ad significandum principem transferatur, certè *pater* doctrinam sonat, atque sapiẽtiam. Hoc item vulgarissimum de quo dicebamus in nostro sacro Latino dictionario, verbo, Pater.

A

B

Sapientia, panis. Cyrillus. Basilius. Sapiens, caput. Lactant. Caput Sapiẽtiæ symbolum & Principis. Princeps Pater. Patris nomen de Magistro.

9\. Septimò, quòd cum princeps is esse debeat, quem exigit respublica, vt sub illo fœlix & beata sit, at beata non erit, nisi princeps sapiens sit: & eo quidem hæc fortunatior, quo ille sapientior. Res frequens apud profanos scriptores. Vide Platonẽ lib. 5. de Republ. Valerianum lib. 7. c. 2. Stobæum serm. 46. qui est de Regno. Plutarch. libello, *Quòd cum principibus philosopho sit disputandum*, & libello ad *Principem ineruditum*. Congessit plurcula vulgari lingua sed non vulgari stylo humanitatis studiosus è nostris Ioannes Turrianus, in sua Principum philosophia lib. 6. Tiraquellus de Nobilitate cap. 5. vbi catalogum texit Imperatorum ac Regum sapientissimorum, qui vnquam doctrina maximè excelluerint.

C

Respublica beata sub Principe sapiente. Plato. Valerian. Stobæus. Plutarch. Ioan. Turrianus. Tiraq.

Octauò tãdem, quòd hac ratione philosophia, quæ latere non vult, si in Principe perfecta sit, fœlicissimè ad alios propagatur, atque multis per vnum prodest. *Homerus* (inquit Plutarchus) *appellat Minoem, Iouis Oaristam, idest, discipulum. Non enim priuatos homines, otiosos ve, Deorum voluerunt esse discipulos, sed reges, qui sapientiam & virtutes animi consecuti, ea essent ad vtilitatem omnium conuersuri.* Sapientia enim, vt superius dicebamus, Reges potissimum & primores docere gaudet, & ad illos potissimũ consilia & concionẽ suã dirigit. Itaq; saluberrimus fons publicus erit, si vberrimus sit, è quo hauriant vniuersi; pulcherrimus oculus, per quẽ oẽs vident, & qui pro multis videt, si clarissimus & perspicacissimus sit, & mirabilis illa tandẽ statua in publico & in sublimi posita, nõ quæ immobilis rigeat, & perpetuò basi hæreat, sed q̃ industriæ & sapiẽtiæ beneficio, quæ aĩam, efficacitatẽ, impetum ingenerat, mobilis ad multiplicẽ sapientiã reddatur. Spiritus. n. intelligentiæ subtilis, acutus, multiplex, mobilis, oĩa ꝓspiciẽs, & qui capiat oẽs spiritus: oĩbus. n. mobilibus, mobilior est sapientia. Sap. 7. 22. 23. 24. vide Plutarch. lib. Quòd cũ principe philosophãdũ sit.

D

E

Plutarch. Sapiẽtia regum magistra. Princeps fons, oculus, statua mobilis. Sapientia mobilis.

Hinc iam collige: omnibus sapientiæ numeris & partibus, nõ vna tantum ciuili & politica, beatissimum Principem Salomonem diuinitus instructum, sub quo illius sæculi Ecclesia beatè ac fœliciter degeret.

CAPVT X.

Multarum de Salomonis sapientia quæstiuncularum congeries, & elucidatio.

Ad locum 3. Reg. 4. 29. Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis sicut arenam, quæ est in littore maris.

1 *Scholasticæ subtilitates. Scientia Salomoni per accidens infusa. Scientia animæ Christi.*

B

2 *Scientia Salomonis secundum substantiam humanam: secundum perfectionem supra humanam. Species de nouo ingenitæ, & facilitas ad cognoscendum.*

3 *Multiplex illius scientia. Primas rerum proprietates sine discursu: posteriores & minutiores cũ discursu inuestigans.*

4 *Salomon errare, non item homo in statu innocentiæ potuit. Scientia Salomonis discursiua.*

5 *Scientiæ vsus Salomoni laboriosus. Aristoteles valetudinarius ex stomacho. Studiosi sibi ipsi medicantes.*

6 *Salomonis scientia pendens a phantasmatibus: corruptioni etiam obnoxia.*

C

7 *Multorum indiuiduorum scientiam non accepit Salomon. Quid de Adamo & Christi anima. Non omnes species possibiles agnouit.*

8 *Scientias acceptas exercitio auxit. Quid de scientiis acquisitis Adami & animæ Christi.*

6 *Quæ fiebant miraculo, perfectiora, quàm quæ natura. Vter sapientior, Salomon, an Adamus.*

10 *Rerum diuinarum & humanarum scientia donata Salomoni. Sapientes Orientales qui. Phœnices Aegyptij. Sapientiæ nomen multiplex. Illustratus Paulus.*

ET verò nisi ieiuni cuiusdam & aridioris styli hominum palatis, siue Theologorum, siue Philosophorum, veritatẽ quidem, quod in summa illorum laude est, consectantium, sed per minutas quasdam graciles q; disputandi subtilitates; amicè etiam & scholasticè ieiunum aliquod & aridum ex illorum palati sententia, ferculum non proponamus, ieiunus aridusque labor is noster, vt ab illis habeatur; necessarium est. Ergo multis, minutis tenuibusque coaceruatis quæstiunculis, illos exsaturemus, ne quis in sapiẽtia, quam tractamus, ieiunitatem nobis & inopiam obijciat vllam.

D

1\. Scholasticorum palatũ amans subtilitatũ.

1. Fuit ne ea Salomonis Sapientia per sese infusa.

ID est, Fuit aliorum hominum sapientiæ similis, eiusdemq; naturæ? an ordinis cuiusdã altioris, quò mortalium industria nũquam contingat; & quæ diuinam illam cõmunicationem, & affluxum ex natura sua postulat? Respondeo, eã scientiam accommodatam fuisse intellectui humano, secundum statũ naturæ lapsæ, & per species quidem opportunas, & proportionatas cõmuni mortalium aliorum modo intelligẽdi. Fuit igitur sciẽtia per accidens infusa. Rem hanc, aut similem, tangunt, qui de animæ Christi Domini scientijs indites disputant cum D. Thoma, 3. p. q. 9. art. 3. & q. 11. ar. 1. & 2. & 5. Quibus locis Doctor Francisc. Suarez. & Greg. de Valentia disp. 14. ar. 3. q. 4.

E

Sciẽtia Salomonis p accidẽs infusa. Sciẽtia animæ Christi. Suarez. Valentia.

A

II. *An fuit ſupra humana.*

2.

Nyſſenus.

Sciẽtię natura & modus humanus, grad⁹ ſcientiæ ſupra humanas vires.

AN potuit mortalis aliquis eò cognitionis & ſcientiæ ſuo labore aſcendere, quo Deo ducente & docẽte euectus eſt Salomon; Sanè Greg. Nyſſenus hom. 7. in Cant. ſic ſcribit; *Quòd ſua ſapientia Salomon veram ſignificet ſapientiam; nemo contradixerit ad hiſtoriam aſpiciens & veritatem. Teſtatur enim Propheta, quòd ille exceſſit terminos humanæ ſapientiæ, vt qui omnium rerũ cognitionẽ in ſui cordis latitudine ceperit, adeo vt & priores præterierit, & qui deinceps ſunt conſecuti, eum non poſſit aſſequi.* Ergo verè docuit Nyſſenus, humanis viribus non poſſe tantam ſapientiam obtineri. Nam quãuis ea ſcientia per accidens fuerit infuſa ex natura ſpecierum & modi cognoſcendi humani: at tanta perfectio cognoſcendi induſtriæ & viribus humanis non ſubiacet. Superat igitur mortalium naturam, hebetem iam & imbecillam, tanta cognoſcendi perſpicacitas & firmitas; ſed illam non ſuperat ipſius cognitionis natura & modus.

B

III *Quid nouum in Salomonis mente.*

Sciẽtiæ habitus.

D. Thom.

AT quid hæc ſcientiæ infuſio Salomonis mẽti denuo cõtulit? ſanè illud, qđ ſæpe Theologi ac Philoſophi ſcientiam appellare ſolent: id eſt, ſpecies rerum cognoſcendarum bene compoſitas, bene diſpoſitas, bene congruentes rebus ipſis cognoſcendis. Tum illud, quod habitum habilitatemve dicunt, id eſt, facilitatem aut propenſionem mentis quandam ad res ipſas obiectas ſine errore perſpiciendas. Vide D. Thomam locis ſuperius citatis, præſertim quæſt. 11. art. 2. & art. 5.

IV. *Et vnd ne, an plures ſcientia communicatæ.*

3.

Plures ſciẽtiarũ habitus in Salomone & in Chriſti anima.

D. Thom.

VNa ne pleniſſima & ampliſſima ſcientia pro rebus cognoſcendis: an pro diuerſis diuiſa multiplex? Multæ ſanè pro obiectorum, quod dicunt, formalium diuerſitate. Sic exigit natura & modus cognitionis humanæ: qua etiam ratione non vna ſed multiplices ſcientiæ per accidens infuſæ aſſeruntur in Chriſto Domino à Theologis, cum Diuo Thoma 3.p. quæſt. 11. ar. 6.

V. *Non ſolum communia principia, ſed ſingulares omnes concluſiones percalluit.*

Salomõ cognouit prĩcipia & proprietates rerũ nobiliores ex terminis. Vltimas rerũ & minutiſſimas proprietates diſcurſu inueſtigauit.

AN collatum fuit Salomoni, vt non ſolum rerum naturalium principia perſpecta haberet, ſed etiam minutiores illas veritates, quæ noſtrarum ratiocinationum concluſiones ſunt? Hãc moderatione quadam. quæſtionem dirimendam cenſeo. non enim ſolum eſſentias, id eſt, principia rerum naturalium, & primas atque vniuerſales veritates cognouit, eo lumine diuinitus ſibi affulgente; ſed præterea proprietates meliores, quas nos ratiocinationibus primis & potiſſimis inueſtigamus: minutiſſimas autem, & vltimas concluſiones, aut proprietates minus nobiles, vt ipſe per ſe ſuo labore, ſuaque ratiocinandi dexteritate deduceret, permiſſus eſt: quod & iucunditatis fuit, & honeſtæ vtiliſque exercitationis intelligentiæ Salomonis.

A

VI. *Errare ne potuit.*

Negligenter diſcurrẽs potuiſſet errare. Salomõ potuit decipi circa aliquod ſingulare, non itẽ homo in ſtatu innocentiæ.

August.

ET verò hac ratione ſibi permiſſus, hallucinari & errare potuit multis in rebus; quo multum videtur detrahi de tanta tamque probatæ ſapientiæ Salomonicæ laude & perfectione. Si attentè, ſi rectè principijs iam ſibi cognitis, ſi ſpeciebus inditis iuxta ſibi perſpectas bene ratiocinandi regulas vteretur (quod illi facile & expeditum fuit) nunquam aberraret: ſin minus oſcitanter & ſegniter negligentes adhiberet ratiocinationes, quidni quamuis ſapientiſſimo, homini tamen dormitãti, error obreperet. Attendens autem & perſpiciens, tamẽ circa aliquod ſingulare, aut circa falſam aliquam narrationem, aut denique ſi aſſenſum tẽtaret elicere circa rẽ ſibi inexploratam, ſanè potuit aliquãdo decipi, quo vel maximè fuit Adamo inferior in ſtatu innocentiæ; quippe, vt Auguſt. dixit lib. 3. de libero arbitrio, cap. 12. *Approbare vera pro falſis, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna damnati.* Vide D. Thomam 1.p. quæſt. 94. ar. 4.

D. Thom.

II. *Vtebatur diſcurſu in cognoſcendis p rimis rerum affectionibus.*

C

Sciẽtia Salomonis diſcurſiua.

D. Thom.

Suarez.

ILlas verò priores potioreſque rerum affectiones & proprietates cognouit ex diſcurſu. An ipſo primo & ſimplici aſpectu, ſicut principia; ita vt cognoſceret principia ſimul & proprietates? Mihi certum, Salomonis ſcientiam, ſi propriè humana ſcientia erat, inclinaſſe illius mentem ad rectum verumque diſcurſum, demonſtrantem concluſionem ex principijs. Si quæ verò ſcientia diſcurſiua non ſit, illa homini connaturalis non eſt. Vide D. Thomam 3.p.q. 11. art. 3. ſimile quid de ſcientia creata Chriſti Domini aſſerentem, non quantum ad eius infuſionem, ſed quãtum ad eius vſum. vbi Suarez, diſp. 29. ſect. 1. & diſp. 30.

VIII. *Exercuit ne laborioſè ſapientiam.*

4.

D

Salomonẽ ſapientia vſum non ſine corporis labore.

Sap. 7. 10.

Ariſtoteles ventriculi dolore extinctus.

Andreas Schottus.

Studioſi ſibi ipſis medicantes.

Ammian.

EXercuit ſanè cum labore ſciẽtias ſine labore acceptas. Sed non tam dixerim exercuiſſe cũ labore, quàm cũ attentione quadam, & intentione mentis iucundiſſima. Aliquando etiam cũ defatigatione quadam virium corporis, ſtomachi languore, capitiſque laſſitudine aliqua. Præteruehuntur aliquando vltra modum ſapientum vigiliæ, & lucubrationes; vt cum ipſo Salomone cogatur dicere, *ſuper ſalutem & ſpeciem dilexi ſapiẽtiam*, & ne ſapientiæ deſint, deſunt valetudini curandæ, deſunt ſibi ipſis, ac vitæ neceſſarijs deſunt. Videas igitur illos plurimum decolores & valetudinarios. Quid, quòd etiam, naturæ illud ac philoſophiæ miraculum, Ariſtotelem, *ventriculi dolore, propter nimias vigilias & ſtudiorum frequentiam, extinctum dicunt? Fuit enim in lucubrando. ſtudio inſatigabili*, vt ſcribit Laertius: *Qui cum cubitum ſe conferret, in manus globum capiebat, vt* E *cadentis in peluim globi ſono excitaretur.* Videndus noſter Andreas Schottus, in vita Ariſt. ac Demoſthenis comparata. Denique non infrequens, vt viri ſapientiſſimi, qui lucernam olent, oleant etiam oleum medicatum; & quamcumque tandem facultatem profiteantur, particulam quandam medicinæ, qua ſibi conſulant, profiteri cogantur. ſicut & Ammianus lib. 16. ſcribit, Ariſtotelem, ſtomachi dolorem, calidi olei vtriculo admoto vẽtri, leuare ſolitum. Sapientiæ igitur ſtudium corpus eneruat; ſapientia eadem inuentis remedijs corroborat. Sapientiæ ſtudium ſtudioſum deijcit: idem

que

que ruſus erigit & ſuſtentat. *Ariſtotelem* (inquit A Cenſorinus de Die natali) *ferũt, naturalem ſtomachi infirmitatem, crebraſque morbidi corporis offenſiones, virtute animi diu ſuſtentaſſe, vt magis mirum ſit ad annos 63. cum vitam pertuliſſe quàm vltra non protuliſſe*. Et quis, cuius vel tenuiſſima humanitatis ſcintilla pectus caleat, miſerrimi ſtudioſi non miſereat, quem iam pituita obruit & ſuffocat; iam bilis atra obfuſcat, adurit & opprimit; animus ad ſuperiora euectus & abſtractus, ſemianimum relinquit; iam ſciendi cupido & voluptas, velut furijs concitat & exagitat; lõgiores vigiliæ emaciãt; Minerua laborioſa eneruat; Mercurius ſollicitus à neceſſarijs vitæ vſibus aberrare compellit; Saturnus maleficus improbo labori deuincit, & affligit; cuius languet cor exhauſtis ac diſſolutis vitæ B ſpiritibus; friget, aceſcit, ructat ſtomachus, cibo coquendo inutilis; turpet hepar elaborando ſanguini ſegnis; illacrymantur oculi; tuſſit, ſibilat pectus; dolent pulmones; exalbeſcit facies; fluctuat diſtillationibus caput, & vbi totum non dolet, ſęuiſſima laborat hemicrania; natiuus ac vitalis humor per momenta exſiccatur; concidit vultus totos dies in libros demiſſo capite, & abiectis oculis. Sapientia non ſolum, vt Plato dicebat, mortis eſt meditatio, ſed mors ipſa. *Dedit*, ſanè, *Deus occupationem hanc peſſimam filijs hominum, vt in ea diſtendatur. Non decent ſtultum* (decent profectò ſapientiæ ſtudioſum) *deliciæ*. Prouerb. 19. 10.

Cenſorinus.

Studioſorũ morbi, & moleſtiæ.

IX. *Obliuiſcine potuit, aut amittere ſapientiam?*

6. CVm errore videtur obliuio coniuncta. Tamen ille, qui non errare aliquando non poterat, an obliuiſci potuit impreſſæ & infixæ ſuæ menti cognitionis? Rem hanc copioſè tractat Abulenſis loco citato quęſt. 11. Et cum corruptiones habituum ſint ex ablatione cauſarum, ex quarum conſtitutione generantur ex 2. Ethicorum, cenſet eas ſcientias Salomonis, quæ immediatè infuſæ illi fuerunt, ex nullo morbo, aut phantaſiæ vitio aut phantaſmatum corruptione corrumpi potuiſſe; atque adeo neque indiguiſſe in vſu illarum ſcientiarum infuſarum conuerſione ad phãtaſmata. Ex quo fit conſequens, quòd quamuis daremus aliquando potuiſſe Salomonem phantaſiæ vitio laborare, phrenetide, aut mania, non ideo non potuiſſe ſemper vti ſcientijs & intelligentia perfecta: quamquam neque voces, neque ſermonem tunc bene componeret: quippe ad hoc requiritur phantaſiæ bene valentis opus.

Abul. ſententia improbata.
Ariſtot.

Ego verò aliter cenſeo, nimirum cum ſcientiæ Salomonis fuerint per accidens infuſæ, habuiſſe ſimul ſua reſpondentia phantaſmata, ad quę conuerſus intellectus intelligibilibus ſpeciebus vteretur. Res quidem ex primæ quæſtiunculæ reſponſione confirmanda & elucidãda. Ergo iiſdem difficultatibus, quod ad corruptionem ſpectat, obnoxia erat ſcientia Salomonis, quibus ſciẽtia aliorum hominum, vt poſſet vel per magnam deſuetudinem deperdi; vel per phantaſiæ vitium, aut perturbationem, impediri; aut denique per contrarium erroris actum (qui tamen in Salomone eſſe non potuit, quàm modo expoſito) corrumpi. Non alia rei huius probatio, quàm quòd ſcientia illa humana fuerit, quamuis non humanitus adquiſita. Ergo non potuit non eſſe humanis obnoxia caſibus. Vide Suar. 2. tomo metaphyſ. diſput. 44. Sect. 12.

Salomonis ſcientiam corrũpi potuiſſe.

Suarez.

X. *Omnium indiuiduorum cognitionem comprehendit.*

AN etiam rerum ſingularium, & indiuiduorum ſcientia illi communicata eſt? ſanè quidem illorum, quæ vnica ſunt in ſua ſpecie. v. g. cęlorum, aſtrorum, phœnicis auis: ſed minimè illorum, quæ ſcientiæ ſpecierum non valde magnam perfectionem adijciunt; neque illorum, quæ vſu & experientia poterat ipſe colligere. In hanc rem adduci poſſent multa, quæ diſſerunt Theologi de experimentali ſcientia animæ Chriſti cum Diuo Thoma 1. par. quæſt. 94. artic. 3. non adeo fuiſſe perfectam, vt quæ ad illum non pertinebant, aut quæ ad alios homines inſtruendos neceſſaria B non erant, cognouerit. v. g. Quot lapides eſſent in maris fundo: Quot in capite capilli: Quot vicibus ſingulis diebus canerent luſciniæ: Quot hauſtibus exſatietur ſitis cerui vulnerati, & ſimilia.

7 Multorum indiuiduorum ſcientiã non accepit Salomon.

D. Thom. Scientia in diuiduorũ, ãię Chriſti & Adami.

Specierum verò naturalium veroſimilius videtur Salomonem omnium ſanè ſcientiam accepiſſe, quæ ſunt; poſſibilium non item; ipſomet dicẽte, Sapient. 7. 17. *Dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram.*

XI. *Auxit & exaggerauit acceptam ſapientiam ſequenti labore.*

C AN præterea ſcientias ipſe ſuo labore & frequenti mentis ſtudio, & exercitatione comparauit? Diuus Thom. Chriſto Domino id concedit 3. par. quæſt. 12. ne illius intellectui perfectio aliqua defuerit. Idem docet quæſt. 9. art. 4. quem ſequuntur alij Theologi, nominatim ex noſtris Pater Salmeron tomo 14. Epiſtola ad Coloſſenſ. Pater Valentia quæſt. 9. puncto 1. Alij verò negãt in Chriſto ſcientiam habitualem acquiſitam, ſi habuit ſcientiam aliquam infuſam per accidens, quæ eiuſdem eſſet rationis cum acquirẽda. Quod alij Theologi docent poſt Bonauenturam, Durandum, & Gabrielem; & ex noſtris P. Suar. diſp. 30. Sect. 2. Concedunt tantum ſcientiam experimentalem, id eſt, per ſpecies acquiſitas experimẽtalem vſum, & nouos intelligendi actus. Quod D omnino in Adamo docuerat ipſe D. Thom. 1. par. quæſt. 94. artic. 3. ad 3. cum ſcientia Adami fuerit eiuſdem rationis cum noſtra, quamuis à Deo infuſa, ſicut nec oculi producti à Chriſto Domino in cæco nato, fuerunt alterius naturæ, quàm aliorum hominum.

8 *D. Thom.* Chriſti Domini ſcientiæ acquiſitæ.

Salmeron. *Valentia.*

Qui negẽt in Adamo & in Chriſto ſciẽtias acquiſitas.

Bonauent. *Gabriel.* *Suarez.*

Hoc igitur idem omnino cenſeo de Salomone dicendum, non acquiſijſſe ſcientias alias, ſi ſemel habuit infuſas per accidens; ne duplex eiuſdem rationis indiuiduum ſcientiæ in eodem ſubiecto concurrat. Sed habuerit ſanè nouas, rerum, & experimentales ſpecies; Tum etiam, & ſuarum intellectionum nouas item ſpecies in mente relictas. Denique ex vſu, exercitatione, & experimento, E nouos etiam fecerit progreſſus in ipſis ſcientijs à Deo inditis, nouaque ſcientiarum incrementa comparauerit, vt humani ab illo nihil alienum aſſeramus. Hoc de Adamo item docet Alexan. 2. p. cum quo Dionyſ. 2. ſentent. diſt. 23. q. 3. Richard. q. item 3. & Aegidius q. 2. Atque adeo Dionyſ. 3. Reg. 4. in fine, ait Salomonem quotidie profeciſſe in illis ſcientiarum habitib. à Deo infuſis.

Salomon nullã ſcientiam acquiſiuit, tamẽ ſpecies nouas.

Adamũ & Salomonẽ in dies in ſciẽtijs profeciſſe.

Alexand. *Dionyſ.* *Aegidius.* *Richard.*

XII. *Salomonis cum Adamo in ſapientia laude contentio.*

9\.
Salomonis cũ Adamo contentio.

QVoniam verò ſemel Adami meminimus, cũ illo Salomonem contendamus, vter ſapientior. Certè in hoc pares, quòd vtrique à Deo infuſæ ſcientiæ fuerint, illæque per accidens, vt quæ fuerint eiuſdem rationis cum ſcientijs hominum labore & induſtria acquiſitis. Tum in eo, quòd ad tantam ſapientiæ perfectionem nullus mortalium ſua induſtria potuiſſet peruenire; nam quæ à Deo ſunt, quamuis naturalia ſint, ſunt tamẽ eiuſmodi, vt nũquam natura poſſit, tam perfecta, tamque abſoluta ex ijſdẽ cauſis & principijs producere. B Cuius rei fidem faciunt ea quæ miraculo à Chriſto Domino in natura fiebant; vinum ex aqua generoſiſſimum, atque ſuauiſſimum, ſupra quàm natura poſſet efficere: mirabiles morborum curationes, & ſanitates, ſupra quàm natura ipſa, etiam medicæ artis præſidio adiuta, potuiſſet conferre: viſus perſpicacitas collata illi cæco à natiuitate, ſupra quàm illud ipſum indiuiduum potuiſſet à natura non impedita obtinere.

Quæ miraculo fiebãt perfectiora quàm quæ natura.

Aliqua ſcientia Salomonem præſtitiſſe Adamo.

Sed antecelluit alter alteri? Re aliqua, aut ſciẽtia peculiari excelluiſſe Salomonem, mihi non fit incredibile. v. g. iuris ciuilis prudentia, ac reipublicæ bene moderandæ, de qua dicam inferius, aut ſcientia architecturæ, & œconomicæ bene adminiſtrandæ domus: Quippe hæc non tam neC ceſſaria Adami ſæculo: præſertim cum D. Thomas 1. par. quæſt. 94. artic. 3. ea tantum in Adami ſcientia & cognitione ponat, quæ *in primis principijs per ſe notis continentur, & naturaliter ab hominibus cognoſci poßunt: tum etiam illa, quæ ad gubernationem vitæ propriæ, & aliorum hominum requiruntur*. Quippe erat Adamus non ſolum primus humani generis parens, ſed eo etiam nomine primus, perfectuſque cæterorum hominum doctor, & inſtitutor. Ea verò *quæ nec naturali hominis ſtudio cognoſci poſſunt, nec ſunt neceſſaria ad gubernationem vitæ humanæ*, vt ſciret Adam, minimè neceſſarium fuit. Quis autem neget multa ad vitæ humanæ gubernationem, vno ſeculo neceſſaria fuiſſe, quæ altero minimè requirantur? quippe humaD na vita nunc paucioribus contenta eſt: nunc plura exigit. Neque verò docebat Adamus ſuos illos filios atque nepotes, quæ futuris ſeculis neceſſaria futura eſſent, ſed quæ ſuo. In his ſapientiſſimus eſſet Adam; in illis Salomon.

D. Thom.
Quæ oportuit Adamo eſſe pſpecta.

Abul.
Salomonẽ ſapientiorẽ Adamo, q̃ probent.
Abul.
Nazianz.

Sed ſimplici quadam, & abſoluta comparatione vter tandem ſapientior? Abul. q. 11. Salomonẽ vult. Huic ſuffragatur ſimplex & abſolutum cognomẽtum, *ſapientiſſimi omnium mortalium*, quod Salomoni tribuunt. Nazianz. orat. 29. & orat. 34. *præſtitiſſe*, aſſerit, *ſapientiæ laude omnibus cum ſuæ tum ſuperioris memoriæ hominibus*. Et in carmine de virginitate;

> *Salomon, quo non ſapientior alter*
> *Extiterat.*

Thaumaturgus.
Cedrenus.

E Et prius eundem appellauerat, *Sophiæ verticem*. Greg. Neocæſarienſis, *mortalium omnium clariſſimũ ac ſapientiſſimum* appellat. Cedrenus, *priſcos omnes ſapientia ſuperaſſe*, in ſuo hiſtoriarum compendio. Accedit, quòd 3. Reg. 3. 12. videtur in vniuerſum anteferri in ſapientia cunctis mortalibus: *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit*. Quæ comparatio ampliſſima eſt, nec ſolũ ad reges adſtricta, vt illa altera in *diuitijs & gloria*. Quare 3. Reg. 4. 30. 31. comparatur in ſapientia cum his, qui reges nõ eſſent, *omnibus Orientalibus &* A *Aegyptijs, & cunctis hominibus*. Ratio verò ipſa & grauium Theologorum auctoritas præfert Adamum vt primum, ita etiam excellentiſſimum mortaliũ, non ſolum corporis, ſed animi etiam ornamẽtis. Vide noſtrum Pererium lib. 5. in Geneſ. q. 3. Valẽtiam tom. 1. diſp. 7. q. 2. puncto 1. faciũt quæ Scholaſtici tribuunt primo homini propter prærogatiuam principatus, & capitis generis humani. Ergo, cum Scriptura comparat Salomonem cum prioribus ac poſterioribus hominibus, illos intelligit, qui in illis regionibus, & toto Oriente, ſapientiæ laude celebres aut fuiſſent aut futuri eſſent.

Adamus Salomone ſapientior.

Pererius.
Valentia.

XIII. *Abſolutiſſimane Salomoni rerum omnium ſapientia communicata.*

B

10\.

AT quarumnam rerum ſcientia data eſt Salomoni? Perfectam diximus accepiſſe ſapiẽtiam, atque numeris omnibus abſolutã; illam igitur, quam, rerum humanarum atque diuinarum ſapientiam appellarunt philoſophi. Id verò manifeſtè indicatur 3. Regum 4. 30. 31. cum illius ſapientia comparatur cum vniuerſorum hominum ſapientia; quorum videlicet ſtudium & induſtria, non vnius tantũ aut alterius ſcientiæ finibus coercebatur, ſed per vniuerſas vagabatur; *nam præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus, &c.*

Salomonis ſapiẽtia rerum humanarum, atque diuinarum.

C *Orientales* autem intelligo Babylonios, & Kaldæos, quos de ſapiẽtia laudat Scriptura, Dan. 1. 4. Cum præcepit Nabuchodonoſor non alios ſibi miniſtrare, quàm pueros *decoros forma & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, vt docerent eos litteras, & linguam Kaldæorum*. Quod per antepoſitionem videtur dictum, id eſt, vt docerent eos litteras Kaldæorum, vt ſic euaderent eruditi omni ſapientia: vel requirebat in illis præuiam ſagacitatem, & perſpicacitatem ingenij, tum etiam facundiæ, & ſcientiarum rationalium eruditionem, vt ſic aptiores eſſent ad ſuprema aliarum rerum ſublimium & arcanarum ſtudia, propria Kaldæis. Kaldæos item de Aſtrologiæ ſtudio commendatos dicemus inferius, vbi de D Aſtrologia.

Orientales ſapientes qui & qua ſcientia.

Orientalium præterea nomine intellige Phœnices & Sidonios, quos *Aßyrios* nominat Philo, de vita Moyſis; & ſimul etiam cum Kaldæis, & alijs Græcis adhibitos fuiſſe doctores ad Moyſen inſtituendum aſſerit. Quod idem à Philone mutuatum deſcripſit Clemens lib. 1. Stromat. qui ex Eupolemo refert, Phœnices litteras accepiſſe à Iudæis. De Tyriorum autem & Sidoniorum ſapientia plura Strabo lib. 16. quos celebrat tanquã optimarum artium magiſtros, Aſtronomiæ, Arithmaticæ, Philoſophiæ peritos.

Phœnices ſapientes.
Philo.
Clemens.
Phœnicum litteræ ab Hebræis acceptæ.
Strabo.

Aegyptiorum autem ſcientias non ſolum complecti mathematicas omnes, ſed præterea etiam Moralem, Phyſicam, Theologiam, docent Philo, E libro 1. de vita Moyſis, Clemens Alexand. libro 5. Stromatum, & libro 6. Nyſſenus de vita Moyſis, & dicemus inferius, vbi de Aſtrologia & Phyſica, Medicina, Anatomia, Geometria, quia nimirum in vniuerſum artium & ſcientiarum inuẽtionem Strabo, & Herodotus apud Floridum 3. ſucciſ. capit. primo. Aegyptijs tribuunt. Denique quòd *Sapientiæ* nomen in ſacro vſu, æquiuocum, id eſt, multiplex ſit, ac profanas etiam ſcientias comprehendat, eleganter docet Clemens libro primo Stromat. non longè à principio: confirmatque Apoſtoli exemplo, propterea appellantis Dei *ſapientiam* variam ac *multiplicem*,

Aegyptiorũ ſcientia quæ comprehendat.
Philo.
Clemens.
Nyſſen.
Strabo.
Herodotus.
Clemens.

quod

Sapientiæ nomẽ multiplex.

Ephes.3.10
Eccl.1.

A quod Latinus dixit *multiformem*: propterea item multa ſapientiæ nomina homonyma, & ſynonyma coaceruati à Salomone, Prouerb.2. & dictum à Ieſu Siracide; *Omnis ſapientia à Domino eſt, & cũ ipſo fuit ſemper.*

Ergo cum ſapientiam Salomoni donatam audimus, encyclopædiam quandam ſcientiarum omnium intelligimus, atque perfectam philoſophiam, quam ampliſſimis rerum omnium cognoſcendarum, ſiue humanarum, ſiue diuinarum terminis definierũt primi illi atque antiquiſſimi Sapientiæ profeſſores, Zeno, Plato, Cicero, Seneca, atque Philo ille Platonizans ſub libro, de Congreſſu quærendæ eruditionis gratia; ſed huic ſapientiæ contemplatrici, addit præterea ſapientia Salomonis, *operum ſcientiam* id eſt, operatiuam, ſiue factiuam, de qua inferius.

Sapientiæ diuiſio multiplex.

Cum vero hæc ſapientia multiplex multipliciter quoque à Philoſophis fuerit in ſuas partes diſtributa; Nos, qui non tam ſeuerè & rigidè ſcientiarum diuiſionem pro ſcholarum conſuetudine, quàm vrbanè & comiter pro hiſtoriæ perſpicuitate, & ſapientiæ Salomonicæ opportunitate faciendam hoc loco propoſuimus, illum ferè ſequemur ordinem, quem vſus quotidianus in inſtituẽdo adoleſcente exigit: & quem ipſe Salomon ſeruaſſe viſus eſt, dum ſapientiæ ſibi diuinitus donatæ partes enumerat, Sapient.7.15. *Mibi* (inquit) *dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna bo rum, quæ mihi dantur*; vbi profectò ſcientijs, quas vocant Rationales, ſeu ſermocinales, à Deo ſupremo loquendi & eloquendi doctore inſtitutum ſe profitetur. Idque probat, quòd oporteat Deum eſſe atque haberi primum ac ſupremum omnis ſapientiæ, quæcunque tandem illa ſit, ſiue loquendi, ſiue operãdi, magiſtrum. Sed iam rem per ſuas partes oſtendamus.

Sapiẽtiç rationales in diuiæ Salomoni.

CAPVT XI.

Salomon loquendi, & ſcribendi inuentor & artifex.

Ad locum Sap.7.16. In manu illius nos & omnes ſermones noſtri.

1 *Deus à primis Grammaticæ rudimentis inſtituens Salomonem: non ſolum formans linguam, ſed faciens. Inſtrumenta loquendi in Salomone perfectiſſima.*
2 *Deus præceptor Alphabetarius Salomonis, & rectè loquendi. Manus Dei quid. Illuſtrata Sapientia.*
3 *Salomon inuentor nouæ linguæ & ſcripturæ. Hebraicę auctor* Deus; *Grçcæ, Cadmus.*
4 *Characteres Salomonis qui. Lingua Arabica Oriẽtalis cultiſſima. Eius cum Hebræa cognatio. Iſmaelitica incultior.*

1.
Salomon à primis Grãmaticæ rudimẽtis doct⁹ à Deo.

A Primis Grãmaticæ rudimentis voluit Deus hunc ſuum auditorẽ Salomonẽ ita inſtituere, vt nihil eſſet, quod ſub ſcientiæ alicuius rationẽ cadere poſſe videretur; cuius abſolutiſſima cognitione illũ nõ informaret, & (mirum) quaſi ludimagiſtrum nõ ſe profiteretur: neq; ſolummodo more aliorum Grammaticæ artis Doctorũ, qui rectè loquendi, rectèq; ſcribendi, pręcepta tradũt pueris ante iam ruditer & impolitè loquẽtibus, & ſcribentibus; hi.n. non efficiunt primam linguæ & vocis puerorum naturã, neq; formant alia loquẽdi & intelligendi inſtrumenta; ſed formata à natura, arte informant, atque perficiunt: Deus verò ita eſt Grammaticæ rectèq; loquendi doctor, vt ſit (quod prius eſt) loquendi auctor linguæq; formator, totiuſq; oris & loquendi inſtrumentorum primus compoſitor; ſicut dictum eſt ad Moyſen cauſantem ſui oris & linguæ blęſitatem: *Quis fecit os hominis?* Ita ſanè Deus *fecit os hominis*, atq; omnia oris & vocis inſtrumenta opportuniſſimè ad vocis formationem conformauit. Quę in Salomone perfectiſſima fuiſſe vt quem habiturus erat ſuę doctrinæ Grammaticæque, id eſt, rectè loquendi, auditorem, nemo ambiget.

Exod. 4.11.

Salomonis loquẽdi inſtrumenta perfectiſſima.

B Loquendi verò prima præcepta ab ipſo Deo ſe accepiſſe profitetur ipſe Salomon, cum Sap.7.16. ait *in manu illius* (in inſtitutione, magiſterio, poteſtate, prouidentia, & peculiari cura) *nos & omnes ſermones noſtri.* (Quare cum non recte loquimur, ipſe corrigit) *quoniam ipſe ſapientia dux eſt, & ſapientium emendator*, id eſt, docet, quomodo rectè loquendum, & vel naturæ, vel prauæ conſuetudinis vitia emendari poſſint. Quod in emendata & elimata Moſis blæſitate re ipſa contigit, de quo nonnihil dicemus ſequenti capite.

2.
Man⁹ Dei.

Quid quòd etiam ſe Alphabetarium Salomomonis magiſtrum pręſtitiſſe videtur, vt qui ipſum docuerit, nouum alphabetum nouaſque litteras C exarare, vt iam exponemus?

3.

Vt ergo vel ab ipſis primis elementis Salomonis ſapientiam deducamus; antequam oſtendamus, illum præſtantiſſimum ſuperioribus alijs facultatibus; ſcribẽdi etiam facultate; aut potius nouorum characterum, nouæque linguæ inuentione excelluiſſe pręmittamus: quę quidem res vt ad diſcendum puerilis eſt; ita ad inueniendum ſemper fuit viro aliquo ſapientiſſimo, & quaſi primo non ſolum ſcientiæ alicuius, ſed gentis & linguæ auctore, digniſſima. Et vt de Hebraicis literis dicamus, certè ſicut Hebraicę linguæ, ita quoque Hebraicæ Scripturę auctorem non minus quàm Deũ ipſum, faciunt Auguſt.16. de ciuitate. cap.11. Ambroſ. ad Philipp.3. Hierony. epiſt. ad Damaſum de D viſione Iſaiæ. Euſeb. de præparat. lib.10. c.2. atque alij grauiſſimi doctores. Quamuis eius inuẽtionis prærogatiuam alij ad primum hominem referãt; & Suidas, ad Seth; Cedrenus, ad Enos; Iſidorus & & Theodoretus ad Moyſen; Philo ab Abraham; Alphabeti verò Græci inuentionem, ita Cadmo tribuunt Plin. lib.7. cap.56. Tacitus lib.11. Diodor. Siculus lib.6. c.15. Herodot. lib.5. vt ſane aliquid ab Hebræis, ſaltem ipſa litterarum nomina mutuata videantur. de quo vide Auguſt. lib.18. de Ciuit. c.39. Euſeb. lib.9. de Præparat. c. & lib. 10. c.2. & lib.13. vbi ex Eupulemo, hoc ordine litteras traditas ſcribit primùm, à Moxſe, Iudæis, propter mutua commercia: à Iudæis, Phœnices; à Phœnicibus, Græcos accepiſſe.

Inuẽtio litterarum ſapientiſſimi magiſtri.

Hebraicæ linguæ auctor Deus.

Grçcæ ſcripturæ inuẽtor Cadm⁹.

Litterarũ traditio & propagatio

E Sed hoc quamuis fere quadringentis annis ante Salomonem contigerit, à diluuio verò, & diuiſione linguarum, plus mille quingentis; tamẽ habuit etiam ſapientiſſimus Salomon Alphabetum quid inueniret pulcherrimum, & fortę etiam linguam, cuius auctor eſſet (vt dicunt) cultiſſimam & elegantiſſimam. Inuenit namque Alphabetum Arabicum, & linguã, quam vocant Arabicã Oriẽtalẽ, id eſt, antiquiſſimã illã, & cuius vſus tantũ in Arabia, Iudææ vicina; ſic ſanè in libris plũbeis Granatẽſibus, miraculo, hoc noſtro ſæculo, inuẽtis & ab Apoſtolo Iacobo illiuſve ſãctiſſimis diſcipulis, Hiſpaniarũ Doctoribus, exaratis i plũbi laminis, aſſe-

4.
Salomõ inuentor Alphabeti & linguę Arabicæ.

Libri plũbei Granatẽſes.

A ritur ſcriptos eſſe *characteribus Salomonis*, cum tamen ſint Arabici: Et quidem nõ videntur potuiſſe appellari *characteres Salomonis* ratione alia, quã quòd ab illo primum inuenti & delineati fuerint. Quia autem characteribus & ſcripturæ peculiari reſpondet ſua peculiaris lingua, ideo pari coniectura & veroſimilitudine exiſtimari oportet, eundem Salomonem auctorẽ fuiſſe Arabicæ linguæ antiquioris. Eius enim periti duplicem diſtingũt: alteram, quæ ad Iudaicam Hebraicamque originem refertur, & multum cum Hebraico idiomate, vocibus & vocum ſignificatione colludit, iodicantibus auctorem & originem Hebræam: alteram verò minus cultam, & recentiorem vulgarioremq;, quam Iſmaeliticam vocant; & nunc per
B magnam Aſiæ Africæq; partem, vulgo colitur. de quarum linguarũ diuerſitate & origine agit auctor ille libri linguarum Arabicę & Moſtarabicę, dictus, Abuhanifa. Qui liber inſcribitur *Aſinabuba*, cuius nos admonuit licentiatus Gonſaluus de Ayala Arabicè doctus. Illius tum linguæ tũ ſcripturæ imaginem aliquam licebit intueri in Arabico teſtimonio, quod ex plumbeis illis Granatẽſibus libris depromptum exhibemus, libro 8. in extrema diſputatione de Salomonis ſalute & pęnitentia.

Characteres Salomonis.

Duplex lingua Arabica.

Abuhanifa.

CAPVT XII.

C

Salomon eloquentiæ virtute ádmirabilis.

Ad locum Sap. 7. 15. Mihi dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum, quæ mihi dantur.

1 *Logos quid comprehendat. Manus Dei quid homini afferat. Explicata ſemel & iterum ſapientia.*
2 *Deus loquendi magiſter Adamo & Salomoni: Moſis lingua impedimentum quod. Incircumciſus pro barbaro. Profundus ſermo quid. Illuſtrati Moyſes, Dauid, Ezechiel.*
3 *Dare & ponere in ſacro ſermone quid. Fabricare. Oratores eloquentiſſimi apud Hebræos. Perfectæ eloquentiæ ſumma. Explicatus ſemel & iterum Moyſes & Sapientia.* D
4 *Dicere ex ſententia quid. Gnome ex Græco. Eloquentia in ſententijs. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
5 *Eloquentia quid. Eſt ſapientiæ pars. Sapientia inutilis ſine eloquentia. Irritus ſcriptoris ineloquẽtis labor. Illuſtratus Salomon.*
6 *Salomonis eloquentia complexa omnes omnium oratorum virtutes. Fons, riuus, flumius. Explicata ſemel & iterum Sapientia & Eccleſiaſticus.*
7 *Eloquentia Principis ornamentum. Eſt velut gubernaculum Reipub. Reges & Imperatores eloquentiſſimi.*
8 *Quatenus eloquentia neceſſaria Principi.* E
9 *Eloquentia pars in cogitatione. Quanta Adami vis eloquentiæ. Explicatus Eccleſiaſticus.*

1 QVod nuper ex Sapient. 7. afferebamus; *In manibus eius* (Dei) *& nos, & omnes ſermones noſtri*, poteſt quidem ex Gręco ſiue ad Dialecticam ratiocinatricem, ſiue ad Rhetoricam elocutricem referri, cum ex proprietate vocis *logos*, vertere poſſis, ſiue ſermones ſiue ratiocinationes; id eſt, ſiue rationes, ſiue orationes. Sed ego vtrũque accipio, atque adeo primam ipſam loquendi

λόγος quid comprehendat.

A facultatem: hoc enim illud eſt, *in manibus*, ſiue ex Græco, *in manu*, (id eſt, in inſtitutione & doctrina aut afflatu illius) *nos & omnes ſermones noſtri*, id eſt, quidquid ad noſtram eruditionem ſpectet, etiam ipſa primę vocis formandæ, & ſermocinandi facultas. nã *manus* Dei illud affert, aut Prophetæ 4. Reg. 3. 15. Ezech. 1. 3. Ergo ſe Deus Optimus conſtituit hominum, quaſi puerorum, ludi magiſtrum, docentem loqui rectè, congruè, propriè, ornatè, copioſè. *Ipſe* (inquit Salomon) *eſt ſapientiæ dux* (præit ſicut magiſter puero) *& ſapientiũ emendator* (ſicut qui puerum incongruè loquentẽ emẽdat, & lapſum linguæ corrigit,) *Director, inſtitutor*, dixit noſter Brunellus, *conformator* Tigurin. omnia didaſcalica ſunt, præſtat illud *emendator*,
B quod ad vitia corrigenda & mutanda in melius, ſpectat, etiam ex proprietate Græca.

Manus Dei qd afferat homini. Sap. 7. 15.

Emendare quid.

διορθωτὴς.

Sub hoc doctore primas voces, ac primas litteras primus homo didicit; didicit & Salomon, vt opportunè poſſimus dicere, quæ oratori eloquentiſſimo, & paterna doctrina edocto artem dicendi, dicebat Athalaricus apud Caſſiod. lib. 8. c. 12. *O beatum magiſtrum, fęliciſſimumque diſcipulum, qui affectuoſè didicit, quod alijs Doctorum terror extorſit.* Res fere eadem Eccl. 17. 5. *Conſilium* (vim cogitandi ac diſcernendi, q. d. iudiciũ) *& linguam* (loquendi facultatem, & quidquid ad linguæ expeditionem, volubilitatem, & orationẽ attinet,) *& oculos, & aures* (id eſt aliorum ſenſuum, vim & vſum) *dedit*, &c. Qua conſideratione blæſitatem,
C & tarditatem, ſiue impedimentum linguæ Moyſis meliori ſpe conſolabatur Deus, Exod. 4. cauſabatur enim ille: Non ſum eloquens ab heri & nudiusterrius, ſed impeditioris & tardioris linguæ: Quod Hebraicè dicitur; *Non ſum vir verborum. No ſoy yo hombre de hablar.* Septuag. *voce gracili.* D. Ignatius Epiſt. 6. ad Magneſianos, vocis gracilitatem & linguæ tarditatem, dicit. Rurſus Exo. 6. obijcit idem Moyſes: *Incircumciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?* Quod tantundem eſt, ac ſi diceret, Barbarus ſum, barbarè loquor: quamuis enim alij explicent, groſſiora labia habeo, vt circumciſione & extenuatione indigere videantur; tamen illud ex proprietate ſermonis videtur germanius, vt incircumciſum appellent Hebræi, qui
D nõ ſit ex populo Hebræorum. Rurſus omnem incircumciſum appellant barbarum; vt conſtat ex Pſal. 113. 1. de *Aegypto, de populo barbaro* (quod in originali eſt, *de populo Logbez*, quod ad vitium linguæ pertinet; & ideo dictum, quia *Aegyptij lingua ſancta non vterentur*, ait R. Salomon. Elias Thesbites in radice laghaz ait, *omnem linguam quæ non ſit Hebræa, appellari logbez.* Itaq; cum ſe appellat Moyſes incircumciſum labijs, barbarũ ſe appellat, aut ea parte, qua incircumciſus eſt alienigenam. q. d. *Soy en villano en el hablar.* Kaldæus appellat illũ, grauis loquelæ, & linguæ profundæ, quod locum accipiet ex illo Ezech. 3. 5. non ad populũ profundi ſermonis (quę profunda ſunt vix videntur, cũ delitеſcãt in tenebris: ideo ſequitur) *& ignotæ linguæ,*
E *tu mireris* (propriè ĩ originalis *grauis lingua*, quod bis repetitum eſt à Moyſe, tum dixit tardioris & impeditioris linguæ ego. Quod in Hebræo eſt, *Grauis ore, & grauis lingua ego.* Nos diceremus *peſado en el hablar.*) Hoc igitur vitiũ emendare ſe polliceтur Deus cũ ait ad Moyſen; *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutũ & ſurdum? videntẽ & cæcũ? nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq. te, quid loquaris.* Exo. 4. 10. 11. vbi Septuag. legerũt; *Quis dedit os homini*, &c. propriè ex Hebr. & Kaldæo. *Quis poſuit os hominis, aut quis fabricatus eſt* (in Hebræo idem verbum poſuit) *mutum & ſurdum.*

Deus loquẽdi magiſter Adamo & Salomoni. Caſſiod.

Quæ Moyſis linguæ tarditas. Ignatius.

Incircumciſus, apud Hebræos barbarus.

לעז R. Salomon Elias Thesbites.

Ezech. 3. 5. 6.

Profundus ſermo.

Ponere. שום

Fabricādi certa locorum obſeruatio.

ſurdum, id eſt, Quis diſpoſuit, compoſuit peculiari cura, arte, ſtudio, opportunitate, & vſu? ſicut dictū eſt Geneſ. 6. 16. *Oſtium arcæ pones* (diſpones opportunè) *in latere arcæ deorſum*, id eſt, certo & opportuniſſimo loco diſpones, & Gen. 30. 40. *Poſuit virgas in canalibus*, ordine, proportione, & loco opportunis ad finem propoſitum: quod Latinus interpres intellexit, cum dixit, *fabricatus eſt*: nam in fabrica certus ordo, & opportunus partium domus ſitus ſeruatur. Sic ſanè loquendi inſtrumenta aptauit, poſuit: diſpoſuit Deus ſapientiſſimus corporis humani architectus; & loquendi primus ſupremuſque magiſter.

3

Hunc igitur doctorem atque emendatorem ſui ſermonis, vt propriè & rectè loqueretur de quacunque re propoſita, ſe habuiſſe gloriatur Salomon. Ergo præter alios eloquentiſſimos oratores, quos apud Hebræos fuiſſe ſcribit Euſeb. lib. 11. de Præp. cap. 3. ipſe Salomon, quod ad ſuam eloquētiam attinet; *Mihi* (inquit) *dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum, quæ mihi dantur.* Quæ eſt ſumma atque perfecta eloquentia, vt efferre poſſis parem tuis conceptionibus & cogitatis orationem; & vt parem ac dignam rebus ipſis cogitationem concipias. *Ex his enim duobus* (inquit eo loco Cantacuzenus) *nobis omnis animi ſenſus finem ſortitur rationi congruentem, & vt pro dignitate de Deo cogitemus, & vt ex ſententia, quæ inſtituimus, eloquamur.*

Oratores eloquentiſſimi apud Hebræos. Sap. 7. 15. Euſebius. Cantacuzenus

Perfectæ eloquētiæ ſumma.

4

Dicere ex ſententia. Iſidorus. Nannius.

Porrò illud *dicere ex ſententia*, Tigur. interpretatur, dicere ſententiosè, copiosè, grauiter, addit Iſidorus, vt *loquatur eruditè, quæ ſentit.* Nannius, *vt ſecundum mentem loquatur*, id eſt, *animi ſententiam valeat exprimere.* Auctor Theſauri Græci, obſeruat, *gnomen*, ſecundum Suidam, ſignificare *concionem*, qua ſui animi ſententiam aperit aliquis; itaque *dicere cata gnomen*, referetur ad concionem, & publicam ad populum orationem, qua populum inſtituere ſolitus erat Salomon grauiſſimis ſententijs, & ſaluberrimis viuendi præceptis. Bonauentura paulo longius, licèt non valdè à propria ſignificatione ſententiæ aberrans, firmitatem quādam, & quaſi definitionem dicēdorum intelligit. q. d. firmus, certus pronuntio de rebus, non hæſitans, non cunctabundus, ſed quaſi *poteſtatem habens*, verbo & ſermone. Gregor. 33. Moral. cap. 17. & initio ſuper Ezech. quem ſequuntur Hugo, & Dionyſ. *Dicere ex ſententia* intelligunt, ex anima, ex corde, cum ſenſu quodam, & quaſi ſapore eorum, quæ dicuntur; vt videatur eſſe illud Eccleſ. 21. 29. In corde ſapientium os illorum, in ore fatuorum cor illorum. Quia videlicet vana ſit ſtultorum eloquentia; at ſapientum ſolida; vt quæ non ſolum verbis, ſed etiam cordata ſit, & ſententijs conſtet.

Gnome quid ex Græco. Salomonis concio.

Bonauent.

Gregorius. Hugo. Dionyſius.

Eloquētia cum ſenſu ſententiarum.

5

Simplex expoſitio.

Sed illud tamen ſimplex & germanum, vt *dicere ex ſententia*, ſit ex animi ſententia, ex decreto, & conſilio mentis; nam *gnome*, decretum eſt, & ſtatutum: ſecundum quod animo decreui; *hablar aguſto y como lo imagino aſi lo pinto.* *Eloquentia* (inquit eloquentiſſimus orator) *nihil aliud eſt, quàm copiosè loquens ſapientia.* Atque idem ipſe 3. de Oratore iiſdem fere verbis, quibus Salomon, eloquentiam cum cogitatione coniungit, atque vtramque cum ſapientia: *Hanc* (inquit) *cogitandi pronuntiandique rationem, vimque dicendi, veteres Græci ſapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi: hinc Pittaci; hinc Solones; atque ab hac ſimilitudine Coruncanij noſtri, Fabricij, Catones, Scipiones, fuerunt,* &c. Abſurdum præterea exiſtimat, inutile, & reprehendendum diſſidium linguæ atque cordis, vt alij nos ſapere, alij dicere docerent. Quippe ipſum benedicere, ſapere ſit: nulla verò ſapientia perfecta, quæ oratione illuſtri inſignique verborum luce deſtituatur. Atque, vt alibi teſtatus eſt, *eloqui copiosè, modò prudenter, melius eſt, quàm vel acutiſſimè ſine eloquentia cogitare*; Tandemque inutilem *ſapientiæ theſaurum abſconditum*, & qui videri atque lucere in oculis mortalium non poſſit, neque copioſa oratione, aut luculenta inſcriptione exornari, his verbis deſcribere viſus eſt, 1. Tuſcul. quæſt. paulo ab initio. [Mandare quenquam litteris cogitationes ſuas, qui eas neque diſponere, neque illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter otio abutentis, & litteris.] Sine eloquentia enim quidquid ſcias, aut cogites, vel ſcribere tentes, aut obſcurum, aut irritum erit. Hoc illud Prouer. 15. 2. *Lingua ſapientium ornat* (propriè ex Hebr. bonam reddit) *ſcientiam*, hoc eſt, ornatam, gratam, iucundam. Sapientis eſt, ornatè, eleganter, bene loqui, & parem animi ſenſui, & ſcientiæ ſermonem afferre: è contrario autem: *Os fatuorum ebullit ſtultitiam*; ſtultorum ſenſus deprauatus eſt, ſermo quoque inornatus, & indecorus. Septuag. *Lingua ſapientium bona nouit, & os ſtultorum pronunciat mala.* Dicas, *los necios ſon mal hablados, como los ſabios bien hablados.*

Eloquētia quid. Cicero.

Benedicere ſapere eſt.

Eccl. 20. 32. Inutilis ſapiētia ſine eloquētia.

Cicero.

6

In diuinā Salomonis eloquētiā omnis humana confluens.

Ergo tandem cum diuina fuerit Salomonis eloquentia, quis non videat in illum omnes omnium ſapientum eloquentiſſimorum rationes, & orationes, facultates, atque flumina confluxiſſe, vt vnum quaſi eloquentiæ, non flumen, ſed pelagus, in Salomonem redundarit, in quod influxerint omnes illæ diſſimilitudines laudatiſſimæ atque iucūdiſſimæ, quas inter ſummos oratores, atque eloquentiæ principes, fuiſſe ſcribit lib. 3. de Oratore Cicero. Nimirum ſuauitas Socratis; ſubtilitas Lyſiæ; acumen Hyperidis; ſonitus Æſchinis; vis Demoſthenis; grauitas Africani; lenitas Lælij; aſperitas Galbæ; profluentia canora Carbonis; iucunditas Catuli; varietas, ac temperatio Cæſaris; limata Sulpitij ſubtilitas; animi impetus & ſumma contentio Cottæ; vehementia, commotio, acrimonia Antonij; conſtans illa ſemper ſui Ciceronis dictio, atque verborum, & ſententiarum eligendarum cura. Quid ergo (vt huius ipſius verbis vtar) cenſendum de Salomone, ſi omnes, qui vbique ſunt, aut fuerunt Oratores, ſua ipſa eloquētia amplexus eſt? Quod de omnibus, de hoc vno: quod de vno aliquo, idem de vno Salomone meliori iure dicendum, Salomonis eloquentia [quaſcunque in oras diſputationis, regioneſque delata eſt; nam ſiue de Cæli natura loquitur; ſiue de terræ, ſiue de diuina vi, ſiue de humana, ſiue ex inferiori loco, ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore, ſiue vt impellat homines, ſiue vt doceat, ſiue vt deterreat, ſiue vt concitet, ſiue vt reflectat, ſiue vt incendat, ſiue vt leniat; ſiue ad paucos, ſiue ad multos, ſiue inter alienos, ſiue cum ſuis, ſiue ſecum, riuis eſt deducta oratio, non fontibus; & quocunq; ingreditur, eodē eſt inſtructu ornatuq; comitata.] Sed quid inquā riuis? *Impletus es, quaſi flumen ſapientia.* Eccl. 47. 16. Quod in Græco per admirationem: *Quàm impletus?* Nihil enim verius aut opportunius, quàm vt fluens eloquentiæ oratio cum flumine comparetur. Hæc illa eſt ſapientia, quæ longiſſimè diſſitos alliciebat ad ſe; Veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis. 3. Regum 4. 34. Hoc illud ſui laboris, & precum præmium, quod ex illius perſona ſcribit Ieſus Sirach, Eccl. 51. 30. *Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam.* Hoc item illud, quòd ſine ſatietate, cum ſilentio, cum admiratione audiretur etiam orans diu-

Cicero. Summorū oratorum propria.

Cicero, de Antonio 3. de Oratore.

Eloquētia Salomonis fons, riuus, flumius.

Eloquētia reſpōdens Salomonis precibus.

A tiſſimè, Sap. 8. 12. *In conſpectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. Iacentem me ſuſtinebunt.* (non ſemel aut iterum, ſed ſæpe. Tigurina, *ſuſtinere ſolent*, & expectare diutius,) *& loquentem me reſpicient* (intenti tenebunt ora) *& ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent.* Quæ Cantacuzenus elegāti paraphraſi illuminat; [Ero coram dynaſtis in admiratione, dum ad meam ſolertiam induſtriamque reſpicient, rerum ingenioſam interpretationem, & promptam quæſtionem facilemque declarationem. Me tacente præſtolabuntur, & me loquente, attendent, neque tumultuabuntur; vel dum me ipſe colligo, ac tacitus ad memoriam reuoco, quæ ſunt mihi dicenda; vel dum pergo dicere, reſque illis gratiſſimas ac iucūdiſſimas porrigo. B Quòd ſi contigerit, vt in his quoque ſim longior, diligenter tamen, ad ea quę dicātur, attendent, & ne hiſcent quidē; Quin etiam ſi adhuc longius feramur impetu quodā, ſibi ipſi ora obſtruent admota manu.] Et quidem inter alia, *Spiritus ſapientiæ* adiuncta, vnum illud eſt, *deſertus*. Sap. 7. 22. Quod quamquam in Græco non reperiatur, neque apud Ambroſium, cùm cætera enumerat lib. de Incat. myſterio in fine: at retinēdum omnino, & ad explicationem aliorum credi oportet opportunè & rectè adhibitum à Vulgato.

Cantacuzenus.

Spiritus ſapientiæ.

Ambr.

7. Hoc igitur non vltimum optimi principis ornamentum; quo eximio decore filium Nephthali parens Iacob præ cæteris filijs exornat, Gen. 49. 21. Nephtali dans eloquia pulchritudinis. Quid autē C eſt ſermonis pulchritudo, quàm copia & ornatus; quod ſi etiam velis illam comparationem, quaſi cerui emiſſi eodem referre, licebit ſanè; velut ceruus enim emiſſus, celer, expeditus, pulcher; ita expeditiſſimè, celerrimè, ornatiſſimè eloquuti erant, qui de tribu Nephali. Decorem autem & pulchritudinem cum ſermone coniungi ſolere in ſacris, diximus alias. [Et magni ſanè illi reges & à Ioue, vt Homerus ait, prognati (ſic ſcribente Plutarcho) purpuris, ſceptris, ſtipatoribus, Deorumque oraculis ſe ipſos extollentes, vbi maieſtate ſua, tanquam præſtantioris ipſi naturæ, vulgus ſibi ſubiecerunt, voluerunt tamen Oratores eſſe, neque dicendi elegantiam neglexerunt, ſed curæ fuit eis]

Eloquētia Principis ornamentum.

Decor attributus eloquentię.

Plutarch.

Reges oratores.

D

Concio, quæ decus eximium facundia gignit.

Neque ſolum Iouem conſiliarium, Martem ve homicidam, & militarem Mineruam coluerunt, ſed & Calliopen innocauerunt;

Quæ comes vſque ſolet venerandis regibus eſſe:

Facundia ſua demulcens, & ad verecundiam redigens contumaciam, violentiam que populi. Itaq; ſi rex gubernator ſit, ſi reſpublica, nauis; gubernaculum ſiue clauus erit Imperatoris facundia, res quidem maximè verſatilis, vt quocunque volet, eempublicam agat. Hęc illa Gallici Herculis imago apud Lucianum, *catenulis aureis conſertiſſimam hominum* E *multitudinem trahens omnes auribus vinctos, & quidem neque de fuga cogitantes, neque omnino reſiitantes, aut pedibus in diuerſum renitentes, ſed ſponte feſtinantes, innexis tamen catenulis ſumma Dei lingua perterebrata, &,*

Rex gubernator.

Eloquētia gubernaculum.

Herculis Gallici imago.

Lucianus.

Quamuis duriſſima corda,
Eloquio pollens ad ſua vota trahit.

Alciat. 190

Porro de maximorum illorum Imperatorum eloquentia ſic ſcribit Tacitus initio 13. Annalium. [Primum ex illis, qui rerum potiti eſſent, Neronē alienæ facūdiæ eguiſſe. Nam Dictator Cæſar ſummis oratoribus æmulus; & Auguſto prompta ac A profluens, quæ deceret principem, eloquētia fuit. Tiberius artem quoque callebat, quæ verba expēderet: nec in Claudio quoties meditata diceret, elegantiam requireres. Etiam Caij Cæſaris turbata mens vim dicendi non corrupit.] Suidas quoq; auctor eſt, Cæſarem ſcripſiſſe libros de arte dicēdi. Quamquam hoc potius tribuat Germanico Lipſius. Adrianum in vtramque linguam impensè eruditum Dio Caſſius facit. Numeriano erectam inter oratores ſtatuam Vopiſcus. Etiam Conſtantinum, cum fuerit armorū ſtudioſiſſimus, ſed eloqentiæ expertem non fuiſſe, Pomponius Lætus. Atque Cicero pro Muræna, *Duæ* (inquit) *ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo dignitatis gradu, vna Imperatoris, altera Oratoris boni: ab* B *hoc enim pacis ornamenta retinentur; ab illo belli pericula propulſantur*, vt vel ex hoc capite, quòd Salomonis pax ſumma fuerit, omnibus non belli periculis, ſed vel tenuiſſimis rumoribus conſopitis, ſummam illius fuiſſe eloquentiam neceſſe ſit.

Imperatorū ſumma eloquētia.

Suidas.

Dio.

Vopiſcus.

Pōponius.

8. Alexander quidem Magnus apud Dionem oratione ſecunda de Regno, Philippo parenti ſic loquitur: [Rhetorica quidem opus eſt regi: nam tu frequenter reſcribere cogeris, & contradicere Demoſtheni rhetori valde vehementi, & impoſtori, atque alijs quoque, qui Athenis rempublicam adminiſtrant.] Quam rem confirmat principum virorum pariterque eloquentiſſimorum exemplis, Diomedis, Vlyſſis, & Neſtoris: tum & teſtimonio C Heſiodi in Theogonia, ſcribentis de Calliope, quę eloquentiæ, & Rhetoricæ, atque vocis ſuauitati Dea præeſſe credebatur,

Dio.

Rhetorica opus Principi.

Heſiodus.

Quæ reges etiam comitatur ritè verendos.
Maximi honorarint gnata quemcunque Tonãtis,
Regibus ex altis, & amico lumine natum
Spectarint.

Quamquam & illud ſubijcit Alexander: [Verſus quidem facere ò Pater, aut orationes ſolutas ſcribere, quales tu in epiſtolis; ex quibus te valde, aiunt, magnum nomen aſſequutum; non omnino neceſſarium regibus eſt; niſi fortè cū adhuc puelli ſunt, & otium illius ſuppetit: quemadmodum & te referunt Thebis laborem impediſſe circa eloquentiæ ſtudium:] quod videtur connecti cum illo D quòd ſuperius c. 9. dicebamus, eloquentiā principi mutuandam eſſe à conſiliario vel adminiſtro facūdiſſimo, qui pro principe verba faciat, & pro ore illi ſeruiat: Hoc inquam Principi ineloquenti & muto neceſſarium præſidium: quo velut ſuperfluo & alieno vti pudebit, cum ore & facunda ipſe valuerit.

Sed altera illa eloquentiæ pars, quæ cogitatione, & ſententijs grauiſſimis cōſtat; continetur illis verbis; *Præſumere* (animo concipere) *digna verum quæ mihi dantur*, id eſt, meditari verba, quæ deceāt regem ſapientiſſimum ac diuina ſapientia inſtructiſſimum. Cantacuzenus, *cogitare pro dignitate eorum, quæ dicuntur*. Hoc illud, quod ſuperius dicebamus, ſapientem parem rebus cogitationem, parem cogitationibus orationem afferre. Hoc item E pro ingenti dono datū primo homini, Eccl. 17. 5. Diſciplina intellectus repleuit illos. Pro quo quidam codices, vt Tigurinus, habent: Dedit illis ſermonem operibus ſuis explicandis, vel, interpretādis efficacibus operationibus ipſius. Quod reſpōdet, *Energematis*, id eſt, efficacibus operationibus, quo indicatur interpretandi etiam *Energia*, quam à Deo acceperat, quæ ſeruiret explicandis idoneè Dei efficacitatibus, & creaturarum virtutibus. Sed de eloquentia ſatis. Iam de ea quæ huic affinis eſt, Poeſi.

Eloquētiæ pars cogitatio ſapiens.

Cantacuzenus.

Primi hominis eloquētia vis.

CAPVT XIII.

In poeſi, atque Muſica clariſſimus.

Ad locum Prouerb. 31. 10. Mulierem fortem, &c. quod eſt Alphabetarium Salomonis carmen.

1 *Poeticæ cum eloquentia cognatio. Hebræorum poeſis.*
2 *Salomon pſallendi auctor. Seculum Poetarum ſacrorum.*
3 *Imperatores poeſis ſtudioſi. Quæ poeſis deceat Principem.*
4 *Salomon an Tragicæ & Comicæ poeſis peritus. Alphabetaria poeſis. Quot Dauidis pſalmi alphabetarij.*
5 *An Salomon Muſicæ peritus. Ethan & Calchon, qui. Illuſtratus locus Paralip.*
6 *Muſica quæ deceat Principem.*

1
Plin. lib. 5. epiſt. epiſ. 8
Cicer.
Poeſis Hebræorum.

PRoxima eloquentiæ poeſis; vt enim Plinius Capitoni ſcribit. *Carmini eſt parua gratia, niſi eloquentia ſit ſumma. Proximam item cognationem poeſis cum oratoribus,* Cicero, de Orato. dixit lib. 8. Verum enimuero vt de priſca Hebræorũ poeſi, de qua in noſtris Iobi commentarijs diximus plura, nunc nihil dicamus; certè carmina, ſiue Cantica, aut Cantilenæ Salomonis laudatiſſimæ ſunt in ſcripturis, tum ob copiá; nam edidit *quinque mille,* (nam præter diuina, id eſt, quæ de diuinis rebus edidit; videtur de rebus Phyſicis plurima, ſicut & parabolas, cum quibus coniunguntur, conſcripſiſſe:) tum ob varietatem, & materiam. De his interpretes Canticor. Initio, & 3. Reg. 4. 32. Eccleſ. 47. 18.

2
Salomõ inter alios Pſalmorũ auctores.
Sæculũ vatum.
Euſebius.
Cur Poëtę diuina canerent.

Et quidem Salomon etiã numeratur inter Pſalmorum auctores decẽ, vt Hieronymus ait, in Prologo Pſalterij, & nos dicemus infra, vbi de eius libris. Et mirum, quòd Dauidis & Salomonis tempore, ſacerrimorum vatum in Græcia floruerunt primi illi, ſummique poetæ, potius Theologi, Linus, Amphion, Orpheus, Muſæus, & nonnullæ Sibyllæ, vt ex Euſeb. lib. 10. de Præparat. Euangel, conſtabit lectori. His hymnographis familiare fuit diuina celebrare, ſiue palam, ſiue occultè, non enim ſine numero, neque ſine peculiari orationis cultu audebant prodere, aut pronuntiare myſteria.

3
Nerua, & Nero poetæ, & alij Imperatores.

Et verò laudat aliquando Martialis Imperatorem Neruam ab ingenio poetico, ſed poeſis pudebar ſummum Imperatorem: quippe illi dulcedo, & poeſis non diuina ſed Tibulliana.

Sed cohibet (inquit Mart.) *vires ingeniumque pudor.*

Mart. lib. 8. 66.
Tacitus.
Qualis poeſis deceat principem.
Dio.
Suetonius.
Philoſtrat.
Geral. dial. 5.

Fuit & Nero poeſis ſtudioſus, vt ſcribit Tacitus, lib. 13. Annal. Conſtantinus etiam poeſis nun expers, vt teſtatur Pomponius Lætus. Varia poemata reliquiſſe Adrianum tradit Dio Caſſius. Qualis autem poeſis deceat regem, eleganter docuit Dio orat. 2. de Regno, ex Alexandri perſona, cum Philippo patre colloquentis, & amatoria Anacreontis carmina reſpuentis; Homero tamen, atque Heſiodo oblectantis animũ. *Quippe* (inquit) *animum attendere poeſi, non quidem cuilibet, ſed optima atque*

A *magnificentiſſima, conſulerem illi qui generoſus ſit, regiumque habeat animum.*

4
Salomõ nõ peritus poeſis Tragicę

Porro non cuiuſcunque poeſis, ſed præterea Tragœdiarum, Comœdiarum, & Satyrarum peritum fuiſſe Salomonem, affirmat Abulenſ. quæſtion. 9. ſed id mihi dubium, quòd res hæc neque valde vitæ neceſſaria, aut vtilis; neque tam antiqua, vt quid rei eſſet, quidve vtilitatis, aut iucunditatis ſapienti afferre poſſet, vt diuino beneficio illam vt percalleret Salomon, neceſſarium videretur.

Salomonis alphabetariũ carmẽ
Septẽ Dauidis Pſalmi alphabetarij.

At alphabetario poemate excelluiſſe, & fuiſſe vnum è tribus poetis ſacris, & huius carminis alphabetarij ſcriptoribus, Dauidem dico, Salomonem, & Ieremiam, teſtatur nobile illud alphabe-
B tum Mulieris fortis. Prouerb. 31. Dauid ſanè ſeptem alphabetarios pſalmos compoſuiſſe inuenitur, 25. 34. 37. 111. 112. 118. 145, vt ex Hilario, Hieronymo, Caietano, colligit Senenſis lib. 5. Bibliothe. Annotat. 201. Ieremias item alphabetario carmine Lamentationes digeſſit; Salomon verò Sapientiæ laudes ſub perſona mulieris ſtrenuæ, vt ipſa etiam elementa litteraria, cum ſapientiæ ſtudio coniungeret, & puerum ab ipſa alphabetaria tabella pietati aſſuefaceret. Sed de alphabetario metro initio Threnorum diximus plura. Et de tota alphabeti Hebraici ſignificatione, & vſu indicabimus inferius libro 5. cap. 13. vbi de Scribarum peritia.

5
Salomon Muſicæ peritus.
Ethã quis.

Si carminis, Muſicæ quoque peritiſſimus Salo-
C mon, de quo illud videtur intelligendum 3. Reg. 4. 31. *Fuit ſapientior Ethan, & Calchon, & Dorda, filijs Mahol.* Cum autem Ethan inter Cantores, & Muſicos numerentur 1. Paralipo. 25. 19. videntur quoque alij Cantores & Muſici fuiſſe, & quidem *Ethan* etiam numeratur inter Pſalmorum auctores; illi enim tribuitur Pſalmus 88. qui inſcribitur, *Intellectus Ethan Ezrabitæ.* Sed non ſit ipſius Pſalmi auctor, at fuit Cantorum præfectus, cui canendi Pſalmi a Dauide compoſiti cura demandabatur, & eundem eſſe, qui Idithun, nonnulli colligunt ex eo, quòd 2. Paralip. 29. 14. inter alios cantores nulla mentio Ethan ſed Idithun, eiuſdem nempe hominis, ſub alio nomine.

Ethan, & Chalcon qui.
Hieronym.
Ioſephus.
Nicolaus.
Abulenſis.

Quamquam video, non conuenire inter inter-
D pretes quinam homines fuerint hi, quibus Salomon Muſicæ ſapientia præfertur: nam Hieronymus in Traditio. 3. Reg. 4. intelligit Ethan fuiſſe Abraham, & Heman fuiſſe Moyſen, & Calchon fuiſſe Ioſeph, & Dorda ſignificare duodecim tribus, propter conuenientem ſignificationem vocum Hebraicarum, cum his perſonis ſignificatis. At hos fuiſſe viros ſapientes Ægyptios, ſcribitur in Seder Holam, cap. 20. Is eſt liber Chronicus magnæ apud Hebræos authoritatis. Ioſephus verò libro 8. cap. 2. viros *Hebræos ſapientia laude* tunc temporis *florentes* affirmat, quem ſequuntur interpretes, & fuiſſe, quod diximus, Leuitas, atque Cantores, prætereaque componendorum carmi-
E num peritos, nominatim affirmant Nicolaus, & Abulenſis.

6
Muſica quę deceat Pricipem.

Huius quoque Muſicæ, quæ non eneruet animum, ſed potius corroboret ad humana, & ad diuina excitet, ſtudium minimè dedecere Regem magna molientem, Magnus docet Alexander, apud Dionem orat. 2. de Regno. *Vnum* (inquit) *cantum canet, & amplectetur, qui Marti conueniat, fortem, & penetrantem, non voluptatem aut ſocordiam afferentem.* Et deinceps in eandem ſententiam plura eo loco. Certè vulgatum id:

Ouidius de rem. Am.

Eneruant animos cithara cantuſque lyraque,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.

Sed

Sed non tam de ipſa Principum muſica, & canendi peritia, quàm de cantoribus, & pſalterijs, alijſque muſicæ delicijs, ad conuiuia & quotidianos vſus adhibitis, dicemus, cum noſtro Salomone, Eccleſ. 2. verſ. 8.

CAPVT XIIII.

Idem Dialecticus ſubtiliſſimus.

Ad locum Sapient. 8. 8. Scit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum.

1 *Dialectica non indigna Principe. Hebræorum & Moſis Dialectica. illuſtratus Salomon.*
2 *Sophiſtica an in ſacris Libris. Quæ Dialectica commendata a Patribus. Quæ inutilis. Cauta ſcientia apud Danielem quid.*
3 *Salomō Dialecticus callentiſſimus. Stropha quid. Sapientia etiam docens fallaciam ſermonum, quomodo.*
4 *Verſutia ſermonum in bonum.*
5 *Dialecta argumentatiua non indigna Principe. Dialogiſmus ex Græco quid.*
6 *Cogitatio in ſacro ſermone quid, apud Matthæum & Lucam. Diſceptatio apud Paulum. Iudicium internarum affectionum ex Phyſiognomia.*

1 Dialectica nō indigna Principe. *Euſebius.*

Rationalem philoſophiæ partē Hebræos calluiſſe, non quidem, *vt Græcos cauillationibus, & ficta oratione, ſed ipſius veritatis recta perceptione*, Euſebius ſcribit, libr. 11. cap. 3. Atque adeo hoc negotium logicæ, non eſſe indignum legiſlatore confirmat ex Platone, in Cratylo, & Salomonis exemplo, ſcribentis librum Prouerbiorum, ad intelligenda verba prudentiæ, & vt detur adoleſcentibus intelligentia. Hanc quoque ſapientiæ partem Moyſen percalluiſſe docet Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromat. ad finem, dum philoſophiam Moſaicam quadripartito diuidit, in hiſtoricam, moralem, naturalem, & Theologicā. Hanc autem componit, cum ex ea quæ metaphyſica eſt, tum ex arte diſſerendi, quæ docet verum a falſo diſcernere, & fere loquitur de ea, quam nos Dialecticam vtentem vocamus; eamque docet nos debere conferre ad rerum diuinarum cognitionē, & veritatem diſcernendam. Atque his ille diſertis verbis; [A viro bono & moderato eſt acquirenda, non vt aliquid dicat, vel faciat eorum quæ dicuntur, aut fiunt apud homines, (vt faciūt qui non ſunt Dialectici, qui verſantur in rebus Sophiſticis) ſed vt poſſit quidem dicere, & facere ea, quæ Deo grata ſunt, idque vniuerſum pro viribus. Cū ſit autem vera Dialectica philoſophia permiſta veritate res conſiderans; facultateſque & poteſtates examinans, tranſcendit ad præſtantiſſimam omnium eſſentiam. Meritò ergo ſcriptura tales nos eſſe volēs Dialecticos, ſic hortatur; Efficiamini probi trapezitæ, alia quidam reprobantes, quod autem bonum eſt, tenentes.] Hæc & alia plura deinceps de Dialectica. Quam quoque ſub nomine Sophiſticæ, non deſiderari in ſacris litteris Romanus Clemens. 1. Conſtitut. c. 6. dum a lectione librorū gentilium dehortatur, eleganter docet: *Nam quid* (inquit) *in lege Dei deſideras? ſiue enim hiſtorias legere cupis, habes libros de Regibus, ſiue Sophiſtica, id eſt, quæ argutè ad ſapientiam referuntur, & Poetica, habes Prophetas, Iob, Prouerbia, in quibus plus acuminis quàm in omni poeſi, & ſapientia ſophiſtarum reperies; quòd is qui ſolus ſapiens eſt, illa effatus eſt, &c.*

Clemens. Moyſes Dialecticæ peritus.

2 Quomodo Sophiſtica ſit in Scripturis.

Clemens. Roman.

Quod quidem de ipſa Sophiſtica intellige, id eſt, de arte diſſerendi, qua Sophiſtę ad inutiles diſputationes, & inanes paralogiſmos, abutebātur; noſtri verò ad rerum veritatem diſcernendam, quamquam aliam adhibeat interpretationem vir ſapientiſſimus Turrianus noſter, eo Clementis loco. Sed de vera Dialectica non ſolum Clementem Alexand. atque Romanum, ſed alios quoque Patres locutos legimus, Nyſſenū lib. de vita Moyſis: Damaſcenum libro 4. cap. 18. Hieronymum in Nahum, cap. 3. Ambroſ. 6. Examer. capitul. 2. Tum præterea de ipſa diſſerendi & loquendi arte ſubtili, acuta, cauta, locutum Nabuchodonoſor eſt in Daniel. 1. verosimile eſt, præcipientem ſibi miniſtrare pueros decoros forma, eruditos omni ſapientia cautos ſcientia, vbi vides cautam illam, & diligentem in loquendo diſciplinam. Licèt enim ex proprietate vocum originalium, nihil certi elici poſſit: tamen in tanta congerie tot vocum rem eandem ſapientiæ ſignificantium, ſapienter Latinus interpres alias voces ad alias ſcientias retulit, & illud cautos ſcientia, pro cauta & captioſa Dialectica poſuit. Qua ratione interpretatur Nicolaus referens *ad ſcientias rationales, Grammaticam, Logicā, Rhetoricam.* Vatablus ad ſcientiam facunde & ſcitè loquendi, quod videtur ex Theodoreto ſumptum, qui vniuerſam iſtam ſapientiam, hoc ſolo nomine exponit, artificioſæ & faſtu elatę eloquentiæ. Contra inutilem verò aut etiam noxiam, & cauillatoriam Dialecticæ ſubtilitatem, quam Sophiſtæ corrumpunt, eleganter Seneca Epiſtol. 82. cum monet aduerſus vitæ diſcrimina ſcientijs nos ſolidioribus inſtrui oportere. *Verba* (inquit) *mihi captioſa componis, & interrogatiunculas nectis, ſubula leonem excipis. Acuta ſunt iſta, quæ dicis. Nihil eſt acutius ad iſta, quædam inutilia, & inefficacia ipſa ſubtilitas reddit.* Videndus Epiſtol. 88. vbi ſeuerè etiam damnat inutiles quæſtiones, quarum plurima proponit exempla, quamquam paulo minus de Sophiſmatis loquitur epiſt. 45. Sic (inquit) iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & calculi, in quibus fallacia illa delectat nec ignorantem docent, nec ſcientem iuuāt. Rurſus de benef. lib. 5. c. 12. Hæc quæ videntur callida & inſidioſa, ſecuritatem, torporem ac ſegnitiem ingenijs auferunt.

Turrian. Dialecticā veram qui Patres cōmendent.

Cauta ſciētia quid.

Nicolaus. Vatablus.

Theodoret.

Quæ Dialectica inutilis.

Seneca.

Ergo Salomon Dialecticam penitus calluiſſe, diſertis verbis idem de ſe teſtatur Sap. 8. num. 8. cum ea enumerat quę ſapientia ſcit, id eſt, ſcire facit, docetque ſuos alumnos: ſcit verſutias (ſtrophas Græc. & Lat.) ſermonum, & diſſolutiones argumentorum. Quæ quidem videntur ad Dialecticam, & partem Topicam pertinere, non quidem, vt Bonfrerius, diſtinxit, primam partem referēs ad aſtutias & obſcuritates ænigmatum, (nam hæc potius ad ſecundam pertinent) ſed vt verſutiæ ſint quas Græcus & Latinus appellat ſtrophas; ſtropha autem appellari ſolet pars quædam carminis, & chori Tragici: Cum enim ſtropha ſignificet conuerſionem, aut verſutiam, chorus ſe ad populum verſabat, ſeu cōuertebat, recitans verſus quoſdam Anapæſticos, remotis iam è ſcena hiſtrionibus. Potuit igitur per verſutias ſermonum; intelligere peculiare aliquod carminis genus, eo tempore celebris, nunc nobis ignoti.

3 Salomon Dialecticæ callentiſſimus.

Bonfer.

Verſutia.

Stropha quid.

Sed illud etiam ex proprietate Græcæ vocis germanius, vt referatur ad elenchos, & fallaces ſyllogiſmos; ſtropha enim eſt fraudulenta quędam tergiuerſatio, & velut fallax litigium; cùm, vt quis aliquem poſſit fallere, verſat ſe modis omnibus modò

Verſutia ſermonis in malum.

dò huc, modò illuc ſe intorquens. Quod quidem videtur accipi in malum: ſicut & dolus, aut fallacia, & captioſa argumentatio. Videtur igitur notare elenchos, & cauillos, quos ſapientia docet, non vt fallar, aut fallere docear, ſed vt ne ſui alũni fallantur, aut a quoquam malitioſè in errorem inducantur. Quippe ſapientiæ munus eſt docere hominem verborum fallacias declinare, & cum ante alicuius oculos iacitur rete, celerem ſe ſubuehere oculorum, atque alarum, id eſt, perſpicacitatis beneficio.

Fallax argumẽtatio docetur a Sapientia, quomodo. Prou. 1. 17. Ioſephus.

Cum hoc videtur facere, quod Ioſephus libro primo, contra Appionem refert; vltro citroque habita quæſita per Epiſtolas inter Hiram, & Abdemonem quendam Tyrium, atque Salomonem; ſed hæc potius ad ænigmata, de quibus inferius.

Huius autem intelligentiæ quam de verſutia ſermonum diximus, coniectura aliqua poteſt fieri ex ſecunda parte ſequenti de diſſoluendis argumentis, vt trahatur etiam ad primam; ſcit diſſoluere, & auertere ſtrophas verborum, ſeu ſermonum.

4

Verſutia ſermonis in bonam partem.

Sed Cantacuzenus in bonum accipit, vt potius pertineat ad rationem dicendi, qua hominum animi capiantur, & vi orationis concilientur. *Nouit* (inquit) *qui rerum experientiam habet, qua oratione homines huiuſmodi moribus præditi capiantur, qua non capiantur, & quæ ad hoc attineat, qua ratione ſint, & quo tempore dicenda.* Huc etiam pertinere poteſt quod ſequitur de *diſſoluendis argumentis*, & qui pro *diſſolutionibus argumentorum* legerunt *diſpoſitiones argumentorum*, ſi codices ſint mendaces ſunt: ſi auctores, nimium logici, nimiumque addicti Peripateticis illis modis, atque figuris argumentandi, quibus diſponuntur ſyllogiſmi. Sed de hoc ſtatim.

5

Dialectica argumentatiua nõ indigna Principe. Pomponius. Dialogiſmus quid.

Nunc non videri indignam Principe, & Imperatore illam argumentandi Dialecticæ partem; nam, & Pomponius Lætus ſcribit Conſtantinum fuiſſe in differendo ſatis accuratum. Cum quo facere videtur quod Sapient. 7. 20. ait ſibi datum eſſe vt ſciret cogitationes hominum. Quod in Græco eſt, dialogiſmos. Et quamuis quidẽ Latini pro ipſiſmet cogitationibus accipiant, quas dicunt (vt dici oportet) ſoli Deo perſpectas eſſe, ac nulli præterea hominum, niſi vel ex diuina reuelatione, vel ex coniectura humana, tamen commodè referri poteſt ad rem logicam, quæ ipſas hominum cogitationes format, conceptiones dirigit, & ratiocinationis internæ modum, & formam præſcribit.

6

Nannius. Cogitatio in ſacro.

Nam dialogiſmus, vt bene eo loco vertunt Tigurina, & Nannius, propriè eſt ratiocinatio, aut dubia, & ſolicita diſceptatio, qua homo ſecum interius colloquitur, & ſyllogizat, & quamuis ſimpliciter vertatur cogitatio, Matth. 16. 8. & 21. 25. & Marci. 26. 8. & cap. 8. 16. 17. ſemper tamen affert ſecum anxietatem quandam, & dubitationem, vt apertè probat exemplum Matth. 21. 25. Cogitabãt inter ſe dicentes, ſi dixerimus, è cœlo, dicent nobis, quare non credidiſtis illi? ſi autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Et Lucæ 1. 29. Cogitabat (cum anxietate, & dubitatione,) qualis eſſet iſta ſalutatio. Vide etiam Luc. 3. 15. ſed prę terea Matthæi 15. 19. dicuntur cogitationes malæ, id eſt, dialogiſmi iniqui, videlicet machinationes aduerſus proximum, & diſceptationes cogitationum. Roman. 14. 1. Et hæſitationes. Philipp. 2. 14. Iterum diſceptatio 1. ad Timoth. 2. 8. Ergo videtur hoc opus naturæ, & mẽtis internæ perſpectum habuiſſe Salomon, quod proculdubio eſt, per Dialecticam infuſam, vim operationum intellectiuarum penitus calluiſſe. Niſi fortè ad Phyſiognomiam referas, & ad iudicium humanarum affectionum, & propenſionum, ex externis ſignis, & coniecturis. coniunguntur enim cogitationes hominum, cum iris beſtiarum. Quod enim in beſtijs eſt impetus & ira, qua neceſſariò rapiuntur; hoc videtur in homine eſſe cogitatio, id eſt, mẽtis impulſio, ex naturali propenſione; qui cum poſſit reſiſtere per rationem, & tũ trahatur ad conſenſum per inclinationem, & complexionem corporis, videtur in eo effici anxia quædam & ſollicita cogitatio, & quaſi pugna, & diſceptatio interna. Hanc igitur callentiſſimus, & acutiſſimus Philoſophus Salomon ſapientiæ partem iucundiſſimã, ſed non ſapientiæ limitem, vana curioſitate præteruectus excoluit quoque.

Diſceptatio cogitationum.

Iudicium internarũ affectionũ ex Phyſiognomia.

Pugna interioris hominis.

CAPVT XV.

Obſcuriſſimorum is ænigmatum propoſitor, & expoſitor acutiſſimus.

Ad locum Eccleſ. 47. 17. Repleſti in comparationibus ænigmatum.

1 *Aenigmata Salomonis quid. Quantum in illis ſapientiæ?*
2 *Dialectica interpretatiua ænigmatum.* Problemata. *Quæſtiones conuiuiales. Leges condendi ænigmata. Illuſtrata Sapientia, &* Canticorum *locus.*
3 *Aenigmatum materia quæ. Quæſita in illis doctrina morum. Illuſtratus Eccleſiaſtes.*
4 *Certa formula interpretandi ænigmata.*
5 *Aenigmatiſtæ qui? Deuterotæ, & Deuteroſis quid? Thalmud ius ciuile Hebræorum.*
6 *Compoſitores, & expoſitores ænigmatum. Aegyptiorum arcana doctrina. Poetica & ſophiſtica pro ænigmatica. Doctæ fabulæ apud* Petrum *quid.*

1

Solutiones ænigmatũ. Cantacuzenus.

Diſſolutiones argumentorum, quas ſapientiæ beneficio percalluit Salomon in Græco ſunt, *diſſolutiones ænigmatum*. Cantacuzenus. *Propoſitarum quæſtionum obſcuram ſententiam, fuſius & planius explicare nouit.* Hæc illa, quæ dicebamus, quæſita per Epiſtolam inter Tyrios & Salomonẽ, ea conditione, quam Ioſephus ſcribit, *vt vter eã explicare nequiuiſſet, is ei, qui ſoluiſſet, pecuniam penderet. Itaque cum Hiram ænigmata propoſita a Salomone ſoluere non potuiſſet, grandem pecuniam mulctæ nomine pendiſſe.* Hæc veroſimilia. illud non item, Abdemonem illum Tyrium propoſita ænigmata Salomonis ſoluiſſe; ac denuo alia propoſuiſſe, quę Salomon cum nequiuiſſet ſoluere, magnam inſuper pecuniam Hiramo ſoluerit. Quid enim Salomon diuina ſapientia inſtructum latere potuiſſet? cum ſcriptum ſit 3. Reg. 10. Regina Saba audita fama Salomonis, venit tentare eum in ænigmatibus, & docuit eã Salomon omnia verba quæ propoſuerat; non fuit ſermo, qui Regem poſſet latere, & non reſponderet ei. Et ipſe idem Ioſephus, ænigmatum certamen cum Hiram meliori ratione narrat libro 8. cap. 2. Quæſtiones ænigmaticas Tyrius rex ad Salomonem tranſmiſit. At ille callens huiuſmodi rerum ac prudentiſſimus, nihil

Ioſephus.

Ioſephus.

inexpli-

reperiri, intellige de Græco; nam in Hebræo habetur etiam 1. Reg. 24. & Ezech. 16. vt dicemus cap. ſeq. de parabolis.

Deuterotę. Deuteroſis. Hieronym.

Deuterotarum autem appellatio, qua Euſebius vult ænigmatum interpretandorum magiſtros ſignificari, ex vocis proprietate, tantum conuenit in antiquos illos traditionum Doctores apud Hebræos; nam Deuteroſis propriè eſt, quaſi ſecunda pars, vel ſecundus ordo. Quod nomen accommodatur ad traditiones illas, quæ erant quaſi ſecundariæ leges, vt Hieronymus obſeruat Iſaiæ. 59. Et Ezechiel 36. & Matth. 22. & in Epiſtola ad Algaſiam, atque adeo in Epiſtol. ad Damaſum. Quare *Deuterota* erit huiuſmodi traditionum Doctor, vt idem ipſe Hieron. in cap. 2. Habac. ſcribit, ſuper id, *væ qui potum dat amico ſuo*, &c. *Audiui* (inquit) *Lyd de quendam de Hebræis, qui ſapiens apud illos, Deuterotes vocabatur*, &c. Ruſuſque in Epiſtol. ad Algaſiam huiuſmodi ſapientes, atque ſapientiam notat, dum quæſt. 10. ſic ſcribit; *certis diebus traditiones ſuas exponunt, & diſcipulis ſuis ſolent dicere, οἱ σοφοὶ δευτερῶσιν, id eſt, ſapientes docent traditiones.*

Thalmud ius ciuile Hebræorũ. משנה. גמרא. Prima, & ſecunda pars Thalmud.

Quamquam Deuteroſis propriè eſt ſecunda illa Thalmudici operis, id eſt, iuris ciuilis Hebræorum pars, quæ Hebraicè dicitur *Miſna*, id eſt, ſecunda; Prima autem eſt *Gemara*, id eſt, complementũ doctrinæ. Illam autem quod fabuloſa multa, imò etiam obſcœna, contineret, interdixit piiſſimus Imperator Conſtantinus Nouell. 146. quæ eſt *de Hebrais, Quomodo oporteat eos ſcripturas legere*, in hæc verba: *Quæ Deuteroſis, quaſi ſecundaria traditio ab ipſis dicitur in vniuerſum interdicimus, vt quæ ſacris libris comprehenſa non ſit, neque deſuper tradita per prophetas, ſed excepta quadam virorum contineat qui terrena dumtaxat loquantur, neque quidquam in ſe diuini habeant numinis.*

Fędum officiũ Deuterotarum. Phariſæi. Deuterotę.

Præpoſitos autem ſynagogis ſapientiſſimos Deuterotas, & fœdiſſimo operi (pudet ſcribere, pudebit & legere) delegatos, Hiero. loco citato ſcribit: Et Deuterotas, dici Phariſæos, quòd eſſent eiuſmodi traditionum magiſtri: apertè ſignificat idem Hierony. in Iſai. 10. Nobis (inquit) videtur contra iudices tribus Iudæ, & Ieruſalem, ſcribas videlicet, & Deuterotas ſermo propheticus conclamare. Hos autem etiam appellari *Thanaim*, id eſt, docẽtes, aut doctores, ſcribit Elias

Elias Theſbites. David de Pomis. תנו Thalmud auctores & tempus.

Theſbites, & Dauid de Pomis in *Thalmud*. Vbi etiam auctores operis Thalmud indicantur, tum etiam & tempus quo id opus cęptum, auctum, abſolutum fuit.

6

Aegyptiorum doctrina per ęnigmata. Philo. Clemens. Turrianus. Poetica, & ſophiſtica quid apud Clementẽ.

Veros tamen illos atque vtiles tum compoſitores, tum expoſitores ænigmatum, videtur ſcriptura Iſaiæ 3. 3. vocare prudentes, ſapiẽtesve eloquij myſtici; quos ſe ablaturum ex populo minatur eo loco Deus. Et verò fortè hæc ſcientia reſpondet illi arcanæ & ſacrę Ægyptiorum Doctrinæ hieroglyphicę & ſymbolicæ, qua eruditus fuit Moyſes, vt explicant Philo libro de vita Moyſes, Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum. Atque de hac ipſa ſapientiæ parte ęnigmatica locutum Clementẽ Romanum, libro 5. Conſtitutionum cap. 6. contendit noſter Franciſcus Turrianus explanatione eruditiſſima in illa Clementis verba, *ſiue ſophiſtica, & poetica cupis, habes prophetas, &c. In quibus plus acuminis quam in omni poeſi & ſapientia Sophiſtarum*, vt illa poetica & ſophiſtica, id eſt, fabuloſa intelligit, quæ arcanis fabularum inuolucris, & peracutis allegorijs poetæ occultabant, vt ex lib. 3. Euſebij de Præparatione colligi poteſt. Quò pertinent allegoriæ, & comparationes ex reconditiſſima natura depromptæ. Quę cum illuſtriores ſint in ſacris ſcriptoribus, quàm in profanis poetis, fabularum compoſitoribus, quos ſophiſtas appellare poſſis,

Tertullia. Doctæ fabulæ apud Petrum. Euſebius. Clemens.

rectè videtur Tertullianus in Apologetico dixiſſe: *Quis poetarum, quis ſophiſtarum non omnino de Prophetarum fonte potauit?* Quare illa poetica & ſophiſtica videntur eſſe eadem, quę Petrus 2. cap. 1. 16. appellat Doctas fabulas, id eſt, fabulas, quę doctrinam aliquam allegoricam continerẽt, vt idem ipſe Clemẽs in Recognitionibus interpretari videtur, & Euſeb. 2. de Pręparat. Euangel. in Procmio, & deinceps fere per multa capita, vbi de Phœnicum, Græcorum, Ægyptiorum Theologia, fere toto libro 2. & 3. Clemens libro 1. Stromat. poſt initium.

CAPVT XVI.

Pulcherrimarum Parabolarum compoſitor ſapientiſſimus.

Ad locum Prouerb. 25. 11. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.

1 *Parabolæ nomen a dominando. Illuſtris Pauli alluſio. Loqui ex poteſtate, apud Matthæum quid.*

2 *Publicum munus Parabolizatorum quod. Grammatiſagogas qui. A quibus conferretur docendi poteſtas. Illuſtratus Moyſes, Matthæus, Lucas.*

3 *Parabolarum propria, & leges. Obſcuritas illarum propria. Illuſtrati Ezechias, & Ieſus Sirach.*

4 *Prophetis & concionatoribus familiaris & vtilis parabolarum obſcuritas. Illuſtratus locus Canticorum.*

5 *Parabolarum artificium. Malum aureum, & lectus in ſacro ſermone quid. Argentum Philoſophiæ ſymbolum. Parabolæ myſterium arcanum. Illuſtratus Salomon.*

6 *Abacus Salomonis reticulatus. Parabolarum certa verborum, & compoſitionis formula. Illuſtratus Salomon.*

1 *Parabolæ nomen qd. משלי*

PArabolas, quas Hebræi appellant *Miſle*, ex ipſa vocis proprietate ſignificare ſententias quaſdam plenas ſapientię, difficultatis, acuminis, auctoritatis, & quaſi poteſtatis, &, ſi quid aliud eſt quod in ſententiam aliquam grauiſſimã cadere poſſit, initio prouerbiorum diſſerebamus: Atque adeo parabolarum componendarum ſcientiam penes viros ſapientiſſimos fuiſſe, apud quos ſapiẽtiæ auctoritas, & poteſtas eſſet docendi per parabolas, & per grauiſſimas quaſdam ſententias, quæ dici poſſent Dignitates, vel Poteſtates. Sic enim verbum originale *Maſal*, ſignificat dominari, aut poteſtatem exercere, tanquam principem, cuius pręceptis, atque conſilijs ſe populus adtemperat, & componit? vt ex Geneſi 3. videtur Paulus colligere 1. ad Timot. 2. 11. Mulier (inquit) in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio, q. d. illios eſt docere, cuius eſt dominari, atque illius eſt ſilere, cuius eſt obedire, vt tacitè voluerit notare pręceps illud, & prępoſterum mulieris conſilium, quod viro ſubiecit; quippe ad fœminam non ſpectabat dare conſilium ſuo viro, neque illum impellere verbo, aut doctrina. Quare Iſaię, 28. 14.

Poteſtates, aut dignitates. משל. Dominari ad loquendum. Pauli alluſio.

docto-

doctores populi appellantur; *Dominatores*; *Audite verbum Domini, viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum: dicitis enim*, &c. *Los que bablais con authoridad y como dueños*. Sed illud exemplum illuſtre de Christo Domino Matth. 7. 29. *Erat docens ſicut poteſtatem* (videlicet ſapientiæ auctoritatem, & dignitatem) *& non ſicut ſcribæ eorum* (vide ſis abiectiſſimam illorum Rabbinorum ignorantiam, in docendo languentium, & potius frigefacientium, quàm excalfacientium corda.) Idem Marc. 1. Luc. 4. *Stupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius*. de quo loco iterum inferius.

2
Publicum munus Parabolizatorum.
Ergo qui publico docendi munere, ex auctoritate publica, & ſapientiæ prærogatiua, fungebantur, hi proprio nomine dicebantur *Moſſelim*, id eſt

B
parabolizantes, aut parabolizatores, vel, prouerbiatores, vt Numeror. 21. 27. *Idcirco dicitur in prouerbio*, &c.

Vatablus.
Propriè ex Hebræo vertit Vatablus; *Parabolantes, vel qui ænigmata vſurpare ſolent, auctoreſve parabolarum, vel hiſtorici ſcriptores*. Tigurina; *qui prouerbijs vtuntur*.

Pagninus.
Pagninus, *qui parabolas ſcribunt*: Regia, *Parabolizantes*. Quare proprio etiam nomine verterunt Septuaginta, Ænigmatiſtæ, de quo nomine ſuperius dicebamus, & ſimiliter 1. Reg. 24. 14. vbi nos habemus; *ideo dicitur, in prouerbio antiquo*. Kaldæus legit, *Dicunt aſſimilatores*, Vatablus; *Parabola auctoris antiqui*: Pagninus: *in prouerbio antiquorum*. notans antiquos ſapientes, penes quos ius & munus fuit docendi populum per

C
parabolas: ſed res manifeſtior Ezechielis 16. 44. *Omnis qui dicit vulgo prouerbium, in te aſſumet illud*. Propriè in originali eſt; *Omnis parabolizator parabolizabit ſuper te*. vbi intellige non quemcumque è vulgo eſſe potuiſſe parabolizatorem, ſed peculiares quoſdam magiſtros propoſuiſſe vulgo parabolas,

Philo.
vt ſcribit Philo. lib. 3. de vita Moyſis, & in lib. *Quòd omnis probus liber ſit*. Hi dicebantur doctores ſymbolorum, vel parabolarum. Quò videtur

Matt. 13. 10
Marc. 4. 34
alluſum à Matthæo, & Marco dicentibus de Christo Domino, ſolitum *loqui in parabolis*, & tanquam *poteſtatem habentem, & non ſicut Scribæ, & Phariſæorum*.

Similitudo cũ diſſimilitudine.
Quibus verbis continetur ſimilitudo quædam, cum diſſimilitudine. Nimirum, quòd licèt doceret

D
per parabolas, ſicut alij doctores ex officio; tamen loquebatur verius & ardentius quàm alij doctores, q. d. *Otros tambien predican y enſeñan, mas va mucho de maeſtro a maeſtro*. Atque hi videntur fuiſſe, quos Septuaginta Exod. 18. & 1. Paralipo. 16. &

Grammatiſagogæi q.
Deuter. 29. atque alijs locis appellant *Grammatiſagogæos*, id eſt, literarum, vel ſymbolorum, vel parabolarum, vel arcanorum legis introductores. De quo etiam aliquid dicemus Eccleſiaſt. 9. ſuper id, *verba audiuntur in ſilentio*, &c. & Eccleſiaſtæ. 12. ſuper id, *verba ſapientium ſicut ſtimuli*, &c.

Reges Parabolizatores.
Tandem aliquando etiam Reges, ſi ſapientia præcellerent, hoc Parabolizatorum munere functi ſunt, vt Dauid Pſalm. 48. & 77. Et quidem videbatur hæc parabolizandi poteſtas, & quaſi gradus quidam

E
Seniores cõferẽtes poteſtatẽ docendi.
litterarius, conferri a ſenioribus Sanedrim, vel a Concilio ſcribarum, vel Phariſæorum: Quorum Academia cum reprobaſſet doctrinam Christi Domini, requiſierunt ab eo, Matth. 21. 24. Marci, 11. 28. Lucæ 20. 2. In qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt, qui dedit tibi hanc poteſtatem? videlicet ad docendum per parabolas: quaſi dicerent: *Quien os ha gruaduado y becho maeſtro?* Vide Serarium in ſuo Rabbino priori c. 20. 21. 22. 23. vbi agit de Rabbinorum poteſtate, & creatione.

Mat. 13. 34
Pſ. 77. 2.
Salomõ excellentiſſimus Parabolizator.
Ergo cum excellentiſſimas ac grauiſſimas parabolas compoſuerit Salomon, (illis exceptis in quibus Dei filius loquebatur) profectò excellentiſſimus parabolizatorum omnium cenſendus erit, vt

A
qui fuerit ſcientia parabolizandi inſtructiſſimus; quod illius parabolæ admirabiles teſtantur omni ſcientiarum varietate refertiſſimæ.

3
Parabolarũ propria, & leges.
Sed quidnam peculiare illa parabolarum ſcientia requireret, breuiter indicandum; cum parabola, vt nuper dicebamus, ex proprietate ſuæ vocis originalis, debeat eſſe quaſi poteſtas quædam, id eſt, ſententia adeo grauis, vt dominari poſſit in animo audientis; debet ſanè ea omnia habere ſiue acumine, & breuitate, ſiue pondere, & ſenſu, ſiue obſcuritate, & difficultate, ſiue verborum elegantia & ſplendore, quæ hominis mentem allicere, & capere poſſint, ſimulque audientiam facere, & attentionem conciliare.

Parabolarũ breuitas. Origenes.
Ad breuitatem verò parabolarum reſpicit Origenes, cum prologo in Cant. ait, *Salomonis Prouerbia ſuccinctis breuibuſque ſententijs ingentes & perfectos continere ſenſus*. Sed potiſſimum ſenſum aliquem inſignem, ſed ſubobſcurum continere debent, ſicut de Ezechiele, cap. 20. 49. vulgus dicebat; *Numquid non per parabolas loquitur iſte?* quaſi dicerent. Quorſum nos torqueamus in penetrandis huius prophetæ ſententijs, cũ obſcuriſſimas illas eſſe oporteat, vti concionatorem decet?

Obſcuritas Parabolarum.
No ay que matarnos por entenderlo. que al fin babla por ænigmas, como predicador. Sed illud eſt in hanc rem opportuniſſimum ex Eccleſiaſtico 1. 31. *In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ: execratio autem peccatori cultura Dei*, & idem reperitur verſic. 33. ſiue 26. Pro *ſignificatione ſcientiæ*, in Græco habetur, Parabola [illegible], q. d. parabola ſcita, prudens, arguta; in ſupellectile enim ſapientiæ, & in illius theſauris reconditiſſimis, nihil pretioſius aut illuſtrius. *La meior pieça que tiene el guarda ropa de la ſabidoria ſon las parabolas*. Dicitur autem ſignificatio diſciplinæ, quia non debet parabola rem apertè oſtendere, ſed tantum ſub obſcurè ſignificare. *Vno delicados apuntamientos, ne de clarados, y vn diſſimulado ſeñalar*. Et huius obſcuritatis neceſſariæ redditur ratio: quia peccator execrabitur ſapientiam, & obſtruet aures, ſi apertè & clarè illi velis ſalutaria vitæ conſilia ingerere; vtendum igitur artificio quodam obſcurioris doctrinæ

Vtendũ cõcionatori parabolis. Christ' ſub obſcurè perſtringens.
Christi ſummi Prædicatoris verbi Dei, exemplo,

D
Phariſæis parabolas proponentis. Quibus ſubobſcurè illorum vitam moreſque nefarios ſapientiſſimè exagitabat. Quare Eccleſiæ doctores & prædicatores, qui velut ſplendidiſſimi oculi in Eccleſiæ facie relucent (videntes enim appellantur) non debent ſe totos videndos & apertè intelligendos exponere;

Prophetæ obſcuri.
commendatur enim quod ſemiuelati ſint, & quod cum lateant, ſuo aſpectu, non ſtatim exſatiant auditores, & contemplatores, Cãt. 4. 1. Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet, vel (vt Græci legunt) præter ſilentium, id eſt, cũ ipſi per ſeſe oculi pulcherrimi ſint, ſed illud reddit multo pulchriores, quòd capillis a fronte pendentibus, & inuolitantibus contegantur, & veluti tenuiſſimis, & rariſſimis nubib. pro-

E
Oculi ſponſæ ſemicontectæ. Silentium.
micare videantur. Quare illud, abſque eo, perinde eſt, ac præter id, *Ademas que no ſe dixan bien ver, ni gozar*. Illud autem quod latet rectè dicitur Silentium; quia qui loquuntur, foras prodeunt, vel quia illud, quod latet, Silentium indicit, & cõciliat, aut quòd de illo clarè & exploratè loqui minimè valeamus.

Sed tota componendarum parabolarum ſcientia videtur ſignificari illo Prouerb. 25. 1. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo, vbi manifeſtè ſermo eſt de Parabolizatore, id eſt, ſapiente Parabolarum magiſtro, qui 4
in tempore ſuo, id eſt, aliquo temporis euentu, aut opportunitate exigente, parabolam conficit inſtar

ſtar

ſtar mali aurei conſtituti in lecto argẽteo, vbi malum aureum, non eſt, quod vocant, malum Medicum, aurangiumve, vt quidam apud noſtrates medicus audacter & leuiter aſſeruit; ex profanis quibuſdam coniecturis nuper edita relectiuncula: ſuppeditata aut mutuata a quodam ſciolo, & rerum ſacrarum tractatore non ſanctè, neq; item ſunt ornamenta lectorum aut cubilium, nempe extremitates illæ, quę nos pyra vocamus, & quatuor lecti columellis imponi ſolent; vt facilè conſtare poteſt ex proprietate vocum originalium; quas eleganter attigit Rab. Muyſes, Ægyptius in Ductore dubitantium cap. 1. Propriè enim legitur pro lecto; in cancellaturis, vel thecis argenteis, quas Symmachus dixit, thecas perſpicuas. Et rectè; nam vox Hebrça deducitur a vidẽdo, vel perſpiciendo, quia illæ cancellaturæ ſunt reticulatæ, atque foraminibus circumquaque apertæ, quibus pomum aureum pretioſiſſimũ includebatur, nam ſi aurum ornãdum erat precioſo alio metallo, nullum quidem opportunius, quàm argentum, per cuius foramina ſubtiliſſima introſpici poſſet ſplendor auri, ſi quis attentè diſpiceret: ſin minus longiuſculè rem videret, nihil præter argentum videre videretur. Ideo autem reticulum appellatur lectus, quia videtur in eo quieſcere pretioſa alia materia intus clauſa. Rectè igitur Parabola inſtar huius *pomi aurei*, exigit artificium quoddam ſubtiliſſimum ex compoſitis, & reticulatis verbis, ſub quibus lateat ſenſus alius pretioſiſſimus; reticulum autem oportet eſſe ex argento, id eſt, ex ſcientia aliqua naturali, aut proprietate, vel metaphora opportuna ad ſenſum alium occultiorem ſignificandum. Sed operæ pretium ipſa Rabbi Moyſis verba ſubſcribere. [Dixit Sapiens Salomon, mala aurea cum ſculpturis, vel picturis, argẽteum verbum prolatum in ratione ſua Appone cor tuum ad audiendum expoſitionem huius rationis, quam dixit; Scripturæ vel ſculpturæ ſunt cælaturæ reticulatæ, ſcilicet, in quibus ſunt loca cauata cælaturæ ſculptilibus, ſicut opus artificũ, & ipſe dicit, quòd ſicut eſt ſimilitudo malorum aureorũ cum picturis argenteis, quarum cęlaturę ſunt nimis ſubtiles; ita eſt verbũ quod dicitur duobus modis, & ſcias, & intelligas, quia ſuauis ſit iſta ſimilitudo; nam ipſe dicit quòd omnis parabola habet duas facies, ſcilicet modum apertum, & modum occultum, & neceſſe eſt vt forinſecus ſit pulchrum, vt demonſtret incipienti, ſuper eo quod eſt intrinſecum: ſicut malum aureum, quod eſt opertum reti, in quo ſunt cælaturæ argenti ſubtiles, & cum videretur a remotis, vel viſione ſine intellectu, aſcendit in cor quod eſt argenteum malum; & cum intuitus fuerit diligenter homo acuti viſus, demõſtrabitur ei, quod intus, & ſciet quòd eſt aurum.] Vides igitur quanto artificio, & quàm exquiſita arte elaborari oporteat parabolam, quanto verborum ſplendore, quàm grauis ſententia exornanda, & recondenda.

R. Moyſes. Lectus quid propriè. מטה

Argumẽtũ & ſymbolũ philoſophiæ. R. Moyſes.

9 Atque vt aliquid etiam peculiare & proprium Salomonis in hac propoſita ſimilitudine cõtineatur, certè Vatablus paulo aliter vult comparationem fieri non cum *malis aureis*, quæ in pàlis argenteis clauduntur, & affiguntur inſtar gemmarum in annulis, ſed cum thecis illis & repoſitorijs, abaciſve, aut reconditorijs ſuppellectilis aureorum vaſorum Salomonis, quæ ianuis reticulatis argenteis claudebantur, per cuius foramina videri poterat ſupellex aurea. hoc indicabit Vatab. cum foramina illa thecarum Gallicè appellat, *cleres voyes*, & ſubiungit, *Illæ thecæ fiebant argento, vbi erant foramina, per quæ poma illa aurea conſpicerentur a Salomone ipſo*, & conſonat cum lectione Tigurina; *Mala aurea in calatis vaſis argenteis*, &c. quaſi dicat, *las ſentencias y parabolas de Salomon, ſon como ſus vaſos de oro pueſtos en los aparadores deutro de las reſuelas de plata*.

Parabolę Salomonis cũ ipſis vaſis aureis cõparatæ. Vatablus. Abaci Salomonis reticulati.

Qua autem forma & compoſitione verborum condi debeant, indicatur in ſecunda parte, cum dicitur, *in tempore ſuo*. Pro quo propriè ex Hebræo legitur, *in rotis ſuis*; vel, in *circumuolutione ſua*, vel *in circumferentia ſua*. vt cum Kimhi legunt Regia, Baynus, & alij Hebraizantes, vel, in *modis ſuis*, vel *iuxta modos ſuos*, cum Pagnino. vel, *iuxta ductum ſuum*. Quaſi diceret, Parabolam debere conſtare forma verborum rotata, volubili, bene decurrente, peculiari quodam modo diſpoſitorum. Non ſecus ac ſi nos diceremus; *que los refranes y ſentencias ſe ande dezir en redondillas, o en conſonantes*. Et quidem Abenezra neſcio quam aurigandi tranſlationem ſubolfacit: nam ſi doctor, & parabolizator dicit verbum ſuper rotas ſuas, profectò ita debet orationis volubilitate decurrere, vt nũquam plus nimio habenas laxet, ſed aurigæ inſtar, orationẽ temperet, ac moderetur, ne feruore dicendi præceps abripiatur. Cum hoc facit quoque quod Auguſt. q. 45. in Numer. de *ænigmatiſtis*, id eſt, parabolarum magiſtris, ſcribit, *illos videri canticum dicere, & non incredibiliter imitari etiam poetas*. Quare Prouerb. 17. 7. *Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mendacij*, vbi pro *verbis compoſitis* propriè legitur, ex Hebræo, *labium excellentiæ*, vel dignitatis. q. d. verba compoſita debere ab eo proferri, qui dignitatem, & poteſtatem habet docendi populum per parabolas. Atque hæc ipſa videtur illa parabolarum pulchritudo, quæ commendatur Prouerb. 26. 7. Quomodo pulchras habet fruſtra claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.

Certa verborum formula in parabolis. אופן

Abenezra.

Moderatio dicendi in concione. Auguſt.

Parabolarum pulchritudo.

Ergo vt iam tandem ad Salomonis ſapientiam & peritiam condendarum parabolarum rem referamus vniuerſam, quantum in eo genere excelluerit, ex eloquentia, poetica facultate, rerum arcanarum ſcientia, acumine, & ſubtilitate dicendi, quibus præditus erat, facilè conijci poteſt, quantum enim in illis, tantum in parabolis excelluiſſe neceſſe eſt.

Præſtãtiſſima Salomonis peritia parabolarum.

CAPVT XVII.

Ille quoque Hiſtoriæ peritiſſimus.

Ad locum Sapient. 8. 8. Si multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita.

1 *Hiſtoriæ peritia conueniens Principi. Ciuilis cum hiſtoria coniuncta. Hiſtoriæ commendatio.*
2 *Salomon hiſtoriæ peritus. Scientia pro experimento. Prophetia an ſub nomine Sapientiæ. Illuſtrata Sapientia.*
3 *Hiſtoria, multiplex ſapientia. Publici hiſtoriographi apud Hebræos.*
4 *Hiſtoriæ commendatio. Conſiliarij principum, hiſtoriarum periti ſunto.*

Hæc

1 Hiſtoriæ peritia digna Principe.

A HÆc quoque ſapientiæ pars digna rege, digna ſapiente, vt quæ prudentiam gignat, & quæ pro vſu & experientia regibus eſt, vt nemo plura ex hiſtoria, vel maiora commoda, ſalubriora ve præcepta excerpere poſſit, quàm Princeps.

Lipſius in Monit. & exempl. polit.

Sanè de L. Lucullo traditur, eo qui Mithridatem, & Tigranem vicit, potentiſſimos reges, vix aliam imperandi bellandique peritiam, quam ab hiſtorijs attuliſſe, vt Principi alicui videatur dictum, quod de ſua,

Liuius.

immo in vniuerſum de hiſtoria, Liuius ſcribit initio libri primi, [Ad illa acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint; per quos viros quibuſque artibus, domi militiæque, & partũ & auctum imperium ſit. B Hoc illud eſt in cognitione rerum præcipuè ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, vt inde tibi tuæque reipubl. quod imitere, capias: Inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites.] Breui tamen verborum circulo, magno ſententiarum pondere, hiſtoriæ commoda Imperatoris præ-

Baſil. Imperator.

ſertim neceſſaria complexus eſt Baſilius Imperator, illam commendans Leoni filio, in capitibus paræneticis cap. 56. *Per veteres* (inquit) *hiſtorias ire ne recuſa: Ibi enim reperies ſine labore, quæ alij cũ labore collegerunt, & quæ illinc haurias, & bonorum virtutes, & improborum vitia: varias humanæ vitæ mutationes, & rerum in ea conuerſiones; mundi huius inſtabilitatem, & imperiorum præcipites caſus:* Et vt C verbo complectar, *malorum facinorum pœnas & bonorum præmia; quorum illa fugies, ne in diuinæ iuſtitiæ manus incidas; hæc amplecteris, vt præmijs quæ ea comitantur potiaris.* Denique ciuilem doctrinam

Ciuilis doctrina cum hiſtoria cõiuncta.

Principi eſſe omnino neceſſariam per ſe, compertum eſt: ciuilem autem cum hiſtoria ita coniunctam eſſe, vt propter ciuilem, ſacras hiſtorias ſcriptas eſſe, ſancti Patres affirmẽt. De Mnyſe autem

Euſebius.

Euſebius loquens lib. 11. cap. 2. ait *ciuilem atque actiuum viuendi modum narratione hiſtorica docuiſſe.* Quòd ſi, vt nuper diſſerebamus, ſapiẽtia, quæ perfecta eſt, & rerum humanarum atque diuinarum cognitionẽ amplectitur, rege digniſſima eſt; quid

Nazianz.

de hiſtoria dicendum, quæ, vt Nazianzenus ad Nicobulum ſcripſit, *Conglobata quædam, ac velut* D *coaceruata ſapientia eſt, hominumque multorum mens in vnum collecta.*

2 Cum ergo hiſtoria regi ſit iucundiſſima, atque vtiliſſima ſapiẽtiæ pars, hanc quoque ſe adeptum ſapientiæ beneficio profitetur Salomon, Sapiant.

Salomõ Hiſtoriæ peritus.

8. num. 8. *Si multitudinem* (inquit) *ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita, & de futuris æſtimat.* Vbi quidem, vt prætercam rigidas illas, & aridas Latinorum interpretationes de multitudine & amplitudine ſcientiarum ſpeculatiuarũ; certè ex proprie-

πολυπειρία.

tate Græcæ vocis, nihil aliud eſt multitudo ſcientiæ, quàm multa experientia, quæ & ad præteritorum ſeculorum euentus, & ad futurorum tempo-

Hiſtoria eſt pro experimento.

rum coniecturam ſe extendit; ex præteritis enim, E nouit de futuris coniectare. Itaque videtur ad ſacras hiſtorias reſpicere, quæ a mundo condito humanos euentus, atque diuinam etiam erga homines prouidentiam ob oculos nobis repræſentat.

Hiſtoria ſcripta a Prophetis. Nicol.

At neſcio quid circa hiſtoriam propheticum hoc loco ſignificari arbitratus Nicolaus, vt dicere poſſit Salomon, diuinæ ſapientiæ beneficio ſibi, atque alijs ſacris ſcriptoribus contigiſſe, quòd & præterita nouerit Deo reuelante, & prophetiæ dono, tũ ipſe tum alij futura prænouerint, Quod quãquam

Abulenſis. An Prophetia cõ-

Abulenſis q. 9. ea ratione reijciat, quòd *Præteritorum notitia* non appelletur ſapientia, ac neque etiam prophetia: (Prophetas enim nunquam in- A uenies appellari ſapientes in ſacro ſermone.)

prehendatur ſub Sapientia.

Tamen vt de harum rationum aut veritate, aut pondere, (quod ſentio eſſe valde exiguum) nũc non dicam, ſed de interpretatione loci propoſiti, certè

3 Germana expoſitio.

illud verius, & germanius, quòd tantum loquatur de eo vſu, quem hiſtoriæ peritia principi poſſit afferre, cupido præſertim ſi non ſenſu experiendi multa, cognitione ſaltem conſequendi. Scimus autem, Salomonis tempore, etiam viuente Dauide, non ſolum publicos fuiſſe regios hiſtoriographos, ſed præterea eoſdem ipſos ſacros vates res externas monumentis conſignaſſe, vt ſcribitur 1.

Publicorũ monumentorum ſcriptores apud Hebræos.

Paralip. lib. 29. 29. 30. *Geſta Dauidis ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis: vniuerſique regni eius & fortitudinis, & temporum, quæ tranſierunt ſub eo, ſiue in* B *Iſrael, ſiue in cunctis regnis terrarum.* Sed enim noſtrum Sapientiæ locum eleganter, & in rem noſtram, elucidauit Cantacuzenus in hæc verba:

Cantacuzenus.

[Si multarum rerum vſum in ijs quæ geruntur nanciſci velit, nouit ex præteritis rebus conijcere exitum etiam futurarum, nam prophetiæ quidem eſt, aut viſionis futura ſimpliciter noſſe, vel quæ nunc agit quiſpiam: non ex temporibus, pro penſione, & collectione quarundam rerum, quæ antea ſint factæ vel fuerunt, ſed cogitatione, quæ omnino ſit ab hiſce rebus abſoluta: At multæ eſt experiẽtiæ, ex rebus præteritis, & quæ prius, vel publicæ fuerunt, vel etiam alicui priuatim acciderunt, præſagire, & coniectura conſequi futura, quæ vel publicè vel priuatim alicui homini ſint euentura.] C Tantum Cantacuzenus.

4 Vides hiſtoricæ ſapientiæ beneficio vſum etiam & experientiam contingere inexpertis; tum etiam & memoriam, cuius vita eſt hiſtoria, vt Cicero dixit. ex vſu autem & memoria prudentiam, quod initio dicebamus, prudentiam ex hiſtoria gigni.

Cicer. 2. de Orat.

Quare & hiſtoriæ peritos in regios cõſiliarios adhibendos ſibi maximè cenſebat Magnus Alexander, vt ſcribit Lampridius, in eius vita. Videndus hac de re Lipſius lib. 1. ciuilis doctrinæ cap. 8. & 9. & lib. Exemplor. Politicorum cap. 8.

Conſiliarij Regum hiſtoriæ periti. Lamprid. Lipſius.

D

CAPVT XVIII.

Idem ſummus Aſtronomus.

Ad locum Sap. 7. 19. Dedit mihi Deus, vt ſciam anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones.

1 *Aſtronomiæ ſtudium apud Orientales & Aegyptios. Mathematicarum nomen tributum Aſtrologiæ.*

2 *Multiplex Aegyptiorum ſapientia. Hebræi Aſtrologia præſtantes. Illuſtrati, Lucas in Actis; Salomon in Canticis.*

3 *Salomon Aſtrologia iudiciaria quatenus excellens:*

E

4 *Scientia & diuinatio ſomniorum, an vera & licita. Plerumque ſuperſtitioſa & vana.*

5 *Libri Oneirocritici quatenus vtiles ſobrio lectori, ad priſcos ritus cognoſcendos. Draco & anguis cuius rei ſymbola.*

6 *Furta ex ſacris litteris profanata a profanis. Scabies cur accepta in bonum: Scala, in peregrinationem.*

SAlo-

1

Orientales Aſtronomia præſtātes. Regum regibus imperāſ Magia. *Plinius.* *Philo.* *Cicero.* *Ariſt.*

SAlomonem ſummum fuiſſe Aſtronomum indicatur 3. Reg. 4. 31. Et cum ſcribitur *ſapientia Salomonis præceſſiſſe ſapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum.* Orientales autem aſtrorum ſtudio excelluiſſe docent Nicolaus, & Abulenſ. ad Orientales autem referendi videntur illi Perſarum Reges Regum maximi, quibus propter Aſtronomiæ, & iudiciariæ ſtudium dicebatur Magiā imperare, vt ſcribit Plinius lib. 30. cap. 1. Philo libro de ſpecialibus legibus. Cicero 1. de Diuinat.

Aegyptij qua ſcientia excelluerint. Mathematicæ pro aſtrologia. *Niphus.* *Fonſeca.* Ptolomæus Alexandr.

Porro Ægyptios in Philoſophia excelluiſſe vult Nicolaus, & Ariſto. 1. Metaphyſ. ſed quidem is 2. Metaphyſ. c. 1. hoc tantum ſcribit, circa Ægyptum Mathematicas artes conſtitutas fuiſſe, quod illic genus ſacerdotum vacare permiſſum ſit. Quo loco Mathematicarū nomine Aſtrologiā potiſſimum intelligendam vult Auguſtinus Sueſſanus, & noſter Petrus de Fonſeca: conſonatque cum eodem Ariſtotele, qui lib. 2. de cœlo cap. 12. Ægyptijs, & Babylonijs multa fide digna de ſingulis ſideribus accepta refert, atque adeo etiam inde Ptolomæus prodijt Aſtrologorum princeps, vtpote Alexādrinus ex inferiori Aegypto. Huic autem ſtudio opportunitatem attuliſſe nō ſolum ſacerdotum otiū & victus de publico, ſed liberum & ſerenum cœlū illius regionis, quod præbet illuſtrem aſtrorum aſpectū, pro vero habetur. Quare vel Aſtronomiæ inuentionē, vel exquiſitum præ cæteris ſapientibus ſtudium Aegyptijs tribuunt, quos ſiderum ſcientiam cum Arithmetica accepiſſe a Kaldæis, id eſt, ab Abraham, ſcribit Ioſephus lib. 1. antiq. cap. 16. de quo accuratè diſputat noſter Clauius initio ſuę ſphæræ. Tum præterea quod ad partē iudiciariam & diuinatricem ex aſpectu aſtrorum attinet, fuiſſe quoque ab Aegyptijs cultam oſtendit Floridus Sabinus lib. 1. Subciſ. c. 2.

Ioſephus. *Floridus.*

2

Multiplex ſapientia Aegyptiorū. Moyſis eruditio. *Philo.*

Sed non ſolum Aegyptios Aſtrologia excelluiſſe, ſed præterea varia ac multiplici artium Mathematicarum ſapiētia, teſtari videtur Beatus Stephanus, Actor. 7. 22. cum ait *eruditum Moyſen omni ſapientia Aegyptiorum.* Quæ qualis & quotuplex fuerit, exponit Philo Iudæus lib. 1. de vita Moyſis, cū de huius inſtitutione loquitur: *Numeros* (inquit) *& Geometriam, vniuerſamque muſicam Rhythmicā, harmonicam, metricam ſiue contemplatiuam, ſiue per inſtrumenta voceſque promentem ſe modis varijs accepit ab Aegyptijs doctoribus, & inſuper occultā Philoſophiam deſcriptam litteris, vt vocant, hieroglyphicis, hoc eſt, notis animalium, quæ ipſi venerantur, etiā pro nominibus, Reliquas liberales artes Græci docebāt, ex propinquis autem regionibus euocati Aſſyrij ſuas litteras. Kaldæi ſideralem ſcientiam: hanc & ab Aegyptijs didicit. Mathematicæ cum primis deditis: obſeruanſque quid vtriſque conueniat, in quo diſcrepent, intactus a contentionibus veritatem quærebat; quippe qui nihil præter eam admittebat.* Et cum eiuſdē Moyſis exemplo non eſſe profanas ſcientias contemnendas docet Greg. Nyſſenus, has enumerat, *Moralem naturalemque philoſophiam; Aſtronomiā, Geometriam Muſicam, Dialecticam, cæteraſque ſcientias, quibus aliens ab Eccleſia florent.*

Nyſſen lib. de vita Moyſ.

Salomon Aſtrologia excellens.

Ergo Salomonem cuius ſapientia præcedebat ſapientiam omnium Aegyptiorum, ſummum ac præſtantiſſimum fuiſſe Aſtronomū, hinc conſtat, tum & ſui ipſius teſtimonio Sapient. 7. 18. *Initium, & conſummationem, & medietatem temporum. viciſſitudinum permutationes, commutationes temporum, anni curſus ſtellarum diſpoſitiones.* Quæ omnia, vel cęleſtia ſunt, vel è cęlo pendēt, & aſtris. Fuiſſe item

A Neomeniarum atque eorum omnium, quæ pertinent ad annos, menſes, lunationes, ſolis curſum, & variationes cęleſtium motuum, peritiſſimum, dicemus inferius, vbi de eius libris. Oportuit autē Salomonem hac quoque ſapientiæ parte excellere: nam ſapientes Hebræorum fuiſſe Aſtronomiæ pereruditos docet R. Salomon ſuper id Cant. 7. 4. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Hebrō, quæ ſunt in porta multitudinis,* ſic enim interpretatur: *ſapientes tui qui ſedent in portis Ieruſalem vrbis habentis populum multum, occupantur in ratione reuolutionum & ſiderum: Sapientia enim eruditi, ſunt oculi populorum,* quod clarius ſignificauit Kaldæus in eiuſdem loci Paraphraſi: *Scribæ* (inquit) *pleni ſunt ſapientia, ſicut piſcinæ aquarum. & ſciunt conſtituere rationes emboliſmo*B*rum, & annos intercalant & ſignant principia annorum & menſium in porta domus concilij magni.*

R. Salom. *Kaldæus.*

3

Salomon Aſtronomia iudiciaria quatenus excellens. Signa, & mōſtra q. d. *Cantacuzenus.*

Quod verò ad iudiciariam ſiue prognoſticam Aſtronomiæ partē circa naturalia ſpectat, teſtatur ipſe per ſapientiam ſibi non defuiſſe, cum ea omnia ſapiētiæ beneficio cognoſcātur, Sap. 8. 8. 9. *Scit præterita & de futuris æſtimat; ſigna & monſtra ſcit, antequam fiant, & euentus temporum & ſeculorum.* vbi ſigna & monſtra, ad eclipſes, & alios mutabiles cęlorum effectus referri cū Cantacuzeno oportet, vt pluuiarū, fructuum, ſterilitatis aut vbertatis. Ad iudiciariam verò circa hominū naturales inclinationes & alios euentus minimè dependentes ex libero arbitrio, illud videtur ſpectare, quod cap. 7. inter alios ſapientiæ effectus iactat ſibi conceſſū, C vt cogitationes hominum ſciret, quod ex cōmuni interpretatione pertinet ad coniecturalem quandam cognitionem cogitationum, id eſt, propenſionum, & motuum humani animi, quod per Aſtronomiam iudiciariā obtineri vtcumq; poteſt, & indicauit Cātacuzeni elucidatio paraphraſtica eius loci: *Cogitationes* (inquit) *hominū an peruerſæ ſint, an rectæ, an profundū ſemper aliquid moliantur, an celent quamuis plerumque vrbanæ ac faciles videātur, an ad iram, & excandeſcentiam pronæ atque impotentes, an contra ſedatæ ſibique facilè temperent.* Sed de hac cogitationum intelligentia plura ſuperius diximus.

Cognitio humanarū animi propenſionū.

4

Nicol. *Dionyſ.* *Abulenſis.* Diuinatio ſomniorū quatenus vera. *Ariſtot.*

Tum etiam illud quod Sap. 7. 21. additur, *Quæcumq; ſunt, abſconſa & improuiſa, didici; omniū enim artifex docuit me ſapientia.* Nicolaus refert ad occul D tas rerum proprietates, vt *quòd magnes attrahat ferrum;* quas, ſi non omnes, tamē magna ex parte per ſapientiæ infuſionem cognouerit; Dionyſius verò ad cognitionē quorundā euētuum ſubitorū, quos per reuelationē aſſecutus fuerit. At Abul. 3. Reg. 3. q. 9. refert ad ſcientiam ſomniorum naturalium, quæ, vt naturalia ſunt, ita etiam cauſam habēt naturalē, ex cuius cognitione ſciri, & indicari poteſt ab aſtrologo, quid homo ſomniauit, atque adeò de ſomniorum diuinatione agit Ariſt. lib. 2. de ſomno & vigilia. hæc Abul. Quę vera licèt ſint, ſi ex metè naturalibus cauſis procedat cōiectatio, aut diuinatio, tum ſomnij, tum ſignificationis ſomnij, quę & fundamentū in ipſa corporis, & animę diſpoſitione habere poteſt, & in ipſa ſimilitudine & propor E tione rerū per ſomnium obiectarū cum euētibus; atque etiam in ſupernæ auctoris naturæ prouidentia, volentis aliquādo in ſomnijs & nocturnis phātaſmatis homines futurarū rerum admonere. Sed res plena periculo, ſi a curioſo nimis, aut parū cordato homine attingatur; ſi a ſapiente aut medico perito & ſobrio, non oīno inutilis. Et potuit quidem a Salomone huiuſmodi libellus aliquis de naturali ſomniorum ſcientia & diuinatione conſcribi; ex quo anſam ſumpſerit ſuppoſitio alterius ſuperſtitioſi libelli, qui *Salomonis liber ſomnialis* dr, & *Danielis nomine* damnatur in decreto c. *Non ob*

Liber Salomonis de ſciētia ſomniorum.

ſeruetis 26.q.7. Ex vera igitur & naturali ſomniorum ſcientia Salomonis diſcere potuerunt Ariſtoteles lib. de ſomno & vigilia, & Hippocrates de inſomnijs. Ex ſuperſtitioſa autem accipere potuit Apomaſar in ſuis Apoteleſmatis, Artemidorus item & Achmes Arabs in Oneirocritis. Quæ cum ſint omnia vanitate & fumo pleniſſima; at acutis & ingenioſis viris vtilitatis aliquid afferre poſſunt ad inueniendas allegorias, conficienda ænigmata, artificioſa ſymbola, & imagines quaſdam hieroglyphicas, doctrina aliqua morali graues, aut ad alios ludorum & litterariorum certaminũ vſus opportuna, cum laude, & honeſta adoleſcentum ſtudioſorum exercitatione proponẽdas. V.g. ex eo quod Oneirocritici docent, ſi faber ſomniat, robuſtas ac pulchras, auro etiam ornatas ſe habere manus, aut plures quàm duas, portendere fœlicitatem, & ingentem quæſtum; poterit ſtudioſus, ænigmate aut emblemate, fabri ferrarij induſtrij, & ex labore diuitis, Æthiopem depingere aureas habentem manus cum opportuna inſcriptione. Tradunt item, ſi quis ſomniet draconem, aut anguem oblongum è terræ latebris prodeuntem, & ad ſe accedentẽ, & ad blandientem, & quaſi inuitantem, bonum, & diuitias portendere, quod diuitiæ extrahantur ex terra, & theſauri effodiantur, & propterea dicatur draco theſauris incubare; tum etiam, & propter longitudinem videtur portẽdere longiorẽ vitam. Hæc ſi pictura complectaris, ænigmate, aut emblemate aut allegorica aliqua narratione, & morali apologo, aut non inutili fabella, rem eandẽ cum fructu ſignificabis. Ex parte etiam leniori & fallaciori horum Oneirocriticorum poterit ſtudioſus antiquorum rituum aliquid fructus decerpere. Docent enim quæ ſomniantur ſi in communi vſu bona & iucunda ſint, bonum & fœlicitatem portendere; ſin ſecus, malum, vt cum quis ſomniet ſe indutum albis veſtibus. *Alba* (inquiunt) *veſtimenta ſolis ſacrificijs conferunt, & ſeruus Græcorum reliquis turbationes ſignificant, propterea quod hi, qui in turba verſantur, albo veſtitu vtantur.* Hoc, inquam, ſi ad veritatem exigas, vaniſſimum eſt, quòd mos ille veſtiẽdi minimè ſit poſitus in natura, aut coniunctus cum naturali aliqua corporis diſpoſitione at diſcere hinc poſſumus quondam ſeruos veſtitos albis, tum etiam ſacrificos. Sed hæc obiter a nobis dicta, non ſine cauſa dicta arbitrabere lector.

Superſtitioſa ſomniorum ſcientia. *Apomaſar. Artemido. Achmes.*

5 Quatenus vtiles libri Oneirocritici

Faber ex labore diues

Somniare draconem quid.

Ex Oneirocriticis cognitio priſcorum rituum.

6 Adde etiam quod mihi ſuadeo pleraque huiuſmodi inſomniorum prognoſtica ſumpta eſſe ab arcanis ſignificationibus, & allegorijs ſacris, aut antiquis hieroglyphicis, quorum ſignificationes tráſtulerunt Oneirocritici ad ſimilium rerum ſomniatarum ſignificationes. Exempli gratia: Docent illi ſcabiem, lepram, & elephantiaſim per ſomnium viſa, inſignes, & celebres, & diuites ex pauperibus facere; *Et ſemper* (inquit Artemid.) *bonum eſt, vt quis ſeipſum putet habere ſcabiem, aut lepram, aut elephantem aut tale quoddam vitium,* &c. At vnde hoc? niſi ex leproſi, ſcabioſi, elephantioſi Iobi, ex paupere & miſero fœliciſſimi atque opulentiſſimi hiſtoria, & celebritate? Tradunt, ſcalam in ſomnijs viſam, peregrinationis ſignum eſſe, & tráſitionis in alium locum: Gradus verò eius promotionem ſignificare. Artemidorus lib. 2. cap. 42. Quis hic non videt Iacobi peregrinãtis *ſcalam viſam in ſomnijs*? Habent item, cum vindemiãtur oleæ, alijs quidem bonas eſſe, varum ſeruis plagas præſagire; propterea quòd cum plagis fructus eius decutiatur. Artemidor. lib. 2. cap. 25.

Oneirocriticos quædam ex ſacris litteris ſuffuratos.

Artemido. Scabies, & lepra per ſomnium viſa.

Scala in ſomnijs viſa.

Apertè ſanè captiuitas illa Iſraelitarum longè miſerãda prædicta ab Iſaia 17.6. comparatur cum vindemia olearum, remanentibus tantum vno, aut altero ex populo, *ſicut excuſſio oleæ duarum, vel trium oliuarum in ſummitate rami.* Denique facile eſſet oſtendere huiuſmodi omnes qui ſapientiæ furato nomine gloriantur; fures fuiſſe ſacrarum litterarum; quidquid autem rapuiſſent, ſordibus ſuperſtitionis, & infidelitatis polluiſſe. Porro hanc ſapientiæ partem, & in Salomonis ſapiẽtia, & ænigmatis maximè eluxiſſe, diximus ſuperius, vbi de illius ſcientia ænigmatica.

CAPVT XIX.

Geometra & Arithmeticus præſtantiſſimus.

Ad locum 3. Reg. 6. 7. Malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cum ædificaretur.

1 *Geometria Principi neceſſaria. Culta ab Aegyptijs propter agrorum terminos, Nilo inundante confuſos.*
2 *Salomonem præſtitiſſe Moyſi ſcientiã menſurarũ, & ſacrorum vaſorum. Hæc neceſſaria in Republic.*
3 *Salomon Arithmeticæ peritus. Abrahami cum Aegyptijs de Arithmetica, & ſideribus diſputationes.*
4 *Inuentio Mathematicarum an Aegyptiorũ. Scientiarum traditio ab Adamo ad Patriarchas.*

ETiam ille, qui doctrinam tantum moralem probabat, Socrates, vt ſcribit Xenophon, lib. de Socratis dictis, tamen Geometriá non repellebat, ſed admittebat iubẽs, quantum agrorum menſurationi & diſtributioni ſatis eſſet. Sed & optimi Imperatoris multum intereſſe, vt Geometricum efficiat exercitum, id eſt, optima figura, ſiue circularem ſiue quadratum, pro temporis, & loci opportunitate, & pro numero militum, Plato docet, & nonnullis exemplis oſtendit Antonius Poſſeuinus lib. 15. ſuæ Bibliothecæ c. 1. vbi alias itẽ Geometriæ, ſiue vtilitates ſiue virtutes enumerat: antiquitatem verò, & antiquorum ſtudium huius ſcientiæ Brodæus lib. 5. Miſcell. cap. 1. Et quidem hanc philoſophiæ partem in Hebræorum Republica floruiſſe, iam inde ab Ægypti captiuitate, & Exodo, illud abundè probat quod Hieronym. in Ezech. 43. ſuper id: Metiantur fabricam, & erubeſcant, &c. ſic ſcribit: Quamobrem ſcribit Ioſephus lib. 5. Antiq. c. 1. eos qui ad deſcribendam terram miſſi ſunt a Ieſu filio Naue, fuiſſe Geometras, & artem, quæ nunc Philoſophorum propria eſt, habuiſſe Geometriæ. 1

Geometria a Socrate nõ repulſa. *Xenophon.*

Geometria Imperatori neceſſaria. *Plato.*

Brodæus.

Hieronym.

Sciẽtia igitur Principe viro digna, & in qua excelluiſſe Salomonem argumẽto eſt, quòd vel hoc Geometriæ nomine Ægyptij, quos ſapientia præcedebat Salomon, excelluerint. Illis enim Geometricæ inuentionem tribuunt, propterea quod neceſſitas ipſa eos impulerit ad id ſtudiũ agros menſurandi & diſtribuendi, Nilo quotannis inũdante & confundente agrorum limites, atque nunc hos nunc illos poſſeſſores ditiores reddente, vt ex Herodoto lib. 2. Diodoro. lib. 5. Strabone lib. 7. Iulio Frõtino lib. de controuerſ. limitũ, oſtendit Hieronymus Magius lib. 1. Miſcellan. c. 10. Cuius etiá rei meminerũt in Nouellis Impp. Theodoſius, Valer. Arcad. Honor. non vno tantum loco, ſed varijs, & multis,

Aegyptij Geometria præſtantes.

Nili inũdatio agrorũ limites cõfundens.

Magius.

A multis, ſub Titulo *de Alluuionibus & Paludibus*, & lib. 3. Codice eodem.

2 *Hieronym.* Salomonis cũ Moyſe comparatio in Geometria.

At in Geometrica & menſurarum ſcientia videtur Hieronymus ad Epheſ. 3. Moyſen præponere Salomoni, quòd hic non habuerit, vel non intellexerit tantam vaſorum ſupellectilem. Quod cum videatur accipiendum de vaſis, & alijs tẽpli vtenſilibus; ita ſanè, & ad Geometricas illorum menſuras, & capacitates, videtur referendum, atque in vniuerſum ad vniuerſa pondera, ſiue numiſmatũ, ſiue vaſorum; Tum etiam ad menſuras & menſurarum Geometricas, ſiue Arithmeticas proportiones, id eſt, amphoræ, modij, metretæ, cadi, caph, bati, cori, & ephi, ſati, gomor, cabi, cubiti, pedis, palmi; in quibus conſtituendis, atque rectè & integre vtendis, ſicut magna reipublicæ benè moderandæ pars poſita eſt; ita ingens exquiſitæ doctrinæ præſtantia reconditur: quia tum Moyſen legiſlatorem, & primæ ſupellectilis ſanctuarij præparatorem, tum Salomonem regem ampliſſimi templi conſtructorem excelluiſſe, nemini dubium eſſe poteſt. Atque ego etiam exiſtimo multum antecelluiſſe Moyſi Salomonem; vt qui tum ad templum ædificandum, & vniuerſas illius partes ſua menſura ſuaque proportione conſtituendas, denique ad ſupellectilem auream certis ponderibus, certiſque menſuris capacitatis cõficiendam tanto magis indiguerit, quàm Moyſes, quanto res diuina Salomonis tempore, quàm Moyſis, extitit ornatior & magnificentior, atque omnibus ſuis partibus abſolutior. vt perſpici poteſt ex 3. Reg. 6. 7. 1. Paralip. 28. 29. 2. Paralip. 3. 4. 5. Ezechielis 40. 41. 42. 43. 46. 47. 48. Quibus omnibus clariſſimum veriſſimumque interpretationis lumen attulerunt præclari noſtræ ſocietatis viri Hieronymus Prado Leuius, (quippe mei magiſtri memoriam libentiſſimè vſurpo) & Ioannes Baptiſta Villalpandus, qui, vt eſt in Mathematicis exercitatiſſimus, tum quæ ad templi apparatum, tum quæ ad pondera & menſuras, incredibili diligentia & labore perſecutus & aſſecutus eſt, ſuo potiſſimum tomo 3. Apparatus Vrbis, ac Templi.

Vaſorũ, & menſurarũ peritia neceſſaria Reipub. (B)

Hieronym. Prado. Ioan. Villalpandus. (C)

Iam ex his, quæ diximus, tum ex illo de Aſtronomia capite neceſſario efficitur, non harum modo ſcientiarum, ſed Arithmeticæ quoque periſſimum Salomonem fuiſſe. Nam illæ, ſicut neque aliæ ſcientiæ Mathematicæ, ſine Arithmetica vtique conſtare non poſſunt. Atque in vniuerſum ſtudiũ Mathematicarum artium non ſolũ dignum Principe, in bene conſtita Republica, ſed neceſſarium etiam, oſtendunt qui harum ſciẽtiarum vtilitatem & dignitatem ſcribunt, atque exẽplis confirmant, Antonius Poſſeuinus lib. 5. ſuæ Bibliothecæ cap. 1. Villalpandus ſuo tomo 3. in Proœmio ad Tractatum de ponderibus & mẽſuris. Mathematicarum autem ſtudium apud viros ſacros viguiſſe, a quib. ad Ægyptios & Græcos illarum cognitio manarit docet Ioſephus lib. 1. Antiquitatum, c. 9. vbi Abrahami diſputationes cum Ægyptiorum doctiſſimis, narrat, *Ob quas* (inquit) *diſſertationes in pretio habitus, vt qui magnã tam intelligendi quàm eloquendi, docendique facultatem haberet. & numerorũ ſcientiam. & ſiderum benignè illis communicauit. Nã ante Abrahami ad ſe aduentum Aegyptij rudes erant huiuſmodi diſciplinarũ, quæ a Kaldæis ad Aegyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem peruenerunt.* Idem Euſebius lib. 9. de Præpar. c. 4. Et indicat Plato in Epinomide. Atque eò videtur reſpexiſſe Cicero. 1. de Diuinat, tribuens Kaldæis Aſtrologiæ inuentionẽ. Denique ſiue Phœnices perhibentur inuẽtores Arithmeticæ, ſiue Ægyptij Geometriæ, ſiue item Ægyptij Mathematicarum in vniuerſum, vt contendit Titius 8. Controuerſorum c. 18. certè ab Abrahamo originem harum ſcientiarum fuiſſe certum videtur, nimirum tradita vera rerũ ſcientia ab Adamo, & poſteris, vſque ad Abraham & primos illos Patriarchas. De qua re eruditè & diſertè Pererius noſter c. 11. 12. Geneſ. diſp. 6. Oportuit autem, Salomonem in his ſcientijs fuiſſe excultiſſimum, vt cuius ſapientia præcelſerit ſapientiam omnium Ægyptiorum, & Orientalium.

3 Arithmeticæ peritus Salomon. (D)

Arithmetica Principi neceſſaria.

Poſſeuinus. Villalpãd.

Hebræi pe[illegible] rint Mathematicarũ. *Ioſephus.* Abrahami diſputationes cũ Aegyptijs. (E)

4 Inuentio Arithmeticæ, & Mathematicarum. *Euſeb.*

Plato. Cicero. Titius. Scientiarũ traditio ab Adamo. *Pererius.*

CAPVT XX.

Coſmographia, Geographia, Hydrographia, Architectura abſolutiſſimus Salomon.

Ad locum Sap. 7. 17. Vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum.

1. *Moyſes Coſmographiæ & Geographiæ peritus. Illæ neceſſariæ Philoſopho.*
2. *Regi ad multos regni vſus neceſſaria Geographia. An etiam aliqua peregrinatio.*
3. *Salomon Geographiæ ac Hydrographiæ peritus. Diſpoſitio orbis, in lib. Sap. quid. Differentia & proprietates terrarum Salomoni perſpectæ.*
4. *Salomon aliquando peregrina litora inuiſens.*
5. *Architectura Reip. & Principi neceſſaria. Eſt pars ſapientiæ. Illuſtratus Moyſes.*
6. *Salomon præſtantiſſimam Architecturam a Deo & parente Dauide edoctus. Templi architectura exemplar & norma profana.*

COſmographia mundum deſcribit ex ſuis partibus ſupremis, medijs infimis. Geographia verò orbis terrarum deſcriptionem ſub oculos ponit. In his Moyſen primum potiſſimumque ſupra mortales omnes excelluiſſe; poſt hũc, Salomonem non ſolùm Moſaicæ diſciplinæ ſectatorem, ſed comprehenſorem, atque doctorem, eximium, nemini dubium eſſe debet. Et a Moyſe quidem vera Coſmographiæ, ac Geographiæ fundamenta iacta eleganter oſtendit Antonius Poſſeuinus libro 2. Bibliothecæ ſelectæ cap. 5. Ille enim filiorum Noe diſperſionem in varias orbis regiones, ſedes, regna, primus, ac veriſſimè, tradidit. Verum enim vero præterquam quòd Coſmographia, & Geographia mirum in modum iuuant cæteras omnes doctrinas, ſanè quidem incredibile eſt quantum ad philoſophiam naturalem probè aſſequendam, emolumentum afferant. De quo ſcripſit ſapienter Montanus in ſuo apparatu, quem deſcribit Poſſeuinus in ſua Bibliotheca.

1 Coſmographiæ, & Geographiæ peritus Moyſes

Geographia neceſſaria Philoſopho. *Montanus. Poſſeuinus*

Porro Principi, ac Regi potiſſimum, quantum ornamenti afferat, quantum experimenti, & prudentiæ ad res ciuiles, ad bellorum gerendorum opportunitates, ad commercia ineunda, claſſes mittendas, ducendos, conducendos exercitus, externas prouincias adeundas, & ſubiugandas, ſuas tuendas, nemo non videt; ſed ne ipſe quidem rex videre poterit Geographiæ ignarus. Illam non ſolum vult, ſed deſiderat in Principe Lipſius ſuis Exemplis politicis cap. 8. ac propterea obiter peregrinationem ſuadet, quæ valde facit ad notitiam ſui ſtatus, tum etiam ad prudentiã. Quæ ſanè omnia in Salomone eximia fuerunt.

2 Regi quoque neceſſaria Geographia. *Lipſius.*

3 *Salomon Geographiæ peritus. Diſpoſitio orbis quid. Syſtaſis.*

Nam hanc quoque ſibi diuinitus traditam profitetur ipſe Sapient. 7. 17. *Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiã veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum.* Quamquam enim hoc, ex proprietate Græca, pro compoſitiune, vel conſtitutione mundi, ex elementis opportunè accipiendum videatur, ſequitur enim, & virtutes elementorum, &c. vt inferius fuſius perſequemur; Tamen *ſyſtaſis, & diſpoſitio* ſignificant etiam conſtitutionem partiũ mundi, & cuiuſque regionis atque prouinciæ, ſuis locis & ſedibus poſitionem. Tum præterea perſpectam habuiſſe non ſolum terrarum, ſed marium etiam diſpoſitionem, indicant Salomonis claſſes, & longiſſimæ nauigationes, tum etiam cõmercium cum regnis exteris, atque longiſſimè diſſitis, quæ peruagabatur fama Salomonis, ſicut Eccleſiaſticus teſtatur 47. 17. *Ad inſulas longè diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua, & miratæ ſunt terræ, &c.*

Salomon Hydrographus.

Sanè quidem cum non omnis ferat omnia tellus, oportuit, illum, qui *differentias virgultorum, & virtutes radicum* numeratas & exploratas habuit, itemque *naturas animalium & iras beſtiarum*, vim quoque atque differentiam terrarum, perſpectam habuiſſe; proprietates etiam regionum, tractuum quoq; vniuerſi orbis, per quos diſtributæ tot differẽtiæ arborum, tot animalium, tot ventorum: immo etiam differentias marium, per quæ etiam diſtributa tot aquatilium genera, & differentiæ 3. Reg. 4. 32. 33. 34. Sap. 7. 9. 20.

4 Sed quod de Peregrinatione dicebat Lipſius minimè deſiderata fuit in Salumone; ea ſaltem, quæ Regem pacificum decet: cum enim minimè indigeret peregrinatu ad acquirendam ſapientiã; quemadmodum illi qui diſcendi gratia magnam orbis partẽ luſtrarunt: inter quos Solon Athenienſis, qui Ægyptum, Cyprum, Aſiam. (nam vulgariſſimas aliorum Philoſophorum, qui principes non fuerunt, peregrinationes philoſophicas prætereo, quas ſummatim Hieronymus ad Paulinum collegit.) proptereaque ait Salomon ex teſtimonio Ieſu Siracidæ cap. 51. 13. *Priuſquam oberrarem* (peregrinarer, aut neceſſe haberem peregrinari) *quæſiui ſapientiã*, &c. digreſſus nihilominus eſt aliquando ex ſuo regno per Idumęam ad Aſiun Gaber 2. Paralip. 8. 17. *Tunc abiit Salomon in Aſion Gaber, & in Ailath, ad oram maris Rubri, quę eſt in terra Edom*, & eodem capite dicitur *abijſſe in Emath Suba*, atque in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ multas ciuitates ædificaſſe & inuiſiſſe. Itaque quamuis pacificus, non egit ſedentariam vitam, ſed frequenter excurrit circumluſtrando regnum vniuerſum. Quod ad Geographiæ rationem aliquam experimentalem conſerre potuit. Sed de Salomonis digreſſionibus plura lib. 5.

Solonis peregrinatio.

Salomõ aliquando digreſſus extra ſuũ imperium.

Hieronym.

5 *Architectura neceſſaria Reipu. & Principi. Vitruuius. Plato.*

Sapientiæ item pars non vltima, neque poſtremò reipublicæ ac regno neceſſaria, Architectura eſt, vt oſtendere nititur Vitruuius in ſui operis dedicatione ad Auguſtum, *Vt per ſe* (inquit) *nota haberet opera, & vt maieſtas imperij publicorum ædificiorum egregias haberet auctoritates.* Et quidem Socrates apud Platonem in libro de Philoſ. & in Philebo, vult Architecturam non ſolum aliarũ ſcientiarum præſidiu indigere, ſed ſuper cæteras artes maximè artificioſam eſſe. Rurſus idem Plato de Regno; Architecturam alijs artibus imperare, vt meritò etiam Imperatore digna cenſenda ſit, proptereaque Salomuni regi ſapientiſſimo minimè defuiſſe.

Architectura, ſapiẽtia & ſcientia. Vitruuius.

Sapientiæ autem ac ſcientiæ nomine inſignitur non ſolum a profanis, Vitruuio nimirum ſic definiente; *Architectura eſt ſcientia, pluribus diſciplinis*
A *& varijs eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quæ a cæteris artibus perficiuntur opera:* ſed etiam a ſacris, Exo. 31. 1. *Impleui Beſeleel ſpiritu Dei ſapientia, & intelligentia, et ſcientia in omni opere, ad cogitandum quidquid fabrefieri poteſt ex auro, et argento, et ære, marmore, et gemmis, et diuerſitate lignorum.* Iſaię. 3. 3. *Sapientem de Architectis*, &c. *Sapientem cogitationem* vocat hanc facultatem Clemens. 1. Stromat. Et *Spiritum ſapientiæ*, & ſcientiæ, D. Auguſt. q. 138. in Exod. & Architectos meritò ſapientes vocari probat D. Th. 1. contra Gent. c. 1. imo & D. Paul. 1. Corinth. 3. 10. cum ait; *ſecundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui.* Vide noſtrum Villalpandum Tomo 2. parte 2. lib. 2. cap. 1. & 2. Antonium Poſſeuinum
B lib. 15. Bibliothecę, c. 26. Et R. Moyſes Ægyptius in ſuo Ductore dubitantium lib. 3. c. 55. quod inſcribitur, De ſapientia, inter alias ſapiẽtię acceptiones numerat, quę ad artes refertur, ſicut dicitur Exod. 35. 10. *Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, veniat, et faciat quod Dominus imperauit*, & cap. 36. 1. *Omnis vir ſapiens, cui dedit Dominus ſapientiam, et intellectum, vt ſciat fabrè operari*, &c. & infra nu. 8.

Clemens. Auguſt. D. Thom. R. Moyſes.

Cum autem in eum finem electus a Deo fuerit Salomon, vt templum ædificaret, tanto videtur ſapientia architecturę ſuperaſſe Beſeleelẽ, & Ooliab ſapientes architectos Tabernaculi, Exod. 31. quanto Templum Salomonis magnificẽtia, & artificio ſuperauit Tabernaculum Moſaicum. Sapientior item fuit Hiram Tyrio *pleno ſapientia, et intelligen-*
C *tia* 3. Reg. 7. 14. 1. Paralip. 2. 13. quòd enim illum vocauerit Salomon *Patrem ſuum*, nõ ſignificat ab illo eductum fuiſſe. Vt exponemus inferius lib. 5. cap. 13.

6 *Salomon alijs architectis lõgè pręſtãtior.*

Vniuerſam autem architecturę rationem non ſolum cum cæteris ſcientijs edoctus fuit a Deo Salomon, ſed præterea a Dauide parente; qui cum a Deo accepiſſet ſchemata, & deſcriptionem vniuerſam templi ædificandi, ipſe deinde illa tradidit Salomoni, 1. Paralip. 28. 11. *Dedit Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem*, &c. Itaque non mirum, ſicut aliarum ſcientiarum, ita etiam Architecturę Salomonem extitiſſe principem, atque doctorem ad Gręcos & Romanos. Neque ſolum Gręcos atque Romanos accepiſſe, & didiciſſe quaſi per manus
D ab illa Salomonis architecturę ſapientia, ſed pręterea ex ipſis Salomonis operibus, id eſt, ex Templo ędificato rectè ędificandi optima pręcepta, ducta fuiſſe, contendunt, & euincunt noſter Pradus & Villalpandus: Debuiſſet non inficiari abſque ratione Poſſeuinus.

Salomon edoctus a Deo, & a Dauide. Sacra architectura exẽplar profanę. Pradus. Villalpãd. Poſſeuinus.

CAPVT XXI.

Idem ſummus Phyſiologus.

Ad locum Sapient. 7. 17. Ipſe dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram.

E

1 *Hebræi a Deo phyſiologiam edocti. Moyſes ſacrificiorum naturas exquiſitè cognouit.*
2 *Hebræos neceſſariam philoſophiæ partem attigiſſe. Salomonem etiam minutiſſima quaque. Qui libri Salomonis interciderint.*
3 *Diſpoſitio orbis explorata Salomoni. Diſpoſitio quid ex Græco. Materiæ et formæ conſpiratio.*
4 *Rerum naturalium, loca, ortus, et interitus, cognita Salomoni.*

Per-

1
Hebræi a Deo Phyſiologiam edocti.
Euſebius.

PErſectam atque vetiſſimā Phi-
loſophiæ partē illam, quæ ſen-
ſibilium phyſiologia appellari
ſolet, apud Hebræos viguiſſe,
nō tam coniectura, aut huma-
no aliquo Doctore acceptam,
quàm ſancti Spiritus gratia do-
cente, demonſtrat Euſebius lib. 11. de Præparat. c.
5. Exemplo Moyſis, qui in veſtiendo Pontifice, at-
que ornando pretioſis lapidibus, illorum virtutes
perſpectas habebat, ſed potiſſimum exemplo Sa-
lomonis, quem *ſummum Phyſiologum* appellat, &
qui Eccleſiaſten conſcripſerit, cuius argumentum
videantur eſſe res phyſicæ & naturales corruptio-
ni obnoxiæ: ſed de hac, quę iuniorum Patrū ſen-
tentia eſt, dicimus in noſtro Eccleſiaſte.

Moyſes, & Salom. Philoſophia præſtantes.

Non ſolum autem Moyſen rerum naturalium
cognitione excelluiſſe, ex illo lapidum Rationalis
vſu, coniectura non leuis eſt, ſed præterea ex illa
altera legis parte, quæ eſt de ſacrificijs. Cū enim
non ſolum illorum naturam, ſed etiam ſignifica-
tionem percalluiſſe credendus ſit, eximium ſanè
fuiſſe Philoſophorum, nemo iure dubitare poſſit.
Quare Clemens Alexan. lib. 1. Stromat. ad finem,
dum quadripartitam Moſaicā philoſophiam ex-
ponit, *hiſtoricam: & legitimam ſiue moralem*: addit
tertiam, *quæ pertinet ad ſacrificia, quod eſt quidem na-*
turæ contemplationis. Et Hieronym. ſuper id Pauli
ad Epheſ. 3. *Quod alijs generationibus nō fuit notum*
&c. ſcribit: *non omnes in exemplum Salomonis de na-*
turis beſtiarum, & volucrum, & herbarum, ſimiliter
fuiſſe locutos. Econtrario autem Salomonem non ita
forſitan vidiſſe, vt Moyſen, omnes ſpecies victimarū,
& culturæ Dei. Quæ ſanè comparatio Salomonis
cum Moyſe manifeſtè a Hieronymo ſit in rerum
naturalium cognitione.

Moyſes ſacrificiorum naturam & ſignificationē callens.
Clemens.
Moyſis Philoſophia quadripartita.
Hieronym.

2
Euſebius.

Sed quod de Hebræorum Philoſophia idē Eu-
ſeb. affirmat, non quidē omnem Philoſophiæ par-
tem, ſed *neceſſariam* tantum attigiſſe; *Philoſophiam*
(inquit) *quæ de ſenſibus eſt, non omnino efferendam*
arbitrabantur, præter neceſſarias quaſdam eius partes,
vt puta non caſu factum eſſe vniuerſum, nec temere
circumferri. Hoc de Salomone cū diſcrimine quo-
dam aſſerendum; calluiſſe quidem non ſolum ne-
ceſſaria Phyſicæ principia, & materias præcipuas,
ſed etiam quæ licèt minus neceſſariæ ſint, ſunt ta-
men ſcitu dignæ, atque intra perfectæ ſcientię am
bitum continentur. Nihil ergo tam minutum, tam
tenue, quod Salomonis ſapientiam ſubterfugeret.
Neque ſolum mente & cogitatione comprehēdit
minutiſſima quæque naturæ arcana, ſed fortè etiā
ſcripto mandauit inter tria illa parabolarum mil-
lia. Quamuis diuina poſtea prouidentia factum,
vt minus neceſſariæ interciderint; vtiliores conſer
uarentur, vt Hippolytus in Cant. Cantic. quem ci
tat Anaſtaſius Nicen. q. 39. in ſcripturam, ſenſiſſe
videtur, ex loco illo Prouerb. 25. 1. *Hæ quoque pa-*
rabolæ, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ, &c. Expla-
nās enim titulum Cantici Cant. ſic ſcribit: [Signi-
ficat quòd, id quod continebant ter mille odæ ſeu
cantica, in vno narrauit. In diebus autem Ezechiæ
alij quidem libri fuerunt ſelecti; alij verò negle-
cti. Vnde dicit ſcriptura: Hæc ſunt prouerbia Sa-
lomonis diſcreta, quæ ſcripſerunt amici Exechiæ
Regis. Vnde autem ſelegerunt, niſi ex libris, qui
inerant in ter mille prouerbijs, & quinquies mille
odis, ſeu canticis canticorum? Ex ipſis ſapientes a-
mici Exechiæ elegerunt ea, quæ pertinebant ad
ædificationem Eccleſiæ.] Hæc Hippolytus. Sed de
hac re veriſſimum ipſius Salomonis teſtimonium
audiamus.

An Salomō neceſſariā tātum philoſophiæ partē attigerit.
Hippolytus
Anaſtaſius
Qui libri Salomonis interciderint.

3
Primam illam, atque potiſſimam naturæ con-
A templatiuæ partem indicauit Sap. 7. 17. cum dixit:
Diſpoſitionem orbis terrarum. Diſpoſitio autem in
Græco eſt ſyſtaſis, & eam potiſſimè, atque ſimpli-
ciſſimè referendam cenſeo ad primam illam maxi
meque naturalem compoſitionem mundi corpo-
rei ex materia & forma; ſyſtaſis enim ex proprie-
tate Græca eſt, compoſitio ſiue coagmētatio; quæ
etiam a Cicerone, locum Timæi aliquando in La
tinum vertente, dicitur coniunctio. Quo nihil me
lius, ad exprimendam conſtitutionem, & compo-
ſitionem corporis naturalis, atque coniunctionem
materiæ & formæ. Ex qua item ſyſtaſis illa alia, re
ſultat, quę eſt harmonia quędam concentuum, at-
que diſſimilium rerum coeuntium cōſpirantiumq;
que compoſitio. Nam & Budæus hāc ſyſtaſis, vim,
B & ſignificationem agnoſcit apud Ariſtotel. idem-
que rei Græcanicæ peritiſſimus, ſyſtaſim etiā *coitio*
nem, ſiue *coniurationem* vult eſſe, apud Thucydidē
& Plutarch. Quod etiam inuenias in hac diſpoſi-
tione vel compoſitione mundi corruptibilis; nam-
que quamuis materia cum vna forma conſpiret &
coeat; tamen in huius ipſius perniciem, aliarum e-
tiam ſodalitium & ſocietatem, occulta quadam ra
tione, & quaſi coniuratione exitioſa facta, nunquā
non contra ſuum domicilium machinatur malefi-
cium, vt Peripatetici diſſerunt.

Σύςασις
Compoſitio Latinè & Græce quid.
Cicero.
Materię cū forma compoſitio, & contra formas coniuratio.
Budæus.

Tandem nomine *diſpoſitionis orbis terrarum* illa
Philoſophiæ pars appoſitiſſimè intelligēda venit,
quam Ariſtoteles libris de Cœlo complexus eſt;
quorum materiam propriam, cum illos interpre-
C taremur, dicebamus eſſe corpus naturale ſecūdum
eam loci rationem, qua inter alias orbis partes di-
ſpoſitum eſt. Quare qui diſpoſitionem orbis terra
rum perſpectam habebat, ſanè elementorum om-
nium loca, ordinē, ſphæras ſua cognitione definie
rat; ambitum, latitudinē dimenſus fuerat; orbium
cæleſtium numerum, magnitudinem, denique to
tius mundialis ſphæræ circulum, diametrum, &
quicquid ad perfectam mundi compoſitionem &
diſpoſitionem pertinet, exquiſitiſſimè, atque cer-
tiſſimè dimetitus fuerat.

Pars de cælo & mūdo qd habeat p obiecto.

Sequitur deinde pars illa, quæ naturas elemen-
torum, & facultates agendi atque patiendi contē-
platur, quam item Salomon apertè deſignat Sap.
7. 17. *Et virtutes elementorum*. &c, vt Anaſtaſ. Epiſco
D pus Nicenus, inferius a nobis adducendus, ait, *Pri*
mus Salomon doctrinam, calidorum, & frigidorū, ſic-
corum & humidorum tradidit. Partem itē tradidit,
cum de rerum corruptione & generatione diſſere
re videtur in Eccleſiaſte. Quem librum Phyſicum
eſſe pleríque Patres voluerunt. Sed luculētum de
ſcientiæ Phyſiologiæ Salomonis præſtantia teſti-
monium, quod præbet Ambroſius, dum eum ſa-
pientiæ locum illuſtri paraphraſi amplificat; li. de
Salomone in c. 30. Prou. ſuo c. 1. [Tā locuples poſ-
ſeſſor ſapientiæ Salomon cū omnia cognouiſſet,
quæ in arcanis abditarū diſpoſitionum tenebātur
abſconſa, nouerat mundanæ diſpoſitionis introi-
tū, qualiter eſſet hoc cælum omne quod cernimus
ardua ſublimitate ſuſpenſum; quēadmodum fieret
E aeris iſtius circūiectus & fuſus æquo moderamine
libratus in medio, quib. modis pigro ad imū dilap
ſa pondere terra ſubſiſteret; qua ratione intra cer-
tas littorū metas liquidi elemēti impatiens fluctus
lapſus exæſtuet, quod principium rerum, quis finis, &
quæ ſunt media. Quem iterum diuiſiones & muta-
tiones temporum non latebāt, qui cōprehenderat
qualiter ſibi annorum mutua viciſſitudo redeunte
orbe ſuccederet; qua cauſa varios ſtellarū ageret
curſus, præcedendo ſe nonnunquā, aut ſubitò ſub-
ſequendo, vnde earum eſſet ortus, aut obitus, &
alia multa, quæ ſapientia docente cognouerat.]

Pars librorum de generatione quid contempletur.
Anaſtaſius
Ambroſ.

A Vbi profectò eleganter Ambroſius omnes ferè Phyſicæ partes complexus eſt, quas Salomō mente & cognitione complexus fuerat.

CAPVT XXII.

Hiſtoriæ Naturæ ſcriptor & ſcrutator diligentiſſimus.

Ad locum Sapient. 7. 20. Naturas animalium, & iras beſtiarum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcumque ſunt abſconſa, & improuiſa, didici.

1 *Herbaria contemplatio ampliſſima. Digna principe etiam exercitatio. Inſignia clypei Achillis, inſtrumenta ruſtica, cur opportuna Salomoni.*

2 *Diſputatio Salomonis an verbotenus, an etiam ſcripto. Cur res herbaria præpoſita hiſtoriæ animantium.*

3 *Salomonis libri medicinales. Radices ſalutares. Quæ ſine radice naſcantur.*

4 *Cur non facta à Salomone foliorum, & fructuum mentio, ſicut radicum. Herbarij medicinæ miniſtri. Radices potius herbarum, quàm arborum. Mira vis radicum, varietas & ſcientia.*

5 *In ſacro ſermone ex duobus extremis omnium interiacentium ſignificatio. Illuſtrati Moyſes, & Dauid.*

6 *Cedrus non proceriſſima arborum. Hyſſopus herbarum non minima. Vtraque frequens in Palæſtina. Illuſtratus locus Paralipomenon. Cedrus & Hyſſopus ad rem medicam.*

7 *Hyſſopus quid ex ſacris, & cuius vſus atque virtutis. Non eſſe origanum, neque ſpartum, neque hyſſopum Dioſcoridis, & Theophraſti, neque ſerpyllum ſylueſtre: ſed capillum Veneris. Cur opportuna ad aſpergendum. Adianti radix fere nulla.*

8 *Iumentum quid in ſacro ſermone, & in iure. Ars pecuaria in pretio. Scriptores principes de natura Animalium. Ariſtotelis ſcripta de Animalibus, Alexandri impenſis. Oppiani verſus de Animalibus quot.*

9 *Contemplatio auium iucundiſſima. Volucris de quo dicatur in Hebræo, & Latino. Geminatio vocis ſynonymæ. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes & Dauid.*

10 *Reptile quid propriè. Serpentum ſcientia vtilis. Piſcis vnde dicatur. Inſecta ad diuerſum genus relata.*

11 *Mineralium, & lapidum ſcientia exquiſita in Salomone. Cognita etiam virtus magnetica. Illuſtrata Sapientia.*

1 ALteram Phyſiologiæ partem, quæ ad peculiarium rerum natura cōſtantium hiſtoriam ſpectat, perfectiſſimè etiam ſuis diſſertationibus abſoluit Salomon, vt ſcribitur 3. Reg. 4. 33. *Et diſputauit ſuper lignis, a Cedro quæ eſt in Libano, vſque ad Hyſſopum, quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piſcibus.* Sed hæc per partes explicanda.

I. *Arborum & Herbarum ſcientia.*

IMmenſam contemplationem hanc eſſe Plinius eleganter ſcripſit in ſuo lib. 15. cap. 1. *Si quis æſtimet varietatem, numerum, flores, odores, coloreſque & ſuccos, ac vires earum, quas ſalutis aut voluptatis hominum gratia tellus gignit.* Porro immenſitatem hanc limites illi quaſi extremi complectūtur *a Cedro, vſque ad Hyſſopum, &c.* Et verò hiſtoriam de arboribus & plantis, ac in vniuerſum de agricultura non ſolum iucundiſſimam, & vtiliſſimam eſſe, ſed præterea Principe viro dignam, oſtendunt Lemnius lib. de Herbis Biblicis initio, Tiraquellus de Nobil. c. 2. vbi quæ ad agriculturę laudem faciunt,
B plurima congerit. Tangit & noſter Serarius ad id Eſther 1. 5. *In veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu conſitum erat.* Pater Pererius ſuper Geneſ. lib. 4. Maluenda de Paradiſo c. 65. dicemus quoque nos aliquid c. 2. Eccleſiaſtæ, vbi de Salomonis hortis. Nunc tantum, quod Plin. lib. 18. c. 1. ſcribit. *Rure, & agreſtibus vſibus vitam, & honorem apud Priſcos maximum fuiſſe.* Et Xenophon apud Ciceronem. *Nihil orbi tam regale videri quàm ſtudium agri colendi.* Quid ſi dicas ſtudium agri, non colendi, non vtendi, ſed intelligendi, & mente cōplectendi, quale in Salomone? in cuius pace, & tranquillitate cum creuit agriculturæ vſus, & ſtudium; tum cognitio & ſcientia, vt quidem multo elegantius, & opportunius in Salomonis parma
C pro inſignibus cælari potuiſſent falces, aratra, vomeres, quàm in illo Achillis clypeo, quem refert Homer. 8. Iliad. Quid enim agriculturæ, & ſcientię ruſticæ cum belligeri Imperatoris ſcuto, & cum armis? At multum cum pacifici regis inſignibus, & cum ipſa pace, ſub hoc enim, id eſt, ſub Salomone videntur *conflati gladij & lanceæ in vomeres, & falces*, aut certè potuiſſet amiciri Salomon pulcherrima, inſtar illius ſacerdotalis & Aaronicæ, regali veſte, in qua *totus eſſet orbis terrarum*, id eſt, tū varia animantia, tum herbæ, flores, arbores, plumario opere deſcripta & elaborata, Sap. 18. 24. inſtar illius alterius magnificentiſſimi pallij, quo amiciebatur Iupiter Elæus, vt refert Pauſan. lib. 5. *Sedentem in ſolio aureo, & eburneo, exornato animalium for*
D *mis, læua tenentem ſceptrum adfabre expolitum, & omnium metallorum varietate diſtinctum, cum Aquila ſceptro incumbente, cum pallio aureo, in quo cum diuerſa animalia, tum ex omnibus florum generibus, &c.* Quis enim alius habitus magis appoſitus ſapientiſſimo regi ſedenti in ſolio eburneo, diſputādi de ligneis, herbis, iumentis, volucribus, reptilibus, id eſt rerum omnium natura conſtantium ſcientiſſimo, quàm earum rerum, de quibus ſapientiſſimè diſputabat, præſentia, & conſpectus exornatiſſimus?

Sed quid ſibi vult illud diſputabat de lignis? An hoc referendum ad libros; qui de eiuſmodi rebus conſcripti a Salomone fuerunt? Minimè ſanè. Nā
E cum in originali propriè legatur; locutus eſt, intelligendum erit, non tam ſcripto quàm verbo diſputaſſe de arboribus, atq; aſſidua doctrina, & ſapientiſſimis reſponſis ſuos auditores de naturæ arborum arcanis inſtruxiſſe. Quamquam, & libros de re arboraria ſcriptos non repudio. Seu lubens admitto vbi de Salomonis libris.

At quorſum primo ſtatim loco arborum, & herbarum ante animantium, ſcientia præponitur? An quòd agriculturæ ſcientia vtilior, iucūdiorque ſit, quàm Animalium hiſtoria? facilior etiam ad vtendum & experiendum trāslatis ex alieno ſolo plantis, quàm animalibus?

Herbarum contemplatio ampliſſima. Plinius.
Scientia de Agricultura, Principe digna. *Lemnius. Tiraquel. Serarius. Pererius. Maluenda.*
Studium agriculturæ ſub Salomone.
Inſignia clypei Achillis.
Iſai. 2. 4.
Pauſanias. Signū Iouis Elæi.
2 Diſputatio Salomonis דבר
Herbaria res præpoſita animantium.

II. *Vir-*

II. *Virtutes radicum.*

3 SEd antequam aliquid de *Cedro*, & *Hyßopo* dico; illud ex Sapient. 7. 20. addendum, quòd Salomon teſtatur ſibi perſpectas fuiſſe *differentias virgultorum, & virtutes radicum*. Ex quo illud non obſcurè elicitur, quod Ioſephus, & alij ſcriptores innuunt, omnes Salomonis de rebus naturalibus libros medicinales fuiſſe: proptereaque de peculiaribus quarumcunque rerum facultatibus, & virtutibus ad humanos vſus, diſputaſſe. Et qui *virtutes radicum* audit, aliquid ſtatim medicinale concipit. Quippe in radicibus medicatas virtutes potiſſimum repoſuit naturæ Auctor, ex quibus non ſolũ in reliquas arboris partes, ſed prætetea etiam in hominem vis aliqua vitalis deriuari poſſet. Eſt enim radix in arbore, quod in animali cor; quod eleganter oſtendit Galen. libr. 6. de Decret. Hippocr. & Platonis, comparans truncum, qui a radice exit, cum maxima arteria, quæ a corde: rurſus partem illam inferiorem, quæ in terram radices agit, cum altera arteria ex eodẽ cordis ſinu exeuntes, quæ in pulmones ſcinduntur, &c. Idem docet libro de Anatomia viuorum, cap. 1. vt pro maximo rerum miraculo ſit, & ſcribatur a Plinio libro 19. cap. 2. *Aliquid naſci, aut viuere ſine vlla radice: tubera hæc vocantur vndique terra circumdata, nullisque fibris nixa*. Et c. 3. *Sunt* (inquit) *& in fungorum genere dicti a Græcis peſicæ, qui ſine radice aut pediculo naſcuntur*.

Salomonis libri medicinales.

Virtutes radicum ſalutares. Radix iſtar cordis. *Galenus.*

Plinius.

Quæ ſine radice naſcuntur.

4 Sed cum mirabiles etiam facultates, & virtutes non ſolum in radicibus, ſed prætetea in caulib. folijs, fructibus, ſeminibus indiderit naturę Auctor, vt idem Galen. de Alimentorum facultatibus lib. 1. cap. 1. atque experientia ipſa docet: Cur *radicum*, non item fructuum, ac ſeminum virtutes ſibi perſpectas memorat Salomon? An quia potiſſimè ſolidiores, & efficaciores radicum, quam aliarum partium facultates, & virtutes? & quidem ſubſtantia ipſa radicum craſſior, ſolidior, humidior. Propterea que radices illæ quæ manduntur, difficilis ſunt coctionis, ex medicorum & ipſius doctrina; qui ſanè inter medicinæ miniſtros herbarios, vel potius radicum excuſſores numerant; quaſi herbarum inueſtigatio, potiſſimum propter radices ſit. An cum virtutes radicum dixit, non reſpexit ad arbores, ſed ad herbas potius, in quibus non tam ſemina aut folia, quàm radices ad medicinam cõferunt? è contrario verò in arboribus, in quibus folia, & fructus potiſſimũ ad ſanitates, minimum verò radices? ſicut congruenter ad rerum naturas dictum eſt Apocal. 22. 2. *Folia eius ad ſanitatem gentium*. Sic enim *virtutes radicum*, nimirum herbarum, ſeparauit Salomon a differentijs virgultorum, id eſt, arborum. An quia virtutes radicum, ſiue arborum, ſiue herbarum, ſunt magis occultæ, minuſque cognitæ? vt de his videatur accipiendum, quod Plinius initio libri 22. de naturæ opere quod terra editur, ſcripſit. Diu fuiſſe occulta eius beneficia, ſummumque munus homini datum. Ac tandem quod ſcientia differentiæque radicum, ſupra quàm dici aut credi poteſt, mirabilis eſt tum in arboribus, tum in herbis, magnitudine, exilitate, duritia, mollitia, multitudine fibrarum, paucitate, craſſitudine, corporum gracilitate, lętitia, fragilitate, nodoſo habitu, vel enodi, ſimplici multifidoque; nec non etiam poſitu ſummo, vel imo, item narijs coloribus, nempe extremis, nigro, albo; & medijs, vt pallidis flauis, ſanguineis: proportione etiam, vt radix tantum deſcendat, quantum caulis aſſurgit, aut plus minuſve; vſu etiam & virtute, vt aliæ ſint venenum, aliæ antidotum; rurſus vna & eadem planta radicis multifidæ, qualis non longè a Malaca reperiri ſcribitur in hiſtoria de rebus Sinarum par. 4. cap. 17. cuius partes illæ, quæ ad orientem ſpectant, antidotum præſentiſſimum aduerſus quodlibet venenum; quæ verò ad occidentem, ipſiſſimum venenum ſunt. Diſſerit de differentia, & natura mirabili radicum, Plinius libro 16. cap. 31. Sed multo vberius, & quidem diligentiſſimè, Ioannes Ruellius libro 1. de Natura ſtirpium, cap. 5.

Cur nõ ſacta fructuũ & foliorũ, ſicut radicũ mentio.

Plinius.

Scientia radicũ varia & mirabilis.

Radix eadẽ contrariæ virtutis.

Plinius. *Ruellius.*

III. *Cedrus, vſque ad Hyßopum.*

5 SEd quid illud *a Cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad Hyſſopum, qui egreditur de pariete*? Quod ad faciam locutionis phraſim pertinet, indicantur duo alicuius generis extrema, videlicet in re arboraria quod primum ſummumque ſit, & quod vltimum, atque infimum: quale illud Numer. 6. 4. *Quidquid ex vinea eſſe poteſt ab vua paſſa vſque ad acinũ*, quod in Hebræo, Kaldæo, & Græco, eſt: *ab acinis, vſque ad corticem*, ſiue, *vſque ad folliculum vuæ*: quæ ſunt duo extrema inter quæ continetur vuæ ſubſtantia illa quæ exprimitur, & quæ varijs modis condiri, & cibi præparari ſolet. Simile quoque id Pſal. 138. 2. *Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam*. Sunt enim eæ velut extremæ duæ hominis actiones, ſub quibus quæcumque aliæ comprehenduntur. q. d. ſiue ſedeam otioſus, ſiue aliquid acturus ſurgam, ſiue in ipſo miniſterio & functione, conſiſtam immotus, ſiue quicquid denique agam, tibi perſpectus & exploratus ſum. Centum ſunt huiuſmodi, quæ non ſine pretio obſeruata eſſe debent Scripturarum ſtudioſo.

Duo extrema pro reliquis cõtentis in ſacro ſermone.

6 Sed quanam ratione Cedrus, & Hyſſopus cenſeantur duo generis arborarij extrema, inter quæ eius generis reliqua contineantur, minimè cõſtat. Nam ſi magnitudinem ſpectes aut proceritatem (quamuis Leuinus hanc potiſſimum in hac comparatione ſpectari intelligat, cap. 16. ſuarum herbarum biblicarum. Abulenſis verò Exod. 12. attendi vilitatem aut imperfectionem Hyſſopi, quaſi diceretur eſſe herba omnium viliſſima, & imperfectiſſima) non videtur Cedrus maxima, neque proceriſſima. Quamuis enim Plinius lib. 16. c. 40. ſcribat, Cedrum laudatiſſimam in Syria, atq; in Aegypto, ac Syriæ reges inopia abietis, cedro ad claſſes vſos. Et eam maximam in Cypro tradi *ad vndeciremem Demetrij ſucciſam, centum triginta pedũ craſſitudinis verò ad trium hominum complexum*: atque Ruellius lib. 1. c. 62. legat non *trium*, ſed *quinum hominum complexum*, quod videtur non tam ex Plinio accepiſſe, quàm ex Theophraſtro: ſcribente, in Creta, Africa, & Syrię montibus laudatiſſimã Cedrum eò vſque craſſeſcere, vt neque quinque hominum complexu cingi queat. Hęc inquã quamuis vera ſint, tamen Theophraſtus excelſiorem facit Cedro Iuniperum, & alias arbores craſſiores, & quas octo viri non complectantur, ſi noui orbis ſcriptoribus fides habenda, apud plures legimus. E contrario verò extremo non videtur Hyſſopus herbarum minima.

Qualis inter Cedrũ & Hyſſopũ comparatio.

Leuinus. *Abulenſis.*

Plinius.

Cedri magnitudo, & celſitudo.

Ruellius.

Theophraſtus.

Iuniperus.

Aloyſ Cadamuſtus in ſua nauig. c. 43.

Neque item hæc duo extrema cõſiderari videntur penes copiam & raritatẽ. Quamuis enim Cedri in Syria, & Palęſtina vbertim; prouenĩat, præſertim in Libano, qui mons excurrit, non per Iudæam ſolum, ſed etiam per Sidonẽ, & Phœnicem: & tanta Cedrorum copia fuerit Salomonis tempore, quanta Sycomororum, quæ ex ipſa comparandi ratione videtur vulgatiſſimæ fuiſſe 2. Par. 1. 15. *Præbuit rex Cedros, quaſi Sycomoros. quæ naſcũtur*

Petr⁹ Martyr in ſummario rerũ noui orbis.

Liban. quò ſe porrigat.

A *in campeſtribus multitudine magna.* Tamen iſta frequentia, & copia Cedrorum, non tã erat in Iudæa naſcẽtium, quam è Tyro, cæſarum & aduectarum ad Ieroſolymitanas operas. E contrario etiam extremo Hyſſopus non videtur rara, aut infrequens in Palæſtioa.

Cedrus, & Hyſſopus: vſu & medicina cõparata.

Ergo cenſendum non in re vna aliqua huiuſmodi comparationem fieri, ſed in multis; quamuis ea potiſſimum videatur Salomoni propoſita, quæ ad medicinam valet, & ad humanam vtilitatem, Tnm pręterea vt de illa *Arbore ſcientiæ boni & mali* nihil dicam, vt quæ fuerit extra communẽ aliarum arborum naturam; certè Cedrus videtur maxima, pretioſiſſima, vtiliſſima cæterarum rerum vſu, odore, æternitate, colore. Adde quod ſcribit

Arbor ſciẽtiæ boni & mali. Gen. 2. 9. 17

B Plin. eſſe radice inter omnes arbores maxima ſpatio, & plenitudine. Quæ omnia notiſſima & vulgariſſima apud omnes, Salomonis tempore, vt nihil magis, Diſpendium & operæ & temporis faceremus, ſi Cedrinam hiſtoriam hoc loco texeremus, quæ tamen cum vtilirate, & iucunditate, tum ex naruræ, tum ex medicinæ ſcriptoribus peti poteſt, & ad Scripturarum intelligentiam non inutiliter,

IIII. *Hyſſopus.*

7 SEd nẽ Hyſſopi tenuitatem per contemptum præteriiſſe videamur, operæ pretium fuerit, vidiſſe ſaltem quid rei ſit. Et vt magna ſemper fuit,

אזוב Hyſſopus quid ex ſacris, & ad quos vſus.

C in nominibus proprijs exponendis aut intelligendis, difficulras, atque varietas; ita ſanè, & in Hyſſopi nomioe originali, *Ezob.* Indicia illius, proprietates, & vſus, primum proferenda, ex quibus inueſtiganda herbæ natura & nomen; Scriptura quidem 3. Reg. 4. 33. *affirmat de pariete egredi*, id eſt, naſci; vt videatur dicere eſſe herbam parietariã, aut murariam. Secundò fit de ea *faſciculus ad aſpergẽdum ſuper liminare*, Exod. 12. 22. & Hebr. 11. 28. adhibetur ad aſpergẽdum, & *mundandum leproſum*, ſimul cum cedro, Leuit. 14. 4. Pſalm. 51. 9. Et comburitur ſimul cum cedro, & vacca oblata pro peccato. Num. 19. 6. Et iterum ad aſpergeodas res immundas. Verſ. 17. 3. Humilem herbam, medicinalem,

Hyſſopi facultas. Auguſtin.

D purgandis pulmonibus aptam, ſaxo hærentem radicibus, docet Auguſt. ſuper Pſalm. 50. Et Tractat. 119. in Euangel. Ioan. & lib 4. 99. 50. Numer. 9. 33. Greg. ſuper Pſalm. 50. Procopius in Leuiticum. Quæ videntur ſumpta ex Dioſc. lib. 3. c. 28. & Plin. lib. 26. cap. 6. Cyrillus apud Barbarum in Catena, vim habere calfaciendi, ſubducendi aluum, pituitæ concretiones & craſſos humores acuẽdi, & expurgandi. Addit Athanaſius ibidem vim habere ſurdes omnes eluendi. Et Gregorius, ſi cõteratur, acrimoniam oſtendere. Chryſ. ſuper ad Hebr. 9. dicit, Hyſſopum eſſe *ſpiſſum quid ac tenax*. Addit Gloſſa Num. 19. purgare immunditiam ſtomachi, & ibi Nicolaus, ſimul cum Cedro cremari ad ſacrificij, & vſtrinæ granitatem reprimendam. Hæc effecta, & proprietates Hyſſopi, tã ex ſacris quàm ex profanis deprompta.

Gregorius. Procopius. Plinius. Cyrillus. Athanaſ. Chryſoſt. Nicolaus.

E Iam ergo R. Kimhi in lib. Radicum, cenſet, Hyſſopum eſſe quem Latini *Origanum* vocant, atque illius ſeptem omnino ſpecies numerari. Hoc videtur ſequi Genebrard. Pſalm. 50. Pagnin. io Lexico, & qui illi virtutem expurgandi, calefaciendi, & acrimoniam odoris attribuunt; idemque legebant priſci illi Hebræi in vulgari lectione Hiſpana. Sed prorſus reijcit Abulenſis locis citatis Exod, Numer. & 3. Reg. Ex eo qnod neque Origanum naſcatur in muris, neqne ſit herba viliſſima atque inutiliſſima, qualem ipſe putat Hyſſopum, Mari-

R. Kimhi. Hyſſopus an Origanum. Abulenſis. Marianus.

A nus in ſua Arca, arbuſculæ ſpeciem vocat. Sed fallitur, cum ſit herba humillima. Apul. vult eſſe *Spartum*, quippe inutilem, neque ad alium vſum, quam ad texendos funes, & ad alia nauium armamenta, vt docet Plin. lib. 29. cap. 2. & lib. 24. capit. 9. Tum etiam quòd propter tenuitatem quaſi filorum, aut junculorum opportunè videatur fieri ex illo faſciculus ad aſpergendum. Sed obſtat, quòd nullius ſparti ſit in medicina vſus, potius noxium videatur animalibus: & quòd non egrediatur de pariete, ſed in campis ſterilibus & vitioſis.

An Hyſſo. ſit Spart. Plinius.

Ferè alij, quos citauimus, volunt eſſe, quem Grę ci & Latini dicunt Hyſſopum, non abſimilem Origano, ex Dioſcoride, Theophraſto, Hippocrate, Plinio, Nicandro, vt oſteodit Ruellius libro 3. de

Hyſſopus medicoru qualis. Ruellius.

B Natura ſtirpium c. 24. & 25. faciunt cum hoc proprietates Hyſſopi & Origani a rerum medicarum doctoribus ſuperius indicatæ, tũ etiam quòd Hyſſopus eiuſmodi ſit, vt commodè ex eo fiat faſciculus, ſiue ad ſeruandum, ſiue ad coquendum; ſic enim Plin. & Medici loquuntur; Sed repugnare videntur, quæ obijcit Leuinus Lemnius, cap. 26. Herbarum biblicarũ. Non enim eſt exilis aut minuta herba, aut quæ erumpat ex pariete, namque Hyſſopus aſſurgit aliquando in ſexquipedalẽ magnitudinem, ſpicato purpureoque floſculo, Eadem fere ratione reijciendum, quod indicat Genebrardus Pſal. 50. fortè Hyſſopum nomine indicare Serpillum: Coniectura eſſe poteſt, quòd her-

Lemnius. Hyſſopi magnitudo. Genebrard.

C ba dicatur a ſerpendo, & in Serpillo ſylueſtri eueniat, in petris maximè, vt ait Plin. lib. 20. c. 22. Vide Dioſc. l. 3. c. 43. tum etiam habet alios multos in medicina vſus.

Serpillum ſylueſtre.

Tandem Lemnius loco indicato propter locum 3. Reg. exiſtimat, ſacrum Hyſſopum eſſe quem vocant *Adiantum*, ſiue *Capillum Veneris*, quem nos vocamus *culantrillo de pozo*, eſt eoim herba muraria, aut parietaria, & ooo minus quam Hyſſopus tuſſicoloſis, & pulmonis vitio laborantibus, medetur. Er opportunè tum ad alia immunda expurganda, tum ad leproſos, quorum capita, & capilli vitioſa ſunt, adhibebatur in lege: capillos enim confirmat, denſat, criſpat. Opportunè etiam ad aſpergendum adhibebatur; quod humorem,

Lemnius. Adiãtum parietaria, & pulmonaria mica. Hyſſopus opportuna ad aſpergẽdum.

D quo immergitur, facilè reſpuat, munditiamq; ſeruet. *Alius* (inquit Plin. lib. 22. c. 21.) *adianto miraculũ, æſtate viret, bruma non marceſcit, aquas reſpuit, perfuſum merſumve ſicco ſimile eſt, vnde & nomen a Græcis.* Idem ferè Theophraſtus, qui etiam plura illius genera aſſignat. Atque illud tandem in hac herbula præter mirabiles alias virtutes, potiſſimũ relucet, quòd in noſtro Regum loco exponitur, nimirum quòd naſcatur de pariete, radice tam parua, vt poſſit nulla exiſtimari; ac ſequatur vmbroſas petras, ſpecus, ſaxa manantia, pariemmque ac fontium aſpergines. Neſcio quid etiam cũ Cedro commune habeat, vt cuj æterna ſint folia, & aduerſus veoena valeat. Eleganter itaque dictum ſit *a Cedro vſque ad Hyſſopum.*

Plinius. Theophraſtus. Adianti radix. Cedri & Hyſſopi conueniens natura.

E Sed rem iſtã claudo: *Felices* Plinius priſcos prędicat, *quibus plantarum cura fertilior, & induſtria fęlicior, & notitia maior: Et Reges quidem innumeros, qui artium honore colebantur, & in oſtentatione opum has præferebant, immortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrantes.* Iam longè fœliciſſimus Salomõ, cui fertiliſſima plantarum cura, induſtria fœliciſſima, notitia maxima.

Plin. lib 14 in Proœmio.

V. Et diſſeruit de iumentis.

LAtina *iumentorum* vox contractioris ſignificationis eſt in profaoo vſu, quàm in ſacro, & 8

quàm

כמהמה

L. legatis ſeruis, §. iumentis, ff. de legat. 3. l. ædiles, ff. de ediſſ.

Iumentum quid apud ſacros & profanos.

Nonius. Columella

quàm ipſa vox originalis. In iure ſanè, quòd & A Nonius Marcellus in voce *iumétum*, & Columella lib. 2. cap. 6. indicarunt, tantum comprehendit animalia dorſuaria, non armenta, vt boues. At in ſacro ſermone & armenta comprehendit, & quęcunque pecora, immo & feras, Exodi 19.13. Iob 35.11. Geneſ. 1.24. & cap. 7.14. Quare dicitur de *leone* Prouerb. 30. 30. & de ſæuiſſimis *beſtijs*, Deuter. 32. 24. Quæ quamuis naturæ, id eſt, creationis & antiquitatis ordine poſteriora fuerint volucribus, & piſcibus; at vſu & familiaritate viciniora ſunt. Huc illud repete, quod ex Sapient. 7. ſuperius afferebamus, perſpectas fuiſſe Salomoni *naturas animalium, & iras beſtiarum*, nimirum belluarum ferocitates, quippe non ſolum de cicuribus, B ſed de vniuerſis animalibus differuit.

Ars pecuaria in pretio.

Cicero.

Scriptores principes de natura animaliũ.

Niphus. Gillius.

Cum autem, non ſolum agricolam, ſed etiam pecuarium eſſe, honori & laudi detur à Cicerone, Deiotaro regi, id eſt, tetrarchæ nobili; cum nobiles etiam reges, Hieronem, Attalum, Philometorem, Archelaum, de Animalium naturis diligenter ſcripſiſſe Auguſtinus Niphus teſtetur, de Hiſtoria animaliũ initio; & Petrus Gillius ad Aeliani hiſtoriam; qui etiam nobiliſſimos reges habitos fuiſſe diligentiſſimos pecuarios ſcribit; quanta optimi, & ampliſſimi regis laus erit, non pecuarium, ſed pecuariæ rei peritiſſimum philoſophum fuiſſe? Digna itaque Principe diſſertatio de *iumẽtis*, quorum naturas noſcendi Magnus Alexander

Alexander ſtudioſus hiſtoriæ animalium, Ariſtotelis hiſtoria de animalium naturis.

Plinius.

ſtudio inflammatus nullis ſumptibus parcens, cõmentationem de animalibus delegauit Ariſtoteli, C aliquot millibus hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parere iuſſis, *omnium, quos venatus, aucupia piſcatuſque alebant, quibuſque viuaria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria in cura erant, ne quid vſquam genitũ ignoraretur ab eo*. Hæc Plinius lib. 8. c. 16. Ariſtoteli autem hiſtoriam animalium offerẽti, octingenta rependiſſe talenta Alexandrum, id eſt, ex bona computatione, quadringẽta octoginta coronatorum millia, auctor eſt Athenęus, lib. 9.

Athenæus.

Oppiani verſus de animalib.

& Antoninum Imperatorem ſingulis nummis aureis ſingulos Oppiani de Animalibus verſus, id eſt, ferè ſexies mille, accepiſſe, auctores ſunt, qui de Antonino Caracalla, Seueri filio, ſcripſerunt.

VI. Et Volucribus.

9

Auiũ ſcientiæ iucũditas & vſus.

PRoximum in vſu & vtilitate humana volucrũ genus, quod origine prius, fortè etiam dignitate, ſicut & loco: aereum quippe, & ſuperius terreſtribus & aquatilibus. Huius quoque ſcientiæ, non ſolum voluptas maxima atque iucundiſſima, ſed etiam vtilitas incredibilis, vt ex quibus aliarum ſcientiarum commoda, & ornamenta capi poſſint: quæ eleganter enumerat Vlyſſes Aldrouandus initio ſuæ ornithologiæ, quod eſt de vtilitate operis.

Aldrouan.

Volucris de alatis dicta.

Geminatio vocis ſynonimæ.

Inſecta quădã ſub genere volucrum.

Sed eſt obſeruandum ex vi originalis vocis, ſicut ex Latina *volucris*, ea omnia contineri, quæ alas habent, & quoquo modo volant, etiam inſe- E cta, vt ſunt apes, & eiuſmodi pennata omnia; nam dicitur de brucho, & locuſtis euolantibus, Nahũ. 3:16.17. & quod Gen. 1.21. dicitur, *Omne volatile ſecundum genus ſuum*, In Hebr. & Septuag. *Omne volatile pennatum*, vt ſignificaret quocunque modo volans, ſeu habens alas: nam ea repetitio eiuſdem rei per voces ſynonimas hanc vim habet, quamquam alibi ornatus tantum gratia & redũdantiæ, vtrumque nomen cõiungatur, Pſal. 148. & Pſal. 77. Et ſimiliter etiam eiuſmodi inſecta ad volucrum genus referuntur, Leuit. 21. *Omne volucre, quod graditur ſuper quatuor pedes*, & Deut. 14. A 19. *Omne quod reptat* (motitat ſeſe, & vagatur per aera,) *& pennulas habet, vt muſca ſcarabæus, locuſta*, &c.

VII. Et Reptilibus.

10.

רמש

Reptilis nomen quid cõprehendat.

REptilis nomen originale, ex propria notione illud ſignificat, quod non incedit pedibus, aut, & ſi pedes habeat, vt lacertus, vermes, & centipeda, ſed motitat ſeſe ſerpendo, aut repẽdo. Quod quidem cõmune eſt quibuſdam terreſtribus animantibus cum piſcibus; quare dicuntur *reptilia in mari*, Pſal. 103.25. *Illic reptilia, quorum non eſt numerus*, Habac. 1.1. *Quaſi piſces & quaſi reptile*, dicitur de terreſtri, Geneſ. 1.24. 25. 26. Ezech. B 38.20. Oſ. 2. 18. Ergo & is noſter locus 3. Reg. de *reptili* terreſtri accipiendus, vt tantundem valeat ac ſi diceret, de *ſerpentibus* diſputaſſe Salomonẽ.

Serpẽtium ſciẽtia vtilis.

Magna item huius rei varietas & iucunditas, tum verò vtilitas in cognoſcendis, ad euitandum & cauendum, venenatis animantibus, quorũ plurima in repentibus, & ſerpentibus natura ſua, ſine ſono inſinuantia ſeſe, & ſilentio nocentia, ſapiens admonet. Item ad medicinam, volẽte Deo vt venena ſibi ipſis remedia ſint, & ex peſte ipſa & morte antidotum conficiatur. Non pauca tandem ad mundi ornatum & varietatem iucundiſſimam.

Eccl. 10. 11

VIII. Et Piſcibus.

דגה

C IPſum nomen Originale variam ac multiplicẽ piſcium ſcientiam indicare poteſt. nam *Dag*, ſiue *Daga*, habet nomen à multiplicando. Sic enim dictum eſt à Creatore, Geneſ. 1. 22. *Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris*. Porro incremẽtum illud, non ſolum numero, ſed & magnitudine. Plinius de Aquatilibus lib. 9. cap. 2. [Sunt complura in ijs, maiora etiam terreſtribus; cauſa euidens, humoris luxuria, in mari tam latè ſupino, mollique, ac fertili accremento accipiente cauſa genitales è ſublimi ſemperque pariente natura.] His ſimilia Ariſt. 13. De Gener. Animal. cap. 11. Et ipſum verbum *producendi*, quo vtitur Scriptura 1. Geneſ. eam copiam numeroſiſſimam, & cuius nõ D eſt numerus, vt Pſaltes ait, indicat; nam *Sarath* eſt ebullire, eructare, ſcaturire in magna copia, & abundantia, quaſi dicat, producant aquæ, ebulliendo, ſcaturiendo, eructando in magna abundantia. Tum etiam eſt producere id, quod ebullit, quod mouetur, quod reptat, inſtar aquæ naſcentis ex ſcaturigine. At tunc non videbuntur conchæ, oſtreæ, echini, ſpongiæ, & alia id genus, quæ non ſunt animæ motabilis (quippe affixa fundo, aut ſaxis locum non mutant) comprehendi *Piſcium* appellatione. Sanè, ſi non motitant ſeſe; at illo comprehenſa ſunt hemiſtichio, *Animalia puſilla cum magnis*.

Plinius.

Piſcium genus multiplex & varium.

Ariſt.

שרץ

Conchæ & oſtreæ an piſcis nõie contentæ.

Pſ. 103 25.

Insecta diuerſa ad diuerſum genus relata.

Naturæ artificium in paruis animantibus.

Vnde vides ad ſuum quoque genus referri varia inſecta; nimirum ad reptilia terreſtria, aptera, E id eſt, carentia alis, vt ſimices, pulices; ſine pedibus etiam, vt limax, tinea, teredo. Ad volucres verò culices, muſcæ, cicadæ, apes, crabrones. Ad aquatilia, conchylia, teſtacea, hirundines, & alij vermes marini. Quanta varietas, quanta naturæ ſapientia? [Immenſæ (inquit Plinius) ſubtilitatis animalia; imagines ſiquidem corporibus, aut certè maioribus facilis officina ſequaci materia fuit. In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio? Hæc quoque exploratiſſima habuit Salomon, vt à quibus clariſſima vitæ inſtituendæ ſymbola deprompſerit.

IX. De

IX. *De Mineralibus, & lapidibus & gemmis.*

11. Mineraliũ & lapidum ſcientia.

HIſtoriam etiam mineraliũ, & ſubterrane-rum proculdubio indicauit Sap. 7. 21. *Et quæcunque ſunt abſconſa, & improuiſa, didici.* Quod cum nõ niſi externo labore, atque manuum operatione, & artificio præſtetur, opportunè ſubiecit, *Omnium enim artifex docuit me ſapientia.* Itaque & metallorum, & lapidum abſolutiſſimam cognitionem conſecutus eſt, vt nuper dicebamus. Et multo maiori iure lapidum cognitionem Salomoni tribuendam, quàm Moyſi, cenſeri oportet; præſertim cum huiuſmodi etiam lapidum ſcientia mirum in modum ad medicinam conferat; cuius Salomon Princeps merito cenſendus. Vide Euſeb. lib. 4. cap. 1. vbi agit de illis curationibus, quas Dij gentium morbis adhibere credebantur, ſed non niſi vſi facultatibus herbarum, lapidum, aromatum. Adde, nuſquam tot, tantaſque peregrinas gemmas, pretioſoſq; lapillos, quàm ad Salomonem allatos, & experimẽtis ipſis exploratos fuiſſe. Et Sozomenus quidem in ſua illa præfat. ad Theodoſium, rem hanc eleganter attigit, Imperatorem cum Salomone conferens: *Per multam (inquit) doctrinam audio te etiam lapidum ſcire naturas, poteſtatemque radicum, effectuſque curarum, non minus Salomon Dauid filio.*

Lapides medicinales. Euſeb. Sozomen.

Magnetis virtus Salomoni cognita.

An etiam Magnetis virtutem, & vſum nauticũ percalluit Salomon? Sanè quidem, vt qui longiſſimis nauigationibus claſſes ſuas ad prouincias lõgè lateque diſſitas deſtinauerit, quæ ſine acu nautica vix, ac ne vix quidem obiri potuiſſent. Sed de hac re fuſius cum de claſſibus Salomonis, & de pyxidiculæ magneticæ vſu & inuentione. Nominatim ex interpretibus Abulenſis & Nicolaus aſſerunt ab illo cognitam Magneticam virtutem. Ex profanis ſcriptoribus nonnulli alij, ſuo loco producendi, lib. 5.

Abul. Nicol.

CAPVT XXIII.

Medicinæ Princeps, & Magiæ naturalis ſcientiſſimus.

Ad locum Sap. 7. 13. Sine fictione didici: & ſine inuidia communico.

1 *Medicinam Salomonicam manaſſe ad poſteriora ſæcula. Libri de Medicina cur ab Ezechia ſublati.*
2 *Probi medici officium. Pars medicinæ prognoſtica. Dæmones in reddendis oraculis vſos Medicinæ ſcientia.*
3 *Medicina orta ab Aegyptijs. Singuli medici, ſingulis morbis deſtinati. Vnguentum Aegyptium.*
4 *Medicina principe digna. An noſter Salomon citatus ab Auicenna.*
5 *Salomon peritus magiæ naturalis. Hæc in quo ſita. Apollonij Tyanei magia qualis.*
6 *Salomon Apollonio ſapientior. Is captator laudis popularis. Illuſtratus Daniel.*

1. PHyſicæ pars, ſub illa poſita, eſt Medicina, atque illa potiſſimum, quæ ad hominis iam cognitam naturam, & conſtitutionem tuendam & conſeruandam, præcognitis iam herbarũ, lapidum, metallorũ virtutibus opportunè vtitur. Medicinam autẽ poſteriores medicos à Salomone accepiſſe, atque eum de curatione morborum omnium ſcripſiſſe, Euſebius luculẽtus auctor eſt, quem adducit Anaſtaſius Nicenus Epiſcop. q. 39. in ſcripturam, tum etiam Hyppolytum in Cãtić. Quorum teſtimonia operę erit pretium adiungere. Ergo Anaſtaſius interpretans illud; [Loquutus eſt Salomon de lignis à cedro &c. Hinc (inquit) veroſimillimum, eos, qui libros conſcripſerunt medicinæ, plurima decerpſiſſe, calidorumque & frigidorum, ſiccorum & humidorum ordinem compoſuiſſe, & hæc verba, illa herba, quanam menſura ſit frigidior, aut calidior; & huius animalis hæc particula cui morbo afferat remedium, vt pote fel hyęnæ, aut adeps leonis, aut ſanguis tauri, aut carnes viperæ. De his enim ſcripſerunt docti medici accepta occaſione ab his quæ primo ſcripſit Salomon.] Hippolytus verò apud eundem, in Cantica, ſic loquitur de Salomonis libris, & materia. *Vbi eſt vniuerſa eius cognitio? vbi hæc myſteria? & vbi libri? Fuit quidem magna corũ quæ ſcripſit materia. in diebus Ezechiæ; alij quidem libri fuerunt ſelecti, alij vero neglecti.* At Euſebius de Ezechia ſic affirmat, *Libros Salomonis, qui ſcripti erant de Prouerbiis, & Odis, in quibus tractabatur de natura plantarum & omni genere animaliũ, & de curatione omnium morborum de medio ſuſtulit Ezechias propterea quòd morborum medelas inde acciperet populus & nihili faceret a Deo petere curationes.* Quæ fere verba deſcripſit Georgius Cedrenus in ſuo hiſtoriarum compendio. Porro vtrumque ad medicinam conferendum, id eſt, & herbarum cognitionem, & fiduciam in Deum, eleganter docet Caſſiodorus lib. 1. Inſtitut. diuin. lect. capit. 31. quo medicos inſtituit; [Diſcite quidem naturas herbarum, commixtioneſque ſpecierum ſollicita mente tractare, ſed non ponatis in herbis ſpem; non in humanis conſilijs ſoſpitantes: nam quamuis medicina legatur à Domino conſtituta; ipſe tamen ſanos efficit, qui vitam ſine fine concedit.] Et quidem ſi huc reuoces illud, quod ſuperius dicebamus, ex Sapient. 8. 9. Sapientiam, vel ſapientem *æſtimare de futuris*, profectò ad medicinæ partem prognoſticam ſimul cum Phyſica & Aſtronomia, quibus medicina nititur, referri poterit. Qua ratione Euſebius lib. 11. de Præparat. cap. 5. ſcribit, multa futura potuiſſe per Phyſicam ab Hebræis ſapientibus prædici; & lib. 6. c. 1. ex teſtimonio Porphyrij lib. 1. de Oraculis, prædictiones Deorum gẽtilium ex motu cœleſti præuideri potuiſſe, vt [An fœminam marem ve mulier editura eſſet; quod ſuis Oraculis Apollo ex conceptionis tempore percipiebat. Maris enim pulmonem agitari humoribus reſpondit, quia ſub lebris Saturnus premeretur; Et in alio reſponſo: Faustus tibi adeſt dies, quem Saturnus, Mauorſque ſimul ſtatuerunt. Rurſus idem Euſebius lib. 4. cap. 1. Miracula, quæ ſimulacris attribuebantur, natura (inquit) rerum fieri potuiſſe; multa enim genera eſſe herbarum, multa lapidum; ſecreta quędam, & multis ignota, natura inſita morbos quoſdam tollentia, quoſdam inducentia: Alia enim contrahere, atque denſare, alia diſtrahere, & rarificare, tendere aut omnino mutare, aut ſaluare, nata eſſe; quod alia breui tempore, alia longo efficiunt. Multa etiam lucem lunæ ita ſequuntur, vt ſimul cum ea creſcant, atque decreſcant. Animalia igitur, nonnulla, plantæ, lapides, aromata, magnas virtutes inſitas ſibi natura poſſident, atque ad omnia poſitio quoque locorum multum conducit.] Hactenus Euſebius.

Medicina a Salomone ad poſteriores medicos dermana. Euſeb. Anaſtaſius. Hyppolyt. Euſeb. Libri de Medicina cur ab Ezechia ſublati. 2. Cedrenus. Medicorũ inſtitutio. Caſſiod. Medicinæ pars prognoſtica. Euſeb. Porphyr. Oracula Idolorum quomodo reddita. Miracula idolorum nõ fuiſſe ſupra naturã.

3 Ægyptios autem, quos *Sapientia prædicebat Salo*

mon,

Aegyptij medici.

A *mon*, fuiſſe medicina præſtantiſſimos, vt inde pręſtantiorem fuiſſe Salomonẽ certa coniectura fiat, conſtat ex vulgato illo Prouerbio, *Aegyptij omnes medici*, omniaque apud illos medicis plena; atque

Medicina orta ab Aegyptijs.
Mercurial.
Herodotus.

medicinam ab Aegyptijs ortum habuiſſe; contendit Hieronymus Mercurialis lib. 2. var. cap. 18. & eleganter lib. de Iſide & Oſiride. Videndus Mercurialis idem lib. 2. cap. 8. apud Aegyptios autem medicinam ſic diſtributam fuiſſe, auctor eſt Herodotus lib. 2. Vnius morbi, & non plurimorum vnuſquiſque medicus eſt; omnia verò medicis plena ſunt. Alij enim medendis oculis, alij capiti, alij dentibus, alij ventri, alij occultis morbis curandis ſunt deſtinati. Rationem item vomitionum, &

Vomitiones, & ſuffitus accepti ab Aegyptij.
Plutarch.

aliarum purgationum ab illis acceptam fuiſſe: Tum verò aeris, quo plurimum vtimur, expiatio- B nem & temperiem per varios reſinæ, myrrhæ, & odoratorum lignorum flammæ, & ſuffitus, Aegyptios docuiſſe ſcribit Plutarchus. Atque illius tandem celebre medicamentum quod *vnguentum Aegyptium appellatur*, quod qualeve fuerit differit Mercurialis lib. 2. c. 19. & noſtro ſæculo nobilis apud Romanos medicus, cuius etiam nobis opera

Marſilius Cognatus.
Vnguentũ Aegyptiũ.

& beneuolentia aliquando frui licuit, Marſilius Cognatus lib. 2. variarum obſeruat. cap. 9. vbi illam verſat quæſtionem. Cur maius vnguentorum *Aegyptij* cognomen habuerint apud Hippocratẽ, & pręſtantes alios medicinæ auctores. Tum idem Cognatus lib. 4. c. 10. oſtendit ipſos etiam Aegyptios reges ſe exercuiſſe in ea medicinę parte, quę C anatomica eſt, & in incidendis cadaueribus verſatur: quod teſtatum reliquit Plinius lib. 19. cap. 5. Vides igitur tantam Aegyptiorum, tamque recõditam curandorum morborum peritiam, longè

Salomon vincẽs Aegyptiorum medicinã.

ſuperatam Salomonis ſapientia & arte medica.

4.
Medicinæ ſtudiũ principe dignũ
Salomon citatus ab Auicenna quis.

Hanc item ſapientię partem rege non indignã, vt quæ à plurimis clariſſimiſq; regibus culta fuerit, copioſè oſtendit Tiraquellus cap. 31. de Nobilitate. Atque adeo citari ab Auicenna Salomonẽ pro quodam electuario, & à Sarapione in Antidotis cap. 20. & 33. tam certum eſt, quam incertum, an is quem citant, ſit rea Salomon, an quiſpiam alius eius nominis medicus.

5.
Salomon magiæ naturalis peritus.
Magiæ naturalis ratio & vis.

Iam ea his facile eſt ſtatuere, Salomonem Magiæ naturalis peritiſſimum fuiſſe, id eſt, exactiſſi- D mè rerũ naturas, vires, proprietates, ſympathias, antiphias, calluiſſe; prætereaque diuinare, aut efficere potuiſſe mirifica quædam, quæ rerum cauſas ignorantibus, aut præſtigioſa aut miraculoſa viderentur. Quæ eſt ipſa Magiæ naturalis propria ratio. In qua non dubium multos excellentes fuiſſe; ſicuti Apollinium illum Tyaneum, quem quidem Iuſtinus q. 24. ad Orthodoxos, ita commen-

Iuſtinus.

dat, *vt eius dictata in partibus mundi pollerent, & maris impetus, & ventorum curſus, & marium & ferarum incurſiones arcerent.* Quærunt ergo, cur vel illum non impediuerit Deus, vel per Prophetas, & Apoſtolos ſimilia fieri non voluerit. Ergo re-

Apolloni⁹ Tyaneus, magia excellens, vſus naturalibus virtutibus.

ſpondet, [Apollonium, vt virum naturalium potentiarum, & diſſenſionum ac conſenſionum ea- E rum peritum, ex hac ſcientia dictata feciſſe, non auctoritate diuina. Hanc ob rem in omnibus dictatis indiguiſſe aſſumptione idonearum materiarum, quæ eum adiuuaret ad perficiendũ quod efficiebatur, quæ quia fiebant ex ſcientia virium corporalium ad corporalem actionem hominũ, non euertit Dominus.] Tantum Iuſtinus non damnans Tyaneum, neque magiam naturalem.

6.
Salomon Tyaneo ſapientior.

Sed vt Salomonem ſapientiorem Tyaneo, ita & Magia præſtantiorem extitiſſe non dubitandũ: Hoc vno excepto; quòd Tyaneus fortè ad vanã oſtentationem mira multa efficiebat (vt & Anti- A christus olim faciet, *impudens facie, intelligens propoſitiones*, abſtruſas nimirum, & via vni aut alteri hominum cognitas) & quidem non indicatis cauſis, ſed de induſtria occultatis, vt Deus ipſe haberetur. At Salomon, vel illa non efficiebat, quæ ſciret, quæ poſſet, ſi inutilia iudicabat; vel ita efficiebat, vt ſimul illarum cauſas indicaret, & ad diuinas Auctoris naturæ laudes referret. Sed de hac re qui ſcripſerint, & quo ſale, ſiue inſpergendi, ſiue legendi, docet noſter Martinus del Rio, in aureo illo, & nunquam ſatis commendato opere, Diſquiſitionn. Magic. lib. 1. cap. præſertim 3.

Apolloni⁹ magia abutens ad vanam oſtentationẽ.
Dan. 8. 23.
Martinus del Rio.

An verò Salomon Magię ſuperſtitioſæ, & damnatæ ſe aliquando dediderit, vt ad eius peccata, & lapſus pertinet; ita non eſt huius loci, ſed lib. 7.

CAPVT XXIV.

Ciuilis doctrinæ conſultiſſimus.

Ad locum Sap. 9. 10. 12. Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & diſponam populum tuum iuſtè.

1 *Salomonem poſtulaſſe à Deo prudentiam. Ingredi & egredi in ſacro ſermone quid. Illuſtratus Moyſes.*
2 *Principis ex prudentia maieſtas, & gratia apud populum. Principum conſilia diuina. Illuſtrata Sapientia.*
3 *Sapientia confirmans regum decreta. Conſilium quid in ſacro ſermone: Ornamenta Principum ius dicentium. Explicata Sapientia.*
5 *Duæ regiæ virtutes Manſuetudo, & Fortitudo. Explicata Sapientia.*
5 *Duo principia naturalia legum. Salomon iuris conſultiſſimus. Salomon rex regum. Illuſtrata Sapientia.*
6 *An Salomon Moyſe iuris prudentior. An Moyſes ciuilis doctrinæ imperitus. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*
7 *Moyſes vt populo conſuleret, ſuæ ſaluti non conſulebat.*
8 *Salomon ciuili ſapientia inſtructior Dauide.*
9 *Vter ciuili iure prudentior, Adamus an Salomon. In vtramque partem dubium.*
10 *Salomonis præcepta politica ad omnes ſtatus.*

1
Prudentia poſtulata à Salomone.

AD ciuilem doctrinam, & eam, quæ ad regni adminiſtrationẽ, & rerum gerendarum facultatem, ſpectat, prudentia neceſſaria eſt, quam peculiariter videtur Salomon poſtulaſſe, cum *ſapientiam* petiuit 3. Reg. 9. *Dabis ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum.* Et 2. Paralip. E 1. 10. *Da mihi ſapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo.* Petiuit nimirum ſcientiam paſtoritiam paſcendi populum inſtar gregis, aut Imperatoriam, & veluti militarem ducendi & reducendi populum, inſtar exercitus, ſicut de eadem loquebatur facultate Moyſes Deuter. 31. 4. *Centum & viginti annorum ſum hodie, non poſſum vltra egredi, & ingredi*, id eſt, non poſſum vltra fungi officio ducis, aut gubernatoris, de quo ſacræ locutionis ſchemate ſuperius diximus.

Scientia paſtoritia regendi populum.
Ingredi & egredi qd.
2.

Denique hæc omnia lucem accipiunt ex illa oratione Sapien. 9. 11. cum petit Sapientiam, *quæ*

dedu-

deducat illum in operibus ſuis ſobriè (in actionibus A & rebus gerendis ſapienter, aut prudenter) *& cuſtodiat illum in ſua potentia* (propriè ex Græco; vt ſeruet illum in ſua gloria. Tigurina; *in maieſtate ſua*, quaſi ſapientia ſit, quæ regi maieſtatem conferat, gloriam, ſplendorem.) *& vt ſint accepta opera ſua* (vt acceptus, iucundus ſit ſuo populo, & quidquid iubeat, aut gerat, ſit in operibus ſuis gratioſos, ita Tigurina.) *& vt diſponat Dei populum iuſtè* (id eſt, gubernet, & diiudicet Dei populum, & confratrum ſuorum, non ſeruorum.) *Quis enim hominum poterit ſcire conſilium* Dei? (namque cōſilium regum, atque iudicum diuinom eſſe debet, ideſt, iuxta diuinæ legis regolam & normam.) Atque Sap. 8. 10. hanc ſibi partem ex ſapientia pollicetur, *vt in conſilio* aliorum magiſtratuum, & re- B gni principum atque conſiliariotum, primus ſit, non ſolum dignitate, ſed ſapieotia, atque iudicij, & ſententiæ ferendæ dexteritate; *Habebo* (inquit) *propter hāc claritatem* (gloriam) *ad turbas*, (ad vulgus, ignobile, quod aliquando tumultuari & ſeditionem mouere ſolet aduerſus principes, & magiſtratus) *& honorem* (venerationem) *apud ſeniores* (principes, & regni conſiliarios) *iuuenis; & acutus inueniar in iudicio; & in cōſpectu potentium mirabilis ero.* &c. cum quo illud conuenit Prouerb. 8. 14.

Sapientia concilians maieſtatē Principi. Gratia apud populum.

Cùr principum cōſilia diuina.

3\. Sapientia confirmāt Regum decreta.

עצה

תושיה

Cōſilium Regum & lex ſalutaria.

Meum (inquit Sapientia) *eſt conſilium* (nimirum, quod de rebus gerēdis, & de legibus ferendis inter magiſtratus, & regios conſiliarios iniri ſolet, tū ex proprietate vocis originalis, tum ex eo quod ſequitur) *& æquitas* (*Thuſciah*, lex, decretum ſoli C dum, firmum, ſalutare ſtatutum: & cum eadem vox ſignificet *ſubſtantiam*, aut eſſentiam afferat, videtur ſignificare legem, aut æquitatem conformem ipſi naturæ, & eſſentiæ rerū, atque iuſtitiæ) *Mea eſt prudentia* (prop. intelligentiā, & ſapientiā, vt nihil niſi cum ratione decernat, aut iubeat) *Mea eſt fortitudo* (de qua inferios) Hæc enim omnia ſunt optimi Principis virtutes & ornamenta neceſſaria in iure conſtituendo, atque dicendo. Quod cum conſilio, cum ſtabilitate, & firmitate, cum populi ſalute & bono, cum ratione legis naturalis comite, cum acrimonia & fortitudine, ad comprimenda vitia, & continendos in ſuo officio ſubditos, coniunctum eſſe debet.

Neceſſariæ virtutes Principis ius dicentis.

4\. Tandemque illas duas optimi Imperatoris vir- D tutes, & ciuilis doctrinæ adminiſtras, Manſuetudinem & Fortitudinem, ſibi ſapientiæ beneficio promittit, Sap. 8. 14. *In multitudine videbor bonus, & in bello fortis*: quę duo etiam Plato lib. 2. de Republ. in optimo gubernatore requirit, non ſecus, quàm in cane, & domos cuſtode. [Vbi namque (inquit) manſuetum iracundumque ingeoium reperiamus in alijs animalibus? in hoc vtique videre licet, & non minimè in eo cum quo noſtrum cuſtodem cōparabamus: noſti enim generoſi canis hunc à natora morem eſſe, vt aduerſus familiares & notos mitiſſimus ſit; contra verò, aduerſus ignotos.] Cum quo mirificè conſentit, quod de manſuetudine, & eius extremis docet Ariſt. 4. E Ethic. cap. 3. & quod in illis ſui populi gobernatoribos; & imperatoribus mitiſſimis pariterque fortiſſimis, non ſolum delineatum, ſed expreſſum Deus voluit: nimirum in Moyſe & Daoide, vt eleganter oſtendit Baſil. Epiſ. ad Greg. Nazianz. Chryſoſt. hom. 16. in Matth. & ſuper Pſalm. 4. Itaque videtur Salomon propoſuiſſe ſibi Dauidem parentem *in multitudine bonum, & in bello fortem*; cum ſapientiam petebat, vt eſſet *dignus ſedium patris ſui*. Sap. 9. 13.

Manſuetudo & fortitudo Principis. *Plato.*

Ariſt.

Baſilius. Nazianz. Chryſoſt.

5\. Sed cum ciuilis & adminiſtratoriæ doctrinæ ſummam perfectionē impetrauit à Deo, procul- A dubio vniuerſas leges Moſaicæ politiæ, atque earum rationes perfectiſsimè calluit, atque principia illa rationis oaturalis, ex quibus ſanctiſſimæ leges proficiſcuntur; vt non ſolum tunc temporis in ſua republica, ſed etiam in qualibet alia bene conſtituta politia, ac in Romano poſtea Imperio ſummus Iuris conſultus haberi potuiſſet. Namq; primariæ illæ atque potiſſimæ adminiſtrandorū regnorum leges, vt pote à natura ipſa arreptæ, hauſtæ, expreſſæ, non vni tantum regno, aut genti peculiares fuerunt, ſed communes vniuerſis; vt facile ſanè ſit ciuilis Iuris Hebræorum, Græcorū, Romaoorum, Barbarorum aliorum parallela cōficere, & quaſi per omnes Iuris titulos excurrendo, leges cum legibus contendere, id eſt, Moſai- B cas cum externis. Cuius rei booam partem confecerunt qui de Hebræorum Republica hactenus ſcripſerunt, viri dioinioris litteraturę non omoino expertes, externæ & profanæ bene periti. Quæ omnia & locem & robur accipiēt ex eo quod inferius lib. 4. oſtendemus, Salomonem fuiſſe regē regum, atque ios dixiſſe non ſuis ſolum, ſed etiam externis; ſapientiæ beneficio ſibi pollicentem; *Diſponam populos, & nationes mihi erunt ſubditæ*; & iterum; *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt; per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam*. Sapient. 8. 14. Prouerb. 8. 14. 15. 16.

Duo principia naturalia legū.

Salomō Iuris conſultiſſimus.

Cōparatio legum Hebræorum cum profanis.

Salomon Rex Regū.

Sed non prius hinc abeūdum, quàm in ea ſciē- 6. tia politica, atque bene & ſapienter moderandi populum, quæ eſt ipſa iuris prudentia, Salomonē C cum alijs regibus, nominatim cum legislatore Moyſe contendamus; qui vtpote Legislator, fuit ſanè Iuris prudentiſſimus. Quò videtur reſpexiſſe Rabbi Moyſes Aegyptius lib. 3. ſui Ductoris cap. 55. dum præfert Moyſen Salomoni, refertq; ſuorum Rabbioorum vulgatum illud teſtimonium: Dixerunt (inquit) *de Moyſe magiſtratu noſtro; Pater in ſapientia, Pater in lege, Pater Prophetarum*. Et quidem cum Moyſes fuerit à Deo legis accipiendæ, popolo verò promulgaodæ minister, oportuit non ſolom propter cerimooialia præcepta fuiſſe earum rerum ſapientiſſimum, quæ præceptis continebaotur, nimirum quadrupedum, volucrum, piſcium, aliquarum etiam herbarum aut planta- D rum; ſed præterea propter leges politicas fuiſſe Iuris ciuilis prudentiſſimum, vti decebat primum legislatorem; inſtar eorum Prophetarum, quibus ſuæ prophetiæ minimè erant igootæ aut obſcuræ.

An Salomon Moyſe iuris prudentior.

R. Moyſes.

Sapiētia legislatoris.

Nihilominus tamen ciuilem in Salomone doctrinam mulro excellentiorem fuiſſe, quàm in Moyſe, docet Abul. 3. Reg. 3. q. 7. Pererius lib. 5. in Geneſ. quæſt. 3. intelligens Salomonem ſapieotiſſimum cunctorum mortalium ſcientia politica, quæ eſt prudentia bene regeodi ac moderādi ciuitates, & populos. Sed nominatim de Moyſe, cenſet Abul. multo inferiorem Salomone, quippe [valde rudem in rebus politicis: oam neſciuit E (inquit) ordinare politiam Iudaicam: ſed propter defectum regiminis ſui, ipſe affligebatur nimis, & non poterant diſcuti cauſæ Hebræorum. Vnde Iethro ſacerdos Madian venit, & ordinauit politiam Iudaicam ſioe magna inquiſitione, diſtinguens populum per tribunos, id eſt, millenarios, & centuriones, qoinquagenarios & decanos; & ſecundum hos accepit Iudices, Exod. 18. & Iethro miratus eſt, & quaſi irriſit Moyſen, dicens: Stulto labore conſumeris tu & populus, qui tecum eſt: Item circa legislationem erat Moyſes ſatis ignorans, quia filij Salphaad ſemel qoæſiuerunt de dubio ſatis facili, & neſciuit reſpondere Moyſes,

Abul. Pererius.

An Moyſes ciuilis doctrinæ imperitus.

quouſque

quouſque retulit dubium ad audientiam Dei. Numer. 27. Iterum etiam filij Manaſſe quæſierunt de alio dubio ſimili, & Moyſes non reſpondit, ſed conſuluit eum ſuper hoc, Numer. vltimo. Hactenus Abul. cui cum aſſentiar, quod ad Salomonis excellentiam attinet, ſed tamen aſſentiri nemo iure debet quod ad Moyſis ruditatem, & Iuris dicẽdi imperitiam addit. Vt enim antiquiſſimus fuit Legiſlatorum omnium, quod Ioſephus demonſtrat lib. 2. contra Appionem: Ita non minus ſapientia, quàm tempore cæteros legiſlatores ſuperauit. Et ſanè aptiſſimo Deus inſtrumento vtebatur *manu mediatoris*.

Ioſephus.

7 Moyſes vt populo cõſuleret, ſuę ſalui non cõſulebat.

Optimi Principis officium.

Ergo quod Iethro illi obijcit, nihil de illius ſapientia ciuili detrahit, quamuis conaretur quidẽ bonus ſocer, & prudenter ſanè, detrahere de aſſiduo & moleſtiſſimo ſui generis labore in dirimẽdis populi cauſis, & litibus, nullo alterius iudicis aut inferioris magiſtratus adminiculo. Itaque prudentiſſimus Iuris, vt conſuleret populo, ſuis ipſe viribus atque ſaluti imprudens minimè conſulebat. Illud item prudentiſſimi Legiſlatoris erat in cauſis non omnino difficilibus illas cum omni ſubmiſſione referre ad ſupremum Imperatorem Deum, & legum non ſolum Principem, ſed Principium frequenter conſulere. Quamquam, neque illæ cauſę, quas Abul. proponit, ſua difficultate caruerunt.

8. Salomon ciuili ſapiẽtia inſtructior Dauide.

Si contentio fiat Salomonis cum alijs regibus, quis dubitet peritiorem fuiſſe peritiſſimis, etiam Dauide parente? quo vt fortiſſimo imperatore, ac duce bellis aſſueto, tranquillior Salomon: ita Iuris, & legum, quę inter arma ſilent, in pace florẽt, aut ſtudioſior, aut certè intelligentior, & exercitatior; & ad peculiares, ſiue ciuitatum ſiue populatium neceſſitates & controuerſias, opportuno conſtitutionum remedio ſedandas attentior.

9. Salomon ne Adamo ciuili iure ſapientior.

Si ciuilem Adami Doctrinam cum Salomonica conferas, videbitur Adamus vt cæteris ſciẽtijs, ita etiam Iuris prudentia mortalium omnium ſapientiſſimus; & qui ex principijs illis iuſti & æqui naturæ lumine perſpectis, ritè & rectè deduceret atque cognoſceret peculiares omnes iuris & æqui ſeruandi regulas, ac leges quocunque tempore, quacumque occaſione vtiles & opportunas mortalium vitæ: vti tandem decebat primũ generis humani propagatorem, atque doctorem mortalium, non ſolum rerum aliarum ſed bene viuendi legum doctrina tradita.

Salomon cognoſcẽs omnes iuris & æqui rationes.

At ex alia parte video Abulenſem plus aliquid ſapientiæ Salomoni tribuentem, quàm Adamo. vide Pererium hac ſola ſcientia politica præferẽtem Adamo Salomonem. Cum quo facit, quòd Adami tempore nulla erant conſtituta regna, nullæ inſtitutæ reſpublicæ: in quarum conſeruatione, & moderatione, magna iuris ac legũ pars inſumitur. Multa vſus ipſe & exercitatio regię adminiſtrationis poſteros principes docuit. Multa denique ratio ipſa inuenit iuſtitiæ, & æquitatis præſidia quotidianis experimentis admonita, & excitata: quæ & adfuiſſe Salomoni, & defuiſſe Adamo exploratum eſt. Video rem vtrinque probabilem; propterea per me in medio relinquendam.

Salomõ peritior iuris Adamo.

Abul.

Pererius.

Vſus poſte norũ ſeculorum defuit Adamo.

10. Salomonis præcepta politica ad omnes ſtatus.

Non ſolum verò in Theorica politicorum doctrina, ſed in practica etiam bene moderandi & conſtituendi ſui regni ſtatum & publica commoda, diſtribuendi officia, & publica munia ducum, iudicum, præfectorum, ita excelluit Salomon, vt videatur proponi pro aliorum principum exemplari: cum illius regni magnificentia & adminiſtratio deſcribitur 3. Reg. 4. de quo nos peculiari cap. lib. 5. cum de officijs curiæ & domus regiæ Salomonis.

Politica Salomonis præcepta per oẽs illius libros ſparſa.

Tandem politica præcepta ſanctiſſima atque ſapientiſſima paſſim & ſparſim per ſuos libros diſſeminat; Ad ſeruandam & amplificãdam rempublicam, Prouerb. 11. verſ. 11. 14. cap. ŭ5. 22. cap. 14. 34. c. 20. 28. Quales eſſe debeant optimi principes, cuius ætatis, cuius ingenij, cuius conditionis, Prouerb. 19. 10. 29. 4. Eccleſ. 10. 5. 6. 7. 17. Sapiẽt. 6. 26. Eccleſ. 9. 24. 25. cap. 10. Vnde regni ſplendor, regni vè malum, & ruina: Eccleſ. 5. 7. Prouerb. 15. 16. 28. 28. & 29. 2. 8. 16. Eccleſ. 1. 10. 1. Regem honorandum atque timendum, Prouerb. 16. 14. & 19. 12. 25. 6. 7. 24. Eccleſ. 8. 24. Regis beneuolentiã procurandam, iram ſuſtinendam, & placandam patientia. Prouerb. 16. 15. 19. 12. & 20. 2. Eccleſ. 1. 8. 1. 2. Denique virtutes regias docet, abſtinentiã, veritatem, caſtitatem, clementiam, iuſtitiam, Prouerb. 31. 5. & 20. 28. & 25. 3. & 17. 7. & 29. 12. & 28 15. & 20. 3. 8. 26. & 25. 2. & 16. 10. 12. & 29. 14. Eccleſ. 10. 17. 31. Suadet principibus ſapientiæ ſtudium, Eccleſ. 4. 13. Prouerb. 28. 16. Sap. 6. 26. Immo per totum integrum librũ qui ad iudices & principes refertur. Denique regia conſilia & conſiliarios inſtruit, Prouerb. 14. 35. & 16. 13. & 22. 11. & 25. 3. 4. 5. & 21. 1. Eccleſ. 10. 20. Eccleſ. 32. 22. & 37. 7. 20. & 40. 27. Nulla verior, nulla ſanctior, nulla vtilior regni, regiſque inſtitutio, quàm ſacra ex Salomonis politica.

Principũ qualitates.

Erga principes reuerentia.

Regum virtutes.

Iudicũ inſtitutio.

CAPVT XXV.

Oeconomicæ atque Ethicæ ſapientiſſimus Præceptor.

Ad locum 3. Reg. 10. 4. Videns Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum, &c.

1 *Politia domus Salomonicæ. Illuſtratus locus Regum.*
2 *Salomonis præcepta œconomica per omnes œconomiæ partes.*
3 *Ethicæ abſolutiſſimus præceptor. Ethicæ tradendæ partes deſignatæ à Salomone, & comprehenſæ illius libris.*

1. Politia domus Salomonicæ.

Politicæ attexenda Oeconomica. Hanc in Salomonica domo cum conſideraret Regina Saba, vidẽs nimirum *domum quam ædificauerat, & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorũ, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, & pincernas, & holocauſta, quæ offerebat in domo Domini nõ habebat vltra ſpiritum.* 3. Reg. 10. 5. Quia præ admiratione obſtupuit & obmutuit deficiente illam ſpiritu, voce, ſenſu: ſic enim legunt Septuag. *extra ſe facta eſt*, non quia loqui non poſſet, cum referatur eius oratio ad Salomonem, ſed quia nullis verbis aſſequi poterat tantam vel Salomonis magnificentiam, vel ſui animi admirationem. nã illud coactum, quod ait Abulen. *non habuiſſe vltra ſpiritum*, id eſt, non ſatis intelligere, aut admirari potuiſſe vt exponemus inferius lib. 5. vbi de Regina Saba. Sed de re hac tota dicemus ad cap. 2. Eccleſiaſtæ. Atque vtinam ille, quam cœpit ſuæ domus honeſtam & ſanctam diſciplinam tenere, retinuiſſet diutius, ac non penitus bene conſtitutum domus ſuæ ſtatum euertiſſet, tot accitis fœminis, atque tum ſui, tum religionis cura illarum arbi-

Quis reginæ Saba ſtupor.

Abul.

arbitrio, ſeu potius libidini, permiſſa. Sed de hoc A tamen lib. 7.

2. Præcepta œconomica tradita à Salomone. De domo ædificãda. Leges coniugum. Qualis vxor.

Nunc tantum perfectam œconomiæ & domus inſtituendæ diſciplinam traditam à Salomone ſaluberrimis præceptis, ſiue domo ædificanda ſapientiæ beneficio, Prouerb. 24. 34. & 24. 29. Leges coniugum, vxoris potiſſimum præcepta, traduntur Prouerb. 11. 16. & 22. 14. 1. & 31. 10. 30. Eccleſ. 7. 29. 30. Qualis vxor. Damnatur quippe vxor laſciua, vaga, litigioſa, ſuperba. Prouerb. 11. 2. 22. Prouerb. 5. 7. & 19. 14. Eccleſ. 7. 31. & 9. 1. & 25. 2. 4. 21. 25. Prouerb. 12. 4. & 18. 23. & 21. 9. 19. & 27. 15. Eccleſ. 22. 4. 5. & 26. 27. 29. leges Parentũ & liberorum, Prouerb. 1. 8. & 4. 1. & 13. 24. & 19. 18. & 20. 7. & 22. 26. & 29. 17. Eccleſ. 4. 23. & 7. 25. Prouerb. 23. 22. Eccleſ. 25. 31. 8. 14. & 7. 29. Eccleſ. B 16. 1. & fere Prouerbia vniuerſa, & Eccleſiaſticus, plena ſunt præceptis bene inſtituendi filios. Neq; deeſt dominorum & ſeruorũ inſtitutio, Prouerb. 11. 24. & 14. 15. & 17. 8. & 29. 19. 21. & 27. 18. Eccleſ. 10. 28. & 7. 22. 23. & 33. 25. 31. Denique illa vltima œconomiæ pars de non negligenda re familiari non negligitur à Salomonis œconomica, ſed docetur. Iubentur enim agri curari & coli; & neque auarè, & ſordidè, neque prodigè aut luxurioſè viuendum; vt nihil ad perfectam œconomiã deſiderari poſſit in Salomonis doctrina. Immo nihil in œconomicis aliorum Philoſophorum non ſumptum ſit, ſi verè & ſapienter dictum ſit, ex Salomonis præceptis & inſtitutione.

Officia parentum & liberorum.

Domini & ſerui.

Curanda res familiaris.

3 Ethicæ abſolutiſſim⁹ præceptor.

Ethica tandem, & ea abſolutiſſima & per omnes ſtatus, per omnes virtutes, omneſque virtutũ C ſpecies, & officia perfectiſſimè traditur in omnibus Salomonis libris. Cum enim Ethica propriè pertineant non tam ad ſocietatem rectè inſtituẽdam quàm ad ſingulos cuiuſque mores, hos ſanè mirificè inſtruunt, & informant ſanctiſſima Salomonis præcepta, per omnes illius libros diſſeminata. Primum enim vt excitet ad virtutis ſtudiũ, proponit virtutis, & piorum laudes, vbicunque ſapientiam & iuſtitiam commendat Prouerb. 11. 19. 20. 27. & 12. verſ. 28. & 13. 6. vide etiam Prouerb. 10. 7. & 13. 9. propoſito etiam præmio certo, atque ampliſſimo, Prouerb. 11. 18. & 18. 30. & 10. 24. 28. & propoſitis interdum commodis & præmijs temporalibus, Prouerb. 10. 6. & 13. 25. & 21. 20. & 26. 10. & 18. 10. & 16. 7. & 11. 8. promiſſa etiã poſteritate felici & diuturna, Prouerb. 2. 21. 22. & 10. 18. 30. & 13. 22. tandem lætitia & quaſi ſecuritate conſcientiæ, Prouerb. 15. 15. Sicut è contrario impiorum cõſcientiæ remorſus & trepidatio. Prouerb. 28. 1. quibus minatur miſerandum exitium, Prouerb. 2. 10. & 6. 15. & 19. 3. iterũ Prouerb. 3. 33. & 12. 7. & 14. 11. & 21. 12. ipſa enim peccata illos perdunt, & euertunt, Prouerb. 4. 22. 13. & 12. 3. 13. & 10. 25. & 11. 31. & 14. 14. 32. & 16. 27. & 29. 6.

Salomõ excitãs ad virtutis ſtudium.

Pietatis cõmendatio & præmiũ.

Impietatis ſuppliciũ.

Integri hominis ex pietate inſtitutio.

Denique omnes hominis partes & membra inſtituit & informat, cor, linguam, oculos, pedes, Prouerb. 4. 24. 26. 27. & 8. 13. & 12. 17. & 20. 12. E & 13. 12.

Diuinorũ præceptorũ exequẽdorũ præcepta.

1. Præceptum.

2.

3.

Singillatim verò excurrit per omnia præcepta diuinæ legis, quæ præterquam quòd in communi illa commendat, dum ad timorem Dei hortatur, & ad cuſtodiam mandatorum, Prou. 10. 27. & 19. Eccl. 8. 12. 13. 14. & Prouerb. 14. 27. & 15. 33. & 19. 23. & 29. 23. ſed quod ad primum præceptum pertinet, Prouerb. 3. à num. 5. vſque ad 11. Secundum, de non iurando & de votis ſoluendis, Eccl. 5. 3. 4. 5. & 8. 2. Eccl. 2. 3. Tertium, de ſabbathis ſanctificandis, & primitijs offerendis, Prouerb. 3. 9. 10. & 21. 3. 27. & de Templis honorandis & frequentã- A dis, Prouerb. 9. 1. Eccleſ. 4. 17. Quartum, de honorandis parentibus, Prouerb. 6. 20. 21. 22. & 15. 20. & 20. & 23. 22. & 30. 17. & de honorãdis dominis, Prouerb. 27. 18. & 29. 19. & de honorãdis ſenibus, Prouerb. 16. 31. & 20. 29. Quintum, de non occidendo, Prouerb. 1. 11. vſque ad 19. & 28. 17. & de omni crudelitate abijcienda, Prouer. 17. 11. & 24. 15. paſſim etiam de ponendo odio, reprimenda iracundia, non ferendis, ſed deſerendis litibus, atque omni humanitate ſeruanda, concordia & pace retinenda. Quarum rerum præceptis refertiſſimi ſunt omnes Salomonis libri. Sextum, de non mœchando, non adulterando, meretrice abijcienda, & aliena omni, paſſim item Salomon tum in Prouerbijs & Eccleſiaſtico, tum in Eccleſiaſte, cũ B peſtem & mortem, quam afflat meretrix, & infinita quæ affert mala deſcribit. Cum quo facit, quòd ebrietatem, & vinum deteſtatur, atque omnem intemperantiam, Prouerb. 20. & 23. 28. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 31. 4. 5. 6. 7. & Eccleſ. 2. 3. commendatur caſtitas, & vxor modeſta, diligens, ſilens, ſilẽs, ſolicita, Prouerb. 12. 4. & Prouerb. 31. & 17. 6. & 18. 22. & 19. 14. Septimum, de non furando, Prouerb. 6. 30. 31. & 22. 16. & 29. 24. atque ad hæc omnem auaritiæ & fraudis, atque vſuræ rationem inſectatur, ac potius liberalitatem, & eleemoſynam ſuadet, Prouerb. 11. 24. 25. & 14. 21. 22. & 16. 4. 6. & 19. 17. & 21. 13. & 22. 9. & 28. 27. & Eccleſ. 12. 1. 2. Octauum, de non mentiendo, quo non ſolum mendacia damnantur, ſed falſa teſtimonia, detra- C ctiones, iniuſtæ lites, paſſim ac ſæpe inuenias à Salomone repetitum. Denique nullum inuenias Diuinæ legis præceptum ad cuius obſeruationẽ non multa & magna præſidia ex Salomonis doctrina & libris petere poſſis. Ac ne multus ſim, nulla ſit virtus, cuius vel adhortationem & commendationem; vel vitium cuius vituperium & dehortationem non attigerit Salomon. Sanctiſſimus ſanè atque veriſſimus tum etiam vbertimus Ethicæ diſciplinæ doctor habendus eſt.

4. Præceptum.

5. Præceptum.

6. Præceptum.

7. Præceptum.

8. Præceptum.

CAP. XXVI.

D Idem ſummus Theologus naturalis, ſupernaturalis.

Ad locum Sap. 7. 25. Vapor eſt virtutis Dei, & emanatio quædam charitatis illius.

1 *Metaphyſica Hebræorum. Illuſtratus Eccleſiaſtes.*

2 *Salomon ſcientia intelligentiarum inſtructus. Illuſtrata Sapientia.*

3 *Salomon Theologus abſolutiſſimus. Sapientiæ nomina Theologica. Theologia cur dicatur Sacerdos. Semel & iterum illuſtratus locus Regum.*

4 *Theologia vapor diuinus, & radius Dei. Nilus aqua turpida. Nili nomen ex Hebræo & Græco. Illuſtratus Iſaias.* E

5 *Radius de ſcientia ſublimiori. Theologiæ noſtræ ſubalternata ſcientia Dei & beatorum. Theologia vult eſſe ſanctitatis comes. Scientia ſua ſponte quærens Deum. Illuſtrati Sapientia & locus Regum.*

6 *Auertere quid in ſacro ſermone. Sapientia inſtar fluminis quærens ſuam originem. Cultus Dei demandatus ſapientibus. Illuſtrati Eccleſiaſticus, Ioannes, Iacobus.*

7 *Quæ de Deo & diuinis docuerit Salomon. Idem Propheta.*

8. Ada-

8 *Adamus propheta quibus fidei myſterijs inſtructus. Varia doctorum ſententia comparantium Salomonem cum Adamo. Media eligitur vt verior.*

9 *In diuinorum cognitione comparatus Salomon cũ Moyſe, Abrahamo, Dauide. Quæſtionis ſolutio temperata.*

I. *Hebræorum Metaphyſica.*

1. *Euſeb.* Metaphyſica Hebræorum.

INtellectualem Hebræorum phyſiologiam, id eſt, metaphyſicam, Euſebius celebrat. lib. 11. de Præparat. c. 6. atque à Moyſe & Hebræorũ poeus Platonem accepiſſe: ſed Salomonem tum vel maximè etiam diuiſiſſe in corruptibile & in incorruptibile, intellectuale, & corporale, cum in Eccleſiaſte docuit; *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum,* &c. Eccleſiaſtæ 1.9. Quod ad Metaphyſicam pertinere ex Platone, & Numenio confirmat. De quo ſuo loco.

2. Salomon ſcientia intelligẽtiarum inſtructus. *Cantacuzenus.*

Quòd autem ſublimi illa intelligentiarum cognitione Salomon inſtructus fuerit, agnoſcit Cãtacuzenus ſuper id Sap. 7. 23. *Eſt in ſapientia ſpiritus intelligentiæ, qui capiat omnes ſpiritus.* Vbi indicari exiſtimat omnes Angelicas Hierarchias, atq; ordines. Sicut autem Theologi cum Diuo Thoma 1. p. q. 94. concedunt primo parenti Angelorum, & rerum ſpiritualium ſcientiã quandam præſtantiſſimam; ſed non tamen per proprias ſpecies, aut ſine vſu corporearum ſpecierum: ita ſanè neq; Salomoni concedenda; fortè tamen excellentior Adamo, quàm Salomoni.

I I. *Theologia.*

3. Salomon Theologus abſolutiſſimus.

Sapientiæ nomina Theologica.

QVod verò ad rerum diuinarum ſcientiam, id eſt, ad ſupernaturalem Theologiã attinet, vt ſumma, ita & prima, atq; potiſſima ſapientiæ diuinitus inditæ pars diuina fuit, id eſt, Theologica; qua Salomon, vel ſuo ipſius teſtimonio veriſsimo, atque incorruptiſſimo, abſolutiſsimus euaſit; cum Sapient. 8. ait ſe reperiſſe ſapientiam, quæ nobiliſsimi, id eſt, diuini generis eſſet. Vbi longè pulcherrimè Theologiam deſcribit. (inquit) *amaui,* &c. *Generoſitatem illius glorificat.* vbi apertè Cantacuzenus interpretatur, ex *Theologiæ adytis ac penetralibus animum contendiſſe ad huiuſmodi amoris affectionem.* & interrogat, cum ait; Hanc amaui & exquiſiui; quam tandem Hãc oporteat intelligi. Reſpõdet verò, illam omnino, *quam ſupra ſexcentis Theologicis nominibus collaudauerat.* Addit verò Salomon generoſitatem illius glorificat. Quod videtur referri à Latino interprete ad ſapientiam ipſam, qua *contubernium habens Dei,* id eſt, aſsiduè cum illo verſans, nobilitatem ſupremam inter omnes alias ſciẽtias obtinet. Deinde *Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei.* Quippe docet diuina; vel, vt in Græco propriè habetur & nuper dicebamus; *Myſtes,* & Sacerdos Dei: id eſt, diuinorum myſteriorum conſcia eſt; vt tantum excellat ſacra Theologia naturales ſcientias quantum ſacerdos laicos; tamque ſit Theologia familiaris Deo quantum huic ſacerdos. Quia etiam dicendi phraſi aliquando appellat Scriptura ſacerdotes, qui à ſecretis regum ſunt, familiariter cũ illo verſantes, & rerum gerendarum vel conſcij, vel conſortes: ſicut filij Dauid 2. Reg. 8. dicuntur ſacerdotes. & 3. Reg. 4. 5. dicitur Nathan ſacerdos, amicus regis: ſic propter familiaritatẽ & contubernij neceſsitatem, Theologia dicitur Myſtes, & quaſi ſacerdotiſſa Dei. Propterea etiam, *Dominus dilexit eam,* Sap. 8. 3.

Theologia cur dicatur ſacerdos.

Sacerdotis nomen.

4. Cur Theologia dicatur vapor magnitudinis.

Atque iterum Sap. 7. 25. ab his notis deſcribitur; *Vapor eſt virtutis* Dei. q. d. cum ipſa virtus & magnitudo potentiæ Dei non poſsit homini cõmunicari, & infundi; at ex illa magnitudine ſuprema efflatur quiddam tenue, quiddam ſubtile, & odoratum, quod diuinum eſt, & Deum olet. Eo cum perfunditur homo, id eſt, cũ Theologia imbuitur, diuino quodã vapore, & odore recreatur. Potentiam Dei tunc ſi nõ habet homo, tamen illam olet, tamen cognoſcit, tamen percipit, tamen repræſentat, tamen diuinus habetur.

Theologia radius Diuini numinis.

Riuus limpidus.

Eſt item *Emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſincera.* q. d. limpidus omnipotentis gloriæ riuus. Quod dictum eſt tum propter hanc ſinceritatem tum propter id quod ſequitur; *nihil inquinatum in illam incurrit.* Quod idem eſt, ac ſi diceret; *nihil inquinamenti in illam illabitur.* Crediderim dictum cum alluſione quadam ad Nilum, qui neque clarus limpiduſve emanat, ſed ex obſcuriſſima ſcaturigine erumpens; neque defluit albus, & illuſtris, ſed atratus & turbidus. Quare Theodoret. q. 2. in 3. Reg. & Procop. *Aquas Siloe, quæ occultis terræ manibus præterfluebant,* ait fortè appellatas fontem *Gihon*: quod etiam eſt nomen Nili, propter ſimilitudinem cum Nilo, qui *exit ex obſcuris terræ manibus.* idque præfert nomẽ aliud, quod Nilus ſortitur in ſcripturis, videlicet *Sichor,* quod ex proprietate vocis ſignificat nigrum aut turbidum, vt vertit Vulgatus Ioſue 13. 3. Hierem. 2. 18. vbi Hieronym. & Andreas Maſius, loco Ioſue citato: vide etiam Seruium lib. 1. Aeneid. Plutarch. & Boetium lib. de fluminibus & de Genealogijs lib. 1. c. 30. ex nomine Græco, *Melas,* qui interpretatur, *niger.* Maluenda lib. de Paradiſ. cap. 3.

Nili aquæ turbidæ. *Theodor.*

Alluſio.

שחור

Hierony. *Maſius.* *Boetius.*

5. Radius de ſciẽtia ſublimiori. *Dionyſ.*

Pergit præterea ſapiens in deſcribẽda ſua Theologia. *Candor* (radius, ſplendor. ſic ſæpe cognitiones ſublimes & Theologicas diuinorũ myſteriorum *radios* appellare ſolet Dionyſ.) *lucis æternæ,* (diuinæ ſapientiæ; Theologiæ quippe Dei & beatorum, noſtram Theologiam ſubalternare, ſi non perfectè, aliqua tamẽ ſubalternationis ſpecie, aut ſimilitudine, conſenſus eſt Theologorum, qui in ſcholis docent. Hoc etiam ſibi vult illa *emanatio* & deductio riuuli ex ſupremo illo ſapientiæ fonte.) Adde, niſi noſtra Theologia illius lucis ſplendor ſit, Theologia non erit: vbi fallitur, ſplendor eſſe deſinit, error eſſe incipit, & humanæ ignorationis caligo) *ſpeculum ſine macula* (limpidum) *Dei maieſtatis* (virtutis, efficaciæ. Sicut enim in ſpeculum incurrunt res obiectæ, vt videri videatur illarum imago; ita ſanè in mente humana; præſertim ſi limpidam ſe Deo, & ſapientiæ præbeat, Deus ſe conſpiciendum præbet, illius maieſtas, potentia, virtus & reliqua diuinæ naturæ attributa.) *& imago bonitatis illius* (non ſolum quòd Theologia de Dei bonitate diſſerat, ſed quòd videatur poſtulare, vt ſicut ſapientia in Deo eſt cum ſuprema ſanctitate coniuncta: ita etiam eadem ſapientia cum ſanctitate cõiuncta ſit in hominis animo, & diuinam bonitatem atq; ſanctitatem referat. Propterea enim comparatur cum flumine, cum riuulo, cum emanatione, vt ſignificetur ita ſapientia exire ex immẽſo illo ſapientiæ & diuinitatis pelago, vt quamuis ſpatietur per hominis animum, & per latiſsimos rerum cognoſcendarum, & creaturarũ omnium, campos, at tandem oporteat ortum ſuũ repetere, & in Deum primum ſapientię fontẽ deſinere. Hoc ſi non fiat, ſi ſapiens aliquis deſipiat, ſi Deum non quęrat, non colat, mirum, non minus,

Theologia ſubalternata ſcientiæ Dei, & beatorum.

Theologia petit eſſe comes ſanctitatis.

Sciẽtia ſua ſponte quęrẽs Deum.

quam

quàm cum *Iordanis conuerſus eſt retrorſum*. Pari A enim ratione de Salomone ſtulteſcere dictũ eſt. *Pſal.113.5* 3.Reg.11.9. *Iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet*;(retrorſum conuerſa) *mens eius à Domino Deo Iſrael.*

6. *Auertere quid.* Vbi notandum ſuo quaſi pondere & impetu, ſapiẽtiam in Deum tendere; at verò per vim quãdam peccati,& ſtultitię humanę,auerti de itinere & à recto curſu dimoueri. Illud enim originale verbum auertẽdi,aut declinandi, itinerarium eſt. *נטה nathah.* Opportunè ergo dictum eſt, Eccleſ.1. 18. *Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum, et plenitudo à fructibus illius.* q.d. Tunc tandem in ipſum pelagus pleniſſimum reuertitur, & influit ſapientiã, cum Deum quęrit repetẽs ſuam originem. Explicat verò ſubtilius plenitudinem hanc eſſe à fructibus ſapien- B tiæ,id eſt, ſapientiæ effecta atque actiones,abſolutionem, pleniſſimamque perfectionem ſapientiæ & cognitioni tribuere,quæ ſine pietatis & bonorum operum fructu,manca futura ſit. *Sapiẽtia inſtar fluminis quærẽs ſuam originem.* Rurſus idem Ieſus Sirach cap.1.5. eiuſdem allegorię ſtudioſus dixit: Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis,& ingreſſus(viæ adinis,itinera) illius mandata æterna.) Quæ perpetuò ſeruanda præcipit ſupremus legislator Deus.) Sicut enim eadem via eſt, iter idem, idemque imperus humanæ mentis per mandatorum cuſtodiam ad promerendam ſapiẽtiam, & videndum primum illum, atque celſiſſimũ diuinę lucis fontem; ita idem eiuſdem à Deo Sapientiæ hominibus communicatę effluxus, & curſus per eadem mandatorum itinera ſpatiantis C & excurrẽtis;& nunquam à Deo, id eſt,à ſua ſcaturigine aberrãtis. *Ioan.6.55.* Sicut ſcriptum eſt Ioan. 6. *Omnis qui audiuit,et didicit à Patre, venit ad me.* Quòd ſi ſapientię riuulus totus inſumatur, vel in quęrẽdis terrenis opibus, vel in conſectandis vitæ animalis voluptatibus, vel in ambiendis vaniſſimis honoribus,ac nihil diuinum quęrat, *non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens,ſed terrena animalis diabolica.* Iacobi 3.15. *Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, plena fructibus bonis,&c.*

Cultus Dei demandatus ſapientibus. Denique eò pertinet quod de Sapientiæ ſacerdorio nuper ab ipſo Salomone dicebatur: ſicut enim ſacerdotibus ſacer cultus diuinorum demãdatus eſt, ac non ſolum doctrina legis, ſed legis D etiam ſacrificia,& pietas, ita ſanè ſapientia eſt *doctrix diſciplinæ Dei*, eademque *Myſtes*,& ſacerdos, vt Deum colat,& religioſis cerimonijs diligentiſſimè proſequatur. Sed ſi huius generis ſexcenta alia perſequar, longiſſimus ſim.

6. *Salomonis dogmata de Deo & Diuinis.* Itaque & illuſtriori, quàm alij illius ſæculi & obſcurioris æui homines, fidei lumine illuſtratus Salomon, & quorundam etiam myſteriorum reuelatione perſpicaciori præditus. Multa de diuina ſapientia increata, id eſt, de Dei filio, de illius æterna generatione, diuinitate, de Spiritu ſancto, qui & ipſe ſit ſapientiæ ſpiritus; de Spiritus ſancti donis,itaq; de myſterio Trinitatis,& de Chriſto & Eccleſia,immo & de Euchariſtiæ ſacramento; inueniri in Salomonis libris frequens patrum E interpretatio docet; pręſertim,cum argumentum Cantici exponũt. Vide ea quæ diſputamus ad initium 1.c. Eccleſiaſtæ ſuper id *Filij Dauid*, vbi exponemus,an fuerit prophera,& de quibus myſterijs prophetauit. *Salomon Propheta.* Interim ſatis fuerit, quãuis Cyrillus lib.7. contra Iulianum ſcribat *Salomonem nõ vocari Prophetam à Chriſtianis*, vocari tamen prophetam ab Hilario can. 5. in Matth. Ambroſio in c. 30. Prouerb. Auguſt. 17. de ciuitate c. 20. & in Pſal.126. Iſidoro lib. de vita & morte ſanctorum c.34. Proſpero par.2.de Prædict. c.27. & ab alijs, quos loco indicato proferemus. *Cyrillus. Hilarius. Ambr. Auguſt. Iſidorus. Proſper.*

III. *Salomonis cum Adamo & alijs Patriarchis in rerum Diuinarum cognitione contentio.*

8. *Adamus propheta.* SEd iam nunc prona hoc loco dubiratio, an cũ alijs prophetis in hac diuinorum ſciẽtia merito conferri poſſit. cum Adamone? hunc enim & prophetã fuiſſe affirmat Epiphan. initio Panarij. Certè primus homo, etiam myſteriorũ ſupernaturalium cognitionem à Deo obtinuit eam, qua progeniem ſuam vera Dei fide,religione,& cultu poſſet inſtituere, vt docet D. Thom. 1.part.q.94. art.3. Nouit myſterium Trinitatis, vt ait Epiphanius.& incarnationis, ex D.Thom.2.2.q.2.art.7. Chriſti,& Eccleſiæ,ex Auguſt. lib.9.ſuper Geneſ. B ad lit. cap. vltimo. Chriſti paſſionis & ſacramentorum,ex Proſpero cap.1. de Promiſſionibus. Caſum malorum angelorum, & beatitudinem bonorum, ex Catharino 1. Geneſ. & Perer. lib. 5. in Geneſ. *Epiphan. D.Thom. Auguſt. Proſper.*

Varia doctorum ſententia comparandum Salomonẽ cum Adamo. In re incerta nihil certi definire auſim. ſuſpicari tamen licet, Chriſti ſapientiæ,& regni ſpiritualis, ſummæ quæ per illum Eccleſiæ fœlicitatis, cuius ipſe Salomon imaginẽ repræſentabat, clariorem cognitionem obtinuiſſe, quàm Adamum. Cętera Adamum maiori rerum diuinarum lumine illuſtratum. Alij nulla moderatione Adamum in diuinis præferunt, vt Caiet. Eccleſiaſtæ 1.16. Perer.lib.5.in Gen.diſput.9. Ludouicus Vinaldus in ſuo opere regali. Alij in vniuerſum poſtponunt C Salomoni vt Abul.3. Reg.3. In neutra opinione graue grauioris notæ periculum. *Caiet. Pererius. Vinaldus. Abul.* In illa noſtra, quam expoſuimus, quæ tertia & media eſt, fortè nonnihil ſobrietatis & iudicij. Quòd exiſtimem, eos omnes, patriarchas præſertim aut prophetas, qui in ſe ipſis figuram pręferebant Chriſti Domini,aut myſteriorum Euangelicorũ,præditos fuiſſe ſingulari eorundem myſteriorum intelligentia, ſenſu,guſtu,& dulcedine, videlicet, Iobũ, aut Dauidem, Chriſti Domini paſſionis, & calumniarũ: Ioſephum,vẽditionis triginta argenteis; & reſurrectionis. Sicut etiam Abrahamum qui in ſuo ſacrificio, *vidit diem Chriſti,& gauiſus eſt.* *Ioan.8.56.* Sampſonem, victoriæ mundi, & peccatorum, Chriſti morte. Alios item aliorum myſteriorum. Ergo & Salo- D moni Chriſti Domini ſapientiæ,prædicationis fęlicitatis,quam Eccleſię ſuę prætulit,& obtulit, ſingularis reuelatio & cognitio conceſſa eſt, ſcriptũ enim eſt per quãdam comparatorum antitheſim; *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis; & ecce pluſquam Salomon hic.* *Matth.12.42. Luc.11.24 D Thom.* Quamuis enim vt ſapienter D. Thom. docet 2.2.q. 173.art.4. non ſit neceſſarium vt propheta cognoſcat quod ſignificare per ſua verba, aut per ſua opera intendit Spiritus Sanctus; tamen ſi intelligat perfectior erit Propheta.

9. *In diuinorũ ſcientia cõparatus cum Moyſe, Abrahamo, Dauide.* Et verò in diuinorum etiam ſcientia exęquauit ſaltem ſi nõ ſuperauit Moyſen, aut Abrahamum; immo & Dauidem parentem. Pernegat R. Moy- E ſes lib.3. Periplex. cap.55. ex ſuorum ſapientum doctrina tradita. Idem de Moyſe,& de Abrahamo indicat Hieronymus, Eccleſiaſtæ 1. cum Gloſſa Interlineari,& nonnullis alijs recentioribus interpretibus; atque Ludouicus Viualdus, in opere regali. *R. Moyſes. Hieronym. Viualdus.* Moyſis enim facies, nedum mens, radiabat tota ex conſortio ſermonis Dei, cum quo loquebatur facie ad faciem. Exod.33.11.& 34. 29. Mentis quoque raptum patiebatur Abraham, & frequentes alias Dei pollicitationes, & collocutiones, Geneſ.15.17. At Hieronym. in Tradit. interpretatur, Salomonem *ſapientiorem Ethan*, id eſt, *Hierony.*

Abraha-

Abrahamo; & Heman, id eſt, Moyſe, & Calchol; id A *eſt, Ioſepho.*

Ergo item moderatione quadam dirimendam cenſeo hanc contentionem. Nam quod ſpectabat ad propagationẽ Abrahamicæ poſteritatis & varios caſus; denique vnius reparatoris ex illius genere, fidem & reuelationem, Abrahamo potiùs, clarius, ſingularius reuelatum fuiſſe nõ dubito. Quod ad Iſraeliticæ gentis varias ac multas à diuina lege defectiones, numquã ſatis domitæ ceruicis rigorẽ, reprobationem, gentilium vocationem, & pro gratia legis Moſaicæ gratiam meliorem ſucceſſuram, accipiendam ex plenitudine Chriſti, reuelata hæc Moyſi melius, quàm Salomoni mihi item certum. Videbãtur enim hæc pertinere proximius ad Moyſis munus & ſtatum. In alijs fortè B excelluit Salomon, in quibus is illuſtriorem Chriſti figuram præſentauit.

Quæ clarius & perfectius reuelata Abrahamo & Moyſi quã Salomoni.

Sed Dauidi ne æquandus tot myſteriorum diuinorum decantori, & *Pſalti egregio; Vnus* (inquit Baſilius, in prooemio Pſalmorum) *Pſalmorũ liber quidvis ex oĩbus in ſe complectitur, quod vſui ſit omnibus. futura certiſſimis præcinit oraculis.* Itaque non dubitat cum omnium ſimul prophetarum cuneo comparare Dauidẽ. Huic ergo ſupparemne faciemus Salomonẽ in arcanorũ diuinorũ cógnitione? minimè ſanè. Fœlicior Salomon, opulẽtior; ſed nõ ideo ſapiẽtior. Mirãdũ potius, quòd in Salomone fuerit ſapientia fœlicitatis & opulentiæ comes. Multa perpeſſus Dauid ſæpe ab hoſtibus, ſæpe à falſis amicis per calumniam, & ſummam ingrati animi nequitiam; non *reddidit tamen retribuentibus ſibi mala*: Ideo *ſuper ſenes, & ſuper ſapientes intellexit*. Scriptum eſt enim; *Doctrina viri per patientiam noſcitur* & iterum; *Didicit ex his quæ paſſus eſt.*

2. Reg 43. 1. *Baſilius.*

David ſapiẽtiſſimus & tolerantiſſimus. *Pſ.* 7. 5. & 118. 100. *Prou.* 19. 11 *Hebr* 5. 8.

CAP. XXVII.

Eum fuiſſe publicum Sapientiæ profeſſorum.

Ad locum Sap. 7. 13. *Sine fictione didici, & ſine inuidia communico: & honeſtatem illius non abſcondo infinitus enim theſaurus eſt hominibus.*

1 *Succeſſio veræ doctrinæ, veriſſimorumque doctorum in Chriſti Eccleſia. Adamus verbo & ſcripto docens poſteros. Duæ columnæ inſcriptæ à filijs Adam.*

2 *Noe inſtaurator & inſtructor generis humani. Noe expertus tres mundos. Eius vita longiſſima. Doctus ab Adamo. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*

3 *Abraham verſatus aliquamdiu cum Noe. Sem profeſſor ſapientiæ. Quis primogenitus Noe.*

4 *Abraham Kaldæus veræ Philoſophiæ & Theologiæ doctor. Noe Ianus. Quarum gentium doctor.*

5 *Abrahami cum Kaldæis cõtentio de vera religione. Vr quid ſignificet. Illuſtratus Moyſes.*

9 *Cariath ſepher viculus literarum. Dabir quæ vrbs. Phœnicum literæ vbi inuentæ. Illuſtratus Ioſue.*

7 *Abrahami profectio Ægyptum. Vbertas & fames quarum rerum ſymbola. Tancos & Memphcos Ægypti Academiæ.*

8 *Abrahamus docens ad conuallem Mambre. Conuallis illuſtris quæ. Hoſpites ſimul doctores. Abraham quid ſignificet.*

9 *Ioſeph in Ægypto docens, ſicut & Moyſes. Atlas ſynchronos Moyſi. Concilium Sanedrim.*

10 *Dauidis à ſapientia laus. Dauidis virtutes tres. Sed prima illius laus ex fortitudine. Illuſtratus Samuel.*

Non ſolùm veræ ſapientiæ, ſinceræque, tum humanarum tum diuinarum rerũ doctrinæ, atque luminis, quaſi per manus, traditi continuatus ordo, atque ſeries, numquã rupta, iam inde a primo ſeculo, primoque parẽte, perſeuerauit in Dei Eccleſia; verũ etiam ſuus magiſtrorum doctorumque ordo, & B ſucceſſio. Primus cæterorum magiſter, primus itẽ humani generis parens fuit, atq; diuina humanaque ſapientia affatim inſtructus, quantum magiſtri munus & ſtatus requirebat, vt eleganter oſtẽdunt Theologi cum D. Thoma 1. p. qu. 94. & cum Magiſtro 2. diſt. 23. Ille itaque non ſolũ verbo, ſed præterea ſcripto diuinorum atque humanorum ſcientiã poſteris tradidit. Adamo enim adſcribendæ videntur duæ illæ columnæ, quas à filijs Adam factas & cõſcriptas, ſiderum imaginibus, & ſcientia, lateritiam alteram contra vim ignis, lapideã, contra vim aquæ, refert Ioſephus lib. 1. Antiquit. cap. 4. Propterea que tam longam duxiſſe vitam antiquos Patres, vt rebus aſtronomicis, ac geometricis vacare poſſent; (Addo ego, & vt docere C poſſent ſuos poſteros ſcientias omnes naturales) ſcribit idem cap. 8. & de ſciẽtia & doctrina Abrahami, qua Kaldæos Ægyptioſque inſtruxerat cap. 5. & 16.

1. Succeſſio veræ doctrinæ in Chriſti Eccleſia

Adam primus magiſter verbo & ſcripto. *D. Thom.*

Duæ colũnæ inſcriptæ ſiderũ ſcientię. *Ioſeph.*

Cura & munus docendi ab Adamo deuoluitur ad Noe, parẽtem, alterum humani generis, id eſt, reparatorem; de quo ſcriptum eſt Eccleſ. 44. 19. *Teſtamẽta ſeculi diſpoſita ſunt apud illũ ne deleri poſſit diluuio omnis caro.* Quòd numerũ iãquam cum altero humani generis capite pepigiſſet fœdus æternum, & nũquam violandum Deus, de hominibus nunquam iterum diluuio extinguendis. Sicut autem Adam, vt qui viderit mundi ipſius primordia, & incunabula, ſuo iure cæterorũ hominũ doctor eſſe debuit, q illos vera rerũ philoſophia, D & ſupremi opificis Theologia inſtrueret; ita ſanè Noe ſũmus ſui seculi Philoſophus & Theologus; qui, vt Hebræi diſtinguunt, tres mundos vidit, & expertus eſt; Primum, ante diluuiũ, ſed corruptiſſimum. Secundum, in ipſo diluuio, vel potius in Arca, deſertũ, & in quo *pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factę ſunt.* 1. Petri 3. 20. Tertium, poſt diluuium, renaſcentem & refloreſcentem. Quare accepit ſimilem benedictionem, ſicut Adam, Gen. 9. 1. *Creſcite & multiplicamini,* &c. Propterea etiã vt plurimos docere poſſet, diutiſſimè vixit, id eſt, omniũ lõgiſſimè poſt Mathuſalem & Iared, nempe 950. annis, Genes. 9. 29. Cum enim diluuium fuerit ſexcenteſimo anno vitæ Noe, Geneſ. 7. 11. ſuperuixit alijs 350. Et quidẽ vt certius & breuius id eſt, per E pauciores manus, ab Adamo doctrinam traditam acciperet, vnus Mathuſalem vixit 969. annis. Ex recta autem computatione, natus eſt Mathuſalem anno mundi 687. Cũ autem Adam vixerit annis 930. Geneſ. 5. 5. vixit Mathuſalem cum Adamo annis. 242. Itaque veram doctrinam ac philoſophiam accepit ab Adamo. Rurſus Noe naſcitur anno mundi 1056. & verſari potuit cum Mathuſalem 600. annis. Ergo Noe à Mathuſalem humanam diuinamque ſapientiam edoctus, poſteriori ac nouo mundo magiſter extitit.

2. Noe inſtaurator & inſtructor generis humani.

Noe expertus tres mũdos.

Noe vixit omnium diutiſſime poſt Mathuſalẽ.

Noe auditor Adami.

Iam cũ Noe ſuperuixerit diluuio 350. annis, & 3.

 Abra-

Abraham verſatus ali quandiu cum Noe.

Abraham natus fuerit poſt diluuium, annis 294. potuit verſari cum Noe annis 56. atque ab eodem veriſſimam fidem, & rerum diuinarum humanarumque ſapientiam didiciſſe, atque ſuis poſteris tradidiſſe, præſertim Sem, maiori natu.

Sem profeſſor ſapientiæ.

Sed videtur tamen Sem filius Noe gymnaſium aperuiſſe, atque veram ſapiẽtiam profeſſus, quod pij, & ſanæ doctrinę ſectatores frequentarẽt. Non quidem illæ prærogatiuæ primogeniturę, ſed pietatis, in paternum magiſterium ſuccedens: nam primogenitura inter filios Noe, valde dubia & controuerſa eſt. Hebræi enim quos quidam ex noſtris ſequuntur, enim recenſentur Sem, Cham, & Iaphet, dicunt ordinem eſſe à minimo ad maximum. Alij Sem ſecundò natum, Cham minimũ, Iaphet maximum. Alij denique ordine generationis numerari Sem primogenitum; Cham verò, quem cõſtat minimum fuiſſe, ignota ratione præponi Iaphet ſecundo. Vtcunque ſit, Sem, vt qui fuerit poſteritatis piorum veram fidẽ & religionem colentium, fuit quoque veræ doctrinæ magiſter; quo docente, Iacob, erat *miniſter Domus doctrinæ*, vt cap. 4. ex Onkelo, & Hebræis dicebamus ad eum locum Gen. 25. 27. *Habitans in tabernaculis.*

Quis primogenitus Noe.

4. Abraham Kaldæus. *Euſeb.*

Denique docendi munus, & poteſtas deuoluta ad Abrahamum; ex quo in Kaldæos ſapientiæ fama, & antiquitas redundauit. Nã Abraham Kaldæus fuit; ſcribit enim Euſeb. lib. 9. de Præparat. c. 4. *Eupolemum peruetuſtum ſcriptorẽ prodidiſſe Abrahamum natum eſſe in Camerina vrbe Babyloniæ, quã alij appellant Vr.* De quo videtur id accipiendum, quod Diodorus Siculus lib. 3. tradidit [Kaldęi Babyloniorum antiquiſſimi fuerunt, qui eum locum in ſua Republica obtinuerũt, quem ſacerdotes in Ægypto; ad cultum enim deputati per omnẽ vitam ſuam philoſophantur peritiſſimi Aſtrologiæ habiti. Et paulo inferius. Non enim quemadmodum Gręci omniũ doctrinam ſuſcipiunt, ſed pueri à patribus progeniẽ ſecutis diſcunt philoſophiã omni aliarum rerum cura poſt habita doctiſſimique euadũt.] Immo & videntur Kaldæi edocti ab ipſo Noe, tum etiam Armeni, & Scythæ, tandemque Itali, ad quos Noe, qui dictus eſt Ianus, ideſt, lingua Aramæ, vitifer, peruenit De quo ſic ſcribit Beroſus lib. 3. Antiquit. [Tũc ſeniſſimus omnium pater Noe, iam antea doctos Theologiam, & ſacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam ſapientiam; & quidem multa naturalium rerum ſecreta mãdauit litteris, quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ & Armeni commendant. Neque enim fas eſt illa vlli inſpicere, aut legere, vel docere, quàm ſolis ſacerdotibus, & inter ſacerdotes dũtaxat; ſicut & quos rituales libros reliquit. Docuit item illos aſtrorũ curſus, & diſtinxit annum ad curſum ſolis, & duodecim menſes ad motum lunæ; Qua ſcientia prædicabat illis ab initio, quid in anno & cardinibus eius futurum contingeret; ob quę illũ exiſtimauerunt diuinæ naturæ eſſe participẽ; ac propterea illum Olybama, & Arga, ideſt, cęlum & ſolem cognominauerunt, & illi plures ciuitates dedicauerunt. Cumq; iuiſſet ad regendum Kitim, quam nunc Italiam nominant, deſiderium ſui reliquit Armenis, ac propterea poſt mortem illum arbitrati ſunt in animã cęleſtium corporũ tranſlatum; & illi diuinos honores impenderũt. Et ob id ſolum hæc duo regna, Armenum quidẽ, quia ibi cępit: Italicum verò, quia ibi finiuit, & docuit, & regnauit, naturaliumque, atq; diuinorum, quæ eos erudiuit, libros pleniſſimè illis conſcriptos reliquit, illum venerantur; &c.] Vbi aũt Abraham verã fidem, & religionem docuerit, id eſt, in quo loco gymnaſium aperuerit, ad quod auditores cõfluxerint, an in conualle Mambre, & ad lucum ſacrum, indicabimus inferius, & vbi de lucis & idolis Salomonis dixerimus lib. 7.

Diodorus.

Kaldęi edocti à Noe.

Ianus quid ſignificet. *Beroſus.*

5. Abrahami cũ Kaldæis contentio.

Sed Abrahamo cum Kaldęis de rebus Theologicis, & de vera religione diſſidium acerrimũ fuiſſe tradunt Hebræi; quòd ignem, qui à Kaldæis colleretur, tãquam Deus, ipſe adorare noluerit, proptereaq; coniectum in ignem, diuino miraculo liberatum, quod indicant illa verba Gen. 15. 7. *Ego ſum Dominus, qui eduxi te de Vr Kaldæorum. Vr* autem ignem ſignificat, vt interpretatur locus 2. Eſdræ 9. 7. *Tu elegiſti Abraham, & eduxiſti eum de Vr Kaldæorum.* Quam traditionem admittere, & probare videtur Hieron. in Tradit. Gen. 11. & ibi Nicolaus, & Burgenſ. Philo de Antiquit. Biblic. Rab. Moyſes in ſuo ductore Perplex. c. 30. qui id refert ex libris Arabicis Sabæorum. Additq; non ſolum propter cultum ignis, ſed ẽt propter cultum ſolis, lunæ & ſtellarum contentionem excitatam, licèt alij fabulam exiſtiment. Sed veroſimile videri, ex Ioſepho cõfirmari põt, qui lib. 1. Antiquit, c. 8. diſertis verbis ſcribit, [virum rerum omnium peritum, & eloquentẽ & in coniectando ſagacem, ſtatuiſſe vulgo receptam de Deo perſuaſionem cõuellere, & in melius vertere. Ergo primus omniũ auſus eſt prædicare, vnũ eſſe Deum vniuerſitatis conditorem. Hoc verò ex terrę ac maris obſeruatione colligebat, tum eorũ, quæ circa ſolem ac lunã, & reliqua ſidera videbat accidere. Quamobrẽ cum Kaldæi, Meſopotamitæq; cæteri contra eum inſurgerent, conſilium migrãdi cepit, & voluntate, ac fauore Dei fretus, Chananæam tenuit, vbi Deo ſtruxit arã &c.] Quæ auctoritate Beroſi, Hecatæi, & Nicolai Damaſceni confirmat; Et confirmari hęc poſſunt. Quoniã eadem illa vox, Vr, quę vertitur, ignis, põt ſignificare doctrinam, immò à vulgato interprete vertitur Iſa. 24. 15. *In doctrinis glorificate Deum.* & Exo. 28. 31. Leuit. 8. 8. Deuter. 38. 8. Quare cũ Kaldæorum nomen non ſolum ſit gentis, ſed etiã profeſſionis, & inſtituti, poſſet ille locus verti: *Ego eduxi te de doctrina Kaldæorum.*

Vr, אור

Hierony. Philo.

Ioſephus.

אור Vr, ignis & doctrina.

Kaldę° nomen gẽtis, & profeſſionis.

6. Cariath ſepher. *Hierony. Maſius.*

Sed in Kananæa veſtigium quoq; fuit litterarũ & ſapiẽtiæ. Nam Ioſue 15. memoratur ciuitas *Cariath ſepher*, id eſt, vt ſcribit Hierony. in Epitaph. Paulæ, *interpretatur, viculus litterarum.* Quæ ciuitas prius vocabatur *Dabir*. Vbi Maſius refert ex Thamuldicis *Dabir* apud Perſas, idem ſignificare, quod *Sepher* apud Hebræos, id eſt, litteras, vel libros. Et in ea vrbe Othonielem poſt Moyſem docuiſſe legis ſecreta. Sed potius hoc refert Nicol. & Abul. q. 5. ad id, Quòd litteræ Phœnicum illic fuerunt inuentæ, vel, ibi vigebat ſtudiũ alicuius ſciẽtiæ. Ioannes Annius ſuper Xenophontẽ de æquiuocis, credit fuiſſe primam orbis Academiã. Maſius ibi fuiſſe tabellarium, ſiue archiuium, in quo multa vetuſtatis monumenta poſt diluuium repoſita fuerint. Petrus Comeſtor in Ioſ. c. 11. Quòd eius vrbis ciues eſſent ſcriptores.

Nicol. Abul.

Litterę Phęnicum vbi inuentæ.

Petrus Comeſtor.

7. Fames cuius ſymbolum. *Cyrillus.*

Fame verò Chananæam terram premente, auditaq; Aegypti vbertate, illuc proficiſcitur Abraham. Famem veræ doctrinæ; vbertatem vero Aegypti malarum opinionum cõfuſionem interpretatur Cyrillus lib. de Adorat. in ſpiritu. Illuc verò proficiſcitur Abraham, [tum vt copijs eorum frueretur (vt ait Ioſeph. cap. 9.) tum vt ſententiam ſacerdotũ de diuinitate cognoſceret. Pharao autem poteſtatẽ fecit congrediendi cũ Ægyptiorum doctiſſimis: quo factũ eſt, vt virtutis nomine in magnã exiſtimationem veniret. Nã cum ea gens in diuerſos ritus & opiniones ſecta eſſet, & per mutuum contemptum, atque inſectationẽ

Ioſephus. Quorſum Abrahã profectus in Aegyptũ.

Sapientum contentiones & diſſidia.

infenſis inter ſe animis agerent, colliſos inter ſe eorum de religione ſermones, & à ſe ipſis confutatos, vaniſſimos eſſe, nihilque prorſus veritatis habere; declarauit. Ob has diſſertationes in pretio habitus, qui magnam tam intelligendi quàm eloquendi, docēdique facultatem haberet, & numerorum ſcientiam, & ſiderum benignè illis cōmunicauit. Nam ante Abraham ad ſe aduentū, Aegyptij rudes erant huiuſmodi diſciplinarum: quæ à Kaldęis ad Aegyptios profectæ, hinc ad Gręcos tādem peruenerunt.] Tantum Ioſephus, quæ admittit Euſeb. 9. de Præparat. cap. vltimo. Et videtur tetigiſſe Iſaias, cùm ſapientiam Ægyptiacam multis poſtea deturpatam errorum maculis Chriſti luce deficiendam prædicit. c. 19. 2. *Concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios*; quia vt exponit Cyrill. *Turbati diuerſis opinionibus diſſidebant.* Deinde n. 3. *Sapientes Taneos & Mempheos* ſubſannat, quippe in his ciuitatibus florebant Ægyptiorum ſtudia, & Academiæ. quas poſtea Orpheus, Muſæus, Melampodus, Dædalus, Homerus, Lycurgus, Solon, Thales, Cleobulus, Pythagoras, Plato, Eudoxus, Democritus, inuiſerunt, vt ſcribit Diodorus.

Euſeb. *Iſa. 19. 2.*

Taneos & Mēpheos Aegypti Academię.

Priſci poetæ, & Græci ſapiētes.

Diodorus.

8. Sed Abrahamus ſuis fit Pater, id eſt, magiſter, permanente veræ ſapientię magiſterio in patriarchis vſque ad Moyſen. Tum etiam exteria. Quare cùm Geneſ. 13. 18. dicitur *habitaſſe iuxta conuallem Mambre, erexiſſeque ibi altare*, & cap. 21. 33. *Plātaſſe nemus in Berſabee, & inuocaſſe ibi nomē Domini Dei æterni*, videri poteſt docuiſſe illis locis, tanquā ex gymnaſio publico, & domo doctrinæ, veri Dei cultū; ibidemque hoſpites in nemore, loco nimirum amœno, & opportuno refeciſſe, tū cibo corporis, tum animi, id eſt, doctrinæ. Quòd autem etiam docuerit in Sichem, & *in cōualle illuſtri*. Geneſ. 12. 6. coniectura eſt, quòd *Conuallis illuſtris*, appellatur in Hebræo, *Elen Moreh* id eſt, *Quercus mōſtratoris*, vel *doctoris*. Quòd videlicet ibi ſuam doctrinæ domum & gymnaſium collocauit in querceto, & nemore; in quo etiam loco ſuſtentabat diſcipulos illos ſuos, quos apellabat Scriptura *animas quas fecerat in Aram*. & Onkelus intelligit, *animas quas ſubiecerat legi*. Nā tradunt Hebræi; Abraham, viros (Saram verò, mulieres in vero Dei cultu inſtituiſſe. Porro hoſpitalitas ipſa Abrahami indicat illum fuiſſe Doctorem; nam, vt teſtatur Lucianus in Dea Syria, in ſacra ciuitate erant publici hoſpites, *qui ab Aſſyrijs appellabātur*, *Doctores, quoniā ipſis omnia exponunt, & enarrant*. Tandē Philo lib. de Abrahamo, ait, *Abrā* ſignificare, *pater ſublimis*, id eſt, *vir Aſtrologicus, & Meteorologicus*; at *Abrahā* duplicatione literæ, A, *Pater electus vocis*. videlicet, propter docendi munus & ſapientiam.

Abraham docēs apud vallem Mābre.

Conuallis illuſtris. אלון מורה

Onkelus.

Hoſpites ſimul doctores.

Lucianus. *Philo.*

Abraham quid ſignificet, & Abram.

9. Inſtaurat rurſus Ioſeph Patriarcha in Ægypto, veram doctrinā, *Pater*, id eſt, magiſter *Pharaonis*, Geneſ. 45. 8. & totius aulæ principum. Pſal. 104. 20. cum imperio enim in Ægypto præfuit 80. annos.

Pater pro magiſtro.

Continuatur vera doctrina, & rerum humanarum diſciplina vſque ad Moyſen, qui *eruditus* (vt ait Stephanus, Act. 7. 22.) *omni ſapientia Aegyptiorum erat potens in verbis*. Poteſtas autē loquendi, magiſterium indicat doctrinæ, vt ſuperius dicebamus, vbi de parabolis. Nondum Græci ſapientes, neque alij nominati viri ſapientiæ nomine clari. Tantùm tempore Moyſis floruit Atlas Aſtrologus, & Promethei Phyſici frater; & auus maternus maioris Mercurij, vt ſcribit Euſeb. 9. de Præparat. cap. vltimo: Idemque cum Auguſtino 18. de Ciuit. cap. 8. aſſerit; Moyſen antiquiorem fuiſſe Mercurio Triſmegiſto, nepote magni illius Mercurij. Quamquam alij ipſum Moyſen velint fuiſſe appellatum Mercurium Triſmegiſtum.

Moyſes veræ ſapiētiæ doctor.

Atlas tēpore Moyſis.

Euſeb. *Auguſt.*

Porro Moyſes inſtituit Concilium Sanedrin, 72. Seniorum: his tradit arcana Theologiæ, ac Philoſophiæ. Florent, & docent toto tempore Iudicum nondum ſapientes exteri, aut perpauci, & innominati.

Cōcilium Sanedrin.

Regnat Dauid, quem ſapiētiſſimi doctores nomine ſacræ litteræ indigetant 2. Reg. 23. 8. *Sedēs in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt tanquā tenerrimus ligni vermiculus qui octingētos interfecit vno impetu.* Quod licèt videatur accipiendum de inſigni quodam milite Dauidis, cuius nomen eo loco non exprimatur, tātùm deſcribatur ex ſapiētia, & fortitudine, in quod inclinare videtur Iſidorus Clarius, aſſerit Vatablus, Gloſſa Interlinearis, Dionyſ. Hugo, Ioſeph. lib. 7. Antiquit. ca. 12. Verum Hieronym. in tradit. de Dauide intelligendum præcipit, atque illis verbis deſcribi tres Dauidis virtutes, ſapientiam, humilitatem, fortitudinē; Atque de his tribus virtutibus intelligi quod eodem capite ſubditur de Abiſai. n. 19. Et Banaia n. 23. Quod ad *tres primos*, id eſt, ad tres Dauidis virtutes, nemo illius militum *peruenit*. Idem aſſerunt Rupert. Rabanus, Nicolaus, qui addit Dauidem potiùs à ſapientia, quàm à fortitudine hoc commendari loco; quod *Cathreda* locus ſit ſapientiæ, atque ſapientis. Et quòd ſimilitudo illa *vermiculi*, deſignet delicatum quiddam, & acutum in ſtudio diuinæ legis perſcrutandæ, & difficultatum emolliēdarum, tum etiam humilitatem quandam modeſtiſſimi animi, quæ in *vermiculo* ſignificatur.

10. Dauid à Sapientia cōmendatus.

Clarius. *Vatablus.* *Gloſſa.* *Ioſephus.* *Hierony.*

Dauidis virtutes tres.

Rupert. *Rabanus.* *Nicolaus.*

Vermis humilitatis ſymbolū.

Sed tamen non videtur certo locus hic in Dauidem cōuenire, tum ex lectione Hebræa, tum ex Latina correcta, & noua diſpunctione: Et quòd non tam ſapientiæ, quàm fortitudinis nomine Dauid excelluerit. Vtcumque ſit, fuit ſanè Dauid Doctor diuinorum.

Dauidis potius à fortitudine la°.

Res iam, & munus docendi ad Salomonem deuoluitur: quod ille cumulatiſſimè atque diligētiſſimè præſtitit, non tantum per ſe ipſum, verumetiam per ſapientiſſimos alios viros, & ad docendi munus idoneos.

CAPVT XXVIII.

Eum Sapientiæ gymnaſium Ieroſolymis vel aperuiſſe, vel amplificaſſe.

Ad locum Prou. 9. 1. 2. 3. Sapientia ædificauit ſibi domum: excidit columnas ſeptem; miſit ancillas ſuas, &c.

1 *Sapientiæ gymnaſium erectum à Salomone. Sapientiæ domus quæ. Secunda, quæ vrbis Ieroſolymitana pars. Illuſtrati Moyſes, locus Regum, & Sapientia.*

2 *Ieroſolyma pro diuerſis hominum ſtatibus diuerſæ habitationes. Sapientes habitaſſe in ciuitate Dauid. Porta piſcium.*

3 *Cur paruuli vocati ad arcem. Plura gymnaſia quo pluribus facultatibus. Illuſtrata Sapientia.*

4 *Septem columnæ quæ. Columna pro docendi ſuggeſto. Columna nubis inſtar tribunalis. Explicatus Paralip. & Dauid.*

5 *Septem ſynagogæ in monte Sion. Collegia diſcipu-*

lorum Prophetarum. Arx & mœnia ciuitatis A *Dauid. Turris Dauid qua. Panis & aqua Sapientiæ ſymbola. Spelunca Mithræ qua. Illuſtrati Salomon & Iſaias.*

6 *Diſcipuli Sapientiæ populo & conuiuio initiati. Menſa Aegyptia. Quæſtiones Philoſophorum conuiuiales. Tantali fons. Venter & vbera quid in ſacro ſermone. Illuſtrati Sapientia, Salomon, Iſaias.*

7 *Canopus quæ figura. Symbolum pueri Alphabetarij. Noua eiuſdem figuratio ex priſco ſimulacbro reperto Hiſpali.*

8 *Sapientia quo fine addiſcenda. Non abſcondenda. Doctorum præmium ampliſſimum. Illuſtrata Sapientia.*

9 *Salomon ad ſapientiæ Gymnaſium alliciens auditores. Ingens ſtudioſorum concurſus Ieroſolymam.* B

10 *Pythagoras circumciſus, & Hebræorum ſapientia imbutus. Item & Socrates.*

11 *Plato & Ariſtoteles edocti ab Hebræis. Salomon magiſter poſteriorum ſapientium. Illuſtratus Eccleſ.*

1. A Salomone erectũ Sapientiæ gymnaſiũ.

ERgo ſtatim rex ſapientiſſimus cogitat de ædificãda Academia & Gymnaſio publico in ipſa ciuitate regia, id eſt, in arce Sion; &, vt creditur, iuxta domum ipſam regiam. De quo videtur id accipiendum, quod ipſe Salomon Sapientiæ nomine dicit, Prouerb. 9. 1. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis ſi quis eſt paruulus, veniat ad me.* Quæ omnia Academię claſſes, & gymnaſia diuerſa, diuerſaſque dicentium leges ſpectant. C

Sapientiæ domus q.

Primùm; nam *Sapientiæ domus*, quæ alia eſt, quã locus ipſe publicus ad docendum, & diſcendum? quã alibi *tabernacula* appellat Scriptura: & *domum Doctrinæ*, Kaldæus, Geneſ. 25. 23. Tum etiam quod in Hebræo dicitur *Miſnech*, & à vulgato vertitur, *ſecũda*. 4. Reg. 22. 14. vbi *habitat Olda Propheti ſſa*, id eſt, *in ſecunda vrbis parte*, vt legũt, & interpretantur Dauid Kimhi, Tigurina, Regia, Pagninus in Theſauro: Forſterus, Marinus. Alij, vt Pagninus in verſione, & Stephanus in Phraſibus, vertũt *Domum doctrina*, quaſi in ſecunda vrbis parte, aut in altera vrbe eſſet inſtituta domus doctrinę, & academia publica bonis artibus docendis. Nam vt in cap. 1. Eccleſiaſtæ dicemus, Ieruſalem nomen eſt duale; & indicat duas ciuitates ſimul coniunctas, alteram ſuperiorem, id eſt, ciuitatem Dauid, quæ vocabatur Iebus; alteram inferiorem, quæ vocabatur Salẽ. Itaque *ſecunda*, quę dicitur, *domus Doctrinæ*, erit altera ciuitas; nimirũ ciuitas Dauid; Et nomẽ ipſum *Miſnah*, quod deducitur à *Sanah*, quod eſt, ſecundare, aut iterare, aut duplicare, abſolutè aliquãdo dicitur de locis, aut manſionibus, vt Geneſ. 6. 16. *Cœnacula, & triſtega facies in ea.* Elegãter dixerũt Sept. *Bicamerata & tricamerata facies.* Symmachus; *binas & ternas contignationes.* Et ex verbo propriè, Complutenſes, Regia, Pagnin. Tigur. Vatabl. *Secunda & tertia.* q. d. *Sobrados y terceros altos.* Itaque cũ *ſecunda* exponitur *domus Doctrinæ*, quis dubitet, domum Doctrinæ fuiſſe in ſecunda vrbis parte, vel in ſecunda vrbe? quæ autem appellaretur temporis decurſu *Secunda vrbs*, mihi non videtur difficile diuinare: quippe cũ vrbis pars maxima & frequentiſſima fuerit Salem, & inferior vrbs, quis non videt ſermonem fieri quaſi ab ſcriptore exiſtente in vrbe inferiori & maxima; & cũ dicit *ſecundam*, vel alteram, intelligere ciuitatem Dauid, & vrbem ſuperiorem. q. d. *viuia en la otra parte*, vel, *viuia arriba*. Aſcendimus enim ab inferis, quæ priora ſunt, ad ſecunda, vel altiora.

Kimhi.

Secunda, q vrbis Hieroſolymæ pars. nomẽ duale.

משנה
שנה

D

E

Secunda vrbs, ſuperior.

2. Abul. Nicol.

Quod verò Abulenſis & Nicolaus dixerunt, ſermonẽ eo loco referri, ad tres vrbis muros, quibus tres præcipuæ vrbis partes claudebantur; in quarum prima, templum & Regia; in ſecũda, nobiles & prophetæ; in tertia, reliquum vulgus habitare; arbitror alienum eſſe à vera loci intelligentia. Quippe quamuis Ioſephus tres vrbis muros numerat, lib. 6. de Bell. cap. 6. At ſecundus, nõ videtur poſſe vocari alius, quam Bezeta, vel Betheſda, vel Bethſaida, id eſt, noua ciuitas; quæ non tã à nobilibus & prophetis, quàm ab artificibus, fabris, lanarijs, veſtiarijs, inhabitabatur. Erat itẽ ibi porta Gregis, probatica piſcina, & forũ pecuariũ & rerum neceſſariarũ mercatus, & eorum quæ ad victum. Item erat ibi forum materiarum, vel trabium, vt ſcribit Ioſephus lib. 2. de Bell. cap. 24. & lib. 6. cap. 9. Et noſter Villalp. to. 3. p. 1. de Vrbe lib. 2. Itaque potius Prophetæ, & ſapientes, ac alij domus doctrinæ frequentatores habitarent in ciuitate Dauid, intra primum vetuſtiſſimum & munitiſſimum murum, in qua erat ſecunda ciuitas. Quamquam non negarim, aliquando *ſecundam & mediam*, intelligi in Scripturis, portam piſcium, quæ erat in Bezeta, & per quam irruperunt Kaldæi in euerſione Ieruſalem 4. Reg. 25. Ieremi. 39. Sophon. 1. 10. Denique illa eſt firma, eius quod diximus coniectura, *domum Doctrinæ* fuiſſe in monte Sion; quod cum ad illam inuitantur inſipientes, & paruuli, in vitantur *ad arcem*; quæ ſane erat ipſa Dauid ciuitas.

Diuerſę diuerſarum conditionũ habitationes Ieroſolymis.

Tres vrbis muri.

Porta gregis, & Probatica.

Ioſephus. Villalp.

Sapientes habitantes in ciuitate Dauid.

Porta piſcium.

Cur paruuli vocati ad arcem.

3.

Dicitur autem ipſa *ſapientia ædificaſſe ſibi domũ*; vel, vt eſt in Hebræo, *domum ſuam* quòd Salomon ad eam domum ædificandam ab ipſa ſapientia permotus & excitatus fuerit, & ſtimulatus quidem ſapientiæ communicandæ ſtudio; tum præterea domum ipſam & gymnaſia ſapientiſſimè diſpoſuerit, & deſignauerit: Et illud quidem minimè negligendum, quod in Hebræo eſt, *ſapientiæ* pluralis numeri, cum verbo ſingulari *ædificauit*, vt intelligi oporteat diſtributionem aliquã, multitudinemve in ipſius ædificij partibus, ſicut eſt etiã in ipſis facultatibus & partibus ſapientiæ. Itaque *ſapientiæ plures*, id eſt, plures artes, & plures facultates, ſuo iure voluerunt, & præceperunt plura ſibi gymnaſia exædificari & deſignari, tanquam plura domicilia, ſingula pro ſingulis ſapientijs, & ea omnino ſeptem. Sequitur enim.

Cõſtructio nominis pluralis cũ verbo ſingulari.

Plura gymnaſia p pluribus facultatibus.

4. Septem columnæ quæ.

Excidit columnas ſeptem. An hæ colũnæ, quibus domus ſapiẽtię ſuffulciretur. Sic accipiunt vniuerſi interpretes. Rurſus *ſeptẽ columnas*, pro pluribus, quibus magnificentiſſima Sapientię domus ſuſtẽtaretur, & exornaretur. Columnas verò nihil eſſe aliud quàm ſapientes & doctores Eccleſiæ, atque illos omnes, qui, vt Paulus ad Galat. 2. de Petro, Iacobo & Ioanne ait, *videntur eſſe columnæ.* Rectè ſanè. Tum illud ſubtilius, & operoſius, quòd colũnæ hæ ſeptem, pertineant ad ædificiũ templi, id eſt, ad porticus atrij Iſrael, quæ ſingulæ ſeptenis columnis conſtabant, vt oſtẽdere conatur Villalpandus noſter. de quo dicemus inferius lib. 5. vbi de Templo dicendum aliquid nobis erit. Sed ego *columnas ſeptem* intelligo, non quibus domus inniti titur, ſed quæ in medio palatij, vel atrij erectæ cõſiſtunt, & in quas tãquam in ſuggeſta, doctores & concionatores, docendi & declamandi cauſa cõſcen-

Porticus Templi ſeptenis columnis cõſtantes.

Columnæ pro ſuggeſto.

עמד

ſtendunt. Res prona, & obuia, ex ipſa vocis proprietate; nam à radice *Ghamad*, quod eſt, *ſtare*, aut *ſuſtentare*, dicitur *Ghomed*, id eſt, *tribunal*. 2. Paral. 34. 31. vbi Septuag. *Stetit rex ſuper columnam*; & *gradus*, ſuper quem ſtetit rex ad percutiendum fœdus, 4. Reg. 23. 3. vbi legunt Sept. *Stetit rex ad columnā*. Et ſuper quem inauguratus & coronatus eſt Ioas 2. Paralip. 23. 13. vbi Septuag. *ſtationem* vertunt. Et ad hanc columnæ opportunitatem & rationem ſuggeſti, aut cathedræ tribunalisve, videtur alluſum Pſal. 98. 7. *In columna nobis* (ex columna erecta, & ſublimi, tanquam ex tribunali regio, & cathedra, & gradu proceſſo) *loquebatur* (ius dicebat, pijs fauebat, noxios damnabat, docebat, inſtruebatque de rebus neceſſarijs) *ad eos*. Præſertim, cum ſapientia ipſa Eccleſiaſt. 24. 8. dicat, *Thronus meus in columna nubis*, quem autem aliũ exiſtimas ſapientiæ Thronum; quàm cathedram? quæ ſi ſimul columna ſit, rectè illa *nubis columna* non ſolum erit Dei iudicantis tribunal, ſed etiam docentis cathedra. Curauit itaque Salomon in ſingulis gymnaſijs collegijsve ſingularum facultatum docendarum conſtitui ſingulas cæthedras marmoreas, ex pretioſa aliqua materia, & lapidicina excuſas, expolitiſſimè elaboratas, in quibus vel ipſe Salomon, vel ſapientiſſimi alij magiſtri, atque doctores, varias ſapientiæ partes & facultates profiterentur.

Columna nobis inſtar tribunalis.

B

Thronus ſapientiæ.

Cathedræ marmoreę

5. *Optatus.*

Quæ omnia lucem & robur accipient ex luculẽto Optati Afri Mileuitani Epiſcopi teſtimonio, qui lib. 3. aduerſus Parmenianum, ad id Iſa. 22. *Onus vallis viſionis*, ſic ſcribit: *Non ait in Sion, ſed in vna eius valle: non in illo monte Sion, quem in Syria Palæſtina à muris Ieruſalem paruus diſterminat riuus; in cuius vertice eſt non magna planicies, in qua fuerant ſeptem ſynagogæ, vbi Iudæorum populus conueniens, legem per Moyſen datam diſcere potuiſſet: vbi nulla lex audita eſt, nec ab aliquo celebratum iudicium, nec aliqua eſt illic ab vllo iudice lata ſententia: quia locus erat doctrinæ, non controuerſiæ. Poſt doctrinam ſi quid agendum erat, intra muros Ieruſalem agebatur. Inde ſcriptum eſt in Iſaia propheta. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Tantum Optatus, & quod optare potuiſſemus.

C

Septē ſynagogæ in mõte Siõ.

Quòd autem eſſent quædam collegia, in quibus *Filij*, id eſt, diſcipuli *prophetarum* habitarent, & ea quidem ſparſa per vniuerſam terram Iſrael, oſtẽdit. Abul. 4. Reg. 2. q. 9. Quæ quidem collegia videntur iam inde à Samuelis tẽpore cœpiſſe in Bethel, in Hiericho, in Rama. Sed tamẽ *locus Doctrinæ*, & ſcholæ potiſsimæ in monte Sion, vt tum ex dictis, tum ex eo, quod ſequitur, conſtabit.

D

Collegia diſcipulorum prophetarum. *Abul.*

Vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Proculdubio deſignatur ciuitas ipſa Dauid, vel arx Iebuſæi; hoc enim *arcis* nomine appellatur frequẽter in Scripturis 1. Paralip. 11. 4. 5. 7. 2. Reg. 5. 7. 9. & Ioſephus paſsim, præſertim 7. Antiquitat. cap. 3. Porro quod ſubditur, *& ad mœnia ciuitatis*, indicat murũ, & mœnia munitiſsima, quibus ſuam ciuitatem, id eſt, arcem Sion, cinxit Dauid 2. Regum 5. quem *arcis murum vetuſtiſſimum, & fortiſſimum*, appellat Ioſeph. cap. 9. & videtur quidẽ peculiaris aliqua turris, eaque præcelſa, & fortiſſima in *Sione* à Dauide exædificata, vt indicatur Cant. 4. Quæ cum propter altitudinem opportuniſsima eſſet ad circumſpiciendum, & ſpeculãdum, opportunum etiam erat, ſapientiæ atque doctrinarum ſymbolum; quare ſapientiſsimè eo loci domum doctrinæ conſtituit Salomon; & ad hanc ipſam rem alludens, dixit ad ſponſam; Sicut turris Dauid, collum tuum, quę ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea. Quod

E

Arx & mœnia ppriè Sion. *Ioſeph*

Turris Siõ & Dauid.

Turris Dauid ruius ſymbolũ. *Theod.*

A

Theodoreto exponente, hunc habet ſenſum. [Habet collum tuum, quod caput tuum & faciẽ ſuſtinet, omnes aliorum doctrinas, quibus tanquam iaculis cunctos aduerſarios transfigis. Habet item clypeos multos, quibus protegeris, & ignita hoſtis tela extinguis. Munita enim eſt ſpiritus armatura, & facilè hoſtes vulneras cum omnibus fortium ſagittis abundes. Eoſque modo per prophetas; modo per Apoſtolos redarguis, atque ipſorum tegis imbecillitatem.] Et eo item alluditur Iſaiæ 2. 3. cum deſcribitur populorum confluxus aſcendentium ad verticem montium, dicentiumque; *Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas*, &c. Tum etiam illud Iſaiæ 33. 16. cum deſcribitur, *Iuſtus in excelſis habitans, & munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt.* (*Panis* autem & *aqua*, ſapientiæ ſymbolum ſunt, accedente etiam Gregorij interpretatione, lib. 31. Moral. cap. 20.) *Regem in decore ſuo videbunt oculi eius* (quippe ibi erat regia, non ſolũ Dauidis, ſed Salomonis etiam, ante domum ſuam ædificatam, & qui eo aſcendebant audituri Salomonem regem pulcherrimum, defixis oculis, ſuſpenſi intuebantur) *cernent terram de longè* (ex Sione quippe liber erat proſpectus in vniuerſam vndequaque regionem: vox enim ipſa *Sion*, ſpeculam, vel, proſpectum ſignificat.) Cor tuum meditabitur timorem. (Ecce pietatis & rerum diuinarum intentiſsimum ſtudium, & quod *meditatio* eſt in ſacro ſermone) *vbi eſt litteratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?* (Septuaginta. *vbi ſunt grammatici? vbi conſiliatores? vbi eſt qui numerat eos qui nutriuntur?* vbi vides indicari in monte Sion grammaticæ doctores fuiſſe litteratos, & doctores eorum, qui nutriebãtur doctrinæ pabulo, id eſt, paruulorum & inſipientium.) Porro quoniam Septuag. legunt; *Iſte habitauit in excelſa ſpelunca petra fortiſſima*; exiſtimat Iuſtinus, illos antiquos Mithrę (id eſt, ſolis aut dęmonis cuiuſdam) cultores, finxiſſe ſuos diſcipulos in ſaxo quodam & ſpelunca, initiare, atque docere, occaſione ſumpta ex hoc ipſo Iſaiæ loco, vbi *iuſtus* dicitur doceri in *ſpelunca & monumentis ſaxorum*. Vide Iuſtinũ Dialog. cum Tryphone, & Tertullianum de Præſcription. c. 40. & eo loco Iacobum Pammelium annotat. 242.

B

Panis & aqua ſapiẽtiæ ſymbolum. *Greg.*

C

Meditari & meditatio.

שיח *Grãmaticę doctores.*

Iuſtinus.

Spelunca Mithræ.

D

Tertull.

Iã illud, quod additur, *Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuã*; leges erant initiandi diſcipulos ſapientię; quod illo Iſaiæ loco indicatur, & videtur inde, profanos menſæ & poculi cerimonia, in initiandis ſapientiæ diſcipulis anſam ſumpſiſſe; nam & *menſa* Mineruæ erat conſecrata, & celebris eſt *Aegyptia menſa*, quæ in Alexandrina ſchola proponebatur, & Plin. lib. 21. c. 3. *Athenis* (inquit) *comeſſabundi iuuenes ante meridiem conuentus ſapientium quoq; doctrinæ frequentabant.* Athenæus lib. 5. poſt initiũ, illas Philoſophorum Athenienſiũ conuiuiales delicias celebrat, *quibus pecuniã Theophraſtus legauit nõ vt in eo congreſſu laſciuè & impudenter proteruirent ſed vt quos haberent in conuiuio ſermones, tẽperanter & doctè perſequerentur.* Sed illud ſubijcit; *Philoſophis etiã curæ fuiſſe cũ iuuenibus ad ſe coactis ſtata quadam lege conuiuari, quã Xenocrates in Academia ſua, iidemque Ariſt. in Lyceo moderãdis conuiuijs tulerunt.* Ac nihil notius quà *Cęna philoſophica*. Et diſcipulos illos Mithræ, panis oblatione initiati, docuit Iuſtin. in Apolog. ad Antoninũ Pium. Et Tertoll. de præſcript. c. 40. vbi videndus Pammel. 244. Et lib. de corona Militis; Hieronymus ſuper Amos prophetam, ſidemque Epiſtola ad Paulinum ſcribit, Apollonium de

6. *Diſcipuli ſapientię initiati poculo.*

Mẽſa Aegyptia.

Plinius.

Athenæus.

E

Iuſtinus.

Tertull.

Hierony.

Philoſtrat.

Tantali fonte potaſſe, id eſt, vt Philoſtratus lib.3. de vita Apollonij c.10.ſcribit, de illa potione, quæ non tam amicitiæ vulgaris, quàm mutui conſenſus inter ſapientes firmandi cauſa apud Indos inuenta eſt, Erat autem (vt idẽ Philoſtratus c.7.narrat) eo loco, vbi Iarchas cum Apollonio corã alijs ſapientibus colloquebatur, [ſtatua Tantali ſubſcriptione notata; ſimilis propinanti phialam, quæ plena ſitienti cuipiam abũde potum ſufficeret: in quã humor diſtillat incorruptibilis potionis, quæ phialam menſura nunquam excedit. Exiſtimare enim opus eſt, Tantalum dicendi facultate non caruiſſe; cumque ipſam hominibus communicaret, increpitum à Poetis fuiſſe, quòd nectar hominibus bibendũ dediſſet. videns Beroaldum in Appẽdice, Annotat. c.1. Atque huc ſpectare videtur, quod Cantic. 7.2. ab ſponſo dictum eſt ſuæ Eccleſiæ, *Vmbilicus tuus, ſicut crater tornatilis, nunquam indigens poculi*: pertinet enim tum *venter*, qui eſt mentis ſymbolum, vbi cibus doctrinæ concoquitur; tum *crater*, & *poculum* ad ſapientiæ ſignificationem, ſic exponente Ambroſio ſuper Exod. 16. *Eſt enim* (inquit) *in omni doctrina tornatus, & potus ſpiritualis non deficiens plenitudine et cœleſtium ſecretorum cognitione*. Et fortè colludit cum hac ipſa cerimonia illud Iſaiæ 28. 9. *Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus*; id eſt, à poculis, quæ vberum figuram habebant, in quibus initiãdis ſapientiæ diſcipulis, vaſe in modum fœmineæ mãmę lac propinabatur apud Ægyptios, vt Apuleius author eſt. Atq;, ſi quidquam exẽplum vnum facit, calicem ex electro, mammæ ſuæ menſura, Helenam ſacraſſe Mineruæ autor eſt Plin. lib.33.c.4. Illud ſolidius & opportunius, quòd *vbera* in ſacro ſermone, Eccleſiæ doctores ſignificant, Cantic. 1. Et ſugere idẽ eſt, quod addiſcere, iuxta quod Kaldæus, in Cantic. 8.1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera*, &c. ſic interpretatur; *In tempore illo reuelabitur Rex Meſſias, & dicent ei filij Iſrael: Veni, eſto frater noſter, & aſcendamus in Ieruſalem, & ſugemus tecum ſententias legis ſicut ſugit infans vbera matris ſuæ.* Itemq; Canopus ille, cuius in Eccleſiaſtica hiſtoria Ruffinus meminit, & qui in figuram vaſis cuiuſdam, aut poculi reticulati efformabatur, in mento habebat carunculam quandã pẽdulam in modum papillæ. Hunc autem fuiſſe habitum & ſymbolum pueri addiſcẽtis ſapientiam, & imbibẽtis, aut capientis doctrinam limpidam, itemq; ſugentis lac veritatis, fusè perſequitur Goropius Becanus lib.8. ſuorum Hieroglyphicorum. Vbi eam Canopi figuram deſcribit ex antiquiſſimo quodam ſimulachro ex Aegypto Antuerpiã allato, cuius tota longitudo, quatuor paulo plus digitos æquaret ex Cyaneo lapide; totum autem pueri corpus velo contectum, ſola facie, auribus, & manibus exſtantibus, ſed decuſſatim poſitis, ita vt dextra manu in ſiniſtrum latus reducta figurã Aleph teneret, vna cum funiculo, è quo à tergo ſaccus librarius è iuncis vel viminibus factus pendere videbatur; ſiniſtra verò cadens in dextrũ latus, falcem gerebat. quæ omnia ſimul cum caruncula illa papillari, quę ex mento pendebat, alphabetarium puerum & primo ſapiẽtiæ lacte enutritum, ſignificabant. Sed ecce dum hęc ſcribo refertur ad me per vetuſtum item ſimulachrum, quod diu in angulo Regiæ Hiſpalenſis arcis delituit. Rei nouitas, & monumenti priſci antiquitas multos detinuit, alijs alia diuinantibus. Viſum ſtatim agnoui ex illa Becani deſcriptione, ſed multa in illo peculiaria, quæ nunquam vidit Becanus, & quę teneritudinem pueri alphabetarij melius indicẽt.

Tantali phiali.

Beroaldus.

Vẽter ſymbolum mẽtis.

Ambr.

Poculũ in figuram mammæ.

Apuleius.

Plinius.

Vbera ſymbolum doctorum.

7\. Canopi figura & ſymbolũ pueri Alphabetarij.

Becanus.

Simulachrum Canopi.

Simulachrum Canopi in arce Hiſpalenſi.

Totum ſimulachrum altum eſt palmos quatuor: materia ex cæruleo lapide: ſtat mulier, brachia, pectus, pedes nuda, Aegyptio more caput ornata: habet appreſſum ad pectora puerum item ſtantẽ, lõgum palmum & ſemis, inuolutum planè ſindone ſtricta ſine vlla plicatura. Sed caput nõ ſindone, verum galericulo turbinato cõtectum; manus exſtantes decuſſatæ; dextra vncinum tenet, fortè non tam falcem, quàm runcam, aut ſarculum ad runcadas, & euellendas ſpinas & noxias herbas: quippe pueritia ſarritione indiget: ſiniſtra geſtat funiculum, ſed ex quo minimè pendeat ſacculus librarius, ſiue alphabetarius; quia potius bifida, aut trifida ſcutica, ad caſtigationem: pendet item ex mento caruncula illa papillaris. Inſiſtit totum opus baſi quadrangulæ triplici aut quadruplici litterarũ Hieroglyphicarum ordine circumornatæ. Ad pedes foramen eſt tranſuerſum, & quod fonticulo videtur opportunum, ad eructandam aquam, neque ſanè abs re; nam & Canopus aquę ſtillantis virtute præualuit, extinxitque Ignẽ Kaldæorum Deum, vt latius ſcribit in hiſtoria Ruffinus. Sed de his ſatis, quibus aditum fecit ſapientię illa menſa à Salomone inſtructa.

Pueritia indigens ſarritione.

Canopus vincens Ignẽ Kaldæorum.

Ruffinus.

Hinc iam perſpici poteſt, Salomonem diligentiſſimè perinde ac ſapiẽtiſſimè, præparaſſe ea omnia quæ ad alliciendos addiſcentium animos facere potuiſſent; tum ea, quæ ad docendi opportunitatem requirebantur. Defuturam verò in alijs diſcendi potius quam in ſe ipſo docendi cupiditatem, indicat ipſe. Sap. 7. 13. *ſine fictione* (ſine dolo, ſinceriter, non fruſtra, ſed in eum finem, quem ſapientia ipſa requirit.) *didici*. (Nam qui ad alium finem, vel ambitionis, vel lucri, vel denique non in Dei gloriam, & animarum profectum addiſcẽdi laborem refert, cum dolo & cum fictione addiſcit) *& ſine inuidia* (ingenuè) *communico* (ſua enim ſponte profundit ſe ſapientiæ lumen, ac nullis cancellis valet contineri; nihil enim tam longè à ſapientia alienum, quàm inuidia, vt cuius ſpiritus *ſuauis ſit, amans bonum, beneficiẽs, humanus*,) *& honeſtatem* (diuitias, opulentiam) *illius non abſcondo*: (externæ namque, & terrenæ opes tunc videntur maximè tutæ, cum ab oculis inuidorum atque cupidorum maximè ſunt remotæ, atque in reconditiſſimos theſauros abſconditæ. Cæterum ſapientiæ opes non recondendæ, ſed publicè exponendæ, quibus intuentium & audientium animi inuitentur & alliciantur. Quamuis enim ex ſapientiſſimo aliquo doctore addiſcant, & accipiant plurimi auditores ingentes doctrinæ opes, nihil minus ſufficiet ſapientia doctori ipſi. Cuius rationem ſubdit ipſe Salomon:) Infinitus enim theſaurus eſt hominibus. (nimirum illis proponendus, & exponendus, vt qui ad hominum vtilitatem & eruditionem diuinitus ſit conceſſus. Huc enim reſpicit illa Eccleſiaſt. 20. 32. ſententia, *ſapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Melior eſt, qui celat inſipientiam ſuam; quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam*. Quantũ autem apud Deum promereantur, qui cum ſapiẽtia imbuti fuerint, illam docendi munere libenter & ingenuè alijs communicant, & opes illas in iniuſtitia non detinent, exponit deinde Salomon. *Quo* (nimirum theſauro) *qui vſi ſunt* (vtuntur nimirum ipſa ſapientia ad aliorum vſum) *participes facti ſunt amicitiæ Dei* (quantum donum, quãtus honor doctoribus! ideſt) *propter diſciplinæ* (tradendæ, & docendæ) *dona*. (munus & beneficium) *commendati*. Hac ergo tanti officij, dignitatisque docendi conſideratione, ſe ad docendum excitabat Salomon, & eo ipſo docendi talento ſibi collato

Sincera ad diſcendi ratio.

Sapientia minime inuida.

Sapientiæ opes nõ recondendę.

Doctorum ſapiẽtiæ ingens præmium.

Doctorum opera Deo commendata.

A lato mirifice gloriabatur; *Mihi* (inquit) *dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum, quæ mihi dantur*. Quæ duæ ſunt doctoris partes, præmeditatio & eloquutio.

Duæ doctoris partes.

Sap. 9. 55. 9.

Salomō ad ſuam Academiā inuitans auditores.

Ergo, vt ad Prouerbiorum locum vnde huc venimus, redeamus, *Miſit ſapientia*, id eſt, Sapiens ipſe Salomon, Sapientiæ nomine, *ancillas*, ſeruoſque ſuos, vt vocarent, inuitarentque *paruulos*, & ſapiētiæ ſiue cupidos ſiue egentes, ad Acadēmiam bonis artibus docendis diſcendiſque inſtitutam in arce Sion, & ſe ipſo doctore decoratā, aſſiduè frequentandam. Id quod non ſolum miniſterio & legatione admonebat, ſed & per ſe ipſum frequētibus ſermonibus, & colloquijs præſtabat; quod indicat lectio Hebræa, quæ ex verbo habet, *Miſit ancillas ſuas*: vocabitur, ſeu *vocabit* (ipſe ſcilicet Salomon) *ad arcem*, ſiue *ad excelſa*. Eo tanto, tamque inaudito ſapientiæ præconio, non tantum qui è vicino audiunt, ſed ex remotiſſimis prouincijs euocati, *veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius*. 3. Reg. 4. 34. id eſt, nō ſolum priuati homines audiēdi cupidi, ſed Reges etiam, Principeſque viri, vt indicat lectio Tigurinę; ſiue, legati ipſorum regum, vt eſt communis interpretatio: *Et quos* (vt Hieronymum ſcribentē ad Paulinum imitemur) *ad contemplationem ſui Ieruſalem non traxerat, vnius hominis* Sapientiæ *fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis celebrandumque miraculum, vt tantam vrbem ingreſſi aliud extra vrbem quærerent*, & Salomonē Hierarcham potius, quàm *Hyarcham in throno ſedentem aureo: & de Tantali fonte potantem inter innumeros diſcipulos de natura, de motibus ſiderum, deque rebus diuinis audirent docentem*.

Ingens auditorū concurſus Ieroſolymā.

Hierony.

Hinc in alias orbis regiones micæ & ſcintillæ, ſapientiæ, & luminis, ſeminaque veræ ſapientiæ diſſeminata, & Academiæ inſtitutæ. Ex hac item Hebraicæ ſapientiæ inſtitutione multis poſtea ſeculis ſapientiſſimi apud Ethnicos prodierūt; inter quos vel primus Pythagoras, qui in ea Italiæ parte, quæ Magna Græcia quondam appellabatur, Italici generis philoſophorum authos fuit: à quo vt Auguſt. 8. de ciuit. cap. 2. ait *ipſum philoſophia nomen exortum fuit*. Quem licèt Auguſtin. *Samium* appellet: at verò Ariſtoxenos prodit Tyrrhenum fuiſſe; vna ex Inſulis, quas Athenienſes expulſis Tyrrhenis occupauerunt: Hebræum tamen genere fuiſſe Ambroſius author eſt libri primi epiſt. 6. vbi Pythagorica præcepta, cum ſacris conferens, ſic de Pythagora ſcribit: *Cum ex populo Iudæorum* (vt plerique arbitrantur) *genus duxerit, ex eius diſciplina deriuarunt etiam magiſterij præcepta; meritoque magnus apud philoſophos habitus, æqualem* (vt aiunt) *vix reperit*: Et Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromatum in hæc verba ſcribit; *Alexander in libro de ſymbolis Pythagoricis refert, Pythagorā fuiſſe diſcipulum Nazareti Aſſyrij: quidam eum exiſtimant Ezechielem, ſed non eſt, vt oſtendetur poſtea.* Laertius indicat Pythagoram fuiſſe circumciſum, quamquam non omnino clarè, vt ad eum Clemētis locum oſtendit Gentianus Heruetus. Floruit autem Pythagoras, (vt Clemens eo loco ait) tempore Polycratis Tyranni, circa ſexageſimam ſecundam Olympiadem; (Euſebius in Chronicis) circa ſexageſimamquartam, & quidē Seruio Tullo Romæ regnante, qui fuit tertius à Romulo, tēpore quidem Iudaicæ captiuitatis ſub Sedechia; vel paulo antè (vt ſcribit Auguſt. 18. de Ciuitat. cap. 25.) nam Ieremias, ſeptem Græci ſapientes, Sedechias, & captiuitas Babylonica potius vidētur concurriſſe tempore Tarquinij Priſci, vt ſupputat Euſebius. Fuit autem Tarquinius Priſcus quintus à Romulo.

50. Ex Ieroſolymitana Academia alij poſtea ſapientes.

Auguſt.

Pythagoras cuias.

Ambr.

Clemens.

Laertius.

Pythagoras circumciſus, & Hebraica ſapiētia imbutus.

Quo tēpore floruit Pythagoras.

Poſt hunc Socrates *Hebraicæ* etiam *ſapientiæ æmulator*, vt ait Clemens libro 1. Stromatum.

Socrates imitator ſapiētiæ Hebraicæ.

Tertius Plato, vt Numenius Pythagoricus dixit, *in Moſaica diſciplina verſatus*, quem Iuſtinus vocat *Moyſen Atticè diſſerentem*; & quem Ambr. lib. de bono mortis ait, *ſuos illos libros, & Iouis hortos ex Salomonis canticis accepiſſe*. Denique multa ex ſacris litteris expreſſa ſuis libris impreſſiſſe obſeruant, Clemens, in Stromatis; Euſeb. libro 3. de Præparat. cap. 13. De quo videndus Antonius Poſſeuinus libro 13. ſuæ Bibliothecæ cap. 16.

Plato verſatus in Moyſis diſciplina.

Iuſtinus.

Clemens.

Euſeb.

B Tandem, vt ad Ariſtotelem veniamus, hæc ſcribit Clemens loco citato: Clearchus Peripateticus dicit, ſe quendam nuſſe Iudæum, cum quo verſatus eſt Ariſtoteles. De hoc autem Iudæo ſic ipſe narrat Ariſtoteles apud Clearchum (vt ſcribit Euſeb. lib. 9. de Præparat. cap. 3.) [Iudæus erat ex Cœleſyria, qui ſunt Caleani ex India: Iudæi autē à loco, quem habitant appellati ſunt. Vrbs eorum aſperrimo quodam nomine Ieruſalem nuncupatur. Hic ab altioribus Aſiæ locis ad maritimas ciuitates deſcendens, & lingua, & animo Græcus fuit: cumque accidiſſet, vt eo tempore nos quoque in maritimis Aſiæ locis verſaremur, philoſophiæ amore ad nos ſponte venit, qui multo plura nobis attulit, quàm accepit.

Clemēs de Ariſtotele.

Ariſtoteles edoct⁹ ab Hebræo.

C Tanta igitur ſapientia, & doctrina Salomonis, vt non ſui tantum ſeculi doctor, ſed futurorum quoque, & ſeculorum, & magiſtrorum, magiſter ipſe vnicus haberi merito debeat; quemadmodū ipſe de ſe teſtatum reliquit Eccleſ. 12. [Cum eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarrauit, quæ fecerat: & inueſtigauit parabolas multas. Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones doctiſſimos & rectiſſimos, ac veritate plenos. Verba ſapientium quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſiliū data ſunt à paſtore vno.] Ex ſuo igitur ipſius teſtimonio *docuit*, & *enarrauit*, Hieronymus, *audire fecit*. Fuit enim publicus ſapientiæ profeſſor atq; prælector. Deinde etiam non ſolum verbo, ſed D ſcripto poſteros docuit. De quo iam dicendum.

Salomon poſterorū Philoſophorū magiſter.

Eccl. 12. 9. 10. 11.

CAPVT XXIX.

Libri ab eodem conſcripti.

Ad locum Eccleſ. 12. 10. Cùm eſſet ſapientiſſimus, conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos.

1 *Variæ de libris Salomonis quæſtiunculæ. Scripſiſſe poſt pœnitentiam. Salomonis diſputationes ſcriptis mandatæ.*

E 2 *Scripta Salomonis poetica. Quidam etiam Pſalmi. Eiuſdem ſcripta phyſica & medica.*

3 *Non omnia Salomonis ſcripta nunc extare. Quot verſus libri Prouerbiorum. Quæ materia omniū illius librorum.*

4 *Liber Sapientiæ cuius auctoris. Duplex Philo. Apud Hebræos Liber Sapientiæ Salomonis.*

5 *Liber Eccleſiaſtici cur tributus Salomoni, quamuis ſcriptus à Ieſu Sirach.*

6 *Liber incantationum Salomonis qualis. An Salomonis exorciſmi verè ab illo compoſiti & ſancti. Nullos ab illo compoſitos. Illuſtratus Matthæus de veteris Eccleſiæ exorciſtis.*

7. *Clauicula & annulus Salomonis, falsò Salomoni attributi. De annulo Salomonis traditio incerta. Salomonis cõtradictio. Hygromantia Salomonis ad filium Roboam.* A

8 *Epiſtola inter Salomonem & Hiram. Quis liber verborum Salomonis, quæ illius deſcriptio. Illuſtratus liber Regum & Paralipomenon.*

9 *Liber Salomonis de vmbris. Liber de Neomenijs. Kalendarium Hebræorum confectum à Salomone.*

1. De libris Salomonis quæſtiunculæ plures.

Poſſit ſane primũ hoc loco in quæſtionem vocari, an ſua ipſe manu Salomon ſcribens, an notarij vſus opera, libros aliquos edideri; an potius illi dicantur & habeantur Salomonis libri, qui ex illius ſententijs excepti & collecti, ſiue ſuorum auditorum, & familiarium, ſiue poſterorum diligentia, & memoria, diuino ſpiritu aſſiſtente exſcripti ſunt, & Eccleſiæ traditi. Sed de hac re (ne ſi omnia hoc loco ad viuum reſecemus, longiores ſimus) dicemus initio Eccleſiaſtæ, vbi de illius libri auctore, & in Commentario capitis duodecimi. B

Secundò etiam illud dubitationem habet, quo tempore animum ad ſcribendũ applicuerit, adoleſcens ne, & in primo illo ſapientię atque pietatis ardore, antequam impuriſſimæ vitę peccatis ſe contaminaſſet; an turpioris vitæ pertæſus, grandæuus iam & meliora ſapiens. Hoc item diſſerẽdum illo Eccleſiaſtæ loco, quãuis ſanè ex ijs, quæ libro octauo de pœnitentia Salomonis dicemus, liquido conſtare poſſit, librum Eccleſiaſtæ poſt vniuerſam illius gloriam conſcriptum, vt qui omnium vitæ graduum & ætatum catalogum texere videatur; tum etiam & poſtquam ex impuriſſimæ vitæ ſordibus emerſerat; neque Eccleſiaſten ſolum, ſed Prouerbia etiam, ex Hieronymi authoritate, & eorum, qui illius pœnitentiam eliciunt, ex libro Prouerb. C

Salomonẽ ſcripſiſſe poſt pœnitẽtiam.

Tertium paulo difficiliorem explicationem habebit, an ſi quos olim libros edidit Salomon, qui nunc temporis non extent, fuerint vnquam illi ipſi indubitatæ fidei, & de Canone ſacro. Res quoque hæc non contemnenda, neque à nobis prætereunda in Eccleſiaſtæ prolegomenis. Videnda quæ initio lib. 1. c. 1. in vniuerſum diſputauimus, de libris Prophetarum non exſtantibus: quorum Scriptura meminit. D

Salomonis libri nõ extantes an fuerint de Canone.

His ergo non tam expoſitis, quàm indicio quodam poſitis, in vniuerſum index librorum Salomonis faciendus, non, ne ſumere poſſimus, quos non habemus; ſed vt ſcire poſſimus, qui omnino nobis deſint. Et quamuis quidem 3. Reg. 4. 32. nõ dicatur ſcripſiſſe, ſed potius, locutus fuiſſe tria millia parabolas, & fuiſſe carmina eius quinque millia: & diſputaſſe ſuper lignis, & diſſeruiſſe de iumentis, &c. Quod Priſci illi Hiſpanienſes vulgari lectione ſic efferebant; *Fablò tres mill enexemplos, e era el ſu canto cinco mill. e fablò por los arboles. diſde el alerſe que eſta en el libano, e faſta el oregano que eſta en la pared. e fablò por las animalias, e por las aues, & por las remaniente, et por los peſcados.* At eas oẽs diſſertationes Salomonis ſcripto exceptas, & libris contentas fuiſſe, ſenſus cõmunis eſt; & illo, quo nuperrimè vtebamur Eccl. 12. teſtimonio cõfirmatus: *Conſcripſit ſermones rectiſſimos & veritate plenos.* E

Salomonis diſputationes ſcriptis mandatæ.

5. Libri Salomonis poetici. Ioſephus.

Ergo primum, quod ad ſcientias rationales attinet, in quibus Poeſis, Ioſephus lib. 8. cap. 2. teſtatur, *compoſuiſſe libros Odarum, & Carminum quinque mille, & Parabolarum, ac Similitudinum libros mille. Et cuilibet ſpeciei plantarum ſuam adhibuiſſe parabolam. Idemque feciſſe de pecoribus, & cæteris terreſtribus animantibus.* Ex his vnum illudque potiſſimum, ac diuiniſſimum, id eſt, *Canticum Canticorũ* habemus, cuius dictio poetica, materia Theologica. Cum hoc quoque facit, quod Hieronymus Prologo in Pſal. Euſeb. Auguſt. Athanaſ. Iſidorus. 6. Etymol. videntur facere auctores Pſalmorum, omnes eos, qui in titulis præferuntur, atq; adeo, Salomonem condidiſſe Pſal. 72. & 127. qui illius nomen præferunt. Tum etiam, & tres ſequentes, qui ſine titulo ſunt, nimirum 128. 129. 130. ad proximè præcedentem auctorem pertinent, ex regula Origenis: ſed rei huius iudicium ad initium Pſalmorum referendum.

Hierony. Auguſt. Athanaſ. Iſidor.

Salomon ſcriptor Pſalmorũ. Regula ad cognoſcendum auctorẽ Pſalmi.

Ergo ſecundum librorum genus Phyſicũ fuit, nimirum Herbarium, & de Agricultura. Tertium de vniuerſo Animalium genere. Quartum quod ad medicinam attinet, & velut appendix librorũ de Plantis, & animalibus, de quibus ſuperius diximus, cum partes ſapientiæ Salomonis enarraremus. Quintum; quod ad Aſtronomiam & cæteras Mathematicas artes ſpectat. Sextum; quod ad Ethicam, partim etiam, quod ad Oeconomicam, & Politicam pertinet. Tandemque ad Theologiam & res diuinas.

Scripta Phyſica & Medica.

Scripta Mathematica, Ethica Theologica.

3. *Caietanus* Nõ oïa Salomonis ſcripta nũc extare.

Eorum autem, quę Scriptura recenſet 3. Reg. 4. an aliquid nunc extet in Eccleſia, Caietanus dubitat: Cum enim ter mille parabolarum, & quinque mille Canticorum meminit; *Neſcio* (inquit) *ſi aliquid horum habetur à nobis.* Sed dubitare minimè oportet, eas Parabolas & Canticum, quę habemus, partem eſſe illorum, quæ Scriptura commemorat. Quamquam, vt Caietanus eodem loco aſſerit, neque tertiam quidem partem habeamus vniuerſarum parabolarum. Nam cum in libro Parabolarum non amplius quàm nongenti verſus numerentur, vt obſeruauit Lyranus, eo loco Regum; certè ex his non fit tertia pars ter mille parabolarum. Quid ſi non ſolum Parabolarum, ſed librorum continentium parabolarum tria millia cum Ioſepho dicas? Sed ex his omnibus, quos plurimos, atque ſapientiſſimos fuiſſe nemo dubitarit, tres habemus tantum, quos Salomonis nomine ſemper indigetauit Eccleſia, Prouerbia, Eccleſiaſten, Cantica, iuxta triplicis ſapientiæ diuiſionem, in Moralem, Phyſicam, Theologicam.

Quot verſus lib. Prouerbiorũ. *Lyranus.*

Nam prouerbia, ſunt Ethica ſacra de omnis pietatis & iuſtitiæ officijs erga Deum vſque ad c. 10. & erga homines deinceps. Eccleſiaſtes, multa attingit Phyſica, de cælo, elementis, generationũ viciſſitudinibus. Canticum, myſteria Chriſti & Eccleſiæ continet. Quam librorum materiam, & partitionem frequentiſſimè Patres attingunt horum librorum Commentarijs, vt in ſingulorũ prolegomenis diximus. Quamuis quidem omnes ſint didaſcalici, id eſt, ſalubertimis inſtituendæ vitæ præceptis refertiſſimi. Nullus non conſerat ad rerum naturalium cognitionem, vt qui ſcateant appoſitiſſimis comparationibus ex natura ductis. Denique omnes ſint Theologici, quibus fides, religioque doceatur, & confirmetur.

Librorum Salomonis quæ materia.

4 Liber Sapientię cuius auctoris.

De libro Sapientiæ ingens inter interpretes concertatio, cui auctori tribuendus ſit, pleriſque ex antiquioribus Patribus tribuentibus Salomoni; nonnullis Philoni cuidam, Iudæo quidem, ſed non illi, qui tempore Caij & Claudij Cæſarum legationem pro Iudæis obijt, ſed alteri antiquiori. Et quidem vt Hieronym. ad Crommatium dixit, *Stylus libri ſapientiæ, qui*

Philo antiquior. *Hierony.*

Salo-

Salomonis inſcribitur, Græcam redolet eloquentiam. Itemque Auguſtin. libro ſecundo, de Doctri. cap. 8. & 17. de Ciuitat. cap. 20. ſcribit conſtantem eſſe Doctorum exiſtimationem, non eſſe Salomonis, licèt propter eloquij ſimilitudinem illi tribuatur.

Auguſt.

Huius controuerſię iudicium ſeruandum eſt ad eius libri ingreſſum. Nunc verò, quod huius loci proprium eſt, non repudiandam inſcriptionem, & vulgatam in Græco huius libri appellationem, quæ eſt, Sapientia Salomonis, quòd multas Salomonicas ſententias contineat, & illius ſapientiæ, atque hiſtoriæ partem non contemnendam enarret.

Apud Hebræos liber Sapientiæ Salomonis. *Ioan Picus* *Theophil.*

Fuiſſe quoque apud Hebræos librum alterum titulo *Sapientia Salomonis*, & quem ipſe Auctor profiteatur ſe accepiſſe de Moſaicæ legis penetralibus, teſtatur Ioannes Picus in Præfatio. Heptali. Et illius meminit Theophilus Antiochenus in tertio libro ad Autolycum. Quiſquis tandem auctor fuerit proprius noſtri, de quo agimus, libri, illum definiuit Eccleſia ſacrum fuiſſe, id eſt, fidei, & auctoritatis indubitatæ. Qua moderatione contenti omnino eſſe debebunt, qui eum librum Salomonis nomine prænotarunt, Tertullianus. Origen. Euſebius Cyprianus, Hilarius, Hegeſippus, Lactantius.

Tertullianus & antiqui.

5
Eccleſiaſticus cur tributus Salomoni.

Non diſſimilis de libro Eccleſiaſtici diſceptatio; quippe hunc etiam Salomonis titulo appellant Innocentius I. Epiſtol. Decretal. ad Exuperium capitul. 27. Concil. Carthag. 3. capitul. 47. Lateranen. Mag. & Celaſius capitul. Sancta Rom. diſtin. 15. Auguſtin. de Doctrin. Chriſtian. libr. 2. cap. 8. Cyprianus Epiſtol. ad Quirinum, & libro 2. contra Iudæos, & lib. 1. Epiſtolar. Epiſt. 3. & libro 3. Epiſtol. 2. Hilarius Pſalm. 67. Qui dum ex eo libro teſtimonia depromunt, ex Salomone depromere ſe profitentur, & Hieronym. Epiſt. ad Principiam virginem, & Epiſtol. ad Ruſticum, Eccleſiaſticum appellat Prouerbia Salomonis. Res itē hæc, neque huius loci, neque difficilis iudicij: quippe præfixa ipſi libro præfatio ſcriptorem indicat Ieſum filium Sirach, nepotem alterius ſenioris Ieſu, quem oporter fuiſſe, captiuitate, & fermè Prophetis omnibus, poſteriorem, circa tempora Septuaginta interpretum, & Machabæorum ſeculum. Ergo qui hunc librum Salomonis volunt, ſtyli ſimilitudinem, & ſententiarum parallelarum harmoniam cum Salomonis libris, Prouerbijs potiſſimum, attenderunt, vt indicauit Iſidor. libro 6. Etym. cap. 2. Tum etiam multa, vel ex Salomonis perſona, vel in Salomonem dicta, vt ſuis locis facile erit oſtendere.

Iſidorus.

6
Liber incantationū Salomonis. *Genebrar.* *Ioſephus.*

Librum autem Incantationum, & exorciſmorum compoſuiſſe Salomon fertur, hunc Genebrardus in Chronolog. putat eſſe illum ipſum, quem R. Kimhi in Commentar. 3. Reg. capitul. 4. inſcribit de Morborum curationibus, quo ait maiores vſos, inſtar Hippocratis, & Galeni. Sed de hoc ita ſcribit Ioſeph. libro 8. Antiq. cap. 2. [Quin & eam rem diuinitus conſequutus eſt ad vtilitatē, & medelam hominum, quæ aduerſus dæmones eſt efficax. Incantationes enim compoſuit, quibus morbi pelluntur, & coniurationum modos ſcriptos reliquit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, vt in poſterum numquam reuertantur: atque hoc ſanationis genus, nunc vſque plurimum apud noſtrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præſentia Veſpaſiani, & filiorum & tribunorum, reliquorumque militum, multos arreptitios percurantem. Modus verò curationis erat hic: Admoto naribus dęmoniaci annulo, ſub cuius ſigillo incluſa erat radicis ſpecies a Salomone indicatæ, ad cuius olfactum per naſum extrahebat dæmonium, & collapſo mox homine, adiurabat id, ne amplius rediret; Salomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inuentas recitans. Volens autem Eleazarus, his, qui aderant, oſtendere ſuæ artis efficaciam, non longè inde ponebat poculum, aut prolubrū aquæ plenum, imperabatque Dæmonio hominē exeunti, vt his ſubuerſis, ſignū daret ſpectantibus, quòd reliquiſſet hominem. Quo facto nemini dubium erat, quanta fuiſſet Salomonis ſcientia, & ſapientia: quamobrem libuit hoc quoque narrare, vt omnibus nota ſit eximia regis huius natura: quamque charus Deo fuerit, & in omni genere virtutū excellentiſſimus. Hactenus Ioſephus.

Salomonis exorciſmi qui & quales. *D. Thom.* *Victoria.*

Sed de exorciſmis Salomonis, illud videtur quidem omnino ſentiendum, quod a D. Thom. quæſ. 6. de Potent. articul. 10. ad 3. dictum eſt, & a Magiſtro Victoria relect. de Magia vſurpatum, potuiſſe quidem certam, quandam & piam formulam eijciendi dæmones inſtitui a Salomone, ſancto adhuc, quam Deus peculiari ſua auctoritate ad Dæmones fugandos confirmaret. In hac nihil magicum, nihil ex amicitia, & fœdere cum dæmone. At a Salomone Idololatra, & Magicæ artis poſtea ſtudioſo, ſi vnquam conſcripti, traditi ve exorciſmi, hos oportet Magicos fuiſſe, & nulla diuina, aut Angelica virtute fultos, ad abigendos dæmones; tantum pacto impio, & nefaria magia. Hanc ſanè olet radix illa Ioſephi incluſa annulo, in qua nulla facultas ſupra ſpiritum, vt eleganter oſtendit Ioannes Frāciſcus Mirandulanus lib. 7. de Rerum Prænotione, ex auctoritate Gerſonis, diſputans contra nonnullos Hebræorum Magos. In vniuerſum autem an herbæ, lapides, ſenſibilia denique antidæmonicam vim vllam habere poſſint, vide noſtros doctè, & eruditè diſputantes, Martinum del Rio libro 6. capitul. 2. quæſt. 3. Section. 2. Serarium in capitul. 8. Iob. quæſt. 4. & 5. Magiæ ſuperſtitioſæ item ſuſpecta illa, ſiue inuocatio, ſiue nominatio Salomonis, cuius fuit incertus exitus, & dubia ſanctitas, atque conditio. Quamquam enim nos meliorem illi partem attribuamus; at id facimus probabili ratione ducti, non illa certa, & ab Eccleſia recepta, quæ ad publicam inuocationem ſancti alicuius neceſſario requiritur.

Ioan. Mirandulanus.

Salomonē nullos edidiſſe exorciſmos. *Ianſenius.* *Toletus.* *Salmeron.*

Quare cum huiuſmodi Salomonis exorciſmi, adeò ſuſpecti, adeo incerti ſint, fere mihi certò perſuadeo nullos fuiſſe a Salomone inſtitutos, adhuc ſancto, & pio; contra quàm Ianſenius Matth. 12. Tolet. Luc. 11. Salm. tom. 8. Tractat. 15. Franciſcus Lucas, ſenſerūt; nam ille Ioſephi locus, quo vtuntur, qui huiuſmodi Salomonis exorciſmos in veteri illa Eccleſia probatos, & ſanctos fuiſſe contendunt, valde ſuſpectus eſt, & potius Magiam damnatam, quàm pietatem, redolet, & in illis ineſſe Iudaicam leuitatem, Origenes indicat, homil. 35. in Matth. Agens enim de Principe ſacerdotum Chriſtum Dominum adiurante, in hæc verba ſcribit: *a Salomone ſcriptis adiurationibus ſolent Dæmones adiurari; ſed ipſi, qui vtuntur adiurationibus illis, nec idoneis conſtitutis libris vtuntur; quibuſdam autem de Hebræo acceptis adiurant dæmonia.* Ergo nunquam ad Salomonis exorciſmos reſpexit Chriſtus Dominus, cum dixit Matth. 12. 27. *Filij veſtri, in quo eijciunt?* & Luc. 11. 19. Sed de Apoſtolis, & diſcipulis loquitur, quibus dederat poteſtatem ſuper dæmonia *in nomine ipſius*, Luc. 10. 17. Marc. vltimo

Origenes.

timo 17. vel de alijs, Apoſtolos & diſcipulos imitantibus, & vſurpantibus Chriſti nomen, non credentibus licèt. Luc. 9. 49. Nam alius exorciſtas fuiſſe in veteri Synagoga valde incertum eſt; vide recentiores interpretes Matth. 12. noſtrum præſertim Maldonatum, & Ianſenium capitulo 49. Concordan. & Luc. 11. vbi Cardinal. Toletus, & ſuper Act. capitul. 19. 13. vbi noſter Lorinus, & Martinus Delrius, libro 2. Diſquiſit. Magic. quæſt. 30. ſection. 2.

Veteris Eccleſię exorciſtę. Maldonat. Delrius. Lorinus.

7 His proximus videtur liber, ſiue libri alij Salomoni attributi, & Salomonis titulo, ac nomine prænotati, Incantationes Salomonis, & clauicula Salomonis, & Annullus Salomonis. Quibus docetur impia, & nefaria magia inuocandi, & euocandi Dæmones, aut annulo includendi. Sed ſiue a Salomone Magię aliquando dedito huiuſmodi libri conſcripti fuerint, ſiue falsò illi aſcripti, (quod crediderim potius, cum noſtro Martino Delrio libro 1. de Diſquiſit. Magic. capitul. 3.) meritò a fidei cenſoribus damnati ſunt, ſicut a ſimilibus libris Iudæorum, & Sarracenorum ſuperſtitionibus addictiſſimorum, probati. Clauiculam doctè, & ſanctè inſectatur Baptiſta Segnius, libro de Vero ſtudio Chriſtiano capitul. 7. Et proſcribunt indices Catholici librorum; atque Nicolaus Eymericus in ſuo Director. part. 2. quæſt. 28. teſtatur tempore Innocentij Papæ Sixti, publicè a ſe damnatum, & comburi factum *quendam magnum & groſſum; Dæmonum inuocationum, in ſeptem partes diſtinctum, qui intitulatur, liber Salomonis, in quo erant ſcripta ſacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quam plurima fieri dæmonibus ſolita.*

Clauicula, & Annulus Salomonis an compoſiti a Salomone. Delrius. Baptiſta Segnius. Eymericus

Sed de clauicula Salomonis audito ante paucos annos, inuentam in Hiſpalenſi Columbi Bibliotheca, quæ eſt in Templo maximo. De Annulo item audio nuperrime in plumbeo quodam Arabico libro, ex illis, qui in Granatenſi monte Sancto inuenti ſunt; huiuſmodi rem ſcribi; Salomonem, aliquando ad balneum ſe præparantem, in Iordanis ripa, pellicum precibus, annulum quendam, quo alligatam videbatur habere ſapientiam digito exemiſſe: exemptum verò malo illarum dolo, & nihil minus, quàm ſapientem, & ſanam mentem Salomoni volentium, coniectum in Iordanem: ſtupidum igitur, & velut inertem truncum, manſiſſe Salomonem. Poſtea verò piſcatorum opera ex ventre extracti piſcis, extracto annulo, & Salomoni reſtituto, reſtitutam quoque illi ſapientiam fuiſſe. Rem ſcribo mihi narratam. Fides penes narrantem, qui Arabicè nouerat, legeratque ipſe idem. Quæ ſi vera fuit hiſtoria, tota fuit Magica; ſed potius credam fabulam, & minimè narratam in illis antiquiſſimis, & grauiſſimę fidei libris, quorum apud me auctoritas eſt, vt apud quemlibet debet eſſe, grauiſſima. Itaque plus libris defero, quàm narratori.

Clauicula. Incerta de Annulo Salomonis. Plumbei libri Granatenſes.

Huius quoque furfuris eſſe videtur liber ille qui a Gelaſio Papa damnatur, vt Apocryphus, inſcriptus, *Salomonis contradictio*, & refertur cap. Sancta Roma. diſtin. 15. Tum etiam & ille alius apud Nicetam Choniatam in fine 4. libri Annal. ſcribentem de quodam Aarone Corinthio Magicæ artis ſtudioſo; *Eſt & librum Salomonium euoluere deprehenſus, qui cum legebatur legiones dæmonum adducebat, ſubinde interrogantium, cur accerſiti eſſent, ac iuſſa alacriter exequentium.* Noſter quoque Gretſerus libro primo, de iure & more prohibendi libros malos, cap. 10. teſtatur ſe vidiſſe in Bauarica Bibliotheca librum Græcum hoc titulo: *Hygromantia Salomonis ad filium Roboam.* Quod librorum genus exiſtimat, & extitiſſe tempore Regis Ezechiæ, & ab illo abolitum; id quod confirmat ex Glyca 2. part. Annalium, qui ex Euſebio ſcribit, nonnulla opera nomen Salomonis præferentia, concremata fuiſſe a pio rege Ezechia, ex quorum numero fortaſſis eſſent libri de Genijs, quibus docebat, [quo pacto è ſublimi deducuntur, & qualibus formis appareant, explicans ſimul eorundem naturas, & proprietates, & quomodo vinculis adſtringantur, certiſque locis adſueti abigantur.]

Salomonis contradictio liber Apocryph. Gelaſius. Nicetas. Gretſerus. Glycas.

8 Referuntur tandem ſcriptæ vltro citroque Epiſtolæ inter Salomonem, & Hiram, regem Tyri, vt indicatur 3. Reg. 5. quas refert Ioſephus libro octauo, Antiquitat. capitul. 2. Alteras item litteras inter eundem Salomonem, & Vaphrem Ægypti regem, quas ex Eupolemo refert Euſebius libro 9. de Præparatio. capitul. 4. quarum nos quoque mentionem faciemus initio libri ſequentis. Inter has autem Epiſtolas referendæ videntur ænigmaticæ quæſtiones inter Hiram & Salomonem, quarum meminit Ioſephus libro 1. contra Appionem; qui idem teſtatur multas adhuc apud Tyrios Epiſtolas ſeruari Hirami, & Salomonis, idque confirmat teſtimonio Dij Phœniciarum rerum ſcriptoris.

Epiſtolæ inter Salomonem, & Hiram. Ioſephus. Euſebius.

Qui autem dicitur, liber verborum Salomonis 3. Reg. 11. 41. tribuitur à Sixto Senenſi, lib. 2. ipſi Salomoni auctori, ſed nos aliter cenſuimus cap. 1. huius operis. Rurſus oratio Salomonis, quã fudit in Templi dedicatione, & refertur 2. Paralipo. 6. non video cur debuerit a Senenſi referri inter Salomonis ſcripta.

Quis liber verborum Salomonis. Senenſis.

Illud paulo incertius, quod dicitur 2. Paralipo. 35. 4. a Ioſia, ad Leuitas, *Præparate vos per domos*, &c. *Sicut præcepit Dauid rex Iſrael & deſcripſit Salomon filius eius.* Videtur enim feciſſe Salomon alteram, ſeu deſcriptionem, ſeu ſcripturam, quæ eſſet velut exemplar ædificandi templi, cuiuſmodi alteram fecit Dauid, & tradidit Salomoni 1. Paralipom. 28. 11. *Dedit Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem*, &c.

Quæ deſcriptio Salomonis.

Ergo fuerunt ſcripturæ duæ; ſicut in illo loco legunt ex Hebræo Pagnin. Tigurina, Regia: *Præparate vos in ſcriptura Dauid, & in ſcriptura Salomonis.* Vel ex præſcripto Dauid, & ex ſcripto Salomonis: Hugo quidem Carrenſis vult, Dauidem deſcripſiſſe Leuitarum ordines; ſed Salomonem ſcripto præterea ſingulis proprium aſſignaſſe locum. Caietan. principaliter Dauidem, conſequenter Salomonem deſcripſiſſe. In quo quid ſibi Caietan. velit, non ſatis conſequor. Ergo placet quod Rabanus, & poſt illum Nicolaus interpretantur, quo etiam inclinat Dionyſ. Dauidem ſcripſiſſe, at Salomonem deſcriptionem tradidiſſe executioni mandandam. Sicut autem Vulgatus interpres, quod Dauid deſcripſit, ipſe vertit præcepiſſe; quoniam deſcribendo præcepit; ita quod dicitur Salomon deſcripſiſſe, rectè intelligitur, præcepiſſe tradendo, & exequendo deſcriptionem, quę interpretandi ratio confirmari poteſt ex Septuaginta, quos ad vulgatæ Latinæ interpretationem adhibere, conſultiſſimum ſemper fuit; ergo illi ſic legunt: *Paramini iuxta ſcripturam Dauid, & per manum Salomonis filij eius.*

Hugo. Caietan. Rabanus. Nicolaus.

9 Chicus Æſculanus 2. & 4. capitul. de ſphæra, citat librum Salomonis de *vmbris Idearum.* Qui ſanè liber nuſquam, aut lucem vidit, aut in luce viſus eſt.

Chicus Aeſculan.

De libro Neomeniarum Salomonis, ſic ſcribit Paulus Mioerua ſub lib. 1. de Neomenijs Salomonis,

Liber Salomonis de vmbris.

Liber de Neomeniјs. *Paulus Minerua.*

nis, habuiſſe tabulam inſcriptam Salomonis nomine, ad inueniendum nouæ lunæ coniunctionem; quam eſſe frequentem traditionem huius temporis Hebrçorum, ait ſe didiciſſe a Vitali quodam Rabbino Mediolanenſi. Quod non tam propter auctoritatem, quæ nulla eſt, quàm propter rationem ipſam, quæ aliqua eſt, ingenti veriſimilitudine ſe commendat; quippe cum templo, & cum ſacrificijs, & ſolennitatibus reserat coniunctiſſima, accurata ratio, & obſeruatio Neomeniarum, & Kalendarij, vt ſuo quoque die, & temporis perageretur. Ergo quod a Moyſe, perpetua quadam tempore, & aſtrorum obſeruatione ſacerdotes, non ſine ingenti labore, & ſtudio obtinebant; hoc illis ſapientiſſimus Salomon accuratiſſima, & abſolutiſſima tabula Neomeniarum, & Kalendarij, facilè & ſine labore tradidit. In qua quidquid ad lunationes, cyclos, emboliſmos annorum, menſium, dierum, rationes, perpetuò, & ſine errore, conſeruandas, perfectiſſimè abſoluit, & Kalendario Hebraico accuratiſſimo Leuitas inſtruxiſſe credendus eſt. De duplici autem Hebræorum Kalendario, duplicique anni initio, & alijs eò ſpectantibus, videndi, Chriſtianus Maſſæus in Chronico, Genedrarb. initio Pſalm. Carolus Sigonius lib. 1. de Heb. Repub. Paulus Minerua, libro 1. de Neomenijs Salomonis. Ioſephus Scalig. de emendatio. temporum. Iacobus Chriſtmanus in Comment. ad cap. 1. elementorum Alfagrani.

Kalēdariū confectū a Salomone. *Maſſæus.* *Sigonius.* *I. Scaliger.*

Finis Libri Tertij.

LIBER QVARTVS
DE REBVS SALOMONIS REGIS.

Qui eſt

DE EIVS DIVITIIS, ET REGNI ſub illo opulentia, & fœlicitate.

Diuitiæ corollariũ ſapientiæ Salomonis. Eccl.9.11.

SAlomonicæ Sapientiæ appendix,& ſoboles,diuitiæ fuerunt, quas ſua pollicitatione addidit Deus Sapientiæ, quam Salomoni indiderat. *Sed & hæc* (inquit) *quæ non poſtulaſti,dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam*. Non ſanè quòd non ſoleat Sapientia ſæ- A

Sap.7.11.12

pius apud homines ſterileſcere & egere;ſicut ſcriptum eſt: *Vidi ſub ſole,nec ſapientum eſſe panem, nec doctorum diuitias*: Sed quod illa huiuſmodi fructũ & ſuo ſemper iure requirit;& contulit illum ſuo ſapienti Deus cumulatiſſimum; Venerunt mihi (inquit ipſe Salomon) *omnia bona pariter cum illa,quoniam bonorum omnium mater eſt*. Meretur enim diuitias, immo concipit, paritque, quas inuenire, poſſidere,& amplificare docet, vt deinceps explicabimus. B Quare vitam,victum & ſanitatem corporis, non ſolum animi, videtur ſapientia polliceri ſuis ſectatoribus,Prouerbiorum.4.22. *Fili mi, auſculta eloquia mea,vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas*.

Diuitiæ corona Sapiẽtiæ.

Et quidem diuitiarum magnitudo ad Sapientiæ auxeſim & dignitatem propius ſpectare videtur; vt quæ ſapientiam regio cingant diademate, ſicut ſcriptum eſt, Prouerbiorum 14. 24. *Corona ſapientum diuitiæ eorum*. C Vtiliorem quoque illam, atque efficaciorem reddunt, eiuſdem Salomonis teſtimonio Eccleſ. 7. 12. *Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem*. Ergo quamuis nunc ad Salomonis diuitias verſandas accedamus, verſari adhuc in illius ſapientia augenda, & coronanda videbimur, vt & de fœlicitate,quæ ex vtraque illa re conſurgit, Regi ſapientiſſimo gratulari poſſimus, voce non abſimili, qua Lyſander iuniori Cyro: *Rectè te beatum ferunt, quoniam ſapientiæ tuæ fortuna iuncta eſt.*

Cicero in Catone.

CAPVT I.

Salomon hæres ampliſſimarum Dauidis parentis facultatum.

Ad locum 1. Paral.29. 22. Mortuus eſt Dauid in ſenectute bona, plenus dierum, & diuitiis.

1 *Dauid opulentiſſimus. Milites,dum viuunt, videri diuites.Illuſtratus locus Paral.*
2 *Dauid parans impenſas Templi ex eo quod ſibi detrahebat. Victores Deo conſecrantes in templis hoſtium ſpolia. Illuſtratus ſemel, & iterum Paralip.*
3 *Dauidis claſſis in inſulam auriferam. Vrphe an Ophir.*
4 *Veræ & naturales diuitiæ, quæ. Dauid ditiſſimus agrorum & pecorum. Arabiæ vbertas.*
5 *Dauidis agri ampliſſimi ex patrimonio regio. Theſaurarij & theſauri ex re ruſtica. Illuſtratus Paralip. Theſauri quid propriè.*
6 *Hebræi ſuis regibus pendebant vectigalia. & prouinciæ victæ victoribus tributa. Seruire, quid in ſacro ſermone.*
7 *Munera oblata ab exteris prouinciis Regibus Hebræorum. Diligentia & perſpicacitas miniſtrorum fiſci regij. Satrapa quid.*
8 *Summa Dauidis bellorum, victoriarum, prædarum. In Africa & Aſia ſodinæ multæ, & exercendi frequentia. In Aegypto damnati ad metalla.*
9 *Capitationis cenſus Sacerdotum, & ſacri vſus. Illuſtratus Moyſes. Ex illo non æſtimandas Salomonis & Dauidis opes.*
10 *Quid Salomoni a Dauide diuitiarum relictum. Quantæ opes cum Dauide conditæ.*

OPportunum ſanè exordium Salomonicarum opum, & quod ad Salomonis commendationem mirificè faciat: cum enim ex vulgato illo Heſiodi Prouerbio, *Diues ſit aut iniquus, aut iniqui hæres*: at vnicus Salomon optimi ac ſapientiſſimi principis opulentiſſimus hęres inſtitutus fue-

tus fuerit; & potuit quidem idē ipſe optimus fuiſſe, atque ſanctè vixiſſe in tanta opulentia hæreditaria; quippe cui minimè obijci quod Syllæ, potuerit; *Quomodo vir bonus eſſe potes, qui tantas opes poſſideas, cum a patre nihil tibi ſit relictum?*

Plutarch.

Fuiſſe autem Dauidem vt primum Iſraelitici regni Principem Dei nutu & voluntate deſignatum ita diuitijs ampliſſimis clariſſimum & fortunatiſſimum, liber Paralip.1.c.29.22.apertè docet: *Mortuus eſt Dauid in ſenectute* (canitie) *bona* (prouecta; aut etiam non triſti & miſera, ſed iucunda, & fœlici) *plenus* (ſatur, expletus, quaſi ad quandam animi atque deſiderij & famis viuendi ſaturitatē) dierum (annorum, qui ex diebus conficiuntur, vel dies pro anno, aut pro tempore quocunque, quia dies eſt menſura temporis, notiſſima, & vulgatiſſima) & diuitijs, & gloria, quam tem his verbis elucidat Ioſephus.7.Antiquitatum cap.12.*Tantas diuitias reliquit, quantas nullus alius rex, vel Hebræorum, vel aliarum gentium*. Et mirum quidem, ducem clariſſimum, ac militem fortiſſimum, belli ſtudijs aſſuetum, nunquam fere dimiſſo exercitu numeroſiſſimo, diuitem adhuc & locupletem mori contigiſſe, nam minimè mirum diuitem, dum viueret, fuiſſe. Quippe generi huic ducum, ac militum, ſicut nihil deeſſe in vita videtur; ita nihil in morte ſupereſt. Quorum vtrumque ad militarem fortitudinem facit, vt *& miles ſit diuitiarum, & voluptatum auidus; ſic enim audacius pericula ſubiturus, quo ſatis cupiditatibus ſuppeditet*. Vt dicebat apud Plutarchum Iphicrates, & vt nihil domi habeat; nihil in arca, cuius amittēdi metu, ignauior, aut timidior reddatur; *Non enim miles timet, niſi veſtitus, armatus, calceatus, ſatur, & habens aliquid in zonula*, vt dicebat apud Lampridium Seuerus. Sed iam mirabilis opulentiæ Dauidis viuentis, morientis plures fontes indicandi.

David fortunatiſſimus. Bona ſenectus. Cur dies pro anno aut tempore. Ioſephus. Milites vita magis diuites, quā morte. Plutarch. Miles diues timidus. Lamprid.

I. *Votum Templi ædificandi*.

2\. PRima origo ampliſſimarum illius diuitiarum fuit ſtudium ardentiſſimum ædificandi Templi, quod numquam de animo & cogitatione deponebat, 2.Regum.7.2.1.Paral.21.57. & 17.1.Pſ.31.4.5. a quo quamuis perficiendo & aggrediendo prohibitus fuerit, at quod in ſe fuit, minimè retardatus a præparandis impenſis.1. Paralip.22. 2. 3.4.5.*Domus, quam ædificare volo Domino, talis eſſe debet, vt in cunctis regionibus nominetur; præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam ante mortē ſuam omnes præparauit impenſas.* Omnes inquam, id eſt, omnium vaſorum, & vtenſilium materiam, metalla, ligna, lapides, 1. Paral.28. 29.vt fuſius dicemus cap.ſequenti. Corradebat igitur vndecūque, non ſibi, ſordidè, ſed Deo liberaliter & magnificè, ſpiritu regio, & principali, vt & ipſa profana & pretioſa ornamenta diuinis vſibus conſecrarentur; & eſſet, quod ſupra frænum equi eſt, ſanctum Domino, & equeſtres illæ, & bellicæ phaleræ (ſic exponente Hieronymo) non amplius ſibi aduerſus hoſtes pugnanti, ſed filio pacifico religionem curanti ad Dei cultum deſeruirent. Porro in antiquo religionis ritu, & more poſitum, vt duces, & milites ex deuictis hoſtibus, victoriæ auctori Deo prędā offerrent. Gen.14.18.Num.31.48.49.50.atque huiuſmodi templorum ornamenta maximè probabat Alexander apud Dionyſ. Oratione 2, de regno Exuuijs enim, & hoſtium armis templa (inquit) excolenda ſunt, quemadmodum & Hector hoſtium ſpolia ad ſagittiferi Apollinis ædem ſe appenſurum vouebat. Admirabatur præterea Athenienſes, non tam propter ſumptum in ciuitatem, & templa, quàm propter Mardonij gladium, & Laconum ſcuta, &c.

David præparans Tēpli impenſas. Zacha.14.20. Hieronym. Duces ſpolia templis & Deo victoriæ auctori conſecrantes.

Ergo ait Dauid.1.Paralip.22. 14. *Ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini*. fortè quòd quæ ſibi, & ſuis vſibus atque delicijs adimebat, in diuinos vſus & pietatem conferebat, & parciori victu fortè viuebat, quàm (niſi de Templi expenſis neceſſarijs cogitaret) potuiſſet, ac debuiſſet rex viuere. Quod fortè potuit reſpicere illa alia lectio Regia, & quorundam aliorum, in afflictione mea. Quòd ſe ea in re afflixerit, minimè ſibi indulgens, immo denegans ſæpe delicias, non rarò etiam neceſſaria, niſi fortè ad bellicas curas & labores, moleſtiſſima itinera, atque aſſiduas excurſiones reſpiciat. mirum enim, inter medias belli moleſtias, religioſiſſimum regem nihil prius habuiſſe, quàm vt de templi expenſis cogitaret. Sed hæc potius ſpectant ad templi opulentiam, & magnificentiam, quàm ad laicas regni, & regis opes hæreditarias liberis relinquendas. Indicanda ergo alia eius opulentiæ capita.

Princeps parcius viuens vt diuinis ſit ſatis. Regia. עני

II. *Nauigatio, & claſſis ad peregrina littora*.

3 HÆc item ad diteſcendum via proxima, & compendiaria. ædificauit enim, adornauitque Dauid claſſem, quam in inſulam mittebat Rubri maris, auro prædiuitem & metallis pretioſis. Huius rei teſtimonium præbet Eupolemus apud Euſebium lib.9. Præpar.cap.vltimo, quod ad veritatem Græci exemplaris exigendum, & poliendum, noſter Villalpandus pro ſua diligentia curauit, in hæc verba, [Eupolemus ait, Dauid filium Cis, a quo Syros euerſos, qui ad Euphraten fluuium habitant, & Comagenen, & Aſſyrios, qui in Palaadena, & Phœnicia: Exercitum quoq; duxiſſe in Idumæos & Ammonitas, & Moabitas, & Ithuræos, Nabathæos, & Nabdæos: item bellum intuliſſe Suroni regi Tyri & Phęniciæ; quos etiam coegit tributa Iudæis pendere: Et cum Vaphre Ægyptiorum rege fœdus iniſſe. Cumque vellet Dauid templum Deo ædificare, rogaſſe Deum, vt locum ei altaris oſtenderet: ibi ei angelum apparuiſſe ſtantem ſupra locum, vbi altare ſtatueret Ieroſolymis, & eum iuſſiſſe templum non ſtatuere, quòd humano ſanguine pollutus eſſet, multoſque annos bella geſſiſſet. nomen verò fuiſſe illi Dianathan, eique imperaſſe, vt filio ædificationem permitteret; ipſe verò quę ad apparatum pertinerent, adornaret, aurum, argentum, æs, lapides, ligna cupreſſina, atque cedrina. His auditis Dauid naues compegiſſe Achanis Arabiæ vrbe, & in inſulā Vrphen in mari rubro ſitam, aureas venas habētem, effoſſores miſiſſe, qui aurum inde in Iudæam deportarent.] Hactenus ex Eupolemo Euſebius non vulgariter ex Græco tranſlatus. Vulgaris autem tranſlatio ſic habet; *Vrphen auri metallis abundantiſſimam, vnde in Iudæam innumerabilia pene pondo auri delata fuiſſe*. Porro hanc inſulam *Vrphen* videri illam ipſam, quæ appellatur *Ophir*, autumat Ortellius in ſuo Theſauro Geographico; atque inde Hebræorum regibus allatum aurum. Quos autem alios reges intelligat, quàm Dauidem & Salomonem? nam regi Ioſaphat ſimilis claſſium conatus propter aurum Ophir, non ſucceſſit. 3. Regum.22. 49. & 2. Paralip.20. 37. At ſi ex nominum aliqua ſimilitudine duci coniectura poteſt, Ierem.10. 9. dicitur *Aurum de Ophaz* in Hebræo *Vphaz*: Septuaginta, *Mophaz*: Kaldæus, & Hieronymus *Ophir*. Sed dę Ophir poſtea, & quæcunque ſit tandem

Dauidis claſſis. Euſebius. Villalpad. David fœdus iniens cū Pharaone. Ortellius. Vrphe inſula ā Ophir. Aurum Vphaz an ex Vrphe.

dem inſula Vrphe, vnde aurum ad Dauidem afferebatur.

III. *Agri, & pecora.*

4 *Veræ diuitiæ quæ. Ariſt.*

VEras ac naturales diuitias eſſe, quæ ex paſtorali, & agricultura petuntur, Ariſtoteles ſtatuit libro 1. Polit. cap. 5. cum enim natura voluerit plantas eſſe animalium gratia, cætera verò animalia hominum cauſa, ſiue propter cibum, ſiue propter alias vitæ commoditates; conſequens eſt, vt qui paratiſſimus fuerit ab agricultura, & paſtorali, is locupletiſſimus, ac fortunatiſſimus naturæ beneficio cenſeri debeat. Fuiſſe verò huiuſmodi naturalium facultatum agrorum, & pecorum mirificè affluentem tractum illum Orientalem Arabiæ fœlicis, atque adeo regionum illarum prouincias conterminas, teſtatur Diodorus libro 3. cap. 12. quippe ratio & cauſa communis vniuerſæ illi regioni: *Videtur* (inquit) *ſol regioni ad meridiem poſitæ plurimam gignendi virtutem afferre: proptereaque plurima in eis locis varia, ac pulchra animantia natura fieri:* Ad quam ſolis virtutem refert terræ feracitatem ad progignendos non ſolum varios, atque pulcherrimos fructus, ſed præterea varios, pretioſiſſimoſque lapillos; *Calor enim* (inquit) *ſolis condenſat, ſiccitas comprimit, ſplendor illuminat.* Hinc ampliſſimæ, atque vberrimæ Orientalium principum, atque adeo Hebræorum Regum agrorum, & pecurum poſſeſſiones. Nam præterquam quòd magna regalis patrimonij Ægyptiaci pars agricultura conſtaret, certè videtur ipſum patrimonium regale Hebræorum iam inde a Saule 1. Regum. 8. 11. conſtitui in agricultura, & in pecoribus. Hoc enim edicitur; *Ius Regis, qui imperaturus eſt: Filios veſtros tollet, & conſtituet ſibi aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum. Agroſque veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit. Aſinos auferet, & ponet in opere ſuo; greges quoque veſtros addecimabit.* Quæ omnia ad agricolationem referuntur, & ad opes pecuarias.

Arabia felix abũdans agrorum & pecorum. Diodorus.

Res ruſtica Dauidis vnde. Caietan.

Ergo res ruſtica Dauidis; quæ non tam fuit ex hæreditate paterna; vt volebat Caietanus, neque ſolum ex agris hoſtium in ſuam poteſtatem redactis; ſed ex ampliſſima, vt ita dicam, ſubditorum contributione, ad conſtituendam familiam & reditus regios, vberrima, & ampliſſima fuit agris, paſtoribus, fructibus, pecoribus ad ſubſtantiam Regis propriam pertinentibus, quibus curandis neceſſarium fuit multos viros principes præponi. 1. Paralip. 27. 26. *Omnes hi principes ſubſtantiæ regis Dauid. Operi ruſtico, & agricolis, qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub; vinearumque cultoribus Semeias Romathites: cellis autem vinarijs Zabdias Aphonites. nam ſuper oliueta, & ficeta, quæ erant in campeſtribus, Bulanan Gederites: ſuper apothecas autem olei, Ioas. Porro armentis, quæ paſcebantur in Saron, præpoſitus fuit Setrai Saronites, & ſuper boues in vallibus, Saphat filius Adli. Super camelos verò, Vbil Iſmahelites, & ſuper aſinos Iadias Meronathites; ſuper oues quoque Iaziz Agareus.*

Principes ſubſtantiæ Regis.

5 Hæ itaque veriſſimæ ac naturales diuitiæ, ex quibus illas quoque, quæ non naturales ſunt, auri, argenti, pecuniarum, ampliſſimas effici, & colligi neceſſarium fuit, præter ea quæ inſumebantur in annona domus regiæ.

Inde igitur conflati Dauidis theſauri, de quibus ſic videtur ſcribi 1. Paralipom. 27. 25. *Super theſauros Regis* (qui erant in Ieruſalem) *Azmoth filius Adiel: his autem theſauris, qui erant in vrbibus, & in vicis & in turribus, præſidebat Ionathan filius Oziæ.* Quod in Hebræo, & Septuaginta, legitur paulo clarius: *Super theſauros, qui in agro, & in pagis, & in villis & in turribus.* Quæ ſic accipio, vt illi principes ſubſtantiæ Dauid minimè eſſent theſaurarij, aut collectores tributorum impoſitorum agris populariùm, vt exiſtimarunt Abulenſis 1. Paralipom. 17. quæſt. 28. & Villalpandus tom. 2.

Principes ſubſtantiæ Dauidis nõ erãt theſaurarij. Abulenſis. Villalp. to. 2. li. 5. diſp. 3. c. 54.

Sed erant œconomi, & præfecti ſupremi curandorum agrorum, & pecorum, atque mittendorum diſtribuendorumque agricolarum, & paſtorum. Hi ergo redactam ex fructibus, & pecoribus proprijs ipſius Dauidis pecuniam tradebant alijs theſaurarijs, qui erant in agris, & villis, & pagis & turribus. Super hos autem priuatos theſaurarios erat Ionathan, qui pecuniam ab illis collatam accipiebat. Res, vt videtur, aperta & clara ex ipſo textu, & quam Nicolaus, Caietanus, Dionyſius, Hugo, probè agnouerant, definientes hanc Dauidis ſubſtantiam proprijs ipſius regis agris, & prædijs, ſiue hæreditate acceptis, ſiue ex hoſte arreptis; ſiue iure & patrimonio regio ſimul cum regno ad ſe deuolutis; ſiue denique arte, & cultura, aut alia ratione comparatis.

Nicolaus. Caietan. Dionyſ. Hugo.

Nam apertè locus diſtinguit inter præpoſitos rei ruſticæ; & præpoſitos theſaurorum agri & villarum. Rurſus poſt præpoſitos rei ruſticæ ſtatim recenſet theſaurarios agrorum.

Præpoſiti agrorũ diuerſi a theſaurarijs.

Et quamuis quidem Hieronymus in Trad. 1. Paralipomen. 27. ſcribat eo loco theſaurorum nomine intelligi non ſolum pecuniam, ſed & omnes ſubſtantias: quod etiam Septuaginta faciunt, dicentes: theſauros vineæ, &cæt. Sed ſanè cum abſolutè dicuntur theſauri, propriè videntur accipiendi pro ærario, & pecuniæ depoſitione, quæ ex agrorum fructibus redigebatur. Ideo enim multi theſauri, multaque æraria per prouincias diſperſa erant, quòd agri & prædia diuiſa diſperſaque eſſent.

Hieronym.

Theſauri quid propriè.

Denique hanc quoque non ſolum ad delicias, & voluptatem, ſed etiam ad augendam rem, & vtilitatem, diuitiarum partem ſibi non defuiſſe indicat ipſe Salomon Eccleſiaſtic. 2. 5. *Plantaui mihi vineas, & ſyluas lignorum germinantium, &c.* Neque verò aſſidua bella, victoriæque obfuerunt, quominus, vt dicitur 2. Paralipom. 26. 10. Ozias rex, pro more Regum Iuda, *haberet multa pecora, tam in campeſtribus, quàm in eremi vaſtitate: Vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.*

אצרות

Ozias Agriculturæ deditus.

IV. *Vectigalia regia.*

6 *Iſraelitæ de more pẽdebant vectigalia.*

ANnua vectigalia ex mercimonijs, & alijs rebus communis vſus; & vitæ commoditatum, de more pendebant ſuis regibus Iſraelitæ; vt indicatur 2. Paralipomen. 9. 13. Pendebat item plebs Regi tributa iam inde a Saulis tempore 1. Regum. 8. 15. 17. in iure regni, quod edicebat Samuel. & 1. Regum 17. 25. Ex quo ingentem auri ſummam colligi ſatis indicat locus ille 2. Paralipomen. 9.

V. *Tributa exterarum gentium.*

Tributa gẽtium deuictarum.

PRouinciæ illæ omnes, quas Dauid ſubiugauerat, ad pendenda tributa cogebantur, Moabitæ, Syri, Damaſceni, Idumæi, Amalecitæ, 2. Regum 8. vni-

8. vniuerſi reges Syrorum trans Iordanem, & Phi liſthæi 2. Regum 10. 1. Paralip. 18. quorum omnium ſeruitus quam Dauidi ſeruiebant, nihil aliud erat, quàm tributum; ex frequenti ſeruiendi ſignificatione, & vſu ſacri ſermonis. Porro a tot regibus regniſque collatum, oportuit fuiſſe quàm ampliſſimum.

VI. *Dona & munera Regum fœderatorum.*

7

Munera regum exterorum cepiſſe in Dauide.

Qui dicantur legati diuerſarũ gentium.

lxx.

HÆc licèt in Salomone recenſeantur, at in Dauide copioſè, atque deinceps in conſuetudinem, & quaſi ſolemne ius abijſſe indicat Scriptura 2. Paralip. 9. 13. 14. *Aurum afferebatur* (ex vectigalibus, & annuis redditibus) *ſalomoni; excepta ſumma, quam legati diuerſarum Gentium*, non tam qui honoris cauſa legatione fungebantur apud Salomonem; ſed quos ad exteras prouincias tributarias Salomon legabat ad colligenda tributa; nam pro his legatis, dicitur 3. Regum 10. 15. *Viri qui ſuper vectigalia erant*: pro quo habent Septuaginta, abſque tributis ſubditorum, & ſimiliter 2. Paralip. 9. pro legatis habent, præter ſubiectos, & quidem vox originali Tharim, a radice Thur, ſignificat conſiderare, explorare, cum perluſtratione quadam circumeundo, qualis in exploratoribus reperitur; ergo ſignificat diligentes exploratores, & induſtrios rerum gerendarum curatores, perluſtrantes diuerſa loca; quales oportet eſſe regios miniſtros, & amplificatores fiſci. Quò videtur reſpexiſſe lectio Regia, quæ hoc loco legit, peruestigantes. Aliqui volunt intelligi publicanos, quaſi locatores vectigalium, & tributorum regalium, qui ſolent eſſe attentiſſimi ad lucrum, ac ſeueri nimium exactores. Ergo ſi legati colligebant tributa diuerſarum gentium, & negotiatores (qui negotiandi, & mercaturã faciendi gratia circumeunt, ex vocis proprietate) afferre conſueuerant (Ecce inſolitam conſuetudinem, & Salomone priorem) *omneſque Reges Arabiæ* (an hi quoque tributarij? minimè ſanè, vt qui nunquam a Dauide bello petiti, aut ſuperati. Ergo Arabiæ Reges ſponte ſua, miſſis donis ampliſſimis gratuitam Salomonis beneuolentiam captabant, quod & diſertis verbis ſcribit Sulpitius libro 1. Sacrarum Hiſtoriarum,) *& Satrapæ* (mirum quàm varient nouæ translationes.) Pagnin. Duces, Regia, Comites, Tigurina, Præfecti, alij, Proceres, certè vocem originalem frequenter ſolet Vulgatus reddere ducem, aut principem, ſed gaudet aliquando nomine Satrapę, quod apud Perſas in vſu & in pretio) terrarum, in Hebræo, & in Græco in ſingulari eſt, terræ. Sed vt eius regionis, tum etiam ex longè diſſitarum, prouincias ſignificaret, eleganter ab interprete dictum eſt, terrarum; neque cum dicitur Hebraicè terra, ſingulariter, ad eam tantum regionem adſtringitur, ſed longè lateque ad plurimas extenditur.) Porro peculiaria illa magnificentiſſima munera vaſorum aureorũ, argenteorum, æreorum, quæ attulit Adoran filius Tihoti regis Emath ad regem Dauid, congratulationis, & fœderis ergo, recenſentur. 1. Paralipo. 18. 10. 11. 12. ſed hæc nunc indicata, quippe communia Dauidi, Salomoni, Ioſaphat, alijſque regibus, dicenda a nobis inferius pro Salomone latius.

חרן

Diligentia miniſtrorũ regalium.

Publicani attenti ad lucrum.

סחר

Satrapæ q.

פחה

Terræ, aut terrarũ appellatio quid cõprehendat.

VII. *Spolia ampliſſima, & prædæ maxima.*

8 HOc Dauidicarum opum caput ex pulcherrimis atque pretioſiſſimis hoſtium exuuijs, tam accuratè, tam copioſè expouit Villalpand. noſter, tomo 2. ſui in Ezechielis apparatum lib. 5. diſput. 3. vt nihil addi; & tam certis, tamque manifeſtis ſiue computationibus, ſiue demonſtrationibus confirmat, vt nihil demi a quoquam, niſi ab homine perexigui captus, aut inuidi animi, videri poſſit: cuius rei ſi fortè quis breuiorem deſiderat ſummam, hanc licebit accipere.

Villalpãdi diligentia, & labor.

1. Dauid fœlici & propitio Marte, immo Deo exercituum ſui populi duce, & Imperatore ſupremo, pugnauit ſemper; ac ſanè quidem 2. Regum 8. 6. Seruauit dominus Dauid, in omnibus ad quęcunque profectus eſt. 1. Paralip. 18. 6. Adiuuit (idẽ verbum, quod ſuperius, ſeruauit, non ſolum illæſum ab hoſte, ſed perfecta ſalute, hoſte læſo, penituſque triumphato) cum dominus in cunctis ad quæ perrexerat.

Sũma bellorum, & præclarum Dauidis.

Adiuuare ſeruare.

ישע

2. Pugnauit autem vigeſies, totidem clariſſimis partis victorijs de Philiſthæis, Idumæis, Syris, Damaſcenis, Ammonitis, Amalecitis, & alijs gentibus conterminis; & quidem iugulatis infinitis barbarorum millibus. Si currus captos numeres, & in ijs denos ſaltem milites pro mora Aſiatico, præter infinitam proſtratorum peditum multitudinem 2. Regum 8. 7. & 10. 1. Paralipom. 18. 7. & 19.

Victoriæ viginti.

Currus Aſiatici decẽ militum.

3. Captis hoſtibus infinitis, adime ſpolia aurea (nam argentea vix in pretio, inaures, periſcelides, enſes, ſcuta, arcus, pharetras; regibus præſertim ſenis deuictis Ammonitarum, Syriæ Rohob, Syriæ Soba, Meſopotamiæ Maacha, & Iſtob. Confer in hunc cumulum pharetras aureas militum Adarezer, & reliquam item auream armaturam; quam quidem Abulenſis 1. Paralip. q. 21. agnoſcit geſtaſſe videlicet præter pharetras, alia ex auro arma. Simile quoque de pharetris, & armatura exercitus Adad, qui venerat auxiliaturus Adarezer, ſcribit, Ioſephus 7. Antiquita. cap. 6. nimirum fuiſſe *pretioſam & dignam, quæ Deo conſecraretur in Ieruſalem.*

Prædæ maximæ.

Armatura aurea.

Abulenſis.

4. Huc congerendæ prędæ captarum vrbium, auri, argenti, æris refertiſſimarum *de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarezer tulit rex Dauid æs multum nimis*, 2. Regum 8. *& de Tebath, & Chun vrbibus Adarezer æris plurimum*, 1. Paralip. 18. Cum verò a Ioſepho lib. 8. vocantur hæ ipſæ vrbes Bachan, & Bachon, videntur quidem illæ ciuitates fuiſſe trinomiæ. In quibus idem Ioſephus lib. 7. cap. 7. ait *Magnam auri & argenti copiam repertam fuiße, & præter hæc æris genus, quod auro pretioſius eſt habitum*. Ex vrbe Ammonitarum Rabba *abſtulit coronam Melchom auri pondo talenti, & gemmas pretioſiſſimas, manubias quoque vrbis plurimas*. 1. Paral. 22. 3. Adde item multarum aliarum vrbium Aſiaticarum ingentes prædas, in prouincijs quidem venarum auri & argenti, atque fluminum etiam auriferorum feraciſſimis. Porro fodinarum excolendarum frequentia & diligentia in Aſia & Africa tanta fuit vt pene deſereretur agricultura. Vide Plinium libro 33. Tum etiam, & prope Ægyptum, omnes captiui & capite damnati effodiendo auro deputabãtur, vt Diodorus ſcribit. Et quidem, contingebant hæc omnia ſæculo illo vetè aureo, in quo adhuc terra virgo (vt Plinius loquitur) ſed multo auro atque argento prægnans, vis humanæ cupiditatis tunc primum ceſſit, quando etiam vel initia, vel frequentia & vſus nauigationis & claſſium, quæ ex alienis regionibus opes, & metalla pretioſiſſima vel effoderent, vel acciperẽt, apud Hebræos Tyrios, Sidonios, Phęnicios, qui prope Palęſtinam.

Vrbiũ ſpolia.

Vrbes trinomiæ.

Ioſephus.

Fodinæ Aſiæ & Africę plurimę

Plinius.

Dãnati ad metalla in Aegypto.

Diodorus.

Plinius.

VIII. *Capitationis cenſus.*

9 *Tom.2 p.2. l.5. diſp.3. cap.56.*

ALiam originem Dauidicarũ opum aſſignat noſter Villalpandus, nimirum legem capitationis, aut cenſus per capita, quæ videtur ex lege diuina Exod. 30.12. *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabũt ſinguli pretium pro animabus ſuis domino.*

Sed ſciendum quidem primum id munus cenſendi populũ, ad reges, aut principes ſeculares minimè pertinuiſſe, ſed ad ſolos ſacerdotes, qui tamen vti poterant opera eorum, qui eſſent capita tribuum & cognationum, vt patet Num.2. ideo ex multorum ſententia Dauidem incurriſſe diuinam indignationem, quòd per ſe, & per laicos duces cenſum populi fieri voluerit 2.Regum.24.5.5.Paralip.21.

Præterea obſeruandum, pecuniam, quæ colligebatur ex huiuſmodi cenſu, non ceſſiſſe regi aut principi, aut vſibus laicis; ſed Deo, templo, ſacerdotibus. Res certa ex citatis locis, & ex Philone libro de ſacerd. & iterũ lib. ad Caium. vbi hanc pecuniam appellat Sacram; quæ non poteſt intelligi eſſe ea, quæ colligebatur ex primitijs & decimis: erat enim hæc longè alia.

Salomonis diuitiæ, & Dauidis legatum non æſtimandæ ex cenſu capitationis.

Denique ex his, efficitur neceſſariò neque diuitias relictas Salomoni, neque illud pium Dauidis regis legatum potuiſſe conſtare ex huiuſmodi pecunijs & cenſu: quippe illud libens lubens legabat ipſe Dauid ex re ſua, non ex pecunia, quæ per ſe eſſet Dei, Templi, Sacerdorum. Ex hoc igitur capite minimè æſtimandæ Dauidis, Salomonis, aliorumve regum opes, ſed ex alijs capitibus, & fontibus vberrimis, quos indicabimus.

IX. *Quantus Salomonis ex paterna hæreditate cenſus.*

10 *Deductis Templi expẽſis, quid Salomoni a Dauide relictum.*

IAm ex tanta diuitiarum copia, primum ſeparapium illud Dauidis legatum ad expenſas Templi 1.Paralip.22.11.& c.20.2. Auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, omniſque generis lapillos pretioſiſſimos. Quòd ſi rectè computes, prope accedit ad tria millia millionum ex Hiſpanicis ducatis. Pro, hauri vim ſacram opeſque diuinas? deme item peculium illud Regis proprium 1.Paralip.29.3.4. *Super hæc obtuli in domum Dei mei, de peculio meo, tria millia talenta*, ex quo fit ſumma fere centum & octo millionum Hiſpanorum ducatorum.

Ioſephus.

Diuitiæ cõditæ in monumento Dauidis quantæ.

Quid reliquum Salomoni filio? multum & per omnem modum; quod obſeruauit Ioſephus 7. Antiquitatum cap.12. ſcribens: *Tantas diuitias hæredi reliquit rex Dauid, quantas nullus alius rex, vel Hebræorum, vel aliarum gentium.* Confirmat verò ex theſauris ſimul cum cadauere in ſepulchrum illatis, his verbis: *Sepeliuit autem eum filius Salomon Ieroſolymis magnificè præter ſolennia illa in Regum funeribus illatis etiam in monumentum eius maximis diuitijs, quarum magnitudinem facile ſit conijcere ex hoc quod dicemus. Nam poſt annos mille trecentos Hyrcanus Pontifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio Demetrij filio, volens pecuniam ei dare, vt abducto exercitu obſidionem ſolueret, nec valens aliunde ſumere, aperta cella monumenti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus.* (id eſt, ex ſcutis Hiſpanicis, quadraginta quatuor millionib. & quingentis quinquaginta millibus ſcutorum.) *eorum parte Antiocho numerata oppugnationis periculo ſe exemit. Deinde, poſt multos annos elapſos, Herodes rex, alia cella aperta, magnam pecuniam ſuſtulit; ad loculos tamen, qui regis cineres continebant, neuter eorum peruenit.* Repone in hac cella alterum tantũ; (nam quo interior, eo ſanè minimè pauperior, immò ditior videtur fuiſſe) fere colliges ſummam mille millionum;) Singulari enim arte ita erant recondita, vt ab introeuntibus monumentum, inueniri nequirent. Iam ſi creſcunt proportione, qua loculi interiores ſunt, (fuere autem octo, vt ſcribit Petrus Comeſtor 3. Regum 3.) quanta pecuniarum vis? pene fidem, & cogitationem ſuperare videatur. Sed fides penes Villalpandi computationem, & coniecturas fide dignas, ac vero perſimiles.

Petrus Comeſtor.

Villalpan. tom.2.li.5. d.5.c.6.

Cum has verò immenſas opes pro libito Salomon in parentis tumulum contulerit, nullis profuturas vſibus, magnificentiæ tantum, & pietatis argumento; quid ſibi, ſuis vſibus, regni ſplendori, denique honori, & auctoritati apud ſuos, apud vicinos reges tuendæ, ſeruaſſe credendum? Ergo immenſæ Salomonis opes hæreditate acceptæ.

CAPVT II.

Salomonis opum eædem fere quæ Dauidis cauſæ, ſed veriores, & vberiores.

Ad locum Sapient.8.5. Si diuitiæ appetuntur, quid Sapientia locupletius, quæ operatur omnia?

1. *Pulchra opum Salomonis atque Dauidis contentio.*
2. *Sapientia Salomonis idoneum diteſcendi inſtrumentum. Operari & opus, quid propriè. Illuſtrata Sapientia.*
3. *Salomon pro templo ſolicitior parente Dauide. Quas Dauid ad templum impenſas præparans; quas Salomon. Explicatus locus Paral.*
4. *Alij diuitiarum fontes in Salomone, quàm in Dauide vberiores.*

1

Pulchra Salomonis cũ Dauidis opibus contentio.

IIdem fere Dauidi, & Salomoni diuitiarum fontes; ſed ſuo tamen cum diſcrimine; nam ſi vtrumq; contendamus, iam alter ſuperat, iam ſuperatur. Hoc amplius habet Salomon, quòd hæres ac filius fuerit Regis opulentiſſimi; at Dauid honeſto, ſed tenuioris fortunæ parente natus: hoc item rurſus minus Salomon, ꝙ nullos potuit narrare opulentiſſimos triũphos, nulla opima ſpolia detracta hoſtibus, vrbibus, regibus, qualia ac quanta parẽs Dauid. Prælia igitur, & victoriæ frequentiſſimæ, atque clariſſimæ Imperatorem fortunatiſſimũ locupletarunt. Sed an ne plus pax fęliciſſima Salomonem? Rẽs ſanè pulchræ item vtriuſque Principis contentioni obuia. Detraxit namque ille hoſtĩ inuito, & repugnanti prædas optimas atque pulcherrimas: Accepit hic ab amicis & fęderatis principibus, de tanta pace & fęlicitate congratulantibus, dona & munera pretioſiſſima. Illius terror, ac robur inuictum, regna regeſque finitimos tributa pendere coegit: Huius beneuolentia, & amor regum regnorumque longiſſimè diſſitorum, quæ Dauid nunquam bello tentare potuiſſet; gratiam vel ſola nominis auditione iniuit, animos pellexit dona, ſubſtantias, theſauros allexit.

Sed

Sed ad illas ſibi, & Dauidi parenti communes diteſcendi rationes, peculiarem ac potiſſimam adiecit Salomon, tanquam vniuerſale quoddam, & maximè idoneum inſtrumentum ad ædificandas, & adornandas claſſes; ad commonſtrandũ, & moderãdum certum ac rectum nauigationum curſum; ad effodiendum aurum, & metalla; ad amplificandos annuos redditus; ad augenda vectigalia; ad indicenda maiora tributa; ad allicienda plura, & locupletiora munera: illud autem fuit ſingularis atque exquiſita Sapientia, quæ illum docuit artem faciendi ex omnibus quæſtum, efficiendique ſibi, ac ſuis rebus neceſſaria omnia ratione commodiſſima, atque compendiaria.

Salomoni ſapiẽtia diteſcẽdi inſtrumentũ.

Nam ſi diuitiæ, (inquit ipſe Sapient.8.5. appetuntur, quid Sapientia locupletius, quæ operatur omnia? operatur nimirum faciendo quæſtum, & honeſtum lucrum eliciendo ex omnibus. Nos diceremus propriè: *Haze hazienda de todo.* Quod indicat originale verbum, *Ergazomai*, & *Ergaſia*, quæ ad id opus referuntur, quo paratur victus, & fit quæſtus ex re quapiam elaborata cum ſumma induſtria & arte; cuius operationis ſunt in bonorum auctorum vſu, hæc exempla: operoſum illud opus apum, fodinarum & metallorũ exercitium; agrorum & hortorum cultura; vniuerſa elaboratio fabrilis, lignaria præſertim, negotiationes aliæ vitæ vtiles, pecuniarum tandem comparatio. Exempla in promptuarijs Græcanicis prona, & prompta. Sapientia igitur in Salomone fons perennis, atque vberrimus, ex quo infiniti quęſtus & emolumenti riuuli, quos deinceps clarius explicat: Si ſenſus (Phroneſis, prudẽtia) operatur (verbum idem quod ſuperius, operandi fructuosè, & quæſtuosè. Si prudentia eſt, operoſa, & quæſtuoſa ſolers, & induſtria negotiorum ciuilium agendorum, tum etiam mechanicarum artiũ perita) *Quis* (alius) *eorum quæ ſunt* (rerum omniũ quæ in communi vſu & vtilitate hominum verſantur) *magis quàm illa eſt artifex.* (*technites*; nomẽ quod vniuerſas artes complectitur, & technas omnes, id eſt, artificia, atque exquiſitas agendi rationes: quaſi diceret: Nihil omnino eſt, ſi ſub artem cadere poſſit, quod Sapientiæ artificioſas & periergicas manus effugiat) & inferius, verſ.8. *In operibus manuum illius honeſtas* (diuitiæ) *ſine defectione.* Sicut igitur quanuis hominem natura inermem creauit, at nõ ideo imparatum illum aduerſus iniurias cõſtituit, cum bene a ratione & conſilio muniuit, quo poſſet arma inuenire, & ea excogitare & conficere, quibus ſuam ſalutem tueretur: ita ſanè, quamuis Salomon ab hæreditate paterna & regalibus alijs vectigalium & tributorum præſidijs imparatus regnum inijſſet; ſola tamen ſapientia inſtructus facilè rerum omnium vitæ neceſſariarum copioſam & diuitem ſuppellectilem potuiſſet ſibi comparare. *Quoniam* (inquit rurſus idem Sap.7.11.12.) *bonorum omnium* (regnorum, ſedium, ſalutis, ſpeciei, diuitiarum, & innumerabilis honeſtatis) *mater eſt.* Et iterum: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Ergo auxit, & amplificauit quæ a parente Dauide accepit: quæ non accepit, optimo conſilio, atque veriſſima ratione inuenit, quæ verò excogitatione & mente aſſequebatur, re ipſa commodiſſimè atque fęliciſſimè perficiebat. Igitur illa Dauidicarum opum capita cum quadam maioris exceſſus pręrogatiua breuiter in Salomonem conferenda, & ſapientiæ maioris beneficio amplificanda, vt iam dicimus.

ἐργάζομαι.
Operari, & opus quid propriè.
φρόνησις.
Sapientia quæſtuoſa.
τεχνίτης.
Salomon optimè a Sapiẽtia inſtructus ad diteſcẽdũ.

3 Primum, ſtudium ædificandi templi creuit in Salomone, vt in quem tota proximè ædificandi cura & onus incumberet. Sedens igitur, & per

Omnia in Salomone

A oſtium cogitauit ſumptus, qui neceſſarij eſſent, ne poſtquam cępiſſet ædificare, non poſſet conſummare, qui tam incredibiles erant, vt opus eſſet adhortante, excitante, magna de diuino pręſidio pollicente Dauide, 1. Paralipomen.28.20. *Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, & ne paueas: Dominus enim meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus Domini.*

additeſcendum maiora.
Luc.14.28
Salomonis ſumptus incredibiles.

Porro Quanuis 1.Paralip.22.5. dicatur Dauid *præparaſſe omnes impenſas, ante mortem ſuam*, accipi debet de materia ex qua Templi vaſa & alia neceſſaria conficienda erant, vt ipſe Dauid explicat, 1. Par.29.2.& ſingularius, 1.Paral.28. indicato ſingulorum vaſorum materia & pondere. Nam quod B Nicolaus interpretatur pro *omnibus expenſis* præparatis a Dauide, *aliquas de omnibus*; nimis Dialecticum eſt: quod Dionyſ. ait plurimas pro omnib. quanuis ex Hebræo confirmari poſſit: ex illo enim legunt Septuaginta: *Dauid ante mortem ſuam præparauit in multitudine*, ſiue, vt legit Tigurina: *præparauit multa*: ſed non ſatisfacit, vt eleganter obſeruauit Vatablus; quia illud *in multitudine* eſt Hebraiſmus, ſignificans non quidem multa ex omnibus, immo potius illa omnia, de quibus ſuperius dixerat; Sed tamen abundè, copiosè, vt potius materia ſuperaret opere confecto, quàm vlla ratione de futura crederetur, quod Caietanus ait habuiſſe animum & diſpoſitionem *præparandi omnia*: ſed tamen tantum præparaſſe multa, non magis pla- C cet. Quod Abulenſis ait, præparaſſe quidem omnia, quæ ipſe exiſtimauit neceſſaria, quanuis ea cogitatione deceptus fuerit, cum poſtea Salomon videret multo plura fuiſſe neceſſaria, vt conſtat 3. Regum 5. videtur indignum Dauide, & ea Templi miniſteriorum & vaſorum peritia, quam diuinitus acceperat. Ergo Dauidem tantum præparaſſe materiam vaſorum; at verò Salomonem incredibilibus ſumptibus neceſſarijs ad operas alendas machinas extruendas, mercedem fabris ſoluendã, & infinita alia ædificandi diſpendia, Templum perfeciſſe indicat 3. Regum 9.15. *Hæc eſt ſumma expenſarum, quam obtulit Rex Salomon ad ædificandam domum domini, & domum ſuam & Mello, & murum Ieruſalem.* &c. Itaque aliæ fuerunt expenſę D Dauidis, aliæ Salomonis: præſertim cum amplioribus ſumptibus indigeret ædificando ſibi palatium 2. Paralip.2.1.& domum ſaltus Libani, & palatium reginæ, cuius etiam erat aurea ſupellex 2. Paral.9. quibus omnibus videtur materiam ſimul cum templi materia præparaſſe, ſed diligẽtius atque prius incubuiſſe in templum perficiendum 3. Regum 7.1. & capitul.9.1. Hoc enim fuit primum, ac potiſſimum negotium ineunti regnum. 3. Regum 5.& 2.Paralipom.1. quod teſtantur literæ miſſæ ad Vaphrem Ægypti regem, & ad Hiram Tyri, quas ex Eupolemo affert Euſebius 9. de Præpar. Euangelica. cap. vltimo, & nos initio libro ſequentis. Ergo hoc primum caput diuitiarum Salomonis.

Dauid an præparans omnes impenſas Tẽpli.
Nicolaus.
Dionyſius.
Tigurina.
Vatablus.
Hebraiſmus, Multum pro abundãtia.
Caietanus.
Abulenſis.
Salomonis expenſæ ad ædificandũ & laborem operarũ nõ relictæ a Dauide.
Euſebius.

E Secũdum. Nauigationes & claſſes multo quàm Dauidis certiores, celebriores, & locupletiores, vt ex quibus Salomon maximas atque copioſiſſimas diuitias hauſit: de quibus inferius hoc eodem lib. 4

Salomonis claſſis.

Tertium. Oportuit non tenuiores, neque anguſtiores fuiſſe Salomonis, quàm Dauidis agros, & paſtiones, neque pauciora pecora; nam paternis addidit ipſe hortos, & ſyluas lignorum germinantium. Eccleſ.2. Vide 3.Reg.4.

Salomonis agri & horti.

Quartum. Vectigalia & tributa multo grauiora ipſe indixit 3.Reg.12.4. Vbi appellatur *Iugum duriſſimum, atque grauiſſimum populo impoſitũ.* Et quã-

A uis cauſa expenſarum Templi videatur a Salomone impoſitum, & a populo toleratum; quod enim 3.Regum 9.15.dicitur. *Hæc eſt ſumma expenſarum, quam obtulit Salomon ad ædificandam domum domini*, propriè legitur in Hebræo: *Hæc eſt ſumma tributi, aut vectigalis, quod induxit Salomon*, &c. tamen perfecto Tẽplo intolerabile viſum eſt populo tributum pendere ad profanos vſus, quod primum libenter & promptè ad ſacros contuliſſet, Vide 2. Paral.9.13.14.de quo amplius lib.7.

Vectigalia libẽter collata a populo ad vſum Templi.

Quintum. Pace amplificata in Salomone, confirmato etiam cum finitimis regibus fœdere, non ideo imminuta, ſed potius confirmata, & amplificata tributa exterarum prouinciarum, 3. Regum 4.21.24.

B Sextum. Dona & munera, quanta nemo alius, accepit Salomon, 3.Regum 4.21.& cap.10.10.14. 15.25. *Singuli deferebant ei munera, vaſa argentea, & aurea, veſtes & arma bellica, aromata quoq; & equos & mulos per annos ſingulos*. Ex pace igitur, & amicorum beneuolentia plura percepit, quàm Dauid ex hoſtium ſpolijs & triumphis. Ergo Dauidẽ fortitudine, bello, ſanctitate maiorem ſuperauit Salomon, ſapientia, pace, diuitijs cumulatior.

CAPVT III.

Salomonis nauigatio & claſſis, atque circa illas ſumma quæſtiuncularum capita. C

Ad locum 3.Reg.9. 26. & 10. 22. Claſſem fecit rex Salomon, & claſſis regis per mare ſemel per tres annos ibat in Tharſis.

1 *Potiſſima opulentiæ Salomonis cauſa, Nauigatio. Hæc quorſum inuenta. Nauigatio & mare cuius rei ſymbolum. Illuſtratus Moyſes.*

2 *Duplex nauigationis & claſſis Salomonicæ mentio. Summa auri allati ad Salomonem diuerſimode numerata.*

3 *Octo præcipui cardines ſequentium diſputationum.* D

1 Nauigatio potiſſima ad ducẽſcẽdum.

POtiſſimus atque vberrimus Salomonicarũ diuitiarum fons, nauigatio & claſſes fuerũt, quę margines & littora auriferarũ regionum legentes, aut negotiatione, & mercium commutatione, aut certè effodiendi exercendique terram induſtria & labore, Salomoni regi regnoque vniuerſo incredibilem auri, rerumque omnium pretioſiſſimarum copiam attulerunt. Hæc cauſa vnica tantæ opulentiæ aſſignatur 2. Paralip.9. 20. Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur; ſiquidem naues regis ibant in E Tharſis, &c. & 3.Reg. 10.21. Propterea nimirũ nauigatio aut eſt inuenta, aut frequentata, propter aurum, aut propter piraterium: vtrumque auaritiæ pabulum. *Nec ſæuitia tempeſtatum* (inquit Plin. lib.2.c.47.) *concludit mare. Piratæ primum coegere mortis periculo in mortem ruere, & hyberna experiri maria; nunc idem auaritia cogit. Pauperiem* dicebat illa, *per mare mercator fugit impiger*, & quidã alius: *Quiſquis nauigat, aut inſanire, aut mori cupere, aut mendicum eſſe.* Porro ex hac ipſa nauigandi cõſuetudine, & fine, quem ſibi nauigantes proponunt; aut ex illa priſca nauium Salomonicarum opulen-

Quorſum nauigatio inuenta.

Plinius.

Horat.li.1 epiſ.1. Alexis apud Stobæum, ſer.19. Artemi.li. 2. cap.23. Achmet, c.

A tia naſci potuit illud Oneirocriticon iudiciũ, quod nauigatio & nauis bona portendant: Tum verò & quòd mare ad regis perſonam referatur, in quod ſe opes vniuerſæ, quaſi vniuerſi amnes exonerent. Atque adeo aqua marina regias opes repręſentet: & qui aquam marinam bibat, diuitias ex recondito penu, aut ex regalibus promptuarijs haurire poſſit, ex Indorum Perſarum, Ægyptiorumque interpretationibus, ad quos fortè illud Propheticum oraculum auditione peruenire potuit; *Inundationem maris, quaſi lac ſugent, theſauros abſconditos arenarum.*

198 199. 189. Nauigatio bonum ſignificat. Mare, regẽ

Deut.33. 19.

Nauigationis autem, & claſſis Salomonicæ duplex mentio in Scripturis, prima, cum 3.Regum 9. 26., deſcribitur claſſis & nauigatio in Ophir; *Claſ-* B *ſem fecit rex Salomon in Aſion-gaber, quæ eſt iuxta Ailath in littore maris rubri in terra Idumææ. Miſitque Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos, & gnaros maris cum ſeruis Salomonis, qui cum veniſſent in Ophir, ſumptum inde aurum quadringẽtorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.* Hanc autem claſſem nauigaſſe in Ophir, confirmatur 3. Regum 22. 49. vbi Ioſaphat iterum adornat claſſem in Aſion-gaber nauigaturam in Ophir: *Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quæ nauigarẽt in Ophir propter aurum, & ire non poterant, quia confractæ ſunt in Aſion-gaber.* Rurſus eadem omnino mentio claſſis Salomonicæ ſoluentis ex Aſion-gaber cum ſeruis Hiram in Ophir 2.Paralip.8.17. 18. Hoc excepto, quòd ſumma auri allati ad Salomonem aſſignatur C fuiſſe, *quadringentorum quinquaginta talentorum auri*, cum 3.Regum 9.dicantur 420.& plura quidem adhuc numerat Ioſephus lib.8. c.2. nempe *talenta ſexcenta ſexaginta ſex, non numerato, quod priuati negotiatores mercati ſunt.* Sic enim ſcribitur 3. Reg. 10.14. *Erat põdus auri quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcenta ſexaginta ſex talenti auri.* Vbi vides hic dici afferri ſoliã eam auri ſummam per ſingulos annos, quæ 3.Reg.9.26.indicatur ſemel tantum allata. Hanc autem ſummarum auri diuerſitatem conciliat Villalpandus tom.2.p.2.libro 5.cap.46. Tandem ex hac nauigatione & claſſe in Ophir, non ſolum allatum aurum, ſed præterea ligna Thyina multa nimis, & gemmas pretioſas; ſcribitur 3.Reg.10.11.& 2.Paralip.9.10. de D quibus nos latius inferius.

3 Prima nauigationis, & claſſis deſcriptio, in Ophir.

Summa auri allati ad Salomonẽ non eadem apud omnes.

Villalpandus.

Secunda claſſium, & nauigationis mentio in Tharſis præſtituto tempore trium annorum, præter aurum, peculiaria quædam & rara afferebat, 3. Regum 10. 22. Claſſis regis per mare cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde aurum & argentũ, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos, idem 2.Paral.9.21.

3 Iam de his claſſibus multæ proponi poſſunt difficultates I. An nauigatio, & claſſis in Ophir, & in Tharſis vna & eadem fuerit, an diuerſæ. II. An nauigatio, ſiue in Ophir, ſiue in Tharſis, peracta fuerit per vnicam tantum claſſem, euntem, & redeuntem; ita vt non prius noua nauigatio fieret, quàm claſſis rediſſet, quod idem E eſt cum illa quæſtione, An ſemel tantum per tres annos nauigaretur. III. Vbi terrarum Ophir. IIII. Vbi Tharſis. V. Vtra regio locupletior, & vnde cum pretioſiori onere rediret claſſis ex Tharſis, an ex Ophir. VI. Non omnino facilis diſputatio de ſpatio illo triennali ad nauigandum. VII. Non vltima quæſtio de portu vnde ſoluebant, id eſt, vbi terrarum, & in quo mari Aſion-gaber. VIII. Quo tempore cœpta, ac primum adornata a Salomone claſſis, deincepſque frequentata nauigatio. Sed hæc ſunto fundamenta quædam, & quaſi delineatio diſputando-

tando-

tandorum. Iam de rè ipſa accuratius, & ab vltima quæſtiuncula diſſerendi de re tota initium capiendum.

CAPVT IIII.

Quo primum tempore inſtituta à Salomone nauigatio.

Ad locum 3 Regum 10. 12. 2. Paralipo. 9. 10. Claſſis Hiram attulit ex Ophir ligna Thyina, ex quibus fecit fulcra domus Domini.

1 *Caietani & Abulenſis ſententiæ, de tempore inſtitutæ à Salomone nauigationis, probationes tres.*
2 *Salomonis claſſes ante perfectum Templum. Notatur Caietanus. Fœlicitas Salomonis ante vigeſimum quintum annum regni.*
3 *Claſſis adornata ab anno quarto regni. Salomonis diuitiæ non ſubitæ ſed non tardæ. Summa opulentia ſimul cum pietatis flore.*
4 *Reſponſio obiectorum. Multa per anticipationem narrata in Salomonis hiſtoria.*

1 Caieta. & Abulenſis, ſententia de tẽpore nauigationis inſtitutæ a Salomone.

SIcut res tempore, ita & diſputatione primo, quonam tempore Salomon de adornanda & mittenda claſſe ad peregrina littora cogitauit. nã Caietanus ſuper id 3. Regum 9. *Miſit Hiram ad regem centum viginti talenta auri*, opinatur Salomonem minimè vſum nauigatione ante vigeſimum quartum regni ſui annum; *Quia* (inquit) *non eguiſſet auro regis Tyri; nec illi dediſſet ciuitates illas*, nimirum contractu & commutatione accepri auri: quam Caietani opinationem probare videtur Abulenſis 2. Paral. 1. q. 31. exiſtimans multo tempore poſt perfectum templum, id eſt, poſt vndecimum regni annum, ad ingentes illos diuitiarum cumulos Salomonis fœlicitatem excreuiſſe: & fortè, inquit, Poſt *medium tempus regni, aliquanto ante mortem ſpatio*. Ad quam rem vtitur eadem Caietani coniectura; tum præterea ſecundo quòd cum paulatim, ex multis quidem capitibus, id eſt, ex tributis, vectigalibus, muneribus, negotiationibus, claſſibus, theſauros colligeret, multo eguit tẽpore. Adde tertiò, quòd 3. Reg. 10. 27. & 2. Paralip. 9. 20. poſt templi fabricam, domuſque regiæ, & poſt reginæ Saba aduentum, ſubijcitur illa incredibilis *abundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum*, idque prope intemperantem illum alienigenarum amorem, & vitę corruptionem, quam dicemus ferè poſt trigeſimum ſecũdum, aut tertium regni annum accidiſſe.

2 Grauis Caietani lapſus.

Sed cum non rarò ſoleat Caiet. duci leuiſſimis coniecturis, hoc tamen loco grauiter aberraſſe ex ipſa ſacræ hiſtoriæ ſerie clarè conſtat; nam cum Scriptura tantam diuitiarum auri, & argenti copiam fuiſſe indicet ex nauigatione in Tharſis, & in Ophir, tanquam, ex prima & potiſſima cauſa, 3. Reg. 10. 22. 2. Paralip. 9. 21. cũque ante vigeſimum quartum annum maxima regis, regnique fœlicitas viguerit; proculdubio iam claſſes ſæpius ierãt, atque redierant, exundauerantque illæ Tharſicæ, & Ophiriticæ diuitiæ in Ieruſalẽ, & in omnes angulos regni Salomonici. Præterea ſecundò, euidentis falſitatis reuincitur; nam ante vndęcimum regni annum, perfectum fuit templum: at claſſis, quæ portabat aurum de Ophir, *attulit etiam ligna, ex quibus fecit Salomon fulcra domus domini, & do-*

Faſtigium Salomonicæ fęlicitatis, quo anno regni.

A *mus regiæ, & citharas lyraſque cantoribus*. 3. Reg. 10. 11. 2. Paralip. 9. 10. ergo nauigationibus, & claſſib. ante vigeſimum quartum regni annum vtebatur Salomon. Adde tertiò, quòd cum promittuntur a Deo Salomoni diuitiæ, nõ promittuntur illæ, quas illi reliquerat Dauid, iam templo & ſacræ ſupellectili deſtinatas; ſed aliæ, quæ futuræ eſſent tanquam germen & appendix ſapientię, cum qua venerunt illi omnia bona. Ergo ſtatim poſt collatam ſapientiam, ſicut cœpit glorificari, ita cœpit mirabiliter diteſcere. Quartò, quia licèt ad ſupellectilem templi ſatis habuiſſet impenſarum a parente Dauide relictarum, tamen ad alias operas ſabricę & neceſſarias machinarũ impenſas, eguit immenſis opibus, quæ non ſolum ex tributis, & auro re-
B gis Hiram, ſed potiſſimum ex claſſibus comparari opus fuit.

Ergo ſtatim poſt acceptam ſapiẽtiam, dum res domeſticas & regni componeret, de adornanda claſſe cogitat, & fortè cum quarto regni anno, iacit templi fundamenta, vel vno, aut altero anno poſt fundamenta iacta, id eſt, triennio poſtquam ſoluiſſet claſſes, primũ redijt, atque deinceps nunquam intermittitur nauigatio.

Salomonis nauigatio ab anno quarto regni.

Ex quo etiam reuinci poterit Abulenſis circa Salomonis diuitias opinatio. Quamuis enim certò concedendum videtur, non ſimul cum ſapientia collatas illi diuitias; nam ſapientiam integram, & perfectam ſemel diuino munere accepit; diuitias verò & gloriam non item; quippe hæ ex prima ra-
C dice germinarunt, & ſuis quaſi gradibus, & ætatibus creuerunt; tamen incrementum fuit mirabile non quidem ſubitum, neque improuiſum, ſed neque tardum & ſegne, ſed valde celer; ita vt per momenta gloriæ, & diuitiarum nouæ eædemque ingentes acceſſiones fierent; atque tunc maximè floruiſſe videtur incredibilis illa Salomonis fœlicitas cum maximè in pietate floruit, id eſt, Templo & domo regia perfectis: nam non multo poſt luxu, & otio tanta fœlicitas tentata declinare cœpit, & detrimentum ſenſit per ſuas partes, nimirum tum diuitijs decreſcentibus, tum glorioſa nominis exiſtimatione defloreſcente; vt clarius exponemus lib. 7. cum de declinatione & peccatis Salomonis dicemus.

Abulenſis refutatio.

Salomonis diuitiæ nõ ſubitæ, ſed neque tardæ.

Summa Salomonis fęlicitas cum pietate.

D Neque verò Caietani & Abulenſis coniecturæ quidquam efficiunt contra ea quæ diximus: illud ſtatum, tum ex muneribus vicinorum regum, tum ex nauigationibus ad remotiſſimas regiones, immenſas in vnicam Ieruſalem opes a primordio regni Salomonis confluere per ſua tempora, & incrementa cœpiſſe: Neque quidẽ vlla inopia compulſum fuiſſe, vt munere Hirami regis vti vellet, quod ſanè ſponte oblatum, amicè & comiter acceptum, ſapienter in opportunos ſuæ amplitudinis vſus conuertebat. Ex ſerie verò ſacræ hiſtoriæ nullum firmum huius rei argumẽtum peti poteſt: multa enim per anticipationem narrantur, multa poſtponuntur, vt clarè conſtat 3. Regum 4. vbi an-
E te iacta fundamenta Templi, regni ſub Salomone fœlicitas vniuerſa deſcribitur, munera exterarum prouinciarum, præfecti vniuerſi regni, ditio ampliſſima, equitatus numeroſiſſimus, exterarum gentium, & legatorum ad audiendam illius ſapientiam, & de tanta fęlicitate congratulandum, concurſus maximus, & quotidianus, cum tamen pleraque & magna ex parte, procedente regno, & tempore contigerint.

4 Reſponſio obiectorũ.

In hiſtoria Salomonis multa poſt anticipatione ſcribuntur.

CAPVT V.

Fuitne vnica & eadem in Ophir, & in Tharſis nauigatio, & claſſis.

Ad locum 2. Paralip. 9. 21. Naues Regis ibant in Tharſis ſemel in annis tribus.

1 *Sententiæ minus idoneæ argumentum primum, Tharſis an nomen certæ alicuius regionis. Dicantur Naues Tharſis, an de Tharſis. Explicatus locus Regum.*

2 *Qui volunt Tharſis eſſe Maris nomen. Illorum refutatio.*

3 *Simul adornari potuiſſe claſſem in Tharſis, & in Ophir, quamuis regiones diuerſas.*

4 *Verior controuerſiæ explicatio. Tharſis nomen eſſe homonymum. Ingens auctorum varietas de loco Tharſis.*

5 *An Tharſis mare ſignificet. Expenſa, & expoſita Hieronymi mens.*

6 *Nauigationes per ſe diuerſæ in Tharſis & Ophir, Tharſis pro mari, ſed denominato a regione peculiari.*

1 Maluendæ opinatio.

VNam omnino, atque eandem, ſiue nauigationem, ſiue claſſem, quæ ex ſinu Arabico ſe funderet in magnum Oceanum, ad Ophir ſimul & ad Tharſis, demonſtrare ſe exiſtimat vir doctiſſimus & lectionis non vulgaris, & amicus, frater Thom. Maluenda ſuo libro 3. de Antichriſto cap. 20. cuius argumenta, & proferemus, & promouebimus. Sed expendemus ſingulorum momenta diligenter, & quid valeant.

I. argumentum quòd nunquam dicâtur naues ire in Tharſis.

Primũ, quòd non dicantur *naues euntes in Tharſis*, quaſi extiterit aliqua terrarũ regio: Sed quòd naues ipſæ dicantur *naues Tharſis*, vt in Hebræo habetur 3. Regum 10. 21. Adde eodem modo legiſſe Septuaginta: *Nauis Tharſis erat Regi Salomoni in mari.*

Reſponſio.

Sed ſi hæc vllius momenti eſt coniectura, probabit ſanè, Latinum interpretem perperam vertiſſe locum, atque adeo ſenſum corrupiſſe: Cũ apertè ſignificet Tharſis eſſe alicuius loci conſtituti appellationem, quò claſſis appelleret, deferens inde aurum, &c. & verò Septuaginta pro Vulgata faciunt, & illius interpretationem confirmant; lege, Sodes, locum integrum: *Nauis Tharſis erat regi Salomoni in mari cum nauibus Chiram: vna per tres annos veniebat regi nauis è Tharſis, auri, argenti, & lapidum tornatorum, & dolatorum.* Quamuis igitur primum denominaſſent *nauem Tharſis*, quaſi nauem Tharſicam; at denominationem ex loco, & regione Tharſis, quò nauigabant, deſumpſiſſe apertè oſtendunt, dicentes, Veniebat nanis è Tharſis. Sed in Hebræo ablatam dices omnem ambigendi occaſionem, cum dicitur 2. Paralip. 9. 21. Naues regis euntes Tharſis. Pagnin. Tigurina, & ipſa per ſe conſtructionis neceſſitas; *in Tharſis*: quippe non poteſt conſtrui cum nauis, ſed cum verbo *veniendi*, aut *eundi*: ſicut etiam legunt Septuaginta; *ibat nauis in Tharſis, & veniebant nauigia è Tharſis.* Denique ſiue dicas *Naues Tharſis ibant*; ſiue, *Naues ibant in Tharſis*, quid vulgatius & certius apud interpretes, quàm eam appellationem ex aliquo

Tharſis certi loci appellatio. Lxx. interpretationẽ vulgatã iuuantem.

A fuiſſe petitam loco; ſiue cum Kaldæo ex Africa, ſiue cum Cyrillo ex India, ſiue cum Ioſepho, & numeroſo recentiorum choro, ex Cilicia?

Maluendæ ſubterfugiũ diſiectum.

At dicet Maluenda appellatione Tharſis locum aliquem certũ in terra minimè deſignari, ſed vagum quendam & incertum in mari, & ſignificari quidem. *naues ire in Tharſis*, id eſt, in mare magnũ & altum, in Oceanum Africanum, aut Indicum. Accipio lubens, quod ipſe negarat; rectè dici Naues in Tharſis; aut è Tharſis; atque bene eſt illum fateri bene vertiſſe Vulgatum. Deinde cum idem ipſe Maluenda lib. 5. cap. 14. concedat ingenuè, *nomine Tharſis alicubi comprehendi omnia littora, & inſulas ad quas per Mediterraneum à Iudææ portubus erat nauigatio*; Quorſum timeat concedere Tharſis quoque appellatione potuiſſe indicari littora, & inſulas, ad quas per Oceanum Indicum & Africanum ab Idumææ portubus erat Iudæis nauigatio? Denique belliſſima ſcilicet illa erit loquutio, quam admittunt, è Tharſis; id eſt, ex mari deferebant aurum, dentes elephantorum, ſimias, & pauos; quaſi non ex certa aliqua, & bene nota ipſis nautis, & Hebræis regione & prouincia; ſed vel in ſalo illa naſcerentur, vel ex profundo arte vrinatoria extraherentur.

2. II. argumẽtũ Tharſis eſſe nomen maris.

Secundum, quòd Tharſis potius ſit nomen appellatiuum maris, quàm proprium regionis alicuius, locive terrarum, conatur probare libro 5. cap. 14. ex ſententia Foreriȷ, Iſai. 2. & 23. Leonis Iudæi 3. Regum. 10. 22. & 2. Paralip. 9. 1. Emanuelis Sa in Pſal. 47. 8. Marini in Arca; potuiſſet plurimos alios longèque grauiores addere, ſuo loco a nobis indicandos, & confirmat ex Latina interpretatione, quæ pro Tharſis ſolummodo vertit mare. 3. Regum. 10. 22. & 22. 49. 2. Paralipomen. 9. 21. & 20. 36. 37.

C

Reſponſio.

Sed neque hæc ratio apud illum magni eſſe debet, cum nullam certam eius nominis ſignificationem ipſe ſtatuat: ſed tot admittat, quot excogitatæ ſunt ab auctoribus, etiam inter ſe pugnãtibus. Sed eſto, Tharſis aliquando appellatiuè pro mari accipiatur; inde certè non fit, claſſem Salomonicam nauigantem in Tharſis, non dirigi ad præſtitutum alicuius regionis portum: ſecus ſtultiſſima eſſet nauigatio, quæ aliquò terrarum non dirigeretur, & ineptiſſimi nautæ, qui rogati, quò nauigarent: reſponderent, in mare *adonde buenos por es os mares adelante.* quaſi non ſemper per mare nauigetur: quaſi per mare non contendant nauigantes ad certum aliquem terræ ſinum, portumve. quaſi dicatur a ſobrio viro afferri de mari aurum, ſimias pauones, dentes Elephantorum, vt ſupra diximus, non ex certa regione terrarum.

D

3 III. argumentum ſimul adornatam claſſẽ ad Tharſis & ad Ophir.

Tertium, quo idem auctor omnem tolli exiſtimat dubitationis locum; quoniam diſertis verbis vna, & eadem nauigatio nunc dicitur adornata in Ophir, nunc in Tharſis, videlicet illa Ioſaphat, & Ochoziæ 2. Paral. 20. 36. vt *facerent naues, quæ irent in Tharſis, feceruntque claſſem in Aſion-gaber.* at 3. Regum 22. 49. Rex Ioſaphat fecerat claſſes in mari (ecce pro Tharſis quod ſubeſt in Hebræo, hic redditur mare) quæ nauigarent in Ophir (idem quod ſuperius dicebatur in Tharſis) propter aurũ, & non potuerunt, quia confractæ ſunt in Aſion-gaber. Eſt autem certò credendum, eandem illam Salomonicam nauigationem repetere poſtea voluiſſe Ioſaphat regem: ſicut igitur eadem erat Ioſaphat claſſis in Tharſis, & in Ophir; ita vnica, & eadem erat illa Salomonis.

E

Reſponſio idonea.

Reſponderi poteſt, claſſem ſimul adornatam in Tharſis, & in Ophir; quare non magis, aut æquè bene inde colligi Ophir eſſe regionem aliquam

quam

quam auriferam, quàm Tharſis. Rurſus, minimè effici eaſdem omnino naues nauigaſſe in Ophir, & in Tharſis, cum potuerit quidem fieri, vt ſimul ſoluentes, diuerſis poſtea itineribus ſepararentur in Ophir, & in Tharſis aliæ, atque aliæ: id quod obſeruaſſe videtur Dionyſius 3. Regum. 10. cum enim dicitur, quòd claſſis Salomonis cum claſſe Hiram ibat in Tharſis, *elici putat, quòd ſaltem interdum miſerunt claſſes diſtinctas & plures, ſeu vterque eorum ſuam.* Et numero etiam multitudinis numerantur claſſes comparatę a Ioſaphat 3. Regum 22. quarum potuit vna ire in Ophir, vt ſatisfiat loco 3. Regum; alia verò in Tharſis, vt fiat ſatis loco Paralip. quæ poſtquam diuerſis itineribus diuerſa litora remiſſent, negotiatione peracta, & auro accepto, potuerunt eundem iterum in locum vel terrarum, vel maris conuenire.

Dionyſ.

4 Ego, vt quod de hac quęſtione ſentio, breui exponam, Primùm aſſero diuerſam longè terrarum regionē deſignari nomine Tharſis, atque Ophir. Secundò, diuerſam per ſe eſſe nauigationem, & claſſem ad Tharſis, & Ophir ex diuerſis portubus per diuerſa maria. Tertiò, nihilominus vtramquę regionem eadem nauigatione, & eadē claſſe obiri potuiſſe, exportatis primum ex Ophir, auro, lignis pauonibus, ſimijs, ebore: ex Tharſis verò etiam auro, argento, gemmis, ac rebus alijs pretioſiſſimis. Hæc mihi (confido & alijs) non difficilia ſuaſu, & quæ ordine explicabimus.

Verior quęſtionis explicatio.

I. quoniam Tharſis, quamuis homonymum nomen ſit, vt Hieronymus ad Marcellam fatetur, tamen in hoc vnum mirificè omnes melioris notæ interpretes conſentiunt, nomen eſſe loci alicuius, aut prouinciæ certæ, ſiue illa ſit regio aliqua, cui Tharſis filius Iauan nomen dederit, Geneſ. 10. 4. Et ea ſiue ſit Tharſis Ciliciæ vrbs, vt Ioſephus 1. Antiquitat. cap. 6. & ſecundum alios, 11. voluit, quem ſequuntur Strabus, Anſelmus, Nicolaus, Vatablus, Oleaſter, Lipomanus, Iſtella, Gen. 10. quanquam & idem Ioſephus lib. 8. aliam Tharſis, ad quam ibat Salomonia claſſis, conſtituit in India, ſiue ſit vniuerſa Cilicia, & quę minor Aſia appellatur, Natolia, quod Pererius loco indicato, Ribera, Ionæ. 1. Beroaldus in Chronico affirmant, ſiue ſit Carthago, vt ſenſit Hieronymus, de locis Hebraicis, quomodo Septuaginta pro Tharſis reddunt Carthaginem, Iſai. 22. 6. 14. Ezech. 27. 12. & 28. 13. imo & Vulgatus Ezech. 27. 12. & eodem modo legit Hieronymus Iſai. 22. 1. Montanus in Phaleg. Poſſeuinus libro 2. Biblioth. cap. 5. ſiue ſit Indiæ regio, cum eodem Hieronymo ad Marcellam, & Ionæ 1. Abulenſis 2. Paralipo. 9. Genebrardus lib. 1. Chronolog. Pererius in Daniel. libr. 12. Siue inſula aurifera in Oceano Æthiopico ſub ima Africa ad Occidentem terræ Sanctæ, vt vult Vatablus 3. Regum. cap. 10. & 2. Paralip. 9. ſiue ſit pars Africæ Meridionalis, quæ nunc Angola, vt vult Emanuel Sa, 2. Paralipomen. 9. & Kaldæus, qui pro *Tharſis* reddit Africam 3. Regum. cap. 10. 22. & cap. 22. 49. & Ieremiæ cap. 10. verſ. 9. Kimhi Iſai. 2. 16.

Tharſis nomē homonymum. *Hieronym.* *Ioſephus.* *Strabus.* Eſſe in Cilicia. Eſſe Carthaginem. *Hieronym.* *Montanus.* *Poſſeuinus.* Eſſe in India aut Aethiopia. Eſſe in Africa.

5 Vnus tamen Hieronymus obſtare videtur Iſai. 2. dicens, *Melius eſt, Tharſis vel mare, vel pelagus abſolutè accipere, neque enim Ionas de Ioppe nauigans, ad Indiam poterat peruenire, ad quam illo mari non poteſt nauigari, ſed ſimpliciter ire in pelagus, & ad quaſcumque inſulas pergere.* Eleganter Hieronymus, & pro me. Vult enim hoc primum & potiſſimum, Tharſis non eſſe Indiæ regionem aliquam, quod clarius exponit & confirmat noſter Ribera, Ionæ. 1. quod etiam probat portus ipſe Ioppe, vnde ſoluit Ionas; non enim inde ad Indiam, ſed ad alias

Hieronym. de Tharſis pro mari, appellatione.

A proximiores, vel inſulas vel prouincias nauigabatur. Et dum appellatione Tharſis non intelligas Indiam, aut mare Indicum, ſed vel aliud mare, vel terram proximiorem, minimè repugnabit Hieronymus. Nam quod inſinuat iuiſſe per mare, neſcientem, quò iret, aut quò nautæ curſum dirigerent, atque ex certo naulo cum illis conueniſſe, incertum, vbi eſſet dimiſſurus nauem, quis credat? Quòd ſi hoc, quis vellet propitius cum Hieronymo ſibi perſuadere; at quis ſibi perſuaſerit, nauem onerariam non deſtinaſſe in certum aliquem locum nauigationem ſuam? Et licèt acutè dixerit Hieronymus, *Non propheta Ionas ad certum fugere cupiebat locum, ſed mare ingrediens, quocumque pergere feſtinabat. Et magis hoc conuenit fugitiuo & timi-*
B *do, non locum fugæ otioſè eligere; ſed primam occaſionem arripere nauigandi,* ſed hoc tamen minimè conuenire poteſt in nautas, & alios vectores, qui certò & deſtinatò ibant in Tharſis; neque verò in ipſum Ionam, qui, quia otioſè non eligebat locum fugæ, quam inuenit primam nauem ſine mora ſubijt; *Nam inuenit eūtem in Tharſis, & dedit naulum eius, vt iret cum eis in Tharſis*; idem facturus ſi nauem inueniret euntem in Cyprum, aut in Italiam aut in Tharſum.

Hieronymus mens.

Iam illud, quod ſecundo loco proponebamus, ſponte ſequitur ex dictis, nauigationem in Ophir, & in Tharſis per ſe ſumptam, diuerſam eſſe, & ad regiones longè diſſitas, ac per maria diuerſa, vt
C quæ fieret ex diuerſis portubus, non ſolum longè, ſed quaſi ex oppoſito diſſitis, altera in Mediterraneo Phęniciæ, id eſt, in Ioppe, aut vndę Ionas conſcendit nauem; altera, in Arabico Idumæo, id eſt, in Aſion-gaber, vnde ſoluebant claſſes Salomonis.

8 Nauigatio nél Ophir per ſe diuerſæ, ſed ab ijſdem nauibus obitæ.

Atque hinc iam elucet illius opinionis error, aſſerentis mare Tharſis, aut Tharſis ſumi pro Oceano, præſertim Indico: tum quòd ex Ioppe in Mediterraneo ſoluebat Ionas in Tharſis; tum quòd dicat Hieronymus de Ioppe in Indiam non poſſe nauigari; intellige opportunè, commodè, prudenter. quamuis enim via ſit in mari ab Aſion-gaber & ſinu Arabico in Ioppen, per Oceanum Indicū, & fretum Herculeum, tandemque per Mediter-
D raneum; rurſuſque via eadem Thebis Athenas. At quorſum Ionas fugeret Ioppe, vt rurſum appelleret ad mare Rubrum, & ad Idumæam a tergo Palæſtinæ? quod ipſe Maluenda agnoſcit, demiratus Marinum, & Capellam, qui exiſtimarint, ex Tarſo Ciliciæ vrbe per Mediterraneum potuiſſe illis temporibus in Indiam nauigari, niſi ſuperato freto Gaditano. Tharſis itaque non eſt mare Oceanum; non quodlibet mare longinquum, vaſtum, profundum, vt quidam docti dixerunt; ſed ſi mare eſt, certum aliquod eſt, appellationem ſumens a certo & ſingulari loco, aut regione, quæ mari, & nauigationi, atque nauibus, nomen dederit, vt inferius explicabimus. Diuerſa item per ſe nauigatio in Tharſis, & in Ocea-
E num Africanum, aut Indicum, & per ſe claſſem petebat diuerſam, ſi ex viciniori & opportuniori portu ſoluere debuiſſent, altera ex Ioppe, altera ex Aſion-gaber.

Tharſis nō accipi pro Oceano Indico. *Maluenda* *Marinus.* *Capella.* Mare Tharſis denominatum a regione.

Quod verò tertio loco proponebamus de nauigatione claſſis Salomonis, exponemus ſequenti capite.

CAPVT VI.

Vtramque regionem Tharſis, & Ophir, eadem Salomonis claſſe adiri potuiſſe.

Ad eundem locum 2. Paral. 9. 21. 3. Reg. 10. 22.

1 *Riberæ opinatio, & argumenta pro duplici Salomonis claſſe aſtruenda.*
2 *Conſtitutio alterius ſententiæ. Scriptura nunc vſa propriè locorum appellationibus.*
3 *Tyriorum nauigatio, ſimul & Salomonicæ, nunquam ex Ioppe, ſemper ex Aſion-gaber. Illuſtratus ſemel & iterum locus Regum.*
4 *Nauigatio per fretum Gaditanum olim infrequens.*
5 *Claßes Salomonis annales, an triennales. Computatio auri allati ad Salomonem.*

1 Riberæ opinatio de duplici Salomonis nauigatione.

ARgumenta, quibus probauimus perſe diuerſam nauigationem eſſe ad Tharſis & Ophir, & per diuerſa maria, atq; ex diuerſis portubus, tantum potuerunt allicere noſtrum Riberam, vt Ionæ 2. aſſereret, non ſolum natura ſua di- C uerſam eſſe nauigationem illam; ſed præterea ita diuerſam, vt neque Salomon vnica ſua claſſe vtrámque regionem obierit: ſed alia, atque alia, & ex alio, atque alio portu. nam quæ dirigebatur in Ophir, id eſt, in Indiam, ſoluebat ex Aſion-gaber, neque indigebat itinere trium annorum; Et quæ ibat in Tharſis, nauigabat itinere annorum trium & ſoluebat ex Ioppe per mare Mediterraneum, neque vltra Gades excurrebat; ſed nunc ad Africæ portus, nunc ad Europæ deflectens, illinc ſimias, pauos, ebur, aurum etiam; hinc verò, & potiſſimum ex Hiſpania, quæ metallorum erat omnium fœcundiſſima, aurum & argentum accipiebat.

Obiectionis reſponſio.

D Si Riberæ obijcias nauigationem ex Ioppe Gades vſque breuiſſimam eſſe, & non amplius duorum, aut trium menſium: Reſpondet, longiſſimam fuiſſe, propter moram attingendi diuerſa littora, & commutandarum mercium; quare indiguiſſe triennio. Sed nonne commodius, vt aliæ naues in Hiſpaniam, aliæ atque aliæ in Italiam, & Africam nauigarent, quo ſingulæ vix annum, aut ſemiannum inſumerent eundo, ac redeundo.

Secundæ obiectionis ſolutio.

Si præterea illi obijcias quod 2. Paralip. 20. 36. ſcribitur Ioſaphat feciſſe naues in Aſion-gaber, vt irent in Tharſis: quare Tharſis ſi cum Aſion-gaber coniungitur, id eſt, portus Arabicus cum portu extremo maris Mediterranei, oportebit Salo- E monis etiam claſſem vnam, & eandem in Ophir nauigaſſe, quippe in Indiam ex vicino portu, & in Tharſis vſque perueniſſe.

2 Ribera cõmendatus.

Reſpondet aliquando Tharſis nõ ſumi propriè pro mari Mediterraneo, neque pro aliqua Mediterranei maris regione, ad quam ex Ioppe de more nauigatur, ſed pro quolibet alio mari alto, & vaſto. Illo ergo loco ſumitur pro Oceano Indico, per quod nauigabatur ex Aſion-gaber in Ophir; alijs verò locis aliter.

Sed cum apud me Patris Fráciſci Riberæ pietas doctrina, diligentia, & ſacrarum rerum prudens,

A atque matura tractatio tanti ſit, quanti apud omnes eſſe debet, i. maximi; tamen vt ab illo prorſus hac in re diſſentiam, rationis me ipſius neceſſitas cogit, atque vt aſſeram, Salomonem nunquã adornaſſe claſſem quæ ex Ioppe, neque ex Mediterraneo ſolueret, vel in Tharſis, vel aliò terrarũ. Nam vbi Scriptura de claſſibus, de portubus, de locis, vnde aurum & metalla exportabãtur, loquuta eſt, fieri non poteſt, neque adducat vt credam, impropriè nominibus locorum, portuum & mariũ vſam fuiſſe, & nomina Tharſis aut Ophir impropriè, aut inſolenter vſurpaſſe: aut portũ vnde aliquando claſſis ſoluebat, tacuiſſe, id eſt, Ioppen.

3 Scriptura nũquã Ioppe meminit ad Salomonis nauigationes

Secunda rei probatio, quòd apertè, atque ſine vlla dubitandi veroſimili coniectura, vtramque B regionem, id eſt, Tharſis & Ophir, in eandem claſſem, & eaſdem naues Scriptura reuocat. rurſus Aſion-gaber cum Tharſis coniungit, & nunquã meminit Ioppe, aut portus Mediterranæi. Nam 2. Paralip. 8. 17. non ſolum dicitur Hiram præbuiſſe Salomoni viros nauticos ad claſſem, quæ fiebat in Aſion-gaber, ſed etiam naues. quare hæc ipſa eſt claſſis Hiram, quæ nauigabat ſimul cum claſſe Salomonis. *Abijt* (inquit) *Salomõ in Aſion gaber &c. Miſit autem Hiram per manus ſeruorum ſuorum naues, & nautas, & abierunt cum ſeruis Salomonis in Ophir*, &c. vbi non dicit miſiſſe naues ad Salomonem, ſed miſiſſe naues ſuorum cum naui b. Salomonis: quòd eſſent etiã Tyriæ in illo portu Idumææ, vel tunc a Tyrijs fabricatæ fuiſſent, ſicut & Salo- C mon ſuas denuo fabricauerat. Aliàs non credendum, tunc ſoluiſſe Tyriorum naues ex Ioppe, vt emenſo immenſo marium itinere & circuitu peruenirent ad Aſion-gaber ex latere oppoſito.

Tyriorum naues in mari Rubro.

Præterea 3. Regum. 10. 12. legitur apertè claſſis Hiram nauigare ſolita in Ophir. *Claſſis* (inquit) *Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna Thyina multa nimis. Feciteque rex de lignis Thyinis fulcra domus Domini*, &c. Cum hac autem claſſe Hiram iuiſſe claſſem Salomonis, quæ attulit ligna, de quibus fecit fulcra, teſtatur c. 9. 2. Paralip. nu. 10. & inferius ſcribuntur hi ijdem ipſi nauigaſſe in Tharſis ſemel in annis tribus, & idem ſcribitur 3. Regum. 10.

Tyriorum claſſis nauigans in Ophir.

D Denique nihil clarius, quàm Ophir, Tharſis, Aſion-gaber, nunquam facta Ioppe mentione, coniungi, 3. Regum. 22. 49. Rex Ioſaphat fecerat claſſes in mari (Hebraicè; fecit naues Tharſis ad nauigandũ in Ophir) & confractæ ſunt in Aſion-gaber. quid clarius?

Ophir, Tharſis Aſion-gaber in hiſtoria coniungi.

At dicis naues Tharſis intelligendas naues magnas inſtar earum quæ fiebant, & nauigabant in Tharſis; nõ quòd iſtæ, quæ cõfractæ ſunt in Aſion gaber, nauigaturæ eſſent in Tharſis, ſed ſubterfugium hoc potius, quàm reſponſionem diſijciet omnino. Atque rem totam explicabit, vice commentarij, vt omnis dubitandi occaſio præcidatur, locus 2. Paral. 20. 36. de eodem Ioſaphat & Ochozia: Particeps fuit vt facerent naues, quæ irent in E Tharſis; feceruntque claſſem in Aſion gaber. Et repetit Eliezer propheta idẽ paulo inferius: Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua, contritæque ſunt naues; nec potuerunt ire in Tharſis.

Aliorum ſolutio repulſa.

Sed ſupereſt, vt illi rationi ſatisfaciamus, quam pro ſe indicauit Ribera, fore vt multo commodior eſſet nauigatio ex Ioppe, tum ad Hiſpaniam, tum ad littora Africę, quippe ex portu viciniori, & licèt per mare magnum & vaſtum, ſed tamen per Mediterraneum, in quo vtrinque facilis eſſet inflexio & appulſus, ſiue ad Africana, ſiue Italica, Gallicana, Hiſpanica littora. Denique per mare notiſſimũ

4 Obiectioni Riberæ reſponſio.

& fre-

& frequentiſſimum, Phœnicum, Cilicum, & Tharſenſium nauigationibus celebre.

Naui gatio per fretum Gaditanũ olim infrequens.

Reſpondeo, freti Gaditani nauigationem, & tranſmiſſionem columnarum Herculis, inter quas multæ quondam erant inſulæ, fuiſſe olim tam intentatam, & infrequentem, quàm periculoſam. Tum præterea multo maioris compendij viſam fuiſſe Salomoni claſſem vnicam, quæ ſimul perluſtraret oras Ophiriticas, & Tharſicas, quàm ſi diuerſas claſſes adornaret; alteram in Tharſis ex Ioppe, alteram in Ophir & Indiam, ex Aſion-gaber; præſertim cum ipſi quoque Tyrij & Sidonij celebres illas claſſes nunquam pararint in Ioppe per Mediterraneũ; ſed in Aſion-gaber per mare Indicum, vt patet 3. Regum. 10. Itaque nõ ſolum compendiaria nauigatio, ſed etiam longè ditiſſima illa habebatur, quæ ex Aſion-gaber primum ſolueret ad Ophir, deinde ad Tharſis. Ad Ophir autem nulla commoda per Mediterraneum nauigatio. Sed res hæc lumen quoque accipiet, ex his quæ de Tharſis, & de tota Aſion-gaber in Hiſpaniam nauigatione, deinceps exponentur; præſertim inferius, c. 15. obiectione. 3.

5 An Salomonica claſſis triennio indigeret. Villalpãd.

Iam illa altera dubitatio vt breuior, ita facilior eſt: An ſemel tantum per tres annos illa claſſis adornaretur, & quidem tres anni pro itu, & reditu computandi ſunt vt poſtea videbimus. Certè Villalpandus noſter, loco iam indicato, acutè conijcit, Salomonẽ, vt ſingulis annis habere poſſet magnam auri ſummam, quæ & in ſumptus annuos, & ad templum, domum, ſupellectilem, celeriter, & properatò amplificandam, & exornandam ſatis ſuppeteret, tum vt ex continuis auri effoſſoribus, quos ad fodinas Ophir Tharſis, & cum nauibus mittebat, quotannis etiam adornaſſe claſſem; ſed ſingulis annis ſingulas: ergo non vnam, immo triplicem, vt, cum vna quæque trium annorum ſpatio indigeret, in itu & reditu, poſtquam primam claſſem poſt tres annos elapſos recuperauit, ſingulis ſequentibus annis nunquam deeſſet vna alia claſſis, quæ iret, nunquam vna alia quæ auro, & argento, ac rebus alijs pretioſis onuſta rediret. Exemplo ſunt noſtræ Hiſpanienſes, & Hiſpalenſes claſſes, quas ſingulis annis emittimus, ſingulis recipimus; ſed non ex iiſdem ſemper nauibus, neque ex iiſdem vectoribus conſtantes; quæ quamuis plus anno ad eundum, manendum, negotiandum, redeundum, ſingulæ indigeant; at emittuntur ſingulæ ſingulis annis, vt ſingulis etiam annis aliquod Indicarum opum præſidium ex claſſe aliqua habere poſſimus.

Claſſes Salomonis annales ſimul & triennales.

Cõiectura Salomonicæ nauigationis annuatim.

In hanc igitur cogitationem ex eo adductus eſt Villalpandus, quòd diuerſam legeret talentorum ſummam aduectorum ex Ophir. 3. Regum. 9. 28. *Quadringentorum viginti talentorum*, videlicet ex prima claſſe, quæ tertio anno a diſceſſu redijt. deinde 2. Paralipomen. 8. 18. Quadringentorum quinquaginta talentorum: ex ſecunda claſſe, quæ ſequenti anno, ſed tertio etiam; a ſuo diſceſſu, redijt: poſtea 3. Regum 10. 14. Sexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri, ex tertia claſſe, quæ rurſus ſequenti anno, ſed tertio a ſuo diſceſſu, tertio etiam a reditu primæ claſſis, ipſa redijt. Sed ratiocinatio hæc, & computatio diuerſarũ ſummarum talentorum pro diuerſis claſſibus argutior quàm ſolidior videri poteſt; nam poſtrema illa ſumma *ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum*. 3. Regum 10. non conſtat an ex claſſe fuerit, an ex tributis donarijsve. Illud in hanc rem opportunius, quòd Anaſtaſius Synaita lib. 10. Hexameron ſcribit, *claſſem Salomonis ſingulis annis rediſſe ex Tharſis*: quod niſi repetitis ſingulis triẽnalibus claſſibus ſingulis annis non poterit cum ſacro textu conuenire. Sed res tota manifeſtior fiet cum has claſſes per ſuas ſtationes deduxerimus, & reduxerimus a primo portu ad vltimum vſque.

Anaſtaſius Singulis annis rediſſe claſſem ex Tharſis.

CAPVT VII.

Ex quonam portu ſoluebant Salomonicæ claſſes: id eſt,

Vbi terrarum Aſion-gaber.

Ad locum 3. Reg. 9. 26. Claſſem fecit rex Salomon in Aſion-gaber, quæ eſt iuxta Ailath, in littore maris Rubri, in terra Idumææ.

1. *Quæſtionis tractandæ ſtatus & methodus. Goropius argutior, quàm ſolidior.*
2. *Prima Becani probatio. Idumæam pertinere ad Mediterraneum. Termini Idumææ, & Gazæ.*
3. *Aſion-gaber, quid. Caſtra Bethogabri, aut Cabriæ vbi.*
4. *Elut eſſe idem cum Eluſa, tertia Becani probatio.*
5. *Tyrios & Phœnices non videri niſi mediterraneæ nauigationis peritos. Qua via potuerunt ad Rubrum peruenire conuectis nauibus.*
6. *Vera ſententia. Aſion gaber pertinere ad Rubrũ. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*
7. *Quinque firmæ probationes. Aſion gaber, quid ſignificet. Vbi Berenice, Aelana, Ailath.*

1 Differendi methodus.

CErta hæc diſcurrendi regula, vt cum primum portum, vnde ſoluerunt, tenuerimus, facilè etiam agnoſcamus ad quẽ vltimò peruenerunt. Tum præterea viam ipſam atque itineris vel compendia, vel diſpẽdia, regiones intermedias, tandemque maria diuerſa, per quæ nauigatum eſt, quaſi digito demonſtremus.

Ac primò quidem ponendum eſt id, de quo dubitari non poteſt, Salomonis claſſem adornatam, & perfectam fuiſſe in Aſion-gaber 3. Reg. 9. 26. 2. Paral. 8. 17. in quo eodem portu ſuas parauerunt naues Ochozias, & Ioſaphat 2. Paral. 20. 36. & 3. Regum 22. 50.

Goropius Becanus argutior quã ſolidior.

At Goropius Becanus homo argutior, & in inueniendo, ac nouas vias tẽtando, diligentioris operæ & indaginis, quàm in iudicando & eligendo fœlicis, in dubium reuocat, vbi nam terrarum ſit, & ad quod mare ille portus Aſion-gaber. Neque verò plures quàm duæ poſſunt exiſtere ſententiæ diuerſæ, quemadmodum duo ſunt maria, quæ ex vtroque latere Palæſtinã aut tangunt, aut claudũt; alterum, Mediterraneũ, ex Phœnicia & Tyro; alterum, ex Arabia & Idumæa, Ægyptum verſus, mare Rubrum, ſinus ve Arabicus; cui etiam vicinus alter ſinus Perſicus. oportet itaque Aſion-gaber ad horum marium alterum pertinuiſſe.

Controuerſiæ ſtatus.

Ergo Goropius Becanus lib. 5. & 6. ſuorum Hiſpanicorum, totis, ait, ſe contendere neruis, vt Aſion-gaber ex mari Rubro transferat ad Mediterraneum, & communem errorem temporum antiquitate, & multorum ſcriptorum inolita, ſed falſa perſuaſione vagatum, propulſet, ac nouã ſententiam ſtatuat, conſtituto tãdem Aſion-gaber ad mare Mediterraneum, vnde commodior & neceſſaria nauigatio fieret in Tharſis. Quo ſuæ diligentiæ & inuentionis beneficio, tantum ſe de diuinæ

Goropij de ſua ipſius doctrina teſtimoniũ.

Scripturę ſtudioſis bene putat mereri, vt fateamur neceſſe ſit, non parum nos illius laboribus debere, quibus a magna caligine liberandi ſumus.

2.
Primũ Becani argumentum.

Suæ verò ſententiæ has adducit probationes: Primò, quòd cũ 3. Regum. 9. 26. ſic ſcribatur: *Claſſem fecit rex Salomon in Aſiongaber, quæ eſt iuxta Ailath in littore maris Rubri, in terra Idumæa.* Certè Idumæa longè diſtat a mari Rubro, & potius pertineat ad Mediterraneum: idque auctoritate Strabonis, qui a Græcis ſcriptoribus per excellentiam Geographus appellatur Is lib. 16. Phœniciam deſcribit, & terram Philiſthæorum, deinde verò, & Idumæam in hæc verba: [Iudæę extrema Occidentalia Caſio proxima Idumæi tenent, & lacus.

Strabo.

Ad mare autem Sirbonis & continua regioni loca plurima occupant, vſque Hieroſolyma, quæ ſunt
B
mari vicina: dictum eſt enim ea ab Ioppe portu conſpici. Atque hæc quidem Septentrionalia ſunt omnia a mixtis gentibus habitata Ægyptijs, Arabibus, & Phœnicibus. Nam tales ſunt qui Galilæam habent, & Thericuntem, & Philadelphiam, & Samariam. Hæc omnia mediterranea ſunt, tantum non cæcis & rerum Geographicarum prorſus imperitis.

Idumæę termini.

Idumæa ergo clauditur Iudæa, Ægypto Arabia Petræa, & Mediterraneo; & peculiariter lacus Sirbonis, quem nunc dicunt, *el golfo de Damiata*, ad Mediterraneum eſſe, & prope Caſium montem, quæ omnia Occidentalia ſunt. Itemque

Ioſephus.

confirmatur ex Ioſepho cõtra Appionem ſcribentem, Iudæam terminari Idumæa circa vrbem Ga-
C

Gaza vrbs mediterranea.

zam; hæc autem Mediterranea eſt, & Mediterraneo, quàm Rubro, longè vicinior.

3
Secunda ratio ex nomine Aſion-gaber.
Caſtra Bethogabri.

Secundò. Ex nomine ipſo *Aſion-gaber*; nam *Gaber* proculdubio videtur idem eſſe quod *Gabriæ*, aut Cabriæ, nomen. Scribit autem Strabo, ad Peluſium, & Caſium montem, in littore mediterranei; eſſe Cabriæ caſtra, quæ ipſa Caſtra Chabriæ, Bethogabri Ptolomæus nominat. Bethogaber autem quid eſt, quàm Bethgaber, id eſt, domus, aut munimentum Gaber? *Aſion* autem ex originali Gathſion, a Ghatſam, quod eſt roborare, eſt monumentum, aut caſtra Gaber; aut domus, vel tumulus Gabriæ. Vides igitur Ghatſiógaber etiam ab Ethnicis ſcriptoribus collocari ad Mediterraneum.

D

4
Tertium argumẽtum ex nomine elut.
אילות

Tertium. Ex eo quod aſſeratur Aſion-gaber eſſe iuxta Elat; eſt autem in Hebræo Elut. quia autem Kaldæi & Syri, quos imitantur Attici, difficilè ſibilant, commutant Signa, cum Tau: perinde igitur erit dicere, Elus, aut, Elut. Ptolomæus itaq; Alexandrinus & illarum regionum peritiſſimus, facit Eluſam penultimam Idumæę ciuitatem, & Ægypto proximam, vt minimè potuerit Elat, ſiue *Aylath*, eſſe E*lana*, quam Strabo & Ptolomæus conſtituunt in ſinu Arabico è regione Gazæ, diſtantis mille ducentis ſexaginta ſtadijs, vt pote ſitæ ad Mediterraneum.

Eluſa vbi terrarum.

E

Quarta ratio.

Sed quartò addo ego pro Becano, quod me vehementer mouet: Hiram rex Tyri ex Sidonis ad maris Mediterranei oram dominabatur, eò tota Phœnicia ſpectat. Is nõ ſolum Phęnices & Tyrios nautas, quippe gnaros maris, commodauit Salomoni ad adornandum claſſem; ſed pręterea etiam naues, immo & claſſem propriã coniunxit cũ claſſe, & nauibus Salomonis. Nunc quis credat, Tyrios & Phœnices extra ſuam regionẽ, ad alienum mare & alia littora iuiſſe, & minimè quidem nauigando, ſed per medium illum arenoſum & deterrimum viæ tractum, vt in portu Arabico ſibi e regione oppoſito. I ad claſſem fabricãdam, vel qui alieni maris periti eſſent; nimirum ſui, i. Mediterranei, tanquam certiſſimi duces & gubernatores,

Phœnices ne alterius maris, quã Phœnicij, periti.

A
ad longè diuerſi maris, id eſt, Erythræi & Indici nauigationem a Salomone adhiberentur? An hæc expeditio in Tharſis nõne ex Tyro & Sidone, aut ex portu vicino facta eſt? Fuit proculdubio, & niſi Tyrios, & Phęnicios portus ad littora transferas Erythræa, vix ac ne vix quidem via patet, qua Hiram ſuos & nautas, & naues ad mare Arabicum tranſmiſerit, vt una cum nauibus Salomonis nauigarent. Et quamuis quidem dicere quis vellet Idumæã pertingere etiam ad oram maris Rubri, vel ſinus Arabici: at Phœniciam & Tyriorum regionem, principatumve Hiram minimè poterit extrahere ab oris Mediterraneis, atque ab Occidentali & Aquilonari parte terræ Sanctę, & transferre ad Meridionalem maris Arabici. Hæc ſunt quæ Goropium iuuare poſſunt.

B

Tyrij qua via ad Rubrum contendentes.

5
Certa ſentẽtia Aſiõgaber pertinere ad mare Rubrũ.

At ſecunda ſententia videtur omnino firmæ, & inconcuſſæ veritatis, vt quæ perſpicuis ſacræ paginæ verbis doceri videatur, Aſion-gaber fuiſſe ad littus maris Rubri, aut ad eam partem, quæ dicitur ſinus Arabicus. Probatio prima & clariſſima ex 3. Regum 9. 26. vbi dicitur *Aſion gaber eſſe iuxta Ailath in littore maris Rubri, in terra Idumæa.* Et confirmatur ex eo, quòd Num. 33. 35. Aſion-gaber fuit manſio trigeſima ſecunda, & vltima ſolitudinis Pharan, poſt tranſitum maris Rubri ante deſertum Sin, & Deut. 2. 8. de Aſion-gaber venimus ad iter, quod ducit ad deſertum Moab. quæ omnia minimè poſſunt pertinere ad mare Mediterraneum, cum occurrerint filijs Iſrael ante ingreſſum

Aſion-gaber manſio trigeſima ſecunda.

C
terræ promiſſæ. Rurſum Numer. 33. 37. poſt tranſitum Aſion-gaber Iſraelitę peruenerunt in montem Hoz, qui eſt in finibus Idumææ, quare oportuit Aſion-gaber fuiſſe vel in medio, vel in principio Idumæę.

6
Hieronym.
Aſion-gaber quid ſignificet.

Secundò oſtenditur ex ipſa nominis Aſion-gaber interpretatione; nam; vt Hieronymus docet epiſtola ad Fabiolam, Manſione 32. Aſion-gaber ſonat idem quod ligna viri, aut, lignationes viri; aut dolationes hominis, quod (inquit Hierony.) *ſignificantius Græcè dicitur* ξυλαλιγμοφόρος quę vox ſignificat, lignorum ferax, quòd ea ſolitudo ſit ferax arborum, *& diligentis magiſtri* (inquit Hieronymus) *diſciplina mõſtratur cædentis ligna informia,*
D
& dolantis, facientiſque vaſa diuerſa. Vide igitur portui ſyluam in eo deſerto adiacentem, maximè opportunam ad præbendam materiam nauibus: Cuiuſmodi ſolitudinem aut ſyluam non legimus ad littus Mediterranei.

Sylua opportunè adiacẽs portui.

Ioſephus.

Tertiò. Quoniam, vt ait Ioſephus, 8. Antiquit. c. 16. Aſion-gaber ſuo tempore vocabatur Berenice; hæc autem non ſolum Ioſepho, ſed etiam Ptolomæo eſt Ægypti vrbs ad ſinum Arabicum. Quod autem Ægypti, ait, intelligit ad confines Ægypti & Idumææ, & apud Arrianum in Periplo maris Rubri, Berenice item ſcribitur, interprete & explicatore Stukio. Stephanus autem Niger, ait in ſua
E
Geographia, Berenicen olim appellatã Hylanã, ſiue Elanam, aut Ælanam: & hanc eſſe propriè Aſion-gaber. In eodem ſinu Arabico Ioſephus quoque deſcribit.

Arrianus.
Berenice.
Stukius.
Aelana.
Stephanus.
Niger.

Immo hinc ſumitur quarta confirmatio: nam Ælana videtur eſſe eadem, quæ dicitur Ailath, iuxta quam eſt Aſion-gaber. Hanc autẽ eſſe eandem quæ dicitur Aelath, & eſſe in Idumæa, & ad mare Rubrum, colligitur apertè ex 4. Reg. 14. 22. & 2. Paral. 26. 2. cum dicitur Azarias ædificaſſe Ailath, vel Elath, & reſtituiſſe eã Iudæ: quia videlicet ſeruiebat Idumęa regibus Iudęę vſque ad Ioſaphat. poſt cuius mortem tempore Ioram rebellauit Idumęa contra reges Iuda 4. Reg. 8. Ozias autẽ iterũ ſubiugauit, & fortè expugnatione & bello dirutã, iterũ

Aelana eadem quæ Ailath.

ædificauit. vbi autem ſit Elath apertè ſcribitur A Deut. 2. 8. Cũ *tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabãt in Seir per viam campeſtrem & Elath, & de Aſion-gaber venimus ad iter, quod ducit in deſertum Moab.*

Nõ niſi ſoluẽtibus ex Rubro occurrere ea quæ ad Salomonẽ afferebãtur.

Tandem quinto quoniam niſi ſoluentibus ex mari Erythræo, aut è ſinu Arabico vel Perſico, & legentibus oras Indicas ad ſiniſtrã, aut africanas ad dexteram, non poſſunt occurrere ſimiæ, pauones, dentes Elephantorum, ligna Thyina, & regio Ophir, vnde hæc omnia ad Salomonem afferebãtur. Sed vtriuſque ſententiæ argumenta ſoluenda, ex quibus veritati maior lux, & robur.

CAPVT VIII.

Præcedentium de loco Aſion-gaber ſententiarum maior lux; atque noſtræ & veræ confirmatio, ex obiectorum vtriuſque ſententiæ ſolutione.

Ad eundem Locum 3. Reg. 9. 26. Deuter. 2. 8.

1 *Tria vtrique ſententiæ probanda. Certa Idumææ conſtitutio.*
2 *Quanta Vulgatæ lectionis auctoritas. Congregatio Cardin. Trident.*
3 *Pars Idumææ Occidentalis. Duplex Idumæa Ioſepho.*
4 *Argutia Becani in vrgendis vocibus & nominibus. Coniectura ex nomine ſæpe fallax.*
5 *Phœnices ex mari Rubro nauigantes, propter peculiarem affinitatem. Peculiare item cum Gadibus commercium. Vnde illi dicti.*

1. Tria ab vtraque ſententia accẽptanda.

IN re proculdubio perdifficili & perobſcura vix inuenias quod dicendũ, agendumve, quàm vt vtriuſque partis argumentis, quoad fieri poſſit, diligẽter & accuratè examinatis, quid veroſimilius videatur, lector intelligat: quod & fiet, ſi prius quædam indubitato & neceſſariò ſuſcipienda ab vtraque ſententia proponamus.

Idumææ certa & vera conſtitutio.

Primum Idumæam non ſolum ad Mediterraneam oram pertinere, ſed etiam ad Arabiam, & eam partem, qua Iſraelitæ mare Rubrum traiecerũt; cum prius circumeiſſent montem Seir. Itaque interiecta videtur in medio illo tractu, vt nunc ad latus Mediterraneum, nunc ad Arabicum ſeu Erythræum pertinere dicas.

Secundò. Non valde referre vtra prius à Salomonis claſſe regio attingeretur, Ophir, an Tharſis: cum ſiue ſolueret ex mari Rubro, ſiue ex Mediterraneo; aſſeratur tamen vtramque regionem ab eadem claſſe luſtrati potuiſſe.

2. Vulgatæ lectionis auctoritas.

Tertiò. Ita de Vulgati interpretis lectione Latina, honorificentiſſimè grauiſſimeque ſentiendũ, loquendumque, vt commiſſam illam nobis ad diligentiſſimè tuendum intelligamus, non ſolum in vniuerſum; ſed etiam in ſingulis membris, atque particulis, vti præcepit Tridentina Synodus ſeſ. 4. c. vnico de Can. Script. [Libros ipſos integros cum omnibus partibus ſuis, pro vt in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata editione habentur, pro ſacris & canonicis ſuſcipiendos:] Quod decretum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Cardinalium congregatio Tridentini interpretum enucleatè declarauit. 17. Ianuarij, anni 1576. [cenſens nihil poſſe aſſeuerari, quod quod repugnet vulgatæ Latinæ editioni, etiam quod eſſet ſola periodus, ſola clauſula, vel membrum, ſiue vox, vel dictio ſola, aut ſyllaba, iotaue vnum. Et acriter reprehendit Vegam, qui lib. 15. De Iuſtiſ. cap. 9. tam audacter loquutus eſt, quo ad oppoſitionem textus Græci, aut Hebraici cum Latina vulgata editione.] His poſitis:

Tridentinum.

Declaratio Congreg. Trident.

Pars Idumææ Occidentalis.

Iam ad Becani argumenta reſpondendum; & ad primum quidem, probat partem Occidentalem Idumææ pertinere ad Mediterraneas oras: ſed minimè probat partem alteram Idumææ non eſſe Orientalem, & ſpectare ad mare Rubrum. Quod cum ipſe ſibi reſpondeat, & obijciat Goropius; & polliceatur ſe facturum, ne hoc perfugio veritatis ſuæ arx prodatur, tamen legenti & relegenti B ſæpius mihi non licuit perſpicere qua tandem redargutione illam ſolutionem debilitet: tantum rationes & ratiocinationes alias atque alias adhibet, quibus & nos ſatisfaciamus. Et verò nunc dicamus negare non poſſe Becanum, quod ex Ioſepho 3. de bello apertè colligitur, duplicem conſtitui Idumæam, ſuperiorem, quæ ſere ceſſit tribui Iuda; & inferiorem circa Arabiam & Ægyptum, quæ & Gabalena poſtea dicta eſt, quam circuierũt Iſraelitæ ante Iordanem. Vtriuſque Idumææ diuerſi ſunt limites, & diuerſa conſideratio. Videndus Adrikom in tribu Iuda nu. 106. Scio & Becanum duplicem Idumæam etiam conſtituere lib. 6. p. 98. Sed aliter ac nos.

Ioſepho duplex Idumæa.

Adrikom.

C Ad ſecundum. Mirabilis eſt Goropius iſte in nominum notionibus inueniendis, concinnandis, componendis, & velint nolint, ad rem ſuam alliciendis. Res illas de Caſtris Cabriæ, ſiue Bethograba, incerta; de quo libenter vſurpabo Ortellij verba, vbi de hac Becani coniectura: *legant & iudicent eruditi: mihi hac indicaſſe ſufficiet.* Sanè illæ nominum coniecturæ vix vnquam ſolidæ; frequenter fallaces, poſtquam rerum atque locorum veræ appellationes corruptæ, aut ex alijs in alias res translatæ.

Arguties Becani in nominibus tractandis.

Ortellius in Theſauro Geogr.

Ad tertium. Vbi de Ailath, Elat, Eloſa, & illa nominum aſſimilium comparatione, non alia reſponſio; quàm quæ ad ſecundum; fallit enim ſæpiſſime illa nominum coniectura, & qua in terum proprijs appellationibus, nihil incertius. D

Fallax ex nominibus cõiectura.

5. Quam argumẽti difficilior ſolutio.

Ad quartum. Fateor mihi aculeum infixit, ſed ferendus dum aliter eximere non dabitur. Interim illæ quæ in argumento indicantur reſponſiunculæ doloris ſenſum aut ſopiant aut leniant. Illud tamen certò conſtituendum, licet non omnino rationem teneamus, ob quam Tyrij & Phœnices claſſes ſuas adornarint non in ſuo mari & portu, id eſt, in Meterreneo, ſed in alieno, id eſt, in mari Rubro; at frequentiſſimum & viſitatiſſimum apud illos fuiſſe, vt è mari Rubro ſoluentes nauigarent ad Cades; rurſuſque Gaditanam nauigationem frequentatam fuiſſe ad mare Rubrũ commercij gratia cum Phœnicibus. Res apertè ſcribitur à Plinio lib. 4. c. 22. in fine poſtquam docuit E Tharteſium, Gadirem, Erythiam idem ſignificare; *Erythia dicta eſt, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur.* Potuerunt igitur Tyrij & Phœnices ita cum Idumæis Orientalibus fœdere & amicitia deuinciri, vt communi mari, & portu ad mercaturam & nauigationem opportuniſſimo vterentur, videlicet mari Rubro, & Aſion-gaber. quod indicauit quoque Strabo lib. 1. ita Phœnices propter frequentes occurſiones, & nauigationum peregrinationes cum incolis maris Rubri cõfundens, & permiſcens, vt ſcribat quoſdam tradere *Phœnices & Sidonios ex Oceano in colonias deductos eſſe: & quia à mari Rubro iũt,*

Phœnicibus cum mari Rubro, atque cũ Gadib. cognatio.

Plinius.

Strabo.

Phœ-

Phenices vnde dicti, & ducti.

Phœnices, id eſt Rubros vocatos fuiſſe. Nonnulli illos ab iſtis eſſe dicunt. Sidonios item alij ad mare Perſicum, aut alibi ad Oceanum ferunt. Sunt etiam qui Aethiopiam in noſtram Phœniciam traducant: & res de Andromeda geſtas in Ioppe contigiſſe dicant. Vides igitur frequens commercium Tyriorum cum incolis maris Rubri, ſiue propter gentis cognationem, ſiue propter nauigationis opportunitatẽ, ſiue ob cauſam aliam nobis ignotam, de quo iterũ & vberius quidem cap. ſequenti nobis dicendum, vbi de Tharſis.

Vides etiam qua ratione idoneè & congruè ſatisfactum ſit Becano. Iam videſis qua ipſe veræ & indubitatæ ſentẽtiæ confirmationibus reſpondere poſſit. Nam & inter reſpondendum quædam miſcet, quibus vel Latinum Interpretem lædere, vel noſtrum curſum retardare poſſit, ſequenti capite à nobis commodius exponenda.

CAPVT IX.

Pro Latino interprete contra Becanum de Maris Rubri vera & idonea ex Hebræo & Latino appellatione.

Ad eadem loca præcedentium capitum, & Exod. 23. 31.

1 *Mare Suph, quod vertitur Rubrum, aliquando neceſſariò intelligi Mediterraneum.*
2 *Termini* Palæſtinæ. *Explicati Moyſes,* Ioſue, *Ezechiel.*
3 *Suph aliquãdo neceſſariò intelligi Arabicum. Latinus interpres nunquam aberrans. Illuſtratus ſemel & iterum* Dauid.
4 *Qua moderatione, & reuerentia explicandus Vulgatus.* Pontus, *& mare Myrtoum.*
5 *Quatuor argumentorum contra Becanum ſolutio. Sylua prope Ioppen.*

1. An mare Suph, aut Suph, intelligatur Rubrum.

QVoniam Becanus ex illa maris *Suph* Hebraica appellatione, & parũ idonea, vt ſibi videtur, Latina interpretatione, cũ dicitur; *In littore maris* Rubri; ſuam ſententiam aſtruere, atque veram deſtruere contendit, ideo parũper hic figendus gradus. Et quidem cum omnino neceſſarium ſit partem ſaltẽ aliquam Idumææ conſtituere ad Orientem Palæſtinæ, & ad mare Rubrum, atque ad eam Arabię partem, quã Iſraelitæ ante Iordanis traiectum peragrarunt; ſed Becanus tamen totis cõtendit neruis, *mare Suph*, aliquando neque reddi neq; intelligi poſſe niſi Mediterraneum, vt Ionæ, 2. 5. Ionas ipſe in Mediterraneo à ceto deuoratus (quippe in Ioppe Mediterranei portu nauem conſcenderat) ait: *Pelagus* (Suph) *operuit caput meum*. Nam qui Rubrũ, pro *pelago Suph* interpretaretur, planè toto aberraret mari. Sed de hoc peculiari capite à nobis diſputandum.

Mare Suph eſſe mediterraneũ, ratio. 1.

סוף

2. Termini Palæſtinæ.

Tum prætetea cum Exod. 23. 31. dicitur *Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad fluuium*: videtur quidem aſſignari longitudo & latitudo terrę Sanctæ; longitudo ſanè à deſerto, quod eſt poſt Gazam, vſq; ad Euphratem; latitudo verò quamuis ab alijs aſſignetur à mari Rubro vſque ad Mediterraneũ; A quod dicunt eſſe *mare Palæſtinorum*; Sed videtur potius ille terminus eſſe Aſphaltes, ſiue mortuum, aut mare Sodomiticum. Nam Gen. 10. 19. vbi etiã aſſignantur termini Chananææ loco *maris Palæſtinorum* ponuntur Sodoma, Gomorrha, & alię ciuitates Pentapolitanæ. Quare latitudo erit à Gaza, quæ eſt ad Mediterraneum, id eſt, à Mari Mediterraneo, quod in Hebræo eſt, à mari *Suph* (neq; videtur potuiſſe verti mari Rubro) *vſque ad mare mortuum*. Nemo enim Iudæam extendit ad mare vſque Rubrum. Similiter Ezech. 47. 18. dicitur: *Iordanis diſterminans ad mare Orientale*. vbi intelligendum eſt, quod alibi dicitur *mare Palæſtinorũ*. Quare alter terminus huic oppoſitus, nõ erit mare Rubrum quod eſt Orientale, ſed erit Mediterraneum, aut mare magnum, quod eſt Occidenta- B le, id quod expreſſius dicitur Ioſuæ 15. 2. *Ab Oriẽte erit initium eius à ſummitate maris ſalſiſſimi* (hoc eſt, maris Palæſtinorum) & inferius, num. 4. Erũtque termini eius mare magnum. Ecce quod alio loco dicitur Rubrum, quod propterea non videtur debuiſſe verti *Rubrum*. Sed potius, *mare magnum*, aut Mediterraneum. Ergo recta ratiocinatione deducitur, mare Suph, non eſſe mare Rubrum.

Ratio. 2.

3. Obiectioni reſponſio ſępe Suph neceſſariò eſſe Rubrum.

Sed vt demus Becano *mare Suph* non eſſe ſemper mare Rubrum, ſed aliquando Mediterraneũ, at non eſſe ſemper Mediterraneum; ſed ſæpe mare Rubrum, luce meridiana conſtabit, Pſal. 106. 7. *Irritauerunt aſcendentes in mare, mare Rubrum*. Pa- C gninus & Tigurina quaſi nomen proprium retinuerunt legẽtes *mare Suph*, ſed Hieronymus, Kaldæus cũ Septuaginta, *de Erythræo*, ſeu, *Rubro*, Vatablus cum vniuerſis interpretibus, accipiunt; non enim in alio mari, quàm in Rubro fuit illa incredulitatis irritatio. Atque eodem modo ſequenti verſ. 9. *Et increpuit mare Rubrum*. Præterea Pſalm. 136. 13. *Diuiſit mare Rubrũ*. quod in originali eſt: *mare Suph*. & *Rubrum* interpretantur Kaldæus, Hieronym. Græci vniuerſi, atq; Latini. Deut. 1. 1. *contra mare Rubrum*. vbi deficit in originali *mare*, & tantum eſt *contra Suph*, vbi licèt aliqui deſignẽt lacũ Aſphaltitem; ſed tamen Kaldæus, & Septuaginta, quos ſequutus eſt Vulgatus, dixerunt *mare* D *Rubrum*; quos itẽ ſequitur Vatablus: ſimiliter Pſ. 136. 15. & 106. 22. Exodi 10. 9. Hierem. 49. 21.

Hierony. Kaldæus.

Admittet hoc Becanus, ſed vrgebit; cum *mare Suph*, indifferens ſit, vt aliquando vertatur Rubrum, aliquando Mediterraneum, & vtroque modo ſoleat verti à Vulgaro interprete, licebit nobis cum ratio ipſa & neceſſitas exiget, corrigere ipſum Vulgatum ex vno loco ad alium, quod non erit valde magnum incommodum, cum non aliũ accerſamus interpretem, & correctorem, quàm ipſum eundem ſuimet. Reſpondeo minimè id à nobis extorquendum; nam qui, vt ſuperius exponebamus, omnino tenemur tueri Latinã Vulgatam lectionem cum omnibus ſuis particulis; piaculum exiſtimamus, aſſerere, non ſolum in re per- E tinẽte ad fidei dogma, ſed etiam ad rem Geographicam, aut aliam cuiuſcunque generis, Latinum interpretem, ſi non omnia ſemper aſſequutus eſt, neque prorſus ſenſum omnem verborum exhauſit, aliquando aberraſſe deceptumque fuiſſe, aut in eo loco pro Mediterraneo, ignoranter ſuppoſuiſſe Rubrum.

Inſtaurata Becani obiectio.

Reſpõſio.

Latinus interpres nũquam aberrans.

Sed vrgebit religioſè Becanus, atque fatebitur minimè erraſſe interpretem; ſed tamen obſcurius loquutum indigere interpretatione; itaque licèt duriuſculè, potuiſſe tamẽ nomine *maris Rubri* intellexiſſe Mediterraneum: vel quia Rubrum cum Mediterraneo continuum mare ſit, licèt per im-

4. Iterũ pro Becano Vulgatum ex ſeipſo corrigen-

dum.
Pōtus pro mari.
Horat. li. 1. Od. 35.
Ex Actono & Brod 1. Miſc. c. 4.

menſas ambages, & immanes circuitus; quare denominatio vnius partis poſſit alteri parti eiuſdem maris, vel toti conuenire; ſicut & nomen Ponti, quod vnius maris nomen fuit, ad vniuerſum deinceps mare, & quācumque illius partem commodè transfertur, & mare Myrtoum, vel Carpathiū pro quocumque mari per poetas. A

Vulgaris lectio tuēda, & non detorquēda.

Sed reſpondeo, illam interpretandi rationem intolerandam eſſe, & quæ multis erroribus, atque ſcripturarum, & veritatis ludificationis ianuam aperiat itaq. cum agitur de diſtinctione locorum, terminorum, terrarum, marium, planè ſtultum ac temeratium eſt peculiaria nomina confundere & permiſcere, quo nulla poſſit certa Coſmographię, Geographiæ, Hydrographiæ ratio & ſcientia cōſtare. Sed hæc maris Rubri appellatio & lectio tā crebrò à Latino interprete pro Hebrǽo *Suph* vſurpata, ſequenti à nobis capite per otium tractabitur. Interim tamen ad alia noſtrę ſententiæ argumenta, quæ breuiora ſunt, ſi quid Becanus veroſimile afferre poſſit, audiamus. B

5.
Aliorū argumentorū facilior ſolutio.

Ad ſecundū. Sanè quidem ea ſyluæ cæduæ portui Arabico adiacentis coniectura non eſt omnino efficax. Poterit enim Goropius proferre, vel plantare momēto temporis nemus aliud nobile, & ſyluam denſiſſimam ad Occidens Mediterraneum, opportunam fabricandis nauibus, & nauigationibus mediterraneis, quæ frequentiſſimæ erant Tyrijs, atque Phęnicibus, & quidem Strabo lib. 16. in ſua Syria, poſt Tyrum & Sidonē, & poſt Carmelum montem, conſtituit *ingentem ſyluam* prope Ioppen. C

Strabo.
Sylua prope Ioppen.

Tertium & quartum. Ex antiquis vrbium & locorum nominibus coniecturam faciunt, & quidē veram; ſed quam poterit eludete Goropius coniectura aliorum nominum aſſimilium, vel mutatione priſcorum, vel earūdem vrbium homonymia. Res quidē in Geographia plena incertitudinis, & faſtidij.

Obiectura nominum.

Ex mediterraneo per fretum ad Aethiopiā & Indiam.

Ad vltimū paulo opportunius diceret, ex Mediterraneo portu, legendo Africæ littora, potuiſſe Salomonis claſſem excurrere; atque ſimias, pauones & dentes Elephantorum colligere; aut etiam transfretato freto Gaditano, & enauigato Atlantico, & Æthiopico Oceano ad Indiam vſque penetrare, aut aliò terrarum, vnde illarum rerum copia comparari potuiſſet. D

Sed quoniam in illa maris Rubri pro Hebraico *Suph* interpretatione, vel tota vel magna huius rei controuerſia voluitur, iterum ad illam, ſed nō ſine operæpretio, neque ſine nouo lumine, regrediendum.

C A P. X.

Quidnam propriè mare Suph, è cuius portu claſſis Salomonica ſoluebat: vbi de appellatione Maris Rubri.

Ad locum Ionæ, 2. 5. Pelagus operuit caput meum.

1 *Duplex via indagandi propriam ſignificationem maris Suph. Mare à fine nominatum. Illuſtratur Sophonias.*
2 *Suph appellatiuum nomen cuiuſcumque maris. Sapientia Latini interpretis.*
3 *Suph proprium eſſe maris Rubri. Rubrum algoſum. Alga, Fucus marinus, Herba rubens.*
4 *Multæ rubedinis maris rationes. Explosæ duæ aut tres.*
5 *Tres aliæ rubedinis rationes probabiliores, ex littore, ex fundo ex Coralijs.*
6 *Veriſſima nominis notio ab herba rubenti. cū hac coniuncta cætera. Rubrum, procelloſum & aſperum.*

1.
Duplex ratio interpretandi mare Suph

ITa ſuperiori capite cum Becano egimus, vt illius potius argutias retunderemus, quàm noſtrā de mari *Suph* ſententiam & Latinā interpretationem aut exponeremus, aut cōfirmaremus. Ergo vt iam tandem conſtare poſſit pro Vulgato noſtro, quam nominis *Suph* interpretandi rationem ſequatur, duplex ſanè via indicabitur à nobis: altera, quæ ad Becani mentem, & palatū opportunior erit, nimirum, quòd *mare Suph*, licèt ſit appellatiuum, & commune nomen cuiuſcūque maris; tamen ex peculiari alicuius loci exigentia, & circumſtantia, attribuatur mari Rubro: altera verò, quòd *mare Suph* ſit proprium & ſolenne nomen maris Rubri. B

סוף

Pro prima via ſciendum eſt, ex frequentiori lexicographorum, & eruditorum, obſeruatione, nomen *Suph* ſignificare iuncum, algam, caricem, ſiue iuncetum & carectū, quod ad ripam, littuſve fluminis, aut maris naſcitur: & rectè deducitur à radice *Soph*, quod eſt, finire, terminare, conſummare, deficere; ex eo, quòd in littore, & margine, qui eſt finis ipſius maris, naſcitur eiuſmodi herba; aut quia ex communi ratione mare ſit finis & terminus rerum quaſi conſumptor, finitor, conſummator, vorax rerum omnium, & velut ſumma & recapitulatio, in quam omnia abeunt, quaſi diceret, *El mar que todo lo hunde y acaba*. vbi etiam finem accipiunt flumina; vt & de morte maris inſtar, Hiſpanus Poeta pientiſſimus cecinit: C

Quæ ſit ꝓpria notio Suph.
Mare finis rerum.
G. L.

Nueſtras vidas ſon los rios,
Que van adar à la mar,
Que es el morir.

סוף
Ab eadem radice Forſter. Complutenſ. cōſumere, & cōgregare. Sed ab alia radice
אסף
q̃ propriè ſit cōgregare, R. Mardochai, Reuclin. Auē. Marin. Pagn. Merc. Munſter, Dauid de Pomis Congregare.
LXX.
Tigurina.
Complut.
Marę congregando cōſumit & finit.
Mare, quaſi finitū & limitatum.

Hęc eſt enim illa maris auiditas quam dicit Plinius lib. 6. cap. 1. *cui peculiari inuidia indulget natura*, quare vox originalis ita ſignificat conſummare & cōſumere, vt etiam ſecundum aliquos ſignificet congregare, vel colligere. Quod eleganter attribuitur mari, quod conſumit omnia congregando ad ſe & abſorbendo; cuius ſignificationis eſt illud Soph. 1. 2. *Congregabo omnia à facie terræ. dicit Dominus; congregans hominem & pecus, congregans volatilia cæli, & piſces maris*, quod propriè ex Hebræo legunt Septuaginta: *Defectione deficiet à facie terræ, dicit Dominus; deficiēt homo & iumenta, deficient volatilia cæli & piſces maris*. Sed eleganter Tigurina vt actionem perdendi ſignificaret, conficiendo conficiam omnia. Vatablus *perdendo perdam*. Complutenſ. *conſumens conſumā*, ſed propriſſimè: *Colligam vt perdam: congregabo vt faciam deficere*. Sic ergo mare congregat, quæ abſumat & voret. Sed illa etiam nominis notio videtur ex proprietate radicis naſci, vt mare dicatur à finiēdo, non tam actiuè, quàm paſſiuè, id eſt finitum, limitatum, terminis & littoribus circumſeptum, nihil enim magis frequens, aut celebre in Scriptura, quàm maris terminus, & limes à Deo præſcriptus. D E

2.
Suph ex ꝓprietate nocis ꝓ quocūq; mari.
R. Kimhi.

Hinc ſanè nomen *Suph* eſt nomen maris cuiuſcunque finiti & limitati, tum etiam maris algoſi ſeu iuncoſi, vel caricoſi, quia in termino & littore maris ſolēt naſci carices, & iunci: quare Ionæ. 2. 5. quod dicitur *Pelagus operuit caput meum*: alij legunt cum R. Kimhi, *Iuncus alligauit ſiue operuit caput*

Sapientia Latini interpretis.

A *put meum*: quia tamen mare Erythræum peculiariter dicitur eſſe arundineũ & iuncoſum, hoc nomen peculiarem cum illo cognationem habet. Ergo cum Latinus interpres mare *Suph* vertit, *mare Rubrum*, nõ tam id facit ex proprietate, & neceſſitate vocis, quàm ex peculiari circumſtantia, quæ admoneat communem maris appellationem ad Rubrum ſingulariter pertinere. Quare ſapientiſſimus interpres cum ex circumſtantia loci perſpicit non fuiſſe vertendum mare Rubrum, tantum pro *Suph* vertit *mare*, vel *pelagus*, in cõmune, vt Ioſ.2. At cum ſermonem intellexit fieri de mari Rubro, pro *Suph* vertit *Rubrum*, vt hoc noſtro loco 3. Reguin 9. Sic enim exigebat adiuncta commemoratio Aſion-gaber; & Exo.23. vbi ponitur mare Rubrum terminus terræ Sanctæ, nimirum verſus eã B partem, licet non pertingat ad ipſum littus. Sed de eo loco in eodem ipſo loco plura. Cum hoc quoque coniungenda, quæ de hac ipſa voce præcedenti cap. diſputabamus.

3. Mare Súph propriũ eſſe maris rubri.

Altera viæ tuendæ Vulgatæ Latini interpretis lectionis, & auctoritatis eſt, vt dicamus nomen *Suph*, proprium eſſe appoſitum maris Rubri, quare cũ Vulgatus, pro *Iam Suph*, vertit *mare Rubrũ*, non tam facit ex bonitate quam vocant, intelligẽtis, quàm ex debita vocis exigentia, & proprietate, ita vt *mare Suph* nũquam de alio mari propriè dici poſſit: in quo ſenſu proculdubio conſentiunt vniuerſi Hebræi, qui *mare Iunci*, ſiue *mare algoſum*, aut *caricoſum*, interpretantur mare Rubrũ. Quod item docẽt Lexicographi vniuerſi, quorum ſuperius meminimus. Sed præterea Hieron. ad Fabiolam Manſione 7. qui hanc ipſam ſignificationem Rubri, tribuit voci *Suph*, cuius hæc ſunt verba; [Caſtra metati ſunt ad mare Rubrum, quod Hebraicè dicitur Iam Suph, &c. Verbum Iam Suph apud Hebræos ex mari & Suph compoſitum eſt. Suph autem & Rubrum, & ſcirpus vocatur, vnde poſſumus ſuſpicari, quòd venerint ad paludem quandam & lacum, qui carecto & iuncis plenus fuerit. quo loco annotat Marian. Victorius, Suph eſſe nomen iunci virgultiq; cuiuſdam, quo littora illius maris abundent: ab eo autem virgulto mari inditũ nomen, & ab Aethiopibus, apud quos idẽ adhuc ſit nomen, ſe audiſſe. Itaque non cuiuſuis generis ſcirpus, ſed peculiaris & proprij illius maris nomen proprium eſſe, quod annotauit R. Dauid Kimhi in Ionæ 2. & ait naſci *ſiue in littore, ſiue in fundo maris, eſſeque Herbam munitam & longam, quam vernaculè appellãt algam*. quod de fundo maris dixit, verũ eſt, nam alga in imo mari naſcitur, ex Plin. lib. 9. c. 17. quod verò Reuclinus dixit eũdem eſſe cum fuco marino, non conuenit cũ alga illa; nam fucus marinus lactucæ eſt ſimilis; ex Plinio lib. 26. c. 10. itaq; habet folia breuia & lata, niſi fortè intelligat de quodam *longiori, quadautenus rubenti*, ex Plinio citato; & Ruellio: quod bene cũ re tota conueniet, & cũ Rubro; nam Fuci marini & Algę quoddã, genus ita rubeum colorẽ alligat lanis, quamdiu recẽs tinctura eſt, vt purpurã prouocet, ex Plin. 32. c. 6. & Ruellio lib. 3. c. 120. Vnde ſanè efficietur ſi *Suph* propriè ſignificat eiuſmodi rubentem herbam aut fruticem, quo illud mare abundet, ab eo potiſſimum deſumptam fuiſſe appellationem maris Rubri; quod indicat Strabo lib. 17. ex Nearcho, Orthagora, & Mitropaſta.

Forſterus. Pagninus. Auenarius. Interpres Concordã. R. Mardoc. Reuclinus. Dauid de Pomis. Hierony. Marianus Victorius.

Alga qd, & vbi naſcatur. *Plinius.* Fucus marinus. *Plinius. Ruellius.* Rubri nomẽ ab herba rubẽti. *Strabo.*

4. Multæ rubedinis rationes. *Brod. Miſc. lib 3.*

Et quanquam variæ ſanè ac multiplices huius ſiue Rubedinis, ſiue appellationis originationes ab auctoribus tradãtur: quædam tamen vanæ videntur, quædam incertæ, quædam aliæ, ſi non falſæ, ſed minimè tamen ab ea, quàm diximus, *Suph*, id eſt, rubentis herbæ, qua maris illius fundum A abundat, ſignificatione diſiungendę. Dum tamen *Rubri maris* appellatio apud Latinos, & *Erithræi* apud Græcos omnino conſtans ac firma retineatur, ab optimis grauiſſimiſq; auctoribus omni ſeculo vſurpata. Quod enim Grãmaticus vnus aut alter hanc *maris Rubri* appellationem falſo quodam errore peruagatam & *ſcriptorum quorundam mentiendi licentia inductam*, ſcribit; quid aliud facit, quàm procaciter mentiri atque mentitionem ſuã ſcriptoribus vniuerſis, quos iam indicabimus, ſacris atque profanis impudenter opponere?

Grammatici imprudentia. *Curtius.*

Curtius quidem, quem ille lib. 8. adducit, *Rubri* appellationem minimè repudiat; cauſam tantum quibuſdam creditam, ex aqua rubenti, improbat; *Ignari* (inquit) *rubere aquas credunt*, ſed ignorauit B veram nominis notionem Curtius in Alexandri rebus Hiſtoriographus probus & legitimus.

Rubri appellatio ab Erythra rege, vana. *Plinius. Strabo. Arrianus & alij.*

Inter vanas nominis notiones, illã refero, quæ ab Erythra (quod Rubrũ ſignificat) *filio Perſei &* Andromades inibi ſubmerſo in ipſis ratibus, quas ille non ſolùm adornaſſet, ſed etiam inueniſſet, aut in quadam eiuſdem maris inſula condito, aut tandem ibi regnante, nominationem deſumpſit. Hanc tradiderunt Plinius lib. 6. cap. 23. Strabo libr. 16. ex Nearcho, Orthagora, & Mitropaſta. Arrian. lib. 8. de rebus Alexandri, Dion. in Traiano, Philoſtraſtus lib. 3. de vita Apol. Curtius lib. 3. c. 7. & lib. 8. Solinus, c. 45. Martianus, de Nupt. Philol. li. 6. Priſcian. in interpretamento Dionyſij, Perer. in c. 14. Exodi diſp. 8. Brod. li. 3. Miſcell. c. 9. C Barrientos in Sylua Annot. c. 7. Bernard. Cyllenius in Eleg. 2. Tibulli lib. 2. Philippus Beroaldus in lib. 1. Propertij Eleg. 14.

Rubri appellatio à fonte non probatur. Fõtium miracula.

Tum illam aliam notionem minimè credo, quę creditur tamen à Varrone apud Solinum & Martianum, ſumpta à *fonte quodã in littore maris huius, quem ſi oues biberint mutent vellerum qualitatẽ, & antea candidæ, amittant quod fuerint vſque ad hauſtũ, ac fuluo poſtmodum nigreſcant colore*. Quamquam eius ſimiliſve generis plura miracula ſcribant Plinius lib. 2. c. 106. & lib. 31. c. 2. Seneca lib. 3. Natur. qq. Vitruuius lib. 8. c. 3. Iſidorus lib. 13. Erym. c. 13. Illa quoque ſiue vana ſiue incerta, quæ denominationem *maris Rubri* emẽdicat ab oppido ad locũ D qui Hebraicè vocetur *Suph*, vt voluerunt Abenezra Exodi 13. & R. Ieſua.

Appellatio Rubri ab oppido incerta.

5. Rubrũ ex ſolis repercuſſu. *Fuſcus. Stephanus. Plinius.*

At illa iam paulo veriſimilior, & rem ipſam rubedinis aquarum ſiue efficiens, ſiue iuuans, quam Stephanus, qui de Vrbibus ſcripſit, tribuit Viario, & Plinius inter frequentiores refert. Sequuntur Genebrard. Pſ. 105. Palladius Fuſcus in Catul. 62. quod ſolis repercuſſus circũiectis montibus rubẽtem efficiat proſpectũ aquarum. Et addit Stephanus, rubentes montes cadente pluuia ablui, atque cadẽtem rubentemque inde pluuiam ebibi à mari, indeque rubeſcere.

Iſidorus. Ex littore rubenti.

Iſidorus lib. 13. Erym. c. 17. in littoralem tellurem & rem totam, & appellationem refert, quem ſuis verbis loquentem præſtat audire: [Rubrum E mare vocatum, eo quòd ſit roſeis vndis infectum; non talem naturam habet qualem videtur oſtendere, ſed vicinis littoribus vitiatur gurges, atque inficitur, quia omnis terra, quæ circunſtat Pelago, rubra eſt, & ſanguineo colori proxima; ideoq; inde minium acutiſſimum excerpitur, & alij colores quibus pictura variatur. Ergo cũ terra hãc habeat naturam fluctibus ſubinde diluitur, & quidquid adhæsũ eſt, In colorem cadit, ob hoc etiam in iis littoribus gẽmæ rubrę inueniuntur. Lapillus enim huiuſmodi humo inuolutus cũ inter arenas attritus eſt & terrę colorem habet & maris.] Sequitur Simũ Maiolus in ſuis diębus Canicul. Colloq. fo.

Maiolus.

Sed

Ex fundo rubente.

Sed ſanè ipſam terræ rubedinem promouent, A qui nõ ſolum illam littoribus circumfundunt; ſed præterea etiam in ipſo maris fundo ſubijciunt; ex quo ipſam maris Rubri appellationem extrahũt. Ij ſunt quos tacito nomine citat Plinius, rem totã reuocantes ad arenam rubram. Meminit Solinus. Sequũtur Maſius, Ioſ. 2. verſ. 10. Caietanus Exod. 15. Conimbricenſes noſtri Tract. 8. lib. 2. Meteor. c. 2. & experimenta Luſitanorum, quæ illi adducunt: atque in vniuerſum Dionyſius Alexãdrinus hũc Syriæ telluris colorem attribuit à verſ. 1176. de diuerſa terrarum natura loquens:

Plinius. Solinus. Maſius. Caiet. Conimbricenſes. Dionyſius.

Quædam enim albaque & argillacea eſt;
Quædam verò nigrior; quædam ambarum ſortita
eſt formam:
At alia Aſſyriæ conſimilis flori rubricæ. B

Conimbricenſes.

Addunt etiam Conimbricenſes, quòd eam rubedinem promoueant, Corallia in eo mari ſubſidentia, quæ ſimul cum arena ruborem affundant aquæ. Quanquam certè Corallium, quod *in Rubro gignitur* (Plinio teſte lib. 32. c. 2.) *nigrius ſit*. Huic item rei teſtimoniũ præbet Luſitanorum nauigatio, & experimenta, vt paulo inferius oſtẽdemus.

Corallia in mari rubro.

6. *Veriſſima appellationis Rubri cauſa.*

Sed illa tandem ratio eſt tum rei tum nominis commodiſſima, atq; veriſſima, quæ rem ipſam ruboris cum nomine *Suph* coniungit, vt ſuperius dicebamus; nam ſi nomen Suph algam illam aut caricem rubentem ſignificet, vt Hieronymus docebat, vniuerſam rei difficultatem exhauſit, & quod Latini dicũt *Rubrum*. *Erythræum*, & Hebræi *Suph*, C reſpiciet ſanè maris ruborem ab herba rubẽre collatum: herbæ verò ab ipſa arena, in qua naſcitur; arenæ autem à cęli & regionis natura æſtuante, & à ſolis repercuſſu & ardore: herbę enim fruticiſve procreatio opportunè inuenitur in ipſa terra & arena rubra, quę ſimilem colorem ſuccumque cõmunicet: atque eiuſdem coloris vel lapillos vel gemmas, inter quas corallium, creet. *quantum* (inquit Plinius loco nuper indicato) *apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tãtum apud Indos in Corallio.* Vtriuſque tum algæ; tum eius, quod inter algam prouenit pretioſiſſimum, illius maris peculiarium, meminit Martialis,

Diuerſarũ opinationũ tõciliatio.

Mart. li. 10. 14.

Quidquid Erythræa niger inuenit Indus in alga.

Itaque iniquè notatur à Maſio Hieronymus, D quòd dixerit *Suph* ſignificare *Rubrum*; quippe ſignificat herbam rubẽtem. Ergo cum res ipſa propria ſit illius maris, quis non videt, *Iam Suph*, proprium quoque eiuſdem eſſe nomen? Cui illa vltima accedet confirmatio, quòd ab eadem radice nomen affine *Supha*, ſignificat procellam, turbinem; non quidem ratione communi, quòd cũ radix *Soph* ſignificet finire, *Supha* ſignificet tempeſtatem, quòd citò finiatur; aut quæ finem & interitum rebus minetur; aut quòd turbo ſit terminus & finis inter tempeſtatem & ſerenitatem; ſed peculiari & propria ratione, quòd illud mare procelloſum ſit, & plenum diſcrimine ad nauigandum, vt teſtatur Mela lib. 3. cap. 7. Procelloſum nimirum E eſſe, aſperum, profundum & magnorum animaliũ magis quàm cætera capax. Ad quod accedit plenum eſſe ſyluis & arboribus in fundo naſcentibus. de quo ex Plinio lib. 2. c. 103. & alijs memini me aliquando plura dixiſſe. & refricabimus inferius c. 13. quanquam quidem Procopius lib. 1. Belli Perſici aſſerat rubrum mare in tenebris minimè procelloſum eſſe; in luce verò æſtuoſum plerunque contingere; nam plerumque,

Hierony. defenſus à Maſij calũnia.

סופה
סוף
Procella vnde dicta.

Mela. Rubrũ procelloſum & aſperũ.

Procopius.

Virgil. 4. Æneid.

Sylaque & ſæua quieſcunt
Æquora; cum medio voluuntur ſidera lapſu.

CAPVT XI.

De colore, & terminis maris Suph firma ex experimento teſtimonia.

Ad eadem Scripturarum loca.

1 *Ioannis Barrij commendatio, & teſtimonium.*
2 *Termini maris Rubri à quibus ad Indiam dilatati.*
3 *Anguſtiores maris Rubri termini probantur. Rubrum & ſinus Arabicus an ratione aliqua differant, & à mari Arabico.*
4 *Barrius de Maris Rubri colore ex teſtimonio Alburquerquij & Caſtri Indiæ proregum. Variæ aquæ maculæ, Corallia. Cruenti Balenarum partus. Turbo rubentis pulueris.*
5 *Mare ex ſuo nomine vltimum, & finis. Mare magnum cur Mediterraneum.*
6 *Eduardi teſtimonium variegati maris. Portus nouæ Carthaginis.*

1. *Ioã. Barrius.*

SED his, quæ de Rubri maris colore diſſeruimus; ſiue aqua ipſa verò ſit rubore infecta, ſiue in ſpeciem; lumen atque robur afferet lucnlẽtum præclari rerum C Indicarũ Scriptoris Ioannis Barrij teſtimonium Decad. 2. lib. 8. cap. 1. quod de *mari Rubro* inſcribitur; & copioſas, atque accuratas duorum grauiſſimorum, hominum, Alphonſi de Alburquerque & Ioannis de Caſtro, Indię proregum, narrationes de mari Rubro continet; tum ſuam ipſius Barrij de ijſdem rebus cenſuram: quas ijſdem ſententijs, ſed Latinis verbis, exponemus, lectori, vt credo, oblectationi futuras.

2. *Termini maris Rubri ampliſſimi apud quoſdam.*

Illud tamen prius admonendum, *Mare Rubrum* non ijſdem apud omnes terminis circumſcribi: quamuis enim noſtras ille Grammaticus Barrienrus, in Sylua Annotat. c. 7. ſcribat, eos *qui exiſtimẽt* D *mare Rubrum tantummodo ſinum Arabicum vocari, Cimmerijs tenebris inuolui, & magna errore trahi.* quod idem aſſerit Ortelius in ſuo Theſauro; hi nimirum exiſtimant maris Rubri appellatione cõprehẽdi mare Æthiopicum, cum Dionyſio; Indicum, cum Plinio & Mela: Perſicum, cum Herodoto in Melpomene: Atlanticum, cum Strabone; qđ idem ſequutus eſt noſter Raderus ad Martialem lib. 8. 26. atque adeo ad Gangem vſque extendi, cum Curtio lib. 8. & P. Oroſio lib. 1. Hiſtor. c. 2. & Tigrin atq; Euphratem in Rubrum ſe exonerare, cum Strabone lib. 2. & Seneca in Troade act. 1.

Barrienſis. Ortelius.

Raderus.

Tepidum rubenti Tigris immiſcet freto.

Quæ eadem ſententia eſt Herodoti in Clio, Diodori lib. 2. Quinti Curtij lib. 6. Ioſephi lib. 1. anti- E quitatum c. 2. Hieronymi & aliorum veterum, ingenuè fatetur Martinus del Rio eo Senecæ loco: Res tamen ipſa teſtatur, Euphratem & Tigrin in Mare Perſicum, non in Arabicum ſe exonerare. Quare oportet illos in Rubrum mare ad ſinum Perſicum extendiſſe.

Tigris & Euphrates ſe exonerãtes in mare Perſicum. Martin. del Rio.

3. *Maris Rubri termini anguſtiores.*

Nihilominus qui rem maris Rubri preſſius & ſtrictius tractarunt, anguſtiores illi terminos aſſignarunt, & ab India retraxerunt, quanquam Perſicum ſinum intra Rubrum mare continuerunt. præter enim eos quos paulo ante indicaui; Mela lib. 3. c. 7. mare Rubrum terminat ab oſtio ſinus Perſici, & finit in Arabico, & Plinius lib. 6. c. 32. *Mela. Plinius.*

pro-

Sinũ Perſicum Rubri appellatione contineri.

propter duos illos ſinus Arabicum & Perſicum, appellar Rubrum, *geminum mare irrumpens in terras*;& conſtituit à Carmania, quæ eſt ad ſinũ Perſicum.& c. 26. ſcribit: *Perſas ſemper accoluiſſe Rubrum mare, proptereaque ſinum Perſicum vocatum.* Sed cum inter ipſos duos ſinus contentio eſt, alter Perſicus vocatur, alter qui eſt Arabicus, proprio nomine *mare rubrum*, ſiue Erythræũ: hoc propriè & ex viſceribus Rubrum; alia nihil nominisruboriſne participant, niſi aut continuatione, aut proximitate, aut frequentia diſcurrendi, & nauigandi ex vno in aliud. Denique Hebræis ille tantum

Propriè rubrum ſinus Arabicus ex multorũ ſententia.

ſinus Arabicus, quẽ proprio nomine dicunt *Suph*, notus & celebris, iam inde ex quo diuiſus per miraculum, viam illis Pharaonem fugientibus liberam præbuit Ægyptiorum exercitu intercluſo, & oppreſſo recurrentibus fluctibus; hoc tantũ proprieque Rubrum appellari, rectè cõtendit noſter Delrius, ſequutus vt ipſe exiſtimat Arrianum lib. 7.Hiſtor.Alexand, Ptolomæum, Melam, Plinium, Solinum; potuiſſet addere, Iſidorum lib. 13.c.17. & alios ſcripturarum Interpretes, atque Hebraicarum rerum doctores; ac demum rerum Indicarum noſtri tẽporis ſcriptores, & ſiue maris illius, ſiue nauigationis Erythrææ deſcriptores, qui non aliud appellationis maris Rubri, aut, Hebræi *Suph* accipiunt quàm ſinum Arabicum, id eſt, ipſum mare Rubrum, quod vtique aſſeruit Ortelius, io Arabico ſinu, ſibi non conſtare.

Sinus Arabicus & mare Rubrum, an ſint idẽ.

Et tandem quidem illud prætermitti non debet à recentibus Coſmographis appellari ſinum Arabicũ; qui eſt ante fretum interioris maris Rubri; at verò mare Rubrum, quod eſt vltra fretum: ſed antiquis vnus & idem eſt Arabicus ſinus cum ipſo mari Rubro, Iſidoro, immo & Plinio lib.6.c. 24.nam ſcribit Arabiam ambiri ſinu Arabico, ſed qui influit in Oceanum vocari Azanium. Porro aliud eſt mare Arabicum, id eſt, ipſum Indicum, ea parte quæ ad Arabiam ſpectat.

Plinius.

Mare Arabicum.

4\. Barrij deſcriptio maris Rubri.

Sed iam audiendus Barrius: [Mare Rubrum ab ipſo freto & faucibus in lacerti cuiuſdã figuram conformatum dicas, cuius caput videtur eſſe ſpatium illud paulo latius quod ante ipſum fretũ inter duo promõtoria Guardafus & Fartaque interiacet. Reliquum huius corporis atq; figuræ longum Leucas fere tercentum quinquaginta ad eũ vſque locum incolarum frequentia notum, quem Suez dicunt. Latitudo verò, qua maxima eſt, patet Leucas 36. Hæc rurſus in tres diuiſa partes, mediã prębet ad nauigandum ab ipſo freto ad finem vſque facilem & opportunam, altitudinis iuſtæ, neque minoris vigintiquinque vlnis, quantum porrecta brachia longis, neque quinquaginta minoris. Duæ aliæ extremæ & littorales, quarum altera Africana, ſiue Abaſſina eſt; Arabica altera, plenæ Inſulis, vadis, canalium anguſtijs, altitudinis non vltra quindecim vlnas, non infra octo, difficiles & periculoſæ, nec niſi nautis indigenis viæ ducibus, & diſcriminum peritis nauigabiles. Atque hi ſanè vehemẽter nos demirantur, quòd id mare appellemus Rubrum. Cuius cauſam vt inueniret, atque reddere poſſet Alphonſus de Alburquerque clariſſimus Indiæ prorex, omni cura, dum in mari eſſet, procurauit. Ergo is datis ea de re ad Emanuelem Regem poſt lõgam perſcrutationem litteris, aſſerit Rubri nomen rectè & verè conuenire in mare quod per interualla quædam quaſi maculis rubeſcat. Cum enim Alphonſus cum claſſe fretum ingredi pararet, cõſpexit ingentem quandã quaſi venam rubeſcentis aquæ, freto in exterius mare exundantem, totumq; illud ſpatium, quod à ſummis nauium capitibus ad maris fauces oculi hau-

Alburquerquius Indię prorex.

Rubentes maris maculæ.

A rirent, non diſſimili colore pollutum: tandemque cum in altum claſſi inueheretur, frequentibus reſpergi maculis, ſæpiſſime experiebatur. Re verò tractata cũ ipſis, quos ſecum habebat Mahumetanis nautis, & iudicio ab illis requiſito, hãc accipiebat rubeſcentium macularum cauſam, maris quotidianos æſtus, acceſſus, & receſſus; ventorum præterea vim, quibus agitatæ atq; turbatæ ab imo voluebantur aquæ, neque aliter quàm per ipſum fretum fluere, aut refluere poterant. Ergo cum cõuoluebãtur ab ipſo fundo ruborem contrahebãt. Poſtea verò vir nobilis Ioannes de Caſtro ipſe quoq; prorex cum aliquando ad hoc ipſum Arabici ſinus fretum appuliſſet, omnem adhibuit curam vt eius nominis atq; ruboris, re ſiue cũ nau-

Ioannes de Caſtro prorex.

B tis, ſiue cum peritiſſimis alijs hominibus communicata, cauſas deprehenderet. Atque cum ſuæ nauigationis littora & portus, maria, mariumq; altitudinem explorasſet, & charta deſcripſiſſet, inſigni ſe alacritate permotũ fatebatur in ipſo huius freti ingreſſu, non ſanè aliam ob rem, quàm quod huius maris Rubri appellationis, diu ſibi cogitatam & expetitam rationem obſeruare tenereq; per occaſionem ſibi liceret. Ergo nauibus non procul ab Abaſſino littore præterlabentibus & purpuraſcẽtibus illis maculis proſpectis, inhibito ſtatim curſu, iuſſit aquam hauriri: in qua propius conſpecta, nihil ruboris omnino ſenſit tantum niualẽ quendam vitreumque ſplendorem. Iuſſis præterea vrinatoribus ex maris fundo extrahere, quidquid ma

C nibus tenere raptim potuiſſent, accepit ab illis materiam quandam ramoſam Curalij ſimilem: quãdam item aliam Phœnicia lanugine veſtitam. Atque hæc quidem, vbi rubebant maculoſæ aquæ: vbi verò cæruleum præbebant aſpectum, curaliũ extrahebant, quod ipſi album vocabant: ſed virẽdi lanugine. Tandem vbi ſuis quoq. maculis & interuallis albicabat mare, non niſi albicantẽ arenam ſubſidere cognouerunt. Et hæc quidem macularum & interuallorũ experimenta non niſi ad centum triginta paulo amplius leucarum ſpatiũ, id eſt, ad vrbem, Cuaquem, & portum Alcocei; deinceps enim vſque ad extremam Suez, nullam coloris varietatem videri; tãtum maris cogitatio-

Curalia diuerſi coloris in Rubro.

D neo, & æſtum maiorem; quòd Aquiloni vehemẽtiori vniuerſus ille tractus expoſitus ſit. Illud præterea Caſtrus narrabat, extra fretum ad promontorium Fartaque cruentatum viſum ſibi mare per quædam interualla: cumq; exploraſſet aquam ipſam minimè inquinatam, compulſus eſt vniuerſam inquinamenti cauſam in ſubſidentes aliquos fluxi ſanguinis fonticulos referre; vt ſuſpicari potuiſſet, Balnearum (quæ in eo mari plurimæ procreantur) partus cruentos, illum aquæ colorẽ affudiſſe. Ac, ne vllam veroſimilem opinandi viam non indicaret, illam quoq; quorundam Luſitanorum nautarum exiſtimationem non prætermiſit, ex Arabię littoribus, in quibus pulueris turbo mirabiliter ſæuire ſolet, magnã rubentis pulueris co-

Aeſtus Rubri ex Aquilone vehementi.

Balenarum cruẽti partus.

E piam in mare conuolui, ex quo rubeſcat: tũ prętere rea littora illa limo abundare rubro. Quod tamẽ ipſe Caſtrus minimè probandum cenſuit; quippe nullam neq; in littore, neq; in turbinoſo puluere ruboris cauſam agnouerit. Iudicio itaq; (inquit Barrius) atq; experimentis veriſſimis Alphonſi & Ioannis ſubſcribẽdum potius cenſemus in hac de maris Rubri appellatione controuerſia, quàm vlli Græcorum Romanorumve auctoritati nullo idoneo experimẽto, aut certa coniectura confirmatę. Hæc ex Barrio. Quæ cum probatiſſima haberi debeant, at minimè tam certa, tam integra, vt nihil illis addendũ cenſeamus. quippe deeſt illa ex nomi-

Turbo pulueris rubri in mare pcipitatus.

Barrio addendũ aliquid.

nomine *Suph*, & ex rubẽti alga & carice petita cõiectura, apud Hebræos ſanè optimè nota; ab alijs Scriptoribus frequenter vſurpata; indicata à Hieronymo, à profanis ẽt non prætermiſſa, & cum illa arenæ, terræve rubentis, atq; curalij, natura opportunè cohærens: ex quibus oĩbus proculdubio efficitur, *Suph*, ideſt, maris Rubri appellationẽ, nõ appellatiuam, ſed propriam eſſe ſinus Arabici.

Suph proprium nomen maris vltimi.

5. Atq; vt ad finem iam properemus, illam addamus nõ prætereundam confirmationem, quæ ſumitur ex ipſa *finis* ſignificatione, quam affert radix *Soph*. Vnde Suph ſignificauit mare illud, qui finis extremus maris Oceani. hic ꝓfectò non alius quàm Arabicus ſinus. Et quamuis ſinus Perſicus, vt qui ſuperior ſit Arabico, & magis Orientalis poſſit vocari finis Oceani; at quia Arabicus magis notus, & familiaris Iſraelitis, ideo de illo tanquam de vltimo & extremo mari loquũtur; ſicut & Mediterraneũ vocant *mare magnum*; nõ quòd non ſit multo minus Oceano, ſed qa nullũ apud illos notius, neq; familiarius, quod magnitudine vincat.

Mare magnum cur Mediterraneum.

6. Sed huius rei pulchram non ſolum imaginem, ſed firmam quoque coniecturam vltimo loco ſeruauimus, quam nobis exhibuit vir amiciſſimus, multa ſanè, neq; vulgari lectione, cultiſſimus; atque omni propemodum diſciplinarũ genere tinctus Iuris V. apud noſtrates Hiſpalẽſes, C. Eduardus Ferrandius: cuius teſtimoniũ, integerrimi viri, teſtis oculati, & rem ipſam, ac multos præterea hominum mores vrbeſq; experti, iucundiſſimũ lectori accidere oportet. Ergo cum de maſculo illo & à natura ipſa variegato fundo maris Rubri familiariter ageremus, data occaſione ſumma cum voluptate ſic narrantem accepi: [Diſtat fere duarum leucarum ſpatio à nouæ illius Indicæ noſtræ Carthaginis præcipuo & frequẽtiſſimo portu minor alius ſed frequentior, quem vulgo Oſtiũ paruum vocant: hunc efficit inter portum vtrumque paruula interiecta inſula Cate. Cum itaq; ad finẽ anni 1588. non valde magno onerario nauigio in oſtium illud inueheret, Carthaginem verſus, quò ventorum vi & iniuria repellebamur, tã pulcram; tamq; variam colorum diſtinctionem, aqua ipſa ex fundo tractam reddebat oculis, vt non in Salo nauigare, ſed in pulcherrimo ſolo multa colorum varietate conſtrato, aut in lætiſſimo prato mille florũ diuerſitate diſtincto, aut in periſtromate aliquo Cãpanico variegato & picto, verſari & incedere videremur. Quo aſpectu mirificè recreatus, ingẽs quoddam aduerſæ nauigationis, qua quindecim omnino dierum ſpatio vſi fueramus, tædiũ quo vehementer afficiebar, cum inſolenti quadã animi voluptate commutaui, totus in eo exquiſitiſſimo, eodemq. pulcherrimo naturę miraculo cõtemplando defixus, & cuius nunquã ſimile videre mihi contigerit; cum tamen nõ minimam mariũ partem emenſus fuerim, non ſemel Mediterraneo iactatus atq; Oceano Occidentali ad vſq; Aricam non longè à tropico Capricornij ad maximã partem littorum Peruanorũ, Hiſpalim vſq;, vbi nunc ſumus. Atq; eo iucundior & pulchrior ille mihi cõſpectus accidit quo cum illa maris Rubri ſiue colorum, ſiue opinionum varietate propius colludere videbatur: quam ab ipſo fundo trahi ſapienter exiſtimauit Barrius ĩ ſua Aſia, & ego hoc meo domeſtico experimẽto mihi perſuadeo; cum.n. eo loci aqua limpidiſſima obijceret fundũ ipſum, quãuis octo, ac decem vlnas altũ clariſſimè ſpectandum, in quo, mirum, vt diſtinguerentur collucentes lapilli minutiſſimi, conchylia, ſuæ quodq; magnitudinis ac figuræ, cochleæ, multiplex quoque muſcoſarum partium, ramuſculorum, herbarum, radicularum, cum ſuis vagis capillamentis gratiſſima, & ſine ordine, viriditas, cuius omnino aquæ ſimplicitas expers erat, ex fundo in aquam refundi, nemo qui attentius oculos intenderet, ambigere potuiſſet.] Hactenus ſuauiſſima narratio.

Eduardi Ferrandij commẽdatio & teſtimonium.

Nouæ Carthaginis portus.

Maris fundum variegatum.

Imago varietatis colorũ maris Rubri.

CAPVT XII.

Orauit ne Ionas in mari Suph, & ex quo in quod littus eiectus.

Ad locum Ion. 2. 6. *Pelagus* (Suph) *operuit caput meum* 11. *& dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.*

Notationes in caput 2. Ionæ.

1 *Ionæ oratio & orationis locus metaphoricè ſed hiſtoricè expoſitus.*
2 *Exiſtebat tunc tẽporis in Mari rubro. Hebræi nugiuenduli. Affinitas maris Rubri cum Ægyptio. Qui vtrumque coniungere tentauerunt.*
3 *Vnde aduocatus piſcis ad deuorandum Ionam Canicula, Lamia, Charcaria, Ceti anthropophagi & dentati.*
4 *An Ionas tres integros dies in ventre piſcis. Potuiſſe eo tempore ex Mediterraneo reuerti ad mare Rubrũ. Charcariæ & Tyburones velociſſimi.*
5 *Ionas preces concipit iam exiſtens in mari Rubro.*
6 *Elucidatio orationis Ionæ. Flumen pro mari. Ionæ ad tranſitum maris Rubri reſpectus.*
7 *In quod littus eiectus Ionas, & ex illo quantum itineris ad Niniuen. Duplex Niniue, duplex Babylon. Tergiuerſatio humana diuinæ ſeruiens prouidentiæ.*

SEd iã locus ille Ionæ ingenti vi (ſic arbitrabatur Becanus) in noſtram ſententiã incumbit; ſi enim *Suph* ſit nomẽ proprium maris Rubri, non potuit niſi impropriè & vitioſè dici à propheta exiſtente adhuc in Mediterraneo, *Pelagus* Suph, *operuit caput meum*. Et gaudeo & gratulor Becano rẽ eò vſque deductam, vnde & inſolita hiſtoriæ Ionæ lux & firmitas noſtræ de Mari Rubro ſentẽtię ingẽs accedat. Atque vt prętercam faciẽ illam & obuiam reſpõſionem, potuiſſe dici à propheta, *Suph*, mare Rubrum, *operuit caput meum*, per metaphorã & ſimilitudinem, quaſi diceret nõ minus impeditus ſum, neque is, qui me geſtat in ventre immanis cetus, minus reuinctus eſt, quàm ſi in mari rubro caricoſo & iuncoſo detineremur alligati exitiũ quærentes & admitentes, ſed minimè potentes inuenire; aut nos ex vinculis & impedimentis extricare: & de capite dixit operto, obuoluto, & circumligato; nam capite & branchijs capiuntur & detinentur piſces, non tam alia corporis parte. hac inquã exponendi & reſpondendi ratione licet hic Goropij & Ionæ æſtus facile deferbuiſſet. 1.

Commoda loci Ionæ explicatio.

Sed aio tamen, quod ſeueriſſimum & vrgentiſſimum eſt, Prophetam loquuti propriè & ſine vlla figura de *Suph*, id eſt mari Rubro; atque dũ hæc dicebat, in mari Rubro extitiſſe. Papæ. nouam & inauditam exponendi rationem. ſi vera tamen & idoneis rationibus confirmata, probãda, & gratè accipienda bene in veritatẽ lectori animato. Sed ne vllo nouitatis nomine traducamur, certè à peruetuſtis Hebræorũ Doctoribus tradita eſt; Ionatha primum qui eum locum legit, *Mare caricoſum ſuſpenſum eſt ſupra caput meum*, quod cum aſſerat 2.

Ionas dum orabat exiſtens in mari Rubro.

Ionathas.

Dauid

Abenezra. *Dauid Kimhi.* *R. Salomõ.*

A Dauid Kimhi in commentarijs minimè reijcit. refert item ſentétiam, quæ fuit Aben-Ezra, propterea Ioppe, id eſt, Mediterraneum, appellari *Suph*, id eſt, caricoſum, vel rubrum, quòd vtrumq; propinquum ſit; addit etiam Kimhi, Mare caricoſum ingredi in mare Ioppe. Eandem lectionem cum Ionatha ſequutus eſt R. Salomon, ac illud addit, *Oſtenſum fuiſſe propheta à Deo mare caricoſum, & quomodo tranſiiſſent Iſraelitæ per medium eius. Erant enim* (inquit) *duo oculi piſcis inſtar duarum feneſtrarum, & contemplabatur, ac videbat quidquid erat in mari*. Sed, quod eſt Hebræorum ingenium, nugiuenduli ſunt; vera ſæpe permiſcent falſis; & ſetia ineptiſſimis fabellis; vt enim dicamus, apertè falſum quod de propinquitate Mediterranei, & Rubri dixerunt, cum longiſſimè latiſſimèque diſtent B ac congredi nulla ratione poſſint: niſi fortè intellexerunt illa duo maria Iſraelitis familiaria & nota per medium terrę continentis tractum non lõgè diſtare; nam ex portu Mediterraneo Gazæorũ vſque ad vrbem Elanam, ſitam in Arabici ſinus intimo receſſu, non amplius numerat Strabo lib. 16. quàm mille ducenta ſexaginta ſtadia. verò lib. 17. initio, ab Arabico ſinu ad Nilum Occidentem verſus nouem millia ſtadiorum: propterea q; anguſtijs illius quaſi Iſthmi inuitatus Ægyptijs ille Seſoſtres, vt Baſilius ſcribit Hom. 4. Exam, ſiue Neco, vt ſcribit Herodot. lib. 4. Primũ aggreſſus permiſcere Ægyptium mare cum Rubro; deinde etiã Darius Medus, cuius rei opportunitatem, niſi diuinæ prouidentiæ decretum obſtitiſſet, his verbis C exponit Baſilius: *Quid* (inquit) *probiberet mare Rubrum ſua exundanti alluuie irrumpere in vniuerſam Aegyptum, quæ ipſo mari tanto eſt concauitate depreſſior, ſeque mari, quod Aegypto adiacet, cõiungere; niſi creatoris præcepto tanquam compedibus adſtrictũ coerceretur? etenim Aegyptus, quòd ſit mari Rubro humilior, vel illi nobis reipſa perſuaſere, qui conniti ſunt maria hæc, Aegyptium, inquam & Indicum, cui permiſcetur Rubrum mare, inter ſeſe committere, & alterum alteri coniungere, quamobrem deſtitere à tanto conatu Aegyptius ille Seſoſtres, qui primus id eſt aggreſſus; Darius item Medus, qui ſecundum hæc voluit perſequi rem tãtam, & ſupremam operi admoliri manum*. Sed illarum me Rabbinicarum anguſtiarum D ruitio nihil premit. Rem liberam & expeditam hac, quæ ſequitur, ſerie propono, & Ionã ad Rubrum mare deduco.

Diſtantia maris Rubri à Mediterraneo. Strabo.

Baſilius. *Herodotus.*

3. Hiſtoria deuorat Ionæ.

Primò, aliquantulum à portu digreſſa naui, qua vehebatur Ionas, tempeſtas oritur, ac ſæuit.

Secundò. Præparatur à Domino piſcis grandis; non ſolum antea præparatus, vt citò adeſſet, ne prius ſubmerſus & diu cum fluctibus colluctatus periſſet Ionas: ſed fortè etiam grandis piſcis, & immanis cetus adductus aliunde. Nũquid ex mari Rubro? Hoc enim eſt, Mela teſte, *magnorum animalium magis quàm cætera, capax*. Tum præterea piſces antropophagi voraciſſimi in mari potiſſimum Rubro inueniuntur, vt ſcribunt Theophraſtus lib. 4. de hiſt. c. 4. *Mare* (inquit) *Rubrum belluis refertum eſt, plurimas caniculas* (antrophophagas, voraciſſimas) *habet, in tantum, vt nare tutum nõ ſit*. Idem Plinius lib. 13. c. 25. qui illud addit: *Vix vt proſpicere è naui tutum ſit; remos plerumque ipſis inuadentibus*. Ergo acciuit Deus aliunde cetum Prophetæ incolumitati, atque ſuæ prouidentiæ ſeruiturum.

Cetus Ionę an ex alio mari adductus in Mediterraneũ. *Mela li. 7. c. 7.* Rubrum ereat cete grandia & voraciſſima. *Theophraſ.* *Plinius.*

Tertiò. Videtur Cetaceus ille piſcis fuiſſe, ex illorum genere, quos *Lamias* vocant, ideſt, guloſos, aut gutturoſos, nimirum ventriculi vaſtiſſimi, gulæque ampliſſimæ, &, vt Oppianus dixit, *vaſti hiatus*, vocant eundem *Carcharia*, à dentibus acutiſſi-

Ionæ cetus Lamia. *Oppianus.* Carcharia

A mis, & pectinatim coeuntibus: genus item hoc ca niculæ marinæ cetaceæ ferociſſimæ Thynnos deuorantis, vt teſtatur Bellonius, & adducit Gyllius: hi verò ſunt anthropophagi, & carniuori, & ad magnos bolos nati, vt in quorum ventre diſſecto cadauera integra comperta ſint, interdum etiam loricatus homo, quod Maſſiliæ & Nicææ experimento probatum ſcribitur à Rõdeletio & Gyllio. Hãc ceti vaſtitatem receptaculi obſeruat Theod. *In tanta* (inquit) *laxitate Propheta degebat, vt etiam precationes ad Deum adhibere potuerit*. Tum illud ab Oppiano lib. 5. Carcharias eſſe laſciuos, ſuperbos, imprudentes. Quæ cum opportuna videantur ad Ionæ hiſtoriam; tum verò illud quod Maſſarius & Gyllius tradũt, hos piſces multis eſſe dentium or- B dinibus armatos. Id quod in Iona minimè prętermiſſum eſt à Theodor. cum initio. c. 2. ait, Præcepit Dominus, nec vlla ex parte dentes ceti læſerunt eum.

cetacei generis. *Bellonius.* *Geſnerus lib. 4.* *Rondelet.* *Gyllius.* *Theod.* *Maſſarius.*

Quartò. Fuit Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Ion. 2. 1. Matth. 12. 40. & 16. 4. An integros dies & noctes, incertum. Quamuis enim Chriſtus Dominus non fuerit in ſepulchro integros tres dies; non oportet tamen, vt figura per omnia reſpondeat veritati. Quamquam in eã partem mihi vidétur inclinare antiquiores interpretes, præter Hieronymum, vt ſubindicent tres integros dies, & tres noctes fuiſſe in ventre piſcis: quippe celebrant ingens miraculum, tanto tempore coqui hominem non potuiſſe immani ven- C triculi illius calore.

4. Ionas ne in piſcis vẽtre tres integros dies.

Quintò. Statim atque deglutitur Ionas, reuertitur cetus velocitate incredibili ad mare Indicum, & ſinum Arabicum, per Mediterraneum & Gaditanum fretum, immani totius Africæ circuitu. Atqui, dices; quo piſces & ceti maiores ſunt, eo ſunt tardioris motus propter grauiora corpora. Sanè, ſed ſi excipias *canem*, vt excipit Oppianus lib. 5. eſt enim Carcharia velociſſimi motus, & ferè ex Tyburonum genere, & velocitate, quam teſtantur plurimæ pinnæ, quibus in dorſo, ventre, corpore, & cauda, iiſdemq; magnis munitus eſt. Tyburones auté, animalia nimirum ſarcophaga, & admodum voracia, celerrimè currentem nauim, ac ſecũdis ventis remiſque impulſam, non ſolum aſſe- D quuntur, vt huius rei ſcriptores tradunt; ſed etiam præteruolant: colludentes modo à prora ad puppim, & contra currunt: modo circa nauim gyros aliquos faciunt, idq; adeo ſine fatigatione, vt interdum quadringentorum milliariorũ ſpatio naues ſequantur. Potuit itaque velociſſima illa ſiue Lamia, ſiue canicula, ſiue Cetaceus Tyburo vniuerſa illa maria trium dierum & noctium ſpatio circumire, tandemque in ſinum Arabicum penetrare: præſertim ſtimulante & vrgente piſcem diuina potentia, tum etiam alliciente, & monſtrãte viã ipſo natiuo mari, ex quo nuper digreſſus fuerat, præcipiente Deo.

Cetus, deuorato Iona, reuertés ad mare Indicum. *Oppianus.* Carcharia velociſſima. Tyburones velociſſimi *Rondelet.* *Gyllius.*

Sextò. In ipſo iam Rubro mari exiſtẽs Prophe- E ta certam illam precum formulam concipit; quæ exprimitur. c. 2. Quare quod Hieronymus elucidans ait, quòd *ex quo in mare præcipitatus vidiſſet cetum, & tantam corporis molem, & immanes rictus aperto ſe ore ſorbere, Domini recordatus ſit, & clamanerit*. Mihi eſt valde incertum: potius enim inclinor, vt momẽto temporis, neque conſpecto prius ceto, deuoratus fuerit, & vniuerſam orationem ſuam *de ventre inferi* (vt ipſe ait) id eſt, de ventre piſcis, ad Deum habuerit. Denique ſiue antea orauerit, ſiue non; illa certè, quam diximus orationis & precum formula, paulo antequã euomeretur, vſus fuit: ſtatim enim ſequutum eſt certum exau-

5. Preces Ionæ in mari Rubro. *Hierony.* Quando cæpit orare.

ditæ

ditæ precationis argumentum, id eſt, Prophetæ A incolumitas,& ceti vomitio.

Ionas reue lacione agnoſcit ſuæ nauigationis errores.

Septimò. Ergo Dei reuelante Prophetæ locũ, in quo erat, & myſterium rerum ſibi diuina prouidentia reſpondentium, & longiſſima ſui naufragij diſpendia; poſtquam (vt Hierony. ait) in vtero ceti hoſpitem ſe eſſe ſenſit, totum ſe ad orationem conuertit.

Verſic. 3. [illegible]

Paraphraſis totius Ionæ orationis.

Et dixit; (ipſis verbis & ſententijs pronuntiatis, quoad fieri potuit. Frequens enim apud ſanctos illa ſubmiſſiori voce, quaſi *ſubmurmurando* precandi formula, vt obſeruamus ex illo 1. Reg. 1. 13. *Anna loquebatur in corde ſuo: tantum labia illius mouebantur.*

[illegible]

Clamaui de tribulatione mea, propriè, *de anguſtijs*, tum animi ingentibus, tum loci huius anguB ſtiſſimi. quod autem ait *Clamaui*, non ſe nunc narratorem hiſtoricum præbet præteritæ ſuæ orationis, vt quidam volunt; quaſi dicat, Anguſtias illas ſuas ingenti vocis & clamoris præconio publicè narraſſe. Sed in ipſa oratione vtitur verbo præteriti temporis, vt indicet certiſſimè exaudiendum, non minus quàm ſi iam diu clamaſſet. Hæc temporis preteriti vis in precibus & Pſalmis frequentiſſime, ſicut & alia, quæ ſequuntur; *circumdedit, operuit, vallauit*; pro circumdat, &c. *Ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi* (ceti, qui mihi pro ſepulchro) *clamaui*; *& exaudiſti* (certiſſimè exaudies, iam mihi nunc præſtita fide ſalutis (*vocem meam*) ſciote meis precibus propitium. Theophylact. non ſolum in templo Ieruſalem, ſed hic etiã C te præſentem reperio.

Verbũ præteriti tẽporis in oratione.

Verſic. 4.

Et proiecisti me in profundum (quo non pertingit ſpes humanæ opis) *in cor de maris*: (Hebr. *Marium*, epitaſim habet, & vt multa maria à ceto velociſſimè traiecta, nimirum à Mediterraneo vſque ad Rubrum ſignificaret) *& flumen* (ſiue pro mari abuſiuè: ſiue cum R. Abraham, cum exiſteret in loco, vbi fluuius aliquis in mare ſe exonerans æſtum fluctuum colliſione efficit) *cicundedit* (circundat) *me* (neque minus, inquit, periclitor in flumine, quam in mari, modo te mihi irato) *Omnes gurgites tui, & omnes fluctus tui* (omnes, inquã, omnium marium) *ſuper me tranſierunt.*

Flumen p mari.

Verſic. 5.

Et ego dixi: (dico inquam, & grauiter ſentio) D *Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum*: (à templo, vbi præſens aſpicis. Me ſponte fugientem à tuo conſpectu, digno ſupplicio longius abiecisti à tua domo Ieroſolymitana) *Veruntamen rurſum videbo Templum Sanctum tuum.*

Verſic. 6.

Alluſio ad tranſitũ maris Rubri.

Circundederunt me aquæ vſque ad animam (vſque ad ſpiritus intercluſionẽ) *abyſſus* (immanis aquarum moles) *vallauit me*: *pelagus* (*Suph*, mare Rubrum, caricoſum, & algoſum) *operuit caput meum.* video me quaſi innatantem, aut potius obrutũ ſanguineis vndis; mortem minitãtibus, in quibus olim tuo populo ſalus, hoſtibus interitus; populo inquam tuo irritanti, & diffidenti, *cum aſcenderet*

Pſal. 105. 7

in mare, mare Rubrum. Sed firma ego de tua bonitate concepta ſpe ſuſtentor; illi calcarunt viri- E dantem campum, at caput meum operitur alga, iunco, herba, quam illi calcarunt.

Verſic. 7.

Montes circa Rubrũ mare.

Ioſephus.

Ad extrema montium deſcendi (nam ex ea parte, quæ ad Aegyptum & terram promiſſam ſpectat, ſunt ingentes montes præruptis rupibus inuij, ad littus vſque procurrentibus, ex Ioſepho 2. antiq. cap. vltimo) *terræ vectes cõcluſerunt me in æternum*: (non ſolum quòd ex ea parte montibus clauderetur; ſed quòd fere littora omnia maris Rubris montibus maximis circumcluſa ſint, vt ſcribit Strabo.) Huc vſque cum re noſtra, & cum mari Rubro.

Strabo.

Et finita oratione *dixit* (præcepit) *Dominus piſci, & vomuit Ionam in aridam.* At in quod littus eiectus? ſanè vnde commodior via & acceſſus ad Niniuen, quàm ſi ex Ponto Euxino in extremo Mediterraneo. Hinc enim multæ prouinciæ peragrandæ eſſent prophetæ; videlicet ſuperiores illæ omnes ſupra Aſſyriam longiſſimi temporis diſpendio. Ergo à mari Rubro via breuior ad Niniuen; quam dicunt Babylonem eſſe. Et quidem ſicut duplex fuit Babylon, Aſſyria & Aegyptia; Euphratica & Nilotica; ita & duplex Niniue: nam Hieronymus, de locis Hebraicis, ſic ſcribit: *Niniue vrbs Aſſyriorum. Eſt & alia vſque hodie ciuitas Iudaorum nomine Niniue, in angulo Arabiæ, quam nunc corruptè Neneuet vocant.* Quare cum

7.

Verſ 8.

In quod littus eiectus Ionas.

Duplex Babylõ & duplex Niniue.

Hierony.

Suidas.

B Suidas credat Semiramidem Niniuen mœnibus cinxiſſe, & mutato nomine Babylonem vocaſſe, inde fit, vt à quibuſdam conſtituatur Niniue, & Babylon ad Nilum; & faciant vetuſtiſſimam, & maximam Ægypti vrbem, cuius meminit Strabo lib. 17. Ioſeph. lib. 2. cap. 5. Ptolomæus, Abrahamus, & alij. Atque hanc ipſam eſſe, quam hodie appellant Cairum, ſcribit Rhodiginus lib. 8. Lection. antiquit. cap. 11. Aloiſius Cadamuſtus libro 2. ſuæ nauigationis, cap. 55. & 56. Ludouicus Vartomannus libro 1. ſuæ peregrinationis, capit. 1. & 2. Brocardus in deſcriptione terræ Sanctæ.

Strabo.

Ioſephus.

Ptolomæus.

Rhodiginus

Cairus quæ vrbs, an Niniue.

Cadamuſt.

Tunc autem à mari Rubro breuis & facilis eſt via, quam ſic ſcribit Cadamuſtus cap. 56. Terre- C ſtri itinere Mecham itur, quæ à littore maris Rubri abeſt introrſus itinere dierum trium. Inde Babylonem, ideſt, Cairum, Nili contendunt; eandem Memphim, Babylonem, vrbem Niloticam appellat Ludouicus Vartomannus, lib. 6. nauigat. cap. 1.

Vartoman.

Si autem cum communiori ſententia, & Strabone, libro 16. Quinto Curtio lib. 5. Plinio libro 6. cap. 24. Solin. cap. 60. Diodoro, lib. 3. cap. 4. Niniuen facias caput Aſſyriæ, id eſt, Babylonem Kaldæam, ſitam ad Euphraten, longius erit iter à mari Rubro; ſed tamen adhuc breuius, quàm ſi ex media Iudæa recta via perrexiſſet Propheta.

Niniue ex communiori ſentẽtia Aſſyria.

Si autem Niniue ſit, quam Plinius lib. 6. cap. 13. D appellat Ninum, & conſtituit ad Tigrim fluuiũ, qui & ipſe coit cum Euphrate; fere eadem eſſet diſtantia & itineris mora. Si autem Niniue eſſet, quam Suidas vocat Ninoen in Caria, ſiue Natolia, quæ olim Aſia minor vocabatur ſupra Palæſtinam, quam appellat *Magnam vrbem*, & nomen accepiſſe à Nino, licèt paulo longius, ſed non eſſet iter longiſſimum. Vbi vides Prophetæ tarditatem, & tergiuerſationem ſeruijſſe diuinæ prouidentię ad breuiorem Niniuitarum ſalutem & cõuerſionem: neſcit enim tarda molimina Spiritus ſancti gratia.

Duplex alia Niniue.

Plinius.

Ninus vrbs Ninoe vrbs

Suidas.

Tergiuerſatio Ionæ ſeruiens diuinæ prouidentiæ.

Sed plus ſanè æquo aduerſus Becani ſpiritus
nos in portu detinuit iam diu fœlicem
in Tharſis nauigationem incundi
cupidos; qum hinc ſoluemus,
ſi prius, quorſum Salo-
mon in hunc ipſum
portum Aſion-
gaber Ie-
roſo-
lyma contenderit, & quid ſuis
nautis ſua pręſentia pro-
fuerit, cognoue-
rimus.

CAPVT XIII.

Salomonem ſuos naucleros aduerſus maris Rubri difficultates ſapienter inſtruxiſſe.

Ad locum 2. Paral. 8. 17. Abijt Salomon in Aſiongaber in Ailath ad oram maris Rubri.

1 *Quis finis, & opportunitas proficiſcentis Salomonis, & inuiſentis mare Rubrum:*

2 *Rubri fundum difficile & inæquale; latera cauernoſa. Salomon inſtruens nautas.*

3 *Hebrais tranſeuntibus an olim fundum complanatum.* Emergere, *aut* apparere, *quid propriè, ex Græco.*

4 *Miracula non multiplicanda abſque neceſſitate. Inter miracula Deus vtens idoneis naturæ inſtrumentis.*

5 *Maris Rubri ſyluas & iuncos non obſtitiſſe Hebræis tranſeuntibus. Graminoſum campum plurimum contuliſſe. Illuſtrata Sapientia, Iſaias, Moyſes.*

6 *An campus viridans per miraculum, an nouum miraculum.*

7 *Via in mari non ſublimior, ſed profunda.* Medium, *quid propriè in ſacro ſermone. Aqua vtrinque tamquam murus rigeſcens. Profundum apertum.* Abyſſus *quid. Illuſtratus* Dauid, *& Iudith.*

8 *Aegyptij in imum mare ingreſſi. Illuſtratus Moyſes.*

9 *Veſtigia Hebræorum tranſeuntium impreſſa in mari, ſicut & in Iordane. Apparere quid propriè.*

1. INter Salomonis celebriores Ieroſolyma digreſſiones, quas lib. 5. numerabimus, illa huius loci propria eſt, cum ſuarum nauium ſtationem inuiſit, & eapropter ad alienam regionem excurrere nõ dubitauit, propoſito ſanè longioris profectionis certo aliquo & honeſto fine, non ſolum capiendi experimenti, & voluptatis ſingularis videndi rem nouam, & inſolentem ingentis claſſis apparatum; ſed prætereа vtilitatis alicuius, & opportunitatis nauium, atque nautarum. Quis enim dubitat, Salomonis Sapientiam Geologicam atque Hydrologicam, plurimũ nauigationis & claſſis gubernatoribus proficere potuiſſe? fortè etiam magneticæ pyxidiculæ, & acus nauticæ ſcientia, atque difficilium locorum, & variarum ſtationum peritia illos inſtructurus eo cõtendit; de quo dicemus inferius. Adde, mare Rubrum moltis difficultatibus ad nauigãdum impeditum eſſe, vt ſuperius dicebamus: quas & ſi Tyrij nauigandi nõ ignari, ſæpe experti fuiſſent, tamen niſi peculiari adhuc ad noua loca adeunda ſcientia informarentur, non ſatis tutò, neque fœliciter aggreſſuri viderẽtur, quibus omnibus vnicus Salomon præſentiſſimam ſua præſentia, atque ſapientia opem afferre potuiſſet.

Salomonis proficiſcẽtis ad mare Rubrũ quis finis.

Salomonẽ ſua præſentia nautis profuiſſe.

2. Sed fere tamen quæ illud mare difficile & impeditum reddunt, in fundo inſunt omnia; nimirũ prominentes inſulæ, vada frequentia, anguſti, obliqui, & incerti canales, tum prætereа aliæ iuncorum, & marinorum fruticum ingens copia in alto proueniens, atque etiam arbores aliæ, quæ nauigationis curſum impedire poſſint. Quare illud mare *procelloſum & aſperum eſſe, atque profundum magis quàm cætera*, ex deſcriptione Melæ, libro 3. cap. 7. ſuperius indicabamus. Eapropter nihil mirum, quod quas Rex Ioſaphat *fecerat claſſes in mari, quæ nauigarẽt in Ophir, cõfractæ fuerint in Aſiongaber.* 3. Regum 22. 49. Accedit, fundum ipſum & maris latera cauernoſa eſſe, vt indicatur Ionę 2. 7. & notabamus cap. præcedẽti. Tum præterea propter rapidum aquarum curſum & impetum, fluctuum frequentibus conuulſionibus littora prærupta; ex quibus vortices, atque vertigines cũ ingenti periculo fieri neceſſe ſit; niſi ſingulari nauigationis gubernatione & prudentia occurratur: & occurriſſe ſanè Salomonem ſuis vel conſilijs, vel rei nauticæ præceptis, ipſe fœliſſimus nauigationis exitus, atque ſolennes & ſtatæ nauium itiones & reditiones, apertè oſtendunt.

Rubrũ mare aſperũ & procelloſũ.

Latera cauernoſa & prærupta.

3. Hæc dum tracto & ſcribo, ecce interpellor, ſeu potius appellor per epiſtolam ab arguto viro & amico, quęrente meam de illo per mare Rubrum facili & expedito Hebræorum trãſitu, & difficultatibus fundi ipſius diuina potentia ſuperatis, aut penitus ſublatis, ſententiam; indicato etiam nouo quodam illius viæ expediendæ, & tranſitus conficiendi miraculo. de quo quid ſentiam tum amico tum lectori breui exponam.

Poſſet ſanè quis exiſtimare, maris Rubri fundũ tot ſiue vorticibus, & lacunis, ſiue prominentibus vadis, alijſque viæ difficultatibus impeditum fuiſſe, vt omnino oportuiſſet medium per mare iter inſigni aliquo miraculo complanari, vt eſſent *praua in directa, & aſpera in vias planas*; & Hebræis, non iam nauigaturis, ſed peditibus fugientibus facilem trãſeundi vſum præberet. Tum præterea vt maris fundum complanatum ad littoris altitudinem aſſurgeret, recta & expedita via protenſa vſque ad littus oppoſitum, nullis anfractibus abrupta.

An profundũ cauernoſum maris Rubri complanatum fuerit.

Luc. 3. 5.

Cuius rei hæ poſſent eſſe coniecturæ collectæ ex ipſa hiſtoria ſacra. Prima. Quòd ſcribitur Sap. 19. 7. [Ex aqua, quæ antea erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra.] vbi videre eſt in ipſo tranſitu multa *miracula* numerata eſſe, quibus impeditiſſima via, & natura ſua multis natiuis difficultatibus implicata *ſine impedimento*, ad tranſeundum expediretur: ergo præterquã quòd limoſum, & lutoſum fundum *concretum, & ſuis minutijs* (vt ait Philo) *induruit, velut pauimentum conſtratum ſilicè*; certe *apparuit* ipſa via & *cãpus germinãs*. quod, quid aliud eſt quàm quę prius penitus demerſa deliteſcebant, dediſſe ſe in conſpectum, quaſi aſſurgentia & extollentia caput inter vndas? & ſanè id videtur indicare lectio Tigurina eius loci. [Aquis priùs occupata terra, emergens, ſicca apparuit, iter item expeditum è mari rubro, & herboſus è fluctu violento campus.] Atque ſic videtur exigere proprietas verbi originalis *anadyo*, *ἀναδύω*, quod propriè eſt emergere quaſi ex fluctibus, &, vt Euſtathius vult, Ex profundo vſque ad ſuperficiem aquæ erumpere. Quid autem eſt apparere campum de profundo nimio, quàm, ſublimem emergere & attolli? Et eo forſitan reſpexiſſe potuit R. Samuel in illa epiſtola ad R. Iſaac de Iudæorum ſtatu, cap. 13. agens de Chriſti Domini aſcenſione: *Non debemus (inquit) mirari, quòd aer iſte leuis & ſubtilis poſſet portare corpora tam groſſa & ponderoſa; quia nos ſcimus, quòd aqua, quæ eſt in raritate ſimilis*

Præcedẽtis ſententiæ coniecturę.

Philo li. 3. de vita Moſis.

Emergere ex Græco quid propriè.

ἀναδύω. Euſtath.

R. Samuel. Hebræorũ traditio.

ſimilis aeri, quando placuit potentiæ omnipotenti, portauit corpora filiorum Iſrael in eorũ exitu de Aegypto. Quòd niſi intelligat ad ſupremam aquarum ſuperficiem conſtitiſſe aliquo miraculo viam planã & expeditam, videbitur apertis omnino Scripturis contradicere.

Secundò. Accedit præterea, quòd per *profundum nimium*, quamuis ab vno littore deſcenſus & lapſus facilis per procliue fuiſſet; tamen ab eodẽ profundo in littus oppoſitum per accliue oppidò fuiſſet tardus & difficilis aſcenſus immenſæ illius multitudinis.

Tertiò. Adde neque auſuros fuiſſe equites, & aurigas Aegyptiorum ingredi, atque adeò neque inuehi in cauernas, & prærupta illius nimij profundi, vnde neque regredi, neq; extrahi, niſi difficillimè potuiſſent. Præſertim cum, vt Hieronymus epiſtola 4. ad Ruſticum ait; [mare illud latentibus ſaxis, vadiſque duriſſimis plenum ſit omne, & in nauigando ſpeculator doctus in ſumma mali arboris ſedeat, & inde regendæ & circumflectendæ nauis dictata præbeat.

Hierony.

Emendicauimus hinc inde quidquid promouere potuiſſet inuentum illud noui miraculi, ſed inuentum tandem, quamuis ſpecioſum, nullo idoneæ auctoritatis, rationisve fundamento ſubnixum, & quod nullo negotio, vno aut altero pronuntiato refellemus, ſimulque quod vero ſimillimum eſt, aſſeremus.

Miracula non multiplicanda.

Primũ ea maris parte, & fundi tramite via patefacta eſt, quæ paucioribus miraculis ad tranſeundum indigeret. Hæc aſſertio iu confeſſo eſſe debet apud omnes Theologos, ita enim naturæ auctor res ſupra naturam efficit, vt quo ad fieri poſſit conſuetas naturæ leges, & ordinem tueatur; atque in hac ipſa re, mirum eſt, quòd cũ Deus ingentia edat miracula, ſimul parciſſimum ſe miraculorum patratorem præbeat. nam cum *interrumpit mare*, quod ingentiſſimum opus erat; at nõ vult fundum maris ſabulloſum vllo arefacere miraculo, ſed naturæ quodam idoneo inſtrumẽto, nimirum inuecto vehementi quodam Auſtro, aut Orientali vento calido & ſicco, ſicut ſcriptum eſt: *Abſtulit illud* (mare) *Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum*. Exod. 14. 21. Rurſus cum in priſtinum locum refluxit mare, ſubmerſitque Aegyptios, vſam fuiſſe diuinam potentiam *Aquilonis flatibus, qui æſtum refluum ſuper Ægyptios volueret*, ſcribit Philo. præterea cum ſtatuit Aegyptios perdere, illorũ prius currus, & curruum axes infringit, rotaſq; peruertit, vt quaſi rerum naturalium, aut artificioſarum vitio, non diuinæ potentiæ miraculo corruiſſe viderentur: ſicut ſcriptum eſt; *Subuertit Dominus rotas curruum*. Tum præterea tumeſcente, & luteſcente iterum ſabuloſo illo ſolo & fundo, vt inferius dicemus, præter miraculum vllum hærebant tanquam in ſalebra pedes equorum, & aliorum peditum, quo dicto citius potuiſſet diuina potentia retardare, aut ipſi fundo affigere. Ergo in hac re non ſunt miracula gratis danda, neque pro arbitrio noua fingenda.

Deus miraculis & tiens idoneis naturæ inſtrumentis.

Phylo.

Exo. 14. 25

5. Secundum aſſero, ſi tranſitus ille Hebræorum contigit ea maris parte, qua ſyluæ & arbores, ac multa iuncorum & caricum impedimenta ſubſidebant, non dubium quin illas omnes difficultates diuina potentia reſecuerit, atque abſtulerit de medio. Quò, Theodoreto interprete, pertinet illud Pſal. 105. 9. *Deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto*. nam ſimilitudinem in eo conſtituit, quòd ſicut in ſolitudinibus multa facilitas currentibus eſt, cum non ſint arbores, neque ſepes prohibentes;

Arborũ & iſcorũ difficultates reiectas à Deo.

Theod.

A ita immenſam illam *abyſſum, veluti ſolitudinem, vt equitari poſſet, fecit*. quod idem indicauit idem Theod. quæſt. 25. in Exodum. Hæc dixerim quòd Oceanum Orientalem & Rubrum mare *refertum eſſe ſyluis*, apertè ſcribit Plinius lib. 13. cap. 25. atque in hoc ipſo *fundo Rubri ſyluas viuere, lauros, oliuas, frutices, magnitudine ternorum cubitorũ*. quę omnia ſi Hebræis fugientibus Ægyptios occurrerent, non dubium quin fugam impedirent, atque plus nimio retardarent; præſertim cum non niſi horis pauciſſimis fugere licuerit, videlicet in tertia vigilia noctis, id eſt, ternis horis, plus minuſve; *nam cum aduenit vigilia matutina, interfecit Dominus exercitum Aegyptiorum*, Exod. 14. 24. Tunc autem iam erant Iſraelitæ in tuto. Initio verò noctis, id eſt, prima & ſecunda vigilia, *flante vento* B *vehementi & vrẽte tota nocte, abſtulit* Dominus *mare, & vertit in ſiccum, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci, &c.*

Hebræos traieciſſe mare ſine vllo occurrentiũ arborum impedimẽto.

Quot horas Iſraelitæ fuerint in fundo maris.

Eodem etiam pertinet, id eſt, ad eandem viæ facilitatem, quòd exſiccatum licet maris fundum, non remanſerit arenoſum & puluerulentũ. quod proculdubio non parum moleſtiæ atq; moræ currentibus attuliſſet: ſolet enim puluerulẽta & arenoſa via deterrima eſſe; præſertim vbi tot gregum & armentorum pedibus ingentem pulueris nubem excitari neceſſe eſſet. ergo remanſit ſolum ſiccum, ſed herbidum, quod non ſolum ſua viriditate lætiſſimum, (quamuis in medijs tenebris, columna licèt ignis illuminatis, non valde magnam C aſpiciendi voluptatem attuliſſet) ſed præterea ad calcandum facile & molle, atque etiam ex virenti gramine lubricum, ſed ſine labendi periculo, & per quod facilè labẽtes pedes ſine vllo lapſu progreſſus facerent citiſſimos. Hos enim omnes vſus præbere potuit campus germinans de profundo nimio. vt de illis dici, quod de Abrahamo exeunte de terra ſua, Iſa. 41. 3. opportunè poſſit: Tranſibit in pace, ſemita (accepti pulueris) in pedibus eius non apparebit. leniter igitur, atque expeditè, nõ ſolum incedere, ſed currere & proſilire potuerunt, inſtar equorum ſaginatorum, & agnorum in viridanti campo curſitantium; quod indicat illud Sap. 19. 9. T*anquam equi depauerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt*. cum tamen contra acci- D derit Ægyptijs, quorum pedibus & rotis hærebat tenaciter ſabulum lutoſi fundi, atque ipſi hętentes in ſalebra, vix progredi aut regredi poterant: vt dicebat Achior, rem hanc exponens Holoferni, Iudith. 9. 8. *Tenuit pedes eorum abyſſus, & aqua operuerunt eos*. & facit cum illo Exod. 14. 25. *Subuertit Dominus rotas curruum, & ferebantur in profundum*: quod in Hebræo legitur: *Submouit Dominus rotam, & duxit in grauitatem*: *Hizo que anduuieran deſpacio y con peſa dumbre*. Tigurina, *conſtrinxit rotas currum eius, atque difficulter duxit eum*. Vatablus; *agebant ægre eos currus, vt ſolent magna difficultate agi detractis rotis*.

Cãpus graminoſus quid cõtulerit Hebræis fugiẽtibus.

Aegyptij hærẽtes in ſabulo maris Rubri.

Tertium. Illud non apud omnes certum, re E ipſa campum conſpicuum apparuiſſe viridantem; nam per hyperbolem dictum plerique interpretes arbitrantur, Bonauent. Nicolaus, Ianſenius, Emanuelſa, Holcot. Sed propriè & ſine figura dictum à ſapiente, memini me dixiſſe, atque exemplis confirmaſſe ad capit. 26. Iob verſ. 5. Ac nunc iterum omnibus probatum velim non ſolum propter illum extincti pulueris vſum, dicebamus (illud enim præſtari potuit alia ratione, veluti congelata via, vt dicebat Philo; & veluti pauimento conſtrato ſilice) ſed propter naturam illius maris, cuius fundum herboſum eſſe, atque ſyluarum & arborum ferax, ſu-

An cãpus germinans apparuerit in Rubro figuratè, an propriè & verè.

A perius ex Plinio adducebamus, quare nullo nouo miraculo elicuit tunc Deus herbeſcentem ex ſundo viriditatem, aliter quàm exiſtimat Antonius Guenara in ſuo Habacuc, & indicauit Nannius, legens: *Herbiferus campus ex vndis procelloſis gigneretur*. quippe nullum fuiſſe miraculum ipſa verba indicant: *Apparuit campus* viridans: *apparuit*, inquam, qui prius in profundo deliteſcebat, cum nil aliud videri ſpectantibus poterat, quam violenta quædam & procelloſa maris facies.

An nouũ miraculũ germinationis campi.

Guenara Habacuc 3. nu 187.

7. Quartum, (quod quæſitum illud per epiſtolam à nobis requirebar) nullum fuit exaltatæ viæ, aut exæquati itineris ad littoris altitudinem miraculum; ſed in ipſum fundum ingreſſi, profundum maris ſicco pede calcarunt: cuius rei non coniecturæ tantum, ſed claræ & manifeſtæ ex Sacra
B hiſtoria demonſtrationes.

Via per mare Rubrũ non exaltata, ſed in imo fundo patens.

מרב

Prima, nam quod Exod. 14. 22. dicitur ingreſſi filij Iſrael per medium ſicci maris, neceſſario poſtulat intraneam maris partem ingreſſos, atque in ipſa viſcera penetraſſe: nam ex proprietate ſacri ſermonis *medium*, eſt intraneum alicuius rei, & ſæpe vertitur à Latino interprete *intra*, aut *intro*: & dicitur de *corde*, quod eſt in medio pectoris, Pſal. 21. 15. & 142. 4. Prou. 4. 21. & de eo, quod vndiq; circundatur, cuiuſmodi eſt id, quod eſt intra tentorium Exod. 33. 11. & 1. Paral. 16. 1. aut in medio domus, Deut. 22. 2. Regum 4. 6. & quod in medio
5. ignis, Deut. 4. 12. Num. 19. 6. & in medio nubis, Exod. 24. 18. in medio amphoræ, Zach. 5. 8. in me-
C dio fornacis 3. Reg. 51. in medio ollæ, Mich. 3. 3. in medio foueæ. Iſai. 24. 19. quæ omnia neceſſario probant medium maris non eſſe viam aliquã ſublimem à littore in littus.

Medium quid proprie.

Plinius.

Secunda. *Quòd erat aqua quaſi murus à dextra eorum & læua*, quòd niſi in imo fundo iter facerent, fieri non poſſet, vt mare vtrinque parietum, murorumve formam exhiberet, niſi nouum aliud miraculum fingas (quod non credo) aquam ſupra maris altitudinem & extimam ſuperficiem intumuiſſe, vt pro muro vtrinque eſſet, quod & ſine neceſſitate fuiſſet, & ſine vllo vſu. Ergo illud ſolũ miraculum magnopere celebratur, quòd mare ab imo fundo vſq; ad ſupremam ſuperficiem diſruptum, vtrinque conglaciarit, nouam ex Dei po-
D tentia firmitatem, & duritiam adeptum, Origen. Hom. Exod. 14. *Soliditatem recipit liquor*. Diodorus Tarſenſis: *Fit ſolidus murus* Philo: *congelantur aquæ*. Zeno Veronenſis ſerm. 12. *Aqua gelido ſtupore frænante vitreos diriguntur in muros*: Gaudentius Brixienſis ſermone 10. ad Neophytos: In murorum firmitatem liquentis elementi vnda diriguit: gelauerunt enim tanquam murus, aquæ; gelauerunt fluctus in medio maris. Sed habemus firmiorem propheticum ſermonem à fideli illo Achior Iudic. 5. 12. *Hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur*.

Aqua vtrique tanquam murus cõglacians.

Origenes. *Diodorus.* *Philo.* *Zeno.* *Gaudent.*

Tertia. Quoniam ipſum nomen *fundi*, aut *profundi*, quod pertranſierunt Hebræi, celebre eſt in
E Sacra hiſtoria: tum etiam & maris apertio; quæ ruptura, niſi apertè patuiſſet ad fundum vſque, verbis ſacræ hiſtoriæ nõ ſatisfieret, Iudith. 5. 12. Mare aperuit: & iſti fundum maris tranſirẽt. Et Pſ. 105. 9. *Deduxi eos in abyſſis*. quæ vox, licet ex proprietate non ſignificet profundũ, at ex adiunctis hoc loco ſignificare neceſſe eſt: non enim deduxit, niſi, vt Auguſtinus ait: *Quia aruerat ſiccitate velut deſertum, vbi fuerat multitudo aquarum*. Et eodẽ pertinet illud *profundum nimium*. Sap. 19. 7. & Iudith, 9. 8. *Tenuit pedes eorum abyſſus*. quod illæ ipſæ loquutiones interpretum tanquam rem compertam & indubitatam indicant, *deſcendendi in mare*,

Profundũ apertum.

Abyſſus.

Auguſt.

A aut, *ferendi in profundum*, vt ſtatim exponemus. Iam illud Gaudentij Brixienſis loco nuper indicato; [Egreſſis Iſraeliticis per fundamentum maris, & Ægyptijs eodem meatu poſt illũ ingreſſis, confeſtim proprium liquorem ſtupentibus aquis, Deus, qui abſtulerat, reddidit.

Gaudent.

Quarta. Quod ex ſacra hiſtoria colligitur, eandem omnino viam immutatã ingreſſi ſunt Ægyptij, itineris facilitate, & inſolita nouitate, inuitati, vt indicatur Exod. 13. 23. *Perſequentes Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos per medium maris*, tunc autem verſ. 25. Ægyptiorum *rotæ curruum ſubuerſæ ſunt, ferebanturque in profundum*; quod quid aliud eſt, quàm iſt via illa decliui, præceps fuiſſe in profundum, & ſine rotarum vſu conſiſtere aut reſtitare
B non potuiſſe? quare illud, *ferebatur in profundum*, eodem ſenſu, ſed alijs verbis dicitur in Hebræo: *Remouit Dominus rotam, & duxit eam in grauitatẽ*; nimirum quia grauia feruntur in profundum: quam *profunditatem* agnoſcit etiam lectio Pagnini, & Oleaſtri, qui *grauitatem* pro *impetu accipit, quo grauia duci ſolent in profundum*. ſuper deiectos autem & ruentes refluxerunt aquæ. Philo: *fluctibus in viam prius factam tanquam in vallem confluentibus*. & Ioſephus Aegyptij *quaſi tutum per mare iter habituri, à littore in mare deſcendunt*. Ergo via illa profundat.

8.

Aegyptiorũ curruũ rotæ ſubuerſæ.

Pagninus. *Oleaſter.*

Quinta. Quia veſtigia tanti miraculi poſtea in ipſa arena & fundo impreſſa cõſpici potuiſſe, ſcri-
C bit Diodorus Tarſenſis præceptor Chryſoſtomi apud Lipom. Exod. 14. *Veſtigia miraculi illius adhuc oſtenduntur, mari ſeſe reciprocante, ac littora deſtituente*. Sed preſſius & opportunius in rem noſtram Paulus Oroſius lib. 1. Hiſtoriæ. c. 10. [Tractus curruum, rotarumque orbitæ non ſolum in littore, ſed etiam in profundo, quouſque viſus admittitur, peruidentur. Quòd ſi fortè ad tempus & caſu, vel curioſitate turbantur, continuò diuinitus in priſtinam faciem, ventis & fluctibus reparantur,] vt profectò exiſtimare liceat voluiſſe Deum Iordanem cum mari, & miraculum cum miraculo contendere; nam & per Iordanis medium, id eſt, per ipſum alueum, ſiccam humum calcantes Hebræi, ſigna duodecim illorum lapidem in me-
D dio Iordanis alueo conſtitutorum ſempiternæ tãti prodigij memoriæ conſecrarunt, Ioſue 4. 9. Abi nunc amice, & etiam hunc Iordanis alueum, quẽ altius, quàm latius fluere certiſſimis experimentis traditur, complana, & imple vſque ad littoris altitudinem, vt ſacerdotes portantes Arcam cum vniuerſo populi comitatu opportunius tranſire poſſint, & tantum demes miraculo, quantum viæ planitiei conceſſeris.

9. *Diodorus.* Veſtigia tranſitus Hebræorũ.

Oroſius.

Tranſitus per Iordanem cõparatus cum tranſitu per Rubrum.

Atque, vt nihil omnino perfugij ſolatijve illius miraculi inuentoribus relinquamus, certè quamuis illud verbũ *apparendi* ſæpe dicatur de rebus ex profundo emergentibus; tamen Budæo doctiſſimo etiã de illis dicitur, de quibus Græcũ *anatello*,
E *ἀνατέλλω*, id eſt, oriri facio; quod & de ſole, alijsve ſideribus nunquã in ſuo orbe locum ſtationemve mutantibus, tantum denuo dantibus ſe in conſpectum, & quaſi denuo exorientibus, eleganter dicitur, vt Matth. 5. 45. *Qui ſolem ſuum oriri facit*, &c. quare nullam aliam habet vim, quod dicitur *apparuiſſe via, & campus*, quàm quod fundus terræ aridæ extiterit conſpicuus. Aegyptij verò non omnia fundi illius impedimenta, ſi quæ curribus occurrere oportebat, peruidere à longè poterant; quippe, vt Ioſephus ait, [poſtquam viderunt Hebræos longius proceſſiſſe, & impune abſque omni impedimento iter facere, impetu facto perſequi eos cœperunt.] Denique iter

Apparere quid proprie.

Budæus. *ἀνατέλλω.*

Reſponſio aliarum obiectionũ.

pate-

A patefactum eſt non qua cauernæ & prærupta eſ-
ſent; ſicut & factum fuiſſe in Iordanis tranſitu,
exiſtimandum eſt. quod diuinæ prouidentiæ erat.
Sed iam ſubductis anchoris, ſoluendum ex hoc
portu & in mari Tharſis.

CAPVT XII.

Quonam Salomonis claſſis nauigabat, id eſt:

Quæ regio ſit Tharſis, an Hiſpania ad Bæticæ & Tarteſſi Hiſpalenſes oras.

B

Ad locum 3. Reg. 10. 22. Claſſis regis per mare cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis.

1 *Controuerſa difficultas. Tharſis ad Hiſpaniam pertinere. Hiſpalenſium virtus & eruditio. Quatenus colenda patria pietas.*
2 *Goropius Becanus de Hiſpalenſiũ gloria bene meritus. Et teſtimonium de Tharſis.*
3 *Alij auctores Tharſis ad Hiſpaniam referentes.*
4 *Mare Indicum, & Heſperium. Ex Aquilone nulla ad Salomonem munera. Illuſtratus ſemel & iterum Dauid.*

C

I. Teſtimonia affirmantia Tharſis pertinere ad Hiſpaniam.

1. Epiſt. 132.

Ingens rei propoſitæ controuerſia.

QVamuis Hieronymus ad Vitalem
ſcribens, præcipiat, [In rebus ob-
ſcuris diuerſas ponere opinio-
nes, vt non tam ſcribere quàm
coram familiariter loqui videa-
mur;] Sed ego tamẽ in re incre-
dibiliter controuerſa, & dubia,
non tam laborabo, vt infinitam pene opinionum
diuerſitatem (quam tamẽ ſuperius indicauimus)
D de loco & regione Tharſis colligam, atque propo
nam; quàm vt meam de illa ſententiam exponã,
& confirmem; non plus fidei exigens à lectore cã-
dido, & bene in veritatem animato, quã ipſa per
ſe rationum momenta poſtularint. Aſſero itaque
Tharſis ad Hiſpaniam pertinere amplius, & ad
Gaditana littora, & Hiſpalienſes oras; Bæticã in-
telligo vniuerſam, ſed Hiſpalenſem potiſſimum.
Et quidem licèt patriæ pietati & amori Hiſpalen-
ſis homo, & ſcriptor, Hiſpali commorans, tantum
me debere fatear, quantum perſoluere difficilli-
mũ ſit; ſed non ideo tamen veritatis proditor, non
impoſtor, aut ſimulator ſim. Puerile ſanè veritati
& patriæ affingere, quod non debeas: ſed tamen
E quod debeas, detrahere; quod verum ſit, quod à
te veritatis amor & patriæ pietas exigant, non
prodere, proditoris eſt; diſſimulare, ſilere, im-
pium; atque vt quorundam externorum homi-
num, quorum hæc labes & macula, Hiſpanorum
gloriæ inuidere, inuidiam & offenſionem vites,
debitam tuæ prouinciæ & prouincialium laudem
ſilentio præterire, abiectum & ſordidum. Si le-
ctor ſis inuidus, cæcus eſto; ne lege: ſurdus; ne au-
dito: at non iniquus, nec velis etiam ſcriptorem
mutum & mancum, qui vbi tempus & locus exi-
gunt, Bæticorum & Hiſpalenſium virtuti, antiqui
tati, opulentiæ, rerum omnium optimarum vber-

Tharſis ad Hiſpaniam Bæticam pertinere. Hiſpalis.

Quatenus colenda patriæ pietas.

Hiſpalẽſiũ antiquitas, & erudi.io

A tati, eruditioni, eloquentiæ, ſapientiæ, & ingenio-
rum laudi nobiliſſimorum ſcriptorum teſtimonijs
conſignatę, & veriſſimis atque firmiſſimis experi-
mentis demonſtratæ, ſuum quoque cum nomine
teſtimonium non ſubſcribat.

Sed iam elegantis hominis Goropij Becani, be-
ne tum de quæſtione præſenti, tum de noſtra Bę-
tica merentis, verba ſubiungo, ex libro Hiſpani-
corum. 7. [Retineamus (inquit) Tharſis non aliã
regionẽ fuiſſe quàm Tarteſſum; cuius beatam re-
rum omniũ copiam, tum veterum ſcriptorum te-
ſtificatio, tum præſens rerum ſtatus ſatis declarat.
Maxima ſanè non Hiſpanis modo nobilitas, ſed
ſacris etiam literis ex hac inuentione noſtra afful-
gebit. quarũ rerum vt prior gratiſſima eſſe debet
B Tarteſſiacis omnibus: ita poſterior mihi magnam
affert voluptatem, quòd tandem intelligant, qui
fuerint Reges Tharſis, quæ naues Tharſis, quarũ
tam magnifica & frequens in ſacris litteris mẽtio
habetur. Iucundius poſt hæc legam Oden illã Da-
uidis, in qua pulcherrimus hic verſus, velut vnio
quidam ſingularis candore micat niteque gratiſ-
ſimo.

2. Goropij Becani de Tarteſſo & Tharſis teſtimonium.

Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent;
Reges Arabum & Saba dona adducent:

[Coniunxit elegantiſſimus vates duos populos
fœliciſſimos; quorum Arabes Sabæi per ſe ſatis no
ti fuerunt, quorum regio peculiari nomine Fœlix
nuncupatur. At Hiſpalenſes, cæterique Tarteſſia-
ci hactenus in Cimmerijs tenebris delituerunt,
C nunquã fortaſſis eruendi ac liberãdi, niſi Cimme-
rius homo facem obſcuris carceribus intuliſſet. Li
ceat mihi gloriari apud eos, quorum ego gloriam
immenſa auxi acceſſione.] Hactenus bene quidẽ
& veritatem & in noſtra animatus homo. Sed ne-
que is primus huius veritatis aſſertor, aut inuẽtor,
neque vnus illuſtrator ipſe rei per ſe clariſſimę, &
cui ſemper veterum, eorundemque illuſtriũ Scri-
ptorum luculentiſſimum teſtimonium lucem at-
tulit. Sed rem iam ordine exponamus.

Hiſpalenſiũ gloria.

Tharſis ad Hiſpaniam pertinere, & ad oras qui
dem Bæticas docuit ſanctus Anaſtaſius Synaita,
cuius frequẽs eademque honorifica mentio apud
Euagrium, Nicephorum, Glycam. Is lib. 10. Exa-
mer. ſuper id, *Serpens erat prudentior omnibus be-*
D *ſtijs*; & cum ſimijs ſerpentem comparans, ſic ſcri-
bit: [In tertio libro Regum inuenimus nauem
Salomonis ſingulis annis venire ex Tharſis, quæ
eſt Heſperia regionis Occidẽtalis, & ferre ad eum
aurum, & eiuſmodi animantia.] vbi obſeruãdum
quod dicit, de *ſingulis annis*, & de auro, & ſimijs,
poſtea latius à nobis exponendum. ſubolfecit hoc
vir apprimè doctus Frãciſcus Forerius ad id Iſaiæ
23. 10. *Filia maris non eſt cingulum vltra tibi*. vbi in
Hebræo habetur, *Filia Tharſis*. & poſtquam reie-
cit ſententiam dicentium Tharſis eſſe Carthagi-
nem, aut Tarſum Ciliciæ, ſubijcit; [Si quis tamen
diceret Tharſis eſſe Tarteſſum in Hiſpania, vnde
Phœnices infinitam multitudinem auri & argen-
E tiolim (ſi hiſtorijs fides adhibenda eſt) defere-
bant; cum vox conſentiat, mihi non abſurdum aſ-
ferre ſententiam videbitur.] Eadem ſententia,
& explicatè tradita non diſplicet Bozio Eugubi-
no libr. 15. de ſignis Eccleſiæ, cap. 17. qui ex na-
uigatione Phœnicum circumlegentium totam
Africam vſque ad Herculis columnas, quam nar-
rat Herodotus libr. 4. ſcribit, *Confirmari opinio-*
nem, quæ ſibi aliquando non diſplicuit, dicentium
claſſem Salomonis, quæ ſoluebat è mari Rubro, &
nauigabat in Tharſis triennium conſumens, ſolitam
circumnauigare Africæ littora, & Hiſpaniam pe-
tere, Tarteſſumque eius vrbem, quam Tharſis no-

3. Huius ſententiæ ante Becanum auctores. *Anaſtaſius*

Forerius laudatus.

Bozius.

minari volunt à Scriptura : quæ ſanè vrbs olim fuɪt auro ſupra omnes abundantiſſima, & locupletiſſima. Fauet noſter Ribera Ionæ 1. qui quamuis de mari aliter ſentiat, at de Tharſis non diſſentit, aſſerit nimirum nauigationẽ claſſis Salomonis in Tharſis fuiſſe per Mediterraneum, excurrendo per diuerſa littora & portus nunc Africæ, nunc Europæ, vnde colligebatur aurum, *ſed potiſſimum ex Hiſpania, quæ metallis omnium erat abundantiſſima.* Denique rem hanc prolixè docet & cõfirmat Gotopius nuperrimè à nobis adductus, cuius ſententiam Sotomaior in id Cant. 5. *Manus eius plena hyacinthis,* cum referat, minimè reijcit. Atque huc videntur illi facere, qui illud Pſal. 71. 10. *Reges Tharſis & inſulæ munera offerent &c.* Et illud; *Dominabitur à mari vſque ad mare;* Ita de Salomone accipiunt, vt intelligant illius dominatum protẽſum à mari Rubro vſque ad mare Occidentale, quod eſt Gaditanum; quamquam Iſidorus Clarius dicat, illud, *à flumine vſque ad terminos orbis terrarum,* ab alio quodam exponi, *ab Oceano Orientali vſque ad extremos Occidentis fines.* qui proculdubio ſunt oræ Gaditanę, & Hiſpalẽſes, quę ſemper habitæ ſunt extremus terræ terminus. Quod clarius ſignificauit Titelmanus, ex quorundam interpretum ſententia, *à mari Indico vſque ad Gaditanum,* & eo reſpexit Theodoretus dicens indicari magna maria, *quæ vocãt Atlantica, vel Eoum & Heſperium Oceanum,* id eſt, Orientale, quod eſt Rubrum, & Indicum, atque *Heſperium,* id eſt Occidentale Gaditanum. Idemque ipſe quamuis per Reges Tharſis intelligat Carthaginenſes Lybicos, ſed illos confert in noſtram Hiſpaniam; *Afri* (inquit) *Heſperiam orbis partem occupant, nimirum quæ extra fretum.* Nam qui inſulas Aquilonares interpretantur, valde frigidi ſunt; quippe nulla ex illis munera Salomoni Regi afferri potuerunt, cũ tamen ex Tharſis, & inſulis plurima atque pretioſiſſima acceperit. Quare eleganter Paraphraſis Chaldaica legit: Reges Tharſis & inſulæ magni maris Oceani. Idemque ſenſus à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Nam cum Euphrates ſe exoneret in ſinum Perſicum, qui confunditur cum Rubro & Arabico, perinde fuit dicere per amplificationem, à mari vſq; ad mare, quod, à flumine marive Perſico, vel Arabico, vſque ad fines Gaditanos. Sed nos firmis & certis coniecturis rem oſtendamus, in nonnulla capita diſtributis.

[Margin: Ribera. — Sotomaior. — 4. — Dominatus Salomonis qualis. — Clarius. — Titelman⁹. — Theod. — Nulla ex Aquilone munera allata ad Salomonem. — Kaldæus. — Sinus Perſicus & Arabicus cõfunduntur.]

[Margin: A — B — C — D]

II. *Ex nominum Tharſis & Tarteſſi inter ſe, & cum Hiſpaniæ littoribus & oppidis Bæticæ cognatione.*

1 *Tarteßus in Hiſpania, flumen, vrbs, mõs, prouincia. Inde nomen ad vniuerſam Hiſpaniam. Arganthonij principatus.*
2 *Iauan, Eliſſa, Dodanim, Chetim, vbi terrarum. Inſulæ Elyziæ. Lethæus amnis. Inſula quid in ſacro ſermone. Illuſtratus Moyſes, & Macab.*
3 *Tharſis oppidum iuxta Cordubam. Tarpeium. Multæ locorum appellationes Tharſis affines.*
4 *Nauigatio in Tharſis antiquior Tarſo & Carthagine. Tarſus & Carthago, à quibus & quo tempore conditæ. Sardanapalus quo tempore.*
5 *Hiſpania, Pania & Spania. Vnde habeat nomen ex Hebræo, & Græco. Nauis vnde dicatur. Illuſtratus Abdias.*
6 *Gadir ex Hebræo, notio item ex Græco.*
6 *Bætis vnde dictus. Annius notatus.*

Tarteſſus.

TArteſſum in Hiſpania fuiſſe, aut certè ad Hiſpaniæ oras Bæticæ potiſſimum collocandum, certius eſt, quã vt magna probatione indigeat. Quãuis enim apud idoneos auctores nõ ſemper vnum, & idem Tarteſſi nomine ſignificetur, ſemper tamen intelligunt aliquid, quod ſit ad Herculis columnas, & Gaditanum fretum, aut ad Bætim Bæticamve prouinciam; aliquando & ad Hiſpaniam vniuerſam. Sed Tarteſſi nomine Bætim fluuium deſignat Pauſanias libro 6. Martial. libro 8. Epigram. 27. quod eſt de Partheniana toga:

[Margin: 1. Tarteſſus vbi terrarum. — Idem qui Bætis. — Pauſanias. — Martialis.]

An Tarteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi
Bætis in Heſperia te quoque lauit aqua?

Quo loco noſter Raderus varia Bætis nomina colligens, *Tarteſſum* numerat, ſicut & noſter Delrius ad Medeæ Tragœd. Act. 4.

[Margin: Raderus. — Delrius. — Tarteſſus ciuitas.]

At vrbem potius ad Bætim, qua mare influit, ſitã, Tarteſſum appellatam Strabo meminit lib. 3. & Stephanus, Mela lib. 2. cap. 6. Dionyſ. Alexand. verſ. 334. & deinceps ex verſione Heurici.

[Margin: Strabo. — Stephanus. — Mela. — Dionyſius.]

Verum vltima quidem illuſtrium eſt Iberorum,
Vicina Oceano, ab Occaſu: in ea autem promontorium.
Columnarum Herculis Alyba ſita eſt vna: hancque ſubter,
Tarteſſus amœna, diuitijs affluentium ſolum hominum.

Regionem verò ipſam Bæticæ, Tarteſſi, aut Tarteſſidis nomine deſignant Herodotus lib. 1. dum reliquum Hiſpanię à Tarteſſo diſcernit; *Phocenſes* (inquit) *occupauerunt Iberiam, atque Tarteſſum.* Et Eratoſthenes apud Strabonem lib. 3. & Steſichorus, cuius carmina idem affert Strabo. Vtriuſque verba iam adſcribo; *Videntur veteres Bætin appellaſſe Tarteſſam & Gades cum inſulis vicinis Erythæam: ideoque putant Steſicorum de Geryonis armento ſic cecinit:*

[Margin: Tarteſſus regio. — Herodotus. — Strabo.]

Nata ex aduerſo ferè inclyta Erythea
Tarteſſi amnis ad fontes immenſos argenteis radicibus.
In cauerna ſaxis.

Cum autem Bætis duobus oſtijs in mare exeat, aiunt olim in medio horum vrbem fuiſſe habitatam Tarteſſum, fluuio cognomine, regionemque appellatam fuiſſe Tarteſſidem, quam nunc Turduli incolunt: quin & Eratoſthenes Calpæ adiacentem regionem Tarteſſidem vocari tradit, & Erytheam inſulam fortunatam. Homerus porro multarum rerum præditus notitia, multaque canens, occaſiones ſuggerit cogitandi, ſe ne horum quidem inſcium fuiſſe locorum: quod Tarteſſum audiuit eſſe ad extremum occaſum, vbi, vt ipſe loquitur,

[Margin: Eratoſthe. — Erythea ia ſula fortunata.]

Incidit Oceano lampas clariſſima ſolis,
Frugiferæ noctem tellurique ingerit atram.

Conſtat autem noctem eſſe mali ominis, & Plutoni propinquam, Plutonem Tartaro. Audiẽs ergo aliquis de Tarteſſo, exiſtimare poſſit Tartarũ inde ab Homero nominatum extremum eorum, quæ infra terrã ſunt, locum, & fabula more poetico ſeruato ab eo fuiſſe additam. Quæ deinceps Strabo, ſuo loco nectemus.

[Margin: Homerus vnde Tartarum finxerit.]

Idẽ verò Strabo paulo inferius: *Sũt qui Tarteſſum eſſe dicãt, quæ nunc eſt Carteia,* hodie eſt *Tariffa* vel *Algezira,* prope fretũ. Idem Plin. li. 3. c. Silius lib. 3. Hieronymus in prooem. 2. lib. comm. ad Gal. videſis Sabellicum lib. 2. Æneid. 5. Volaterr. lib. 2. Maria-

[Margin: Qui de Tarteſſo diſputantes. — Plinius. — Silius. — Hierony.]

[Margin: E]

Mariana. lib. 2. c. 1. Ambr. Moral. in Antiq. Hiſp. cuius etiam meminit Liuius lib. 8. Decad. 3. Pol. lib. 3.

Arganthonij regnũ.

Et verò Gaditanas illas oras, atque inſulas, in quas Arganthonius dominabatur, *Tarteſſum* nominari, Strabo eodem loco ex Anacreonte docet, atque ex Herodoto, ex quo Cicero de Senectute. Sidonius Apollin. Panegyrico 2. diuo Auguſto. Scaliger lect. Auſon. lib. 2. c. 30. Tarteſſum autem atque Gadir eandem fuiſſe ſcribit Plin. lib. 1. c. 32. Sall. lib. 2. Arrianus, quem adducit Cœlius lib. 6. cap. 7. dum Herculem facit Tarteſi conditorem.

Tarteſſus pro Gadibus.

Cordubenſis, prouincia.

Denique Cordubenſem tractum, Tarteſſiacum appellat Martialis, lib. 9. Epig. 52.

In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima campis,
Quà diues placidum Corduba *Bætin amat.*

Claudian.

Tagi cognomina. Carpeſſus. Dalecãp.

Atque adeo Claudianus facit Tagum amnem Tarteſſiacum, qui idem à Poetis Heſperius, diues, aurifer celebratur, & Stephanus *Carpeſſum*, (quæ eadem videtur cum Tarteſſa) collocat intra Iberũ amnem, de quo vidẽdus Dalecampius ad Pliniũ. Vt hinc liquidò conſtet Tarteſſi nomẽ ex vnico vel monte, vel vrbe, vel fluuio deriuatum ad Bæticam vniuerſam, aliquando & ad Hiſpaniam.

Scriptores Hiſpanicæ hiſtoriæ.

Tangunt rem hãc Hiſpanicæ hiſtoriæ ſcriptores in deſcriptione Hiſpaniæ, Nebriſſenſis, Florianus, Garibai, Morales, Mariana; & licèt vulgari lingua, ſed non vulgari eruditione, Bernardus Aldrete lib. 3. de origine linguæ Hiſpanicæ.

Tharſis.

2. Nominum agnatio.

IAm ad Paranomaſiam Tarteſſi, atq; Tharſis, veniendum, quę minimè eſt contemnenda; ſiquidem ea nominum agnatio & coniectura viris grauiſſimis viſa eſt idonea ad euincendum, Tarſum Ciliciæ ipſam fuiſſe Tharſis. Sed quidem potiùs cum Tarteſſo conuenire oſtendemus, quę duplicat illam priorem ſyllabam ad differentiam Tarſi Ciliciæ: ſumptum autem nomen à Tharſis Hiſpaniæ fundatore & habitatore. Nam Geneſ. 10. 4. dicuntur *Filij Iauan* (nepotis Noe) *Eliſa, & Tharſis, Chetim, & Dodanim: ab his diuiſæ ſunt Inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam,* &c. Porro cum à Iauan Iones, aut Æoles diſſeminati fuerint, certè videtur omnino Inſulæ, nimirum quæ ſunt in Mediterraneo, & illæ etiam, quæ extra Herculis columnas, inter filios Iauan diſtribuendę, illo prius conſtituto nomine *Inſularum*, ſolere etiam in Scriptura comprehendi prouincias illas, quæ cum longè diſtent à Palæſtina, ad illas non niſi per mare eſt acceſſus; præſertim ſi magna ex parte mari alluantur; cuiuſmodi eſt Hiſpania fere peninſula, atque Italia: Imo & regiones maritimas, inter quas Græciam, Hiſpaniam, Italiam, Mauritaniam paſſim in Scripturis *Inſulas* vocari docet vir doctus. Forerius Iſai. 11. 11. Ribera Oſe. 11. 11. Soph. 2. 44. Exẽpla indicanda tantùm, Geneſ. 10. 5. Eſther 10. 1. Pſal. 71. 10. Eccl. 47. 17. Iſaiæ 41. 1. & ſæpe Ierem. 2. 10. Ezech. 26. 18.

Tarteſſus duplicet priorẽ ſyllabam.

Tharſis cõditor Hiſpaniæ.

Iauan.

Inſula qd propriè in Scriptura.

Italia, Hiſpania, Gręcia, Inſulæ.

Forerius.

Ribera.

Eliſa quorum pater.

Hierony.

Theod.

Ab Eliſa verò Itali: quare ipſum nomen *Eliſa*, Kaldæus reddidit *Italiam*. Exech. 27. licèt Hieronymus, Theodoretus, Polychronius, Græciæ, vel Ionij Maris inſulas intellexerunt. Sed cum Hieronymo rurſus Italiam intelligamus: & Italiæ nomine aliquam inſularum Occidentalium partem, id eſt, vel inſulas Fortunatas, alio nomine, Elyſias, extra fretum Gaditanum, quæ non tam propter ſe dictæ ſunt Elyſiæ; quàm quòd è regione

Inſulæ Elyſię vnde nominatæ.

A

oppoſitæ ſint Gaditanis Hiſpaniæ littoribus, in quæ incidunt campi Elyſij, & Lethæus amnis, quos tantopere Poetę celebrant, quod videtur indicari ab Strabone: vel accipiamus cum Villalpãdo Ezech. 27. oram illam Gaditanam, & aliquam, aut plures ex inſulis Erythijs, quas in Gaditano freto fuiſſe idonei authores tradunt; quibus inter Gades & Aſtam, quam nũc *Xerizium* dicimus, iuxta opponitur cãpus Elyſius, inſtar paradiſi Domini, ad eam partem, quam *Ciduennam* vocant, & quam alluit Lethæus, vulgo Guadalete; quem ad Elyſios campos conſtituunt Virgilius 1. Æneid. & Strabo libro 1. vbi de Hiſpaniæ extremæ fœlicitate.

Villalp.

Ciduenna.

Lethæus fluuius.

Chetim vbi.

Ioſephus.

Hierony.

Epiphan.

Theodor.

B

Chetim autẽ pertinere ad Cyprum, & eius vrbem Citium, ſcribit Ioſephus lib. 1. c. Hieronymus Iſai. 23. & Ierem. 27. Epiphan. Hæreſi 30. Theodoretus, Ierem. 11. vulgatus *Italiam* vertit, Num. 24. vbi Kaldæus, *Romanos*, rurſus *Italiã*, Ezech. 27. vbi Kaldæus *Apuliam*: rurſus vulgatus *Romanos*, Dan. 11. Sine interpretatione tamen relinquitur ipſa vox originalis 1. Macha. 1. 1. *Alexander egreſſus de terra Cethim*, vbi Macedoniam aut Græciam, debere intelligi affirmat Pererius in Geneſ. 10. Serarius *Occidentales Inſulas, aut regiones maritimas, Italiam, Macedoniam, Græciam*. Chriſtianus Maſſæus libr. 2. Chron. Citium in Italia, & Macedoniam, & fauet Epiphanius Hæreſ. 30. dicens Cyprios aut Rhodios habitaſſe in Macedonia. Propterea Macedones appellari Cethæos: immo & Philippus

Pererius.

Serarius.

Maſſæus.

Cethæi Philippus rex Cethęorum.

C

Macedo appellatur *Rex Cethæorum*, 1. Mach. 8. 5. Sed Hieronymus videtur ex propria ſententia intelligere nomine *Chetim*, Italiæ & Macedoniæ inſulas, Iſai. 23. Rurſus Italiæ nomine omnes Inſularum Occidentalium partes intelligi præcipit, Ierem. 27.

Dodanim. Rhodij.

Porro *Dodanim*, Septuaginta interpretantur *Rhodios*, quos plerique ſequuntur, alij *Rhodanim*, malunt appellandos, & eos quidem Rhodani accolas in Gallia, in quod inclinat Matthæus Beroaldus lib. 4. Chron. Sed quia infrequens mentio huius gentis in Scriptura, videntur longius profecti, angulum aliquem Europæ occupaſſe, quibus non magna interceſſerit cum alijs gentibus familiaritas, neque commercium.

Beroaldus.

Cur Dodanim rara mentio.

D

3. Tharſis Tarteſſus.

Supereſt iam *Tharſis*, qui proculdubio inſulæ alicui, id eſt, Occidentali huic tractui poſt Chetim, & Dodanim, & non longè ab Eliſſa, nomen dedit. Sanè is non alius, quàm Tarteſſus, & Bætica tellus, idque ex ſufficiente enumeratione aliarum regionum, & inſularum, Occidentalium, quibus alij nomen dederunt, ſolo Tharſis pro Tarteſſiaca regione relicto. Cum quo facit, quod Polybius libr. 3. & Stephanus de Vrbibus, teſtantur, fuiſſe vrbem *Tarpeium* ad Herculis columnas: Ambroſius quoque Moralis vir non ſolum omni pietatis & eruditionis laude, ſed Hiſpanicæ hiſtoriæ peritia præſtantiſſimus, lib. a. Antiquit. refert ex docto illo Agareno Raſi Almanſore, in eo libro, quem de Hiſpaniæ euerſione ſcriptum reliquit, &

Polybius.

Stephanus

Tarpeium vrbs.

Morales.

Raſis Almanſor.

E

nunc quoque aſſeruatur in Bibliotheca illa Toletanæ Eccleſiæ, inter alia Bæticæ munitiora ſiue oppida, ſiue caſtella, meminiſſe *Tharſis* ad ripam Bætis ad duo Corduba milliaria. Et quamuis quidem hæ nominum coniecturæ nihil omnino certi euincant, cum etiam ſimiles nomen claturas aliæ regiones proferre poſſint; nam Heſychius *Tarſim* facit Syriæ vrbem; Nicetas item aliam *Tarſiam* viciná Nicomediæ; Ptolomæus, *Tarſium* to Pannonia inferiori; Arrianus, *Tarſium* alterum Perſiæ promontorium; Strabo, *Tarſium* fluuium Troadis; denique Paulus ipſe ſuam, *Tarſum*

Tharſis.

Heſychius.

Nicetas.

Multa loca nomine affinia cum Tharſis.

in Cilicia; tamen ſi nihil nos cõtra illos poſſumus A ex ſimilibus locorum compellationibus, nihil illi contra nos ſimili argumento efficient. Tãtum illorum cauſa verior cenſenda, quorum appellatio cognata cum Tharſis antiquior habebitur, & incorruptior.

Act. 21. 39.

4. Nauigatio autem in Tharſis multo fuit antiquior quàm Tarſus Ciliciæ; quæ quamuis ab aliquibus dicatur condita à Perſeo filio Danae, qui incidit in tempus Iudicum, videlicet Abimelech, & Bnox, ducentis plus minuſve ante Salomonẽ annis; verum alij cum Athenæo lib. 12. ex Ariſtobuli teſtimonio Tarſi conditorem faciunt Sardanapalum, in cuius monumento inſcriptum erat: *Anchialen & Tarſum vno die à Sardanapalo conditas.* Fuit autem Sardanapalus multo Salomone B poſterior, videlicet Synchronos Exechiæ regis; quod & Stephanus de Vrbibus probatum habet, & ſequitur Volaterr. lib. 11. c. 10. Tum præterea nauigatio illa antiquior quàm Carthago, quę fundata eſt à Phœnicibus paulo poſt bellum Troianum, ante Romam conditam annis 72. ex Iuſtino, Liuio & alijs. Ergo alia fuerit Tharſis, ad quã nauigabat Salomonis claſſis; ea autem Hiſpaniæ Bætica Tarteſſus.

Nauigatio in Tharſis. *Athenæus.* Tarſus à quo condita. Sardanapali tempus. *Stephanus Volaterr.* Carthago quo tẽpore condita.

5. Fauet quoque Hiſpaniæ nomen; quippe Hiſpania, aut olim etiam Pania, ſiue Spania, vt ex omnium antiquiorum & recentiorum lectione colligit pereruditè Bernardus Aldrete; quamquam veroſimillimum videatur nomen accepiſſe à Pan, C quem Dionyſius ſiue Bacchus ſimul cum Vlyſſe adhibuit ſocium, & vniuerſæ Hiſpaniæ præfecit, vt indicat Plinius lib. 3. c. 1. Sed tamen facilè reuocare poſſis ad radicem Hebręam; non quidem quòd Hiſpaniæ appellatio aliquid affine habere videatur cum Tharſis, ſed quòd appareat manare ab Hebræis frequentantibus Hiſpana littora, non tamen Hiſpaniæ primis habitatoribus. De hoc enim alia controuerſia.

Hiſpania olim Pania. *Aldrete li. 3. c. 11. de Hiſpan. linguæ origine.* *Plinius.*

Ergo nomen *Spania*, facilè deducas à radice *Sapa*, quod labrum, oram, ripam, ſeu littus ſignificat, vt cuius littora, & portus frequenter ipſi Hebræi ac vniuerſæ aliæ nationes commercij cauſa perluſtrarent, vel poteſt deduci à radice *Sapan*, quod eſt, abſcondere, vel tegere; quòd ea, quæ longiſſimè D diſtant, abſcondita & tecta videantur. Hiſpania autem vtpote extrema terrarum Occidentalium, quæ longiſſimè diſtabat, opinione eius ſeculi, antequam cœpta eſſet nauigatio per fretũ Herculeum, opportunè poterat ab Hebræis vocari, Abſcondita *Inſula*, & *populus de longè*. Et ab eadẽ radice dicitur, *Sepinah*, id eſt, nauis, quòd eos abſcõdat & contegat homines, vel quòd deferat vectores ad longè diſſitas regiones & inſulas, & ſubmoueat abſcondatve ab oculis hominum. Hiſpania itaque nomen habebit à naui, *Sepinah*, quòd ad eã iretur frequentibus nauigationibus, & claſſibus, tum etiã, quòd naues Hiſpanienſes & Tarteſſiacæ celebres eſſent, vt poſtea dicemus. Neque de nomine alio Hebræo *Sepharad*, pro Hiſpania, nunc E aliud dico, quàm doctiſsimos quoſq; contra paucos quoſdã Rabbinos iam cenſere in Abdiæ cõmentario, Sepharad minimè pertinere ad Hiſpaniam, de quo elegãter & copioſè eo loco Ribera.

שפה Hiſpania vnde dicta. צפן Abſcõdere de rebus remotiſſimis. Nauis vnde dicatur. ספינה ספרד Sepharad an Hiſpaniæ nomẽ.

Sed quoniam de Hebraica Hiſpaniæ appellatione meminimus, notionis quoque ex Gręco mẽtio non erit noſtro inſtituto inutilis. *Spaniam* Gręcè vocari grauibus & firmis, tum Græci textus Pauli ad Roman. tum Plutarchi & Athenæi teſtimonijs, oſtendit Aldrete loco nuper à nobis adducto. Ruſus *Spanion* Græcis idem eſſe quod rarum, atque pretioſum; quod vt à me prætereri non debet, ita ſuperuacaneum deſcribere.

Hiſpania Græcè Spania. Spanion.

A Illud verò ad rem magis, quòd Gadium, aut Gadir nomen, quod Plinius, Salluſtius, Feſtus, Auienus ex Dionyſio, Iſidorus, dicunt eſſe Punicum, & lingua Punica ſonare ſepem: Noſter Delrius autumat Hebræum eſſe, ex eo quòd Hebræis *Gadir*, aut *Gader* maceriam, aut ſepem ſignificat, & *Gadar* ſepire, aut ſepem circum ædificare, aut concludere. Atque eo nomine fuit vrbs in tribu Iuda *Gedera*, Ioſue 15. 36. & *Rex Gader* Ioſue 12. 13. &, vt Hieronymus de locis Hebraic. ait, Gadera ſignificat ſepes eius. Gaderoth, maceria, vel ſepes. Sed potuit ſanè contingere (quod videtur ſenſiſſe noſter Mariana) vt communis eſſet tum vox, tum ſignificatio vocis Pœnis, atque Hebręis, B adde etiam Phocẽſibus, & Ionibus, quorum omnium linguæ germina fuerunt primæuæ illius & germanæ Hebraicæ, ex qua in alias multæ voces retẽris primis ſignificationibus permanarint: quare quod Aldrete aſſerit nomen *Gader*, nõ eſſe ſumptum à lingua Hebræa, ex eo quòd antequã Hebræi ex Aegypto terram promiſſam expugnaſſent, erat Rex Gader, quem poſtea Ioſue 12. Iſraelitæ interfecerunt; nihil efficit; Iam enim ab Heber, & alijs Patriarchis Hebraicæ linguæ primordia per eas regiones diſſeminata fuerant. ſed ſi illius nominis atque ſignificationis vſus apud terræ Sanctæ, aut aliam Aſſyriæ partem familiaris fuit, opportunè Phœnices, aut Hebræi, aut ſanè vtriq; C potuerunt id nomen ſignificans ſepem aut murũ Gadibus imponere, ex re ipſa, quam narrat Herodotus lib. 1. dum ſcribit, Phocenſes occupaſſe Tarteſſum, Arghantonij ſedem: cui forte nomen impoſuerũt occaſione ſumpta à ſuo illo celebri Phocææ muro, primæ Ionum ciuitatis; quippe, vt ait Herodotus, *Ipſius muri ambitus, non paucorum erat ſtadiorum, totuſque è maiuſculis lapidibus, uſque adfabrè concinnatis*, vel a muro vrbis Gaditanæ, aut Erythiæ, vel à freto, cuius montes videntur eſſe murus & ſepimentum.

Gadir quæ ſonat & cuius linguæ. Sepes, Sepire. גדר Gadera vrbs. *Hierony.* *Mariana l. 1. Hiſtor. c. 20.* Hebrææ multæ voces in alias linguas. Leuis Aldrete coniectura. *Herodotus.* Gaudiũ appellatio unde ſumpta.

Neque quidem propterea quòd Stephanus huius nominis quod apud ipſum eſt, *Gadeira*, notionem quærat ex lingua Græca, exiſtimare debe- D mus, ab illo aſſeri eſſe nomen Græcum; ſed commodam tantum in Græco ſortiri poſſe ſignificationem, & rei ipſi congruentem; *Gadeira* (inquit) *vrbs & inſula in mari Oceano, anguſta & oblonga, quaſi faſcia, ſic dicta veluti γῆς δειρα, id eſt, extremitas terræ.*

Stephanus. Gadeira.

7. Sed, vt iam tandem his nominum coniecturis addamus vltimam; Bętis & Bæticæ nomen Hebræum cenſetur à Ioanne Annio ſuper Beroſi lib. 5. Antiq. in 1 x. rege Aſſyriorum, cum enim Beroſus tempore Armatritis Babylonici conſtituat Bætum apud Celtiberos, ſubdit Annius, [Aiunt Thalmudiſtæ, qui etiam Latinam linguam nouerunt, Bætum per diphthongum, æ, debere ſcribi; quod Hebræi & Syri proprie, Behin, dicunt, id eſt, locus vitæ meæ, vt etiam D. Hieronymus conſen- E tit de interpretatione Hebraica. Cęterum Bætus interpretatur ab Aramęis dici locum vitæ fœlicis: eſt enim Hiſpanis Bætica deliciarum hortus, & ab Homero campus Elyſius vſque in anguſtias Oceani Gadium, dictus. A Bęto ergo, id eſt, Vitę meæ, fœlici duce, Bętica, quaſi Beatica Hiſpania, & Bętis fluuius in Oceanum fluens, dictus eſt.] Quod de Behin, & de Hieronymo affirmat Annius, fateor me neſcire, atque equidem ſuſpicor à nemine ſciri: multa enim ſcribit Annius quę nuſquam ſunt, fueruntve.

Beroſus Annij. Bætica nomen Hebræum. Bætica deliciarum hortus. Annius ſuſpectę fidei auctor.

Quod verò ad nomen Bętis attinet, certè affinitatem habet cum Hebręo *Beth*, quod domum ſignificat.

Bætis vnde dictus ex Hebræo.

gnificat. Sed cur Bætis, ab Hebræo Beth, id eſt, domo, nomen acceperit, rationem nullã idoneam inuenire potuit diligentia, & acumen Bernardi Aldrete ſuo libro 3. cap. 12. quamquam, ni fallor, illa poſſet qualiſcunque reddi, quam indicauit, ſed non explicuit Anpius, ſignificare *locum vita*, quia videtur ſignificare, domum animæ: domus autem & locus idem ſunt, ſicut anima & vita idẽ etiam. Per ſcientiam autem Thalmudicam notariacam, ex Beth, & littera Nun, initiali, Nephes, id eſt, animæ, aut ſumpta aſpiratione & Iod, ex Ithaia, quod eſt, viuere, poſſet componi Bethin, quòd ſit locus, aut domus vitæ.

בחין
ביחן
חיה

Adde & Buhan eſſe nemus, & hortum delicioſum, quod cum cãpis Elyſijs ad oras Bæticas conſtitutis facere vtcunque videbitur. Sed de Græca Bætis etymologia, quæ profunditatem ſonat, Pauſanias libro 6. Iſidorus lib. 13. c. 21. Aldrete ſuperius citatus. Sed ſatis iam de nomine. Nam de occultis mirandiſque vitibus Bæticæ telluris, aquę aeris, pluſcula poſtea: nunc enim eò hæc omnia dirigimus, vt nomina Hiſpaniæ Hebraica Hebræorum priſcorum in Hiſpaniam nauigationẽ oſtendere poſſint.

Pauſanias. Iſidorus. Aldrete.

III. *Ex frequenti, & celebri à Mari Indico, & Arabica in Hiſpaniam nauigatione.*

1 *Tres ex Herodoto nauigationes priſca ex Mari Rubro & per Herculis columnas. Africa littora cui primum cognita. Darij nauigatio.*

2 *Alexandri & Hamonis nauigationes. Thynnorum ſaltura apud Gades.*

3 *Semiramis metallorum inuentrix. Illius expeditio.*

4 *Troglodytæ accolæ maris Rubri. Illuſtratus Iſai. Terræ finis ad Herculis fretum.*

1 Frequẽtes nauigationes ex mari Rubro in Hiſpaniam.

IMmenſus ille ac diſpendioſus tractus a Mari Arabico in Gaditanos vſque portus deterrere videtur non ſolum humanos auſus a nauigando, ſed humanæ etiam mentis temeritatem a ſuſpicãdo. Sed qui legat grauiſſimorũ Scriptorum hiſtorias, ſi modò illis fidem adhibere oportet, inueniet nihil firmius, quàm, a Mari Rubro freqnentiſſimè nauigatum Gades, & Gadibus in mare Rubrum: Rurſus ex Mediterraneo in Indiam: Tyrios item & Phęnices nõ per Phęnicium mare, ſed per Rubrum claſſes ſuas ductaſſe. Cauſam nunc rei mirabilis non reddo, tantum rẽ certiſſimam conſtituo. Et cauſam eos etiam, qui mirabuntur, nobiſcum poſtea inueſtigare compellemus. Ergo ſi ſanè a mari Rubro in Hiſpaniam nauigationem ſuaſerimus, facilè ſuadebimus lectori ingenuo, modò non maleuolo, Tharſis ipſam eſſe Hiſpaniam, ad quam frequentes erant a mari Rubro nauigationes. Sed iam producendi teſtes.

Herodotus

Primus Herodot. libro 4. in Africæ deſcriptione; *Africa* (inquit) *ſe ipſam mouſtrat circumfluam mari eſſe, excepto dumtaxat, vbi Aſia contermina eſt, Neco Aegyptiorum rege primo in hoc demonſtrando. Is poſtquam deſtitit à deprimenda foſſa a Nilo ad Arabicum ſinum, miſit nauibus quoſdam Phœnices, præcipiens, vt tranſuecti columnas Herculeas penetrarent ad Septentrionale vſque mare; atque ita ad Aegyptum remearent. Phœnices igitur è Rubro mari ſoluentes, abierunt in mare Auſtrale,*

Claſſi: Neco Regis.

A *qui poſtquam Autumnus aduenerat, applicitis ad terram nauibus ſementem faciebant: vt aſſiduè Africanũ legerent, ac meſſem expectarent: deinde meſſo frumento, nauigabant. Ita biennio conſumpto, ad Herculeas columnas, anno tertio declinantes, in Aegyptum remearunt, referenteſque apud me fidem non habent, fortè apud aliquem alium; prætereuntes Africam, ſe habuiſſe ſolem ad dexteram. Atque in hunc modũ Africa primum eſt agnita.*

Africa primum agnita a Phęnicibus. Quæ in ea nauigatione peculiaria.

Vides in hac nauigatione Ægyprios ſimul cum Phęnicibus nauigare ſolitos, ſicut Hebræos cum Tyrijs: eoſdem præterea ſoluiſſe ex mari Rubro, ſicut & Salomonicam claſſem: Attigiſſe quoque Herculis columnas, id eſt, Gaditanas oras. Illud præterea, quod dicitur, tranſuectos fuiſſe Herculeas columnas, ſicque penetraſſe ad mare Septem- B trionale; non ſignificat tranſuectos fretum penetraſſe ad Mediterraneũ; ſed vltra oras Gaditanas, in quibus ſunt Herculis columnæ, hiſque ad dexteram relictis progreſſos ad Septentrionale mare, tandem; quod additur, in Ægyptum remeaſſe per eandem viam ad mare Rubrum a tergo Ægypti, non quidem per Mediterraneum ad mare Ægyptiacum; nauigationem item illam fuiſſe triennalem.

Sed eandem nauigationem retro contrario curſu ſtatim ſubiungit in hunc modum: [Secundo loco fuere Carthaginenſes, qui dixerunt quendã Saſpem, Teſpis filium, virum Achæmenidem, qui Africam nõ pernauigauit, cum eſſet ad hoc ipſum C miſſus, ſed cum nauigationis longitudine, tum terræ ſolitudine deterritus retro redijt, non impleto labore, quem ei iniunxerat. Etenim vitiauerat filiam virginem Zopyri, filij Megabyſis; quem ob hanc cauſam a Xerxe rege ſuffigendum cruci, mater ſua, quæ fuerar Darij ſoror, liberauit, quòd diceret ſe maius illi ſupplicium irrogaturam, quàm rex pararet, quippe neceſſe ei foret pernauigare omnem Africam, dum perueniret ad Arabicum ſinum. His annuente Xerxe, Sataſpes in Ægyptum abijt, ſumptaque illinc naue ac ſocijs, nauigauit ad columnas Herculis: quibus tranſmiſſis, circumuectus Africæ promontoriũ, nomine Syloco, in meridiem curſum tenebat. Emenſuſque per multum D maris inter complures menſes, cum aſſiduè pluri tempore opus eſſet, conuerſo curſu in Ægyptum redijt. Et illinc ad regẽ Xerxem regreſſus, aiebat ſe in præternauiganda remotiſſima, ad quã ierint, ora, vidiſſe homines puſillos, Phęnicia vtentes veſte; qui, quoties ipſi terræ nauim applicarent, ad montes ſe fuga proriperent, relictis vrbibus. Ipſos autem illos ingreſſos nihil iniuriæ intuliſſe, pecora tantũ illinc excepiſſe, quòd autem totã Africam non pernauigaſſent, hanc cauſam afferebat, quòd nauigium vlterius procedere non poſſet, ſed retineretur.]

Sataſpis nauigatio.

Africæ litora & incolæ.

In hac item nauigatione vides agnitum tramitem a E Mediterraneo in mare Rubrum: Vides extra Herculis columnas veſtigia Phęniciæ gentis, & veſtis: Vides tandem illud peculiare, nauigaſſe per ipſum fretum Herculeum.

Sed iam accipe ex ipſo eodem Herodoto tertium illud huius nauigationis exemplum his verbis. *Aſia bona pars a Dario inueſtigata eſt. Is cupidus cognoſcendi, vbinam Indus (qui ſecundus omnium fluminum Crocodilos præſtat) mare influat, miſit nauibus cum alios quoſdam, quos vera renunciaturos confidebat, tum Sylenem quendam Charyandem. Iſti è Caſpatiro vrbe, & è terra Pactyca ſoluentes ſecundo flumine Auroram verſus, atque ſolem Orientem, nauigantes in mare; de hinc per ipſum mare triceſimo demum menſe tenuerunt eum locum, vnde rex Aegyptiorum*

Herodot.

Darij nauigatio, & Scytharũ claſſis.

eos

A *eos Phœnices, quos antea dixi miſerat ad Africam pernauigandam. Poſt horum pernauigationem Darius Indos ſubegit, & eo mari potitus eſt.* Vides hic Scytharum nauigationem per mare Rubrum, & per Indicum. Et cum hæc nauigatio triennalis fuerit, videtur proculdubio attigiſſe Africana, & Hiſpana littora.

2 Plinius.

Sed ſecundus teſtis clariſſimus, multiſque exemplis ſuum teſtimonium confirmans Plinius libr. 2. cap. 67. *A Gadibus columniſque Herculis, Hiſpaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur Occidēs.* Sed de priſca nauigatione ſubiungit. *Alio latere Gadium, ab eodem Occidente, magna pars Meridiani ſinus ambitu Mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem, & Orientis victoriæ magni Alexandri luſtrauere, vſque in Arabicum ſinum:* B *In quo res gerente Caio Cæſare Auguſti filio ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragijs feruntur agnita: & Hanno Carthaginis potentia florente, circumuectus a Gadibus ad finem Arabiæ nauigationem eam prodidit ſcripto: ſicut ad cætera Europæ noſcenda miſſus eo tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxum quendam ſua ætate, cum Lathyrum regem fugeret Arabico ſinu egreſſum, Gades vſque peruectum, multoq; ante eum, Cœlius Antipater vidiſſe ſe, qui nauigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam commercij gratia. Idem Nepos de Septentrionali circuitu tradit, Qu. Metello Celeri, C. Africani in conſulatu collegæ, ſed tunc Galliæ Proconſuli, Indos a rege Sueuorum dono datos, qui ex India commercij cauſa nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti.* C Erythræam Solinus nominat, origine eadem, cap. 36. de quo inferius plura cum fundatores Gadiræ inſulæ indicabimus.

Alexandri nauigatio.

Hannonis nauigatio.

Solinus.

Vides quāta cognatio Tyrijs cum Aſion-gaber portu maris Rubri ſeu Erythræi: quāta itē familiaritas ſoluentibus ex mari Rubro cum Gadiranis inſulis. Amplius Strabo lib. 3. non longè a principio vbi de Freto, de Calpe, & Herculis columnis; *Hinc* (inquit) *enauigationes ſunt maximæ ad Mauritaniæ Tingin,* (vbi hodie eſt Tanſer) *& mercatura, & condiendorum piſcium* (Thynnorum ſalituram intelligo) *frequentia.* Ad Africam igitur Gadib. excurſiones cōſuetas, ad Indiam ex Africa, quis neget? atque hoc eſto teſtimonium tertium.

Strabo.

Thynnorū conditura.

3 Suidas de Semiramide.

D Sed quartum, illudque grauiſſimum Suidæ in Semiramide, qui quamuis nauigationes, & maris diuerſos tramites confundere videatur, tamen apertè meminit enauigati Oceani, circum luſtratæ Africæ, viſitati paradiſi; quæ proculdubio ad Bæticas oras in campis Elyſijs; Syrorum etiam atque Phœnicum nautarum, tandemque triennij in nauigando conſumpti. Sed audiendus ipſe Suidas.

Semiramis metallorū inuentrix.

Semiramis Aſſyriorum prima Regina, & princeps multis mortalibus interfectis, metalla primum inuenit, & captiuis eorum tractationem mandauit. Prima Niniuem mœnibus cinxit, mutatoque nomine Babylonem vocauit, & flumina muniuit aggeribus, & Pyramides erexit. Enauigatoque Oceano, eius accolas (hi ſunt Æthiopes) *vidit:* E *Nam & Homerus ait,*

Iupiter ad Oceanum, vt Aethiopes integros
Adiret, heri abijt.

Ac quoſdam dixit abſque pilis eſſe, a ſolis ardore adustos, pecudum inſtar viuentes. Ex eo autem maritimæ accolas, terra naſcentes herbas ignorare, piſcium eſu contentos. Ibi etiam paradiſum eſſe: omnia enim odorata, & neceſſaria vs in locis inueniri. Semiramidem etiam Rheam dicunt. Pergit vlterius: Semiramis ait Dercetæo: Abi, adorna in tertium annum expeditionem, auſpicatus ab Helleſponto & Lybia vſque ad Bactra, peditū myriadas 300. equitum 100. falcatorum A *curruum myriadas 10. virorum è Camelis pugnātium totidem: Aliorum Camelorum ad quoſuis alios vſus myriadas 20. coria boum cruda ad 30. myriadas. Naues longæ Bactris ædificentur 3000. roſtris æneis, quæ compleantur viris itidem a Syria, Phœnicia, Cypro, Cilicia, & ora maritima vſque ad Helleſpontum. Eadem Indos aggreſſura ad ſimulacbra elephantorum lignea 200000. circiter compegit, quæ Cameli geſtarent intrinſecus impleta virgultis, & puluere, quo facilius ferri poſſent; exteriora verò corijs contexit, & ſingulis camelis binos Aethiopes Sagittarios, & iaculatores impoſuit. Indumque flumen qui eſt amplius, 100. Stadiorum latitudine traijcit: ponteque iungit, qua anguſtiſſimus eſſe videbatur. Fuit autem longitudo 60. ſtadiorum, latitudo 300. Simulacrorum autem fuerunt* B *200000. Eodem traiecto flumine Indo, & interioris lecti palatijs conditis in altitudinibus eucho regis bitu minatis, rurſus in ſuum lectum diſceſſit.*

Expeditio Semiramidis.

Quid porro aliud indicat Silius cum ſiue Hiſpalim vrbem, ſiue Hiſpalem Bætin celebrat ab Oceani nauigatione? quò enim per Oceanum niſi in Africanas & Indicas oras? niſi malis etiam in Mexicanas, & Peruanas, quod minus veroſimile: quippe tunc temporis ignotiores, & minus nauigatione tentatas:

4 Silius Italicus lib. 3.

Et celebre Oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal.

Iſaias minatus accolis maris Rubri.

Sed claudamus tandem non obſcuro Iſaiæ vaticinio quod portui proculdubio maritimorum incolarum Erythræi littoris minatur, capit. 18. 1. Væ terræ, cymbalo alarū, quę eſt trans flumina Æthio- C piæ, quæ mittit in mare legatos, & in vaſa papyri ſuper aquas. Intelligere proculdubio videtur Abyſſinos illos, ſiue Troglodytas Orientales ad mare Rubrum, in ſubterraneis ſpeluncis habitantes, qui etſi Æthiopiæ Orientalis, & Aethiopum nomine comprehendantur a Plinio lib. 5. cap. 4. & libro 6. c. 28. Diodoro, Dionyſ. Alexandrino, & alijs, tamen hodie vocari Arabiam, ex Franciſco Aluarez in ſuo itinerario refert Stukius in ſuis ſcholijs in Arriani Periplum maris Erythræi. Horum autem Troglodytarū vrbes præcipuæ duæ ad maris Rubri littus ſpectabant, Berenice, iuxta quam Aſion-gaber; & Ptolomais. Has igitur vrbes, vel etiā terram reliquam; id eſt, illius prouinciæ tractum maritimum deſcribit a *Cymbalo alarum*, id eſt, a multi- D titudine nauium, & velorum, quæ impulſa ventis ſonitum cymbalorum imitarētur, vel etiam inſtar auium volantiū, perſtreperent inter nauigandum vel, vt eſt in Hebræo, inumbratio alarum, quod, vt ait R. Kimhi, multitudine nauium & velorum paſſorum vmbram efficerent inſtar auis pandentis alas; quod noſtrates opportuno Hiſpaniſmo efferrent: *Echan tantas velas al agua que cubrē el mar, y quitan el ſol.* Nam quod Stukius ad vmbras breues, celereſque illius terræ, & citiſſimè auolantes, & abeuntes, præſertim poſt ſolſtitium, ex Plin. lib. 6. c. 24. vel ad vmbram tentoriorum, ſub quib. habitant, ex Abac. 3. referri vult, longè diſcedit. Quò autem multitudo nauiū ex Berenice, & Ptolomaide, niſi ad longè diſſitas regiones, & quæſtuoſiſſi- E mæ negotiationis gratia? aliàs certè videretur res indigna tanto Prophetæ hiatu, & tam ſeuera comminatione. Niſi fortè non tam notet naues illas portus Erythræi, aliò nauigantes, quā naues Tharſenſes ex Hiſpania, & Gadibus ad portum illum Erythræi maris ex longa nauigatione tandem appellentes, quod indicaſſe videtur Thargū; Væ terræ, ad quam veniunt cum nauibus ex terra longinqua, & vela ſua extendunt, vt aquila volans alis ſuis. Ergo glorianti Aethiopiæ, & portui Aegypti de Tharſenſium & Hiſpanenſium nauium, & diuitiarum aduentu, vates triſte minatur.

Troglodytæ Aethiopes.

Plinius.

Diodorus.

Dionyſ.

Abyſſimi Arabes.

Berenice & Ptolomais vrbes.

Stukius nō probatus.

Naues Hiſpanicæ. Tharſicę.

Atque

Atque hæc proculdubio nauigatio indicata Pſ. A 71. cum *dominatus* Salomonis deſignatur *a mari vſque ad mare*, id eſt, a mari Rubro vſque ad Gaditanum, *& a flumine* Euphrate, vſque *ad terminos orbis terrarum*, quos ſemper conſtituit antiquitas ad columnas Herculis, vt ſuperius ex Theodoreto & doctis recentioribus afferebamus, nam is Salomonis ampliſſimus dominatus coniungitur cum muneribus, & diuitijs, quæ ad illum ex Tharſis, & inſulis, & ex vltimis finibus orbis terrarum deferebantur.

Terminus orbis ad fretum Gaditanum.

IIII. *Ex mutuo Phœnicum*, Tyriorum, *Hiſpanorum, ſiue commercio, ſiue cognatione: atque colonijs in Hiſpaniam deductis.*

1 *Phœnices bello, & nauigatione clari: vrbium Bæticæ conditores & amplificatores: opum occupatores.*

2 *Phœnices & Sarthaginenſes pro iiſdem. Illorum, & Bæticorum ingenia & ſtudia affinia. Bæticorum antiquitatis & doctrinæ laus.*

3 *Priſcorum cum Hiſpanis commercium, & nauigationes per altum. Phocenſium & Samiorum cum Bæticis commercium.*

4 *Gaditanum emporium nobile, & diues. Oſiris, Serapis, Pan* Hiſpaniæ *præfectus. Dionyſius Imperator* Hiſpaniæ *ex Rubro ſoluens.*

1 Phenicum ex bello, & nauigatione laus. *Plinius. Mela.*

PHœnices nauigādi peritia, & alias regiones luſtrandi, & ſubiugādi, virtute, & dexteritate celebrantur. Plinins lib. 1. cap. 12. *Ipſa*, inquit, *Phœnicium in gloria magna litterarum inuentiones, & ſiderum, naualiumque ac bellicarum artium.* Accinit Mela lib. 5. c. 12. *Phœnicem illuſtrauere Phœnices, ſolers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximium, litteras & litterarum operas, aliaſque etiam artes, maria nauibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum præliumque commenti.* Sed cum regiones alias, tum potiſſimum inuaſere Hiſpaniam. Plinius lib. 3. c. 1. vbi de Hiſpania: *In vniuerſam Hiſpaniam M. Varro perueniſſe Iberos, & Perſas, & Phœnices, Celtaſque & Pœnos tradit.* Sed, vt cum his gentibus illas quoque iungamus, quę cum Phœnicibus & Tyrijs expeditionem faciebant, ex mari Rubro, i. Syros, Arabes, Aegyptios; producēdus Strabo lib. 1. qui vbi de Armenis, & Syris ſcribit; Eos qui Arabię, Aegypto, Thebaidi propinqui ſunt, non operandi, aut lucrandi gratia nominatos; haud enim hoc multum eſſet, verum peregrinationis longinquitate, & celebritate: celeberrimum eſt namque tam remota peragraſſe loca. Tale & illud eſt.

Phenices in Hiſpaniam. D

Strabo.

Hic hominum multas vrbes & pectora nouit.

Et hoc. E

Plurima perpeſſus, multiſque erroribus actus.

Homerus. Odyſſ. 1. Odyſſ. 4.

Ex quo liquidò elici poteſt, Vlyſſem, de quo eſt ſermo, toto Mediterranei tractu, priusquàm Vlyſſiponem ex ſuo nomine condidiſſet, Gaditanas, atque Bæticas oras attigiſſe, id eſt, ipſam Tharſis.

Vlyſſes conditor Vlyſſiponis. Vlyſſem ad Gades perueniſſe.

Sed, vt res Vlyſſeas, atque Vlyſſiponicas, nunc non tangamus, ad Phœnicias & Bæticas, redeundū. Occuparunt illi Bæticas, aut Turdetanas oras, nouis vrbibus ædificatis, aut priſtinis amplificatis de ſuo nomine. Strabo lib. 3. vbi de Hiſpania; *Inſulæ beatorum commemorantur, quæ etiam nunc apparent; nonnuſque eas non multum diſtantes ab extremis Mauritaniæ, Gadibus oppoſitis. Phœnices porro harum ego rerum fuiſſe indices dico, qui ante Homeri ætatem optima Africæ &* Hiſpaniæ *tenuerunt, & domini eorum fuere locorum: donec eorum a Romanis eſt abolitum imperium.* Ac idē Strabo paulo ante, vbi de Tarteſſo, & Tartaro, atque columnis Herculis; *Herculis & Phœnicum expeditio huc progreſſa, ſignificauit* Homero *opes, & ſocordiam hominum: ita enim in poteſtatem* Phœnicum *venerunt, vt pleraque Turdetaniæ vrbes & viciniæ ab his nunc habitentur. Vlyſſis quoque expeditio hucuſque progreſſa, & cognita Homero, &c.* Plinius ſanè lib. 3. cap. 1. Vniuerſæ Bęticæ maritimæ originationē Pœnis attribuit, qui oriundi a Phœnicibus: Murgis (hodie Muxacra) Bæticę finis. Oram eam vniuerſam originis Pęnorum exiſtimauit M. Agrippa. Confundunt ſanè grauiſſimi hiſtoriographi, Phęnicum, ac Carthaginenſiū Pęnorumve expeditiones: quippe hi ab illis orti; res, nauigationes, & imperium poſt ædificatam Carthaginem, communia. Quare quod Strabo libr. 3. Phęnicib. tribuit, videlicet, progreſſum extra Herculis columnas; hoc idem Polybius lib. 3. Carthaginenſibus in re eadem. Strabo: Phęnices extra columnas Herculis progreſſi ſunt, ibique & in media Africæ ora maritima vrbes condiderūt, paulo poſt Troiani belli tempora. Polybius, Carthaginenſes tranſgreſſi paruum fretum, quod inter Africam & Europam interiacet, omni Hiſpania potiti erant vſque ad Pyrenęum montem. Et potuit ſanè ſine difficultate magna ſingularis quædam animorum beneuolentia inter Bæticos ſeu Tarteſſiacos, atq; Phęnices conciliari, vt quorum ingeniorum perſpicaciſſimorum, atque ſapiētiæ & rerum optimarum, ſtudiorumque cognatio, & ſimilitudo incredibilis fuerit. nam Phęnices a litterarum inuentione maximè commendantur; tum ab Aſtrologia, Geometria, Philoſophia, Sidonij potiſſimū, apud Strabonem, vbi plurimos Sidonios philoſophia præſtantiſſimos recenſet lib. 16. Idem verò ipſe libro 3. ſcripſerat de Bæticis, Regionem a fluuio Bæticam nominat, ab incolis Turdetaniam, incolas Turdetanos, & Turdulos. Hi omniū Hiſpanorum doctiſſimi iudicantur, vtūturque Grammatica, & antiquitatis monumenta habent conſcripta, ac poemata, & metris incluſas leges, a ſex millibus, vt aiunt annorū. Vtuntur & reliqui Hiſpani Grammatica, non vnius quidem generis omnes. Facilè igitur in mutuam beneuolentiam conuenere.

Phenices opum Hiſpanicarum potiti. *Plinius.* 2

B

Phęnices cur cū Pęnis & Carthaginenſibus cōfunduntur. *Strabo.*

Polybius.

Bęticorum cum Phęnicibus ingeniorū, & ſtudiorum cognatio.

C

D

Phęnices Bæticæ vrbes ædificantes & nominantes. *Strabo.*

Sed, quod ad priſcarum gētium cum Hiſpanis commerciū attinet, perelegans eſt, eiuſdem Strabonis eodem libro teſtimonium de antiqua Heroum nauigatione longè longiſſima, atque celeberrima, non ſolum ad Africanum, ſed etiam ad vniuerſum Atlanticum Oceanum. Ergo aduerſus Eratoſthenē dicentem; [Priſcos nauigaſſe, & prædatum, & mercatum, nun vt in altum inueherentur, ſed tantum littus legerent, & antiquitus Euxinum mare, neque iuxta Africam, aut Syriam, aut Ciliciam quemquam nauigare auſum; ſic ſe opponit Strabo; Si per priſcos intelligit eos, qui ante noſtram fuerunt memoriam, nihil me attinet de ijs dicere, nauigarint ne an non nauigarint. ſin de ijs loquitur, quorum ad nos perlata eſt memoria, equidem nihil verear dicere, antiquos, lōgiora terra marique confeciſſe itinera, quàm poſteros: ſiquidem hiſtorijs fides habenda eſt. Perhibentur enim Bacchus, Hercules, & ipſe Iaſon, tum ab Homero commemorati Vlyſſes, & Menelaus (Theſeum quoque & Pirithoum probabile eſt) propterea quòd longinquas fecerint expeditiones, hanc de ſe opinionem in animis hominum reliquiſſe, quod ad inferos deſcenderint; Eademq; cauſa Caſtores

3 Priſcarum gentiūcum Hiſpanis cōmerciū. *Strabo.* Priſcæ nauigationes per altum.

E

maris

maris eſſe procuratores dictos ac nauigantium ſeruatores. Vulgatum eſt etiam ſermonibus Minois in mare imperium, & Phęnicū nauigatio, qui extra columnas Herculis progreſſi ſunt, ibiq; in media Africæ ora maritima vrbes condiderunt paulo poſt Troiani belli tempora. Æneam quoque, Antenorem, & Henetos, atque in vniuerſum eos, qui a bello Troiano per totum orbem terrarum diſperſi, vagatique ſunt, ęquum eſt inter priſcos te cenſeri. Et plura alia in eandem rem tum loco indicato, tum lib. 16. vbi de Tyro & Sidone.

Phocenſiū nauigatio. De Phocenſibus autem, qui ex Ionia Gades nauigarant, ſic Herodotus lib. 1. ſcribit: *Phocenſes primi Græcorum longis nauibus vſi fuerunt, Adriam ſimul & Tyrrbeniam, Iberiam, atque Tarteſſum occupauerunt: nauigijs autem vtebantur, non roſtratis, ſed penticonteris, hoc eſt, lembis quinquagenum remorum. Hi cum primum Tarteſſum venirent, grati admodum fuerunt regi, cui nomen erat Arganthonio, quique iam octoginta annis Tarteſſiorum regno præfuit. Vixit autem annis centum viginti Atque Phocenſes Arganthonio iſta occaſione redditi ſunt amiciores, quòd videlicet Phocenſes Ioniam relinquentes, iuſſit in ſua ditione ſedes deligere, vbicumque illis liberet.*

Herodotus. — *Arganthonius.* — Phocenſes habitatores Gadium.

Samiorum cum Bæticis cōmercium. *Herodotus. 4* De Samiorum verò nauigatione & commercio cum Gaditanis & Bæticis, idem ipſe Herodotus libro 4. *Samij ex inſula,* (Platea, nimirum Africæ, [cum ſoluiſſent, Ægyptum optantes, vento ſubſolano abrepti ferebantur, nec intermittente flatu, Herculeas tranſuecti columnas, peruenerunt in Tarteſſum, pompam ferentes ad rem diuinā. Erat ea tempeſtate id emporium, id eſt, nundinæ, intemeratum, adeo, vt inde reuertentes iſti ex mercibus, quæſtum maximū fecerint, inter omnes quos nouimus Græcos. Ex hoc quæſtu Samij decima, id eſt, ſex talentis, ſelecta, fecerunt ahenum, ad exemplum crateris Argolici, Grypinis capitibus in circuitu altrinſecus obuerſis, & in tēplo Iunonis collocarunt, ſuſtinentibus illud tribus coloſſis: id eſt, humanis ſimulachris, ſeptenum cubitorum genu nixis.]

Gaditanū emporiū.

Oſiridis nauigatio. Quæ verò de Oſiridis expeditionibus, & nauigandi fęlicitate narrat Diodorus lib. 1. c. 2. ea proculdubio Hiſpaniam quoq; vel in primis comprehendunt: in columna enim erecta ad eius ſepulchrum in Nyſſa Arabiæ, hæc inſcripta legi ſcribit Diodorus: *Mihi pater Saturnus Deorum omnium iunior. Sum verò Oſiris rex, qui vniuerſum peragraui orbem vſque ad deſertos Indorum fines; ad eos quoque profectus ſum, qui Arcto ſubiacent, vſque ad Iſtri fontes. Et iterum alias quoque orbis adij vſque ad mare Oceanum, partes. Sum Saturni filius antiquior, ſemen ex pulchro & generoſo ortum, cui non ſemē genus fuit. Neque vllus eſt in orbe, ad quem non acceſſerim, locus docens omnes ea quorum inuentor fui.*

Diodorus.

Oſiridis nauigatio in Hiſpaniā. Nauigaſſe verò Oſirin ad Hiſpaniā non ſolum elicio ex eo, quòd *per Oceanum vniuerſas orbis partes* ſe perluſtraſſe ſignificat; neque ſolum ex eo, quod ait, ad eos perueniſſe, qui ſub Arcto ſunt; (ſi enim per Septemtrionalem Oceanum nauigauit, neceſſe fuit circumnauigare Hiſpaniam) ſed ex eo potiſſimum, quòd cum is ipſe Oſiris ſit, quem, vt paulo ante idem Diodorus dixerat, alij appellabant Serapim, Dionyſium, Plutonem, Ammonem Iouem; tum verò etiam Pana: certè ipſe is Pan creditur ſocius Dionyſij ſimul cum Vlyſſe, quem toti Hiſpaniæ Dionyſius præfecerit, vt indicat Plinius libro 3. cap. 1. *In vniuerſam* (inquit) *Hiſpaniam M. Varro perueniſſe Iberos, & Perſas & Phœnicas, Celtaſque & Pœnos tradit. Luſum enim Liberi patris, ac Lyſam cum eo bacchantem, nomen dediſſe Luſitaniæ, & Pana præfectum eius vniuerſæ.* Oſiris itaque, qui vel Dionyſij ſocius, vel ipſe Dionyſius, potius vniuerſa Hiſpania potuit ſocium ſiue nepotem Pana vniuerſæ Hiſpaniæ, ſui loco præficere: imperitauit nimirum Dionyſ. in Hiſpania, ſed in Bætica potiſſimum atque in Gaditana ora, vt & Silius Hiſpanus Poeta cecinit:

Oſiris, Serapis, Pluto, Pan, Hiſpaniæ præfectus. *Plinius.*

Dionyſius imperās in Hiſpania. *Silius li. 3.*

Tempore quo Bacchus populos domitabat Iberos,
Concutiens thyrſo, ac armata Mænade Calpen.

Vbi apertè vides Dionyſij imperium ad fretum Herculeum, vbi Calpe, & Abyla montes duę nimirum columnæ, atque inferius ad interiorem Bæticam paulo progreſſus idem Poeta,

Ac Nebriſſa Dionyſeis conſcia thyrſis.

Dionyſius vnde ſoluerit nauigaturus in Hiſpaniam. Quem autem nauigandi tramitem Oſiris tenuerit ex Aegypto digreſſus, an per Mediterraneum, an verò per mare Rubrum, Diodorus explicatè non tradit: ſed ego tamen ex illius narratione nō obſcurè elicio, ſoluiſſe ex mari Rubro, quod Aegypto eſt proximum: deinde perluſtraſſe Indiam; ad hæc per Oceanum Africanum, Atlanticum, Balearicum, Hiſpanicum, Septentrionalem, præcipuas orbis regiones perluſtraſſe. tum & quæ paulo antè ſcribit, orbem fermè circuiſſe, atque domeſticis fructibus excoluiſſe hominum vitam; atque per Arabiam iuxta Rubrum mare iter feciſſe, ad extremos Indos perueniſſe, pluribus cōſtitutis vrbibus: & fere in orbem vniuerſum colonias ex Aegypto deduxiſſe.

V. Ex Hiſpanienſium Phœnicum, id eſt, reditu Tyriorum ab Hiſpania in Tyrum originem ſuam repetentium.

1 *Bæticorum ingenium & natura. Hiſpalenſium nauigatio. Vulgares quarundam urbium appellationes reſpondentes antiquis.*
2 *Gaditanorum genus ex Phœnicibus. Illos repetiiſſe ſuam originem.*
3 *Nabuchodonoſor Tyrum obſidens. Illius expeditio in Hiſpaniam, a quibus affirmetur.*
4 *Megaſthenis teſtimonium quam graue. Quatuor contra illum argumenta refutata. Nabuchodonoſor quamdiu in Hiſpania. Hebraica quorundam locorum appellationes in Hiſpania.*
5 *Tyrus filia Tharſis, & Tharſis filia Tyri. Itali & Macedones aduerſus Tyrum. Illuſtratus Iſaias.*
6 *Hiſpania commota ex euerſione Tyri. Plures olim inſulæ circa fretum. Illuſtratus Ezechiel.*

1

Bæticorū ingenia, & natura. NEque verò Tarſenſes Bætici, Gaditani præſertim, tantum, excipiebant aduenientes ex longa Oceani Mediterraneive nauigatione hoſpites; excurrebant etiam ipſi, & ſulcabant maria; gēs nimirum acri natura, minimè deſes; opum tam contemptrix quàm lucratrix, iucundiſſimo, & ſuauiſſimo ad pacem ingenio; ardenti & concitato ad bellum; ad bonas litteras, & eloquentiam, tum verò & ad ſeueriores prompto, exquiſito, acuto (hoc quorundam exterorum ineptiſſima inuidia ſuſpicioſum & callidum vocat) ad magnas res nato; (hoc ſordida aliorum ſocordia ſuperbiam & tumorem.) Eleganter Strabo lib. 3. vbi de Hiſpania, Gaditanorum naturam ad diſcurrendum, & cum alijs prouincijs commercij cauſa negotiandum deſcribit: Gaditani ſunt, qui plurimis maximiſque nauibus in noſtrum exterumque mare proficiſcuntur, cum neque magnam habitent inſulā, neque multum agri in oppoſita continente poſſideant, neque aliarum diuites inſularum ſunt, ſed

Gaditani.

pleri-

pleriqué mare incolant, pauci domi deſideãt, aut Romæ verſentur. Atque huc quoque referendus noſtras Bæticus Silius, qui dum lib. 3. & Bæticam gentem, & antiquiſſimarum Bæticæ vrbium gloriam percenſet, Hiſpalenſes Bæticos tum a diuitijs, & belli laude, tum a nauigandi peritia, & fęlicitate celebrat.

Silius de Hiſpalenſibus & alijs Bæticis.

Vulgares nunc appellationes.
1. Seuilla.
2. Lebrixa.
3. Coni. ſeu
4. Cadiz.
5. Ronda.
6. Cordoua.

1 *Et celebre Oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal;*
2. *Ac Nebriſſa Dionyſeis conſcia Thyrſis,*
3 *Arganthoniacos armat Carteia nepotes.*
Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui,
Terdenos decies emenſus belliger annos;
4 *Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phębo,*
5 *Et Munda Emathios Italis paritura labores.*
6 *Nec decus auriferæ ceſſauit Corduba terræ.*

Et Dionyſius Alexãdrinus 2. 82. *Prope columnas magnanimorum gens Iberorum.* Vbi obſeruandum quidem non tam fuiſſe Hiſpalenſes Mediterraneo celebres, quàm Oceano, quod Strabo quoque appellat *mare exterum* a Gaditanis frequẽtatum, maximis atque longiſſimis nauibus. Quò autem per Oceanum, niſi vel ad indos Mexicanos, & Peruanos ignotiſſimos, longiſſimè diſſitos; vel ad Indiã Orientalem, & ſinum Arabicum, portus tunc temporis notiſſimos, atque Hiſpanis familiariſſimos? vt nuper ex Plinio adducebamus, ſcribente lib. 2. cap. 27. a *Gadibus ambitu Mauritaniæ nauigari vſque ad Arabicum ſinum, in quo agnita fuiſſe nauium ſigna ex Hiſpanienſibus naufragijs, & Hannonem a Gadibus circumuectum ad finem Arabiæ, atque eam nauigationem ſcripto tradidiſſe.*

Hiſpalẽſes Oceano celebres.
Strabo.
Plinius.

2
Sed vt de alijs Tyriorum colonijs agnoſcentibus ſuam originem, nunc non dicamus, quod rei præſentis eſt, id eſt, Gades Tarteſſiacos, atque Hiſpalenſes Bæticos aliquando Tyrũ repetijſſe, ſuppetias aduerſus hoſtem laturos, breuiter exponamus, atque etiam ſacro Ezechielis oraculo confirmemus; illud primò conſtituendum, quod nuper dicebamus, Gadium originem a Tyrijs ſeu Phęnicibus duci ex Strabone lib. 3. ad finem. Attigit Plinius lib. 4. c. 22. & lib. 5. c. 19. Diodorus lib. 6. cap. 7. Mela lib. 3. c. 6. Solinus c. 26. Q. Curtius lib. 4. Arrian. lib. 2. Dionyſ. Alexandrinus a verſu 450. ex verſione Stephani.

Bæticos & Gaditanos auxilio iuiſſe Tyrijs.
Dionyſ.

Nempe in medio occiduarum columnarum
Extremæ Gades apparent hominibus,
Inſula in circumflua in finibus Oceani:
Ibi Phęnicum hominum gens inhabitant,
Venerantes magni Iouis filium Herculem.
Atq. hanc quidem incolæ, ætate priſcorũ hominũ
Dictam Continuſam, vocarunt Gades.

Et Poetæ alij qui propterea *Tyrias* vocant Gades. Lucan. lib. 7. Silius lib. 16. ex hoc firmo vt exiſtimo fundamento, facilè colligi poteſt, magnam fuiſſe Tyrijs cum Gaditanis familiaritatem & frequentiſſimum commercium, tum ſanguinis, tum rerum aliarum communione intercedente, non ſolum a prima ſui origine, ſed multo frequentius tempore currẽte; cum & nauigationes faciliùs fierent, & frequentiores per Mediterraneum, multis vrbibus ad littora Europæ & Africæ iã tunc temporis ædificatis.

Gades Tyriæ.
Lucanus.
Sylius.

3
Illud item firmum eſt, Nabuchodonoſorem, Tyrum orbem maximam, & opulentiſſimam quadriennali obſidione (ſecundum Megaſthenem, apud Ioſephum tredecennali) vexatam, tandem captam euertiſſe. Iſai. 23. 13. Ezechiel. 26. vbi expoſitores Ioſeph. lib. 10. Antiqu. c. 13. Ex Megaſthene, & Philoſtrato, & lib. 1. contra Appion. ex Beroſo, Clem. Alexand. 1. Stromat.

Nabuchodonoſor Tyri obſidẽs.

A

Iam in duobus alijs controuerſia eſt non leuis. Prima an Phęnices & Tyrij, qui in Hiſpania eſsẽt, Tyro laboranti litteris ſupplicibus Tyriorum admoniti, ſuppetias laturi ad Tyrios ex Hiſpania, & ex oris Bæticis aliquando nauigarint. Secunda. An ea re excandeſcens Nabuchodonoſor, poſt euerſam Tyrum ad euertendos deinde Hiſpanienſes Phęnices, qui in Hiſpania, ſiue alia quidem cauſa permotus, in Hiſpaniam exercitum duxerit.

Duplex dubitatio.

Vtrumque quidem fabuloſum, ac leuiter excogitatum exiſtimat Bernardus Aldrete li. 3. cap. 4. Sed vtrumq; affirmatiuè traditur ab optimę notæ ſcriptoribus rerum Hiſpanicarum, ex quibus Florianus, Garibai, & noſter Mariana libẽter mutuati ſunt: quibus rationibus vtrique rem agant ſuam indicabo, atque nos etiam vtrorumque conatus promouebimus, conſtabit inde, cujuſnam partis ſint irriti.

B

De Nabuchodonoſoris i Hiſpaniam expeditione varia ſententia.

Ergo qui vtrumque aſſerunt, rem exiſtimãt incredibilem, Tyrios obſeſſos, atque grauiſſimè periclitantes, extruſis legatis non poſtulaſſe ab ijs opem, quorum ſanguine & neceſſitudine coniũctiſſimorum terra marique potentia, & vis eſſet maxima, animi virtus opeſque maximæ, atque notiſſimæ; Res in afflictiſſimis obſidionibus vſitatiſſima atque Tyrijs facilis & prona; ex quibus in vniuerſum pene orbem in Africæ potiſſimum, & Hiſpaniæ littora nobiles deductæ coloniæ fuiſſent. Rem ergo hac ratione actam, & a Floriano potiſſimum deſcriptam noſter his Mariana verbis exponit lib. Hiſt. 1. cap. 7. Pleriqué Phęnices ex Inſula (Gaditana) profecti Tyrum, auxilium aduerſus Nabuchodonoſorem Babylonium: qui Ieroſolyma & Sedechia rege captis, atque cum vniuerſa Iudæorum multitudine in ſeruitutem abacto, Tyrios deinde impugnandos ſumpſerat, mari terraque nobiliſſimum orientis emporium. Illi quanto in periculo res eſſent, Carthaginem in Africa, in Hiſpania Gaditanos extruſis legatis monuerũt, maturè opem communi patriæ tuliſſent, vnde orti erant, & cuius induſtria atque commercio tantas diuitias paraſſent, inſtare exitium, celeritate opus eſſe propter locorum longitudinem, rerum anguſtiam.

Partis affirmantis probationes.

C

Mariana.

Nabuchodonoſoris de Ieroſolyma, & Sedechia victoria.

D

Hac denunciatione quid Carthaginenſes fecerint, clam eſt. Gaditani certè ea permoti delectu ſuorum habito, & Hiſpanorum auxilijs aduocatis inſtructa numeroſa claſſe, ſecundiſque a puppi ventis, paucis diebus in Tyri conſpectum delati, per mediam hoſtium claſſem ad obſeſſos penetrarunt. Eorum aduentu ciuibus cum ſpe defenſionis ſtudium etiam propugnandi acceſſit tantum, vt integris fermè quatuor annis obſidionem tolerarent, enixè tum Tyrijs tum Hiſpanis pro extrema ſpe dimicantibus. Sic patientia, atque virtute obſeſſorum fractis Babylonij animis ab obſidione diſceſſerunt. Commodum etiam ex Africa nuntiabatur, magnas in Ægypto copias aduerſus Nabuchodonoſorem cõſcribi: quos is conatus, priuſquam mora conualeſcerent, reprimendos iudicabat. Pugnatum inter vtroſque: initio varia belli fortuna. Ægyptus tandem & Africa victori armis domitæ ceſſerunt. Inde in Hiſpaniam tranſmiſit ſpe ditiſſimæ prouinciæ copias occupandi, ſimul ſtudio ardens vindicandi miſſa Tyrum auxilia: In extrema Hiſpania ad Pyrenęi radices expoſito milite reliquam Hiſpaniam Gades vſque peruagatur victorijs eſt. Hactenus Mariana.

Hiſpani Tyrum propugnantes.

E

Nabuchodonoſoris excurſio in Hiſpaniã.

Cæterum huius in Hiſpaniam Nabuchodonoſoris

ſoris expeditionis auctores antiquiores producendi. In quibus Megaſthenes, & Ioſephos lib. 10. Antiquitatum c. 11. *Megaſthenes* (inquit) *oſtendere conatur, quòd hic rex* (Nabuchodonoſor iunior eius filius, qui Sedechiam captiuum ceperat, & excęcarat.) *virtute & rerum geſtarum magnitudine Herculem a tergo reliquerit: ſubiugaſſe enim eum & vrbem Africæ primariam & Hiſpaniam: ſed & Diocles in ſecundo rerum Perſicarum libro eius regis mentionem facit, & Philoſtratus tam in Phœnicum, quàm in Indorum hiſtorijs, quòd hic rex per tredecim annos Tyrum obſederit regnante in ea vrbe* Ithobale.

Strabo.

Eundem Megaſthenem addunt quoque idem Ioſephus 1. contra Appionem, & Strabo libro 15. Hæc ex Eratoſthene referente: *Seſoſtrim Aegyptiũ & Tearconem Aethiopem vſque in Europam proceſſiſſe. Nabuchodonoſorem autem, qui magis a Kaldæis probatur, magis etiam quàm Herculem, vſque ad columnas perueniſſe, quouſque etiam Tearconem: illum tamen exercitum ex* Hiſpania *in Thraciam Pontumque duxiſſe.*

4 Megaſthenis teſtimoniũ quanti ſ fidei.

Primæ obiectionis reſponſio.

Strabo de Scriptoris rerũ Indicarum.

Sed hoc tamen Megaſthenis teſtimonium eleuare conatur Bernardus Aldrete. Primò. Quoniam Megaſthenes in hiſtoria rerum Indicarum multa fabulatur, vel ipſius Strabonis teſtimonio, lib. 1. & 15.

Sed ſanè Strabo cum Megaſtheni, cum alijs ſcriptoribus fidem cenſet derogandam in rebus Indicis, in quibus, vt pote longinquioribus, & ignotioribus mentiri fuit facile: non in cæteris. *Sanè* (inquit Strabo lib. 1.) *quicunque de India ſcripſerunt pleraque mentiti ſunt*, quòd ſi de vniuerſa Megaſthenis hiſtoria loquitur Strabo, Herculis etiam, & Bacchi aut Dionyſij in Hiſpaniam aduentum, & res geſtas vt fabuloſas credat neceſſe eſt; nam ait li. 25. *Herculis & Bacchi res geſtas Megaſthenes cum paucis quibuſdam credit*. Sed hæc tamen certiſſima habentur, atque firmiſſimis argumentis conſignata.

Secũdæ obiectionis reſponſio.

Secundò, Aldrete obijcit, quod Ioſephus, *Hæc* (inquit) *Megaſthenes oſtendere conatur*: vt indicet conatum quidem, ſed tantum minimè conſecutum narrationis fidem. Subtilis proculdubio, & delicata obiectio, ſed eo ipſo nomine mollis, & infirma: nam potius conatum minimè irritũ, vim, & firmam eius rei perſuaſionem indicat.

Beroſus. Tertull. Euſebius.

Tertiò: quoniam Beroſus, quem de Nabuchodonoſore ſcribentem adducit Ioſephus. 1. contra Appionem, Hiſpaniæ nunquã meminit, non item Tertullian. lib. 1. contra Iudæos, aſſignans Nabuchodonoſoris imperij *terminos ab India vſque ad Aethiopiam*. Sed neque Euſebius lib. 9. de Præpar. c. vltimo, aut Clemens lib. 1. Stromat. licèt ille Megaſthenis, hic Beroſi pro Nabuchodonoſore meminerit. Res item eadem ignota Suidæ in Nabuchodonoſore, & Hebræis in Chronologia Magna quamuis multa alia de Nabuchodonoſore tradũt.

Clemens.

Tertiæ obiectionis reſponſio.

Reſponſio facilis, argumentum ab auctoritate, quod vocant, negatiua vim non magnam aduerſus renitentem habet. Celebriora, & maiora illi ſcribebant facinora Nabuchodonoſoris. Expeditio in Hiſpaniam nulla clariſſima victoria meruit famam, neque Scriptorum præconia. Nullum ex Græcis Scriptoribus præter Strabonẽ, Nabuchodonoſoris meminiſſe, autumat Caſaubonus, neq; præterea Nabuchodonoſorem nemo negare auſit. *Cum ſe prouinciales* (Bæticos intelligit Mariana, vbi de Nabuchodonoſore) *ad reſiſtendum compararent, neque Babylonius vellet ſuperiores victorias aduerſo aliquo caſu corrumpere, ſatis diuitiarum congeſtum eſſe, ſatis ad nominis gloriam profeciſſe, orbis finibus imperio terminato, conſideranti optimum*

Caſaubon⁹

A *viſum eſt numeroſa comparata claſſe ſoluere ex Hiſpania, vti fecit ab Vrbe condita anno 171.* Non igitur diu commoratus in Hiſpania, nullam Hiſpanienſis dominatus reliquit Scriptoribus memoriam.

Nabuchodonoſoris ex Hiſpania inglorius diſceſſus.

Quanquam cum Euſebius in hunc modum loquitur: *Alphæus etiam de Aſſyrijs, & Nabuchodonoſore hoc modo ſcribit; Megaſthenes inquit, vir priſcus Nabuchodonoſorem Hercule robuſtiorem dicit fuiſſe, vniuerſamque Libyam cæteramque Aſiam vſq; ad Armenios domuiſſe*. certè videtur reſpexiſſe ad Hiſpaniam. Herculem enim ſuæ columnæ in Hiſpania celebrant. quare ex hac parte Europam tentauit, & alias plurimas Africæ, & Aſiæ regiones occupauit.

Quarti argumenti ſolutio.

B Quartum quod Bernardum noſtrum ab hoc Nabuchodonoſoris in Hiſpaniam aduentu deterret, quòd inde occaſione ſumpta adducti quidam audaciores Scriptores aſſerant, Nabuchodonoſorem multos Iudæos in Hiſpanienſem expeditionem traxiſſe, atque ex Hebræis multa Hebraica nomine cum in Bætica, tum in Carpetania locis adhæſiſſe, atque inter cætera Toletum ex *Tholedoth* Hebræo, quod generationes ſignificat, & *Iepem* à *Ioppe* vrbe, & portu Palæſtino. Sed res hæc quæ de nominibus nullam habet neceſſariã connexionem cum Nabuchodonoſoris expeditione in Hiſpaniam: licèt enim venerit ſanè, ſed non inde fit, ſecum Iudæos in expeditionem traxiſſe. Traxerit, ſed non continuò ſequitur, Hebræos in

Toletum quid ſignificet. תולדות Ioppe. יפו

C Hiſpania remanſiſſe, & nouos habitatores noua de ſuis impoſuiſſe rebus, & oppidis nomina. Impoſita fuerint Hebræa nomina: at nõ ideo ab Hebræis: nam Sidonij, & Phęnices, atque Hebræi, & in vniuerſum Aſſyrij omnes potius dialectis, quã linguis differre videntur, vt eleganter Auguſtinus dixit Tract. 15. c. 4. in Ioan. *Cognatæ ſunt linguæ iſtæ & vicinæ Hebraica, Punica & Syra*. idem quo Auguſtinus lib. 2. in Petilian. cap. 104. Hieronymus in cap. 25. Ierem. & cap. 7. in Iſai. in prolog. Reg. & Iob. Ambroſius in id 1. ad Corinth. 14. 19 Quinque verba. Ergo potuerunt Phęnices nonnulla vrbibus imponere, quæ ad primæuam Hebræam, tanquam ad radicem referri poſſint. Ergo firmus eſto Nabuchodonoſoris in Hiſpaniam ad-

An ab Hebræis Hebraicæ Hiſpaniæ locorum appellatione.

Dialecti linguæ Hebraicæ.

Auguſt. Hieronym.

Hebræi, & Syri lingua affines.

D uentus.

Sed vt ad id, quod initio propoſitum eſt, contendamus, id eſt, ad Ezechielis teſtimonium, certè ex dictis colligendum eſt, tantam inter Tyrios, & Tharſenſes Bæticos neceſſitudinis, & cognationis communionem & familiaritatem interceſſiſſe, vt ſicut Gadirani, & Tarteſſiaci potuerunt dici filij Tyri; ita & Tyrus dici potuerit filia Tharſis; tum quia Tyrus dedita erat cultui, commercio, nauigationi Tarteſſi, & maxima diuitiarum, & mercium Tyriarum pars ex Tarteſſo petebatur; tum quia ipſi Tyrij Gaditani frequentibus in Tyrum nauigationibus ſuam repetentes originem, Tyrum ornabant, locupletabant, &, cum opus erat, ab hoſte

5

Quomodo Tyrus filia Tharſis.

E inuadente, propugnabant. Denique, quia vel propter diuitias reportatas ex Tarteſſo, vel propter Tarteſſiorum frequentes Tyrum nauigationes, Tyrum confluebant, tanquam in nobiliſſimum totius Orientis emporium, nationes vniuerſæ. Quæ ſanè omnia non obſcurè indicantur Iſai. 23. 1. *Onus Tyri. Vlulate naues maris*. (Hebr. *Tharſis*. Vatablus. *Mediterranei*. Tremell. *Oceani*. Ille melius, qui ex Tarteſſo ad Tyrum per Mediterraneũ, non per Oceanum:) *quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant*. vides commercium frequentium nauigationum communium Tyro, & Tarteſſiacis, & ſenſus fere idem; ſi cum Pagnino & Re-

Tremellij erratum.

gia

gia legas, *domus introitus, in quam intrare conſueue rant.* intrant enim naues in portum, tanquam in domum; niſi propriè ex Hebræo, *quia vaſtata eſt a domo,* id eſt, a domeſticis & vernaculis, tum etiam ab aduenis; quia vt Iuſtinus lib. 18. narrat,

Iuſtinus.

Serui omnem liberum populũ interfecerunt: deinde ab Alexandro ipſi quoque expugnati crucibus affixi ſunt.) de *terra Cethim* (Macedonum, aut Italiæ aut Cypri) *reuelatum eſt* (aut accepto nuntio aut accepta rebellione. nam Citthæos aliquando rebellaſſe aduerſus Tyrum, auctor eſt Ioſephus ex Menandro lib. 9. Antiquitatum. Tum etiam Macedo Alexander Tyrum expugnat) Facetè (præ metu tantæ cladis) habitatores inſulæ) nam Tyrus inſula ab Alexandro continens facta niſi fortè intelligat de

Ioſephus.

B

inſula Erythria Gaditani freti, quæ & ipſa Tarteſſus, & colonia Tyriorum erat) *Tranſite maria* (Hebr. *Tharſis*: inuitat Tyrios vt vel opem a Tarteſſiacis implorent, vel eò perfugiant, quippe ad contribules ſuos, &c. & plura in hanc rem ibi quam totam claudit Propheta verſ. 17. *Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces ſuas: rurſum fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ,* quòd eò deperirent mercatores & præcipuè Tarteſſiaci.

Macedones & Itali aduerſus Tyrum.

6

Hiſpania ex euerſione Tyri cõmota.

Sed cum Ezechiel. 26. 15. dicitur Tyro; *a ſonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum commouebuntur Inſulæ:* quis non videt, inſulas intelliga maris Mediterranei, tum etiam Italiam, & Hiſpaniã, atque illas præcipuas Inſulas Tarteſſi, quibuſcum ſumma neceſſitudo & familiaritas Tyro erat? nã quod non nemo *Inſulas* interpretatur *regiones alias maritimas,* friget. nam de certis regionibus ſi ſermo fit, vt re ipſa eſt, ſermo erit ardẽtior, & concitatior. loqui verò prophetam de illis inſulis cum quibus Tyro erat commercium, exponitur c. 27. 3. Dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad inſulas multas. Quorũ mercatores ſtatim nominat, & inter alios de Inſulis Elyſa, verſ. 7. quos iam diximus pertinere ad Gaditanas oras, & campos Elyſios, atque reliquas inſulas opulentia & fertilitate celebres, nec non, & numero plurimas, quas Strabo lib. 3. ad finem intra & extra columnas Herculis ante Hiſpaniam collocat. Tum præterea verſic. 12. *Carthaginenſes* (Hebr. Tharſis) *negotiatores tui a multitudine cunctarum diuitiarum argento, ferro, ſtanno plumboque repleuerunt nundinas tuas.* Vbi Hieronymus vocem originalem *Tharſis*, dicit ab alijs interpretibus retineri. *Quam coloniam eſſe Tyriorum nulli dubium eſt,*) *ipſi de occidentis partibus argento, ferro, ſtanno, & plumbo Tyri nundinas repleuerunt.* Vbi procul dubio reſpicit ad Hiſpaniam, ſed quia Hiſpani oriundi a Phœnicibus, negotiabantur etiam cum Carthaginẽſibus eiuſdem originis, qui ad Tyrum deferebant Hiſpanienſe argentum, ferrum, ſtannum: quare perinde fuit dicere, Carthaginenſes ex diuitijs Tarteſſi, vel ipſos Tarteſſiacos communicantes cum Carthaginenſibus, Tyri nundinas omnis generis diuitijs locupletaſſe. Quod verò additur verſ. 9. *Omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populis negotiationis tuæ.* Legerunt in rem noſtram Septuaginta. *Omnes naues maris, & remiges earum, facti ſunt tibi in Occidentem Occidentis.* id eſt, Hieronymo, & Theodoreto interpretantibus, *qui extremas partes Occidentalis regionis incolũt cum multis nauibus venire ſolitos ad Tyrias nundinas,* vt *Occidens Occidentis,* ſit extremus Occidens, & finis terræ. aut, vt Hieronymus vult, duplicatio illa, *Occidens Occidentis,* ſignificet *multitudinem partium Occidentalium.*

C

Plurimæ Inſulæ olim circa fretũ.

D

Hieronym.

Hiſpaniæ metalla delata ad Tyrum.

Carthaginenſes, & Tarteſſiaci

E

Hieronym.

Geminatio vocis, Occidens Occidẽtis, quid.

Qui autem ſunt extremi Occidentales, ijdemque ipſi diuitiarum magnitudine, & commercio-

A

rum celebritate, & frequentia celeberrimi, quàm extrema Bætica, & Hiſpalenſis Tarteſſus? Proculdubio non videt qui hæc non videt. Sed an in eo Ezechielis loco ſub nomine Thubal iterum Hiſpani ſignificentur, inferius diſputabimus.

Bætica.

VI. Ex Hiſpania, Bæticæ præſertim Tarteſſiaca, opulentia & beata rerum omnium vbertate, & copia.

1 *Recentiorum atque antiquorum de Bæticæ opulentia teſtimonia. Quorundam locorum vulgares appellationes.*

B

2 *Hiſpania, Bæticæ potiſſimum, fertilitas rerum omnium.*

3 *Hiſpania fructuum & metallorum ferax. Aeraria officina.*

4 *Græcorum in Hiſpaniam aduentus. Campi Elyſij. Quæ præſepia argentea. Bæticæ Principes cur longæui.*

5 *Præſepia argentea in Hiſpania, laquearia, menſæ argenteus mons. Oropeſda. Tartarus.*

6 *Amplius de Hiſpaniæ diuitijs: Ancoræ argenteæ. Phœnicum in Hiſpaniam colonia. Archimedis ingenium. Carthaginenſes bella gerentes ex diuitijs Hiſpaniæ.*

7 *Alia de Hiſpaniæ diuitijs teſtimonia. Hiſpanorum doctrina ante inuenta metalla. Romanorum conuentus, quatuor in Hiſpania. Aes Marianum, ſimile Corinthio.*

C

8 *Fluuij auriferi. Theſauri Sichæi, & vectigalia Romana ex Hiſpania. Ibylla eadem quæ Hiſpalis.*

9 *Templi Gaditani opulentia. Columnis Herculis cultus. Inſula Atlantica. Melaca.*

VEre & eleganter Delrius noſter, Qui veteris Hiſpaniæ theſauros auri & argẽti neſcit, peregrinus eſt in litteris. Addidetim quinegat, qui fidem grauiſſimis, atque veriſſimis teſtimonijs non præbet, improbus eſt moribus, inuidus ingenio. Verè item & animosè, quamuis non domeſticus, Becanus; Bæticam olim Phœnicibus, & Carthaginenſibus plus emolumenti attuliſſe, quàm totus nouus in Oceano Atlantico orbis hactenus præſtiterit Hiſpanis. Neque verò valde exceſſiſſet modum ſi cũ dixit Hactenus, dixiſſet per multos deinceps annos allaturam fore.

1

Delrius ad ſinũ Herculis furẽtes.

D

Becanus.

Sed ne tantum recentium hominum inuidiæ recentia teſtimonia opponere videamur; antiquæ fidei teſtes clariſſimi producendi. Ac primum quidem carptim ex libro Strabonis tertio qui totus ferè de Hiſpania eſt, quædam delibabimus, quę Hiſpaniæ fœlicitatem & opulentiam oſtendant. *Verſus meridiem* (inquit) *ſita fœlix fere omnis eſt regio præſertim quæ extra columnas iacet.* An hæc alia quã Bętica Gaditana & Hiſpalenſis? Paulo inferius idẽ Strabo Bæticam cum Toletana prouincia comparat: *Supra Anam habitant etiam Carpetani, Oretani, & Vetones frequentes. Hæc regio mediocriter eſt fęlix quæ verò deinceps ad Ortum & Meridiem inſequitur, ea cum quacũque terræ habitatæ conferatur parte, nullam habet cui terræ mariſq; bonorum præſtantia poſtponi debeat. Hæc eſt, quam Bætis perfluit. Regionem a fluuio Bæticam nominant, ab incolis Turdetaniam, incolas; Turdetanos, & Turdulos: & hi omnium Hiſpanorum doctiſſimi iudicantur.* Ac poſtquam de Bæticæ vrbibus numero ducentis & Gadibus, Hiſpali,

Strabo.

E

Bætica fœlix.

Cõparatio Turdetaniæ cũ Carpetania.

Cordu-

A

Corduba, dixit, nec non de nauigationibus, per Bætim, Cordubam vſque; ad metalla deſcendit: *Dorſa quadam montium a ſe vbique æqualiter diſtantia, & Boream verſus modò magis, modò minus cohærentia iuxta fluuium protenduntur plena metallorum, Plurimum argenti & iuxta Ilipam*, (quidam dicunt eſſe noſtram *Pennaflor*, inter Curdubam, & Hiſpalim) *& Siſaponem tam veterem, quàm nouum*. (non conſtat quodnam oppidum, monsve. An *Xerez dela frontera*, an *Chillo*, an Eſtepa.) *Apud Cotinas, quas vocant* (circa Bætim, quis locus, monſve nominetur iam nunc ignoratur.) *æs aurumque naſcitur; ij montes ſurſum nauigantibus ad ſiniſtram ſunt. Ad dexteram autem planicies magna, excelſa fertilis, magnis conſita arboribus, & paſcuis apta. Superiacent autem montes quoque ſecturas habentes metallicas, quæ ad Tagum pertingunt. Ipſa autem Turdetania mirum in modum opulenta, & cum omnis generis rerum ſit feraciſſima, commoda hæc eius exportatione verum duplicantur: nam ob multitudinem mercatorum nauigantium facilè quod abundat fructuum, diuenditur: nauigationibus autem non flumina modò inſeruiunt, ſed & æſtus effuſionũ omnium ſimiles per quas eodem modo nauigatur a mari, non exiguis tantum, ſed magnis quoque ad vrbes mediterraneas.*

Ilipa hodie Pennaflor.

Siſapo ignoratur quis locus.

Cotinæ.

5

Bæticæ fertilitas.

Sed de Bæticę mirabili fertilitate iterum: *Exportatur è Turditania multum frumenti ac vini, oleumque non multum modò, ſed & optimum, præterea cera, mel, pix, & cocci multus, & minium ſinapica terra non deterius. Naues conficiunt ex indigena materia: habentque & ſales foſſiles & fluuiorum ſalſorum fluxus non paucos: tum ſalſamenta copioſa non inde modò habentur, ſed & ex reliqua extra Columnas ora, nihil cedentia bonitatę Ponticis: quondam etiam multum veſtium aduehebatur: nunc lana Coraxorum lana præſtantiores, longeque pulcherrimæ.* (*quippe talento aries emitur, qui oues ineat*:) *tum ſummè tenuia texta, quæ Saltiata faciunt. Eſt ingens ibi pecoris copia, & venandi materies. Abundantiam verò eorum, quæ ex Turditania exportantur, nauium magnitudo, & multitudo indicat: maximæ enim onerariæ naues*, quis non videat has eſſe naues Tharſis?) *inde ad Dicæarchiam, & oſtia, quod eſt Romæ nauale, aduehuntur: itaque multiplicatæ ſunt, vt numero iam Africis fere æquentur. Cum hic ſit ſtatus mediterranearum Turditaniæ; ora eius maritima opibus maritimis, cum ea quaſi certare vidétur, & eat.*

C

Littora Bæticæ piſcib. abundant.

Quid porro piſcium ſiue edulium, ſiue monſtrorum marinorum multitudine, magnitudine, raritate, & commoditate alia ad humanos vſus mirabilium, ad Turditaniæ littora appellentium, non ibi enumerat Strabo? oſtrea, conchas, origes, balenas, phyſeteres, congruos, murænas, ceryces, buccinas, purpuras, polypos, qui appendant talentum; murænas verò, & congros qui appendant XX C. minas: bicubitales theutidas, thynnos plurimos.

D

Iuſtinus.

Denique eandem rerum omnium vbertatem mirabilem teſtantur Iuſtinus lib. 44. qui dum de Hiſpania illam a Bætica potiſſimum commendat, cum ait; In alia parte Hiſpaniæ, & quæ ex inſulis conſtat (Bæticam, & Gaditanas inſulas intelligit) regnum penes Geryonem fuit. In hac pabuli tanta lętitia eſt, vt niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, vt Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint. Et in vniuerſum inquit: In omnia frugum genera fœcunda eſt adeo vt non ipſis tantum incolis, verum etiam Italiæ vbique Romanæ cunctarum rerum abundantiam ſufficiat. Plinius quoque libro 17. cap. 10. Bæticæ

Inſularum nomine appellata Bætica.

Hiſpania neceſſariis reſufficiēs

E

A

fertilitatem cum fertiliſſimis comparat: Cum centeſimo quidem (inquit) & Leontini Siciliæ campi fundunt, alijque, & tota Bætica, & imprimis Ægyptus. Laudat præterea Hiſpaniam a generoſis vinis, idem Plinius lib. 14. cap. 6. a cocco laudatiſſimo lib. 9. cap. 41. Sicut & Strabo ſuperius a purpuriſſo lib. 35. cap. 6. a lino, lib. 19. cap. 1. a ſale lib. 31. cap. 7. ab ipſa terra, ex quibus optimi lateres, ſed parietes fornacei, firmiſſimi, atque fortiſſimi inſtruuntur, quod potiſſimum in Bætica Hiſpalenſi fieri, quippe ex terra ſucculenta, & pingui, & facilè coaleſcente, nouerunt vel ipſi vulgares commentarij: In Hiſpania (inquit Plinius) ex terra parietes, quos appellant fornaceos, quoniam in forma circumdatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur verius quàm inſtruuntur: æuis durant incorrupti: imbribus, ventis, omnique cęmento firmiores. ſpectat etiam nunc ſpeculis Annibalis Hiſpania, terrenaſque turres iugis montium impoſitas. A lana, libro 8. cap. 18. aurea proinde vellera in Hiſpania fieri ouibus. Martial. lib. 5. 28. lib. 12. 52. lib. 9. 62. Diodorus libro 5. cap. 2. Sed Plinij, & Diodori verba aurea: Plinius dum de ouibus: Hiſpania nigri velleris præcipuas habet: Polentia iuxta Alpes, cani; Aſia, rutili, quas Erythræas vocant; item Bætica. Diodorus: Fuiſſe in Heſperia tradunt fratres duos Heſperum, atq; Atlantem: hos habuiſſe oues decoras fere colore aureo ac rubicundo, a quo eas poetæ aurea mala dixere. Alij pecudum greges exquiſita pulchritudine Heſperides habuiſſe, quæ ob decorem a poetis aureæ dictæ ſint, quemadmodum & Venerem ob egregiam formam auream appellant. Nonnulli eas pecudes colore aureo ſimili fuiſſe volunt: eoque hoc appellatas nomine. Draconē verò extitiſſe paſtorum curam, qui vi corporis fortitudineque præſtantes cuſtoditis gregibus latrocinia prohiberent: Et deinceps de Heſperidibus, & Hercule Gaditano plura. Ab equis Plinius lib. 8. c. 42. Iuſtinus lib. 44. Strabo lib. 3. ſed horũ iam præcipua laus in Bætica. A minio Plinius lib. 33. c. 7. Strabo Iuſtinus, Mela.

Romæ.

Plinius.

Quibus abundet Hiſpania, & Bætica.

Strabo.

B

Parietes fornacei Hiſpalenſes.

Lana Hiſpanienſis.

Plinius.

Diodorus.

Aureũ pro pulchro.

Equi Hiſpaniæ, & Bæticæ.

Sed quid (inquis) hæc ad diuitias illas Tharſis, de quibus quærimus præſertim cum aliarũ rerum fertilitas & copia inops fere ſit & infęcunda auri, argenti & aliorum pretioſiſſimorum metallorum? Reſpondebit cumulatiſſimè huic obiectioni Strabo, atque mirabilem Bæticæ opulentiam cum incredibili rerum aliarum vbertate coniunctam demonſtrabit.

3

Hiſpania fertilis cũ aliarum rerum tũ metallorum.

Strabo.

Is ergo rem de Hiſpania in hanc ſententiā promouet: cum Turditaniæ tot bona ſuppeditent, non leuiter, ſed vel apprimè obſeruet, miretúrque aliquis, quòd ita feraх metallorum eſt. Etenim metallis quidem plena eſt tota Hiſpania; at non omnes regiones ita frugiferæ ſunt ac fœlices, minimumque eæ, quæ metallis abundant. Rarum (Spanion, ſpanicum Hiſpanicum, Hiſpaniæ proprium, propterea rarum, & aut nulli, aut raris præterea regionibus conueniens) nimirum eſt, cum metallorum habere, tum frugum copiam. rarum etiam (ſpanicum) in exigua regione opes omnis generis metallorum habere. At Turditania, eique continua regio, ita vtraque re abundat, vt nulla ſatis digna laudatio præſtantiæ earum inſtitui poſſit. Nondum enim adhuc compertum eſt vllibi terrarum, aurum, argentum, æs, aut ferrum tanta cum copia, tum bonitate inueniri: atque hic aurum non effoditur modo, ſed & flumina, & torrentes auro permixtam arenam voluunt. multis etiam in locis aquæ expertibus arena talis reperitur; verum ibi aurum non apparet; in locis autem irriguis ramenta

Spanion.

Spanicum, Græcè pro raro.

Aurum Hiſpan. foſſile & fluuiatile.

menta auri fulgent, quanquam & arenas nulla aqua madentes, illata aqua humectant; itaque ramenta auri, vt ſplendeant, efficiunt. quin & puteis actis, alijſque excogitatis artibus abluenda arena aurum excipiunt: pluraque nunc ſunt loca in quibus elauetur, quàm in quibus effodiatur aurũ. Aſſerunt quidem Galli ſua metalla eſſe præſtantiora in Commeno monte, & ſub ipſam Pyrenem; tamen & hic maior pars laudatur. Cæterum inter auri ramenta aiunt inuentas aliquando ſelibres glebas, quas ipſi palas nominant: exigua purgatione indigentes. Ferunt etiam lapidibus fiſſis inueniri

Electrum.

gebulas vberibus ſimiles. Porro auro cocto & purgato aluminoſa quadam terra electrum eſſe id, quod purgando eijcitur, quod cum habet argenti aurique mixturam, eo cocto argentum quidem cõburi, aurum autem permanere: nam forma eſt ſuſilis

Palea quã carbo facilior ad liquandum aurum.

& lapidea. Itaque etiam palea facilius liqueſcit aurum: quia flamma mollis cum ſit, proportionẽ habet temperatam, ad id, quod cedit, & facilè funditur; carbo autem multũ abſumit, nimis colliquãs ſua vehementia, & eleuans. In Erythris terra inde egeſta lauatur; Argentarij autem caminos faciunt ſublimes, ita vt ſuligo a glebis in altũ efferatur. Eſt

Ærariæ officinæ in Hiſpania.

enim grauis ea ac peſtilens. Ærariarũ officinarum quædam vocantur aurariæ, vnde conijciunt prius aurum inde fuiſſe effoſſum. Poſſidonius verò multitudinem metallorum laudans & præſtantiam, non abſtinet ſolita ſibi ſermonis exornatione, ſed nimijs amplificationibus, quaſi inſtinctu quodam poetico rapitur. Ait enim, ſe fidem huic ſabulæ nõ derogare, quòd nemoribus aliquando inflammatis, terra liquefacta cum eſſet, aureæ & argenteæ materiæ, in ſuperficiem ea metalla efferueſcendo eiecerit: itaque omnis mons, & omnis collis locupletiſſimæ cuiuſdam fortunæ dono ſit numiſmatis materia cumulatus; omninoque (ait) vidẽs aliquis iſta loca, dixerit, Theſauros eſſe perennis naturæ, aut principatus ærarium perpetui: non enim diues modò (inquit) terra illa eſt, ſed & infra ſe opes habet conditas. Et reuera apud iſtos homines infra terram non Ades, ſed Pluto habitat. Hæc ille oratione ſpecioſa, & quaſi ex metallis repetita, illa prolixè retulit. Diligentiam porro fodientium indicãs Phaleriæ dictum adducit qui de Atticis metallis dixerat, tanta aſſiduitate homines ibi fodere, ac ſi

Turditanorum induſtria in eruendis metallis.

ſperarent ſe ipſum Plutonem eruturos. Atque nũc Turditanorum ſimilem demonſtrat induſtriã laborandique ſtudium: qui profundos obliquoſque agant cuniculos & ſæpe in his occurrant fluminibus. Ægyptijs exhauriunt obliquis dolũ non eundem eſſe cum olim Atticis. Verũ apud hos metallica opera ſimile quidpiã habere ænigmatis illius; nam Athenienſes, quæ adepti fuerint, non percepiſſe; quæ autẽ habuiſſent, amiſiſſe. Turditanis verò illa admodũ proſunt. Nã æres opificibus eruũt æs, quod quadrans eſt glebæ effoſſæ & argenti Euboicum talẽtum triduo. Addit porro, ſtannũ, non, vt Hiſtorici diuulgarũt, in ſuperficie terræ inueni-

Metalla Luſitaniæ.

ri, ſed effodi; naſci apud Barbaros, qui ſupra Luſitaniã degunt, & in Caſſiteridibus (quaſi ſtãnarias diceres) Inſulis ex Britannicis quoq; Maſſiliã afferri. Apud Artabros autẽ qui Luſitaniæ, verſus Occaſum & Septemtrionẽ, vltima habent, effloreſcere ait terrã ſtãno aureo albo: eſt enim permixtum argento, hanc terrã fluuijs deferri, & a mulieribus ſacculis exhauriri, lauariq; in textis cratibus dum

Metalla apud nouã Carthaginem.

expurgata terra ſtannum purum fiat. Hæc ille de his metallis. Polybius autẽ mentionẽ argẽteorum metallorum faciens, quæ ſunt ad Carthaginẽ nouam; ea ait eſſe maxima, & ab vrbe ad viginti ſtadia diſſita circulo quadringẽtorum ſtadiorũ con-

A tenta: ibi quadraginta millia hominum in labore verſari, atq; in ſingulos dies populo Romano, tum temporis viginti quinque millia Drachmarum ab ijs tributa fuiſſe. Ad Caſtaonem] (Cacorlam vocat Morales; alijs, Villanueua de Alcaraz) *& alijs locis peculiare eſt metallum plumbi foſſilis cui admixtum eſt paululum argenti: ſed quod ab eo ſeparari non ſit operæpretium. Non procul a Caſtaone mons eſt, vnde Bætis dicitur profluere; quem montem argentum vocant, ab argenti in eo metalla.* Ac plura deinceps in rem eandem. Tum illud potiſſimum, Tartarũ conſtitutum ab Homero ad Tarteſſi oram, & Plutonem diuitiarum Deum addixiſſe Tartaro, id eſt, ad extremam Occidentis oram.

Caſtao hodie Cacorla. Morales.

Tartarus vbi & Pluto.

Incidit Oceano lampas clariſſima ſolis,
B *Frugifera noctem tellurique ingerit atriam.*

Etenim Herculis, & Phœnicum expeditio huc progreſſa, ſignificauit Homero opes et ſocordiã hominum: ita enim in poteſtatẽ Phœnicum venerunt, vt pleræq; Turditaniæ vrbes & viciniæ ab ijs nunc habitentur. Vlyſſis quoq; expeditio huc vſque progreſſa, & aliorũ, qui è bello Troiano cũ euaſiſſent non minus Troiæ victores quã victos infeſtarunt. Proinde Homerus cum ſciret huiuſmodi expeditiones vltima Hiſpaniæ attigiſſe, & eorum locorum opulentiam atque alia bona Phœnicibus indicantibus cognouiſſet, ibi Piorum ſedes, & campum Elyſium finxit, vbi Proteus Menelaum inculturum ait.

4 Græcorũ aduẽtus in Bæticam.

Cãpi Elyſij.

Sed te, qua terræ poſtremus terminus extat,
Elyſium in campum cæleſtia numina ducent,
C *Quem Rhadamantus habet: qua vita facillima multo.*
Ducitur: haud operit campos niue Iuppiter iſtos;
Hybernum tẽpus neque multum prorogat anno.
Nulli imbres: ſpirat ſemper grata aura Fauonij,
Miſſaque ab Oceano nimios demitigat æſtus.

Etenim propria eſt huius regionis bona aeris conſtitutio: Fauonij bonus flatus cum ſit Occidua terra illa, & tepida ad fines terræ.

Fauonius fauens Bæticæ.

Illud tandem ex Strabone: *Hiſpanicarum porro diuitiarum id quoque teſtimoniũ Scriptores perhibuerunt Carthaginenſes, qui Barca duce* (fuit hic Amilcar, cognomento Barcas, Annibalis pater) *expeditionem fecerunt Turditanos argenteis præſepibus, &*
D *dolijs vſos deprehendiſſe. Iudicare etiam aliquis poſſet ob multam fœlicitatem hos homines longæuos fuiſſe nominatos; maximè eorum Principes, indeque eſſe quod dixerit Anacreon.*

Barcas Annibalis pater.

Principes Bœticæ longæui.

Non cornu Amaltheæ mi,
Non poſco quinquaginta
Centumque regnare annos
Tarteſſius beatis.

Sed antequã alios huius immenſæ opulentiæ teſtes profero, duo aut tria in Strabone animaduerto. Primũ, quod de *præſepibus argenteis* narrat Strabo, ad examẽ vocat Caſaubonus, & quod pro *præſepijs*, ab alijs ex Græco legatur, *Phialas*, dãnat corruptæ lectionis cum Xylandro, quid enim tã magnum Phialis vti argenteis ditiſſimo illo ſæculo?
E cum hodie pauperiori hoc noſtro, multis neque è ſupremo fortunæ gradu, idẽ liceat? Ergo *præſepia* intelligit, ſed non quod ſonat, ſed laquearia domuum ex argẽto quod in magno luxu Principum aliquando auditum: cuius ſimile quod Polybius recenſet, in deſcriptione Regiæ Perſarum Ecbatanorum; Statius lib. 1. etiam *lequearia ex auro*, Lucanus liq. 8. de Palatio Cleopatræ, Plinius de Cameris Euſobis regis. Suſpicatur etiã Caſaubonus intelligi poſſe argenteas menſas. Illũ adi. Quidquid illud, ſummæ opulentiæ fuit & non pluris apud illos fuiſſe argentum, quàm apud nos ligna.

5 Quæ argẽti præſepia in Hiſpania. *Caſaubon.*

Laquearia argentea. *Polybius. Statius. Lucanus. Plinius.*

Secundum, illud quod Strabo ſcribit de argen-

Steſichor. *teo monte*, confirmari teſtimonio Steſichori, de Ge- A ryonis armento canente,

Nota ex adverſo fere inclytæ Erythræ,
Tarteſſi amnis ad fontes immenſos argenteis radicibus
In cavernæ ſaxis.

Fluuius argenteus ex monte argenteo. *Stephanus* *Strabo.* Fluminis autem Tarteſſi ex radicibus argenteis manantis qui fluuius vrbi Tarteſſo nomen dederit, meminit Stephanus: montem autem ex quo fluuius oriatur, Strabo cum Polybio conſtituunt iuxta Caſtaonem, & iuxta portum Bætis; vt ſuſpicari poſſimus eſſe quam dicimus, *Las Sierras de ſegura, cerca de Cacorla*. Quamuis idē Strabo poſtea Oropeſſa vbi. eodem lib. 3. affirmet Bætim ex Oroſpeda Portu per Oretaniam in Bæticam fluere: Oroſpedam autem Martinus Delrius vult eſſe, montes *Oropeſſæ*, *Delrius in Herculi furente*. B de quo valde dubito: licet certum exiſtimem eſſe partem aliquam Mariani montis.

Tartarus & Plutus. *Lambert. Hortenſius* Tertium quod de Pluto & Tartaro ſcribit Strabo, non ineleganter attigit Lambertus Hortenſius ad ſextum Æneidos; vbi de cāpis Elyſijs, nimirum in Hiſpanijs, in quorum ſubterraneis non inſetos, ſed ipſiſſimum Plutum habitare Philoſophi crediderunt. tanta in eo tractu metallorum fœcunditas eſt.

6 Diodorus de Hiſpaniæ diuitijs Sed attexendum, iam non abſimile Diodori teſtimonium lib. 6. cap. 9. cōfirmantis *plurimū idemque optimum argentum, quod apud Iberos effoditur*. nū plures ex montibus Pyrenæis ardentibus *argenti puri riuulos flammarū vi effluxiſſe; quod incolis ignotum*, Phœnices mercatores vili rerum permutatione emptum, in Græciam Aſiamque, ac nationes cęteras deferentes magnas ex eo commercio opes Ancoræ argenteæ. Phœnicum coloniæ. contraxerunt. [Adeo antem mercatores quæſtus excitauit cupiditas, vt cum onuſtis nauibus, ſuperaret argentum, amoto ab ancoris plūbo, argentum eius loco ſubderent. Hoc lucro Phœnices admodū opulenti facti, plures colonias, tū in Siciliam, propinquaſque inſulas, tum in Libyam Sardiniāque ac Iberiam deſtinarunt. Multis poſt ſeculis cognito argento, Iberi metallis quærendis operam dedere: magnamque optimi argēti copia reperta; ingens ex ea vectigal prodijt. Cum æs, aurum, argentumque ſint metalla præcipua: qui in reperiendo Priſca ratio excolēdi metalla. ære dant operam, quartam eius, quod effodiunt, D portionem capiunt: Eorum, qui in argento effodiendo occupantur, quidam tribus diebus Euboicum percipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta eſt, vt mirabilis ſit & eius patriæ natura, & operariorum continuus labor. Nā qui primum his metallis reperiendis incumbebant, magnas contrahebant diuitias. In promptu enim eſt Romani ditteſcētes ex Hiſpania. argentū, terra abundē illud præſtante. Poſtea cum Romani Iberiam ſubegiſſent, Italici, qui lucri cupiditate id ſibi opus ſumpſere, maximē ex eo ditati ſunt. Empiam enim ſeruorum copiam ad effodienda metalla deputant, qui varijs locis metallorum venas ſcrutati, ac alte lateque terra effoſſa, plurimum auri argentique eruunt, varijs multorū ſtadiorum cuniculis ſub terram actis. Multò facilior quæſtuoſiorque hæc cura, quàm metallorum, E quæ apud Atticos reperiuntur. Ibi enim multas effodiendo impenſas ſubeunt, ſæpius opinione fruſtrati: cum aut non inueniant, quod quærunt; aut inuētum ita parui ſit, vt ſuperetur a ſumptu. Apud Hiſpaniam, qui metallis incumbunt reperiendis, ampliora eſſe percipiunt. Bonitate quippe ſoli glebas ſemper auro argentoque fertiles inueniunt, vt pote omni terra metallis plena. Subter terram reperiuntur nonnunquam flumina decurrentia; quorum curſus ſpe quæſtus vi magna recidunt, aut, quod mirabilius videtur cochleis, quas dicūt Ægyptiacas, diuertunt, ab Archimede, cū in Ægyptum profectus eſt, adinuentis eiuſmodi inſtrumentis; loca vbi metalla effodiuntur, eiecta ſuperius aqua ſumma arte diligentiaque ſiccant. Mirabitur profectò quis Archimedis ingenium nō ſolum in his, ſed in cæteris quoque maioribus rebus, quas multis in orbis partib. egregias fabricatus eſt, de quibus ſcribetur diligentius, cum ad eius tempora veniemus. Serui, qui ad hæc metalla deputati ſunt, incredibilem quæſtum afferunt dominis: Cū plurima in hoc metallorum munere ſint admiratione digna, nequaquam tamen quis admiretur, cur nullus recens horum reperiendorum autor extiterit. Verū argenti ſtudio a Carthaginenſibus, quo tempore Iberiam tenuere, ea metalla ad inuenta ſunt. Hæc fuit cauſa, vt eorum poſtmodum excreſcerēt vires. Pretio enim optimis militum conductis, plura geſſerunt aduerſus hoſtes bella; Neque domeſtico, neque ſociorum milite vſi, Romanos Siculoſque ac Libyos in maxima deduxerunt pericula cum omnes diuitijs ob auri argentique copiam ſuperarent. Perſpicaces ſanè, vt videtur, priſcis temporibus extitere ad quæſtum Phœnices: Itali nullis alijs ceſſere. Oritur & ſtannum in plurimis Iberiæ locis, non caſu repertum, vt quidā ſcriptores vulgarūt, ſed effoſſum, conflatūque, quemadmodum argentum atque aurū tradunt; nam ſupra Luſitaniā plurimum ſtannū effoditur in inſulis Oceani.

Archimedis ingenia ad eijciendā aquam.

Carthaginēſes ex Hiſpaniæ diuitijs bella gerentes.

Vides iam ex Diodoro, nullas diuitias, neque Atticas quidem, conferri cum Hiſpanienſibus poſſe. A Diodoro ſanè videtur Ludouicus Viues mutuatus, quæ & ipſe illuſtrauit, atque amplificauit, ad Auguſtinum lib. 8. de Ciuit. c. 9. cum enim Auguſtinus inter alios ſapientes, & philoſophos numeret Hiſpanos, addit Ludouicus, quæ non pigebit legere: In ea terra antequā auri argentiq; venæ reperirentur, & bella ſunt perpauca geſta, & multi philoſophati, & populi ſanctiſſimis morib. vixere ſecuri quietiq;. Singuli populi a magiſtratu annuo regebantur, viris præſtātiſſimis eruditione, & probitate: Æquo & bono trāſigebantur res, nō legū numero, etſi ſcriptæ aliquot dicuntur, præcipuè apud Turditanos, magna vetuſtate tēporis: lites controuerſiæq; inter ciues prope nullæ, & oēs, ſi quę erāt, de ęmulatione virtutis, de natura Deorum, de ratione naturæ, de morib. probis, eruditi homines ſtatis dicbus publicē diſſerebant, vt ſemina quoque intereſſent: Arſerunt verò quidā montes metallis grauidi, & auro argēteoq; eliquatis, cęperunt homines nouā atque inuſitatam admirari materiā. Hinc Phęnicibus, qui quæſtus gratia totū orbem nauigijs peragrabant, oſtenſis opibus cum exigui pretij rebus permutabant: Phęnices quęſtu facili magnoque domi oſtēſo, & ex ea regione, & ex reliqua Aſia Græciaque ingentē vim hominum ad cupiditatē promptam diuitiarum exciuerunt; ita modò numeroſis claſſibus, modò ſingulis, binis ternisve onerarijs nauibus Hiſpaniā ſubinde repetebant. Plures vel ſoli, vel cęli bonitate capti, alij metalla patriæ peoatibuſq; præferentes, in Hiſpania remanſere, qui ad ſe cognatos, affineſq. alios alijs illectamentis pertraxerunt. Tū frequentes ex tota Aſia, vicinisque Inſulis in Hiſpaniam coloniæ miſſæ. Hi rudes malitiæ ac vitiorū populos, Aſiana Græcaque docuere ſcelera. Hinc ſubitò exorta Hiſpanis ſuorū metallorum admiratio, & cuſtodia: Hinc lites, hinc rapinæ, cædes primū priuatę, & latrocinia paucorum, demū apertum publicumque genijū inter ſe ſe concurrentiū, quod vocant bellū, dncibus alienę gentis, & imprimis Phęnicibus, tantorū non modo in præſens, ſed in poſteiū quoque malorum autoribus, & magiſtris; tū occurſum prauis

C 7 *Ludouicus Viues.* Hiſpanorū ante inuēta metalla philoſophia.

Phęnicum & Grecorū in Hiſpaniā aduentus.

Hiſpani ab externis edocti mala opes mala ſi.

prauis moribus, tum deſitum æquo ac bono fidi, A
& leges ferri cœptæ, conuerſiſque animis ad me-
Cur deſitũ colι ſtudiũ Philoſophię. tallorum curam & negotiationem varijs gẽtibus,
bellíſque in Hiſpaniam ingruentibus; omiſſum eſt
dubium Philoſophiæ, arteſque illæ vi coli deſitæ,
ita & fere extinctæ ſunt.] Hactenus Ludouicus.

Si cæteros Scriptores Prouinciarum adeas, non
aliud inuenias, quàm Hiſpanicam & Bæticam po-
tiſſimum abundare, ſcatere, plenam, refertam eſſe
auro argento, ære, metallis, marmoribus pretioſiſ-
Plinius. mis, ſumma rerum omnium felicitate. Plin. lib. 3.
c. 3. *Metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fer-
me Hiſpania ſcatet: Citerior, & ſpecularibus lapidi-
bus: Bætica & minio: Sunt & marmorum lapidicinæ,
& c. 1. Bætica a flumine eam mediam ſecante cognomi
nata, cunctas diuitiarum diuiti cultu, & quodam fer-* B
tili ac peculiari nitore præcellit. *Iuridici conuentus ei*
Conuẽtus quatuor in Bætica. *quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, Hiſpa-
lenſis.* Et quatuor, & in tam exiguo tractu? Sed res
ſed negotia, ſed opulentia tot, non pauciores, exi-
Plinius. gebant. Plinius lib. 33. cap. 6. *Argentum reperitur in*
Argentum Hiſpanicũ. *omnibus pene prouincijs, ſed in Hiſpania pulcherrimũ.
Mirum adhuc per Hiſpaniam ab Annibale inchoatos
puteos durare ſua ab inuentoribus nomina habentibus,
ex quibus Bebelo appellatur hodieque, qui CCC. pondo
Annibali ſubminiſtrant in dies.*

Solinus. Quid Solinus c. 26. *Hiſpania terrarum plaga com
paranda optimis, nullis poſt habenda frugis & ſoli co-
pia; omni materia affluit. quæcumque uns pretio ambi-
tioſa eſt, aut vſu neceſſaria; Argentum vel aurum ſi re* C
quiras, habet: ferrarijs nunquam deficit: *Luſitanum
littus* (quod etiam ad Bæticã ſpectat auctore Ste-
Stephanus phano) *pollet gemma Ceraunio plurimũ quod etiam*
Luſitanum ſitus ad Bæticam. *Indicis præferunt.* Huius (Ceraunij) *color eſt è Py-
ropo: qualiſuis igni probatur: quem ſi ſine detrimento
ſui perferat aduerſum vim fulgurum creditur opitula*
Ceraunũ. *ri. Caſſiterides inſulæ ſpectant aduerſus Celtiberiæ la-*
Caſſiterides. *tus, plumbi fertiles. Tagum ob arenas auriferas cæte-*
Tagus. *ris omnibus prætulerunt.* Addit præterea plura de
minio, equis, lanarum tinctura, & omnis generis
fructibus.

Mela. Accinit Mela lib. 2. c. 6. Et paucis verbis vniuer-
ſa colligit, viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento,
auroque tam abundans, & adeo fertilis, vt ſicubi
ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, D
Iuſtinus. linum tamen, aut ſpartum alat. Simillimus eſt Iu-
ſtinus lib. 44.

Et, vt illud non prætermittam, quod de ære Da
uidico, & Salomonico traditur a Ioſepho lib. 7. c.
7. explicante id 1. Paralip. 18. 8. de Bete, & Beroth
ciuitatibus Aderexer, tulit Rex Dauid æs multum
nimis: ſic ipſe per paraphraſim; In his magna auri
& argenti copia reperta eſt, & præter hæc æris ge
nus, quod auro pretioſius eſt habitum. Nimirum
propter artis excellentiam, qua ex auro argento-
Æs Corinthium. que confundebatur, quale Corinthium deſcribit
Raderus. Plinius lib. 34. c. 2. quamuis inquam hoc æs de ci-
uitatibus Aderexer ſumptum fuerit, at vel illud ex
Hiſpania aduenerat, vel certè Hiſpanienſe nõ fuit
maioris pretij, ipſo eodem Plinio ſcribente lib. eo- E
dem, dum æris genera varia recenſet, quæ & boni
tatem & admirationem diu retinuerunt. *Summa*
Æs Marianũ Cordubenſe. (inquit) *gloria nunc in Marianum conuerſa, quod &
Cordubenſe dicitur.* Sunt fluuij quoque auriferi, &
Tagus imprimis celebris propter aureas arenas; a-
8 pud Iuuenalem, Statium, Martialem, Senecã, Clau
Fluuij auriferi Tagus. Bætis. dianum, Silium, Plinium, Solinum. Et apud quem
non? Non minus quàm Pactolus Aſiæ, aut Gãges
Indiæ. Eſt & Bętis noſter ad cuius ripam Geryon
paſcebat oues aurei velleris, de quo Plinius libr. 4.
cap. 2. Strabo lib. 3. Diodorus lib. 6. Sed eleganter
Martialis lib. 12. 75. ad Bætim.

A *Bætis oliuifera crinem redimite corona,*
Aurea qui nitides vellera tingis aquis.
Et iterum lib. 9. 46. de platano Cordubenſi.
In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris,
Quà diues placidum Corduba Bætin amat;
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Heſperium bractea viua pecus.
Et iterum lib. 8. 27. de Partheniana Toga;
An Tarteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi
Bætis in Heſperia te quoque lauit aqua?
Quo loco noſter Raderus noſtri Bętis varia colli- *Delrius.*
git nomina; inter alia Tarteſſus eſt. ſicut & no-
ſter Delrius ad Medeæ Tragęd. Act. 4. Nũc etiam
eſt ad Granatam Daurus hodie quoque dans au- *Ioſephus.*
rum. Daurus.

B Tetam tãpus, ſi vniuerſa pro Hiſpaniæ opulen- Theſauri Sichæi ex Hiſpania.
tia, & theſauris veteribus teſtimonia velim conge
rere; quorum profectò teſtes ſunt theſauri Sichæi
Tyri infoſſi, a Didone refoſſi, reportati Carthagi-
nem, exportati ex Bætica. Teſtes Phœnicum, &
Carthaginenſium copiæ, expeditiones, bella, vi-
ctoriæ. Teſtis ſacer primi libri Machabæorũ Scri-
ptor. cap. 8. 3. Quanta fecerunt Romani in regio-
ne Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatem redegerunt
metalla auri, & argenti quę illic ſunt. Ioſephus 2. *Ioſephus.*
de bel. c. 6. ſcribit Agrippam ſuadentem Iudæis, vt
ſe Romanis dederent, Hiſpanorum exemplo, qui-
bus naſcens in agris aurum, pro libertate bella ge
rentibus, non profeciſſet. Teſtes ipſę argenti auri-
que fodinę quas ipſi regalis fiſci curatores in ſcri- C
pto & numerato habent, quas ſi hodie quoque li-
beret exercere, aut operæ ad exercẽdum adeſſent,
nulli auriferę regioni, vel ſola Bætica noſtra cede-
ret. Sed de his dicemus aliquid capite ſequenti. Te
ſtes ampliſſima illa vectigalia, quę ex Hiſpania po
pulus colligebat Romanus, & quę videantur ho-
minum fide maiora, vt ſcribit Plinius lib. 33.

Et, vt rem claudamus, ipſa, quam cœpimus, Tar
teſſiacę, & Bęticę prouincię veteri opulẽtia, idem
quoque teſtatur Stephanus, dum de Ibulla loqui- Delr. ad Tragęd. Medeæ Act. 8.
tur, quam rectè & acutè noſter Delrius animat eſ
ſe Sybillam noſtram, id eſt, ipſam Hiſpalim, *vt re-* Hiſpalis ab Stephano Ibylla.
*ſtituat dignitatem antiquitatis nomini, quo hodie nun
cupatur vrbs hæc nobilis, ampla, diues, & quæ ex or-
bis oculis.* Et dũ de Bętica Dionyſ. Afer, Liui° li. 42. D

Porro quanta Gadibus in templo Herculis opu 9
lentia? de ea pręter alias ęneas ſtatuas, Philoſtrat. Templi Gaditani opulentia.
lib. 5. de vita Apoll. c. 1. *Pygmalionis inſuper aurea
oliua in ipſo Herculis templo poſita eſt, mirabili, vt* *Philoſtrat.*
*aiunt, arte fabricata: cuius præcipua pulchritudo in fru
ctuum opere conſpicitur, qui ex lapide ſmaragdo confe
cti vuis, oliuis ſimillimi apparent. Teucri etiam Te-
lamonij balteus aureus eodem in loco monſtratur.
Quæ autem in templo ſunt colũnarum ſimulachra ex
auro argentoque ſimul fuſo, & in vnum colorem reda
cto facta eſſe Damis narrat.* Quod verò ad colũnas
attinet, videtur certè Hercules columnarum illa- Hercules colũnarum nomine cultus.
rum memoria vbiq. colitus, nam ampliſſimum, &
opulentiſſimũ Tyrij Herculis templum ſuas quoq.
E columnas habuit, atq. eas pretioſiſſimas, ut ſcribit *Herodotus*
Herodot. li. 2. Templũ (inquit) Herculis, quod vi-
di, opulenter exornatũ cum alijs multis donarijs,
tum verò duobus cippis, altero ex auro excocto, al
tero ex lapide ſmaragdo, maiorẽ in modum ſplen
dente per noctẽ, ſed de his columnis, iũ & de Ga- Columnæ Herculis.
ditanis videndus Strabo li. 3. vbi diuerſas aliorum *Strabo.*
ſnĩas de Herculis colũnis recenſet, atq; extremam
illã, quã Poſſidonius maximè probabilẽ cenſet, vi-
delicet fuiſſe ęreas octo cubitorum colũnas, quib.
inſcriptus fuerit ſumptus in tẽpli factus ex ędificatione,
quas nauigatione abſoluta ſacris Herculis
factis dedicauerint. *Nam vetuſti,* inquit Strabo,

N 2 moris

moris fuit huiuſmodi ponere limites; cuius plurima profert ex antiquitate exempla. A

Atlantica Inſula ad fretum Gaditanum.

Sed quoniam ad Gaditanæ regionis, & Hiſpaniæ Tarteſſiacæ opulētiam ſpectat, quod Plato in Critia de ſua illa Atlantica inſula obiecta freto Gaditano, & longiſſimè latiſſimèque per Atlanticum Oceanum porrecta, ſcribit, vbi nũ ſolum incredibilem auri & argēti vim, ſed præterea etiam eboris, & Elephantorum copiam fuiſſe tradit, operæ pretium fuerit ipſam Platonis narrationem audire;

Neptunus. Eumelus.

Neptunus Inſulam ſortitus Atlanticam, quam exornauit: humoremque duplicis aquæ frigidæ & calidæ ex terræ abditis per fontes exteriores erumpere, alimenta item varia, & abundantiam per terras pullulare iuſſit. Primogenitum quidem vocauit Atlantem totius Inſulæ regem; vnde & pelagus cognominatum Atlanticum: Eum verò, qui eodem partu ſtatim illum ſequutus eſt, patria voce Gadirum, quē Græcè dicimus Eumelum, qui extremas Inſulæ partes ad columnas Herculis eſt ſortitus. Tanta verò illis diuitiarum copia, quanta nullis antea regum ſuperiorum fuerat, nec vllis vnquam poſterorum facilè comparabitur. Multa quidem ad eos extrinſecus propter imperium accedebant, permulta quoque inſula ipſa ad omnē vitæ vſum producebat. B

Orichalchum, & metalla.

Tunc certè plurimũ effodiebatur orichalcum, multis ex Inſulæ locis inſigne metallum, tunc apud eos cæterorum, excepto auro, pretioſiſſimum: & quæcumque ſylua producit architectis, ferebat abundè. Paſcua quin etiam animantibus tam feris quàm domeſticis ſuggerebat; Elephantum præterea ingens ibi copia: tum quæcunque tellus nunc odorifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquentes ſuccos, flores, ac fructus, ſuauem præterea vitis humorem, & ſolidum edimentum, quibus ipſi nutrimur: neque deerant his vnguenta; accedebant & deliciarum gratia fructus variarum arborum: aderant quoque ſatietatis ſolatia bellaria laborantibus grata. Hæc omnia inſula, quæ quondam erat ſacra ſpecioſa, miranda, vberrima producebat. C

Marmora.

Saxum ſub inſula circumquaque eruebatur atrum, candidum, rubrum, ædificia partim ſimplicia, partim è varij coloris lapidibus fecerunt. In ciuitate regia muri ſuperficiem omnem exteriorem ære tenui veſtierunt, interiorem ſtanno. In medio templum, aureo ambitu circumdatum; exteriora omnia auro exornata, culmina ipſa, & apices auro, laquearia tota eburnea auro, argento, orichalco variè cælata: parietes, columnæ, pauimento orichalco, &c. D quæ profectò pauca ex multis, quæ eo loco de Inſula & de tota regione Plato.

An vera narratio de Inſula Atlantica.

Veram autem eſſe hanc de inſula Atlantica narrationem virorum ſapientum perſuaſio eſt: quanquam ſciam a viris etiam ſapientibus exiſtimari, fabulam ingenioſè excogitatam, & nonniſi vtili aliqua allegoria interpretandam. De quo alibi à nobis differendum, & de inſulæ deſtructione inferius ſect. 8. obiect. 3.

Malacitana tellus dines auri.

Sed quoniam Bæticæ etiam nomen, ac Prouincia, non ſolum comprehendit ea quæ extra columnas Herculis ſunt, ſed & quæ intra circa fretũ, E certè etiam Malacitanæ oræ opulentiam teſtatur Strabo lib. 3. *Vt autem* (inquit) *a Calpe* (freto Herculis) *initio ſumpto ſingula perſequamur, dorſum eſt in Baſtetania, & Oretania montoſum, denſa ſylua, & magnis arboribus prædita, tectum, quod oram a mediterraneis diuidit: in eo multis locis ſunt auri argentique metalla. In hac ora prima eſt vrbs Malaca, tanto a Calpe, quanto ab hac Gades, interuallo.*

VII. Ex eo quòd vniuerſæ nationes Hiſpanorum diuitias, & regionem ambiebant.

1 *Lex Balearium de non poſſidendo auro. Via ex Italia Gades vſque conſtrata ab Hercule.*
2 *Coloniæ Phœnicum in Hiſpaniam. Prouerbia, Syrius mercator, &, Aduerſus Phœnices Syri. Vtriuſque gentis auaritia.*
3 *Romanorum in Hiſpaniam & Bæticam coloniæ. Hiſpalis Romulenſis.*
4 *Salomonem miſiſſe claſſem in Hiſpaniam, & diuitias collegiſſe. Tharſis Bætica.*

HÆc, vt vltima, ita firmiſſima rei propoſitæ confirmatio; tanta enim tamque inaudita vis diuitiarum Hiſpanicarum, vel ſolo auditu vniuerſas ad ſe omnes nationes illexit. 1

Ariſtotel.

Rem de Hercule affirmat Ariſtoteles libro de Mirabilibus auſcultat.

Lex Balearium.

Legem nimirum in Gymnaſijs Inſulis (Balearicis) viguiſſe, Ne quiſquam iſthic argentum poſſideret, inde ortam, quòd Hercules aliquando bellum Hiſpaniæ intuliſſet diuitijs incolarum inuitatus.

Diodorus. Via ab Italia ad Gades, ad exportandas Hiſpanicas diuitias. Ariſtotel.

Id quod ex Diodoro paulo inferius exponemus dilucidius. Et eò ſpectat via illa, quam Hercules ſtrauiſſe dicitur ab Italia Gades vſque, quam ab ipſo Hercule Heracleam vocabant; nimirum, vt tum gregibus abigendis, tum diuitijs exportandis locus terreno itinere commodus pararetur: quod diſertis verbis narrat Ariſtoteles ſuperius adductus: Ex Italia ferunt viam ad vſque Celtas, Gades, & Celtiberos protendi, Heracleam vocant, in qua & Græci, & indigenæ tranſeuntes ab incolis obſeruantur, ne quid illis mali fortè accidat, D quippe quòd pœnas ij pendunt, damnumque lege ſarciunt, in quorum finibus datum fuerit.

Aldrete.

Sed quia huius viæ varia, eaque grauia teſtimonia eleganter colligit Bernardus Aldrete ſuo libro 3. capitul. 1. ſolummodo addo, Diodorum libro 5. capitul. 2. A Celtis inquit, Hercules in Italiam tendens, iterque per Alpes faciens, ita difficilem aditum aſperamque viam ſtrauit, vt poſtea exercitib. cum iumentis impedimentiſque facile iter eſſet. Barbaros montanos infeſtos tranſeuntibus, latrocinijſque aſſuetos, occiſis eorum ducibus deleuit, poſteris reddita itineris ſecuritate: *meminit*

Strabo.

Strabo libro 3. atque etiam hodie viæ fragmenta E cernimus, & vulgato nomine Arabico vocamus, Atrecife.

F. Auienus

Strauiſſe (inquit Auienus) *maria fertur Hercules,*
Iter vt pateret facilè captiuo gregi.

Oues Geryonis. Ariſt. Diodorus. Lex Balearium.

Is grex, quem Hercules Geryoni, vi eripuit, ſimul ingentib. alijs diuitiarũ cumulis direptis, cui quoque præter Ariſtotelem ſuperius adductum, fidem facit Diodorus, ſcribens de Balearibus inſulis lib. 6. c. 6. *Aureo* (inquit) *numo, aut argento non vtuntur, quæ afferri ad Inſulam prohibent: cauſam afferentes, Geryonem filium auro atque argento opulentiſſimum, quondam ab Hercule bello expugnatum. Exiſtimant enim eo pacto cum auro atque argento careāt, ſe ſe facilè omnes vitæ inſidias euaſuros.*

Porro

Coloniæ Phęnicum in Hiſpaniam.
Hieronym.
Syri & Phęnices diuitiarum cupidi.

2 Porro Phęnices,vt ſcribit Diodorus, lib.9.cap. 9.diuitiarum cupiditate excitati, *plures colonias in* Iberiam deſtinarunt. *Perſpicaces* (inquit) *ſanè extitere ad quæſtum Phœnices, Itali nullis alijs ceſſere*, Phęnices autem ſicut, & Syros diuitiarum amantes præ cæteris fuiſſe conſtat; & Hieronymus Epiſtola ad Demetriad.tom.1. *Syros* appellat *negotiatores, & auidiſſimos mortalium*. Et idem illorum ingenium plenius deſcribit in id Ezech.27. *Syrus negotiator tuus. Vſque hodie*, inquit, *permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum lucri cupiditate diſcurrunt, & tantam mercandi habent inſaniam, vt occupato nunc orbe Romano, inter gladios, & miſerorum neces quærant diuitias, & paupertatem periculis fugiant*. Hinc profectò *Syrus negotiator* abijt in prouerbium, cuius

Syrus negotiator.
Saluianus.

meminit Saluianus Maſſilienſis libro 4. de Prouid. Conſideremus (inquit) negotiatorum & Syrorum turbas, qui maiorem fere ciuitatum vniuerſam partē occupauerunt: & pulchra ordinis perturbati antitheſi dixit Sidonius Apoll.libro 1.epiſtola.8. Fęnerantur clerici, Syri pſallunt. Ex peculiari cęli aſpectu, & contemplatione, Phęnices, & Ægyptios cumulandæ pecuniæ mirè ſagaces, credit Cælius libro 18.cap.18.& Iulius Firmicus lib. 1. Matheſeos. cap.1. atque idem Cælius meminit Prouerbij ex Suida, Aduerſum Phęnices Syri, vbi verſuto imponere ſatagit verſutus. Quare ſicut Hiſpania primum in Phęnicum, poſtea in Romanorum poteſtatem deuenit; ſic quoque Gades, &

Sidonius.
Cælius.
Firmicus.
Aduerſus Phęnices Syri.

3 in Bætica ora alia oppida,& Hiſpalis ampliſſima, & locupletiſſima a primis illis ſæculis vrbs, primū Phęnicum,poſtea Romanorum coloniæ fuerunt. Propterea enim Hiſpalim ſiue coloniam iuxta Hiſpalim cognominatam Romulenſem ſcribit Plinius libro 3.cap.1. Duplicem Herculis aduentum in Tarteſſum, ſiue Gaditanam Inſulam ſcribit Philoſtratus libro 1.de vita Apoll.cap.1. item & Teucri Telamonij, *cuius aureus baltheus eodem in loco monſtratur, quomodo autem aut qua de cauſa ad Oceanum peruenerit, nec ipſe Damis inueniſſe teſtatur, nec vnquam aliquid ex Apollonio audiuiſſe*. Sed quorſum niſi vt fęlici ac diuite ſolo fruerentur? Vide Strab. li.1.vbi de aduentu Vlyſſis, & aliorum Gręcorum in Hiſpaniam.

Bętica primum Phęnicū poſtea Romanorū colonia.
Hiſpalis Romulenſis.
Plinius.
Philoſtrat.

5 Ergo qui honeſtiori alio, ſed non languidiori diuitias quærendi atque colligendi,etiam ex longiſſimè diſſitis regionibus ſtudio flagrabat, Salomon; qui Phęnicum & Tyriorum expeditiones optimè nouerat, qui horum ipſorum, vt pote nautarum peritiſſimorum opera, & induſtria vti poterat; *qui diſpoſitionem orbis terrarum*, & ſingularum regionum naturam, & prouentus perfectiſſimè callebat: ſi credendus eſt, quæ è re ſua fuiſſent,minimè ignoraſſe,proculdubio notiſſimas ille habuit Hiſpanicas diuitias, appetiuit, claſſe inſtructiſſima eò deſtinata, ac ſępius repetita, quoad fieri poterat, collegit, aduexit, & ad pios templi vſus, atque ad ampliſſimum regalis domus,regaliſque vrbis ſplendorem conuertit. Non alia proculdubio Tharſis: Hę ipſę proculdubio Tharſenſes naues,claſſes,opes:nam ſi aliç fuiſſent; tamen Hiſpanicę, & ex mari Rubro in Gaditanas oras expeditiones omitti non potuiſſent. Sed quæ noſtram de Tharſis ſententiam videantur impedire, proferenda,& profliganda.

Sap.7.17.
Salomonē ex Hiſpan. collegiſſe diuitias.
Tharſis in Bætica.

CAPVT XV.

Obijciuntur, ſimulque diluuntur quæ Tharſis longè ab Hiſpanijs ſeparandam contendunt.

Nondum ſanè videbitur noſtra de Tarteſſiaca Bętica ſatis firmiter conſtituta ſententia;quouſq; aduerſatum impugnationum vim, & impetum ſuſtinere atque repellere poſſe oſtenderimus. Quæcumque igitur ad impugnādum videbuntur vim vllā habitura, ipſimet obijciemus nobis, quàm fieri poterit, fortiſſimè; reijciemus, quàm poterit, breuiſſimè atque veriſſimè.

I. Obiectio. Auri & argenti fodinas Hiſpanienſes in ſuſpicionem vocat. Reſponſio tuetur, & confirmatur.

1 *Duplex de Hiſpania priſca opulentia dubitandi ratio.*
2 *Hiſpaniæ Theſauri ex ſacris & profanis hiſtorijs. Interpretandi Scripturas ratio parum tuta.*
3 *Tarda metallorum generatio. Humana omnia deficere.*
4 *Effoſſores metallorum Hiſpaniæ olim aduenæ. Maximus exercendi labor. Effoſſores Indi.*
5 *Tota Hiſpania etiam nunc ſcatens metallis. D. Fælix Guthmanus.*
6 *Fodina Guadalcanalis ditiſſima teſtimonio grauiſſimo Conſiliarij ſupremi.*
7 *Quingentis plures ditiſſima fodinæ patefacta in Hiſpania, ex teſtimonio D.Franciſci Tezadæ. Æſtimatio & probatio metallorum.*
8 *Collegium Hiſpalenſe ſocietatis Ieſu. Marmora Hiſpanienſis Regij Eſcorialis.*

VT primo ictu iſtius Tarteſſiacę Bæticę opulentię iugulum petamus ac ne toties montes aureos,& argenteos non tam polliceri(quod parum eſſet) quā oſtentare videamur: rogare noſtrates Bęticos noſter geſtit Serarius ad c.8. libr.6. Machab.his verbis: *Hiſpanienſes auri argentiq; fodinæ, de quibus lib.3.Strabo, deſierunt, vel in nouū certè orbem tranſlata, multis magniſque claſſibus iam reuehuntur.* Vides duplicē cornu cuſpide; primam, vel *deſijſſe*, quod incredibile, ſi aliquando fuiſſent: nā eadem parens tellus, ijdem progenitores cęli, & ſidera, quod crearūt ſemel, iterū ac ſępius procrearent ac regenerarent, & metalla olim exhauſta, renaſcentibus alijs, nunquā deſijſſent: ſecundam, *vel aliò tranſlatas, vnde ad nos reuehantur*; nimirum ex orbe nouo, vt ex eo argumentum fiat, veteres illos theſauros Hiſpanorum nō fuiſſe proprios ac natiuos, ſed aliunde aduectos; non enim hodie reuehuntur, ſed conuehuntur ad nos Indici. Eleganter & argutè ab homine veritatis amante,& quem amo & colo tum alijs, tum doctrinę nomine. Atque vtinam rogaret ille reſpondere paratos: ſed id paulo acrius, quod neque dubitat, neque interrogat, ſed certus ac indubitans affirmatè pronuntiat, aut *deſijſſe, aut in nouum certè orbem tranſlatos*.

5
Serarius.
Duplex dubitatio de Hiſpaniæ antiquis theſauris.
Diues ſemel tellus nunquam non diues.
Serarius laudatus.

A Porro non alio quàm Strabonis teſtimonio Hiſpaniæ antiquos theſauros confirmari credit. addit etiam Plinium, ſed Italiæ metalla præferẽtem Hiſpaniæ. Sed reſpondendum modò non petenti nec expectanti reſponſum.

2 Hiſpaniæ diuitiæ ſacris & profanis hiſtorijs cõteſtatæ.

Non crediderim, virum eruditiſſimum alia grauium auctorum teſtimonia in re certiſſima, vel ignoraſſe, vel deſideraſſe; quæ nos. capitul. præcedenti ad nauſeam vſque proferebamus, neque peregrinum eſſe in litteris, vt veteris Hiſpaniæ diuitias ignorare poſſit, immò neque vllam maiorem fidem quæſijſſe, cum haberet præ manibus firmiſſimum illum Propheticum ſermonem, cui intendebat; *de metallis argenti, & auri, quæ in Hiſpania ſunt*; niſi velit (quod non credo) eo Machabæorum loco non aſſeri Hiſpaniam diuitem B fuiſſe metallorum auri & argenti; ſed illud tantum, famam, (quæ non ſemper vera, & modeſta) vulgo iactatas, & incerta quadam auditione a Iuda acceptas Hiſpaniæ diuitias, quæ Scripturarum interpretandarum ratio friuola fere ſemper eſt, & plena periculo eludendi veritatem. Ergo illæ diuitiæ veræ.

3 Tarda metallorum creatio.

Sed ſi quæ veriſſimæ olim fuerunt, iam deſijſſe concedamus; nihil ſanè mirandum: cum enim metallorum generatio nimium tarda & ſegnis ſit; ac non niſi poſt multorum ſæculorum ſpatia matureſcant & excoquantur; primis fodinis exhauſtis, non ſtatim ad manum fuerunt nouæ aliæ ſubitò concretæ, quę prioribus ſuccedentes Hiſpanicam C illam opulentiam continuarent. Ac nullæ quidem tam locupletes opes, vt exhauriri tandem non poſſint.

Auaritiæ cupido vincens naturæ opes.

Nuſquam tam fęcunda tamque fęta opibus tellus, vt effęta aliqua modo non ſterileſcant. Maior humanæ induſtriæ, cupiditatis, auaritię vis & ſitis; quàm rerum natura conſtantium in auro & argento creando, opibuſque ſubminiſtrandis celeritas & facultas. Opportunum idemque verum, illud noſtratium prouerbium; *Donde quitan y no ponen, cabo le ballan*. quod Arithmetici ſuo illo pronuntiato definiunt; Omne finitum ablatione finiti tandem finitur. Etiam Babylon *fuit, & non eſt*: *fuerunt* Troes, *fuit Ilium*. Sed nulli ſunt poſthac. *Qui antiquatur, & ſeneſcit, & prope interitum eſt* D mundus iſte, Lacedæmonię Trichorię cantilenam canere oportet; *Nos fuimus olim ſtrenui iuuenculi*. Quæ cum in natura & conſuetudine rerum humanarum ſint, fuiſſe olim in Hiſpania prędiuites fodinas, iam deſijſſe, nemo rerum ęſtimator ęquus mirari debuiſſet.

Apocal. 17 8.11.
Heb. 12.13
Priſcorum cantilena puerbialis

4 Effoſſores olim in Hiſpania externi.

Sed reddamus Serario, quod nũquam ſatis demiretur; minimè deſijſſe theſauros Hiſpanicos, venas auri atque argenti per vniuerſum Hiſpaniæ corpus diſperſas, turgere etiam nunc incredibili metallorum copia, quę cum non deſierint, neque deſierit illa, quæ pectora cogit mortalia, ingens auri fames, at deſunt qui fodinas exerceant; deſierunt captiui illi ad metalla damnati; deſierunt externi homines, quorum induſtria, & labore metalla E eruebantur: Quippe Phęnices, Tyrij, Sidonij, Græci, Hebręi non ſolum metalla ex Hiſpania efferebant, ſed ex ipſis quoque fodinis eruebant. Itaque cum Salomon claſſem mittebat in Tharſicam Bęticam, ſimul etiam metallorum effoſſores deſtinabat, quorum ſimul, & aduenarum labore in colligendis theſauris vteretur; Exemplo ſanè Dauidis parentis, qui vt ex Eupolemo refert Euſebius, lib. 9. de Præp. cap. vltimo. *Claſſem deſtinabat in inſulam Vrphen in Rubro mari ſitam, aureas venas habentem, ſimulque effoſſores mittebat, qui aurum inde in Iudæam deportarent*. Quantus autem eruen-

Euſebius.
Maximus labor exercendi fodinas.

A di metalla, & exercendi fodinas labor, & quanto cum vitæ diſcrimine & defatigatione obeatur, deſcripſit veriſſimè Plinius lib. 33. cap. 4. & Diodorus libro 6. cap. 9. & quotidiana in Orbe nouo exempla demonſtrant: in cuius inſula, quam Hiſpanam vocant, vnus is labor, quinquaginta aut ſexaginta, non amplius, annorũ ſpatio, prius indigenas omnes conſumpſit, quàm metalla, & inexhauſtis fodinarum theſauris exhauriendi labor effoſſores exhauſit, & timor eſt non vanus fore vt in reliquis prouincijs, quæ ampliſſimæ ſunt, & metallorum refertiſſimæ, incredibili metalla effodiẽdi & eruendi labore, indigenæ breui exhauriantur vniuerſi. I nunc, & ditiſſimas venas exhauſtas dicito, ac priſcas diuitias eius Inſulæ extenuato: priſcas Hiſpa- B niæ non credito.

Plinius.
Diodorus.
Inſulæ Hiſpanię indigenæ conſumpti.

5 Multæ nũc i Hiſpania argenti, & auri fodinæ.

Sed neque quondam omnes fodinæ patefactæ, & tentatæ, ſed ex plurimis quibus tota regio abundat, paucæ exhauſtæ, multæ inexhauſtæ, multæ venturis ſæculis ſeruatæ, ac non paucæ temporis proceſſu, & cœlorum vi, terræque complexu matureſcentes, veriſſimam illam opulentiam continuato quodam teſtimonio confirmarunt. Ergo argenti & auri fodinarum, quæ nunc in Hiſpania repertæ & detectæ, ſed incultæ operarum inopia, fidem faciet grauiſſima & cum indubitatis experimentis auctoritas; quæ ſimul teſtabitur, eas, quæ apud nos ſunt, multo eſſe locupletiores quàm quę apud Indos exercentur: hæ enim, ſi apud nos eſſent, nullum haberent operæ pretium: non quòd C nullæ apud nos colantur; ſed quòd, etſi colerentur, tamen præ alijs longè ditioribus, & vberioribus, quas nos habemus, illæ negligerentur. De his itaque aliquando mihi familiaris cum intercelliſſet diſputatio cum illo noſtræ vrbis decore, ac ſingulari ampliſſimæ Hiſpalenſis Eccleſiæ ornamento, cuius opimo Archidiaconatus ſacerdotio, & Regij præterea Sacelli ſuprema præfectura digniſſimè potitur, Domino Fęlicæ Guthmanio, viro ſanè morum candore, ingenij ſuauitate, linguarum peritia, Hiſtoriæ lectione, I. V. prudentia non minus, quàm ſanguine, clariſſimo, & quid non ille? fontes duos mihi indicauit, ex quibus rei huius certa atque veriſſima cognitio petenda; id eſt, duos D ſupremos viros: ſupremos, inquam, & quòd vterque Philippo Regi a ſupremis conſilijs, alter Caſtellæ; Indicarum rerum alter, & quòd virtute atque ſapientia præſtantiſſimi, dicam vno verbo; parens ipſius Fœlicis alter, fęliciſſimus ille octuagenarius ſenex, Ioannes Teſada, ſexaginta iam annos in prærarduis regni negotijs, & ſupremis Regum Cõſilijs, iam inde a Carolo Imperatore Quinto ſumma cum laude verſatus; alter germanus frater Dominus Franciſcus Teſada, non rerum tantum Indicarum a ſupremo conſilio, quod ſibi cum nonnullis alijs commune; ſed præterea Hiſpanienſium fodinarum auri, & argenti (quod ſibi cum pauciſſimis) cognitioni & curæ a Rege præfectus. Hos cum dixi, quales ac quantos me tibi E dixiſſe viros, lector, exiſtimas? Ergo in tanta negotiorum grauiſſimorum mole, Parens hac de re a filio pro me interpellatus, in hęc verba reſpondet datis Madriti ad Fęlicem filium litteris Hiſpalim. 17. Iulij huius anni ſexcenteſimi ſeptimi ſupra milleſimum,

Do Fęlix Guthmanius.
Supremus Cõſiliarius Ioan. Teſada.
Supremus Conſil. D. Franciſ. Teſada.

6 Exemplar literarum I. Teſadæ.

Et rem ipſam dicis; & meminiſſe me ſæpius cum voluptate non inficior, cum Caroli Imperatoris Augusti noſtri Domini (quem cum Beatis Principibus fas eſt annumerare, peculiaribus litteris ac mandatis Imperialis manu ſubſcriptis, Bruxellis anno, 1556. ex iſto Hiſpalenſi conſilio, in quo tunc Regij Quæſitoris capitalis munere fungebar, ad argenteam illam

Guadal-

A *Guadalcanalis fodinam viſitandam, procurandam, & a malo furunculorum dolo tuendam miſſus, non paucos menſes munus meum diligenter præſtiti; neque prius deſtiti; quàm res tota deinceps committeretur Domino Franciſco Mendocio maximo poſtea Regaliom Hiſpaniæ Triremium præfecto & gubernatori. Ergo non meo ſolum experimento, ſed hominum eius artis ac rei metallicæ peritiſſimorum teſtimonio cognoui fodinam Guadalcanalenſem ex primis, atque locupletiſſimis exſtitiſſe, quæ vſquam terrarum, quarum ad nos cognitio permanarit, patefactæ fuiſſent.*

> Guadalcanalēſis fodina ditiſſima, & inexhauſta.

Hactenus integerrimi viri teſtimonium. At deſijt iam Guadalcanalenſis fodina, & exhauſta vel euanuit vel diſparuit, ad Indos tranſlata ſcilicet. Eiuſ nunc ingentis exercetur quæſtu; ac niſi profundiſſimæ aquarum ſcaturigines obſint, quæ iam erumpunt, non prius exhaurienda creditur, quàm in ipſa altiſſima terræ viſcera, poſt multa annorum ſpatia effoſſores penetrarint. B

Alterum non minus integrum, vberius fortè atque magnificentius teſtimonium Domini Franciſci Teſadæ, qui eodem ipſo die, quo parens, Madriti dedit ad Fœlicem fratrem Hiſpalim litteras huiuſmodi.

7

> Alterũ litterarũ exēplar D. Frā. Teſadæ.

[Cenſes, & meritò, in Hiſpanienſiũ, fortè etiam exterarum fodinarum negotio aliquid me non tam poſſe, quā ſcire, quippe ex quo a Regia Maieſtate fodinarum conſilio deſtinatus, rem tractare cępi, quamuis antiquiores alij, fortè etiam experientiores viri conſilio nõ deeſſent, at vni mihi ad eam rem vel natura propenſo, vel aliquantũ perſpicaci, metallorum probatio & æſtimatio, quod vocant, los enſayes, commiſſæ ſunt. C Et ſemel aliquando cum rei audiendæ & viſitandæ vacarem, vnica ſimul auditione accepi, in numero & catalogo deſcriptas in noſtra Hiſpania patefactas fodinas plures quingentis, vberrimas, atque pretioſi metalli refertiſſimas, & quæ, ſi operæ nõ deeſſent, longè maximo quæſtu exercerentur. Cum enim Indicus ille noſter Potoſianus collis non maiori lucro nunc excolatur, quàm ex vnico quintali noſtro, id eſt, ex mille ſexcentis ponderis vncijs effoſſæ terræ, aut lapidis metallici extracta vncia & ſemis argenti excocti & defæcati; at plurimæ Hiſpanicarum noſtrarum fodinarum, vt ex probationibus factis liquido nobis conſtitit, ex ſingulis terræ aut lapidis metallici quintalibus reddere poſſunt denas argenti vncias, & eo plures, vſque ad quindenas, tricenas, ſexagenas marcas noſtri ponderis id eſt, vncias centenas vicenas, & ducenas quadragenas, & quadricenas octuagenas; nam ſingulæ noſtræ marcæ octonis conſtant vncijs. D

> Auri & argenti fodinarũ Hiſpaniæ inſignioũ enumeratio ſupra quingētas.
> Æſtimatio & probatio argenti, & auri.
> El cerro de Potoſi acude a onca y media por quintali.

Et ſanè vnica illa fodina Villæ Gutierre, quæ non longè Hiſpali, pertinet ad tractum Almodouaris campi, cum iam duos annos exerceatur, centum quinquaginta, aliquando ter centum operarum labore, reddidit ſæpe in dies ſingulos mille argenti ducatos, id eſt, Marcas centum ſeptuaginta, vncias verò mille trecentas ſexaginta plus minusve. Atque, vt de alijs minimè contemnendis aliquid ſingillatim recenſeam, illis potiſſimũ, quas nobilis Hieronymus de Ayanco ad coram inuiſendas & explorandas per Hiſpaniam miſſus, ad Philippum retulit; certè argenti fodina Almodouaris prope diuerſorium ferri, ex terræ metallicæ quintali reddit vndecim, & eo amplius argenti vncias ex probatione Ayanci; at ex aliorum examinatorum exploratione, vncias viginti: Fodina collis Calcinarij prope Guadalcanalem, vncias octodecim: Vena argenti ad Petrocium vncias viginti. E Ex qua eadem vena cum erutus metallicus lapis a perito quodam argentario (is erat Chriſtophorus Guterius) probationi ſubijceretur, illa quintalis proportione ſeruata, reddidit viginti quinq; Marcas cum vncijs quatuõr, id eſt, bis cẽtum quatuor vncias pro mille ſexcentis metallicæ lapidicinæ. Fodina itẽ iuxta Galaroſam, In præcelſo monte, octo reddit vncias; aliquando ſeptemdecim, & eo amplius. Non longè a præcedenti in colle Vraleda, alia reddit vncias nouem. Et etiam nunc apud me eſt lapis metallicus, qui pro mille ſexcentis vncijs metallicæ terræ, centum argenti reddit ſuo probatori marcas, id eſt, vncias octingentas. Denique cum Hiſpaniæ argenti aurique fodinas, quibus vniuerſa regio mirificè abundat, propter operarum defectum nemo attingat; certè etiam tenuiſſimæ atque viliſſimæ illarum, ſi apud Indos effoſſores metallorum eſſent, cum ingenti operæ pretio excolerentur.] Hactenus litterarum teſtimonium viri clariſſimi.

> La mina de Villagutierra en el termino de Almodovar del campo.
> La mina de Almodovar. Iunto a la venta del Sierro.
> El cerro de la Calera.
> La mina dl Pedroche.

8

> Collegium D. Ermenegildi Societatis Ieſu Hiſpalēſe.

Illud quoque addam domeſticum pariter ac veriſſimum; cuius non ego ſolus oculatus teſtis, ſed plerique alij domeſtici ſocij, & externi homines; cum huius noſtri D. Ermenegildo Regi ac M. Sanctiſſimo S. ſcholarum collegij ante annos ſedecim fundamenta iacerentur, auri vena patefacta eſt in ſoli parte nunquam iterum verſata, conſtās arena groſſiuſcula, & ſubnigra, auri ramentis, & velut furfuribus interlucentibus tota inſperſa, quę ſanè videbatur a vicino Bæti noſtro per mediam vrbem porrigi. Rei notiſſimæ fama conſultiſſimos rei metallicæ argentarios conuocat: accurrũt probant, examinant: cenſent tandem atque pronuntiant aurum ineſſe purum putum: ſed in quo excolendo & extrahendo maius futurum ſit ſumptus, temporis, atque laboris diſpendium. Ergo prorſus negligitur. Quòd ſi quæ ſponte patefiunt, neglectui ſunt, quam putas curam adhibendam, nouis quærendis & inueſtigandis? prorſus nullã. Nunc etiam, cum hæc ſcribo, diues prope Malacitanam vrbem in noſtra ipſa Bætica, plumbi vena, cui plurimum inſit argenti a tenuiori homine reperta, melioris fortunæ ſpem aliquam facit, ſi non deſint, qui ad exolendum ſumptus & operas ſuppeditent. Sed ſanè plerumque domeſticæ, & cum aliquo comparandi labore coniunctę diuitię contemnuntur; in illas quamuis longiſſimè poſitas inhiant mortales, quas alienus ſiue labor & diligentia inueſtigauit; ſiue induſtria & defatigatio nullo cum labore fruenda alijs in lucem protulit. Res non abſimilis illa marmorum & lapidicinarum pretioſarum, quibus cum abundat Hiſpania, vt quæ maximè regio, tamen nulla in inueniendo diligentia; nulla in iam inuentis excolendi cura. Si vnquam adhibita eſt, ſuppetijt materia omnis generis pretioſiſſima, & exquiſitiſſima tum ad reliquam Regalem D. Laurentij Eſcorialenſis fabricam, tum ad tabernaculum illud marmoreum altaris maximi ſacræ Euchariſtiæ reconditorium, columnarum varietate, & materia omni auro pretioſiorum conſtans: in quibus propterea ſapientiſſimus æquè ac potentiſſimus Philippus, rex, inſculpendum ſemel ac iterum meritò cenſuit, Ex Lapide Hiſpanico. Satis, credo, ad primum obiectum.

> Fodina prope Malacã Bæticam.
> Diuitiæ domeſticæ cõtemnuntur alienæ appetuntur.
> Lapidicinę & marmora Hiſpanica.
> Sacrũ Tabernaculũ Eſcorialenſis templi.

II. Torridam Zonam nauigatione inacceſſam. Reſponſio, Si terra inhabitata, at mare nauigabile,

1 *Antiquorum opinio, Zonam torridam inacceſſam.*
2 *Nauigationes olim frequentes ſub æquinoctiali. Facilior ſub illo nauigatio, quàm habitatio.*
3 *Alia de Torrida quæſtiunculæ indicata.*

1 FAtetur iam aduerſarius ingentem fuiſſe Hiſpaniēſum theſaurorum vim & famā apud omnes Orientis prouincias, ſed in eo tamen B hæret, quòd non poterat a mari Rubro in Hiſpaniam niſi per Zonam torridam nauigari, ſed hæc ſemper fuit priſcis ſæculis exiſtimata inacceſſa, innauigabilis, inhabitabilis. Quamuis enim re ipſa, atque noſtris ſæculis veriſſimis experimentis compertum ſit, Zonam illam, ſub æquinoctiali, temperatam eſſe, atque nauigationi & habitationi peruiam; tamen priſcorum hominum opinione nauigationem non admittebat, vt ex omni antiquitate refert Ariſtot. 2. Meteor. 5. Cicero in Fragmento libro 6. de Republ. Plinius lib. 2. cap. 68. Macrob. lib. 1. in Somnium Scip. cap. 19. & libro 2. capit. 7. C quod ex Pithagora, & Homero deſumptum, alij deinceps Philoſophi atque Theologi libēter vſurparunt Philo in lib. Quis rerum diuinarum hæres ſit. Strabo libro 3. Beda de ratione Tempor. 11. cap. 32. D. Thomas 1. part. quæſtio. 102. articul. 2. ad 4. Ioannes Scotus, Durand. 2. diſtinct. 17. Addit verò etiam Bozius Eugubin. libro 15. de ſignis Eccleſiæ capitul. 18. non ideo huiuſmodi plagam habitam fuiſſe inhabitabilem, quòd fuiſſet incognita, & incomperta antiquis, ſed quòd exploratiſſimè cognita fuerit inhabitabilis, tunc temporis; at Chriſti Ieſu aduentu, & Euangelij beneficio, redditam fuiſſe temperatam, cultam, habitatam.

An ſub Torrida zona mare nauigabile. — *Antiquorū de æquinoctiali ſententia.* — *Ariſtot. Cicero. Plinius.* — *D. Tho. & Theologi. Bozius.*

2 Obiectio hæc facilem habet explicatum; nam D nemo ita finxit mediam illam Zonam tam ab omni temperatione alienam, vt nauigationem non admitteret, etiamſi habitationem nō permitteret: nauigatio enim, quæ tranſcurrendo, & ſumma cū celeritate fit, minoris eſt diſcriminis, quā ſegnior, & tardior terræ ipſius peragratio, aut diutina inhabitatio, & longè alia ratio ducenda eſt terræ, quæ ſiccior eſt, atque fixa & immota ſuſtinet cœli ardores, quàm maris, quod continuo motu, ac ventorum perflantium beneficio, tum etiam ſua natura liquida & humida ſolis radiorum acrimoniam retundit.

Facilior ſub Torrida nauigatio, quā habitatio.

E Denique terra torrida eſſe poteſt, mare torreri non poteſt. Certè frequentiſſimè nauigando iuiſſe ac rediſſe per Zonam torridam Tyrios, Phœnices, Ægyptios, Phocenſes, Græcos, Hiſpanos, Arabes, Aſiaticos, Indos ex probatiſſimis hiſtorijs, atque grauiſſimis teſtimonijs, cap. præcedenti demonſtrabamus.

3 Cæterum quæ de illa media terræ plaga in controuerſia ſunt, an priſcis fuerit comperta, & explorata, vt contendit Bozius, pernegant alij: An fuerit re ipſa inhabitabilis, quod docuerunt priſci, poſtea mitior, & temperatior reddita, vt contendit Bozius; An quod nunc illa regio eſt, idem quod ſemper fuerit quod ad temperationem, &

Plures de zona Torrida quæſtiunculæ.

A vitæ mortalium commoditatem, & vſum pertinet, quod repugnante item Bozio ratio ipſa ſuadet; noſtri nunc non eſt, neque temporis, neque inſtituti, neque voluntatis tandem examinare. Qui volet indicatos auctores adeat, & recentiores paulo fuſius diſſerentes Ioſephum Acoſtam lib. 1. Indicæ Hiſtoriæ capitulo 10. & integro fere libro 2. Malnendam libro 3. de Antich. capitul. 14. Noſtros Conimbricenſes in 2. libro Ariſtot. de cœlo. cap. 14. q. 1.

Acoſta. Maluenda. Conimbricenſes.

III. Obijcit diſpendium nauigandi à Rubro per Torridam in Hiſpaniam. Reſponſio excuſat.

1 *Controuerſiæ propoſitæ difficultas.*
2 *Nauigationes per fretum olim infrequentes. Carthago quanto tempore ante Romam, quanto poſt Salomonem condita.*
3 *Atlanticæ inſula ex Platone deſcriptio. Illius narrationis veritas.*
4 *Longior, ſed quæſtuoſior nauigatio ex Rubro per Oceanum. Rubrum commune vniuerſis Orientalibus. Phœnices cognomento Erythrai.*

ET verò etiam ſi demus zonam Torridam nauigabilem, & habitabilem: at quæ tanta inſania, vt longiſſimæ atque difficillimę nauigationis diſpēdio iretur ex mari Rubro Gades vſque, per tres annos, quod commodiſſimæ nauigationis, atque temporis breuiſſimi, id eſt, duorum aut trium menſium compendio ex Tyri, aut Ioppe portu per Mediterraneum confici poterat? 1

Cur potius per Oceanū, quàm per Mediterraneum nauigatū a Phœnicib. & Iudæis.

Ad hanc quoque obiectionem facilior eſt ſolutio, & verior quidem, atque indubitatior, quàm D ſolutionis ratio. Cum enim compertiſſimum ſit frequentes fuiſſe nauigationes ex mari Rubro in Gaditanum per Oceanum Indicum, & Atlanticum vt præcedenti, cap. oſtendebamus; at cur id fieret, & cur illud tam longum iter frequentaretur nondum exploratum eſt, quamquam pro explorato haberi debeat, eiuſmodi nauigationis rationem ſapienter a Salomone inſtitutam & conſtitutam. Sed in re obſcura veroſimiles nos coniectaras producamus.

Solutio certa ſed difficilis.

Primam, quòd Salomonis tempore minus frequentes eſſent per Mediterraneum vltra fretum Herculeum nauigationes: nondum Africæ atque Europæ littora commodis portubus, & nauium ſtationibus inſtructa: nondum Carthago condita: hæc enim fundata ante Romam annis 72. an Salomon præceſſit Romam plus ducentis annis, ex computatione Chriſtiani Maſſæi, aut amplius centum quinquaginta, ex numeratione Ioſephi, Euſebij, Genebrardi, Barrerij. Carthagine autem iam condita, & plurimis Tyriorum, & Carthaginenſium in Africam, & Hiſpaniam colonijs deductis, nauigari cœptum, & frequentatum fretum extra columnas. 2 E

Nauigationes per fretū olim infrequentes. Carthago quando cōdita. Maſſæus. Genebr. Anno 3287. 3327. Barrerius in Ophira.

Et hæc noſtra coniectura ex eo confirmatur, quòd

A

Cur quondam, fretũ innauigabile.

quòd priſcis ſæculis Herculeum illud fretum haberetur innauigabile propter inſulam Atlanticam ipſi freto obiectam, quàm Plato in Timæo & in Critia celebrat, vtpote maximam, atque Libya ſimul & Aſia iunctis ampliorem, ſed quæ poſtquam maiori quadam inſolentis tempeſtatis vi aut diſiecta aut abſorpta fuit, fretum reliquit nauigabile, itinere expedito. Sed operæ pretium

5. *Plato.*

ipſis ſuis verbis narrantem accipere Platonem: [Traditur enim veſtra ciuitas reſtitiſſe olim innumeris hoſtium copijs, quæ ex Atlantico mari

Atlanticæ inſulæ deſcriptio.

profectę propè iam cunctam Europam Aſiamque obſederant. Tunc enim erat fretum illud nauigabile habens in ore, & quaſi veſtibulo, eius inſulam, quas Herculis columnas cognominatis: ferturque inſula illa Libya ſimul & Aſia maior fuiſſe, per quam ad alias proximas inſulas patebat aditus, atque ex inſulis ad omnem continentem è conſpectu iacentem vero mari vicinam. Sed intra os ipſum portus anguſto ſinu fuiſſe traditur. Pelagus illud, verum mare, terra quoque illa verè erat continens. In hac Atlantica Inſula maxima, & admirabilis potentia extitit regum, qui toti inſulæ illi, multiſque alijs & maximæ terræ continentis parti; præterea & his, quæ penes nos ſunt, dominabantur. Siquidem tertiæ mundi parti, quæ Libya dicitur, vſque ad Ægyptum imperauerunt, Europæ verò vſque ad Tyrrhenum mare. Horum vis omnis vna collecta noſtram, ò Solon, veſtramque regionem, & quidquid intra columnas Herculis continebatur, inuaſit. Tunc veſtræ ciuitatis virtus in omnes gẽtes enituit: quæ cum omnes magnanimitate bellicíſque artibus antecelleret, partim vna, alijs Græcis, partim ſola, cæteris deſerentibus, extrema diſcrimina ſubijt, hoſteſque expugnauit, amicis ſeruata vel reddita libertate. Poſt hæc ingenti terræ motu, iugique diei vnius & noctis illuuione factũ eſt, vt terra dehiſcens veſtros illos vna omnes bellicóſos homines abſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur. Quam ob cauſam innauigabile pelagus illud propter abſorptæ inſulæ limum relictum fuit. Hæc ò Socrates, eorum quæ Critias maior à Solone accepta narrabat, ſumma eſt.] Quem locum ad veritatem hiſtoriæ trahit

Pamelius.

Pammelius Annot. 528. in Tertull. Apologet. & Ioſephus Acoſta lib. 1. Hiſtoriæ Indicæ, cap. 13. Gregorius Garſia Dominicanus lib. 4. de Origine Indorum Occidentalium. Potuit itaque illud fretum Salomonis tempore fuiſſe vadoſum & innauigabile, poſtea verò ſubſidente limo, & continuo fluxu eluente ruinas, nauigationi opportunius.

4. Nauigatio ex Rubro longior, ſed quæſtuoſior.

Secundam, quòd licet compendioſior via per Mediterraneum, at minus eſſet nauigationis & negotiationis compendium. nam cum non ſolum Hiſpanienſes theſauri deportarentur ad Salomonem, ſed eodem itinere & claſſe diuitiæ quoque Arabicæ, Indicæ, Africanæ; certè opportunius erat ex mari Rubro ſoluentes legere Indicas & Africanas oras, collectiſque inde rebus pretioſiſſimis, curſum tandem in Hiſpaniam dirigere. Cuius exploratæ commoditatis argumentum eſt, quòd Phœnices & Tyrij non tam adornabant

Maris Rubri portus communis, Orientalibus.

claſſes ſuas in Mediterraneo, quàm in Rubro, vt ſuperius oſtendebamus; vtentes nimirum portu illo marique communi Arabibus, Æthiopibus, Abaſſinis, Tyrijs, & Phœnicibus, itemque Iudæis. Vnde Dionyſ. Alexand. Phœnices nominat Erythræos, non ſolum genere, ſed commercio, & habitationis cognatione quadam. Sic ille à verſu 906.

Dionyſ. Phœnices cognomento Erythræi

A

Alij autem prope mare ſunt cognomento Phœnices,
Eorum hominum ex genere, qui Rubri maris accolæ fuerunt;
Qui primi nauibus periculum fecerunt maris;
Primi item mercaturam mariuagam excogitarunt;
Atque profundam cœleſtium ſiderum viam deprehenderunt;
Qui Ioppen, & Gaziam, Elaidemque incolunt,
Et Tyrum vetuſtam, Berytique terram amœnam,
Biblumque maritimam, & Sidonem floridam.

B

Repeto igitur, certius eſſe nauigationem celebrem fuiſſe ex Rubro, quæ quorſum potius ex Rubro fieret quàm ex Mediterraneo. Sed quo ordine legerentur illæ Indicæ & Africanæ oræ ſoluentibus ex Rubro, dicemus inferius.

IIII. *Magneticæ acus cognitionem, & vſum defuiſſe priſcis temporibus. Reſponſio, oſtendit non defuiſſe.*

1 *Nauigatio per altum non ſine indicio. Flauius inuentor acus nauticæ. Prima nauigatio in nouum orbem, quomodo.*

C

2 *Phœnicibuſne vſus acus magneticæ? Barbarorum incurſionibus multa amiſſa.*

3 *Quid apud Plautum, Verſoria. Quid, Verſoriam capere.*

4 *Magnetis vſus acceptus ex Sinis, exploratus Salomoni.*

5 *Vtraque magnetis virtus connexa. Cur in omnibus regionibus proueniat.*

1.

FAtebitur iam aduerſarius, vſum aliquem, & compendium negotiationis eſſe potuiſſe in illo temporis longioris diſpendio, nauigantibus ex mari Rubro in Gaditanum, ſi tamen potuiſſet eſſe nauigationis per vaſtum & altum Oceanum dux aliquis, & viæ, polique index, id eſt, acus, quam dicunt, Verſoria aut Nautica, magnetis virtute & affricatione tincta, quæ nauigantibus indicata Cynoſura, maris etiam certum & rectum tramitem commonſtraret.

D

Nauigationis per altũ neceſſarius index aliquis.

At vſum acus Verſoriæ, aut Pyxidiculæ magneticæ valde recentem eſſe probat noſter Ioſephus Acoſta libro primo Hiſtor. Indicæ capit. 16. 17. Ioannes Mariana libro primo de Rebus Hiſpaniæ, cap. 22. Maluenda libro 3. de Antichriſto cap. 24. Gomara Tom. 1. Indicæ Hiſtoriæ cap. 10. Adrianus Turnebus lib. 20. Aduerſ. cap. 20. Guido Pancirol. in ſuis Nouis repertis. Tit. 11. & in eius Comment. Henric. Salmuth. Philander Commentarijs in Vitruuium lib. 10. cap. 14. Lilius Gyrald. lib. de Nauigat. cap. 1. Bozius libro 20. de ſignis Eccleſ. ſup. citat. & Philander quidem ait in oppido Amalphitano inuentum fuiſſe eum vſum acus nauticæ. Bozius inuentorem nominat Flauium quendam. Sed lego in Gilberto libro primo de Magnete. c. 1. Flauium Blondum, ſcriptorem potius quàm inuentorem, prodere edoctos fuiſſe Melphitanos à ciue quodam Ioanne Goia anno 1300. Atque ſimili ratione perſuaſi Goropius in Hiſpanicis, Barrerius in ſua Ophira, Acoſta, & Maluenda lib. 5. capit. 14. arbitrantur primam in nouum orbem nauigationem, ſine auxilio magneticæ acus, non tam

Vſum acus nauticæ recẽtem qui aſſerant.

E

Flauius inuentor nauticæ acicula.

Goropius. Barrerius. Prima nauigatio in nouum orbẽ an fortuita.

Virtus magnetis reſpiciẽdi polũ incognita priſcis Philoſophis.

A tam hominum induſtria & certo conſilio, quam caſu & fortuita ventorum tempeſtatiſve alicuius impulſione, fieri potuiſſe. Ergo cum priſco illo Salomonis ſæculo nullus videatur fuiſſe magnetis vſus, immo neque cognitio eius virtutis reſpiciendi polum, cum poſteriores Philoſophi illius minimè meminerint, tantum agnoſcentes virtutem attrahendi ferrum, Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus, Plinius, Euax rex Arabum, & alij poſteriores, omnino prætermiſſa illa cum aſtris & polis ſympathia; videtur ſanè Salomonica claſſis minimè eo deſtinata, vt per altum inuecta ad lõgiſſimas regiones nauigaret.

2\. Hæc obiectio illius quæſtiunculæ expoſitionẽ poſtulat, an vſus & cognitio magneticæ virtutis reſpiciendi polum priſcis ſæculis comperta fuerint, & an nauigatio per altum Oceanũ ſine nautica pyxide obiri aut poſſet, aut ſoleret.

An Phœnicib⁹ cognitio acus nauticæ.

B Gilbertus arbitratur magnetica auxilia, & artem pyxidis marinæ, ignorata à Phœnicibus Iudææ conterminis, nauigandi ſanè olim peritiſſimis, quorum labore & conſilio, vt in alijs operibus, ita in fabricandis nauibus, & expeditionibus ipſis vtebatur Salomon. Cuius hæc ratio: quòd ſi in vſu fuiſſet apud illos, proculdubio Græci, & Itali, barbarique omnes rem tam neceſſariam, & communi vſu nobilitatam, intellexiſſent, atque per manus tradita, vel ſcriptis, vel ratione alia ad poſteros permanaſſet.

Lẽnius de vſu magnetis apud priſcos.

C Ex oppoſito Leuinus Lemnius lib. 3. de occultis naturæ miraculis c. 4. fidenter aſſerit, *non eſſe quòd quis ambigat, veteribus eundem fuiſſe huius inſtrumenti vſum & cõmoditatem*, quæ nobis. Quòd ſi noſtri videtur ſæculi proprium inuentum, credendum eſſe, non tam noſtra memoria excogitatum, quàm interpolatum: id eſt, inſtauratum renouatione quadam. Hanc ſuam ſententiam his rationibus confirmat Leuinus.

Carthaginenſes & naucleri Salomonis

I. Quòd cum Pœni, ac Carthaginenſes nauigandi periti vltra bis mille annos, non ſolum maris Mediterranei portus ac littora frequentarent; ſed in Oceanum longius progreſſi inſtructiſſima claſſe totum Mauritaniæ ambitũ perluſtrarent, verosimile non eſt huius rei vſum illis defuiſſe. Atque idem cenſet de Salomonis naucleris ſoluẽtibus ex mari Rubro. D

II. Quòd ſæculo illo tam fœlici, tantiſque artificibus induſtrijs ac ſolertibus fœcundo, non facilè perſuaderi debet fuiſſe ignorata hæc velificandi inſtrumenta: quæ licèt tam ſalutaria eſſent,

Barbarorũ incurſionibus multa vtilia deperdita.

potuerunt poſtea propter frequẽtes barbarorum incurſiones, oppreſſis artificibus intercidiſſe: rurſuſque pacatis rebus, poſtliminio in vſum reuocari, vt in hanc rem quadrare videatur illud Eccleſ. *Nihil ſub ſole nouum: iam enim præceſſit in ſæculis, quę fuerunt ante nos.*

Eccl. 1. 10.

Plautus.

Tandem quòd non obſcura huius inſtrumenti mentio reperiatur apud Plautum, apud quem in Mercatore, vbi de nauigando ſermo eſt, ſic loquitur Eurychus: E

> *Huc ſecundus ventus nunc eſt, cape modo verſoriam.*
> *Hic Fauonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus:*
> *Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.*

Itaque *Verſoriam* intelligit proculdubio inſtrumentum nauticum, non ſolum cæli, ſed ventorũ indicem, quo ſine tutum non eſſet nauigationi ſe committere.

A Sed quæſtioni potiſſimæ quæſtiunculam Plautinam agglutinauit Lemnius, quam breui expediemus, vt de illa potiſſima, ſeparatim nobis agẽdi expeditior locus relinquatur.

De Plauti Verſoria.

3\. ERgo quod ad Plauti Verſoriam attinet, illam ipſam eſſe magneticam pyxidiculam intelligunt præter Leuinum, Gyraldus de nauigijs c. 1. Cælius Calcagninus in ſua ſupellectile nautica; Stephanus in ſuo Theſauro, in *Capio*. His verbis *Verſoriam* interpretatus; *Pyxidiculam magnetis, qua inſpecta naues à ſiniſtro vento vertuntur ad ſecundum.* Idem probatur Ioanni Baptiſtæ Pio, qui in Plauti commentarijs in hæc verba *Verſoriam* exponit: [Pyxidiculam, quam hodie Calamitam vocant, quam adhibent periti nautæ, cum ſubdubitant, num quid illorſum ſaxa ſint, vel ſcopuli, & derepente Verſuram faciunt, hoc eſt, illinc diuertunt, & alio circumeunt. Idem ſubijcit: Nec hunc Plautinum nodum Venetus Hermolaus diſſimulanter omiſit, ita ſcribens: in Plauto Verſoria inſtrumentum videtur eſſe nauticum, ex quo ſoluturi cognoſcebant, vnde flarent venti, & an mare admitteret: cuiuſmodi fere apud nos magnetis vſus in eo vaſe, quod pyxidicula vocatur.] Leuini opinationem de Plautina *Verſoria*, referi, non reijcit, Stukius ſcholijs in Arriani Periplum maris Erythræi; & Lambinus in Plauto annotat ex Alciato: [Verſoria (inquit Alciatus) inſtrumentum nauticum, quo ſecundum auram nauis vertitur. Nonnulli putant veteres eo ſolitos eſſe cognoſcere, vnde flaret ventus: cuiuſmodi eſt hodie magnetis vſus.] Cum vero etiam meminerit idem Plautus *Verſoriæ*, in Trinummo, cum quis alium ab incœpto itinere retrahere conatus, ſic præcipit: *Cape verſoriam*. Iterum Lambinus, *translationem à nautis* agnoſcit, *qui tempeſtate aduerſa coacti velificationem mutare ſolent.*

Gyraldus. *Calcagni.* *Stephanus.* *Baptiſta Pius.* *Hermola⁹.* *Stukius.* *Lambinus.* *Scena 3.*

Verſoria cuiuſmodĩ inſtrumentum.

Ergo ſic cenſeo, Verſoriam hanc Plautinam quid qualeve inſtrumentum fuerit, incertum eſſe: quanquam certa illa coniectura videatur, ſi inſtrumentum aliquod fuit, non aliud ſanè fuiſſe, quàm quo retro conuerteretur nauis, & curſus alio dirigeretur. qualis videtur eſſe clauus, quo torto aut flexo intorquetur aut inflectitur curſus. aut certè ligneum aliud inſtrumentum inſtar remi, quem *contum* vocant, vulgo *la palanca*, quo ratem vel regere, vel ſubigere, vel agere, vel retrahere ſolebant; quibus loquendi formulis nõ raro Poetæ vtuntur; *trudem* videtur appellare Tacitus libro 3. Illud minus placet, quòd Pius, Gyraldus, Cælius, Hermolaus, volunt eſſe inſtrumentum, quo velut indiculo ventorum cognoſceretur, vnde flarent venti; quale forte eſt quod hodie vocant, *canja penel*: quod & ſi videatur conuenire in pyxidem magneticam, in cuius rotula, aut circulo triginta duæ lineæ totidem indicant ventos; tamen, neque is videtur potiſſimus huius magnetici inſtrumenti vſus; neque tunc præcipuè illud capiunt nautæ, cum retro curſus vertendus eſt.

Tacitus. *Virg. 6. Aeneid. Seneca in Hercul. furẽte*

Turnebus.

Sed ecce Adrianus Turnebus lib. 20. Aduerſ. cap. 4. teſtatur ſe illos ferre non poſſe, qui Plautinam Verſoriam eſſe contendant pyxidiculam nauiculatoriam, atauorum memoria inuentam. Quam ſententiam rectè improbari à Turnebo exiſtimatur Salmuthius. Sed nulla ratione vterque improbat: niſi fortè communi illa & peruulgata perſuaſione, quòd acus hæc magnetica ſeu nauicularia ſit nouum inuentum natum in Melphi, vt nuper ex plurimorum ſententia afferebamus,

mus. Adhibet tamen Turnebus Plauto expoſitionem Verſoriæ, quæ Salmuthio maximè probatur. nimirum, eſſe funem nauticum, quo velum vertitur. Quam explicationem ex ipſo Plauto cõfirmare nititur, dicente in Epidico:

Funis, quo velum, vertitur.

Vtcunque in alto ventus eſt Epidice ex imo velum vertitur.

Iſidor. l. 19 c. 4. Atque hunc eſſe funem illum, quem Iſidorus vocat *Propedem*, quo pes, id eſt, imum veli tenditur. Proſertque Iſidorus Turpilij teſtimonium.

Quaſi cum ventus fert nauem in mare ſecundus,
Si quis propedem miſit in veli ſiniſtram.

B

Improbatio præcedentis ſententiæ. Sed proculdubio nimium infirma eſt hæc Turnebi coniectura, ſi tantum ex eo, quòd fune illo velum vertatur, velit illam ſolummodo eſſe Verſoriam. Nam & remi, quibus nauis vertitur, Verſoria erunt, & clauus aut gubernaculum, quo in vtramuis partem flectitur & intorquetur. Adde nullam potiorem rationem videri quòd *Verſoria* dicatur à vertendo velo, quam à vertenda naui. Præterea, quòd ſi Verſoria funis eſt, dicendus potius videretur *Verſorius*, ſicut dicitur Anchorarius, & Ductarius. videlicet funis, non Ductaria aut Anchoraria. Denique quia fune ille Turnebi, quo velum vertitur, & quo imus veli pes, angulusve adducitur, obliquatur quidem velum; atque vtrumque nos dicimus; *Cazar la eſcota y nauegar ala bolina*; non verò vertitur retro contrario curſu. At, vt illi quos nuper afferebamus, & ipſe Plauti locus apertè poſtulant, Verſoria eſt, qua retro contrario curſu nauis agitur.

C

Capere Verſoriam. Ergo itaque ſimpliciſſimum æquè ac veriſſimũ in Plauto intelligo *capere Verſoriam* ſine vlla figurata loquutione, aut translatione ex inſtrumento aliquo nautico, perinde eſſe, quòd arripere contrariam viam; ſicut enim, *capere viam*, ingredi vel progredi eſt; ita capere Verſoriam, ſupple viam, reuerti erit, quod vulgo dicimus ſimili Hiſpaniſmo. *Tomar la buelta*, idemque obſeruatum video ab Henrico in ſuo Theſauro in voce *Verſorius*, & à Calepini auctoribus: *capere Verſoriam, eſt reuerti*. neque cum Plautus dicebat; *Huc ſecundus ventus eſt, hic Fauonus*; deſignabat in ipſo inſtrumento indicium ventorum, ſed digito ad cælum conuerſus. Sed de Plauto & de Grammaticarionibus ſatis. quanquam & gratus & lubens accipio eam virorum doctorum interpretationẽ huius *Verſoriæ* Platinæ pro nautico magnete, non ſine aliqua nominis opportunitate, videlicet qđ propter magnetis attritum acus ſe vertat ad polum, cum quo magneti ſympathia eſt, vt iam habeamus quod noſtro Acoſtę reddere poſſimus, requirenti aliquod idoneum ex antiquitate huius aciculæ teſtimonium.

Auctor. Theſauri Latin.

D

Acus magnetica priſcum inuentum.

E

4. *Goropius.* Sed iam ad rem ipſam hoc non eſſe nouum, ſed priſcum inuentum, Goropius exiſtimat libr. 3. Hiſpanicorũ; atque illius originẽ & inuẽtionẽ referendã eſſe ad ſuos Cimbros, ex eo argumento, quòd nomina ventorũ, quæ deſcribuntur in chartula pyxidis, omnia ſint Cimbrica. Tum præterea cum rei huius ſcientia nõ aute annum milleſimũ ducenteſimum ſexageſimũ traducta fuerit in Italiam per Paulum Venetum vt ſcribit Gilbertus; ar ex Sinis, apud quos per vetuſta erat, accepta fuit.

Gilbertus.

A Atque adeo cenſeo cum Leuino, apud Phœnices & Iudæos ſaltem à Salomonis tẽpore in vſu fuiſſe. Quod mihi nõ illæ Leuini, ſed meæ, quę ſequũtur, coniecturæ perſuadent.

Acus Magnetica accepta ex Sinis.

I. Quod nemo debeat ambigere magnetis virtutem & naturam, qua polum reſpicere natus eſt, perſpectam fuiſſe Salomoni non minus quam aliorum lapidũ, herbarum, arborũ, rerumque minutiſſimarum natura conſtantiũ. nam cum vulgatiſſimam aliam ferri attractricẽ virtutẽ, quæ eſt in magnete, & quæ alijs Philoſophis explorata fuit, oporteat exploratiſſimam fuiſſe Salomoni ex illa ampliſſima, atque perfectiſſima rerũ etiã minutiſſimarum ſapientia ſibi diuinitus communicata; quorſum illi Deus alterius tantum partis ſcientiam inderet, alterius denegaret?

Salomoni explorata virtus Magnetis.

II. Adde quod altera facultas eſt cum altera cõnexa; cum enim virtute & affricatione magnetis ita temperetur ferrum, vt polum reſpiciat, oportuit quidem, vt ferrum attractum ita aliquãdo attingeretur, & temperaretur, vt conuerteretur ad polum, & occulta illa facultas manifeſto deprehenderetur experimento.

Vtraq; virtus Magnetis connexa.

Accedit III. Quòd non longè à mari Arabico, ad Inſulas Calechut, eſt magna magnetis copia, vt ſcribit Aloiſius Cadamuſtus in ſua nauigatione cap. 55. adeo vt multę ibi fiant naues abſque ferro, quòd vim magnetis paueant: atque etiam nunc inueniantur in Arabia boni & probati magnetes ruffi coloris: tum præterea in inſulis maris Erythræi, & nominatim apud illos Arabes Troglodytas, Aegyptijs & Iudæis conterminos, vt Euax rex Arabum teſtatur:

5. *Vbi magnes naſcatur.*

Cadamuſt.

Euax.

Magnetes lapis eſt inuentus apud Troglodytas,
Quem lapidum genitrix nihilominus India nutrit.

Abul. Abulenſis ſanè in hanc ipſam rem ſpectans 3. Regum 10. ſuper id, *Attulit ex Ophir ligna & gemmas pretioſas*, ait, in inſula Ophir (inſulam enim Indicam credit) eſſe multas gemmas, videlicet *Chryſopraſſum, & magnetem & multas aliorum generum*, ex auctoritate Plinij, quæ allatæ fuerint ad Salomonem. Quæ autem philoſophi temporis decurſu experimento cognoſcere potuerunt, ea omnia multoque plura diuina ſapientia præuentus cognoſcebat Salomon: atque ſi rem magneticam ignoraſſet, politiſſimum ſanè, iucundiſſimumque naturæ miraculum ignoraſſet.

Magnetis iucundiſſimũ naturæ miraculũ.

Tandem IV. videtur ad diuinam prouidentiam pertinuiſſe, quòd ea magnetis virtus reſpiciendi polum, non eſſet diu mortalibus occulta, quippe quę data fuiſſet propter mortalium vſum, atque nauigandi commoditatem, quæ iam inde à primis ſæculis, & à prima orbis terrarum inhabitatione frequentata fuit: proptereaque nulla videtur eſſe regio in qua non reperiatur & naſcatur is lapis: voluit enim naturæ auctor rem maximè opportunam ad humanos vſus maximè etiam communem eſſe, & mille ſpecierum, atque generum differentijs variatam; quod ex Plinio & alijs oſtendit Gilbertus lib. 1. c. 2. Ioannes Camers in Solini Commentarijs capit. 65. apud quos alij.

Magnes vbique proueniens.

Gilbertus. Camers.

A

V. Sine acu magnetica nullum fuiſſe ducem nauigationis per Oceanum. Reſponſio. Non defuiſſe alios etiam nauigationis indices.

1 *Olim à priſcis nauigatum per altum.*
2 *Phœnices in nauigando primi obſeruatores ſiderum. Thales poli primus obſeruator.*
3 *Venti & volucres duces nauigandi. Hippalus primus inuectus per altum.*

1. IPſa præcedentis argumenti reſponſio eſto, ſit vero ſimilis, non eſt tamen certa, atque adeo non maiorem certitudinem habebit Salomonis in Hiſpaniam expeditio: quippe ſine auxilio magneticæ pyxidiculæ per altum nauigari non poterat. At nauigatio in Tharſis certa & conſtans eſt, ergo Tharſis aliud habet certum & indubitatū ſignificatum, & aliam regionem quàm Tarteſſum indicat. B

Reſpondeo, Ne res certiſſima, id eſt, nauigatio Salomonicæ claſſis per Oceanum à re incerta & controuerſa pendere videatur; vt demus liberaliter incompertum fuiſſe Salomonis tempore nautici magnetis vſum; at non ideo defuit dux aliquis viæ, cuius indicio poſſet claſſis in altum inuehi; Nimirum falluntur, qui exiſtimant nunquam ab antiquis nauigatum per altum; & manifeſtis refellūtur teſtimonijs innumeris expeditionum & nauigationum per mare Indicum & Atlanticum, quæ ex probatiſſimis auctoribus præcedenti capite proferebamus. quibus nunc quoque addendus Strabo ſuper eadem quæſtione, contra Eratoſthenem diſputans, & Arrianus in Periplo maris Erythræi conſtituens duplicem in Indiam nauigandi rationem: alteram, per ſinus legendo littora: alteram, per altum mare: [Primus (inquit) Hippalus gubernator animaduerſo emporiorum ſitu, ac maris figura, inuenit nauigationē per altum mare, eo tempore, quo ſpirantibus ex Oceano apud nos eteſijs, libonotus in Indico pelago exiſtit.] Atque hanc ipſam nauigationem per altum mare ex Arabico in Indiam Plinius lib. 6. c. 23. vocat *propiorem curſum, tutioremque.* Hæc item ſunt illa nauigādi compendia apud eundem Plinium: *Diu* (inquit *nauigatum eſt, donec compendia inuenit mercator, lucroque India admota eſt.* C D

Acoſta. Mariana lib. 1. c. 22. qui exiſtimāt à priſcis nauigatum per altum.
Strabo.
Arrianus.
Plinius.

2. Sed huius, inquis, nauigationis per altum, quis ſine pyxide dux, index ve? Certè ipſa aſtra Septemtrionalia, quæ iuxta polum, quorum ductu & indicio nauigationem ſuam dirigebant naucleri, Sidonij potiſſimum, atque Phœnices, qui tūc temporis nauigādi peritiſſimi habebantur, vt ex Arato refert Cicero lib. 1. Acadē. & ipſam poli inſpectionem inter nauigandum eleganter deſcribit: *Ego* (inquit ipſe) *& magnus quidem ſum opinator, & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam paruulam Cynoſuram,* E

Phœnices in nauigando obſeruatores ſiderum.
Cicero.

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in altum;
vt ait Aratus, eoque directius gubernant. quòd eam tenent,
Quæ curſu inferiore breui conuertitur orbe.
Sed ad Helicen & clariſſimos Septentriones, id eſt, rationes has latiore ſpecie, non ad tenue elimatas; eo fit, vt errem, & vager latius.

Aratus.
Locus autem integer Arati in Phænom. ſic habet;

A
Hic Iouis altrices Helice, Cynoſuraque fulgent,
Dat Graiis Helice curſus, maioribus aſtris
Phœnicas Cynoſura regit, ſed candida totis
Certior eſt Cynoſura tamen ſulcantibus æquor,
Quippe breuis totam fido ſe cardine vertit.

Eandem Phœnicibus tanquam proprium inuentum tribuit Plinius lib. 8. cap. 56. ſiderum obſeruationem in nauigando. Propterea Cælius Phœnicibus vtrumque tribuit & nauigandi peritiam, & Aſtronomiæ inuentum. Sed de hac Laertius audiendus in Thalete: [Mileticiuis adſcriptus eſt, profectus cum Neleo ex Phœnice: Poſt reipublic. negotia ſe ſe ad contemplandam naturam tranſtulit, Sanè iuxta quoſdam nullum ingenij ſui monumentum reliquit. nam quæ in eum refertur, nautica aſtrologia, Phoci Samij eſſe perhibetur. Callimachus inuentorem fuiſſe minoris vrſæ, ac notaſſe illius ſtellas tradit, qua Phœnices nauigant, cuius verſus ſunt hi.] B

Plinius.
Cælius.
Laertius.
Thales Mileſius poli obſeruandi auctor.

Paluſtri notaſſe dictus eſt minuſculas
Stellas, periti quis Phœnices nauigant.

3. Quòd ſi aliquando tempeſtate ingruente conderentur cæli lumina; tamen peritiſſimi illi Phœnices, vel aliarum rerum obſeruatione, vel inhibito curſu, quouſque diſiecta tempeſtate rurſus affulgerent ſidera, curſum nauigationis ſuæ rectum dirigere, aut tenere potuiſſent.

C
Ventos item certo tempore ab aliqua regione ſpirantes Arrianus facit nauigationis duces. Quēadmodum Hippalum gubernatorem primum ſe commiſiſſe pelago, id eſt, alto mari, Libonoti ductu, & auſpicijs, id eſt, venti flantis inter Meridiem & Occaſum, quem Plinius lib. 6. cap. 23. Fauonium videtur appellare; tum etiam Hippalum à ſuo vel inuentore, vel obſeruatore. Nauigationis in Taprobanam non ſidera (Septentrio enim non cernitur) ſed volucres dicuntur eſſe duces; emiſſæ enim ſæpius terram petentes obſeruant, & comitantur nauigantes, vt ait Plinius lib. 6. cap. 22. & Solinus cap. 56. Quam rem attigiſſe videtur Martianus Capella libro 6. vbi de India; & de Mari ad Taprobanen: [Ibi Septentriones non apparent. Vergiliæ nonquam. Lunam ab octaua in ſ. decimam tantum ſupra terras vident. Ibi ſidus clariſſimum Canopos. In nauigando nullum ſidus obſeruant: auium, quæ vehuntur, volatus ſequuntur.] Cumulatè reſpunſum obiectioni quartæ. D

Venti nauigandi duces.
Hippalus primū per altum inuectus.
Plinius.
Volucres indices nauigationis.
Plinius.
Solinus.

VI. Tyrum dici filiam Tharſis cum è contrario videretur dicendum, ſi Tharſis eſſet Tarteſſus. Reſponſio illam appellationem tuetur.

E

1 *Qua ratione Iſaias Tyrum faciat addictam, & quaſi filiam Hiſpaniæ.*
2 *An Holofernes aliquando prædatus Tharſicos Hiſpanienſes.*
3 *Tyrus propter diuitias, & commercium, filia Tharſis, id eſt, Hiſpaniæ. Illuſtratus Iſaias.*
4 *Varia lectio in lib. Iudith. Holofernes an ſpoliauit Hiſpanos.*

Vit

1. *Forerius,*

VIr doctus Forerius Iſai. 23. verſ. 10. vbi Tyrus dicitur *filia Tharſis*, falſitatis cōuinci arbitratur illorum ſententiam, qui dicunt, Tharſis eſſe Carthaginem. nam cum Carthaginenſes fuerint colonia Tyri, & ex Tyrijs oriundi; Carthago quidem fuerit filia Tyri, non contra; & Carthaginenſes filij Tyriorum: ergo non potuit Carthago eſſe Tharſis. Simili ratiocinatione pugnari poteſt contra Tarteſſum; nā Tarteſſiaci fuerunt colonia Phœnicum & Tyriorum, vt ex Plinio, Strabone, Herodoto, Diodoro, Dionyſio, & alijs grauiſſimis Scriptoribus cap. præcedenti oſtendebamus. Ergo Gaditani, & Tarteſſiaci, vtpote oriundi à Tyrijs & Phœnicibus, erunt Tyriorum filij, & Tarteſſus filia Tyri. quare quod dicitur loco Iſaiæ indicato ad Tyrum: *Onus Tyri. Vlulate naues maris*; quod in Hebræo eſt, *naues Tharſis*. verſ. 1. & iterum: *Tranſi terram tuam filia maris*. in Hebræo: *filia Tharſis*, non poteſt vlla ratione de Tarteſſo, aut de Hiſpania accipi.

Iſa. 23. 1. An Iſaias loquatur de Hiſpania, cum loquitur ad Tyrum.

B

2. *Maluenda* Holofernes an in Hiſpaniam venerit.

Accedit quod Thomas Maluenda libro 5. de Antichriſto cap. 14. contendit, minimè poſſe noſtræ, de Hiſpania Tharſica, ſiue Tarteſſiaca, ſententiæ aptari illud alterum teſtimonium ex Iudith 2. 13. cum ſcribitur *Holofernes effregiſſe ciuitatem opinatiſſimam Melothi; prædauitque omnes filios Tharſis, & filios Iſmael, qui erant contra faciem deſerti, & ad Auſtrum terræ Cellon, & tranſiuit Euphraten*. vbi vides tam longè conſtitui filios Tharſis ab Hiſpania, quàm prouincias illas longiſſimè diſſitas Syrorum, Arabum, Iſmaelitarum, Cappadocum, Cilicum, Damaſcenorum, Euphratenſium. Nunquam enim Holofernes pedem in Hiſpania poſuit, illamve vidit, tantum abeſt vt veniens vicerit.

C

3. Qua ratione Tyrus addicta fuerit Hiſpaniæ tanquam filia matri.

Sed non magna in reſpondendo difficultas. Nam primum ex Iſaia facilè diluitur ex ijs quę diximus cap. præcedente, vbi Tyriorum Hiſpanienſium reditum in patriam, atque arctam Phœnicum atque Hiſpanorum neceſſitudinem, & rerum omnium communicationem oſtendimus. ex quo efficiebatur Tyrum addictā fuiſſe Hiſpaniæ Tarteſſiacæ, cuius diuitijs & theſauris incredibilibus vtebatur; & in ſuam domum exportatis, cunctas ad ſe Syriæ prouincias, & peregrinos mercatores alliciebat, vt ſcribitur Ezech. 26. Itaque quòd frequenter Tyrij Tarteſſum peterent, vnde maxima atque pretioſiſſima ſplendoris ſui ornamenta, id eſt, aurum & argentum comparabant, potuit dici Tyrus *filia Tharſis*; quamuis ratione alia originationis Tarteſſus fuerit filia Tyri. neque amplius efficit illa Hebraicę linguæ phraſis.

D

Filius quid in ſacro ſermone.

4. Quæ verior lectio in lib. Iudith. *Serarius.*

Secundum verò ex Iudith, pronam habet in Græco & Septuag. Vaticanis atque Complutenſibus reſponſionē, quippe non legunt *filios Tharſis*, ſed *Raſſis*. quod probat Serarius legendum, & ad aliquam Aſſyriæ partem referendum; quamuis pleriq; cum Ioſepho, & Hieronymo de Tharſis, id eſt, Cilicibus, aut Carthaginenſibus, accipiendum velint. Africanos verò ſe Holoferni dediſſe ſcribitur c. 3. 1. Quid verò mirum ſi ex Africæ oris ad Hiſpaniam digreſſus, non quidem ſubegerit Hiſpaniam, ſed veluti Piraticam exercens, nonnulla Hiſpaniæ oppida maritima, portuſque proximos deprædatus fuerit? quid item mirum ſi *filij Tharſis*, id eſt, ipſi Tarteſſiaci & Hiſpanienſes opulentia & mercimonijs tunc celebres, commorantes Carthagini, Tharſi, Ioppe, Tyri denique, in celebribus emporijs Syriæ, Meſopotamiæ, Libyæ, atque Ciliciæ, per quæ excurrebat Holofernes, ex loco nominentur,

E

An Holofernes tharſenſes Hiſpanos deprædatus.

A vt quorum præda opima bene ſaginatus diſceſſerit?

VII. Negotiatores Tharſis futuros Antichriſti milites, non item Hiſpanienſes. Reſponſio, fieri hoc poſſe.

1 *Qui militaturi ſub Antichriſto, apud Ezechielem.*
2 *Hiſpani Occidentales, immo ex vniuerſis gentibus Antichriſti milites.*
3 *Hiſpanos ſignificari nomine Thubal. Hic Hiſpanorum propagator.*
4 *Thubalæos in Aſia, & ad Aquilonem ab alijs conſtitui.*
5 *Ordo ſcribendi & numerandi, non ſemper ſequi rerum ordinem. Thubal, vniuerſa Hiſpania, Tharſis Batica.*
6 *Ionam fugientem in Tharſis, ad Hiſpaniæ littora intra aut extra columnas fugere deſtinaſſe.*

1. Diluitur Maluendæ argumētū,

Milites Antichriſti.

VNum item alterū arbitratur Maluenda cum noſtra Hiſpania repugnare Ezech. 38. 13. vbi inter Antichriſti milites nominātur negotiatores Tharſis, cum prius nominati fuerint Perſæ, Aethiopes, Libyes, Gomer, Thogorma; latera Aquilonis, Saba, & Dedan; qui omnes merebunt ſub Antichriſto. At minimè in eo conſilio eſſe videbimur, vt velimus, Hiſpanos gentem bellicæ gloriæ, atque ſemel ſuſceptæ fidei cōnſtantię laude clariſſimam turpiſſimo ſtipendio ſub impijſſimo Imperatore, & nefario contra Chriſtum bello aliquando obſcurandam.

2.

Sed nihil ſanè nos terrere debet is Antichriſti exercitus tum ex alijs Gentibus, tum ex Hiſpanis militibus conflatus. Nam quod magnum incommodum, ſi concedamus in illius nefarij Imperatoris ampliſſimo exercitu nō defuturos Hiſpanos milites, aut ex Hiſpanis oriundos? Quaſi non vniuerſi orbis nationibus multos fortiſſimos milites, duceſque clariſſimos ducturus ſeducturuſque ſit, atque etiam in errorem inducturus, *ſi fieri poteſt*, lectiſſimos quoſque? Rem non incredibilem arbitratur Hector Pintus Ezech. 38. fore vt Hiſpaniæ rex ſubijciatur Antichriſto. Quamquam illud veroſimilius, quod Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 17. ſcriſit, Hiſpanos Occidentales, futuros in Antichriſti exercitu, propterea quòd Ioannes Apoc. 20. 7. dicat, [ſeducturum Gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, & congregaturum eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris.] Hiſpanos itaque futuros, qui congregandi prædicuntur ex angulo Occidentis; quos quamquam Bellarminus cum communiori ſententia exiſtimet apud Ezechielē ſignificatos nomine *Thubal*: ſed, quod ad rem ipſam attinet; perinde refert, ſi dicamus ſignificari nomine *Tharſis*.

Sub Antichriſto militaturi ex vniuerſis nationib. *Pintus.*

Bellarm.

Hiſpani in angulo Occidentis.

3. Hiſpani an ſignificati nomine Thubal. *Maluenda. Mariana.*

Sed noua ex hoc loco inſurgit difficultas. Nam ſi Hiſpania & Hiſpani ſignificātur nomine *Tharſis*, nō ſignificabuntur nomine *Thubal* apud Ezechielem. At Hiſpanos à Thubal conditos, & propagatos fuiſſe, conſtans eſt omnium rerum Hiſpanicarum Scriptorum ſentētia, quos affert Maluenda lib. 5. de Antichriſto cap. 12. quorum communem conſenſum primis ipſis ſuæ hiſtoriæ verbis propoſuit noſter Mariana; *Iapheti filius Thu-*

bal

bal mortalium primus in Hiſpaniam venit, ſic magnorum virorum conſentiens opinio eſt: eam orbis terrarum partem, alijs alio deductis colonijs, multis per latè patentem prouinciam oppidis conſtitutis, imperio iuſto moderatoque tenuiſſe. Rem tandem nouis ex Hieronymo, Ioſepho, Eucherio teſtimonijs confirmare nititur noſter Villalpandus Ezech. 27.

Villalpan.

4. *Beroaldus.* At Matthæus Beroaldus lib. 4. Chronic. ſecus de Thubal, & Thubalçis ſentit, quòd Thubal iungatur alijs gentibus ab Hiſpania remotiſſimis, videlicet Moſoch; quare Thubalæos & Moſochços vult fuiſſe vicinos populos, qui ad imperium Gog pertinerent, id eſt, parerent Regibus Aſiaticis, Syriacis: & Thubal quidem fuiſſe Arabiæ & Syriæ vicinum populum, id eſt, Aſiaticum, non verò Europæum. Eadem coniectura doctus Maluenda, refert Thubal ad gentes Aquilonares contermi nas Moſcouitis; id eſt, vult eſſe Iberos, quos appellant Orientales: quod idem obſeruarūt Oleaſter Gen. 10. Ribera Apoc. 20.

Thubalæi vbi terrarū.

Oleaſter. Ribera.

5. Ego certè in præſentiarum neutram partem vel probare, vel refellere ſtatui, quòd noſtra de Tharſis ſententia inde minimè pendeat. Quamquam illud pro peruulgata illa de Thubalicis Hiſpanis ſententia dicam, eos leuiſſimo argumento rem aliè fixam & ſtabilitam conuellere niſos, qui ex ordine numerandi prouincias diuerſas illatum vel diſtantiam vel vicinitatem colligunt. nam plerumque ordinem in numerando perturbat ſacra Hiſtoria, tunc præſertim cum aliquod pretiū operæ eſt, remotiſſima extrema coniungere, vt quæ inter vtrumque interiacent, cenſeantur comprehenſa. Quid ſi non ſolum eam ob cauſam iungantur nationes illæ extremæ, ſed etiam, quòd quamuis patria diſtantiſſimæ, tamen propter cōmune ſtudium mercaturæ loco coniunctiſſimæ erant, nimirum ſimul confluentes ad Tyri nundinas? Adde non videri ſuperuacaneum, vt poſtquam ſemel apud Ezechielem Bætici Tarteſſiaci ſignificarentur nomine Tharſis, iterum Hiſpani in vniuerſum indicarētur nomine Thubal. Quippe nōn ſolum Bætici mercatores, ſed Hiſpani vniuerſi Tyrum frequentabant, id eſt, non ſolum Tharſis, ſed etiam Thubal.

Ordo numerandi nō ſemper rerum ordinem ſequitur.

Thubal, omnes Hiſpani, Tharſis, Bætici.

II X. *Ionam fugiße in Tharſis, minimè vero in Hiſpaniam: Reſponſio; etiam in Hiſpaniam.*

6. *Ioan. 1. 3.* NVlla tandem videtur ratione veroſimile Ionam in Tarteſſum Bæticamve noſtram fugere voluiſſe, *cū nauem conſcendit, vt fugeret in Tharſis*. quippe numquam legimus à portu Ioppe nauigarum in Hiſpaniam, illo præſertim tempore, cum tam inſolentes erant nauigationes vltra fretum & columnas. Tarteſſus & Bætica noſtra Turdetania tota à Calpe per externas tractus Hiſpalenſis oras porrigitur.

Reſponſio, neque vna neque difficilis. Potuit quidem eo loco nomen Tharſis, abuſiuè ſumi, pro remotiſſima regione, qualis erat Tharſis. Potuit & pro ea parte Bæticæ aut Tarteſſiacæ, quæ intra columnas eſt in Mediterraneo ad Malacitanas oras, aliumve Hiſpaniæ portum, quin opus eſſet prætervehi fretum Herculeum. Sed ſanè, quod veriſſimum videtur, nauigatio per fretum extra columnas non fuit incomperta priſcis ſæculis, vt ex Herodoto & alijs idoneis Scriptoribus oſtendebamus ſuperiori capite. Et, vt demus, Salomonis tempore infrequentem fuiſſe: poſtea tamen Ionæ tempore ducentis & eo amplius annis, frequenti Hiſpanorum & Tyriorum commercio celebris extitit, vt Ezech. 27. deſcribitur, & exponebamus c. præcedente, vbi de Hiſpanorum reditu ad defenſionem Tyri.

Multiplex argumenti ſolutio.

Nauigatio à Ioppe vltra columnas.

Ionæ quāto tempore poſt Salomonem.

Hæc ſumma capita difficultatum aduerſus noſtram de Tharſis aſſertionem: quæ ita amputauimus, vt nulla deinceps renaſci poſſe videantur.

CAP. XVI.

Vbinam Gentium Ophir, quam petebat Salomonis claſsis.

Ad locum 2. Paralip. 9. 10. Serui Hiram cum ſeruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, &c.

LOngiorem de Tharſis diſputationem compenſandam curabimus breuiori de Ophir tractatione, atque noſtra ſententia dilucidè expoſita, quædam ad noſtros in Iob commentarios referemus, vbi huius rei exponendæ opportunitas fuit: quædam item ad alios recentiores ſcriptores, quorum diligentia, atque iudicio res obſcura & incerta lucem aliquam & certitudinē accepiſſe videbitur. Sed age, rem totam quęſtiunculis particulatim ad breuitatem & perſpicuitatē opportunis expediamus.

I. *Numquid Ophir regionis alicuius proprium ac peculiare nomen.*

1 *Tharſis numquam pro incerta regione. Aliquando pro mari. Ophir nunquam nomen appellatiuum, aliquando nomen auri.*
2 *Qui Tharſis cum Ophir confundant.*
3 *Tharſis & Ophir longe differre.*

NOn deſunt viri docti, qui opinētur tam nomen Tharſis, quàm Ophir frequentiſſimè vſurpari, non propriè pro regione aliqua peculiari ve loco certo; ſed appellatiuè pro quacumque regione remotiſſima, & ditiſſima. Sicut & apud nos appellatio Indiarum nihil aliud continere ſolet, quàm longinquā ſimulque prædiuitem prouinciam. Eſt hæc illorum ſuſpicio, vt ad eludendas plures Scripturarum difficultates quæſita & accommodata, ita ſanè vllius idoneæ auctoritatis fundamento deſtituta. Inauditum enim eſt apud probatum aliquē Scripturarum interpretem Tharſis ſumi appellatiuè pro regione longinqua quacumque orbis terrarum. Quanquam illud notiſſimum non rarò ſumi à bonis Scriptoribus pro mari vaſto, vt docet Hieronymus ad Marcel. & Iſai. 2. à quo mutuati ſunt recentiores, Beroald. in Chronic. Genebrard. in Pſal. 47. Pererius Gen. 10. Ribera Ion. 1. Maluend. lib. 5. c. 14. de quo diximus ſuperius. At, quem viderim, nemo auſus eſt aſſerere Ophir appellatiuè ſumi aut pro mari, aut pro terra, præſertim cum octo tantum locis habeatur in Scripturis: & fere ſemper ant eſt nomen regionis, ad quā nauigabatur certo & deſtinato 3. Regum 9. 26. & 10. 11. & 2. Paralip. 8. 17. & 9. 10. & 3. Regum 22. 29. aut

1. *Ioſeph. Acoſta lib. 1. Indica hiſt. cap. 14.*

Ophir & Tharſis an aliquando nomina appellatiua.

Tharſis pro mari.

Hierony. Beroald.

Ophir nunquā appellatiuū nomen.

49.aut eſt proprium quaſi auri epithetum, quo ab A alio auro diſtinguatur,Iob 28.16.& 1.Paralip.29. 4.Iſai.13.12. & tunc idem valet quod aurum probatiſſimum, aut coloris fulgentiſſimi, vt diximus ad c.28.Iob. quas duas tantum ſignificationes cõplexus eſt Hieronymos epiſtola ad Principiam; *Ophor nomen eſt auri, vel à loco Indiæ vel à colore nomine indito.* Sed de auro Ophir inferius plura: tunc enim etiam nomen à regione, in qua prouenit, ſumitur.

Ophir nomen regionis & auri.

II. *Eſt ne eadem Ophir, quæ Tharſis.*

2.
An Tharſis & Ophir loco & regione differãt

VTramque pro vna & eadem reputãt Barrerius in Ophira, Acoſta lib.1.c.13. Barradius B lib.5.Cõcord.c.11.fauet Procopius, qui li. 3.Reg. ſolius meminit Tharſis, proculdubio ſub illa cõprehendens Ophir, quem imitatur Agellius Pſal. 47. verſ. 7. Idem indicant, contraria licèt via, qui in his Salomonicis expeditionibus ſolius Ophir meminerunt, quaſi ſub illa comprehendant Tharſis, vt Theodoretus 3. Regum 4.31. quem imitatur noſter Villalpandus Tom.2.in Ezech. tribuẽs Ophiræ, quæcumque in Scripturis de Tharſis dicuntur. indicant Maluenda lib.3. cap.19. Bozius lib. 20. de ſignis Eccleſ. cap. 3. cuius opinationis non poſſunt eſſe rationes aliȩ, quàm quòd quæ de expeditione in Tharſis dicuntur, conueniant etiã Ophir 3.Regum 10.11. & 2. Paralip.9. 21. Tum C præterea quoniam quod 3.Regum 22.49. *Rex Ioſaphat fecerat naues, quæ nauigarent in Ophir,* reperitur 2.Paralip.20.36. *Ioſaphat particeps fuit, vt facerent naues quæ irent in Tharſis.*

Barrerius. Acoſta. Barradas. Theod. Villalp. to. 2. p.2. li.5. c.46.

3.
Hierony. Ioſephus: Tharſis & Ophir longe diuerſas eſſe.

Sed ſanè longè diuerſam regionẽ faciunt Hieronymus, Ioſephus, & vniuerſi qui Tharſis in Africa, vel in Hiſpania conſtituunt, cum Ophir ad Indiam relegeor. Res mihi certa tum ex ijs quæ de Tharſis diximus, dicemuſque de Ophir; tum ex diuerſitate mercium, & rerum pretioſarum quæ adueheba otur ex Tharſis. 3.Regum 10.22.& quȩ ex Ophir 3.Reg.9.26.& 3.Regum 22.49. vt inferius explicabimus. Adde etiam, quòd nõ tam propter Ophir quàm propter Tharſis vidētur requiri tres illi anni ad nauigandum: coniunguntur enim nõ D cum Ophir, ſed cum Tharſis, vtpote longinquiori 3.Regum 10.22.

Tharſis & Ophir eadem nauigatione luſtratas.

Ad obiecta dicebamus ſuperius, Ophir & Tharſis ita diuerſas eſſe regiones, vt vnica & eadem claſſe adiri vtraque potuiſſet. Rex verò Ioſaphat Salomonis exemplo ſuam claſſem in vtramque regionem adornabat.

III. *Qui Ophir conſtituant in Indijs Occidentalibus, vt ſit Peruana regio.*

1 *Qui aſſerant Ophir eſſe Peru Hiſpanorum. Inſula Hiſpana.*
2 *An Ophir conditor gentis Peruanæ. Varia & obſcura Indorum Occidentalium origo.*
3 *Nomen Peru an ex Hebræo. Plurima Indica nomina Hebræis aſſona. Sepharuaim quæ prouincia. Fallax nominum ſimilitudo.*
4 *Nouus orbis cognitus priſcis & Salomoni. Nullus in Salomone error, qualis in priſcis Philoſophis.*
5 *Hebræi inſueti nauigationibus, & cur in medio gentium conſtituti.*
6 *Triennalis nauigatio. Aliorum interpretatio reiecta.*
7 *Pretioſa ligna tum in India Occidentali, tum in alijs prouincijs.*
8 *Ex Rubro in Indiam Occidentalem quantum nauigandi tempus.*

VT longè latèque Ophiram ſeparent à Tharſis, oon pauci, neque parum docti parumve diligentes Scriptores, illam cõſtituunt in nouo orbe; voluntque conſtanter eſſe ipſum Peru. In qua ſententia vel præiuiſſe, vel prænauigaſſe videtur clariſſimus ille, æquè ac fœliciſſimus Columbus, qui cum in nauigatione Oceani Occidentalis ad inſulam Hiſpaniolam appulit, Ophiram ſeſe reperiſſe dictitabat; vt ab illo eodẽ ſæpius narrante ſe aecepiſſe ſcribit Petrus Martyr lib.1.ſuæ Oceaneæ decadis. Sed qui deinde primus eiuſmodi opinionem animo & ſcripto concepiſſe videtur, fuit Franciſcus Vatablus, qui 3. Regum 9.28.& 3. Regum 22. 63. in eadem Inſula Hiſpana, quam vocant *Sancti Dominici*, ante ingreſſum Peru, conſtituit Ophir, quamquam idem ipſe aſſerat eſſe ipſum interius Peru, ſimulque Mexicum 2.Paral.3.verſ.7.annotat.16. Hanc ſeotentiam deinceps promouit Poſtellus taotum conſtituens in Peru. Arripuit libenter & exornauit Gotopius in Hiſpaoicis. Confirmant Arias Montanus in Phaleg.& imitatus Vatablus extendit ad vniuerſam Indiam Occidentalem, quæ cõprehendit vtramq; regionem Peruanam, & Mexicanã. Vrſit & robnrauit Genebrardus in Chronol. anno mundi 1820. 3150. 5572. Sequuti ſunt Marinus Brixianus in ſua *Arca.* in voce *Ophira*, & *Paruaijm*, Ioann. Auenar. in *Epher*, Antonius Poſſeuinus lib.3. Biblioth.cap.5.Fr.Rodericus Iepes in Hiſtoria pueri innocentis crucifixi. Non diſplicet Bozio Eugubino lib.20.de ſignis Eccleſ. cap.3. Admittit Emanuel Sà, 3. Regum 9. quamquam is potius inclinat in Indiam Orientalem, quæ parebat Luſitano: Partem aliquam Indiæ Occidentalis cenſet Danid de Pomis in voce *Ophir.* non omnino ab ea ſeotentia abhorret Ortelius in Theſanro. Neqne futilibus argumentis ſcribit noſter Delrius in Scholijs ad Medeam Senecæ Act. 2. Sed poſt omnes Gregorius Garcia Dominicanus de Indorum Occidentalium origine lib.4. noo vulgari ſtudio, quanuis vulgari lingua, diligenter cõgeſſit, diluereque conatur quæcunque aduerſus eam ſententiam obijci poſſent, &, quibus poteſt, confirmat.

1.
Columbus. Petr. Martyr. Vatablus. Inſula Hiſpana. *Gulielmus Poſtel. Goropius. Montanus. Genebrar. Marinus.* אופיר פרוים אפר *Poſſeuinus. Rodericus. Iepes. Bozius. Eman. Sà. Ortelius. Delrius. Gregor. Garcia.*

IV. *Quæ probent Ophir eſſe Peru: itemque probationum Reſponſiones vero.*

E EIus ſententiæ neque pancæ, neque infirmæ coniecturæ. Prima, quòd neceſſariũ videatur in illa humani generis poſt diluuium, & gentium diſperſionem, propagatione, nouum illum orbem ab aliquo ex primis illis hominibus inhabitatum. Exiſtimat autem Montanus, in Phaleg.c.9. Ophir filium Iectan, nepotem Heber, vltima Orientalis Indiæ littora tenuiſſe: ex his ad Peru & Mexicum ſuum imperium protuliſſe, ita vt duo illi filij Iectan, id eſt, Heuila, & Ophir, Indiam Orientalem obtinuerint, atque deinde Ophir etiam Occideotalem: non enim aliam veroſimiliorem originem Indis Occidentalibus aſſignare poſſumus: cùm autem gentes & populi nomina à ſuis con-

2.
Primũ pro Peru argumentum à conditore Ophir.

conditoribus ſortiri fuerint, oportebit, Indiam Occidentalem appellatam fuiſſe Ophis à ſuo conditore.

Reſponſio ex obſcura Indorũ Occidentaliũ origine.

Huic Montani coniecturæ reſponderi poteſt, valde obſcuram eſſe Indorum Occidẽtalium originem, tum quod primus illorum conditor & parens ignoretur; tum quòd minimè conſtet, quando aut quomodo ex noſtro orbe ad nouum illum aditus patuerit: cum enim conſtet nõniſi ex primis illis orbis terrarum reſtauratoribus, atque eorum nepotibus, Noe & poſteris, potuiſſe nouum illum orbem propagari, certè quidem aſſerunt initium generis habuiſſe ab ijs, qui fortè olim in mari iactati ventorum & tempeſtatis vi eò appulſi fuerint, nullo deſtinato conſilio, aut notitia eius regionis. Alij à Phœnicibus & Carthaginenſibus, qui propter mirabilem nauigationis peritiam, & aliquam noui orbis famam eò nauigationem ſuam deſtinarunt, coloniaſque deduxerunt. Alij ab Hebræis illis decem tribuum, qui vt dicitur Eſdr. lib. 4. cap. 13. 40. *tranſlati ſunt transflumen in terram aliam, & in vlteriorem regionem, vbi nunquam habitauit genus humanum.* Atque hos oportet per ſummam Tartariam ad regionem Mexicanam ex Media immenſo itinere aliquãdo tandem perueniſſe. Alij ab incolis inſulæ Atlanticæ, quæ cũ vaſtiſſima deſcribatur à Platone, & alijs tribus orbis partibus maior, oportuit vicinã fuiſſe nouo orbi. Alij ab Hiſpanis, & quidem Bæticis, extremæ Hiſpaniæ Occidentalis, qui primum Heſperides inſulas, deinde verò regionem vlteriorem incoluerint: Alij à Romanis & Italis, cum rerum atque Hiſpaniæ potiebantur. Alij à Tartaris & Sinis. Alij tandem non ab vna tantum gẽte, neque vna tantum via, ſed ab illis omnibus, quas commemorauimus, caſu, aut conſilio, mari terràque primos illius noui orbis habitatores profectos fuiſſe.

Acoſta lib. 1. Indica hiſtoria.

Alexius Venegas li. 2. c. 22.

Genebrar. li. 1. Chro.

Gomar. 1. p. hiſt. Indi.

Ouiedus 1. p. hiſt. lib. 2

Greg. Garcia li. 4. de origine Indorum.

3.

Secunda pro Peru confirmatio.

Secunda, quòd *Ophir*, ſeu *Opir*, & *Peru*, ſeu *Piru*, aut *Phiru*, per p, lene, ſint nomina aſſimilia tũ litteris, tum pronuntiatione & ſono. Vnde videtur formari *Paruaijm*, ſeu *Peruaim*, terminatione duali, qua vtitur Scriptura. 2. Paral. 3. 7. quod interpres Latinus appellat *aurum probatiſſimum*. Vbi Septuaginta retinentes originem, legunt *Aurum de Pharuim*, alij verò Hebraizantes, vt Pagnin. Tigurina, Regia, *Paruaim*, vbi annotat Vatablus: [Paruã numero duali dicitur apud Hebræos fortaſſe locus ille, qui noſtro tempore, Le grand Peron, & le petit Peron dicuntur. nam eſt maxima affinitas nominum:] intelligit verò, per *duo Peru*, magnum Peru, & Mexicum. Siue vtramque Indiam, Orientalem & Occidentalem.

Vatablus.

Cõiectura ex nominũ ſimilitudine.

Et roboratur hæc ex nominis coniectura, quod multa talia ſint in nouo orbe illius cognominationis veſtigia, atque adeo etiam aliorum nominum antiquæ illius gentis filiorum, atque nepotum Heber. nam *Paria*, *Paraguay*, ſunt prouinciarum nomina; *Piru* & *Iniapari*, fluuij: *Pariacaca*, *Piura*, mons, item Indi Quitenſes *Puruani*, quid aliud, olent, quam illud nomen Ophir, aut tranſmutatis litteris, aut inflexo, detorto, corrupto nomine; quæ omnia videre licet in Scriptoribus rerũ Peruanarum, Gomara, parte 1. Zarate lib. 1. cap. 1. Leuino Apollonio, Antonio Balbano, Acoſta lib. 1. cap. 13. Laurentio Anania in ſua Fabrica mundi tract. 4. qui potiſſimum meminerunt fluuij, nomine *Piru*: illam verò ex nomine coniecturam, quam primus Vatablus obſeruauit, vrget Montanus, & elucidauimus nos Iob 28. locupletat Maluenda, promouet etiam Gregorius Garcia; afferunt, qui huius ſententiæ meminerunt, Pererius, Barradas, Acoſta, Bozius. Mea non tranſcribo huc, nedum aliena.

Gomara. *Zarate.* *Apollon.* *Ananias.*

Fluuius Piru.

Reſponſio ad ſecundã obiectionẽ.

Reſponderi veriſſimè poteſt coniecturam ex nominũ cognatione, niſi aliæ adſint, non eſſe magnifaciendam; quippe ſæpe decipiunt nomina, ſæpe mutantur, & à ſua primæua origine degenerãt, ſæpe etiam nullo conſilio, ſed caſu res diuerſiſſimæ in vno & eodem nomine conueniunt, vti ſuperiùs dicebamus de *Tharſis*, & *Tarſo*, ſed & in rem præſentem exquiſitum exemplum adducit P. Barradas ex. 4. Regum. 18. 34. *Vbi eſt Deus Sepharuaim;* quæ vox ſola additione litteræ *Samech*, differt a *Paruaym*. & adde. 4. Regum. 17. 31. Hi *qui erant de Sepharuaim, comburebant filios ſuos igni Adramelech & Anamelech Dijs Sepharuaim.* Vbi proculdubio gens aliqua, & prouincia Aſſyriæ ſignificatur: coniungitur enim cum alijs gentibus conterminis, quas Sennacherib ſubegerat. Et, vt ſeniel dicam, vehemens mihi ſuſpicio eſt, aurum illud, quod 2. Paralip. 3. 7. appellatur *aurum Paruaijm*, non eſſe aurum allatum ex Ophir, ſed ex prouincia *Aſſyriæ Sepharuaijm*. Quanquam alij, cum cognoſcant ſignificari aurum certè cuiuſdam regionis, dicunt tamẽ ſignificari terram Hauila, cuius aurum item erat probatiſſimum, Geneſ. 2. 11. & ducuntur coniectura nominis: nam à Plinio lib. 6. cap. 28. ad Arabiam & Euphratem conſtituitur oppidum *Parbatia*, pro *Paruaijm*, cuius autem Dauid ex deuictis regibus regioni illi finitimis conſecutus ad templi vſus aſſeruarat. 1. Regum 6. 20. ſed neque Plinius, aut vllus Coſmographus nominauit *Parbatiam*, ſed *Barbatiam*; neque illam faciunt auri diuitem. Ergo, vt ad *Paruaijm* redeamus, proculdubio non eſt plurale, neque duale nominis Ophir: neque eſt cur ſe in hac re conſtituenda macerent Maluenda & Gregorius Garcia: neque *Ophir* cum *Peru* re ipſa conuenit; cum nomen *Peru* caſu impoſitum, & indigenis ipſis incognitum fuerit. cuius rei cauſas multas afferunt P. Acoſta lib. 1. cap. 13. Maluenda lib. 3. cap. 24. atque is illam præ cæteris, quam à viro nobili, & rerum Peruanarum eruditiſſimo Garſia Laſſo ego accepi, ac meis in Iob 28 cap. commentarijs, quorum ille meminit, primus ſcripſi.

Barradas.

Similitudo cum nomine Peruaim nõ efficax. Sepharuaim quæ prouincia.

Parbatia.

Plinius.

Maluenda.

4.

Argumẽtũ pro Peru tertium.

Nouus orbis nõ ignoratus Salomoni.

III. Quod indicauit Ortelius in Tabula noui orbis, oportet quidẽ minimè Salomoni ſapientiſſimo fuiſſe nouum orbem ignoratum, vt qui ſuo ipſius veriſſimo teſtimonio Sap. 7. 17. *ſciuerit diſpoſitionem orbis terrarum*: quod in primis erat ſcitu digniſſimum, atque iucundiſſimum; hanc autem noui orbis cognitionem, ſi coniungas cum ſtudio cumulandi aurum & argentum, & cum ipſa noui orbis natura harum fœcundiſſima opum: tum præterea cum ſcientia nauigandi, qua ſuos Salomon nautas inſtruebat, proculdubio efficitur, vt hanc nauigationem, atque regione Peruanam minimè reliquerit intentatam; neque alio opportuniori nobis nomine ſignificatam habeamus, quàm nomine *Ophir*.

Noui orbis apud priſcos mẽtio.

Et confirmo ex eo, quòd noui orbis notitiam aliquam habuiſſe veteres, innumera ſunt, & quæ vix eludi poſſunt, argumẽta; quæ diligenter enumerant, atque ex antiquitate proferunt, Abrahamus in ſua noui orbis tabula, Goropius lib. 7. Hiſpanicorum, Ioſephus, Acoſta lib. 1. Indicæ Hiſtor. c. 11. 12. 13. Thom. Bozius lib. 20. cap. 3. Maluenda lib. 3. de Antichriſto. cap. 16. Gregorius Garcia libro 1. de origine Indor. ex Platone, Seneca, Luciano, Arriano, Clemente Romano, Origene, Hieronymo, & alijs, qui eius orbis meminiſſe viſi ſunt. Verba Ortelij Coſmographi

Ortelius. *Goropius.* *Acoſta.* *Bozius.* *Maluenda.* *Garcia.*

claritiſſimi

clariſſimi libentet in hanc rem vſurpo : [Conſiderata namque cum antiquorum in deſcribendo terrarum orbe diligentia, & ampliſſimorum imperiorum ad adquirendas regiones commoditate, opportunitateque, tum humani generis dira atque inſatiabili auro atque argento inhiante cupidine nihil non tentante, quo ijs potiatur, quibus hæ regiones incredibiliter abundant, tandiu potuiſſe noſtro orbi latere non ſemel mirati ſuimus.]

Reſponſio.

Sanè hoc argumẽtum aliquid certum aſſumit, aliquid incertum colligit, dubia & incerta ratiocinandi formula. Quis enim negare audeat abſolutiſſimam Coſmographiæ, Geographiæ, ac Hydrographiæ ſcientiam inditam fuiſſe Salomoni? itaque in nullo ille errore fuit eorum, quibus priſci philoſophi imbuti fuerunt, qualis ille, nullos fuiſſe antipodas; non fuiſſe habitabilem, & nauigabilem Zonam torridam; mundum non eſſe ſphæricum; non eſſe ex parte nobis oppoſita mundum habitabilem: itaque mihi tam certum hæc omnia explorata fuiſſe Salomoni, quàm incertum, an (quod ſanè poterat) adornata claſſe tentauerit in nouum orbem tum capiendi experimenti, tum opes cumulandi gratia, claſſem deſtinare; atque adeo hinc huius controuerſiæ de Ophir pro Piru acceptione pendet omnino, alijs in aliam partem veroſimili ſuſpicione inclinantibus: Potuit enim propinquioribus tantum & faciliotibus vti; potuit & illam longiſſimam & intentatam tentare velle.

In Salomone nullus circa Philoſophiam error.

Priſcorum philoſopho[rum] errores.

5

IV. pro Peru argum. Salomonis nauigatio inſolens.

IV. Quod eſt Genebrardi: dum Scriptura de Salomone & Ioſaphat, veluti ſingulare notat, quòd claſſes adornarint in Ophir, non poteſt intelligi de nauigatione vulgati Indica; nam illa per mare Rubrum ſemper fuit tritiſſima, & cognita vniuerſis gentibus, ſine qua Orientis opes ad Syriæ, Aſiæ minoris, Phœniciæ, Africæ, Europæ regiones nunquam alioqui peruenerunt. Et confirmat idem Genebrardus: nam potuit à Tyrijs, & Hebræis ille nouus orbis aperiri ſulcato mari, ſiue verſus Occidẽtem more Hiſpanico; ſiue verſus Orientem, Molucis prçternauigatis, vt faciunt Luſitani.

Duplex nauigationis Peruanæ via.

Reſponſio ſanè obſeruanda, ſingulare fuiſſe Hebræorom regibus expeditiones facere, & claſſes in exteras regiones deſtinare: quippe qui vſuri eſſent alieno portu, exteris nautis, exterarum etiã nauium ſubſidio: quare ſolus Salomon in ſacra hiſtoria conatus atque conſequutus ſcribitur; ſolus verò Ioſaphat, & Ochozias incaſſum tentaſſe: voluit nimirum Deus, vt ea ſui populi regio minimè eſſet maritima, ne aliquod illi ex commercio, & nauigatione exterarum gentium, religionis & pietatis periculum crearetur, ac ne rerum varietate, & mercatorum perturbatione quadã, atque commoratione, vel inſoleſcerent animi, vel minus Deo fiderent. Quarum rerum propter frequentes nauigationes, atque commercium notatur Tyrus, Exech. 27. & 28. Ergo quod Aegyptijs, Tyrijs, Phœnicibus commune erat, hoc Hebræis fuit ſingulare; qua de re videndus Ioſephus lib. 1. contra Appionem, ſcribentẽ, Hebrços nullis commercijs celebres apud nationes alias extitiſſe; & Vatablus ſuper id Pſal. 71. 10. qui *Inſulas* interpretatur, *totum illum tractum*, qui *adiunctus erat Ciliciæ in Græciam*: *Nam Iudæi* (inquit) *contenti patriæ ſuæ commodis, non nauigabãt ad alias gentes: incluſerat enim eos data opera Dominus, ne ſe corrumperent externis moribus.* Poſuit enim eos Deus *in medio gentium*. Ezech. 5. 5.

Reſponſio ex inſolentia nauigationũ Hebræorum.

Cur Hebræis nõ facilis nauigatio.

Ioſephus.

6. V. Quod item mouit Genebrardum, atque Bozium, quòd ea nauigatio ſcribatur fuiſſe triennalis, quare profundè oportuit penetrare in Orientem, & Occidentem; nam quam hodie conficiunt Luſitani, quamuis tardiſſima, anno vel ſeſqui anno abſoluunt. Ergo niſi ad terras illas remotiſſimas abiret claſſis, triennium minimè conſumeret.

V. Ex triennali nauigandi tempore.

Reſpondendum, ſicut certum eſt, effici potuiſſe vt trium annorum ſpatio ex mari Rubro in Indiam Occidentalem nauigatio perficeretur; ita non probat triennium conſumi non potuiſſe circa littora Indiæ Orientalis, Africæ & Hiſpaniæ; præſertim ſi à nautis & vectoribus pluſculum tẽporis, atque operæ ponendum eſſet in colligendis auro, argento, dentibus elephantorum, ſimijs & pauis; eo potiſſimum tempore, cum compendia nauigationum nondum exploratiſſima habebantur. Vides igitur, vt ex hoc capite nihil neceſſarium colligatur ad vtramuis partem? Quod verò ad triennale illud ſpatium nauigandi attinet, repetenda, quæ capit. 3. dicebamus, ex Anaſtaſio Synaita, & Villalpando, quotannis redijſſe, ſed non eandem quidem, ſed diuerſam; ita tamen, vt eçdem naues poſtquam ex portu maris Rubri ſoluiſſent, non prius redirent, quàm triennio nauigando conſumpto. Nam quod Acoſta lib. 1. c. 18. Maluenda lib. 3. c. 24. dicunt, non inſumptum triennium in ſingulis illis nauigationibus; ſed tãtum ex tertio in tertium annum nauigaſſe, ſi non repugnat ſcripturæ; at repugnat vniuerſis ſcripturæ interpretibus, aliter triennale illud ſpatium accipientibus, tum & rei ipſi: nam ſi claſſis anno, aut ſeſqui anno redibat, quorſum certum, & præfinitum triennij tempus expectaretur, vt iterum adornaretur expeditio? res proculdubio gratis, & ſine ratione excogitata.

Reſponſio. Triennium in nauigando cõſumi, quomodo.

Acoſta. Maluenda.

Aliena interpretatio exploſa.

VI. Quòd quæ ex Ophir afferebantur ligna pretioſa; plurima proueniunt in Peruana & Mexicana prouincia, plurima in Braſilia, duritie, colore, & ſiue ad medicinam, ſiue ad alios humanæ vitæ vſus exquiſita, quæ magnificè commemorat, atque extollit Goropius lib. 7. Hiſpanicorum; ſimiæ item & Paui; vt iam nihil deſit, quod in naues Salomonis imponendũ ſit, prætetquam elephanti dentes, qui ex alia obuia Inſula, ſiue Indica, ſiue Africana, facilè comparari potuerint.

7.

VI. Argumẽtum ex pretioſis lignis Peruanis, & Mexicanis.

Goropius.

Hoc item probat Peruanam regionem abundare exquiſitiſſimis arboribus: ſed nõ probat alibi gentium non prouenire. Potuiſſe itaque Salomonis naues onerari ex Peru, nimirum ex Braſilia, & alijs prouincijs, quæ ſub nomine Peru latè ſumpti comprehendũtur. Sed re ipſa inde ad Salomonem eiuſmodi merces aduectas fuiſſe minimè euincitur.

Reſponſio, quod aliæ etiam prouinciæ pretioſa materia abundent.

VII. Quòd ſi ſemel ad Tarteſſum appellebãt Salomonis naues, facile erat inde vlterius in Ophir nauigare; ſicut nunc Hiſpani faciunt, duorũ, trium, quatuorve menſium ſpatio.

VII Argument. ex facilitate & breuitate nauigandi in Indiam.

Reſpondetur, potuiſſe quidem ex Hiſpania nauigare vlterius ad Indiam Occidentalem; ſed an nauigauerint, & an trium annorum ſpatio ſufficere potuiſſet longiſſimæ nauigationi ad eundum & redeundum, incertum eſt, quanquam ſatis fuiſſe videtur veroſimilius: nam cum ſeſqui anno abſoluatur nauigatio Luſitanorum ad Indiam Oriẽtalem: ſi præterea addas ſex menſes pro nauigatione ex mari Rubro in Indiam: & alios ſex menſes pro nauigatione ex Hiſpania in Peru, proculdubio tota nauigatio Salomonica videtur potuiſſe abſolui duorum annorum & dimidij ſpatio, atque adeo ſatis ſuperque fuiſſe triennium.

Satis fuiſſe trium annorum ſpatiũ nauigationi ex Rubro in Peru.

V. Impugnatores impugnati oneſque Peruanæ Ophir ſubiectis reſponſionibus.

1 *Qui contra Ophir Peruanam. Non oportet nuperam eſſe nauigationem in nouum orbem, ſed denuo inſtauratam.*
2 *Duo alia argumenta ſoluta. Ex Rubro in Peru nauigatio longa, ſed quæſtuoſa.*
3 *Peruana regio quarum rerum ferax. Herbæ peregrinæ. Elephantorum inſcia.*
4 *Ex vniuerſo orbe theſauri ad Salomonem confluētes. Duplex ex Rubro in Peru trames ad eundū & redeundum.*
5 *Iudicium de tota controuerſia.*

1. Acres præcedētis ſententiæ impugnatores.

SEntentiam, quæ conſtituit Ophir ad Indiam Occidentalem in Peruana regione, vt parum ſolidam, & potius nouitatis, quàm veritatis amore & ſtudio excogitatam, viri docti, atque diligentes noſtri ſęculi Scriptores improbarunt; cum quibus nos quoq; illam aliquando reiecimus, Comment. in Iob. c. 28. ſed illius acres imprimis impugnatores ſunt, Pererius lib. 3. in Gen. vbi de Heuilat, Barrerius in Ophira, Acoſta lib. 1. Hiſtoriæ c. 13. Barradas lib. 5. Concordiæ c. 11. Maluenda lib. 3. de Antichriſto, Bernardus Aldrete libr. 3. de origine linguæ Hiſpaneæ c. 13. vbi pro eodem alios rerum Indicarum Scriptores adducit. Ergo eius ſentētiæ impugnationes potiſſimæ quæ ſequuntur.

Nauigatio noua in nouum orbē.

I. Quæ eſt Barrerij, Barradæ, & Ortelij, quòd mundus ille ſit nouus, id eſt, nuper compertus, propterea que vel ab antiquitate incognitus, vel tantum cognitus tanquam ſacra inacceſſaque diuum ſedes, minimè à mortalibus nauigatione aliqua attingenda vel violanda; quod apud Senecam, Pedo Albinouanus docebat ab Ortelio adductus; quare & nauigatio in nouum orbem nupera eſt.

Seneca.

Huius obiecti in promptu eſt reſponſio; prętęrquam enim quòd Pedo Albinouanus tanquam *elegantiſſimus* quidam *fabulator*, traducatur à Seneca epiſtola 122. certè, vt ex ſecunda Ortelij ratione conſtat, & ex illis, quos ſuperius indicabamus, non fuit penitus incompertus nouus orbis, neque intentatus nauigationibus, cum plurimæ quidem per vaſtum illud Oceanum à probatiſſimis auctoribus deſcribantur, à nobis iam productæ præcedenti capite. Neque mirum rei nimium antiquæ multorum poſtea ſęculorum, caſuumque variorum, interuallo obliteratam fuiſſe memoriam, ſimulque prætermiſſam; atque ignoratam illius nauigationis rationem; quouſque iam diuina prouidentia & Hiſpanorum induſtria, atque virtute, rem, non tam nouam, quàm non antiquā, inuentam dicas, ſiue potius repetitam, atque inſtauratam; vt in hoc quoque illud quadrare videatur quod de acicula nautica, ex Eccl. 1. 10. dicebamus: *Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt; iam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos; non eſt priorum memoria.*

Pedo Albinouanus fabulator. *Seneca.*

Rerum priſcarum memoria obliterata.

2. II. Ab ea ſententia deterret Ortelium, quòd nuperus ſit magnetis lapidis vſus, ſine quo ab vllo mortalium nauigari minimè potuiſſe, conſilio, aut ſcientia, vaſtum iſtum Oceanum, norunt intelliguntque, qui nauigant omnes.

Hanc item obiectionem infregimus præcedēti capite, cum magnetis lapidis vſum, inexploratum fuiſſe Salomoni minimè credebamus; Tum prętęrea oſtendebamus, antiquos nautas alios ſui itineris duces pro magnete ſequi potuiſſe, aſtra nimirum, & polos, ventos, aues.

Acus magnetica cognita Salomoni.

III. Obijciunt Luſitani, Barrerius & Barradas, ſi in Peru expeditio facienda erat, quorſum attinebat per tot vaſtiſſima vagari maria & vniuerſum pene orbem laborioſiſſima nauigatione, infinitis penè & caſibus & erroribus obnoxia peragrare, cum per Mediterraneum & fretum Herculeum compendiaria nauigatione in Peru peruenire liceret.

Fallor, niſi ſimilem quoque difficultatem aduerſus illam è mari Rubro in Tarteſſiacam Bæticam nauigationem diſiecimus. c. pręcedenti, multis productis eius diſpendij in nauigando cauſis, ſiue quòd fretum Herculeum vadoſum eſſet, & parum tutum Salomonis tempore; ſiue quòd tēporis atque itineris diſpendium compenſaretur opportunitate legendi oras & portus aliarum regionum Indicarum auri atque argenti prædiuitum in eodem tranſcurſu; quæ cum lambebant Tyrij & Hebræi, illarum quoque robur & theſauros exugebant. Erat itaque nauigatio longinquior, ſed quæſtuoſior.

Cur ex Rubro in Indiam Occidentalē nauigatum.

Circuitus immenſus quæſtuoſus.

IV. Quod item Barrerius & Barradas non cenſent prętereundum; & quod Pererius ad eam ſententiam refellendam ſatis poſſe arbitratur, quòd præter aurum, nihil gignat Peruana regio earum rerum, quæ ad Salomonem ex Ophir apportabātur, nimirum gemmas, ebur, pauones, ſimias, & ligna optima, ex quibus citharæ, aliaque muſica inſtrumenta conficiebantur.

Barrerius. *Pererius.*

Sed fieri non poteſt, vt ignoret Barrerius Peruanam, & vniuerſam Occidentalem Indiam cum Braſilia, non minus quàm Orientalem, feraciſſimam eſſe exquiſitiſſimarum arborum, ſimiarum, Gallopauonum. Res de herbis & arboribus exploratiſſima, & multis noſtri ſæculi doctiſſimorum hominum iuſtis editis voluminibus conſignata. Inter quos merito referendus Hiſpalenſis noſter Rodericus Camoranus non ſolum Coſmographiæ, quam regio ſtipendio profitetur, ſed bonarum artium, Aſtrologiæ ac Philoſophiæ peritiſſimus, qui Indicarum arborum atque herbarum noſtro orbi incognitarum numero ſupra trecentas, prædiuitem ſupellectilem in ſuo horto concluſerat, nunc in ſchedis retinet inſigni Reipub. bono aliquando euulgandam. De ſimijs ſcripſit Sanct. Anaſtaſius Synaita libro 10. Examer. cum ait eiuſmodi animantia allata fuiſſe ad Salomonem ex Heſperia Occidentali. Sed quid ſcriptorum teſtimonijs egemus in re annuis claſſium noſtrarum reditionibus compertiſſima? Videndus omnino Ioſephus Acoſta libro quarto, capit. 39. & dicemus inferius. Et verò claſſis quæ nauigabat in Ophir, potuit in tranſcurſu ex alia regione accipere *ſimias*, quas ad oblectandum Salomonem adferret. Si pauones præterea requirat Barrerius, proferemus Pſitaccos, atque alias aues diuerſicolores, quas pro pauonibus legendas & intelligendas aliqui volunt. Sed de hoc quoque inferius.

3. Peruana regio quarum rerum ferax.

Herbæ & arbores exquiſitæ in India.

Anaſtaſ.

Acoſta.

Pauones.

Sed requirunt tamen dentes Elephantorum, qui minimè reperiuntur in Occidentali India. Sanè ſed potuerunt in tranſcurſu deſumi ex alia regione: Sicut aurum quidem non ex vna tantum regione, ſed ex multis colligebatur. Et dignum obſeruatione, quod ſemel tantum fit mentio *dentium Elephantorum*, & non tribuuntur Ophir, ſed Tharſis 3. Regum 10. 22. de quo plura à nobis poſtea dicenda.

Elephantes alieni ab India Occidentali.

V. Idem-

4. *Acoſta.*

V. Idémque fortiſſimum exiſtimat Ioſephus Acoſta, nihil videri opus nauigaſſe in Peru, cum ſatis ſuperque auri aliarumque pretioſiſſimarum mercium colligere poſſet Salomonica claſſis littoribus lectis Arabicis, Gangeticis, alijſque Indicis Orientalibus, Libycis, Hiſpanicis. Quare nullum tantum precium in nauigatione Peruana, quantum diſpendij & immanis circuitus prærernauigandi vniuerſam Indiam Orientalem, & regionem Sinarum.

Quorſum cõparati à Salomone theſauri Occidétales.

Sed commodè etiam reſpondendum, ingentis quæſtus & commoditatis eſſe potuiſſe eam nauigationem ad colligendam fortitudinem, id eſt, theſauros vniuerſi orbis in vnicum Salomonis dominatum, vt ſuperius dicebamus. Qua autem via tunc in Peru nauigandum, incertum. Et duplicem quidem eius nauigationis perficiendæ rationem indicauit Genebrardus anno 3150. priorem, ſulcato mari verſus Occidentem more Hiſpanico, & tunc quidem oportuit ſoluentes ex mari Rubro, & aliqua Indiæ Orientalis parte perluſtrata, attactis Malaca, Sumatra, recta deinde cõtendere ad inſulam S. Laurentij, ex qua ad Caput Bonę Spei, inde ad Braſiliam, atque legentes Peruanam illam Braſiliæ oram, tangere Cubam, & inſulam S. Dominici Hiſpanam; ex qua tandem pateret acceſſus ad Mexicanas oras. In qua nauigatione, qui arbitrarentur eam claſſem appellere ſolitam ad Hiſpaniam, hoc ſolum addere, aut corrigere debent, ex Peru & Mexico nauigaſſe ad Hiſpaniam, deinde per Africanas oras, ſuperato Capite Bonæ Spei, iterum rediſſe ad mare Rubrum, aut ex Braſilia contendiſſe in Hiſpaniã, ex qua in Peru, ex Peru autem per vaſtum illum Oceanum Antarcticum, & deinde per mare Aethiopicum rediſſe ad Caput Bonę Spei, & ad mare Rubrum. Altera verò nauigationis ratio, vt longius ab Hiſpania diſcedit; ita in maiores difficultates incidit; vt fieret, inquit, Genebrardus, verſus Orientem, Molucis præternauigatis, vt faciunt Luſitani, deindeq; per archipelagus ad regionem Mexicanam, lambendo deinceps oras Peruanas, & regni Chilenſis, per fretum Magellanicum, & Caput Bonæ Spei, iterum redire in mare Arabicum. Hæc ſanè omnia poſſibilia ſunt non ſolum ad credendum, verum etiam ad perficiendum. Sed re ipſa teſtata & perfecta fuiſſe, res incerta, & ad vtrumque opinandum anceps & libera.

Genebrar.

Duplex ex Rubro in Peru nauigationis via.

VI. Indicium de Occidentali, & Peruana Ophir.

5. Res ex vtraque parte probabilis.

QVid pro ſe, quid contra ſe habere poſſit hęc de Peruana Ophir controuerſia, & qua ratione vtriuſque partis argumenta aut vrgeri, & promoueri; aut ſolui, & refelli poſſint, diligenter expoſuimus. Rem in medio relinquendam decernimus, Lectori libere amplectendam, quæ videbitur. Tantum hoc & quidem pro veritate ingenuè, cum olim nos commentarijs in Iob, ab ea Vatabli, & Montani ſententia valde abhorruerimus, at nunc iterum conſiderantibus, & rationum momenta diligentius expendentibus, videri minus leuem minuſque deformem; ac minimè indignam quæ à ſapientibus & à veritatis amantibus benignè audiatur.

Mitior iam auctoris ſẽtentia de Peruana Ophir.

VII. Ophir, ſi non in Occidente, an in Africa.

1 *An Opahir apud Sophalam. Mina Salomonis. Annales Sophalenſium.*
2 *An Ophir in inſula Armus.*
3 *Ophir in India, an apud Pegu.*
4 *Taprobane Cherſeneſus. Gentes & regiones nominatæ ex metallis.*
5 *Primi Indiæ habitatores.*
6 *Indiæ vbertas & opulentia.*

1. Sophala.

IDeſt, Ophir an in Sophala, ſiue Zephala ſub ima Africa, ad Oceanum Aethiopicum ſita, vt ſcribit Ortelius? ita ſanè ab aliquibus exiſtimatũ ſcribit Volaterranus lib. 12. & quidam Ludouicus Venetus apud Barrerium in deſcriptione ſuæ nauigationis Vlyſſipone in Indiã, refert hanc fuiſſe communem opinionem Luſitanorum apud eam inſulam commorantium. Meminit Stukius in ſcholijs ad Periplum maris Erythræi. Idem affirmatè cenſet Oleaſter Gen. 10. & Hector Pintus in c. 2. Ezechielis, & in 10. Danielis. Ortelius in Theſauro. Iſtella Geneſ. 10. neque mirandum, quòd ſimul dicat eſſe partem Indiæ, ſi eam partem imæ Africæ, quæ Indiam reſpicit, Indiæ nomine comprehendat. Idem ſcribit Ramuſius in ſua Hiſtoria, ex Barrerio.

Volaterr. Luſitanorũ de Ophir opinatio. *Stukius. Oleaſter. Pintus. Ortelius. Iſtella.*

Ea ſententia his poteſt iuuari coniecturis.

Quatuor coniecturę pro Sophala.

I. Quòd ſit ea terra auri ditiſſima, vt ex Luſitanorum hiſtorijs conſtat.

II. Quòd in ea hiſtoria efferantur Mercatorum epiſtolæ affirmantium pro comperto iactari frequenti hominum traditione, prædiuitem quandam auri fodinam, quæ ibi eſt, eſſe priſcam minam Salomonis, vnde tot ille theſauros hauſit, ac nunquam exhauſta totam Indiam atque Perſiam locupletanit. Accinitque Thomas Lopezius in ſua Indica nauigatione ſcribens, Sophalenſes in rerum ſuarum peruantiquis cõmentarijs, legere, Salomonem Regem tertio quoque anno inde auri ingentem copiam exportaſſe.

Mina Salomonis. Annales Sophalenſium.

III. Quòd nomen non diſſentiat, quanquam paulo immutatum.

IV. Quòd non diſtet longè à mari Rubro.

Sed diſplicet tamen ipſis etiam Luſitanis, Barrerio & Barradæ, nõ alia ratione, quàm quòd alia ſententia, aliaque regio magis cum Ophir cõſentire videatur. Sed illud opportunius ad obijciendum, eam inſulam propinquiorem videri, quàm vt ad illam Triennalis nauigatio requireretur.

Ophir non apud Sophalam.

VIII. *An ad Indiæ caput: id eſt, ad imam Perſiam, & ſinum Arabicum ſpectat Ophir.*

2. *Eugubin.*

IBi ſanè conſtituitur ab Eugubino, ad id Pſ. 44. *In veſtitu deaurato:* ab alijs conſtituitur in Inſula, Armus, eiuſdem ſinus. Vbi non dubium quin ibi proueniãt aurum, margaritæ, aliæque res pretioſiſſimæ, ſed proculdubio minus vbertim & copioſè, quàm in alijs Indiæ prouincijs. Eupolemus apud Euſebium, quem ſuperius adduximus, tradidit, Dauidem naues miſiſſe in Vrphen, Inſulam nimirũ maris Rubri, quaſi exiſtimarit, Ophir, quæ eadẽ cum Vrphe videtur, ad id mare pertinuiſſe.

Vrphe inſula. *Eupolem.*

Sed neque tam difficilis, neque tã longa ea nauigatio fuiſſet, ſi ad vicinam Inſulam nauigaretur, neque in tãto pretio fuiſſet aurum Ophir, niſi fuiſſet procul, & de vltimis finibus. Ergo longius abeundum cum Salomonis claſſe.

Ophir minime apud Rubrum.

IX. *An Ophir in vlteriori, aut extrema India Orientali.*

3\. Ophir I India ex plurimorũ ſententia.

EA ſanè eſt frequẽtiſſima ſententia, Ophir pertinere ad Indiam, in qua cõueniunt Ioſephus 6. Antiquit. cap. 2. Hieronymus de locis Hebraicis, Theodoretus 3. Reg. q. 31. vbi Procopius & in c. 33. Iſai. Raban. in Gloſſa. Nicetas in Catena Iob. 28. Abulenſis, & Lyra 3. Reg. 9. Forerius & Adamus Iſai. 13. verſ. 12. Ribera Ionæ 1. Pererius lib. 15. in Gen. & 12. in Dan. Barretius in Ophira Bredembachius, & Agellius in id Pſal. 44. *in veſtitu deaurato.* Forſter. Mercer. in *Epher.* Reuchlinus in expoſitionibus vocum Hebraicarum, Acoſta, Barradas, Maluenda, ſuperius adducti. Maffæus lib. 1. Indicæ Hiſtoriæ, Honcala Gen. 10.

Sed, vt prædicti Scriptores in India Orientali conſentiunt, ita in aſſignanda Indiæ Orientalis parte diſſentiunt. nam quidam Ophir conſtituunt extra Gãgem ad Ptolomæi Triglypton, quod hodie vocant Pegu, pro quo facit quod Maffęus lib. 10. hiſtoriæ Indicæ, ex Bonferti litteris ſcribit de origine Peguſiorum. *Stirpem eos ab Iudæis exulibus ducere, qui à Salomone damnati ad Ophiranas aurifodinas, ea loca primi tenuerint. Fertiliſſimus verò ager & ex ſpectantibus latè campis alendo pecori bonus & affluens omni varietate rerum eſt.*

Peguſiorũ origo & regio.

4\. II. Alij, vt Laurentius Anania, in ſua mundi Fabrica, tract. 4. in Inſula vicina Malacæ conſtituit Ophir.

Taprobane.

III. Quòd ad Taprobanẽ, ſiue Samatiam, ſeu Malacam, ſiue Cherſoneſum, *auream ve terram*, vt nominat Ioſephus, potius pertineat, plurimorum ſententia eſt Ioſepho adſtipulantium, atque adeo Theodoretus & Procopius ſuperius adducti eam Indiæ regionem à Geographis appellari Chryſem, ſiue auream, aſſerunt, ducti coniectura illius nominis *aureæ terræ*, quod idem ſonat *Cherſoneſus*. Sed proculdubio id nomen valde incertum eſt, & multiplex: vt quod plurimis, illiſque diuerſis terris, auri diuitibus, impoſitum fuerit, vt eleganter oſtendit Georgius Agricola de veteribus & nouis metallis, quippe [Græci multas inſulas, oppida, montes, fluuios à metallis appellarunt: quòd ibi foderentur, vel colligerentur ex arenis lotis, vel foderentur, vel eſſent eximia pulchritudine. Nam duæ Inſulæ ſunt extra Indi oſtium, quarum altera ex auro, Chryſe; altera ex argento Argyre nominatur. & Chryſe oppidũ Apollinis prope Lentnum, & alterum in Helleſponto inter Ophrynium & Abydum: tertium in Aeolide. Ex auro etiam nomen reperit Chryſopolis Bithynię prope Chalcedonem, quæ ſic dicta, quòd Perſæ cum Bithyniam obtinerent imperio, aurum ex vectigalibus ciuitatum & ex tributis coacertuatum ibi reponerent, vt auctor eſt Dionyſius Byzantius. Argyra verò caput oppidorum Inſulæ Taprobanes, ex argento nomen duxit, & Argyruuthum oppidum Illyriæ.] Ex his quædam deſumpta ex Mela lib. 3. cap. 7. vbi Chryſem Inſulam aureum habuiſſe ſolum ait traditum à veteribus, ſed eſſe fabulam; cui quoque fidem nõ habet Plinius lib. 6. cap. 46. Meminit quoque earum Inſularum ditiſſimarum Iſidorus libr. 14. cap. 3. Denique ex auro & argento gentes quaſdam nomina duxiſſe conſtat; vt ex auro Chryſſeos Indiæ, & ex argento, Argyrinos Epiri.

Theod. *Procopius.* Cherſoneſus. *Georgius Agricola.* Ex metallis gẽtes & terrę nominatæ. Inſulę chryſe & Argyre. *Mela.* *Plinius.*

5\. Huius ſententiæ præter communem tam antiquorum quàm recentiorem ſenſum probatio prima, quòd Ophir & Heuila eas Indiæ regiones coluerint, quibus nomen dederunt, Geneſ. 10. Secũda quòd celebres fuerint ſemper Orientis Indiæ diuitiæ, ideo & celebres nauigationes ex Arabico in Indiam, quorum teſtimonia ſuperius protulimus. Itaque non ob aliud ſoluebant ex Arabico Tyrij & Hebræi, quàm vt compendiaria nauigatione irent in Indiam. Tertia. Quòd ijs omnibus rebus abundet India, quæ ex nauigatione aduehebantur ad Salomonem. *Aurum & argentum*, ex Plinio lib. 6. cap. 19. & 20. Solinus c. 55. Mela lib. 3. cap. 7. Curtius libro 8. & Luſitani ſcriptores rerum Indicarum. *Gemmæ*, Plinius libro 33. cap. 3. & libro 37. cap. 13. Solinus & Curtius. *Lignorum* item pretioſiſſimorum vſu atque natura, quæ fert India, meminit Plinius libro 12. cap. 4. 5. 6. 7. de quibus etiam dicendum inferius. Itaque Ophir ſi non in India Occidentali, erit in Orientali.

Ophir, & Heuila habitatores Indiæ.

Indiæ rerũ præſtantiſſimarũ vbertas.

6\. Sed claudendum tandem hoc caput, Indiæ diuitiarum & fœlicitatis præconio, cuius fama vniuerſi orbis nationes allexit, atque Salomonicam claſſem ad ſe aduexit, ampliſſimas opes ad ſuum regem beandum reuecturam. Iſidorus ergo hæc ſummatim de India collegit lib. 14. cap. 3. { India Taprobanam habet gemmis & elephantis refertam: Chryſem & Argyrem, auro argentoque fœcundas: vtilemque quoque arboribus, folijs nunquam carentem. Habet & fluuios Gangem, & Nidan, & Hypanen illuſtrantes Indos. Terra Indiæ Fauonij ſpiritu ſaluberrima, in anno bis metit fruges: vicẽ hyemis & æſtatis Eteſias patitur. Gignit autem tincti coloris homines; elephantes ingentes, monoceron beſtiam, pſittacum auem, ebenum quoque lignum, & cinnamomum, & piper & calamum aromaticum. Mittit & ebur, lapides quoque pretioſos, beryllos, chryſopraſios, & adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas, & vniones, quibus nobilium fœminarum ardet ambitio. vbi ſunt & montes aurei, quos adire propter Dracones, & Gryphas, & immenſorum hominum monſtra, impoſſibile eſt.]. Sed hæc eadem multo fuſius narrantur à Diodoro lib. 3. cap. 10. in deſcriptione Indiæ; breuius tamen & non inelegantius ab eodem lib. 5. [Eſt (inquit) India præ cęteris pulchritudine excellens; ac multis quæ illam rigent, fluminibus diſtincta, biſque fructus annuatim ferens. Adeo autem omnibus exuberat ad vitam neceſſarijs, vt affatim vbi libet fructus præbeat. Dicitur nunquam in ea ſterilitatem eſſe, aut fructuum vaſtitatem. Eſt & incredibilis elephantorum numerus; ſimiliter auri, argenti, ferri, æris, lapidum pretioſorum, cæterarumque rerum, quæ ad delicias atque opes ſpectant, ſumma copia. Quæ ſingula nota Semiramidi, ad bellum Indicum eius animum impulerunt.] Huiuſmodi plura ſcribit Eteſias Cnidius in lib. Indicorum apud Photium in Bibliotheca, numero 66. 67. 69. *Vbi agit de fonte, qui liquido quotannis auro ita impletur, vt centum ex eo vrcei fictiles anno ſpatio hauriantur. Fictiles autem eſſe vrceos propterea oportere, quòd hauſtum mox aurum concreſcat. vt ad illud educendum vas ipſum confringere neceſſe ſit.* Qoamquam hæc falſa eſſe ait Philoſtratus lib. 3. de vita Apollonij. Meminit item auri; quod multi vaſtique montes ſuppeditant, & quod à Gryphibus cuſtodiatur, de quo videndus Aelianus lib. 4. de Animal. cap. 27. & quæ diximus ad caput 28. Iob. vbi quæ piget iterum ſcribere.

Indicæ opulentiæ teſtimonia. *Iſidorus.* *Diodorus.* *Photius.* *Philoſtrat.*

CA-

CAP. XVII.

Quæ ex Tharſis adferebantur ad Salomonem.

Ad locum 2. Reg. 10. 22. Claſſis regis per tres annos ibat in Tharſis*, deferens inde aurum & argentum, & dentes Elephantorum, & Simias & Pauos.*

1 *Diuerſa mercium genera allata ex Ophir, & ex Tharſis, quamuis eadem claſſe.*
2 *Simia ridiculum animal. An idem qui ſtellio. cercopithecus. Cepus. vnde dictum* Hebraicè.
3 *Simiæ peregrinæ in* Hiſpania*, in nouo orbe pluri- mæ. Sed bene ex Hiſpania ad Salomonem.*
4 Pauones in *Regum delicijs. Vitellij patina.* Pauonum *ſpectaculum.*
5 Pauonis *nomen* Hebræum*, Græcum, Arabicum. Cuius regionis proprius. An idem cum aue Meleagride.*
6 Elephãti. *& eboris appellatio* Hebraica. *Ebur cornu, an dens? Elephanti ne allati ad Salomonem.* Pretium *eboris.*
7 *Ebur cur non adhibitum ad templi vſus. Eburnea idola, vnde ad Salomonem.*
8 *Elephanti Indici, Africani, Atlantici.*

Distinxi ſæpe, ac ſemper quidem, Tharſis & Ophir; quamquã vnicam & eandem claſſem, atque nauigationem in Tharſis, & in Ophir vtrãque regionem obeuntem facilè ac lubẽs admitto. Itaque quæcumque ſiue Ophir, ſiue Tharſis proferebant, eiſdem nauibus ad Salomonem afferebantur: ſed tamen quid proprium offerret Tharſis, quid peculiare Ophir, nunc exponendum.

1 Non eadẽ omnino allata ex Ophir, & Tharſis.

Et quidẽ ex Scriptura obſeruari poteſt. 3. Regum 10. 11. & 2. Paralip. 9. 10. cum ſolius Ophir mentio fit, nihil aliud deſignari allatum ex Ophir, quàm *aurum, & ligna thyina multa nimis, & gemmas pretioſas*. Cum vero ſermo eſt de Tharſis, dicitur inde allatum *aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos*. 3. Regum 10. 22. 2. Paralipom. 9. 21. quare corrigendi omnino, qui rem vtramque confundunt, atque vtriuſque regionis merces permiſcent: licèt enim aurum commune fuerit Tharſis cum Ophir, at argentum peculiariter tribuitur *Tharſis*, & præterea *ſimiæ, & pauit. & dentes Elephantorum*, peculiariter verò Ophir *gemmæ & ligna*. Neque propterea ex eo idoneum fiet argumentum, non prouenire in Ophir argentum, dentes elephantorum, pauos & ſimias: aut è contrario non prouenire in Tharſis gemmas atque ligna pretioſa: ſed id tantum efficietur certa coniectura, aurum optimum vtrinque afferri, & peculiariter maiori copia gemmas, atque ligna pretioſa prouenire in Ophir, quàm in Tharſis: rurſum & Tharſis referri magnam argenti vim, ebur, ſimias & pauos: hæc, inquam, vel ex Tharſis; vel ex regionibus vicinis: vel certè totam nauigationem ita dirigi ſolere, vt cum nauigaretur in Ophir, quædam in tranſcurſu colligerentur; quædam verò alia opportunius, cum ibatur in Tharſis, ſed ſingillatim exponẽda quę ſuppeditabat Tharſis, & primum ea, quæ non tam ad opulentiam,

Villalp. to. 2. p. 2. lib. 5. d. 3. ca. 46. Maluenda lib. 3. c. 22.

quàm ad pulchritudinem, & delicias pertinebant.

I. *Simiæ.*

2 קוף

Qvod in originali eſt *Koph*, aut *Kophim*. vniuerſi Hebræi, & Hebraizantes cum Kimhi, & Mardochai, cum quibus etiam Ioſephus, & Latinus interpres conueniunt, interpretantur *ſimiam*. nimirum animal, quod vt facie hominis ſimile, ita ad hominum tantum voluptatem, & riſum videtur natum. *Natura enim*, vt Galenus dicebat, *Simiæ ridiculo animali & animam habenti ridiculam, corporis quoque conſtructionem ridiculam dedit.*

Galen. in Anatom ad miniſtrat.

Quamquam apud quoſdam aliud etiam ſit ſimiæ nomen, quod Prouerbiorum 30. 28. vertitur *Stellio*. & notis non diſſimilibus deſcribitur: *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.* Simiam enim intelligunt & interpretantur R. Abraham, & R. Emanuel. & certè illa nota, quòd manibus nititur, id eſt, vt ex Hebræo legitur, quòd manibus teneat, ſeu apprehendat inſtar hominis, proprium eſt Simiarum; ſicut & illud alterum, quòd moretur in ædibus regis; ſolet enim eſſe regibus in delicijs. Tandem quòd nomen originale *Semimath*, affine ſit Latino Simiæ nomini, vt videatur hoc ductum ab illo.

Stellio an Simia.

שמימית

Sed *Simiam* animalve id, de quo in Prou. non eſſe idem cum eo, de quo in noſtro Regum loco, ex ipſa originalium nominum diuerſitate colligi poteſt; tum ex eo, quòd in Prouerbijs non ſignificetur peculiare aliquod & peregrinum animantis genus, quale in libro Regum: ſed conſuetum & vulgare, & minimè inſolens in Palæſtina. Quare inter res peregrinas & ex marina negotiatione prouenientes non eſt viſum id animans indignũ ſacra hiſtoria. Fuiſſe præterea non omnino eiuſdem rationis & naturæ cum Cercopithecis, id eſt, cum Simijs caudatis colligi ex eo poteſt, quòd Cercopitheci erant in Aegypto non ſolum cogniti, verumetiam pro dijs culti; vt illud indicat Iuuenalis Sat. 15.

Stellio minime peregrin' apud Hebræos.

Cercopitheci culti ab Aegyptijs.

Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.

Atque ad Arabiæ vrbem Aden, eſſe montem Cercopithecis abundãtem ſcribit Ludouicus Romanus in ſua nauigatione lib. 2. c. 13. & cum in Aethiopia etiam reperiantur, auctore Plinio, non videtur id animantis genus penitus ignoratum Hebræis, neque eſſe id, cuius in libro Regum fit mentio.

L. Romanus Cercopithecus.

Et verò, quod ad nomen ipſum attinet, quamquam animal apud Hebræos peregrinum fuerit, nomen tamen *Kophim*, videtur minimè peregrinum fuiſſe, ſed ſumptum à radice *Iakaph*, aut *Koph*, quod eſt circumdare, aut circuire, quòd id animal nunquam quieſcat, ſed ſemper circumeat. *Siempre eſta dando bueltas.* Et fortè ſimilitudine quadam inde formatum eſt Græcum Simiæ caudatæ nomen, Cepos, de quo Strabo, Plinius, Aelianus: nam *Coph*, aut *Cop*, cum Cepho; aut *Cepo* manifeſtè aſſonat, res licèt non ſit eadem. nam *Cepus* Aeliani, pulcherrimus licèt, notiſſimus debuit eſſe Hebræis, quippe vicinus; de quo ſic Aelianus: [Terrenum quoddã animal Pythagoras ſcribit ſecundum mare Rubrum procreari, & cepum, hoc eſt, hortum appoſitè idonco nominari, quòd tanquã hortus varijs coloribus diſtinguatur: eius anticę & poſticę partes ad caudã vſq;

יקף קוף Simia vnde dicta Hebræis.

Cepus Aeliani quale animal.

O 3 prorſus

A prorſus valde igneo colore ſunt diſtinctæ; aurei quidam pili diſſeminati ſpectantur, tum album roſtrum, inde ad collum aureæ vittæ pertinent. Colli inferiores partes ad pectus, & anteriores pedes omnino albi; mammæ duæ manum implentes cæruleo colore, venter candidus; pedes poſteriores nigri ſunt. Roſtri forma rectè Bucephalo comparari poteſt.

3. Simiæ in Hiſpanis peregrinæ.

Sed iam ad rem noſtram propiùs: cum Tharſis potiſſimum pro Hiſpania ſumi docuerimus, deinde etiam paulo extenſo vocabulo, pro illis inſulis, quæ iuxta Hiſpaniam, vel ſecundum oras Africanas oppoſitas Hiſpaniæ, reperiuntur, quamuis Simiæ in Hiſpania non naſcantur, neque fiant, potuerunt tamen attribui nauigationi Tarteſſiacæ, ex commercio Hiſpanienſi, quòd fortè ex nouo orbe, aut ex Africa Indiave in Hiſpaniam tãquam in communiſſimum & celeberrimum portum delatæ, poſtea ad Salomonem referrentur, oneratis nauibus leuiſſimo illo mercium onere. Sunt enim in nouo orbe caudatæ

Simiæ in nouo orbe, & in pluribus alijs regionibus.

infinitæ, eædemque variæ, atque multiplicis generis. Vel certè attribuuntur nauigationi Tarteſſiacæ, quia eodem itinere, quo claſſis nauigabat in Tharſis, colligebat ex portubus, & littoribus, quæ in tranſcurſu legebat, eiuſmodi animalcula, quæ non in vna tantum regione proueniunt. Nam in India naſcuntur pulchræ &

Arrianus.

magnæ, vt Arrianus ſcribit; atque adeo multiplex variumque illarum genus, in Indiæ montibus pronenere In tanta copia, vt excelſo & erecto corpore incedentes, quaſi hoſtium exercitu viſo, aliquando perterreſecerint Alexandrum,

Aelianus.

auctor eſt Aelianus. Quædam item Indicæ Simiæ candentes, quædam nigricantes, referuntur

Plinius. *Strabo.*

à Plinio libro 8. capit. 21. & Strab. libro 15. Porro in Africa quoque naſci tradit idem Strabo. Herodotus apud Zygantes Africanos affatim Simiarum reperiri, quibus illi veſcantur. Solinus om-

Solinus.

ne latifundium, quod inter Aegyptum, Aethiopiam Libyamque diffunditur, vario impleri Si-

Stephanus

miarum genere. Tandemque, Stephanus, qui de Vrbibus ſcripſit, *Pithecon*, id eſt, Simiarum ſinum, portumve Libyæ iuxta Carthaginem conſtituit: Denique rem non longè diſtantem à Gadibus, & Tarteſſo, ſcribit Strabo libro 17. poſtquam enim de Mauritana regione dixerat, maximam Simiarum multitudinem proferente, ſubiungit: [Nar-

Poſſidonius

rat Poſſidonius, ſe, cum è Gadibus in Italiam nauigaret, in Libyæ oram delatum, ac ſylnam quandam mari contiguam vidiſſe, ſimijs plenam, quarum aliæ ſuper arboribus, aliæ in terra ſederent; nonnullæ catulos haberent, & vbera præberent; nec ſine riſu vidiſſe alias vberibus graues, nonnullas etiam caluas, nonnullas hernioſas, & alia quædam id genus vitia oſtendentes. Sed ex Hi-

Simiæ ex Hiſpania ad Salomonem.

ſpania potiſſimum ſimias delatas ad Salomonem diſertis verbis docet Anaſtaſius Synaita lib. 10. Hexamer. illis verbis nuper adductis, & nunc quoque repetendis: *In tertio libro Regum inuenimus nauem Salomonis ſingulis annis venire ex Tharſis, quæ eſt Heſperia regionis Occidentalis, & ferre ad eum aurum, & eiuſmodi animantia.*

II. Pauones.

4. Pauones, nugæ. *Anaſtaſius*

PAuones quoque non tam in diuitijs quàm in delicijs & pulchritudine numerandi, quòd enim non habeant alium vſum, illos appellauit *nugas* Strattis quidam apud Pauſaniam. Quamuis quidem pulchritudinis ac varietatis huius eſt in natura vſus non omnino contemnendus, vt

Pauſanias. *Plutarch.* *Chryſippus de pauonibus, & luſcinijs.*

eleganter Plutarchus docuit lib. de Stoicorum repugnantijs, & Chryſippi dogmata notans; [Cum in opere (inquit) de natura ſcripſiſſet, naturam multa animalia pulchritudinis gratia protuliſſe, gaudentem nimirum pulchritudine & varietate: adieciſſetque alleniſſimum à ratione dictum, Pauonem ob caudam, eiuſque pulchritudinem eſſe creatum: Rurſum in lib. de Republ. audacter inſectatur eos, qui pauones alunt & luſcinias, tanquam contrarias legibus à conditore legum vniuerſi poſitis leges ſtatuens, ac naturam ſubſannans, quæ ſtudioſè tam elegantia edidiſſet animalia, quibus ſapiens in vrbe locum non concederet.]

Regum deliciæ Pauones. *Suetonius.*

Regale verò ſemper eſt habitum Pauonibus B delectari, vt ſciri poteſt ex Aeliano li. 13. de Animal. cap. 18. Sueton. in Tiber. cap. 60. & in Calig. cap. 22. Alexand. libro 2. cap. 13. & libro 3. cap. 12. Tum præterea, & veſci: quippe pauonum caro optima atque delicatiſſima non niſi Regum mẽſis inſerebatur: vt exempla teſtantur Heliogabali apud Lampridium; Hortenſij in cœna Augurali, apud Varronem de re Ruſtica libro 3. capit. 6.

Lamprid. *Varro.*

atque adeo *ſaginari primus inſtituit M. Aufidius Lurco, exque eo quæſtu reditus ſeſtertium ſexagena M. habuit*, vt ſcribit Plinius libro 10. cap. 20. qua-

Auctor ſaginæ Pauonum quis. *Plinius.* *Clemens.*

re ad luxum & guloſitatem refert Clemens libro 2. Pædag. cap. 1. *Phaſidis aues*, *Attagenas Aegyptias*, *Medicum pauonem*, & ſimilem Romanorum luxum notant Plinius libro 2. cap. 5. Horat.

Luxus Romanorum.

C lib. 2. Sat. 2. Martial. lib. 14. Ouid. 6. Faſtor. Sueton. in Vitellio cap. 13. & 17. qui in illa famoſa

Vitelij patina.

patina, quam *Mineruæ clypeum* vocabat, ſcarorum iecinora, phaſianorum & pauonum cerebella, & linguas phœnicopterum exhibuit. Sed an ad Salomonem ſpectaculi tantum & deliciarum cauſa, an verò etiam vſus & eſus, allati fuerint, incertum. Illud veroſimile, propter vtrumque, quamquam fortè potiſſimum, vt regia vrbs, regiæque deliciæ amplificarentur: atque aues pulchritudine & peregrinitate exquiſitiſſimæ publicè ſpectandæ Ieroſolymis proponerentur; vt quondam Athenis quò, vt ſcribit Athenæus, lib. 9. [Multi

Athenæus.

è Lacedæmone ac Theſſalia eas aues ſpectandi

Pauonum ſpectaculũ Athenis.

D deſiderio commoti, adire ſoliti erant, & illorum oua magno ſibi pretio comparare; & pauonum ſpectaculum fuiſſe oppido quàm expetitum: nouilunijs quicumque videre cuperet, admitti: reliquis diebus, minimè, quicumque is eſſet, qui adueniret ſpectatum; quod factitatum per annos pluſquam triginta, Neque mirum:

Nam ob raritatem Pauo in admixtione eſt.

Eubulus.

Vt ex Eubulo in Phœnice affert idem Athenæus. Poſtea verò vt creuiſſe numero & copia, ita decreuiſſe admiratione Ieroſolymis, coniectura eſſe poteſt: quod idem Athenæus lib. 14. ex Antipha-

Antiphan.

ne Comico in Milite de Roma, quaſi per vaticiE nium, dixiſſe videtur:

Pauonum tantummodo par vnum adduxit quiſpiam, raram tum
Auem, nunc verò plures ſunt, quàm coturnices.
Bonum ſi quis virum quærat, & conſpiciat,
Videbis ex eo ſatos improbos quinque liberos.

Ac plura ibi de Pauonibus.

5. תוך

Sed, vt de nomine originali *Tuk*, aut *Thukym* dicamus, peregrinũ ſanè nomen videtur; cuius ignũ varietas & incertitudo ſignificationis; quis

Latinus

Nomen Pauonis Hebræum peregrinum.

Latinus Interpres, Thargom, Rab. Salomon. R. Leui, R. Dauid. 2. Paralip. 9. R. Mardochai in Côcordant. & fere Hebraizantes Pagnin. Forſter. Tigurina, Vatablus, denique Vulgus aliorum interpretum, *Pauones* interpretentur. Tamen, vt nõ deſunt aliæ Pauonum nomenclaturæ in Hebræo ſermone, ita hoc ipſum nomen *ThuKijm*, ab alijs aliter redditur. Et de alijs quidem nominibus R. Kimhi Iob. 39. 13. *Renanim*, interpretatur *Pauones*, quem *Struthionem* vertit Latinus. Tum præterea *Hobnim*, Ezech. 27. 15. à compluribus ſumi pro *Pauonibus*, teſtatur Marinus; quos Latinus vertit propter cognationem vocis cum Latino, *Hebeninos*. Porro illud nomen non tam eſt ſacrum, quam Thalmudicum, quo vtitur Elias in Thisbi, *Tauas*, aut *Tauaz*. idemque reſtatur ſimili voce *Pauones* nominari à Thargum Ezech. 27. neque aliter vocari Arabicè; & verè quidem: nam Arabicè vocatur *Tauz*, vel *Atuaz*. quod nomen videtur imitatum ex Græco; in quo *Taos*, Pauo eſt: de quo nomine plura Athenæus lib. 9. Adde etiam Hebræũ *Neghelaſa*, ab aliquibus pro *Pauone* vſurpari Iob 39. 13. quod Latinus videtur dixiſſe *Herodium*, vt eo loco obſeruabamus.

Malræ Pauonũ appellationes. רננים חבנים B טוס Pauo Arabice. ταώς. נעלסה

R. Kimhi. R. Mardochai.

Sed illud *ThKaut ThKijm*, à quibuſdam vſurpari pro illarum ſimiarum genere, quod vulgo vocant, *Gato Maimon*, ſcribunt R. Kimhi, & Mardochai. Sed ſanè longè diuerſa res: quippe id animal valde laſciuum atque petulans, & de illo Simiarum genere, quos adulteros vocant: & incredibili in fœminas furore libidinis feruntur, C vt Ælianus ſcribit. Denique *ThKijm* ſunt *Pſittaci* Hæretico interpreti. Neque inſulſa coniectura confirmant viri non indocti, quòd & à natura & à Plinio eiuſmodi auis commendatiſſima fit. Abulenſis Pſitaccos cum Pauonibus numerat, inter ea quæ afferebantur ad Salomonem, 2. Paralipom. 9. quæſt. 5. Sed in re ſanè incerta, illud tantum certi conſtitutum eſſe oportet, vulgati interpretis auctoritatem maximã apud omnes eſſe debere. Et quidem potuit ille *Pauonum* nomine pulcherrimam quamque & verſicolorem auem intelligere ex prima atque pulcherrima. Sicut enim Aquila Iouis, ita Pauo Iunonis de primatu inter ſe, & in auium genere contendunt.

Simiæ petulantes.

Plin. lib. 10 c. 42. Tremel. Iun.

Aquila & Pauo de primatu certantes.

Oppian. lib. 3. de Venat.

Quippe feris tanto præſtat forma inclyta Tigris,
Quanto præcedit Pauo genus omne volantum.

Pauones ex Hiſpania potuiſſe deferri ad Salomonẽ.

Sed iam quomodo (inquis) Pauones ex Tharſis, aut ex Hiſpania, ex vicinave aliqua regione potuit accipere claſſis Salomonis, cum Pauo non ſit auis Hiſpaniæ propria, imo neque cum alijs illi communis? Propriam non eſſe fatendum ingenuè, communem verò cum alijs eſſe potuiſſe fatendum item neceſſariò: id quod experientia ipſa docet, cum iam Hiſpania plurimos ferat. Ælianus ſanè libro 13. cap. 18. ſcribit, in Indiæ hortis manſuetos ali ſolitos; atque ibi primum ab Alexandro viſos. & libro 11. cap. 33. Indicis Pauonibus centum tribuit vitæ annos: cum tamen Plinius libro 6. cap. 9. in vniuerſum tantum viginti quinque aſſignet. Apud Sinas pulcherrimos hodie pauones reperiri conſtat. Alij propriam autem inſulæ Sami volunt: de quo eſt illud apud Athenæum lib. 14. cap. 25. Menodoti Samij teſtimonium.

Ælianus. E Plinius.

Pauo cuius regionis proprius.

In Heliopoli procreari aiunt
Phœnices; Athenis noctuas; Cyprus habet
Eximias columbas; Samia verò
Iuno aureum, vt dictitant, auium genus.
Formoſos & ſpectabiles Pauones.

Medicum Pauonem inter delicias numerat Clemens Alexand. 2. Pædag. cap. 1. Africanos & Babylonios plurimos atque pulcherrimos Diodorus, & Cælius Rhodiginus lib. 2. c. 10. Potuerunt igitur, ſicut de ſimijs dicebamus, in tranſcurſu ex aliqua regione ſumi; aut ex Hiſpania, ex alijs prouincijs delati, tanquam in commune emporium.

Clemens. Diodorus.

Quid ſi pauones hi non ſint illi pulcherrimi, ſed quos Gallo pauos vulgus vocat, auem ſanè propriam Indiarum noſtrarum Occidentalium? quare non aliunde melius, quàm ex Hiſpania, poterant obtineri, ad quam ex Indijs Occidentalibus potuiſſent aduehi. Quid, ſi non ſit propria Indiarum, ſed communis etiam Africæ, & Numidiæ, vt ſit eadem cum celebri illa Meleagride, ſiue gallina Africana & Numidica, quam celebrant Plinius lib. 10. cap. 29. Varro lib. 3. de re Ruſtica cap. 9. Columel. lib. 5. cap. 8. 9. Eandem verò eſſe côtendunt Turnebus, & Bellonius, quos adducit & ſequitur Aldrouandus, lib. 13. ſuæ Ornitholog. Quod ſi ita eſt, poterunt Pauones deſumi ex Africæ aliquo portu: &, ſi non propter magnam pulchritudinem at propter lautiſſimum in cibis vſum, & propter peregrinitatem, potuerunt in pretio haberi.

Gallo, pauus Indicus.

Meleagrides. Plinius. Varro.

III. *Dentes elephantorum.*

Hoc iam propius ad diuitias, & ſplendoris atque pulchritudinis ornamentum. Sed, quod ad nomen attinet, quod ſimplici vocabulo videtur in Hebræo dici, *Senhabim*, hoc Latinus vertit, *dentes Elephantorum*. Dixi verò aliquando commentarijs in Iob, quod nunc iterum confirmo, nullum haberi proprium *Elephanti* nomen in lingua Hebræa, præterquam in hoc loco 3. Regum 10. 22. de quo adhuc non liquet, quippe cum alijs locis, vbi *eboris* mentio fit, tantum habeatur in Hebræo, *ſen*, quod eſt dens; ac nullius alterius animalis dens ſabrefaciendis rebus pretioſiſſimis opportunior ſit, quàm elephantis: D quod eſt ipſum ebur; neceſſariò intelligendum, & reddendum fuit *ebur*, 3. Regum 18. & cap. 22. 39. 2. Paralipom. 9. 17. Pſal. 44. 9. Cantic. 1. 4. Ezech. 27. 6. Amos 3. 15. & cap. 6. 4. At verò Thren. 4. 7. pro *ebore* eſt *gebtſem*, quaſi diceret, os, aut oſſea materia; quod nihil aliud eſſe quàm ebur, prudenter exiſtimatum eſt ab Interprete, quamuis diſſentientibus Hebræis, & Hebraizantibus, qui per ſynecdochen accipiunt partem pro toto, interpretantes *Rubicundiores*, aut *ſpecioſiores toto, corpore*. Ergo tantum remanent duo loca, videlicet 3. Regum 10. 22. & 2. Paralipom. 9. 21. vbi Interpres vertit, *dentes Elephantorum*, quod eſt in Hebræo, *ſenhabim*, quaſi eſſet dictio compoſita *ex ſen*, quod eſt, dens, & *habim*, E quod eſſet elephantus. Sed proculdubio res eſt incerta, neque ex alio ſcripturæ loco poteſt iuuari. Nam quòd *hobem*, aut *habim* ſit elephas, manifeſtè refellitur ex Ezechiel. 27. 15. vbi Vulgatus dixit, *dentes eburneos*, & *hebeninos*. Quod in Hebræo eſt in priori parte, *Karnothſen*, id eſt, *cornua dentes*, quæ manifeſtè ſunt eburnea, & elephantina, & ſapientiſſimè nominata, *cornua dentis*, vtramque nimirum rationem cornu & dentis coniungente Scriptura; eſt enim controuerſia, an debeant appellari *cornua*, vt volebat Iuba apud Philoſtratum libro 2. cap. 6. *vt qua ex tempo-*

9\.

שנ אב ס

Nullũ Elephanti nomen in Hebræo.

שן Deus nomẽ eboris.

Synecdoche.

קרנותשן

Elephanti cornua an dentes appellandi.

temporibus naſcantur, neque vſquam decidant, & præterea acuantur ab ipſis elephantis. Quæ omnia non tam in dentes, quàm in cornua conuenire videntur. At Apollonius, dentes potius appellandos aſſerit, [vt qui maxillis infixi ſint, & nullis lineis velut torno impreſſis in ſingulos annos circa radices obducantur, vt cornua aliorum animalium; ſed læues, politique oriantur; neque habeant vngulam bifidam, ſicut cætera animalia cornuta.] Eleganter itaque dixit Scriptura, *Cornua dentis*. At in ſecunda parte, eſt in Hebræo, *hobnim*. Quod diuerſum eſt à præcedente, & Hieronymus *ligna ebenina* interpretatur, conſentientibus plurimis: aut certè ſignificantur alia aliarum animalium exquiſita cornua, ex quibus aliquid pretioſi operis conficeretur, quamuis non candida, vt eburnea, ſed fortè nigra, vt Bubali. Ergo ſi hoc *bebenim*, ſit illud, *habnim*, non poterit exponi elephantus; neque conſtare poteſt quid aliud ſit.

הובנים

Caietan. Elephanti allati ad Salomonem.

Illud verò minus ſolidum, quòd Caietanus interpretatur, non dentes elephanti, ſed elephantos ipſos ad regem Salomonem delatos, & illo nomine *ſenbabim* ſignificatos, quod merè voluntariè ab illo dicitur. Illud item incertum, quod Complutenſes in Lexico, aiunt *hobnim* ſignificare *genus eboris*; & cum Hieronymus dixit *bebeninos* ſine interpretatione reliquiſſe nomẽ Hebraicum, quare non eſſe lignum hebenum. Sed quodnam illud alterum genus eboris? an Foſſile, de quo Plinius lib. 36. c. 18.

Ebur foſſile. *Plinius.* Vulgati ſapientia & auctoritas.

Certè de huius vocis propria natione nihil liquet; tantum Latini Interpretis lectionem vt clariorem, ita ſapientiorem ac tutiorem ſemper exiſtimandam, & vel maximè, cum ei nemo contradicit, hoc nimirum loco, cum omnes illum imitantur, legentes *ebur*, cui & pretium & dignitas fuit apud gentes omnes; & in celeberrimis nundinis inter pretioſiſſimas merces numeratum, apud Tyrum, Ezech. 27. 15. apud Babylonem, ſiue apud Romam, Apoc. 18. 12. quare cum reliquis pretioſis mercibus afferebatur ad Salomonem ex Tharſis; ex quo & auro magnificentiſſimum thronum fabrefieri ſingulari arte curauit. Ac ne res procuſdubio apud Hebræos audita, & iam tempore Salomonis frequenti ſermone vſurpata; nimirum animal cuius dentes viſebantur in Ieruſalem, ſine nomine eſſet apud Hebræos, diximus, nomine Behemoth ſignificari Elephantum, & non leuibus coniecturis confirmauimus ad capit. 40. Iob verſ. 10. quare cum Vulgatus dixit *Dentes elephantorum*, non tam verbum verbo reddidit, quã dilucidè expoſuit *ebur*, quod vnica voce ſignificabatur.

Eboris pretium.

Elephanti quod nomẽ Hebraicè.

7. Cur ebur non adhibitum ad vſum Templi.

Sed ſi verum *ebur*, & in magna copia ad Salomonem afferebatur, vt non ſolum thronum eburneum, ſed tum ipſe tum alij reges domos eburneas conficere potuerint, vt inferius dicemus; qui fieri potuit, vt eam pretioſam atque ſpecioſam materiam, in vſus ſacros, & templi fabricam aliquando non contulerit Salomon? an quia Deus ſupremus templi architectus, eam materiam non deſignauit Dauidi, atque Salomoni? An ideo non deſignauit, quia non tam ad rem ædificatoriam, quàm ad alios priuatos, & domeſticos vſus ea materia opportunior creditur, videlicet conficiendis pyxidicus, Cant. 5. 14. ſedilibus 3. Regum. 10. 18. thecis aromatum, & veſtimentorum, Pſal. 44. 9. An quia in Dei templum non inſerenda illa materia, quę propter falſorum deorum ſimulacra, profana cenſebatur? nam ex *ebore* (inquit Plinius lib. 8. cap. 10. (Deorum ſimulacra. & rurſus lib. 12. cap. 1. ex arbore ſimulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antequam vt à Dijs nato iure luxuriæ, eodem ebore numinum ora ſpectarentur, & menſarum pedes. Et quod eſt Ezech. 27. 6. *Tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico*. Septuaginta, dixerunt, *Templa tua fecerunt ex ebore*. alludentes fortè ad Deorum ſimulacra eburnea, quæ in nauibus collocabantur,

Plinius.

Eburnea idola.

8. Ebur quomodo ex Tharſis potius quàm ex Ophir.

Sed, quod rem noſtram tangit, quomodo dentes elephantorum ex Tharſis, cum potius ad Ophir & Indiam pertineant Elephanti; nam Elephanti Indici commendantur magnitudine & fortitudine à Plinio libro 8. cap. 11. Strabone libro 15. Diodoro libro 3. cap. 10. Philoſtrato libro 2. cap. 7. Liuio Decad. 4. lib. 7. Curtio lib. 8. neque ſolum à præſtantia, ſed etiam à copia: *Plurimos* (Inquit Diodorus) *maximoſque elephantes India habet*. Quapropter Vulgatus Ezech. 27. 6. *ebur Indicum*, dixit quod in Hebræo tantum eſt *ebur*. Et Antiochus non alios adducebat aduerſus Machabæum Iudam turritos elephantes, quàm Indicos, vt quorum *magiſtri* eſſent *Indi*. 1. Machab. 6. 37.

Elephanti Indici.

Elephanti Africani. *Plinius.*

Sed maiorem Elephantorum copiam in Africa fuiſſe ex illo conijci poteſt, quòd ſcribit Plinius libro 8. cap. 10. In extremis Africæ, qua confinis Æthiopiæ eſt, dentes elephantorum poſtium vicem in domicilijs præbere, ſepeſque in ijs & pecorum ſtabulis, pro palis, Elephantorũ dentibus fieri, Polybius tradit, auctore Guluſſa regulo. Iam igitur plurimi viciniores noſtræ Tharſis.

Elephanti in Atlantica. *Philoſtrat.*

Adde etiam in inſula Atlantica, quæ ad Herculis columnas erat, vt ſuperius ex Platone in Critia adducebamus, affatim elephantorum fuiſſe ſiue paluſtrium, ſiue montanorum, aut etiam campeſtrium, cuius triplicis generis copia etiam in India, vt ſcribit Philoſtratus libro 2. cap. 10. Et vbicumque tandem prouenirẽt, poterant in Tarteſſum peruenire, tamquam in frequentiſſimum emporium, ex quo Tharſica Salomonis claſſis onerabatur.

Quòd ſi vrgeas adhuc ebur ſumptum fuiſſe ex India ad Salomonem; quorſum non etiam ex Ophir & ex India cornua Monocerotis, Pſitaci, & alia, quæ fert India, &, vt rara, ita etiam pretioſa in Palæſtina, non recenſentur ad Salomonem allàta? Quædam igitur non premenda nimium, vt quæ ſatis à nobis cognoſci nequeant.

IIII. *Aurum, & argentum.*

Aurũ Hiſpanienſe.

EA ex Tharſis referebantur ad Salomonem: ſed potiſſimum incredibilis argenti vis; vt ex Strabone, Diodoro, & alijs grauibus ſcriptoribus oſtendimus in ſuperiore de Tarteſſiaca Bętica diſputatione.

CAPVT XVIII.

Quid Salomoni referebat claſſis ex Ophir.

Ad locum 2. Paral. 9. 10. Serui Hiram cum ſeruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna Thyina, & gemmas pretioſiſſimas.

1 *Gemmæ Orientales. Plurimarum ex vniuerſo orbe enumeratio, oblatarum Salomoni.*

2. Ligna

2 *Ligna Thyina vnde nomen habeant in Hebræo. Ligna Libani diuerſa. Illuſtratus locus Regum.*
3 *Ligna Libani odorata. Arzim Hebraicũ an idem cum Alerze Arabico. Contignatio Templi Corduben ſis. Ager Hiſpalenſis.*
4 *Multiplex materia imputribilis, Ebenum, Terebinthus. Breſilium, ligna Sethim. Illuſtratus locus Regum.*
5 *Thya arbor cuius regionis & naturæ. Opportuna ad templa.*

I. *Gemmæ.*

1 Gēmarum maior copia in Oriēte quàm in Occidēte.

QVoniam ſatis de auro Indico, & Ophiritico diximus, dicemuſque ſæpius; nunc de gemmis, quæ Indiæ potiſſimum tribuuntur, quòd earum in India & Oriente maior copia, quàm in Occidente. Cum enim in nouo Occidentali orbe ſint ſmaragdi, & margaritæ plurimę, ſed tamen de India ſic ſcribit Plinius libro 37. cap. 13. *Gemmiferi omnes ſunt Aceſinus & Ganges: terrarum autem omnium maximè India*. Sed ſingillatim dicendum.

Plinius.

Vniones. Marbodæ'.

Et primò quidem vniones accenſeo gemmis, de quibus Euax rex Arabum, ſiue is Marbodæus, cap. 61.

Inſignes baccas prædam maris India gignit.

Plinius.

Plinius lib. 9. cap. 35. *Principium culmenque omnium rerum pretij Margaritæ tenent, Indicus maximè has mittit Oceanus. Inter illas belluas tales tantaſque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis ſolis ardoribus, atque Indis quoque in inſulas petuntur, & admodum paucas: fertiliſſima eſt Taprobane, & Toidis*. Idē quoque lib. 35. in Proœm. *Turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa tenerè Indiam iuuat, & aurum iam acceſſio eſt.*

Variæ Indię gēmæ.

Secundò, alias Indiæ gemmas colligemus ex omnibus teſtimonijs, Solini potiſſimum c. 65. Profert India Adamantes multarum ſpecierum, *Cryſtallum, Lychnitem*, gemmam nimirum ardentem, vt etiam ſcribit Plinius lib. 30. c. 7. Beryllum, Plin. lib. 37. c. 5. *Chryſopraſios*, & *Chryſoberyllos*, & *Hyacinthizontas*, Iſidorus. Atque Taprobanem deſcribens Solinus cap. 66. ait *ſcatere margaritis, & gemmis omnibus. Amethyſtum* item, & *Sardonychen*, & *Onychen*, Plinius lib. 37. c. 6. & *Iaſpidem* Smaragdo ſimilem, c. 8. *Achaten* quoque, & *Altizoen*. de hac Plinius lib. 37. cap. 10. *Altizoen in India & in Perſide, & in Ida monte naſci Democritus tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi, neceſſariam, Magis regem conſtituentibus. Amphitanem ſiue Chryſocollam* auro ſimilē; cuius natura *affirmatur eademque Magnetis, niſi quòd trahere quoque aurum traditur.*

Plinius.

Iſidorus. Solinus.

Chryſocolla, trahens aurum.

In Phiſone præterea, id eſt, in Indo flumine, & in Gange naſci *carbunculum & ſmaragdum* ſcribit Epiphanius opuſculo de 12. gemmis. Atque hæ quoque ſunt Indicæ; *Corallum, Chelonia*, quæ eſt oculus Indicæ teſtudinis: *Hennis*, aut *Xanthon*, quæ è fuluo candicat: *Iones*, quæ violacea eſt; *Morion*, quę nigerrimo colore tranſlucet: *Obſidianus* lapis, nigerrimi coloris, aliquando etiam tranſlucidi; Zoroniſion, quæ dicitur Magorum gemma. quas omnes gemmas in India prouenire Plinius, & Solinus potiſſimum auctores ſunt: ſicut & Iſidorus illas numerat, Callaicam, Aſtrion cryſtallo propinquam, in cuius centro ſtella lucet lunę plenæ fulgore.

Epiphan.

Plinius. Solinus.

Magnes item Indicus eſt, vt qui nomen habeat à Magnete armentario huius lapidis in India inuentore, in Ida monte, *clauis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus*, in area magnetica, *dum armenta paſceret*, vt ex Nicandro refert Plinius lib. 36. cap. 16. Gilbertus putat hunc inuentorem fabuloſum, nouus auctor, & nouitatis ſtudioſus, & quod habent hæretici, oratione & ſenſu ampulloſus, atque in contemnendis melioribus ſcriptis proiectiſſimus, Alij ergo nomen, & inuentionem petunt a Magneſia vrbe Aſiæ minoris, ex Lucretij teſtimonio:

Magnetis inuentio.

Lucretius.

Quem Magneta vocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia ſit patrijs in montibus ortus.

Conſentit tamen cum Plinio Euax, ſiue matis Marbodęus, c. 43.

Euax. Marbod.

Magnetes lapis eſt inuentus apud Troglodytas;
Quem lapidũ genitrix nihilominus India mittit:

Topazium in Topazia Indiæ vrbe inuentum a lapicidis in corde alterius lapidis, ſcribit Epiphanius de 12. Gemmis. c. 2. quamquam de patria huius gēmæ aliter ſcribat Plinius lib. 36. c. 8. & nos item commentarijs in Iob aliud dixerimus.

Quòd ſi cum his, quas India Ophirica ad Salomonem mittebat, coniungas illas etiam gemmas, quas Arabia vicinior ſuppeditabat, *Hemathitē*, *Topazium*, *Sardonychen*, *Onychen*, *Molochiten*, *Myrrhiten*; quæ propriè ac peculiariter Arabicæ ſunt: tum illas, quas fert Rubrum, & Inſulæ adiacentes, Corallium, Andromaden, Iridem, quæ, vt Plinius lib. 37. cap. 9. ſcribit, effoditur in inſula maris Rubri, quæ diſtat ab vrbe Berenice ſexaginta millia paſſuum: ac illas præterea, quas fert Ægyptus, Galactiten, Smaragdos Niliacos, Ægyptillam, quæ eſt nigra radice, & cærulea facie; adiunctis etiam illis quæ in Kaldæa, & Babylonica regione naſcuntur, Sagdam, Sarchum Babylonium; has enim deſideratas a Salomone quis credat) cum his ſi coniungas, eas, quas attolit Regina Saba ex ſua Æthiopia, vt pote Æthiopicas, *Chryſolithum*, *Chryſolampidem*, *Heliotropium*, *Hyacinthum*, *Hemathiten*, *Chryſopraſium*, *quem lapidem*, inquit Iſidorus, *lux celat, prodit obſcuritas*; nocte enim igneus eſt, die aureus: ſi etiam ex Tharſica nauigatione colligas *Ceramiam* Hiſpaniæ propriam; Bone Deus, quantum gemmarum cumulum, quantam pulchritudinis varietatem, quantum lucentium ignitũ ſplendorem in vnicam illam Salomonis gloriam longè maximam atque præſtantiſſimam coiuiſſe intelligemus, mortalium omnium lumina perſtringentem.

Gemmæ Arabicæ.

Gēmæ maris Rubri.

Gemmæ Ægyptię.

Gēmæ Babylonicæ.

Gēmæ Æthiopicæ.

Ceraunia propria Hiſpaniæ. Salomonis gloria ex vniuerſis gemmis.

II. *Ligna pretioſa, Thyina, Nomen originale.*

QVoniam video de huiuſmodi lignis, & tum de voce originali, tum de Latina, quas Latinus Interpres vtitur, inter eruditos controuerti, ſemel ac breuiter quid de re tota ſentiam, lectori duxi exponendum. Atque, vt ea minimè tranſcribam quę habet Pagninus in voce *Lagam*, vbi quędam annotat Mercerus; R. Mardochai in eadem radice: Complutenſes & Reuchlinus in *Legom*, Forſterus in *Almugin*, Marinus & Auenarius in *Almugin*, & *Algumim*; Dauid de pomis, in *Almog*, & in *Algom*, ex quibus diuerſas Hebræorum ſententias colligere licebit; illud præmittendum, vocem originalem *Almugim* eſſe pluralis numeri, cuius ſingulare nunquam reperitur, 3. Regum. 10. 10. 11. & tranſpoſitis litteris ſcribitur *Algumim*, 2. Paralipom. 9. 10. 11. & 1. Paralipo. 2. 8. ſed dicuntur tunc ea ligna allata de Libano, & à vulgato

Variaradix ligni Thyini.

לגם

אלגום
אלמגים
אלגומים

gato exponuntur Pinea, Ego verò hæc habeo, A quæ de vtraqua voce, rum etiam de Latina proponam.

Forſterus. Vera & germana radix.

I. Vocem primariam non eſſe *Almugim*, vt Forſterus volebat, ſed *Algumim*, vt ferè alij indicant; coniectura mihi certa fit ex eo, quòd ea voce ſignificentur ligna *allata de Libano*. 2. Paralipom. 2. 8. quæ cum familiatiora, & notiora fuerint apud Hebræos, oportuit quoque nomen illorum fuiſſe vulgare atque notiſſimum: quia verò alia voce, id eſt *Almugim*, nominantur ligna allara de Ophir, oportet vocem fuiſſe aut nouam, aut ignotiorem, & inſolentiorem, ſicut & res ſignificata peregrina erat, & nunquam antea in Palæſtina viſa; aut ex illa prima notiſſima & vulgatiſſima eam alteram ductam. B

Marinus.

II. Eas voces duas ſanè ac diuerſas eſſe, ac nō tantum vnam & eandem cum ſolo illo diſcrimine tranſpoſitionis litterarum, vt plerique volunt: ſed præterea alia etiam ratione differentes, quod benè obſeruatum eſt a Marino; ſed diſcrimen minimè indicatum.

III. Ego ita differre cenſeo, vt alterum nomen, id eſt, *Algumim*, propriè ſignificet illa ligna certi generis, quæ erant in Libano; at alterum nomen formatum fuerit denuo ex tranſpoſitione litterarum earundem, vt ſicut litteris, ita & ſono & pronunriatione ſimillimum eſſet poſterius priori, vt ſignificaret appoſitè, & congruenter ea ligna quæ peregre afferebantur ex Ophir, quæ quanquam eſſent peregrina, & ſui generis, tamen ſimilIima eſſent illis, quæ in Libano reperiebantur, ſed C non omnino eiuſdem generis. Quæ profectò præſtantia, & prærogatiua linguæ Sanctę in multis alijs vocibus reperitur, vt cum tantum differant tranſpoſitione litterarum, at ſimiles omnino ſignificationes habeant, quamuis non vnam, & eandem. cuius rei quingenta tibi exempla illuſtria exhiberemus, niſi res eſſet longior, & aliquādo a nobis Deo propitio opportunius oſtendēda. vnicum tantum indicandum; *Abad*, eſt perire, aut perdere; at *Daab*, eſt dolere, languere egeſtate, aut mœrore, &, id quod perditioni & interitui proximum eſt; at verò *Adab*, eum ipſum dolorem, & mœrorem affert cum intentione quadam intabeſcendi, D vt non ſolum perditioni proximum, ſed prope ipſa perditio & interitus ſit: ita eædem litteræ diuerſo modo coeuntes rem eandem cum diuerſo tamen modo ſemper ſignificant. ex quo linguę Hebraicæ non tam penuria, quàm exquiſita elegantia, & arcana ſignificandi intelligentia elici poteſt. Ergo, cum oportuiſſet nouis lignis nouum nomen imponere, ex propinquo & ex rē ſimili ſapienter mutuati ſunt. Fuiſſe autem ligna diuerſa ab illis quæ in Libano prouenieban, apertè docet Scriptura 3. Reg. 10. 12. *Non ſunt allata huiuſcemodi ligna neque viſa vſque in præſentem diem*, & 2. Paralipom. 9. 11. *Nunquam viſa ſunt in terra Iuda ligna talia*. Fuiſſe autem ſimilia illorum Libani, oſtenditur ex eo, quod ſcribit Ioſephus libro 8. E cap. 2. ligna allata ex Ophir fuiſſe *pinea*. *Sed nemo* (inquit) *ſi cogitet, quæ nunc pinea ligna vocantur, illis eſſe ſimilia, ſed candidiora, & fulgentiora*: itaque cum negat fuiſſe ſimilia, negat fuiſſe eadem: ſed aſſerit ſimilia: quamuis nitore & candore inferiora: propter quam ſimilitudinem, illa *Algumim*, quæ afferebantur ex Libano, Latinus interpres 2. Par. 2. 8. interpretatur, *Pinea*.

Prærogatiua Hebraicæ linguę.

אבד
דאב
אדב

Ligna Ophir diuerſa a lignis Libani.

Ioſephus.

Ligna Libani.

Qvartum. Cum ſimilia fuiſſe dixerimus eorum quæ Libanus profert, ſanè inquirendum cuiuſmodi fuerint cum illa Libani tum illa *Ophir*; alterum enim ex altero ſimili cognoſcendum. Quidam vt Forſterus, Mercerus, & alij, aiunt voce originali ſolum ſignificari genus ligni pretioſi; atque in re certa nihil certi deſignant. Quidam alij inter quos Nebriſſenſis, cap. 1. ſuæ Quinquagenæ, exiſtimant voce originali tantum ſignificari genus odorati ligni; itaque *Algumim* allata ex Ophir, eſſe odorata ligna Indica, ſequuntur Ribera Apoc. 18. verſ. 12. Maluenda li. 3. cap. 22. lignū *Thyam* ab odore dictum, allatum eſſe ad Salomonem, atque eſſe ſui generis. Sed non explicant qua ratione illud quoque fuerit. Alij ſignificari arbitrantur ligna imputribilia, cōponentes vocem *Algumim*, ab *Al*, quod eſt, particula priuatiua, & *mog*, quod eſt *tabeſcere*, liquefieri, aut diſſolui. Fuerint igitur eiuſmodi ligna aptiſſima ad facienda fulcra templi, & domus regiæ vt quæ cariem aut putredinem minimè ſentirent: cuiuſmodi certū eſt in libano fuiſſe Cedros, & Iuniperos: Cum autem Cedri Hebraicè vocentur *Arazim*, aut Arzim, coniectura ex litteris, & pronuntiatione fieri non omnino leuis poteſt, eſſe quod nos vocamus Alezet: nam ex Arabico, illud *al*, eſt articulus, & manet Erza, aut Erz, quo etiam modo Arabes vocant, quod nos Alerze, cuius materiæ ingens quondam in noſtra hac Bætica copia fuit: nam ager is noſter Hiſpalenſis totus ſylua fuit Arezim, ſiue Cedrorum, vt videatur inde fluxiſſe Tabulatæ, ſiue Tablada vulgata compellatio. Et antiquiores principum virorum Hiſpalenſes domus, contignationes Cedrinas, ſiue Alerzinas habuiſſe hodiè quoque experimur, & templum Cordubenſe, quod ampliſſimum eſt, & toto orbe clariſſimum, cœptum ædificari a Mahumetano illo Abderramento ſecūdo Rege Cordubenſi; perfectum verò ab Ixeca Abderrameni filio circa Chriſti annum octingenteſimum; contignationes vniuerſas habet Cedrinas ſiue Alerzinas. De Cedrorum autem imputribili diuturnitate exempla profert Plinius lib. 16. cap. 40. Rurſus de Syriæ arboribus libro 13. cap. 15. *Materiæ* (inquit) *æternitas. Itaque & ſimulacra Deorum ex ea factitauerunt*. Propterea & Iuniperum ad rem ædificatoriam commendat Theophraſtus lib. 1. de ſtirpibus. Ergo cum ad templi fabricam ea ligna peregrina adhibita fuerint, & præ indigenis quæſita, imputribilia, & pretioſiora fuiſſe exiſtimandum eſt.

3

Ligna Libani odorata & imputribilia.

Forſterus. *Auenarius*

Nebriſſenſis

Ribera. *Maluenda*

אל
מוג
ארזים

Arabicum nomen Alerze.

Ager Hiſpalenſis.

Templum Cordubenſe.

Cedri, & Iunipi imputribilitas.

Plinius. *Theophraſ.*

Cuius coloris ea ligna.

Qvintum. Cuius nam generis certi ea fuerint, omnino incertum: cum plures arbores ſint, quæ, vt ait Plinius, cariem vetuſtatemque non ſentiant, Cupreſſus, Cedrus, Ebenus, Lotos, Buxum, Taxus, Iuniperus, Oleaſter, & Olea, neque vnius omnes coloris, ſed varij atque multiplicis. Quare alij volunt fuiſſe ligna nigri coloris, alij albicantis, alij punicei, alij denique lutei, ſed imputribilis materiæ. 4

Plinius li. 16 c. 40.

Ergo primò Vatablus 2. Paralipom. 9. 20. intelligit fuiſſe *Ebenum*, quòd eiuſmodi materia fuerit pretioſa, & ad templorum fabricam aliquando quæſita, vel etiam ad Deorum ſimulacra. Buxum (inquit Plinius lib. 16. cap. 40.) maximè æternam putant, Ebenum, & cupreſſum Cedrumque Claro de

Multiplex materiam putribilis. *Vatablus.* Ebenū ad templorū materiam.

de omnibus materijs indicio in templo Epheſiæ A Dianæ, vtpote cum tota extruente quadringentis annis peractum ſit. Conuenit tectum eius eſſe è cedrinis trabibus. De ipſo ſimulacro Deæ ambigitur, cæteri ex Ebeno eſſe tradunt, &c. Tum præterea quoniam Ebenus eſt propria Indiæ materia

Plinius.

vt Plin. lib. 12. cap. 4. ſcribit: *Vnam è peculiaribus*

Ebenus Indica.

India arboribus Vergilius celebrauit Ebenũ, nuſquam alibi naſci profeſſus. Et, ne ab ea, quam diximus, lignorum Ophiriticorum ſimilitudine cum lignis Libani diſcedamus, certè etiam quædam in Syria nigricantes erant arbores, & quæ prope ad Ebenum accederent, vt idem teſtatur Plinius libr. 16.

Syriace Terebinthi.

cap. 40. *Spiſſiſſima ex omni materia, ideo & grauiſſima indicatur Ebenus. Robori etiã nigricans color, magiſque etiam Cytiſo, qua proxime accedere ad Ebenum videtur: quamquam non deſint, qui Syriacos Terebinthos nigriores affirment.*

Ioſephus.

E contrario verò Ioſephus potius cũ lignis Syriæ albicantibus conuenire ligna illa Ophiritica ſcripſit; *Aſpectu* (inquit) *ficulneam materiam illa referunt, niſi quòd candidiora ſunt, & fulgentiora,* quod fere Nicolaus, Dionyſius, Abulenſis, citantes Papiam & Petrum Comeſtorem, ſequuti ſunt.

Comeſtor
Ligna Sethim.

Illud peculiare addit Comeſtor fuiſſe ſimilia lignis *Sethim*, quæ dicunt fuiſſe optimã Cedri ſpeciem. Addit etiam Abulenſis Exod. 25. quæſt. 6. Sethim eſſe ligna ſpinoſa valde, & alta, atque duriſſima & pene imputribilia, atque Ioelis. 3. 18. dici ſpinam, quomodo vocem originalem *Sitim*, le- C

שטים
Hieronym.
Ioſephus.

git eo loco Theodotio, & fere Hieronymus eo modo deſcribit Tethim, quo Ioſephus ligna *Algumim*, ſuper Iſai. 42. vbi de ſpina, & Ioelis. 3. vbi de *torrente ſpinarum*. Alij Piceam, alij Buxum volunt, quæ, vt ſuperius dicebamus, ſunt ex genere imputribilium.

Kimhi.
Ligna Breſilia.

Media via incedentes alij, medium aſſignant colorem; Kimhi, Complutenſes, Regia, & quidam alij Hebraizantes Breſilium lignum vocant, in quo profectò non tam reſpiciendum exiſtimarunt ad ipſam proprietatem vocis, & ſimilitudinẽ aliquam cum lignis Libani, quàm ad regionem, ex qua putarunt eiuſmodi materiam allatam ad Salomonem. Quæ cum rara, & nunquam antea viſa fuiſſent in Palæſtina, & præter colorem pul- D chertimum eſſent ſpiſſitudinis, & diuturnitatis mirabilis, non putarunt ad aliud genus arborum, quàm ad Breſilium referendum, quod 3. Regum dicitur; Non ſunt allata neque viſa talia ligna, &cæt.

Sed hi ſanè omnium, quos hactenus retulimus, minimè rem attigiſſe videntur; illi verò aberraſſe longiſſimè, videlicet Kaldæus, R. Dauid, Pagni-

Error interpretãtium Curalia.
Plinius.

nus, Pomarius & alij Hebraizantes, qui ea ligna interpretantur Curalia, quoniam licèt Curalium apud Indos pretioſiſſimum fuerit, vt ſcribit Plin. lib. 32. cap. 2. ſed ex eo ipſo conijci poteſt Curaliũ non eſſe materiam Indiæ indigenam, ſed peregrinam, & apud Indos raram, cuius pretium procul eſſet, & de vltimis finibus. Neque item Curalia po- E tuerunt penitus fuiſſe ignorata, aut eatenus nun-

Curalia in mari Rubro.

quam viſa Hebræis; nam proueniunt in Mediterraneo, & Rubro, vnde facilè & frequenter potuerunt in Palæſtinam deferri. adde, Curalia prorſus inepta videri ædificando, & præſertim efficiendis fulcris domus Domini. Niſi fortè (quod ſuſpi-

Bozius.

catur Thomas Bozius lib. 20. cap. 3.) non propriè ſed per figuram & ſimilitudinem rubedinis illa ligna Breſilia appellentur Curalia, quæ opinatio iu-

Vulgaris lectio.

uari poteſt lectione illa vulgari priſcorũ Hebræorum qui in Hiſpania, legẽtium illum locum 3. Regum. 10. 12. *Fecit rex de lignis Thyinis fulcra domus* A *Domini, & domus regiæ, & citharas, lyraſque cantoribus.* in hæc verba: *Maderos de corales, pilares para la caſa del ſeñor, è para la caſa del Rey, laudes, e Gaytas para los Iuglares.*

Sed illi tandem longius longiſſimo abierunt, qui ea ligna intelligi poſſe putarunt magnos iuncos Indicos: nam ex illis non poſſent commodè confici fulcra, & gradus templi, atque alia inſtrumenta muſica, quorum fit mentio 3. Regum. 10.

Maluenda de Antichriſto lib. 3. c. 22.

Cuius naturæ & generis eiuſmodi materia lignea.

B SExtò ergo cum Latinus Interpres originalem vocem verterit, ligna Pinea, cum de lignis Libani ſermo erat, 2. Paral. 2. tum præterea ligna Arceuthina, id eſt, iunipera, vt inferius dicemus, cũ de materia templi Salomonis dicemus: cum verò de lignis Ophir, legerit, Thyina: firma coniectura aſſeri poteſt ligna illa Ophiritica ſimillima fuiſſe picearum Libani, & Thyinorum; quæ alibi gentium reperiuntur; non quidem quòd proueniant Thyæ in Syria, aut in Libano, vt Maluenda ſenſiſſe videtur (nunquam enim Vulgatus vocem originalem conuertit in Thyina cum de Libani materia ſermo erat) ſed quod voce notiori & clariori, ad rem præſentem illuſtrandam vteretur.

Thya arbor non Syriæ.
Maluenda

Quãuis enim Thya non ſit arbor Indiæ propria; imo neque inter arbores Indicas numeretur a Plinio, C lib. 12. cap. 4. 5. 6. ſolummodo enim videtur naſci in Cyrenaica interiora, id eſt, in Pentapolitana Africæ regione: tamen cum interpres ex loci, & Scripturę exigentia attenderet ad circumſtantias, & vſum eorum lignorum, certè nomine lignorum Thyinorum (quo in rem præſentem nullum opportunius) ſignificare voluit, non certam aliquam ſpeciem Thyæ arboris, ſed indefinitè materiã odoratam, pretioſam, imputribilem, ad rem ædificatoriam opportuniſſimam, atque adeo ad rem ſacram templorum religioſam, & exquiſitam. quæ omnes proprietates vix in aliam quàm in Thyam conueniunt, vt ex Plinio lib. 13. cap. 16. conſtare poteſt; cuius verba non ſine operæ pretio ſubſcri-

Thya materia opportuna ad tẽpla.
Plinius.

D benda: *Nota etiam Homero fuit: Θύον Græce vocabatur ab alijs Thya. Hanc igitur inter odores vri tradit in delicijs Circes, quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt; cum præſertim eodem verſu Cedrum Laricemque vna tradat. In quo manifeſtum eſt de arborib. tantum loquutum. Theophraſtus qui primus a magni Alexandri ætate ſcribit, quæ circa vrbis Romæ quadringenteſimum quadrageſimum geſta ſunt annum, magnum iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatẽ materiæ in tectis contra vitia omnia incorrupta. Radice nihil criſpius, nec aliunde pretioſiora opera. Præcipuam autem eſſe eam arborem circa Ammonis delubrum. Naſci & in interiore Cyrenaicæ parte.*

Thuia arbor.
Citrus.
Ruellius.

E Scio arborem Thuiam, vel Thuion, quæ eadem eſt cum Thyia, aut Thya, exiſtimari ab aliquibus eſſe Citrum aliam ab ea quæ citrea mala producit: itaque eſſe Cedri genus, vt diſſerit Ruellius de natura ſtirpium lib. 1. cap. 68. quæ Theophraſto & Straboni eadem ſit cum illa Thya Plinij: nam illa Cedrus eſt diuturna, odorata, & ad ædificia: in quo etiam peculiaris erit nominis commoditas, cum vox lignorum Thyinorum genus arboris notet, & non omnino Syriacis & Libanianis abſimile. In quo quanta Vulgati interpretis, & quã non vulgaris interpretandi ſapientia & facultas; quàm

ad

ad Eccleſiæ vtilitatem, & eruditionem exquiſi- A ta? quàm cæteris aliorum ſiue interpretationibus, ſiue corruptionibus longè cordatior, vtilior, ſucculentior?

III. *Aurum Ophir.*

1 *Plurima auri nomina cum diſcrimine aliquo.*
2 *Communiſſimum auri nomen a natura ſplendenti. Vnde dictum Hebraicè & Latinè. Illuſtrati Salomon, Iob, Zacharias.*
3 *Ophir regionis non auri nomen. Nihil conueniens cum obrizo.*
4 *Obrizum quid, & vnde dictum, obruſſa, ſolidi obryzati.* B
5 *Varia nominis Paz interpretatio, & conſtructio, cum alijs auri nominibus. Illuſtratus Salomon. Vphaz, regio, à qua Paz, id eſt, aurum.*
6 *Varia notio nominis Paz. Auri præſtantia an ex ſoliditate, an a fulgore. Explicati Moyſes, & Daniel.*
7 *Germana proprietas vocis originalis. Vulgati ſapientia. Auri bonitas. Orationis efficacitas. Illuſtratus Moyſes & Samuel.*
8 *Verbi Hebraici proprietas. Ophaz Orientis regio alia ab Ophir.*
9 *Aurum a vindemiando dictũ. Alia Vulgati mens. Illuſtratus Iob.* C
10 *Proprietas vocis Hebraicæ vallis conciſionis apud Ioelem quid. Illuſtratus Salomon. Nomen artis potius quàm eſſentiæ auri.*
11 *Aliud auri nomen obſcurum. Varia illius conſtructio. Illuſtratus titulus Pſal. 15.*
12 *Auri nomen ab arte. Pictura inſignis auri. Semel & iterum illuſtratus Dauid.*
13 *Reiecta aliorum ſententia. Auri nomen ſumptum ab aſpredine. Argentum puſtulatum. Elucidatus Vulgatus. Illuſtratus Salomon, & Ieremias.*
14 *Auri nomen a clauſura dictum. Incluſor quid in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon. Ad lata ad Salomonem mala aurea in lectis argenteis.* D

1. Plura auri nomina minimè ſynonima.

INter ea quæ ad Salomonem ex nauigatione afferebantur, non dubium, quin multiplicis generis, atque prouinciarũ multarum, quarũ oras naues legebant aurum collectum deferretur, cuius multas differentias, ſiue quæ ex natura ſint, ſiue quæ ex arte, aut aliunde prouenientes, videtur ſanè Scriptura indicare non vno tantum ſed multis varijſque nominibus aurum ſignificans. Non enim eſt lingua Hebraica verborum prodiga, ſed vt vocabulorum parciſſima, ita ſenſus & intelligẽtiæ locuples; quare non oportuit ea plura nomina appellari Synonyma a Marino, cum ſuis notionibus & proprietatibus diſtinguantur. Et Hieronymus quidem initio Ierem. 10. teſtatur Septẽ nominibus apud Hebræos appellari aurũ. ex quibus eo loco vnum ſolummodo deſignat, nempe *Ophaz*. idem repetit epiſtola 140. ad Principiam, & ibi alterum tantum profert, nempe *Ophir*. Sed hæc ſunt vniuerſa; 1. *Zahab*, 2. *Ophir*, 3. *Ophaz*. ſiue *Paz*, ſiue *Muphaz*; 4. *Batſer*, 5. *Hharuts*, 6. *Hhetſem*, 7. *Cegor*, 8. *Paruaiim*, quę a nobis ſingillatim elucidanda, neque ſine multorum Sacræ Scripturæ locorum lumine, ob id potiſſimum, vt de auro Ophiritico, conſtare nobis poſſit, quid, quale fuerit.

Marinus. *Hieronym.*

IV. *Zahab.*

FRequentiſſimum eſt id auri nomen, & anceps ad aurum cuiuſuis regionis. coniungitur enim cum auro terræ Euilath, Geneſ. 2. 12. & cum auro Ophir, 3. Regum 10. 11. 1. Paral. 24. 4. 2. Paralip. 9. 10. & cum auro, quod inter Huſitanos in vſu erat, Iob. 31. 24. & cum auro Sabæo Pſalm. 71. 15. & cum eo, quod apud Perſas, Eſther. 4. 11. & eo, quod ex Ægypto eduxerant filij Iſrael, Exodi 12. 35. & quod in Kaldæa, Geneſ. 13. 2. vt hinc certa fiat coniectura eo nomine non ſignificari aurum petitum ex certo loco, aut ex peculiari aliqua nota, quæ omni auro, & omnibus locis non ſit com- B munis.

2. Cõmuniſſimum auri nomen.

Quid verò ſit illud, quod eo nomine affertur, incertum eſt; nam quidam exiſtimant ſignificari aurum infectum & rude. Sed proculdubio ſine vllo fundamento, cum potius de rebus iam elaboratis ſæpiſſimè dicatur; licèt enim de auro infecto, quod per ignem probatur, dicatur ſemel, & iterum Zach. 13. 9. & Prouerb. 17. 3. tamen de omnibus vtenſilibus templi aureis dicitur, & de omnibus vaſis & inſtrumentis, quæ ſuperuacaneum eſſet ſingillatim indicare. Illud non item, aliquando ſumi pro ipſis nummis aureis. 2. Regum 21 4. Iſai. 46. 6. Pſalm. 118. 72. *ſuper millia auri & argenti*, & ſimiliter 4. Regum. 5. 5. *ſex millia aureos* proprie *ſex millia auri*, vt videas quàm longè abeat a vero C qui dixit vocem originalem *Zahab*, ſumi pro auro rudi, & infecto.

Auenarius.

Alij exiſtimant hoc eſſe nomen coloris fului cõmunis omni auro cuiuſcunque regionis, & ſiue rodi ſiue elaborato. Et hi ſanè non leui coniectura ducuntur ex aſſimilibus alijs vocabulis & ſignificationibus; nam Tſahab, quod ſimillimum eſt Zahab eſt propriè flauum, aut fulgens. quaſi diceret, coloris aurei, Leuit. 13. 30. 32. 36. Eſdræ 8. 27. & dicitur tam de capillo flauo, quàm de ære fulgenti. Tſade autem littera & Zain, non ſolum ſono, ſed etiam ſcriptura permutari ſolent, ſimiliter etiam Zahar dicitur de fulgore, Dan. 12. 5. Ezech. 8. 2. ſicut autem voces affines ſunt, ita ſignificationes illarum oportet eſſe cognatas. Atque adeo etiam ip- D ſa originalis vox Zahab, propter claritatem & fulgorem, quaſi aureſcentem, dicitur de vino flaueſcenti & ſplendenti, Ierem. 51. 7. calix aureus, vel calix auri, id eſt, vini aureſcentis, vt eo loco annotat Vatablus. exponitur ab eodem Propheta, cap. 25. 15. cum appellat calicem vini furoris, & ſimiliter dicitur de oleo, quod propter colorem æmulatur aurum: & Zach. 4. 12. ſuffuſoria ex auro; quæ Hebræi & Hebraizantes legunt; fundentia ex ſe aurum, id eſt, oleum purum & aurei coloris: denique dicitur de luce aurea, & ſerena. Iob. 37. 21. Ab Aquilone aurum venit; de quo ibi diximus, vt tam hinc conſtare poſſit hoc primum auri nomẽ ſignificare naturam auri, id eſt, natiuum colorem, & id E quo maximè ſe prodit & exhilarat mortaliũ oculos & animos.

Forſterus. Auri nomẽ a flauedine.

צהב
זהב

Vinum aureſcens.

Vatablus.

Oleum aureum.

Lux aurea.

Non aliter ſanè cõmuniſſimum *Auri* Latinum nomen tanquam a re notiſſima & clariſſima, ab ſplendore ductum eſt; quod eleganter indicauit Ioachimus Camerarius, de quorundam nominum origine in ſua Decuria 5. diſſerens: & ipſum *auri* nomen, ad Vr Hebraicum, quaſi ad flammantem colorem referens. Illius ergo problema 4. quia, & perbreue eſt, & aureum totum, adſcribendum: *Auri qua origo quod ad nomen attinet? An neque ab aura, qua ſplendorem, quaſi purus aer notet, nomen illud ductum? neque a neſcio quo inuentore, Aurio: neque*

Auri nomẽ a natura ſplendẽti.

Camerar.

אור

à verbo

a verbo Græco τῦς ὥρας, vt ſpecies eximia ſignificetur: neque ab auertendo quod peruertat huius cupiditas animos: ſed ab externo verbo Vr, qua cōſtat ignem appellari? vnde fieri poteſt, vt & orus, ſit falſus. Ignem autem eſſe auri nitorem, & Soli illud veluti conſecrari conſtat. Ab auro verò ſine dubio Aurora deducitur. Tantum Ioachimus.

Latinū auri nomē ex Hebræo.

Aurum ab Aura. *Iſidorus.*

Licèt quidem aurum potius ab aura deductum id eſt, ab ſplendore, quòd repercuſſo aere plus fulgeat, ſcripſerit Iſidorus lib. 16. Origen. c. 17. atque confirmat illo Poetæ,

Virg. Æneidos.

Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.

Quare & alius puriſſimum impuræ fęminæ oris nitorem auram dixit.

Horat. 2. Carm. Od. 8.

Te ſuis matres metuunt iuuencis;
Te ſenes parci; miſeraque nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

Aurarij q.

Atque ex Seruio, Iſidoro, & alijs obſeruant in hanc rem *aurarios* dictos, quorum fauor ſplendidos reddit.

V. Ophir. אוֹפִיר

3 EX ſuperiori diſputatione de Ophir, conſtat Ophir regioné eſſe, vnde aurum afferebatur ad Salomonem: quare erit nomen Patriæ, non naturæ auri. Res indubitata, vbi ſimul cum alio auri nomine coniungitur, vt dicitur *aurum de Ophir.* 3. Regum. 10. 11. Paral. 24. 4. 2. Paralip. 9. 10. Iob. 28. 16. Iſai. 13. 12.

Ophir an ſignificet auri naturam. *Hieronym.*

At ſignificari etiam naturam auri, id eſt, ipſum aurum ab aliqua natiua proprietate, vel colore, videtur indicare Hieronymus epiſtola 104. ad Principiam Virg. cum ait: *Ophir* eſſe auri genus, *vel a loco Indiæ, vel a colore nomine indito.* quare Iſai. 13. 12. quod in originali eſt Maſſa Ophir, vertitur ab Interprete Latino, *Mundum Obrizum*, & Iob 22. 24. dicuntur Torrétes aurei, quod in originali eſt, *Torrentes Ophir*: ac nullibi præterea ſumitur abſolute pro ipſo auro.

An obrizū ab Ophir.

D Idem videntur voluiſſe omnes illi Neoterici qui nomen obrizi, quod ſignificat naturam, aut colorem auri, referunt ad nomen *Ophir*, vt *Obrizum* ſit idem quod Ophirizum, vt inferius etiam dicemus, cum de auro Ophaz in Salomonis throno diſputabimus, & ante alios Neotericos Scriptores notauit Fortunatus interpres Eccleſiaſticarum dictionum, neque diſplicet Philippo Beroaldo ſcribenti ad c. 44. Suetonij in Nerone.

Forſt. Mercer. Marin. Delrius Forer. Capella. Villalp. Maluenda vide lib. 6. c. 7. Beroaldus.

Sed vt quod ſentio de hac auri appellatione ingenuè proponam, & non niſi verecundè, quòd videam Hieronymum in oppoſitam ſententiam inclinare: Aſſero primum nomen Ophir nunquam E ſumi pro auro niſi abuſinè, quod vocant; aut ex bonitate intelligentis, & interpretantis. Semper igitur eſt nomen loci, aut regionis auriferæ. cuius ſignum, quòd nunquam id nomē ſolitarium ſit, ſed in regimine alterius, vt dicatur aurum Ophir, vt quod illius terrę & patriæ ſit, & cum octo tantum vicibus reperiatur in Scriptura, illis duobus locis ſuperius indicatis, procul dubio etiā regionis nomen eſt, non auri: de alijs enim nemo dubitauit; nam, quod dicitur, mundum obrizum habet aliud auri nomen in originali, nimirum *bethem Ophir*, quare Ophir non poteſt eſſe auri nomen; in altero autem loco apud Iob, dicuntur *Torrentes*, vel fluuij Ophir, vbi elegāter interpres reddidit Tor-

Ophir ſemper eſt regionis nomen.

Ophir octies i Scriptura.

A rentes aureos; non quòd exiſtimaret Ophir, ſignificare aurum; ſed quòd videret ſignificare, & eſſe in Ophir fluuios aureos, vtpote in regione aurifera, & ex auro nominatiſſima.

Obrizū nō dictum ab Ophir.

Secundum, non minus apud me certum, nomen Obrizi nullam habere cognationem cum nomine Ophir: nam præterquam quòd Indos faciat qui nimium frequenter, aut nimium curioſè velit notiones & proprietates vocum Latinarum, aut Græcarum petere ex Hebræo: certè cum quinquies aut ſexies reperiatur nomen Obrizi in Latino Interprete, ſemel tantum reſpondet nomini Ophir, videlicet Iſai. 13. 12. At verò 2. Paralip. 3. 5. reſpondet voci originali Tob, quod eſt, bonum; & Iob. 28. 15. nomini originali Cegor, quod ſigni-

Obrizum quot vicibus vſurpatum.

טוב

סגר

B ficat aurum, purum purum, & Iob 31. 24. nomini originali Chethem, quod eſt aliud auri nomen de quo inferius, & Iſa. 13. 12. nomini originali Mipaz, de quo item inferius: Et Dan. 10. 5. eidem fere nomini Vpaz. Vt hinc perſpici poſſit, Interpreté Latinum aurum Obrizum nulli peculiari voci originali adaptaſſe: nam nulli per ſe reſpondet; tātum vocem Latinam propter ſignificationem, rei præſenti, vbi de auro præſtantiſſimo ſermo eſſet, accommodaſſe.

כתם

Tertiò iam ex dictis liquet, aliā eſſe notionem & proprietatem obrizi, & ſiue ex Latino, ſiue ex Græco, peti oportere. quamquam Eraſmus in annot. ad Epiſtol. 13. Senecæ; ſcribat *ambigi cuius lingua vox ſit obriſſum.* Ergo quidam ex Latina obruſſa deducunt; qua coniectura dicitur Torrétius in Sueton. cap. 44. Neronis: vbi cum auri obryzi Suetonius meminerit, teſtatur omnes libros MſT. non habere *obryzum*, ſed *aurum ad obruzum* vel ad *obryſam*, vel *obriſam*, vel *obriuſſam*; quæ lectio probatur Turnebo lib. 27. cap. 18. atque eadem ratione dictum volunt a Cicerone de Claris Orat. *expurgandum eſſe ſermonem & adhibendam rationem, quaſi obruſſam*, & a Seneca epiſtola 13. aduerſitates eſſe animi obruſſam. ac rurſus lib. 4. Natur. quæſt. cap. 5. cum ait, *Si omnia argumenta ad lancem ceperimus exigere, ſilentium indicetur*, quod Ioan. Opſopæus in ſuis collectaneis, ex optima membrana legendum vult; *argumenta ad obruſſam exigere*; volunt enim obruſſam eſſe examen, probationem, expurgationem, & excoctionem auri, & ſimiliter etiam loquendi formula placuit Politiano ad Beroaldum ſcribenti lib. 6. epiſtolarum: exigere ad obruſſam: quaſi, ad examen & expurgationem. Quare obryſſum ſeu obruſatum, aut obruſum, erit aurum excoctum, expurgatum, & quod nulla amplius exploratione, aut excoctione diminui, mutarive poſſit. Quò videtur reſpexiſſe Plinius cum libro 33. cap. 3. aurum obryzum ſcribit appellari, quod experimento ignis rubet igneo colore, & fere in hunc ſenſum etiam in iure mentio fit obryzæ, id eſt, auri excocti, quæ minoris ponderis eſt, quam ballnca, quæ modò ex auri fodina extracta eſt. atque adeo etiam obryzati ſolidi ſunt, qui auro expurgato & excocto conflantur.

4

Torrentius Suetonius.

Turnebus. Cicero.

Seneca.

Obſopæus.

Politianus.

Plinius.

L. 5. C. de ſuſceptoribus.

L. 2. C. de Metalla. l. vlt. C. de vet. nunc. poteſt.

Hermolaus ad Græcam originem refert, vt ſit obrizum, quaſi *abryzon*. Sed cum obryzum non inueniam: at inuenio apud Scholiaſten Thucydidis haberi obryzon, & hac formula definiri, quòd ſit aurum purum ex crebra coctione. Atq; hi multo veroſimilius mihi loqui videntur, quàm qui obryzum a Latino obruſſo deducere conātur; vel qui ab obradiando, vt videtur Iſidorus lib. 16. Etymolog. cap. 17. obryzum (inquit) aurum ductum, quòd obradiet ſplendori. Ergo obryzum auri nomen eſt potius ab arte ſumptum, quàm a natura.

Hermolaus Delrius Cant. 5.

Iſidorus.

Ophir

Ophir autem, aut Ophiriticum, neqne a natura, neque ab arte, ſed a patria. Sed nonnihil iterũ de obrizo in Paz, quod ſequitur.

VI. *Paz, Ophaz, Muphaz.*

פז אופז מופז

5.
Nominis Paz varia interpretatio.

EA tria nomina ab eadem origine duci, & dici, ipſa ſcriptio & pronuntiatio non obſcurè teſtantur, quamuis nonnulla initialium litteratum vel additioue, vel mutatioue. Et vt a ſimpliciori voce ordiamur, Paz, pto auto legitur, nullo alio auri nomine adiuncto, Cantic.5. 15. cum dicuntur baſes aureæ; quo etiam modo legerunt Septuaginta. Sed Pagninus, Regia, Tigurina, Baſes auri Obryzi, ſed adiuncto alio nomine Cant.5.11. Caput eius aurum optimum. Hebræi. Chethem paz. Septuaginta, Aurum Chephaz. Pagninus, Regia, Tigurina, Vatabl. aurum obrizum. Agathius, igne examinatum. Pſal.18. 11. vertitur lapis pretioſus, Hieronymus, Vatablus & Regia Obryzum. Kaldæus, Aurum defæcatiſſimum Ophir. Pſalm. 118. 127. vertitur a Septuagiota Topatius. a Hieronymo, Pagnino, Tigurioa, Regia, Vatablo, Obryzũ. Pſalm.20.4. iterum a Septuagiuta Lapis pretioſos a Hieronymo, & Regia Obryzom, a Pagnino, & Tigurina, aurum. a Vatablo aurum purũ vel gemma. Prouerb.8.19. vertitur a Latino interprete, Lapis pretioſus, ſicut etiam a Septuaginta: at verò a Pagnino, Regia, Tigurina, Obryzum Iſai.13. 12. vertitur aurum ſimpliciter, a Septuaginta lapis, a Pagnino, Regia, Obryzum; a Tigurina, & Vatablo aurum purgatiſſimum, & pretioſiſſimũ. Threnor. 4. 2. vertitur aurum primum; a Septuaginta aurum ſimpliciter, a Pagnino, Regia, Targum aurum purum. Iob.28.17. vertitur aurum, ſicut etiam legunt Septuaginta & Pagninus, ſed Obrizum Tigur. & Regia. quibus locis vix aliud auri nomen adiungitur, præterquam io illo Cant.5. 11. caput eius Chethem Paz, vbi cum ſint duo auri nomina aliqui legendum volunt, caput eius aurum, & aurum. quaſi diceret, *Es ſu cabeça vn oro y otro. y como mill oros*: ſed vides in exponenda ſimplici illa voce Paz, quanta interpretum varietas, & interpretis Vulgati etiam a ſe ipſo.

Ophaz verò vel Vphaz bis tantum legitur Ierem. 10. 9. Affertur aurum de Ophaz, & Dan. 10. 5. Accincti Chethem Ophaz. Hieronymus, Pagninus, Auro obrizo. Septuaginta vocem originalem retinuerunt: Auro Ophaz, Muphaz verò, ſed adiuncto nomine Zahab, dicitur 3. Regũ 10.18. cum de throno Salomonis ſermo eſt: Veſtiuit eum, auro fului nimis: quod Septuaginta appellant probatum, Pagniu. obryzum. Regia, roboratum, Tig. optimum, Vatablus, puriſſimum, neque reperitur in alio loco, quod enim 2. Paralip. 9. 18. cum de eodem throno ſermo eſt, dicitur aurum mundiſſimum, in Hebræo tantum ſubeſt Zahab tob, id eſt, aurum bonum.

Vphaz nomen regionis.

Ex quo cenſeo ſanè Ophaz, ſiue Mophaz, non eſſe auri nomẽ, ſed loci & patriæ in quo naſcatur. Res procul dubio ex illo Ieremiæ loco apertiſſima quid enim eſt afferri aurum de Vphaz, ſicut de Tharſis, niſi Vphaz, ſit aliqua peculiaris regio ſeu prouincia? Illa etiam certa & firma cõiectura eſt, quòd numquam Ophaz, vel Muphaz ſolitariè dicantur, ſed adiuncto alio auri nomine, quippe Vphaz non eſt auri nomen. Idem agnoſcit Theodoretus ad Ierem. 10. Argentum (inquit) aduehitur ex vno loco, id eſt, ex Tharſis; Aurum ex alio.

Theodoret.

Atque rem totã docuit Interpres, cum Ophaz ſine interpretatione reliquit; id quod etiam & Septuaginta intellexerunt, Kaldæus inferius adducendus, & plerique ex Hebraizãtibus, quare cum illud nomen non ſumitur vt proprium loci, ſed quaſi appellatiuè, non tam id facit interpres, quòd exiſtimet appellatiuum eſſe, quàm quod illius regionis aurum certò exiſtimet fuiſſe aurum optimum, atque probatiſſimum, & quod Latinè dicere poſſit aurum obryzũ, quod eſt defæcatiſſimum vt Daniel. 10.5. & 3. Regum. 10. 18. quod tantum voluit Hieronymus Ierem. 10. 9. Ex ſeptem (inquit) auri nominibus, apud Hebræos vnum eſt Ophaz, quod nos dicere poſſumus obryzum, vt ſplendeat in ſuperficie idolorum, ex quo videtur Iſidorus mutuatus; quod ſcribit lib. 16. Etymol. c. 17. Obryzum (inquit) aurum dictum quòd obradiet ſplendori: eſt enim coloris optimi, quod Hebræi Ophaz, Græci Cirron vocant, emendat Grial, *cirron*, quod Græcis fuluum eſt, aut phœniceum, rutilum, qui inter ruffos colores acutior eſt, & magis incenſus, vt eleganter diſſerit Gellius libro 2. cap. 26. at Delrius Cantic. 5. ex Codice noſtri Collegij Louanienſis, reponendum cenſet, *pirron. piron*, qui color flammicat; & igneſcit in auro probatiſſimo.

Hieronymi expoſitio.

Iſidor.

Grial.

Gellius.
Delrius.

Secundum ſtatuo, nomen *Paz*, in vſu ſacri ſermonis non eſſe nomen loci, aut regionis, ſed ipſius auri. Cuius rei hæc mihi coniectura, quòd in omnibus locis, in quibus inuenitur; ſolitariè ſumitur ſine alio auri nomine; relinquitur ergo neceſſariò, vt illo ipſo aurum ſignificetur, & quidem optimum, atque pretioſiſſimum, vt tum alij interpretes tum Vulgatus apertè docet, cum illis nominibus exponit Cantic.5. 12. optimum Thren. 4. 2. primum. Prouerb.8.19. pretioſum, & Pſalm.18. 11. & 20.4. atque idem agnoſcit Nyſſenus in Cantic. vim huius nominis Hebraici exponens, quod ſignificet *quoddam ſyncerè purum, & aurum intaminatum quodque omni mistura careat*. Et B. Paulinus epiſt. 4. quod ſit *probabilius, & purius aliquod aurum, ſicut illud de terra Euilath*. Caietanus. 3. Regum. 10. ſuo more, *quod ſit in ſua puritate, ſicut de minera trahitur*. Sed de hac tamen auri Paz bonitate ſtatim.

Nyſſenus.

Paulinus.
Caiet.

Tertium cenſeo nomen Paz a nomine ſuæ patriæ deduci, quid enim magis certum. aut frequens, quàm a nominibus proprijs locorum, aut regionum alias appellationes rerum communium formari? neque fieri potuit, vt aurum nomen ſuæ regioni daret, quàm è contrario: aut quòd regio appellaretur ab Hebræis alio quàm ſuo proprio & vulgari nomine. Sed quia hoc paulo difficilius, ſequenti dubitatione vrgendum & elucidandum.

Nominis Paz notio Hebraica.

6
Paz vnde dictum
R. Mardochai
פזז

PRona ergo eſt hoc loco dubitatio, vnde nomen Paz ſuam ſignificandi virtutem, & notionem accipiat. Et primò quidem R. Mardochai in ſuis Concordantijs, Forſterus, Mercerus, Marinus, deducunt a radice Pazaz, quod eſt roborare, aut ſolidare, & forte eſſe; quare auri Paz bonitatem in illo conſtituunt, quod fortitudinem, duritiem, & ſoliditatem inſignem habeat, in quo conſentiunt docti recentiores cum Aben Ezra Canti. 5.11. & Regia, qui 3. Regum 10.18. legit aurum roboratum, & videri poſſunt eo reſpexiſſe Septuaginta cum Cantic.5.11. pro auro Paz, legunt aurum Cephaz: quaſi diceret, aurum lapideum, aut durum & lapideſcens; Aquila verò & Symmachus, referente Ambroſio, ſermon. 15. in Pſal. 118. lege-

Delrius, & Sotomajor Cantic. 5. Maluenda de Antichriſto, lib. 3 c. 24.
LXX. Auri p[illegible]

ſtantia ex ſoliditate. *Ambroſ.*

legerunt, lapis aureus, ſiue petra auri. quamuis enim non reſpiciant ad radicem Hebraicam, ſed ad Syriacam; nam Cephas Syrum, petram ſignificat; tamen re ipſa illam nominis virtutem, id eſt, duritiem, & ſoliditatem huius auri agnouerunt. Ergo ſecundum hos Pax ſignificabit eſſentiam auri ex ſua origine optimam atque ſolidiſſimam.

Pręcedens ſententia reijcitur.

Sed, vt ſtatim de hac opinatione dicam, non vno tantum nomine mihi diſplicet. I. quòd velint illud cephaz Septuaginta interpretum referre ad Syriacam petram, & non potius ad Ophaz Hebræum, cum ea duo nomina non magnopere differant; immo & a Græcis non Cephaz, ſed Ophax lectum fuiſſe claré colligatur ex Hieronymo epiſtola 133. ad Marcellam, Nyſſeno orat. 13. in Cantic. vbi nihil agnoſcit illius petræ Syriacæ, Theodoreto, eodem loco, potius legente Ophaz, quàm Cephax; & ſine errore aliquo, ſiue nullo errore, illa nominum variatio contigerit; tamen fieri non poteſt, vt ex duritia, aut ſoliditate eius auri optimi præſtantia ęſtimanda ſit, cum verè dicat Plinius lib. 33. cap. 6. *Aurum argentumque quo mollius, eo pulchrius*: quare illud probatiſſimum eſt, quod maximè lentum maximeque ductile eſt; alia autem metalla, vt duriora, ita ſunt auro viliora, quod pulchrè obſeruatum eſt a Theodoreto in illa apud Danielem ex moltis metallis ſtatua conflata. *Materiæ*, inquit, *differentiam appoſuit, non vt honoris, ſed vt virium diſcrimen oſtenderet; auro enim denſius eſt argentum: argento æs ſolidius; at ferrum etiam ipſo ære multis partibus robuſtius: differentia itaque non in honore ſed in viribus potentiaque conſiſtit*. Et noua, ſcilicet Hebraiſmi noui, obſeruatio quorundam vt forte & ſolidum in auro ſumatur pro molli & lento; non minus quàm ſi contrarium pro contrario, mihi valde ſuſpecta veritatis eſt.

Vera lectio Græcorũ.

Auri præſtantia ex quo ſumẽda.

Theodoret.

C

Aurum forte quod igne nõ minuitur.

II. Alij ad eandem radicẽ, & ſignificationem pazaz reſpicientes, volunt eo auri nomine ſignificari eſſentiam auri, ſed coniũctam cum arte: nam in exploratione & examine ignis ſuam vim & robur oſtenditur, tum quod minimè minuitur, conſumiturve in examine ignis; tum quod expurgatione ſolidius fortiuſque euadit. Cum quo videtur facere, quòd huiuſmodi aurum vertitur ab interprete obryxum, Daniel. 10. 5. & a Hieronymo Pſ. 20. 4. & Ierem. 10. 9. & a Septuaginta 3. Regum. 10. & 2. Paralipom. 9. aurum probatum, quæ omnia nomina ſunt non tam eſſentiæ auri, quàm artis, & expurgationis.

D

Bonitas omni auro cõmunis.

Sed neque hi audiendi. non enim æſtimanda illius auri bonitas ex eo, quòd nihil igne depereat nam hæc communis omni auro laus eſt, cur præferatur cæteris metallis, quod ruto in incendijs, rogiſque duret, & quo ſæpius arſit, proficiat ad bonitatem, vt Plin. dixit lib. 33. cap. 3. Tum prætereà, quo aurum cum alijs metallis magis permiſtum eſt, durius eſt: quare ex igne non euadit ſolidius, ſed lentius & mollius, quia purius & perfectius.

E

Aurum a fulgore.

III. Alij bonitatem auri conſiderantes ex fulgore, & colore flammante, deducunt quidem ab eadem radice pazax, quam dicũt idem eſſe, quod deaurati, inſtar auri fulgere, & aureſcere, ad quã ſignificationem trahunt illa duo loca in quibus id verbum reperitur Geneſ. 49. Diſſoluta ſunt vincula. Legunt enim; deaurata ſunt vincula brachiorum eius, quomodo legerunt R. Salomoo, & R. Dauid apud Pagninum, & videtur Onkelus legens; Poſitum eſt aurum ſuper brachia eius. quò videtur reſpexiſſe Vulgatus, cum dixit. 3. Reg. 10. pro auro Muphaz; aurum fuluum nimis, cũ enim

Geneſ. 49. 24.

A

aurum Paz, ſit aurum optimum atque commendatiſſimum, commendetur autem aurum a flauedine, & colore flammante, videtur Paz, eſſe aurum nimis fuluum, & verbum Pazax ſignificare, fulueſcere, aut flammare inſtar auri. Quare interpretes Concordantiarum R. Mardochai & Reuchlinus acutè volunt illud Muphax eſſe participium paſſiuum, & cum 3. Regum. 10. dicitur, aurũ Muphaz, aut fuluum nimis, poſſe legi aurum aureũ, vel, aurum auratum, id eſt, purgatiſſimum. quaſi diceret, *vn oro muy dorado y muy rubro*. Similiter ergo illa vincula deaurata; cum enim & ferrea & ferruginea eſſent, Deus tamen propter innocentiam & patientiam Ioſephi aurea reddidit, atque fulgentiſſima, vt quod prius de decori & affli

פזז

Fulueſcere aut flaueſcere.

Muphaz participiũ paſſiuum.

Tribulationes ferreæ verſæ in aurum.

B

ctioni, poſtea honori & triumpho ſeruiret. Similiter ſecundus locus ex 2. Regum 6. 16. *Vidit regem Dauid ſubſilientem, atque ſaltantem*, quod in Hebræo eſt, Miphax; legi poteſt; Vidit Regem Dauid topaziatum; aut mipaziatum. id eſt, totum radiante, vtpote aureis pretioſiſſimis monilibus fulgentem quaſi deauratum. Auri autem bonitatem in eo colore nimis fuluo, atque igneſcenti ſapienter poſitam fuiſſe ab interprete Latino confirmari poteſt ex Plinio lib. 33. cap. 8. dicente Auri experimẽto ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quo ignis, quod idem indicauit Iſidorus ſuperius adductus, volens aurum Ophaz eſſe aurum obrizum, id eſt, obradians. Quare argutè etiam quidam Hebraicè docti illud Cantic. 5. 11. Caput eius aurum Paz; volunt ſumi verbaliter, pro Muphaz, vt dicatur Caput eius aurum deauratum, aut, aurum fulgentiſſimum, *Su cabeça mas dorada que el oro*, vel, *oro ſobre oro*.

Auenarius

Plinius.

Iſidorus.

Munſterus Reuchlin.

Auenari⁹.

C

7. Vulgari deſenſio & elucidatio.

Hi ſanè non longè a vero abeſſe videntur, ſi tamen minus abfuiſſent a vulgato Interprete, qui proculdubio illam ſignificationem verbi pazaz minimè agnouit, ſed illam aliam diſſoluendi, aut ſoluendi, Geneſ. 49. 24. vel ſubſiliendi, 2. Regum. 6. 16.

Verbi Pazaz. genuina ſignificatio.

IV. Et quod pro vulgato & pro ipſa veritate, videtur ſanè Latinus Interpres ſignificationem ipſam verbi pazaz, quaſi acu tetigiſſe: nam proculdubio vidit ſignificare aliquid ſolutum, ductile, expeditum, & quod facilè flecti & tractari poſſit ſine vlla vel duritie, vel difficultate, quod nos diceremus *Vna coſa ſuelta, y blanda*; quæ ſignificatio mirificè quadrat cũ illo Geneſis loco. Quid enim elegantius, aut opportunius, quàm dicere, illa duriſſima & fortiſſima vincula Ioſephi emollita fuiſſe diuina potentia, & in materiam quandam facilem, mollem, ductilem conuerſa fuiſſe, vt iam minimè conſtringerent, ſed potius demulcerent brachia, & manus? Itaque effecit potentiſſimus Deus vt ſuo ſancto & innocenti Ioſepho lenteſceret, & molleſceret ferrum. Quadrat etiam opportuniſſimè in ſecundum locum, vbi interpres vertit ſubſilientem; nam quod eſt facile & ſolutum, atque ductile, facilè etiam ſe flectit & inflectit, torquet, & intorquet mille modis, quod egregiè conuenit cum eo qui celeriter & expeditè ſubſilit: quare ex verbi proprietate dicere poſſit: *que ſaltaua Dauid muy ſueltamente*: & eos qui luctando vel currendo celeres & expediti ſunt, nos dicimus, *que ſon muy ſueltos*: quæ ſignificatio mirificè conuenit, cum illa auri bonitate, de qua ſuperius dicebamus, quæ in eo conſiſtit, vt ſit molle, ductile, & quod in bracteas tenuiſſimas duci, & extendi præ ceteris omnibus metallis poſſit: *Nec aliud* (inquit Plinius) *laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur, vt pote cuius vnciæ in ſeptuagenas, & quinquagenas, pluresque bracteas quaternũ vtroque digitorum ſpargantur*.

D

E

Aurum ſolutum ductile.

Plin. li. 33. c. 3.

Oleaster.

A *gantur.* non longè abludit Oleaster Geneſ. 49. vbi vult propriam ſignificationem pazaz eſſe extendere.

Quare illud Geneſ. 49. legit, *extenſa ſunt brachia manuum eius*; vel, *vincula brachiorum eius*: quaſi diceret: potentia & efficacitas ſancti alicuius innocenter afflicti non eſt alligata, neque conſtricta, quantumuis ſit in vinculis; nam ſi extendere poſſit manus & orationem ad Deum, ſatis extenta habet vincula, ſatis laxata. Et item illud 2. Regum. 6. *Vidit Dauidem extendentem ſe, aut eleuatum*; Sed præſtat, quod diximus, quod eſt vniuerſalius, & cum mollitudine, & lentore ductili auri magis conueniens.

Orationis vis.

8\.

Verbũ Pazaz ab auro dictum.

B Hinc mihi coniectura eſt, exigendam eſſe ſignificationem verbi pazaz ad ſignificationem paz, & ad naturalem auri bonitatem & lentitudinẽ. quare paz non deducitur a verbo pazaz, ſed è cõtrario; cuius etiam ſignum eſt, quòd cum frequens ſit vſus nominis paz, at infrequentiſſimus ſit vſus verbi pazaz, vt pote quod non niſi ſemel aut bis reperiatur. Atque ita videtur ad imitationem nominis paz, eſſe fictum; ſicut & nomen paz ab ophaz deductum, & ſicut ex ophaz regione optimum & molliſſimum aurum auehebatur, & ita pazaz molleſcere, aut expeditum, aut facile eſſe inſtar auri ſignificat. Vt vel hinc perſpici poſſit, quantum ſit in Sacris litteris & in lingua Sancta, atque adeo in interpretatione vulgata Latina reconditioris doctrinæ, & ſubtilioris philoſophiæ.

Latini interpretis recondita doctrina.

C Sed iam illa ſit in hoc auro tertia, & vltima dubitatio, an Ophaz indicet eandem regionẽ, quam Ophir. ſic ſanè indicat Paraphraſtes Kaldæus, qui Ierem. 10. 9. vbi legimus aurum de Ophaz, reponit ipſe: aurum ex Ophir. ſequuntur alij recentiores. mihi non liquet. potius propendeo in partem negantem, atque eſſe potius nomen alicuius loci, vel in Arabia, vel alterius regionis Orientalis, ex qua optimum, & probatiſſimum aurum educeretur, cuius illa non infirma quoque coniectura, quòd cum auri de Ophir nulla ante Salomonem fiat in Scripturis mentio, præterquam Iob. 22. 24. tamẽ nominis & auri paz ſparſim per Scripturam a Geneſi ſępiſſime vſus & mentio reperiatur. Kaldæus autem potuit ſimile pro ſimili reponere.

An Ophaz & Ophir ſint idem.

Auenar. Tremell.

Ophaz regio, aut prouincia Orientis.

D

VII. *Batſer.* בצר

9\.

Hoc nomẽ à vulgato non tribui auro.

BIs tantum aut ter legitur ab interprete Latino; bis ad *munitionem*, vel propugnaculũ refertur Iob 22. 24. *Dabit pro terra ſilicem*, id eſt, pro puluere munitionem aliquam fortiſſimam, tanquam ex ſilice, & rurſus, verſ. 25. *erit omnipotens fortitudo tua*, id eſt, turris & propugnaculum. Quo etiam modo legendum, & intelligendum vult R. Moyſes apud Pagninum. Et ſemel vertitur tribulatio cap. 36. 19. *Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione*. Vbi Hebraizantes legunt; *Non æſtimabit opes tuas, neque aurum*. Sed his locis Hebræos quoſdam, id eſt, R. Dauid, R. Mardochai, R. Leui, & alios Hebraizãtes, videlicet Tigurinam, Vatablum, Forſterum legere aurum, diximus Commẽtarijs in Iob: & quãuis non ſit in radice diſſenſio, conſtat enim deduci à radice *Batſar*, quod eſt, munire, aut fortificare, aut vindemiare; at in eo eſt diſſenſio, quòd ſumatur vox originalis metaphoricè ab Hebraizantibus pro auro, quod aiunt ex terra decerpi, & quaſi vindemiari, cum colligitur ex fluminibus: & eſſe munitionem, aut fortitudinem; quia auro munimur aduerſus incommoda

E

Aurum à vindemiãdo dictũ.

A & difficultates: atque adeò hoc nomine vocari nõ quodcumque aurum, ſed forte & ſolidum, qualis eſt gruma auri; vel, ſi à colligendo deducatur, etiã comprehendi eo nomine puluerem auri. Non ſignificabit itaque eſſentiam auri, ſed quaſi artem colligendi. Et ſanè huiuſmodi etiam aurum oportuit fuiſſe allatum ad Salomonem.

Sed proculdubio multo ſapientius, & ad illorũ locorum circunſtantias opportunius fecit interpres, cum propriam verbi *Batſar* ſignificationem elegit, pro munitione, & *fortitudine*, & cum in illo tertio loco *tribulationem* dixit à radice *Tſur*, quod eſt coarctare: quod & cordatiores alij Hebraizãtes ſequuti ſunt, Pagninus, Regia, Complutenſes: quæ quia in noſtris commentarijs illuſtrauimus,

צר

Hebraizãtes cordatiores.

B nihil nunc addendum. Tantum; nomen *Batſar*, minimè deinceps à nobis numerandum in aurea ſupellectili.

VIII. *Hbaruts.* חרוץ

VT certò conſtat tum apud Latinum interpretem, tum apud Hebraizantes, hoc eſſe vnum ex veris & frequẽtibus auri nominibus, ita incertum quam habeat ſignificationis virtutem, & proprietatem: incerta enim & incredibiliter varia eſt, etiam adud Latinum Interpretem, ſignificatio radicis *Hbarats*, quamuis illa frequentior, & quæ probatur pluribus, vt ſignificet præſcindere, aut decidere, &, ſi in re incerta & ad diuinandum prona, nobis etiam diuinandi facultas aliqua eſt, exiſtimarim propriam verbi ſignificationem eſſe præſcindere aliquid ad ſeparandum vtile ab inutili, & velut granum à palea, proficuum à noxio, bonum à malo. Hinc transfertur ad linguam, qua ſeparatur vnum ab alio, pretioſum à vili, Exodi 11. 7. Ioſue 10. 21. Et ſignificat præparare ſe ad bellum, vel *inire prælium*, in quo homo ab omnibus inutilibus ſe abſtinet, vt expeditus prælietur; & præſcindit hoſtes, & noxios inimicos, ſeruatque ſibi meliora & proficua ex præda 3. Regum 20. 40. Et præterea ſignificat iudicare, aut diſcernere, cum ſeparatur bonum à malo, verum à falſo 3. Regum 20. 40. quare Ioel. 3. 14. dicitur *vallis concisionis*. Vbi Septuaginta, Theodotio, & Hebraizantes, vertunt: *Vallis iudicij*, nimirum, Vallis Ioſaphat, vbi ſeparabuntur agni ab hœdis, triticum à palea; Sancti ab impijs. Et *Hbaruts*, eſt inſtrumentum *triturandi*, quo ſeparatur frumentum excuſſo omni inutili, Iſaiæ 28. 27. & 41. 15. Amos 1. 3. 1. Paralip. 20. 3. 2. Reg. 12. 31. & ſignificat murum, qui ſeparat externos à ciuibus, Daniel. 9. 25. ſignificat etiam hominem *fortem, robuſtum*, ſolicitum, & in agendo diligentem, quem vulgo dicimus diſcretum, cuius cogitationes ſemper ad commoda & vtilia diriguntur reiectis, & reciſis inutilibus, & illicitis. Prouerb. 10. 4. & 12. 24. & 13. 4. & 21. 5. vnde eſt illud Prouerbiorum 21. 5. *cogitationes robuſti ſemper in abundantia*, ac ſi diceres, *El diſcreto que corta el cabello enel ayre, dexa impertinencias y va à lo cierto*. Cum his igitur pereleganter & peropportunè conſentit, vt etiam aurũ vocetur *Hbaruts*, quaſi diceretur, præciſum, vel ſeparatum, non quidem, vt quidam dixit, quaſi dicatur aurum concretum; quid enim habet verbum *Hbarath*, cum concretione? debuiſſet potius dicere aurum diſcretum ſecretum, & ſeparatum ab omni inutili recremento, & ab omni aliena materia: neque quòd ſit aurum quaſi *contuſum*; nihil enim pretioſitatis contuſio affert; neque quòd ſit *conciſum*, nam debuiſſet dicere quaſi præciſum, & ſeparatum, id eſt, expurgatiſſimũ.

Incerta vocis proprietas.

חרוץ

Proprietas vocis Hebraicæ.

C

D

Vallis concisionis.

E

Auenar.

Forſter.

Quare

A Quare, ſicut ſuperius dicebamus, obryzũ, eſſe nomen potius artis, quàm eſſentiæ auri: ita videtur hoc nomen ad obruſam & artem referendũ, cum per examen expurgatiſſimum redditur, ſeparata omni ſcoria. Cuius vſus eſt Iob. 41. 22. Pſal. 67. 14. Prouerb. 3. 14. & 8. 10. 19. & 12. 27. & 16. 16. Zach. 9. 3. quo etiam modo aurum Salomonicum fuiſſe nemo ambigere debet. Ad quam nominis notionem videtur alludere id Prouerb. 8. Doctrinã magis quàm aurum eligite: cum enim aurum eligatur, & ex proprietate ſui nominis ſecernatur & ſeparetur ab omni alia inutili & viliori materia, multo maiori iure vera & ſalutaris ſapientia ſecernenda eſt a doctrinis falſis & peregrinis.

Doctrina ſeparanda ab omni errore inſtar auri.

B

11

IX. *Chetem.* כתם.

Aurinomē obſcurum. *Mercerus.* *Marinus.*

FRequens quoque ac celebre hoc auri nomen, ſed de cuius ſignificationis proprietate & virtute magna ſit inter interpretes obſcuritas: præterquam enim quod docti quidam exiſtimēt vocem eſſe ignotam & peregrinam, certè nullam videtur habere radicē, ex qua cognoſci poſſit. Potius hoc nomen videtur eſſe ipſa radix, ex qua verbum Catham, oriatur. Et ſanè mira varietate redditur ab interprete Latino. nam Iob 31. 24. vertitur obryſum; aurũ verò, Cant. 5. 11. vbi iungitur cum Paz. Dan. 10. 5. At verò Iſai. 13. 12. vertitur mundũ, aut purum, & coniungitur cum obryzo, & in originali cum Ophir, & Iob 28. 19. vertitur tinctura, quę eſt quaſi auri color, & iungitur item cum Ophir, & verſ. 16. dicuntur tincti colores pro eadem originali voce, & Thren. 3. 1. vertitur color, & coniungitur cum Tob, id eſt, bono, quod vulgatus dixit optimus: at verò Prou. 25. 12. vertitur fulgens, & coniungitur cum margarito, & Pſ. 44. 10. vertitur deauratum, & coniungitur cũ ornamento, aut veſtitu; pro quo Hieronym. tranſtulit, Diadema aureum. Denique cum ſemel legatur verbaliter, aut participialiter, Ierem. 2. 22. vertitur maculatum, atque eadem fere vox vertitur inſcriptio ipſi Dauid Pſ. 15. 55. 56. 57. 58. 60. quod Complutenſes vertũt inſignis, aut notatus, pro quo Kaldęus in titulo Pſ. 15. vertit, Sculptura Dauidis, alij verò Hebraizantes, vt Vatablus, vertit Inſignia, vel inſigne aureolum; quòd eiuſmodi Pſalmus eſſet pretioſus Dauidi, velut aurum. Vide Vatablum Pſalm. 15. & 55. Forſterum in Chethem. Marinum in Michtham poſt R. Dauid, & R. Abraham, & R. Himmanuel, apud Pagnin. quanquam alij apud Reuchlinum, & M. velint Michtham eſſe titulum, & appoſitum ipſius Dauid, vt dicatur inſignis, & auratus, vt nos ſolemus appellare, Equites auratos, propter aliquem titulum, aut notam honorificam, aut dignitatem militarem. Alij volunt eſſe propriũ nomen inſtrumenti muſici, ad quod cantabatur Pſalmus, quod Nebienſis appellat inſtrumentum ſuaue ſonans, & propterea Tigurina vocem originalē Michtham, ſine interpretatione relinquit: Hieronymus in duas dictiones diſſoluit, appellans Dauidē humilem & ſimplicem, ſiue perfectum; nã Mich eſt pauper, vel attenuatus, & Tham eſt ſimplex, aut perfectus.

Varia eiuſdē vocis interpretatio Latina.

C

Inſcriptio Pſal. 15.

D

כתם
מכתם

Lyra Cāt. 5. 11. Forſ. Mercerus. Auenarī. Marinus. Reuchlin. Elias Dauid de Pomis

E

מך
תם
13

His igitur locis perpendendis mirum quàm diuerſa trutina vtantur interpretes: nam alij omnino volunt eſſe nomen auri, ſed quod ſignificet materiam, & eſſentiam cum aliqua peculiari forma, quam a natura habeat, vt ſunt grumæ, & fruſta, quæ vulgò appellamus grana, & noſtrates, Oro de pepita; quod interdum multarum librarum eſſe ſolet, & in ſummo pretio eſt; atque adeo pro re pretioſiſſima in prouerbium abijt, *Es vn grano de oro*, & frequenter ab alijs vertitur, *Maſſa auri*.

Grana auri. Prouer. Hiſpan.

A

Alij volunt eſſe nomen artis, id eſt, ſignificari aurum perfectiſſima figura rotunda elaboratum; rum præterea pictum, & quod vocamus, eſmaltado. cum quibus videtur facere vulgatus, nomen originale frequenter referens ad colorem, notam, aut maculam, & poſſet etiam non inelegãter cum hoc conuenire ille Pſalmorum titulus, Inſcriptio Dauid, vt ſignificetur illos Pſalmos eſſe quaſi aurum pictum, & obductum alieno quodam, ſed pretioſo colore, ſub quo lateat aurum; itaque ſint notati & quaſi obducti nomine, & hiſtoria Dauidis, ſub quibus lateat aliquid diuinius, id eſt, ipſe Chriſtus: ſiue è conuerſo dicas, ipſam Dauidis hiſtoriam, & res geſtas eſſe velut aurum; at verò ſuperinduci ipſi Dauidi, & illius geſtis pretioſam aliam tincturam, & colorem, quo depingatur; id eſt, illam materiam Dauidicam longè pretioſiſſimo Chriſti myſterio ſuperinduci: *El oro y el metal de Dauid realcado y eſmaltado con los myſterios de Chriſto.*

Marcerus Cant. 5.

B

13

Sed breui, cenſeo, eo nomine minimè afferri vllam auri figuram: neque ſanè conſtare poteſt eiuſmodi figura ex aliquo ſcripturæ loco; nam quod Hieronymus pro veſtitu aureo, dixit, Diadema aureum, minimè reſpexit ad figuram orbicularē diadematis, ſed ad rem ipſam ſignificatam in Hebręo, in quo cum legeret ornamentum Chethem, intellexit pertinere ad ornandum caput, quare dixit, Diadema, cum Septuaginta intellexerint ornamentum totius corporis, & legerint veſtitum. Neque ex eo præterea prudenter elicient ſignificare aurum rotundatum, quòd cum illo comparetur caput ſponſi: nam ea comparatio reſpicit præſtantiam materiæ, & colorem; minimè verò figuram, niſi etiam velint cum manus ſponſi comparantur cum auro, ibi aurum ſignificare aliquid, habens manus figuram, & cum pedes comparantur cum auro Paz, nomine Paz debere ſignificari aurum affabre elaboratum in formam pedis.

Nomen auri nõ ſignificans auri figuram. Hierony.

C

Reiecta aliorum ſententia.

Secundum, Cenſeo ſignificari quidem aurum cum pretioſo aliquo artis opere, id eſt, aurum vel pictum, vel punctum, vel ſculptum; denique aliqua, vel impreſſione, vel nota inſigne, vel ſcalpellu emblematis aſperũ. nã vaſa aurea inſignia eiuſmodi aſperitatibus, & ſignis impreſſis in ſummo pretio habebantur, quale dedit Æneas Aceſti:

Nomē auri cum arte aliqua.

D

Aurũ aſperum.

5. Æneid.

Cratera impreſſum ſignis, quem Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumentũ & pignus amoris.

Quale item illa:

Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

5. Æneid.

Quod etiam appellarunt *argentum puſtulatum*, vt eſt apud Suetonium in Nerone, quod Philippus Beroaldus interpretatur non ſolum argentum excoctum & purgatum, ad ſummam bonitatem, ſed cęlatum, & exciſis puſtulis, atque in quandam aſpredinem eminentibus, emblematis totũ reſperſum: ſcio viros doctos aliter de Argento puſtulato, aut puſulato cenſere, volentes idem eſſe puſtulatum in argento, quod in auro obrizum. Vide Torrentium, Turnebum, Pontanum, Raderum. Denique huiuſmodi aurum ſignis aſperum, atque puſtulatum, eſt illud aurum inſigne, vel inſignitũ, vel inſcriptum, aut inſculptũ, & quod pereleganter iungitur cum Ophir, vel Ophaz: hæc enim loca ſignificant materiam vel eſſentiam auri pretioſi: at verò Chethē, illam artem & elaborationem, cum quo appoſitiſſimè comparatur caput ſponſi, cuius

Suet. c. 44. Argentum puſtulatũ. *Beroaldus.*

E

Torrent in Ner. c. 44. Turneb li. c. Pont. li. 1 Æneid. Rader. Mart. li. 7. Epigr. 85.

P cri-

criſpans & aureoſa coma, erat velut *Chethem paz*. A id eſt, vas ſummo artificio elaboratū, & ſculptum, & ſignis aſperum ex auro pretioſo paz. Tum illi Pſalmi, qui præclaras illas Dauidis hiſtorias commemorant, erant vaſa quædam pretioſis & elaboratiſſimis hiſtoriarum, & figurarum emblematis exornata & inſignita.

Latini interpretis elucidatio.

Quod verò interpres frequenter eius nominis ſignificationem ad colorem refert, vel ad notam, aut maculam, potuit facere abuſiuè, quod vocant, & notam ſcalpturę, qua aurum inſigni illa aſpreditne artis exornatur, & inſignitur, transferre ad notam illam aſpectus, vel coloris, qua vnum aurū prę alio inſignitur, & condecoratur; præſertim cum etiam elegāter quadret illa ſignificatio ſignorum & ſcalpturarum expreſſarum cū illis locis, in qui- B bus ab interprete vertitur color aut macula, vt illud Iere. 2. 22. Maculata es in iniquitate tua, eleganter legi poſſet; Inſignita es iniquitate tua, quaſi diceret: emblematis, & figuris expreſſis tuorū ſcelerum reſperſa es; impreſſa remanent in te peccatorū veſtigia, velut expreſſæ hiſtorię alicuius imagines, iuxta illud *Peccatum Iuda ſcriptum eſt* (ex ſimili radice. *Chetab*. inſcriptum, figuratum, ſtigmate notatum) *ſtylo ferreo in vngue adamantino exaratum ſuper latitudinem cordis eorum. Preciaſtete de tus peccados, como que fueran los eſmaltes de tu coraçon*. Ita enim opere argentario videris cordi tuo ſcelerum, & impietatis, & idolorum figuras inſculpſiſſe, & illud Thren. 4. 1. Mutatus eſt color optimus, figura immutata; eſt an disfigurados. C

Peccatorū inſignia cordi impreſſa.
Iere. 17. 1.
כתב

Vaſa inſignia allata ad Salomonem.

Sed iam ad Salomonem adducta vaſa argētea & aurea, ipſa hiſtoria ſacra teſtatur 3. Reg. 10. 25. quæ non ſolum propter materiam, ſed propter inſignem artis, & ſignorum ſculpturam & figurationem pretioſiſſima fuiſſe nemo dubitat, aſpera ſignis, & cælaturis eminentibus præſtantiſſima.

X. *Cegor*. סגור.

34 HOc item auri pretioſiſſimi nomen Iob 28. 15. vertitur aurum obrizum, a Septuaginta, concluſura; Auguſt. aurum incluſum. Tigurina, in theſauris concluſum, & ponitur ſolitariè ſine alio auri nomine, & 3. Reg. 6. 20. coniungitur cū Zahab, D id eſt, primo & cōmuniſſimo auri nomine, & vertitur mundiſſimum, & iterum 3. Reg. 7. 50. cōiungitur etiam cum Zahab, & vertitur puriſſimum; quod Regia dicit cōcluſum, & exactè quidem ad proprietatē nominis. deducitur enim a radice Cagar, quod eſt, claudere aut concludere, ex quo habent ſua nomina Carcer, qui eſt cuſtodia & clauſura, Iſai. 24. 22. Iſai. 42. 7. 2. Reg. 22. 46. & cauea, quæ eſt inſtar carceris, Ezech. 19. 9. & peripheria, ſiue peribolus, quæ appellatur corona, aut coronola, Exodi 25. 25. 3. Reg. 7. 29. & ex ſentētia quorundam Hebræorū, ſignificat Ezech. 19. 9. vinculum pedum, aut colli vinctorum. Vt hinc venari poſſis communem huius verbi ſignificationem, quæ eſt claudere, aut coronare in circuitu.

סגר
מסגר
סגר

Auri appellatio a claudendo.

Sed iam cum ad aurum refertur, quid illud eſt, quod appelletur concluſura, ſiue concluſum? dixi de hoc ad cap. 28. Iob. 15. nunc, quæ dicam, non repetiturus, ſed tamen dicturus elimatius re attentius perpenſa. Et primo quidem auaritiæ, & cupiditatis humanæ hanc appellationem eſſe contendunt R. Mardochai, Complutenſes, Pagninus & Neoterici alij, volentes dici concluſum, quòd diligenter claudatur, & cuſtodiatur in theſauris: deberent etiam addere tanquam in carcere, nam, vt ille alius dixit, Flagellantur opes, & velut vinctæ detinentur in arca iniquiſſimè, conantes quidem foras prodire ad miſerorum inopiam ſubleuandam. A

Mardoch.
Pagninus.
Aurum in carcere.
Martialis.

Aurū a natura abſtruſum.
Aurū clauſum ne liberius graſſetur.

II. Simili ratione potuiſſent hanc appellationem ſumere à natura, non quidem ab eſſentia auri, ſed ab eo loco reconditiſſimo, in quem natura ſua abditum & detruſum eſt, tanquam in carcerē, in ipſa terræ viſcera; ne, ſi aditus pateat, effodiantur, & graſſentur opes, irritamenta malorum. Rectè igitur appellatur concluſum, quod Deus & natura concluſerunt firmiſſima cuſtodia.

Marinus.
Mercerus.

III. Alij volunt eſſe nomen ſumptum ab arte quod vel in fornace, vel in vaſculo conflatorio claudatur, vt purgetur, & poſtea melius & purgatius euadat: atque hi ſuam coniecturam ex eo iuuant, quòd fabri ferrarij & argentarij vocētur in- B cluſores, quòd metalla, & aurum concludendo, & detinendo in fornace & igne expurgent, & examinent.

Argentarij & aurifices vocati incluſores.

IV. Nos, Iob. 28. 25. attentis & perpenſis omnibus locis, in quibus huius radicis germina reperiūtur, non leuiter cenſuimus hāc auri appellationem ſumptam eſſe ab arte, & ſignificare aurum factū, & elaboratum in formam alicuius vel torquis, vel coronæ, aut catenæ, quæ caput, collū aut brachia circundet, nam hac ratione poterit ornamentum aliquod aureum opportunè appellari concluſura, & aurum concluſum, quaſi concludens, & circundans inſtar vinculi: quare illud, Non dabitur aurum obriſum pro ſapientia; rectè exponitur: *No C ay collar ni cadena de oro que tanto valga.* Quare incluſor dicetur in ſacro ſermone, artifex, huiuſmodi concluſuras ſiue torques aut catenas elaborandi peritus.

Auri nomē ab arte.

Auri nomē a patria.

V. Qui nomen Cegor vellet eſſe patriæ, & loci nomen, in quo aurum probatiſſimum proueniret, nihil abſurdum afferre mihi videretur; ſicut neque ij omnes, quos recenſuimus, qui ſanè veroſimiliter omnes opinati ſunt.

Nomē auri Cegor ſumptū ab arte. Incluſor quid.

VI. Tandem, iam nunc cenſeo, tum hoc nomen & eſſe nomen artis, vt apertè elicitur ex originali nomine incluſoris, quod eſt nomen aurificis 4. Reg. 24. 14. & alijs locis inferius adducēdis; & ex 3. Reg. 7. 24. vbi eadem originalis vox redditur ſculptura, id eſt, opus ſculptoris, & aurificis: D tum non ſumi à quocumque artis aurariæ opere; ſed ab exquiſito illo & ſingulari artificio, quod in ſummo pretio & delicijs habebatur includēdi mala aurea in lectis argenteis, ex quo pretioſiſſima monilia conficiebantur, Prouer. 25. 11. quod propriè ex Hebræo legitur: Mala aurea incancellaturis, vel, thecis argenteis, vel inſculpturis, vel cōcluſuris argenteis, vel in vaſis cælatis argēteis, vel in rotis, vt de hoc loco ſuſius aliquando dicebamus. Vbi vides eximiam artem claudendi grana aliqua pretioſiſſima auri intra vaſculum aliquod, aut reticulum, velut intra vincula & cuſtodiam.

Includēdi ars exquiſita aurificū.

Cum hoc facit quod 4. Reg. 24. 14. Iere. 24. 1. & c. 29. 2. quod Latinus interpres vocat incluſorē, & coniungit cū fabro vel artefice. Aliqui Hebraizan- E tes, vt R. Dauid, Thargum apud Pagninum, & R. Mardochai volūt eſſe hominem magnæ exiſtimationis, & hominem reputatum & nobilem, qui dicatur Mizguer, a cegar, quaſi a pretioſitate auri, vel ab eo quòd ſit prępoſitus theſauris, & pretioſis monilibus aſſeruandis; vel, vt R. Dauid indicauit, homo ſapientiſſimus, qui propter ſuam ſapiētiam videatur claudere auditorum ora, vt quem tutenti audiant manū ori imponentes. Sed ſanè eximium aliquem pretioſiſſimorum monilium conficiendorum artificem, quæ habeant intra reticulum argenteum gemmea, aut aurea mala incluſa, ſignificat: cuiuſmodi artifices Ieroſolymis in magno

מסגר

Incluſor nomen honorificum.

pretio

pretio erant,& præ cæteris nobiles : ideo Rex Babylonis tranſtulit de Ieruſalem omnem artificem & cluſorem 4.Reg.24.14.

Habuit ergo Salomon plurima, atque pretioſiſſima cegorim, id eſt, monilia aurea, ſiue monilia concluſa, quę videntur illi in vſu fuiſſe, vt quorum mentionem faciat Prou.25. 15. & illa cum vaſis aureis, ad illum allata & oblata, veroſimiliter exiſtimandum.

XI. *Paruaijm.* פרוים

Auri nomẽ a regione.

DE hoc nomine ſatis ſuperque a nobis dictum vbi de Peruana & Ophirica nauigatione; cũ enim id nomen tantum habeatur.2. Paralip.3.7. vbi coniungitur cum communi nomine auri, videtur neceſſariò colligi eſſe nomen alicuius regionis, ſiue Aſſyriæ, ſiue Peruanæ, ſiue alterius, in qua aurum probatiſſimum orietur; quamquam alij velint eſſe nomen appellatiuum deductum a Par, vel Paroth, id eſt, vituli, vitulæ, aut vaccæ, vt indicet colorem vitulinum, aut, fuluum, qui proprius eſt auri probatiſſimi. Sed illud prius multo verius: cætera petenda ex loco iam indicato.

פר פרות

XII. *Cegullah.* סגלה

NOmen hoc pretioſiſſimorum monilium, quę in potiſſimis regum theſauris, & delicijs numerantur, & quæ ad Salomonem allata, tum ex vicinis prouincijs tum ex remotiſſimis, claſſium miniſterio, & vel ex Ophir, vel ex Tharſis, indicat ipſe Salomon Eccleſ.28. coaceruaui mihi aurum, & ſubſtantias (cegula, Septuaginta, opes) regum ac prouinciarũ, de qua voce prolixè a nobis ad eum locum Eccleſiaſtæ.

CAPVT XIX.

Quantæ iam veriſſimę illæ Salomonis opes ex priſci ſæculi theſaurorum conjectura.

Ad locum 2. Paralip.1. 12. Diuitias & ſubſtantiam dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui.

1 *Inuidum quorundam & maleuolum ingenium.*
2 *Terra virgo. Priſca opulentia ſine auaritia. Decrementum ætatum. Illuſtratus Daniel.*
3 *Præſepia, laquearia, menſa, ancora, prædæ opulentiſſimæ.*
4 *Domus aurea, arma ſcena.*
5 *Vaſa pretioſa, gemmæ. Vniones etiam in pedibus: Coquinaria.*
6 *Supellex aurea, lances. Craſſi theſauri. Statuæ, columnæ. Sabæorum diuitiæ.*
7 *Arabum opulentia. Aerarium Romanum, vectigalia.*

1 Quale eorum ingenium, qui res tantum nouas probãt priſcas fidẽ abrogant.

EX his, quæ diximus, tamquam ex vberrimis atque perennibus diuitiarum fontibus, immenſæ atque inexhauſtæ Salomonis opes & collectæ, & colligendæ ſunt; qui enim noſtri tantum ſæculi diuitias demirantur, pueriles quidam, atque ſtupidi moriones mihi videntur, vt qui omnis antiquitatis ignari, nihil credant, niſi quod videant; fidem abrogant veriſſimis hiſtorijs priſcæ opulentiæ; bene ſe de ſuo ſæculo, de ſuis regibus atque principibus, de ſuis anguſtijs, atque egeſtate mereri exiſtimantes, ſi nuperas iſtas noſtri ſæculi diuitias, veras tantum diuitias ducant, & dicant, antiquas omnes tanquam fabuloſas eleuent, & traducant, & eo nomine veritatis patrocinium ſuſcepiſſe videantur, quòd incredibiles ſunt veritati. Et iſti planè, vel adulatores ſunt, vel inuidi, maleuoli, maledici, vel natura ſua conuitiatores, vel hæc ſimul omnia: atque adeo iniquiſſimi rerum iudices, cũ per ſummam iniquitatem ſe ſolos ſupremos rerũ cenſores, ac iudices, non publica, ſed ſua tantum priuata auctoritate & libidine conſtituerint, ſic de
B rebus ſententioſè loqui videri volentes, vt ſemper tamen damnationis, & ignominiæ ſententia immerentes afficiant: Atque iſti eo ſe nomine minimè ſapientes produnt, quòd alieniſſimi ſint ab ea Philoſophorum oratione, quæ caſta, incorrupta, verecunda virgo eſt, nihil iratum habens, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil populare: ſed nos re ipſa, exemplis, & ratione, immenſas in theſauros Salomonis opes concludamus, ſupra illorum opinionem, ſupra fidem; ſed tamen veriſſimè.

Cicero in Oratore.

2 Illud tamen initio fidem facere poteſt, quòd terrarum quondam orbis intactus & intemeratus extitit, telluſque ipſa quamuis opibus grauida, ta-
C men virgo, vt dixit Plinius, in cuius viſceribus locuples cœlum, diueſque natura ingenuerat fœtus illos occultorum theſaurorum; qui quamuis maturi, tamen ſponte non exeunt ſua, neque naſcuntur in lucem, extrahuntur tamen obſtetricante auaritia; Illa nos (inquit Plinius in Proœmio lib. 33.) premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit, atque demerſit natura. Occultauit inquã, atque repoſuit, tum magnificentiæ atque opulentiæ ergo, tum mortalium vſibus, & neceſſitati ſubleuandæ, induſtriæ & arti aliquando exercendæ, vitæ munditiei, & ſplendori excolendo: ſed minimè (quippe abutuntur mortales naturæ, & terræ parentis patrimonio) nutriendæ auaritiæ, aut irritandis prauis animi appetitionibus, nutriendiſve
D voluptatibus; ergo iam nunc quæſitis, effoſſis, recluſis naturæ theſauris, & magna ex parte exhauſtis, atque vel ad iniquos, vel ad præpoſteros vſus translatis, effectum eſt vt ipſa terra parens, quaſi fœto edito, effœta, & frequenti partu delaſſata, noſtro iam ſæculo conſeneſcens veluti exhauſta, & inanis remanſerit, & (quod mirandum) ipſi mortales non ſunt locupletiores redditi, vt quos priſci illi, quorum vita victuſque ſimplicior atque candidior, & quæſitæ opes non tam ad vanam & inutilem luxuriæ profuſionem, quàm ad vſum aliquem & vitæ cultum, longè lateque ſuperarint; atq; propterea, quod ad opes attinet, noſtra ſæcula, nihil
E præter ſacram auri famem, habeant mirandũ: nihil priſca ſæcula, præter auaritiæ defectum, in tanta opulentia non mirandum. Si ſæcula omnia, regnorumque ætates, quaſi in vnam perſonam coaleſcentium repræſentata velis contueri, ad illam Danielis cap.2. 32. figuram attolle oculos, cuius caput totum aureum, quippe Kaldęorũ imperium multo locupletiſſimum, minores omnes auro diuitias aſpernari videbatur. Pectus & brachia de argento, hic Perſarũ principatus minus locuples: cum tamen incredibilis fuerit in auro, & argento Perſarum luxus. Porro veniet, & femora ex ære, hinc iam declinauit imperium ad Macedones, & Græcos declinantibus opibus. Sed quantus item Macedonum, Græcorum, Alexandri Theſaurus;

Telluſ virgo opibus grauida.

Plinius.

Priſci opu lętiores ſed minime auari.

Ætatum ſeries, & diuerſa fortuna.

Kaldęorũ imperium locupletiſſimum.

Perſarum luxus.

Græcorum imperium.

longe licèt illo Babyloniorum inferior? Tandem tibiæ illius ſtatuæ ferreæ, quippe Romanæ opes, non minus inferiores illis Kaldæorum, Perſarum, Græcorum, quàm ferrum auro illo Babylonio atque argento Perſico, & tamen infinita Romani Imperij opulentia, luxus incredibilis, poſtea iam fictilis, atque argillacea noſtra ætas, nihil credit, quod anguſtiarum ſuarum terminos & metas excedit: ſed credat tamen pauca hæc priſcæ opulentiæ argumenta, perturbata licèt & confuſa, & quę nullo ſeruato ordine a nobis proponĕtur, ſed quæ priſcæ opulentiæ fidem facere & varietate inordinata lectorem recreare poſſint.

Ætas noſtra terrea.

3. *Præſepia argentea* & dolia item argentea in quotidianu vſu apud Turditanos Bæticos inuenta a Carthaginenſibus, Strabo lib. 3. Præſepia autē poſita pro lacunaribus domuum argenteis vult Caſaubonus, neque nouum id eſſe, cum ſimilis fuerit diues cultus Ecbatanarum regiæ Perſarum, ex Polybio; immo aurea tecta deſcribit Statius ſui quaſi temporis, lib. 1. Thebaidos,

Strabo. Præſepia argentea, & Lacunaria. Caſaubo. Polybius. Statius.

Et nondum craſſo laquearia fulua metallo
Montibus, aut altè Graiis effulta nitebant
Atria.

Palatium Cleopatræ. Lucanus lib. 8. in palatio Cleopatræ:

Ipſe locus templi quod vix corruptior ætas
Extruet inſtar erat: laqueata tecta ferebant
Diuitias craſſumque trabes abſconderat aurum.

Aureæ cameræ ac columnæ. Euſobis Colchici Sannorum regis aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & colūnæ, at paraſtatæ, Plinius lib. 33. c. 3.

Plinius. *Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginē euerſum primò inaurata ſunt in Capitolio; inde tranſiere in cameras, in parietes quoque cum & ipſi tanquam vaſa inaurantur. cum ſua ætas varia de Camillo exiſtimauerit, quòd tegulas æreas Capitolij inauraſſet.* Plinius ſupra.

Ancora argentea. Diodorus. Ancoras ex argento Hiſpanico Phęnices nautæ & mercatores confecerunt. Adeo (inquit Diodorus lib. 6. c. 9.) mercatores quæſtus exeitauit cupiditas, vt cum onuſtus nauibus ſuperaret argĕtum, amoto ab ancoris plumbo, argentum eius loco ſubderent.

Veientana prædę. Veientes poſt decennalem obſidionem, cū cuniculorum fraudibus, artibus Romana certè virtute indignis, capti eſſent, tantas opes videri populo reliquerunt, vt & decimę Pythio Apollini vouerentur, totaque vrbs Romana ad prædæ direptionem euocaretur, cum qui vrbem ceperant, aurum capere non potuerint. Tanto illis fuiſſe facilius vrbem capere, quàm diuitias auferre, quæ ſæcula non admirabuntur? Seruilius lib. 2. de memorabilib. Principum theſauris ex lib. 5. hiſtoriarum Liuij.

Seruilius. L. Liuius.

Præda Alexandri. Sed illa innumerabilis ex numeratis centum quinquaginta ſeptem millibus talentorum præda reportata ab Alexandro, ſuperato Dario, quæ efficiunt ex noſtra moneta octoginta nouem milliones, & ſexcenta quinquaginta millia, quingenta ſexaginta octo ducatorum, plus minuſve. Curtius lib. 8. Quadraginta verò tantum millia talĕtorum capta Perſepoli, quæ erat caput regni Perſici, numerat Iuſtinus lib. 11.

89650568. Curtius. Iuſtinus.

Mithridatis ſtratagema. *Mithridates in fugam a Sylla & Lucullo actus, copias, auro, argento, veſtibus multi pretij copioſiſſime per itinera ſparſis, periculo exemit, ardentes hoſtium animos præda temere diſiecta ab inſequutione auertit, vt quam virtus incolumitatem negarat, diuitiæ præſtarent.* Seruilius ſupra.

Cyri præda. *Cyrus deuicta Aſia, pondo triginta quatuor millia inuenerat. præter vaſa aurea. aurumque factum, & in eo folia ac platanum, vitemque: qua victoria, argenti quingenta millia talentorū reportauit,* (id eſt, ex mil-

A lionibus ducatorum Hiſpanicorum, quingentos nonaginta quatuor) *& craterem Semiramidis; cuius pondus quindecim talenta colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo octoginta capere Varro tradit* Plinius lib. 33. c. 3. Crater itaq; pendebat quatuordecim mille ducentas vncias argenti. 5940000 Plinius.

4 Cubile Regis Perſarū. Conclaue ad caput cubilis Regis Perſarum habebat de more auri talĕta quinque millia, è regione verò argenti tria millia.

Cæſar in Ædilitate munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo vſus eſt. feraſque argenteis vaſis inceſſere tunc primum viſum. Caius Antonius ludos argentea ſcena fecit. Item Lucius Murena et Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo 124. Plin. lib. 33. c. 3. Scena argentea.

B *Arma argentea, & equorum aurei fræni ducentorū viginti millium militum Alexandri, item & aurea corona Alexandro miſſa a legatis gentium æſtimatione decem millium talentorum auri,* commemorantur ab Athenæo lib. 12. Decem autem millia talentorum auri efficiunt ex noſtris ducatis, centum quadraginta octo milliones, & quingenta millia. Capuli militum faſtidio eboris, cęlantur argento: vaginæ batillis, balthei laminis crepitant. Plin. c. 12. Dionyſ. Alexandrinos in Perſiæ deſcriptione à verſu 1054.

Arma, & fræna aurea. 14850000 Dionyſius.

Perſpicue tibi etiam eorum gentem eloquar,
Atque curſum perennium fluminum, montiumque vias.
C *Soli enim Aſiæ florentiſſimā regno gentē habent:*
Soli item grandes diuitias in domibus repoſuerūt
Quando Mæoniam & Sardeis depopulati ſunt.
Aurea ſane quidem in corpore arma hominum,
Aurea etiam equis in oribus fræna,
Auro item circa pedes ornant calceamenta.
Tanta enim ipſis diuitiæ ſunt immenſæ.

Nero Pompeij theatrum operuit auro in vnum diem, quod Tiridati regi Armeniæ oſtenderat. & quota pars apparatus fuit aureæ domus ambientis vrbem? Plin. lib. 33. cap. 3. Aurea Neronis domus.

Opes Pythij Bythinij. Pythius Bythinius platanum auream, vitemque nobilem illam Dario regi donauit; Xerxis copias, hoc eſt, ſepties centena octoginta octo millia excepit epulo; ſtipendium quinque mĕſium, frumentumque pollicitus. Plin. lib. 33. c. 10. Herodot. libr. D 7. D. Chryſoſtomus oratione 58. Plutarch. lib. 2. de fortuna Alexandri, Athenæus lib. 12. qui vuas illius vitis refert, ex pretioſiſſimis gēmis coagmentatas, opus ſiue Amynthæ, ſiue Theodori Samij. Hyginius de interpretatione ſabularum, cap. 223. Philippus Camerarius, Operar. ſucciſ. c. 20. Briſſo. lib. 1. de principatu Perſarum.

Platanus aurea. Athenæus.

5 Vaſa aurea gemmata. Et quoniam gemmas attigimus; Turba (inquit Plinius in proœm. lib. 33.) gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temolentiæ cauſa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceſſio eſt, quódam apud Virgilium lib. 5. pocula argentea & aurea imaginata, & gemmata. Virgilius.

Cymbiaque argento perfecta atque aſpera ſignis.
E & iterum. *Hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit*
Impleuitque mero pateram.

Pocula gēmea. Denique pocula in totum gemmea ex L. 1. & 3. ff. de ſupelle. legat. elicit Pancirolus. Romanorum quantæ opes, quantus in gemmis & vnionibus luxus? de quo item Seneca de Benef. lib. 6. c. 9. *Quod vomunt capacibus gemmis inter ſe propinant. Video vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos; iunguntur inter ſe & inſuper alij binis ſuperponuntur: nō ſatis muliebris infamia viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia aurib. ſingulis pependiſſent.* Quid autem? caput totum onuſtum gemmis. Hieronymus epiſtola ad Lætam; *Nec collum auro & margaritis premnas,*

Pancirolus. Seneca. Romanorū opes in gēmis.

puſmnas, nec caput gemmis oneres. Idem in vita Pauli Eremitæ; *Vno filo villarum inſunt pretia*. Tertullianus de habitu muliebri: Vno lino decies ſeſtertium inſeritur, alij quinquaginta millia florenorũ numerant, ſed nimium anguſtè. nam decies ſeſtertium, ex Græcorum computatione, millionem noſtrum efficere, oſtendit Villalpandus ſuo tom. 3. p. 2. lib. 2. Diſputatio. 2. cap. 14. tunc autem numerator milliones, quot fila vnionum; non tot autem ſed multo plura fila, quàm ambitiuſas, & opulẽtas illius ſeculi fœminas. Parum, ſi tantum in collo ſtetiſſet ambitio & ſumptus; fluxit etiam in pedes & crepidas. Tertullianus: *In Peronibus vniones emergere de luto cupiunt*. Cyprianus de habitu Virg. *ſint a compedibus aureis pedes liberi*. Immo & in ſoccis. Plinius lib. 9. cap. 53. *Non crepidarum tantum obſtragulis ſed & totis ſocculis addi, neque enim geſtare iam margaritas, niſi calcent, ac per vniones etiam ambulent, ſatis eſt.*

Cyprianus.

Vniones in pedibus, & calceis.

Iam Tertulliani tempore vaſa vtenſilia ex auro & argento, vix ex ære. Tertullianus de Habitu muliebri. *Quædam eſui & potui vaſcula ex ære adhuc ſeruat memoria antiquitatis. Viderit ſi etiam ad ſpurca inſtrumenta auri & argenti demens copia deſeruit.* Plinius lib. 33. cap. 10. *Vaſa coquinaria ex argẽto Galuus orator fieri queritur: at nos carrucas ex argento cælare inuenimus: noſtraque ætate Poppea coniux Neronis principis, delicatioribus iumentis ſuis ſoleas ex auro quoque inducere ſolebat.* Iam non mirandum, quod Antiochi quoque inſtrumenta culinária argentea fuerint. Trullæ aureæ amplæ & profundæ in vſu apud Iuuenalem:

Tertullia.

Vaſa coquinaria ex auro & argento.

Soleæ aureæ iumentorum.

Iuuenal. Sat. 3. 11.

Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

Meminit Alciatus lib. 7. Parergon. c. 3.

Sed integrum iam ex Tertulliano locum accipe de incredibili illo Romanorum luxu: *Lapilli, qui cum auro ſuperbiam iungunt, mulierum ſtuporem ædificare nouerunt: quia tardè teruntur, vt tureant: & ſubdolè ſubſtruuntur, vt floreant: & anxie forantur, vt pendeant; & auro lenocinium mutuum præſtant: intra terminos ſuos patrios non tanti habentur. Semper abundantia contumelioſa in ſemetipſa eſt: apud barbaros quoſdam quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores quanto nocẽtiores. Aliquando re vera inuentum eſt, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Romæ de faſtidio Parthorum & Medorum, cæterorumq; gentilium ſuorum coram matronis erubeſcentem, niſi quòd, neque ad oſtenſionem fere habentur. Latent in angulis ſmaragdi, & cylindros vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmatum habent, quod gemmatum eſſe non debet ſi non comparet.*

Elegãs Tertulliani teſtimonium de priſca opulentia.

Abundãtia vilis.

Aureæ catenæ longium.

6 Sed condamus teſtamentum ex priſco tempore & more, ex Pauli præſcripto lib. 34. de auro, & argento legato 2. libro 32. Pediculis, quod contineas, aurum factum, gemmatos annulos, Cymbiam argenteam cruſtis aureis illigatam; margaritas, aurea emblemata, quæ in lapidibus, apſidibus ſint argenteis; argentum potorium, & eſcarium; ornamentum muliebre cum auro, vaſa electrina, ſiue electrum argento cedat, ſiue electro argentum. Quid noſtra ætas his maius; immo quod non minus?

Quæ legari in teſtamentis ſolerent.

Conficiamus, componamuſque item ſupellectilem ex eodem Paulo libro 1. & 3. De ſupell. legat. Pelues argenteas, & aquiminaria argẽtea, & menſas, & lectos inargentatos, vel inauratos, atque gemmatos, & ſi tota argentea, vel aurea ſint, de murrhinis & chryſtallinis dubitari non poteſt an debeãt annumerari ſuppellectili, propter eximiũ

Supellex antiqua aurea & gemmea.

A vſum & pretium; craterem argenteum, & candelabrum argenteum: Et lib. 7. Fictili, aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique ſupellectili vtebantur; nunc ex ebore, atque teſtudine, & argento, iam ex auro etiam, atque gemmis ſuppellectili vtuntur. Vbi nũc vtenſilia aurea? Vbi gemmea ſuppellex?

Lectos mulierum argenteos Caruilius Pollio, non vt operiret, aut Deliaca ſpecie faceret, ſed Punica; idem & aureos fecit: Plinius libro 33. c. 11. Argentea item ſolia, idem cap. 12. Fuere item Romæ ſtratæ argento mulierum balneæ, & feminæ plebis compedes ſibi ex argento faciebant. Idem eodem loco. Aurum verò & gemmas etiam priuatis pedibus aptabant, vt oſtendit Franciſcus Modius epiſtola 79. ex Plinio Secundo, non ſolum

B fœminæ; vt ſuperius ex Tertulliano adducebamus.

Lecti argẽtei.

Virorum & priuatorum pedes auro & gẽmis ornati.

Modius.

Lances centenis libris argenti, quas tunc ſuper quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat: multoſque ob eas proſcriptos dolo concupiſcentium, erubeſcant annalés, qui bellum ciuile illud talibus vitijs imputauere. Plinius lib. 33. c. 11. Porro lãcium illarum pretium fuit quinquies centena millia aureum, vt ſupputat Guido Pancirolus tom. 1. Rerũ Memorabilium c. de Argentea ſupellectili, qui obſeruat ideo lãnces illas adeo amplas fieri, vt ijs minores quoque patinæ continerentur. Durſillanus nomine Rotundus, quingenariam Lãcem habuit, cui fabricandæ officina prius ex ædificata fuerat,

C & comites eius octo quinquaginta librarum. Plinius ſupra qui etiam ſcribit. L. Craſſum oratorem habuiſſe duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertijs centum: conſtat eundem ſex millibus ſeſtertium in ſingulas libras vaſa empta habuiſſe.

Lances argenteæ.

Pancirolus.

Pretioſiſſimarum lancium, & magnificẽtiſſimæ cælaturæ maximi priſco ſæculo æſtimatæ, meminit Budæ. lib. 3. de Aſſe, & L. Craſſius vaſa cęlata in ſingulas libras ſeni; ſeſtertijs fuiſſe æſtimata, i. cẽtum quinquaginta aureis, aut eo amplius fuiſſe ęſtimata, adeo, vt ipſe Craſſus propter verecũdiam vti auſus non fuerit, Plin. lib. 33. c. 11.

Lances cælatæ.

Budæus.

Vulgatam illam Crœſi cum Alcmæone hiſtoriam elegahti carmine deſcripſit Ioãnes Tzetzẽs

D Chiliade, 1. Hiſto. 1. ex quo Crę̈ſi Theſauros colligere liceat:

Tzetzes.

Crę̈ſi theſauri.

Crœſus ille Halyattei in Lydijs erat regnans,
Matricem vrbis regiam Sardeis qui poſſidebat
Pactolo autem fluente illuc ante, aureum
Imbribus ex Tmolo monte ramentum ſuſcipiẽte,
Omnibus longe ditior fuit regibus.
Diuitijs autem veneratus, et theſauris immenſis
Beneuolus erat omnibus: & ex numero liberaliũ.
Sicut enim, Pindarus inquit filius Diaphantis
Venientem ad ipſum Alcmæona illuſtrem,
Quantum poſſet, capere iuſſit auri.
Ille autem tunicam indutus latinuoſam plurimum,
Cothurnos & tragicos & laticalceos,
E *Theſauros ingreſſus omnia implet auro;*
Ita vt cæſariem ſui ipſius detinens dentibus,
Auri pondere antemare non valens,
Crœſum mouit ad riſum itione, atque ſpectaculo.
Super his, ille iuſſit bis tot accipere alia.

Argenti vſum in ſtatuas primum ad honorẽ D. Auguſti in adulationem temporum tranſiſſe, falſo exiſtimatur; iam enim in Triumpho magni Pompeij tranſlatam Pharnacis, qui primus regnauit in Ponto, argenteam ſtatuam, item Mithridatis, Eupatoris, & currus aureos, argenteoſque. Plinius lib. 33. c. 12.

Argenteæ ſtatuæ, & currus aurei.

Plinius.

Sed Deorum aureæ, & argẽteæ imagines multo antiquiores apud Kaldęos & Babylonios, Baruc 6.

A 38.54. Dan.3. & 4. apud Ægyptios, Sap.15. apud Samaritas.3.Regum.12.28. apud alias gentes. 2. Machab.2.2. apud Romanos ex auro, & argento plurea, & præſertim Deorum Penatiũ, Suetonius in Nerone.c.52. Gorgias Leõtius auream ſolidam Delphis ſtatuam erexit; Seruilius. Ioannes Tzetzes iterum de Crœſo.

Suetonius. Aurea ſtatua ſolida. *Tzetzes.*

Auctor autem Herodotus, filius ille Oxyli,
Et cum ipſo etiam Plutarchus, hominẽ deſcribit
Mille lateres in Delphos miſiße totos aureos,
Vt ara Apollini aurea ſtrueretur.

Ex pretioſiſſima gemma Euſebe Tyri in Herculis templo facta ſedes; Plinius lib.37.cap.10. Rurſus in Tyri templo duæ columnæ, altera ex auro, B altera ex ſmaragdo, Herodotus lib.2. *Aiunt apud Indos templum extructum Baccho extare. quod gradus ex ſaphiro trecentos ſexaginta quinque habeat,* Epiphanius, de duodecim gemmis, cap.5. *Iulius Cæſar ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam, cui ex primo ſuo Conſulatu ſexagies ſeſtertia margaritam mercatus eſt.* Sueton. cap.50. Trecentis millibus florenorum æſtimatam ſupputat Meurſius, cap.5. de luxu Roman. Vnionem item illum Cleopatræ, centies ſeſtertium, id eſt, quinquag. millia florenorum valuiſſe.

Columnæ aureę & gemmeæ. Sedilia. Gradus. *Epiphan.* *Suetonius.* *Meurſius.* Vnio Cleopatræ.

Non vnius aut alterius regis, non Perſarum Imperatorum, non Babyloniorum opulentiam profeiamus ſed communem illam Sabæorum in cultu domorum: *Hi* (inquit Strabo lib.16.) *atque Gerrai ditiſſimi ſunt ex mercatura: ſupellectilem ex auro & argento multam habent. vaſa. lectos, tripodas, crateras cum operculis, domuſque ſumptuoſas: & portæ, & parietes, & tecta ex ebore, auro, argento, lapidibuſque ornatus cauſa diſtincta.* C

Sabæorum priuatus cultus, & opulentia. *Strabo.*

7\. Frequentem olim dotem quinquaginta millibus florenorum conſtitiſſe vult Meurſius ex Martiali lib.2.Epig.65.

Dotes priſcæ. *Meurſius.*

Illa illa diues mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Maximam dotem apud antiquos non tantam fuiſſe obſeruat Raderus ex Martiali li.1.epig.104. ſed habuiſſe Scæuolam, ſordidum hominem, decies D millia centum, id eſt, decies centena millium ſeſtertium, ſiue decies centum millia, id eſt, *Vicies quinquies mille Philippæos.*

Raderus.

Dionyſius beatam illam, atque odoratam Arabum opulentiam ſic prædicat a verſu 936.

Dionyſ Alexandrin. Arabiæ felix opulentia.

Semper fragrans aromatis ſuauiter ſubolet.
Blanda ridens Iupiter, & magnas illas diuitias ſuperfudit.
Quare ad hunc vſque diem, thure gloriantur arua;.
Montes autem auro; flumina item alia ex parte aromatibus.
Ipſi autem Incolæ valde opulentum populum habent,
Aureis veſtibus gloriantes mollibus.

Parallelæ illæ hiſtoriæ, quæ adducuntur a Plutarcho, affatim auro onuſtæ ſunt: nam Brennus Gallorum rex puellam Epheſiam, quam adamauerat, armillis & auro in ſinũ coniectis a militibus, mercedis loco, ornari iuſſit; ſed ita onerata eſt, vt multitudine auri obruta perierit. Altera item virgo Tarpeia, quæ Sabinis aditum in montẽ Tarpeium ſe patefacturam pollicebatur, ſi monilia Sabinorum, mercedis loco acciperet, viua itidem monilibus obruta eſt.

Plutarch. in Parallelis.

In ærario populi Romani fuere Sext. Iulio. L. Aurelio Cõſſ. Auri pondo DCC. XXVII. argenti nonaginta duo millia, & extra numerum. CCC. & L. XXXV. millia. itẽ Sext. Iulio. L. Mario cõſſ. DCCC. XLVI. auri pondo. Caius Cæſar primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo, ex ærario protulit laterum aureorum XXVI. millia, & in numerato pondo CCC. Cum autem pondo idem ſit, quod libra, facile erit ad noſtram millionum computationem & ſummam redigere.

Ærarium P. R.

Porro theſaurorum aliorum regum incredibilis pene magnitudo. Centum octoginta talentorum millia Alexander victor ex Dario tulit, id eſt, ducentos tredecim milliones, & octingenta quadraginta millia ducatorum Hiſpanicorum, & ex 213840000 vna Aſia vectigali quotannis quingenta ſeptuaginta quatuor talentorum millia recipiebat, id 677160000 eſt, ſexcẽtos ſeptuaginta ſeptem milliones, & centum ſexaginta millia ducatorum. Cyrus quadringentos milliones coronatorum Midæ, & Crœſo abſtulit. Sardanapalus ſe cum ſexdecim millibus ſeptingentis quinquaginta millionibus coronatorum in pyram coniecit. De Crœſo diximus. de Mida nemo non dicit. Alexander ſexaginta millionibus coronatorum in cuiuslibet fortunæ euentum ſibi prouidebat.

Vectigalia priſcorum principũ.

Tum de his, tum de alijs adeundus Ioannes Seruilius libro 2. de memorandis principum veteris æui theſauris; item & de priuatorum quorundam opulentia, Meurſius libro ſingulari de luxu Romanorũ. Barnabas Briſſonius de principatu Perſarum. Guido Pancirolus de rebus memorabilibus, vbi de ſupellectile argentea, & de lapidibus, & gemmis. Denique rerum Indicarum, Perſicarum, Babylonicarum, Aegyptiacarum, Tyriarum, Macedonicarum, Hiſpanicarum ſcriptores, ex quibus immenſorum theſaurorum ſupra omnẽ fidem teſtimonia, ſed omni fide digniſſima, & quæ incredibilis Salomonis opulentiæ fidem conciliant, Cum iam Hebræorum res non in opulentia Salomonica, ſed in ſumma rerum penuria, & anguſtijs eſſent; tamen narrat Ioſephus lib.14. Antiquitatum, c.12. fuiſſe in templo, *octo millia talentorũ auri, & trabem ex auro ſolidam trecentas minas pendentem,* ex qua pretioſiſſima templi aulæa pendebant mina autem cõſtabat duabus libris cum dimidia. Accedebat igitur ad ſeptuaginta duo millia coronatorum, & nonaginta millia ducatorum, plus minus. octo millia autem talentorum auri, efficiunt nonaginta ſex milliones coronatorum aureorum: at verò centum decem & octo milliones, & octoginta millia ducatorum, quæ diripuit Marcus Craſſus.

Priſcarũ diuitiarum Scriptores. *Seruilius.* *Meurſius.* *Briſſonius* *Pancirolus.* *Ioſephus.* Trabes aurea Tẽpli.

Ex his omnibus colligendum id, quod initio proponebamus, immenſas fuiſſe diuitias Salomonis, vt quem Deus ſupra mortales omnes, qui vnquam fuerint, opulentiſſimum effecerit: ſicut ſcriptum eſt.2.Paral.1.12. *Diuitias, & ſubſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te,* E *nec poſt te fuerit ſimilis tui.* Quam eſſe ampliſſimam comparationem & nullis terminis coercitam, id eſt, comparari non ſolum cum Regibus Iſraeliticis, ſed cum externis quibuſcumque maximis, atque opulentiſſimis Principibus, oſtendemus libro 6.capitul.2.

CAPVT

CAPVT XX.

Tum Salomonis, tum Ieroſolymitanæ vrbis opes quàm exaggeratiſſimæ.

Ad locum Eccleſ. 47. 20. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & vt plumbum, compleſti argentum.

1 *Hyperbole temperata. Salomon an prodigus. Neronis prodigalitas.*
2 *Salomonis liberalitas. Ieroſolymæ diuitiæ. Illuſtratus locus Regum & Paral.*
3 *An Aurichalcum, Latinum nomen. Et ex Græco, & Latino compoſitum. Natiuum & factitium.*
4 *Aurichalcum Symbolum rei vulgaris. Olim in pretio. Mos Latini interpretis.*
5 *Plumbum argentarium. Solum argentum plumbo innatum. Æs pro aurichalco.*
6 *Opulentia Hyperbole & contemptus. Antichriſti Theſauri.*

1 Hyperbole ſed moderata.

FVit tanta auri & argenti in Ieruſalem copia, vt quamuis hyperbolica, tamen temperata, & moderata exaggeratione dictum fuerit; Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis. 3. Reg. 10. 21. Quod C Genebrardus in Chronologia ſic interpretatur, quòd Salomon cum eſſet magnificus & ſumptuoſus, nihili faceret aurum & argentum, non quòd alijs, præſertim populo, non eſſet chariſſimũ: nam in tanta regis abundantia, luxu, ſumptibus, largitionibus, populus egebat, & tributis opprimebatur; quæ Salomon augebat, vt ſuæ profuſioni ſatisfaceret, quod ipſum placuit Maluendæ lib. 6. de Antichriſto. c. 9. vt propterea non dubitet comparare Salomonem cum Antichriſto, qui, cum immenſis opibus redundaturus ſit, tamen alios, præſertim Chriſtianos, emunget, & expilabit miſerabiliter. Et videntur hi auctores planè Salomonem cum Nerone contendere, quem ex his ipſis notis deſcribit Sueton. c. 30. & quòd *nec largiendi, nec abſumendi modum tenuit.* D

Genebrar.

An Salomon prodigus potius quàm magnificus. *Maluẽda.*

Suetonius. Neronis prodigalitas.

Sed eget proculdubio moderatione Genebrardus, cum diſertis Scripturæ verbis *abundantia argenti in Ieruſalem* (quod ad ciues Ieroſolymitanos apertè refertur) aſſeratur illo loco 3. Regum. 10. 27. *Fecit vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum,* & rurſus. 2. Paral. 9. *Præbuit rex argentum & aurum in Ieruſalem, quaſi lapides.* quo verbo *præbendi*, aut, vt ex Græco, & Hebræo legitur, *ponendi*, apertè indicat, non ſibi tantum aſſeruaſſe, ſed liberaliter impertijſſe, atque eò referũt, quod 3. Regum. 4. 29. dicitur *Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis.* nimirum ad expendendam pecuniam magnificentiſſimè, neque quidem poterat E rex felix eſſe infœlici & miſero populo; neque populus pacificè viuere ſub rege profuſiſſimo, hoſte, & Tyranno. Quamuis verò auri abundantia cum lapidibus etiam comparetur 2. Paral. 1. tamen argentum & copioſius & frequentius, ita vilius. Petrus Comeſtor. 3. Reg. 25. ſcribit, Salomonis tẽpore, Sedilia pro foribus domorum plurima in Ieruſalem argentea fuiſſe. quare Ioſephus lib. 8. c. 2. fortunas regis, ac gentis ampliſſimas fuiſſe prædicat, atque adeo in cõmercijs (nimirum priuatorũ hominum) nullũ fuiſſe argento pretium. Quòd ſi iam inde ab iſtius tantæ fœlicitatis & opulẽtiæ primordijs aut auarus, aut exactor Tyrannicus extitiſſet

2 Salomõ liberalis, & magnific⁹. 2. *Paral* 9. 27.

נתן

P. Comeſt.

Ioſephus.

A Salomõ, quomodo dilectus in pace ſua eſſe potuiſſet? An verò ingraueſcente ætate, ingruente auaritia, creſcente luxu, deficiente induſtria, & dexteritate, atque frigeſcente etiam aliarum gentium erga illum ſtudio & beneuolentia, tributa & vectigalia auxerit, dicemus lib. 7. De virtute autem liberalitatis & magnificentiæ Salomonis lib. 6.

Eccl. 47.

Sed eſt quidem notandum, huius quoque Salomonicæ ac vrbis Ieroſolymitanæ opulentiæ hyperbolen aliam fieri Eccleſ. 47. 20. *Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & vt plumbum compleſti. argentum*, quæ temperatior hyperbole cum ſit, ſed eſt etiam in eo exquiſitior, quòd ſit comparatio cum metallis vilioribus, ſed aſſimilibus, nimirum auri, cum aurichalco, plumbi cum argento.

3 Hyperbole temperatior.

B Sed tam ingens Grammaticorum diſſidium, & bellum acerbũ de Aurichalcho, an ſatis Latinum nomen ſit, an potius, Orichalchum, quę illius propria notio & compoſitio: an ex auro an potius ex *oros*, Græco, id eſt, mons, & *chalcos*, id eſt, ære, componatur: priori enim modo ſonabit æs aureſcens, aut æs fuluum; at poſteriori, æs montanum, an ſit nomen anceps ad vtramque compoſitionem.

Grammaticorũ quæſtiones de Aurichalco.

Certè nomen Latinum eſſe ex Feſto conſtat in verbo, *Aurichalcum*; & Plinius lib. 34. c. 2. & li. 37. c. 9. atque adeo lubens id nomen admittunt Brodæus lib. 6. Miſcell. c. 23. Iacobus Cruquius in artem poeticam Horatij, & Latini Auctor Theſauri qui cum Lambino confirmant ex Plauto in Milite 10. Scen.

Aurichalcum nomẽ Latinum. *Plinius.* *Brodæus.* *Cruquius.* *Lambinus.*

C *Cedo tres mihi tres homines contra aurichalco emptos iſtis moribus.* Accedunt Iſidor. lib. 16. c. 19. eſt item aurichalci vſus, L. Labeo 45. de contr. empt.

Iſidorus.

Sed id nomen Latinum eſſe pernegant Anton. Nebriſſenſis in quinquag. c. 4. Erythræus in Virg. & Pontanus ad 12. Æneid. verſ. 87. Lãbin. in Curcul. actione. 1. Sce. vlt. ac ſuam opinationẽ ſuadent, quòd non debeat admitti compoſitio ex Latino, & Græco, id eſt, ex Latino auro & Chalcon Græco, quod eſt æs, Tum quòd aurichalcum re ipſa minimè componatur ex auro & ære, quare neque nomen præferet eam compoſitionẽ. Addunt ſignum manifeſtum, quòd Orichalcum ſit idem cum Aurichalco: Orichalcum autem primam habet breuem. ergo non potuit originari ab auro, quod primam habet longam. D

Qui negẽt eſſe Latinũ nomen.

An admittẽda vnius vocis compoſitio ex Latino, & Græco.

Sed ſanè & compoſitio ex Latino & Græco aliquando à doctis admittitur, vt *Theſaurus*, ex Græco *Thes*, id eſt, depoſito, & auro. in Popina, a paſcere, & *piro*, id eſt, bibo, quia in ea pauperes *pinonſin*, id eſt, bibunt; quamuis alij a popa deducant. in *Coturnix*, quæ eleganter deducitur a cautus, & *ornis*, id eſt, auis, quaſi cauta auis, de cuius cautione legendus Plinius lib. 10. c. 23. mitto infinita alia ſemilatina ac ſemi græca, *vlmitriba*, id eſt, qui virgis vlmi cædit, monolores, pſeudoponticus, aeromantia, terripauium. Neq; ſi legas Orichalcũ, non E ideo non poterit ab auro deduci quot enim inueniantur voces compoſitæ, quę habeant primã ſyllabam breuem, cum ſimplex, ex qua componuntur, habeat eandem longam? vt obſeruat Brocenſis in ſua Minerua, in dictione *Morus*, quam a Græco *Mauros* deducit, id eſt, obſcurus.

Nomina cõpoſita ex Latino, & Græco.

Coturnix cauta. *Plinius.*

Franc Sanctius.

Adde quòd Antiqui, teſte Feſto, orum, pro auro dicebant, & auſculum pro oſculo; & ploſtrum pro plauſtro, & aulã pro olla; & copo pro caupone. Pudet in Grammaticationibus tam apertis tempore & otio abuti. Et verò aurichalcum non componitur ex auro, ſed colore refert aurum. licèt quidem non tam fulueſcat, quam albeſcat: quare illud aliquando vocauit Virgilius album. Hæc verò non tollunt quin etiam *Orichalcon*, id eſt, montanum

æs, compoſitione integra Græca, ex *oros* & *chalcon* A frequens ſit,

Idē nomen cum diuerſa ſyllabarum quantitate.

Et ſanè minimè inſolens, vt vnum & idem nomen ad diuerſas origines referri poſſit, & diuerſam quoque ſyllabarum quantitatem ſortiatur ex diuerſa origine, cuius clarum exemplum ſit *Orion*, quod ſi deducas ex *oros*, id eſt, vena, producet primam; ſi verò ex *Orion*, id eſt, concito, corripiet. Hæc non dixiſſem, niſi pro defenſione ſacræ vocis & vulgatæ Latinæ lectionis, in qua nihil leue, nihil contemnendum.

Aurichalcū foſſile. *Plinius.* *Seruius.*

Ex hoc item loco libenter colligo aurichalcum genus eſſe metalli foſſilis, non tantum factitij, id quod tanquam rem certam, videtur accipere Plinius li. 34. c. 2. Seruius ad locum illum 12. Æneid. & ipſum nomen Græcum orichalchum, quod æs B montanum ſignificat, quod videlicet naſcatur, & effodiatur in montibus, rem confirmat. Alij verò, vt Lambinus, in Curcul. citato a Georgio Agricola, Iſidorus lib. 16. & in cap. 20. non rectè hoc negant, licèt bene contendant eſſe etiam factitium, & ſimile foſſilis, quod fit ex Cadmia, & ære Cyprio. hi ſunt Feſtus in verbo Cadmia, Georgius Agricola lib. 5. de cauſis ſubterraneorum, & lib. 1. de natura foſſilium, Lābinus in Curculione Act. 1. ſcen. vltima. Similitudinem autem aurichalci, vel orichalci, cum auro ex ſpecie, & colore teſtatur Feſtus, tum etiam Cicero. 3. de offic. *Si quis* (inquit) *aurum vendens, orichalcum cum ſe putat vendere, indicetne ei vir bonus aurum illud eſſe?* quod C fere deſcripſit L. Labeo. 45. de Contrahenda emptione: vbi manifeſtè omnes codices habent, aurichalcum: Si vas (inquit) aurichalcum pro auro vendidiſſet: ſicut & Titul. de legatis. 3. Quare ineptit Erythræus, qui in voce aurichalci ineptire dixit Iſidorum lib. 16. c. 19. ſcribentem, eſſe *nomen compoſitum ex Latino & Græco.*

Geor. Agricola. *Iſidorus.* Aurichalcum natiuum & factitium. Simile auri. *Feſtus.* *Cicero.* *Erythræus ineptiens.*

4 Aurichalcum cuius ſymbolum

Itaque aurichalcum eo Eccleſ. loco nō tam eſt ſymbolum rei vulgatæ & in magna copia prouenientis, quàm vulgaris ac viliſſimi pretij inter metalla; cum tamen primis illis ſæculis in maximo pretio æs fuerit, atque aurichalcum, quod cū pulcherrimo colore duritiam ferri coniunctam haberet: *Aurichalcum* (inquit Plinius lib. 34. cap. 2.) *præcipuam bonitatem, admirationemque diu obtinuit.* D Lucretius lib. 5.

Aurichalcum olim in pretio. *Plinius.* *Lucretius.* *Iſidorus.* Aurū olim vile.

Nam fuit in pretio magis æs, aurumque iacebat
Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum.

Iſidorus loco indicato: *Aurum & argētum propter inutilitatem reijciebantur, nunc verſa vice iacet æs, aurum in ſummum ceſſit honorem:*

Sic voluenda ætas commutat tempora rerum, &
Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore.

Vulgati elucida io. κασσίτερος.

Quæ cum eleganter vſurpata ſint in comparatione ad aurum; at dubitationem habet, Quorſum interpres aurichalcum dixerit, quod in Græco eſt, *caſſiteros*, id eſt, ſtannū. cuius rei non alia mihi occurrit cauſa quàm illa quam dixi, comparationis pulchritudo, vt rem colore ſimilem, pretio diſſimilem, cum auro pretioſiſſimo contenderet (ſtan E num enim potius colore argentum æmulatur,) & preterea opportunitas ad explicandā auri copiam vulgarem & omnibus obuiam. Licèt enim tempore Salomonis æs, & aurichalcum, neque viliſſimū, neque frequentiſſimum fuerit; tamen interpres rem pro ſuo tempore optima & clariſſima ac notiſſima ratione interpretādam cenſuit: quod non rarò ſolet facere, cum non leui claritatis pretio, & nullo ſententiæ, aut veritatis detrimento. Expecto ab alijs pro Latino interprete hoc loco meliora: interim veroſimilia quæ protuli, pro veris haberi.

5 Plumbum argētariū.

A Secunda illa pars comparati plumbi cum argento, pulchra item eſt; eſt enim plumbum argentarium, ſiue album, quod ſpecie & colore argentum refert, valore & natura multum differt: præſertim cum communis aliquando ſit argenti, & plumbi vena, quæ ſolet appellari plūbago metallica. Sunt enim huiuſmodi plumbagines mille generum, totidemque modis natura miſcet metalla; quamquam plumbo nihil ſolet aliud quàm argentum miſcere, vt obſeruauit Georgius Agricola lib. 8. de natura foſſilium, & in ſuo dialago de re Metallica; de quo item videndus Ioannes Kentmannus lib. de Nomenclatura rerum foſſilium, Georgius Fabricius in Obſeruationibus de rebus metallicis cap. 5. & 6. Et proculdubio illud B certò ex hoc loco colligi poteſt, fuiſſe magnam copiam, ac vilis pretij *aurichalci*, ſiue *ſtanni*, & *plumbi* in Ieruſalem. nam comparationes iſtæ ducuntur ex rebus vulgatiſſimis, viliſque pretij; vt conſtat ex 3. Regum 7. 47. *Propter multitudinem nimiam non erat pondus æris*; pro *ære* autem paulo ante num. 45. reddiderat interpres *aurichalcum*. & 1. Paral. 22. 3. *æris pondus innumerabile.*

Plūbago. Plumbo ſolūmodo argentū miſtum. *Agricola.* *Kētmānus* *Fabricius.* נחשת Æs pro aurichalco.

6 Hyperbole opulentiæ.

Porro ſimilis eſt illa alia hyperbole Iob 41. 21. *Sternet ſibi aurum quaſi lutum*; qua nulla ſeruata proportione luti cum auro, tantum copia & vilitas ſignificetur nimirum incubante & porrecto Leuiathan, in ipſo maris fluminumve fundo ſuper auri ramenta & immenſas maris gazas, gemmaſque & vniones pretioſiſſimas, obrutas luto, & li- C mo; quod fuſius perſequuti ſumus in noſtris commentarijs illius loci, quem alij ad Antichriſtum transferunt, cuius incredibiles erunt diuitiæ, ex Dan. c. 11. verſ. 24. & 28. & 38. & 43. cuius vel figuram vel ſpeciem impijſſimus Caligula aliquando repræſentauit, cum inſtar porci in luto, ſic ille, vt Suetonius ſcripſit, c. 42. *contrectandæ pecuniæ cupidine incenſus, ſæpe ſuper immenſos aureorum aceruos patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus eſt:* illos cum calcabat, tunc minimè calcabat.

Antichriſti diuitiæ. Caligula. *Suetonius.*

CAP. XXI.

D

An Salomonis opes ortæ quoque & auctæ arte Chimica.

Ad locum Sap. 8. 18. In operibus manuum illius honeſtas ſine defectione.

1 *Sapientia manus factiuæ. Chimicæ nomen vnde. Illuſtratus Moyſes.*
2 *Chimica pars phyſica. Cham an magus. Zoroaſtes quis. Chimicæ vſus antiquus. Colchis aurea pellis.*
3 *Salomonis diuitiæ non chimicæ, ſed tentauit aliquando chimicam ad experiendum.* E
4 *Nulla ars faciendi verum aurum. Formæ ſubſtantiales rerum præcipuarum non ſubiectæ arti.*
5 *Metalla ſimul cum terra concreata. Falſitas chimicorum.*

1 Sapientiæ manus factiuæ. *Prou. 3. 16.*

HAbet quidem ſapientia manus artificio mirabiles, plenas onuſtaſque beata ac fęlici rerum omnium abundantia & copia diuitiarum, & gloriæ; ſicut S. S. eſt; *Longitudo dierum in dextera illius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.*

Quod

Quod niſi arte & induſtria manuum, opes atque diuitias, id eſt, ipſum aurum & argentum efficere doceat ſapientia, vix conſtare poterit. Ergo an ſapiẽtiſſimus Salomon hac quoq; rõne locupletatus

χύω, ſiue χύνω

fuerit, nunc exponendũ. Et quidem Alchimia, ſiue

Ars Chimica quid propriè ſignificat.

ars chimica, propriè eſt ars fuſoria. quamuis enim ex vi & vſu nominis ad omnem metallorũ liquationem & fuſionem ſe extendat, at nunc de ea tantum parte ſermo nobis eſt, quæ eſt auri argentive factoria, ex alijs impurioribus, & vilioribus metallis igne liquatis, atque decoctis, & ad perfectum adductis: id eſt, ad meliorem & ſuperiorem metalli ſpeciem & rationem translatis. Quæ res, an fieri poſſit, & an ſubiecta ſit arti, adeo eſt incertum & dubium, vt neq; de nominis ipſius notione & origine certi aliquid pronuntiare poſſi-

Alchimiæ cuius linguæ vox.

mus; quibuſdam nomen Alchimiæ ad Arabicum deducentibus, ad Græcum alijs. Sed neutrum eſſe contendit noſter Martinus del Rio lib. 1. Diſquiſ.

M. del Rio.

Magic. c. 5. q. 1. Sect. 1. Porro eſſe nomen Hebræũ ait *ſe ſuſpicari; & quidem ſolidè. eo quòd Alichim ſignificet itinera ſeu fluxus, ab Aluh quod ſignificat facere ambulare, ſeu fluere. Vnde ars liquans ſeu fundens metalla, abiecta litterula, ab Alichim, fit Alchimia, facillima formatione.*

מהלכים

Ego verò inuenio ſanè *Mahelechim*, id eſt, *itinera*, ab *Halac*, quod eſt ambulare, procedere, diſcurrere. ſed nunquam à Vulgato, aut ab alio Hebraicè perito inuenio vſurpatum pro fluxu, aut fluere. Sanè ad aquarum ſpiritu agitatarum frequentes cõmotiones accommodatur Gen. 8. 3. *Reuerſa ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes.* Sed quid hoc cum lento illo liqueſcentis metalli fluore? quòd ſi locum premas, non ſolùm non inuenias aquæ fluxum aliquem, aut metalli lenteſcentis fuſionẽ, ſed rem cõtrariam. quippe illud *euntes, ac redeuntes*, ex Hebraiſmo nil eſt aliud quàm aquæ paulatim imminui, & decreſcere incipiẽtes. id eſt, *ibant redeundo*; quod non eſt procedere, ſed conuerti & redire. *Iuan ſe recogiendo y boluiendo atras*: vt eleganter Tigurina dixit; *Reuerſæ ſunt aquæ de terra magis, magiſque decreſcẽtes.* Vatablus; *euntes & redeuntes, id eſt ſubinde incipientes decreſcere*, alij. *indeſinenter abeuntes & recedentes.* vel etiam *abeundo, aut, ambulando redire. Fueron ſe yendo à la mar.* vel; *vinieron aboluer ſe à la mar.* tantum abeſt, vt eo loco verbum *Halac* fluxum aliquem ſignificet.

2. מהלכים הלך

Hebraiſmus.

Tigurina.

הלך

Sed vt ad Alchimiæ, quæ Phyſicæ pars quædã eſt, artem redeamus, probari ſanè videtur, Salomonẽ eius artis beneficio & præſidio locupletari potuiſſe. Primò quòd proculdubio vniuerſa naturalis Philoſophia Salomoni perſpectiſſima, atque exploratiſſima fuit, Philoſopho nimirum abſolutiſſimo.

Quæ probent Salomonẽ Chimicæ deditum.

Secundò, quòd cùm Salomõ aſſeratur ſapientior Ægyptijs 3. Reg. 4. 30. oportet etiam eam artem percalluiſſe, quę vel nata eſt, vel creuit in Ægypto. nam *Chimiæ* nomen, quaſi *Chamiæ* videtur ſumptum à Cham filio Noe, vel ob eam rationẽ, quod putetur hæc ars primum apud Ægyptios nata: Ægyptus autem Cham, aut Chamia appellari ſolet in ſacris litteris. Pſalm. 78. 57. & 105. 25. & Chami filius *Mizraim*, id Ægyptum, condiderit; vel propterea quòd Cham, vt pote nobiliſſimus Magus, eam artẽ primum inuenerit, docuerit, exercuerit. Quamuis enim ars ſit verũ aurum verumva argentum ex alijs metallis per artem igniariam conficiendi; tamen vt eſt magorum, præſtigiatorum, atque etiam Dæmonum ingenium, potuit nobiliſſimus Magus Cham, hãc Magiæ naturalis artem & partem alteri ſuperſtitioſæ

Chimiæ nomen an à Cham.

Aegyptus nominatus à Cham.

Cham Magus.

A

præſtigiatrici, & dæmoniacæ admiſcere; illũ enim fuiſſe magum, & ſacrilegis, addictum artibus, pluribus oſtendit Serenus Abbas apud Caſſianum collatione 8. & fuiſſe eundem cum Zoroaſte aſſerunt Ioannes Annius ſuper Beroſ. lib. 3. & 5. de ſtorationis Chaldaicæ, Genebrardus lib. 1. Chronolog. Petrus Comeſtor in Hiſtoria Gen. 39. fuiſſe autem non ipſum Zoroaſtem, ſed patrem Zoroaſti, id eſt, Mizraim, aſſerit Clemens lib. 4. Recognit atque Ægyptijs, Babylonijs & Perſis Magicam diſciplinam tradidiſſe, acceptam fortè à parente Cham: cæterum Zoroaſtem fuiſſe Magiæ præſtigiatricis, atque dæmoniacæ profeſſorem, conſenſus eſt tam profanorum quàm ſacrorum ſcriptorum, apud Martinum del Rio libro 1. de

Caſſianus.

An Cham fuerit Zoroaſtes.

Annius.

Genebrar.

Clemens.

Zoroaſtes quis, & Magus.

M. del Rio.

B

Magia. c. 3. Maluendam de Antichriſto lib. 6. c. 6.

Et confirmari tertiò poteſt ex eo quod Guillandinus in ſuo de Papyro commentario obſeruat, & eſt in Suidæ hiſtoria, Diocletianum veterum ſcripta de fuſione argenti atque auri per totam Ægyptum concremari iuſſiſſe, ne ex illa arte ditati Aegyptij, ad bellum Romanis inferendum potentiores eſſent. Vnde Guillandinus affirmare audet, ſtudium Chimicæ artis apud barbaras gẽtes antiquiſſimum fuiſſe. atque adeo Ariſtotelem illius meminiſſe. 23. problem. 13. cum agitur de aqua marina, & de oleo ex ſale extrahendo. Ergo ſi Aegyptij artem diteſcendi tenebant, nõ potuit non percalluiſſe Salomon eandem, ac longè perfectiorem.

Guilland.

Diocletiani decretũ de tollẽda Alchimia.

Vſus Chimicæ antiquus.

C

Quartò, quòd dicant eſſe libellum titulo Salomonis, qui de hac auri factoria arte agat, quem ſi Salomon edidit, non ſolum Theoricam docuit, ſed practicam etiam exercuit. Et quidem ſi quiſquam Alchimiæ vel ſcriptor, vel exequutor eſt, is debet eſſe ſapientiſſimus & raro ingenio, vt & ipſi Chimici exigunt, atque alijs naturæ & fortunæ dotibus præditus, quæ in alium quàm in Salomonem, vix conueniant: quas ex Geber in Roſario Philoſophico Delrius numerat, *Subtiliſſimi ingenij vir, naturas metallorum, & eorum generationes cognoſcens; nec cupidus, nec auarus, nec nimis feſtinus, patiens, conſtans, longanimis, locuples, largus, ſanus, temperatus.*

Salomonis libellus de Alchimia.

Qualis debeat eſſe profeſſor artis Chimicæ.

Geber.

D

Quintò. Quòd cùm Syriæ propriũ fuerit *Auri pigmentum*, vt ſcribit Plinius lib. 33. c. 4. videtur etiam Syriæ atque Palæſtinæ proprium fuiſſe inuentum illud liquandi, & eliciendi auri ex auri pigmento, & ex orichalco; quæ alchimiæ quædã particula eſt.

Auri pigmentum.

Plinius.

Sextò denique. Quoniam nõ aliter per *manus ſapientiæ* erit *honeſtas*, opulentia, diuitiæ, *ſine defectione.* nam ſicut ars deficere non poteſt, neque exhauriri, ita ſanè neque diuitiæ, niſi deſit materia. materia autem, vt quæ ſint metalla non valde pretioſa, deficere non poteſt. Quòd ſi per manus ſapientiæ aurum fiat, quid Sapientiæ manibus locupletius? Denique in hoc vnicè quadrat, quod initio propoſuimus; *Si diuitiæ appetuntur in vita, quid Sapientia locupletius, quæ operatur omnia.*

3.

Sap. 8. 5.

E

Si enim, vt Suidas ait, Colchis auratam illam pellem Argonautæ aduexerunt, non quòd verè aurata eſſet, ſed quòd liber eſſet quo doceretur arcanum artis chimicæ faciendi aurum; quanto meliori iure dicentur, manus Sapientiæ plenæ diuitijs & gloria, ſi doceant ſuum alumnum manibus operari, & efficere aurum? quare ad artem & facultatem operandi refertur illud eodẽ c. 8. 6. Quis horum quæ ſunt, magis quàm illa, eſt artifex? *Technites.* Itaque Sapientiæ præſidio Salomon percalluit Pyrotechniam, ac Chryſopeiam.

Suidas.

Colchis aurata pellis, quæ.

Ego verò duobus aut tribus pronuntiatis rem

hanc

Salomonis diuitiæ minime Chimicæ.

A hanc abſoluam, I. certò ſtatuendum eſt Salomonis opes non fuiſſe chimicas, aut arte aliqua confectas, Res, vt mihi videtur, fidei proxima. quippe cauſam veram & ſolidam opulentiæ Salomonicæ indicant ſacræ litteræ, donaria, tributa, vectigalia, nauigationem in Tharſis & Ophir. Et quidem oportebat Salomonis opes, vt quas Deus naturæ & bonorum omnium veriſſimus auctor pollicitus eſſet, non ſolum veras naturaleſque eſſe, ſed præterea extra omnem dubitationis & controuerſiæ occaſionem poſitas; ac tantum non opinioni expoſitas, ſi chimicæ fuiſſent, non fuiſſent à Deo tam gratuito & liberaliter datæ; ſed labore & ſtudio, atque incredibili ſumptu comparatæ.

Aliquando Salomō tētauit Alchimiam.

II. Si vera eſt Alchimiæ ars auri faciendi (nā B veram eſſe nunc ſtatuo) veroſimile eſt illam aliquando Salomonem excoluiſſe, non quidem, tam vt locuples fieret, quàm quia locuples erat: quippe ars ea illicita pauperibus, vt quæ ſine magno ſumptu exerceri non poſſit: & diuitias potius amat, quas abſumat & conficiat, non quas efficiat.

Ars Chimica diuitias decoquit. Ioan. XXII.

Itaque ſi Salomon ſæpius in hac ſe exercet arte, aurum non coqueret, ſed decoqueret; &, vt Ioannes XXII. ſapienter, & ſeriò dicit. c. Spondent. in Extrauag. lib. 5. de Crimine falſo. *Spondent, quas non exhibent diuitias, pauperes alchimiſta. pariter, qui ſe ſapientes exiſtimant, in foueam incidunt, quam fecerunt;* Non ex huiuſmodi ſchola, ſed ex Deo, ſapientiſſimus Salomon, cui nō chimicas pollicitus Deus diuitias, ſed veriſſimas, quas & exhibuit.

G III. Si iam ſerio & preſsè res agenda eſt, ac de efficacitate alchimiæ in auro conficiendo, ferenda ſententia; cenſeo, Salomonem Alchimicam artem non calluiſſe: quippe nulla eſt; neque fieri arte ſed natura poteſt verum aurum. Itaque tantum ſcire potuit Salomon præſtigiatricem eſſe aliquam artem, quæ aurum factitium, & non verum pro vero ſupponat, ac venditet. Atque vt huius mei pronuntiati non illos patronos adducam, Auerroem, Aegidium, Aponenſem; neque alias rationes, poſt longam illam, eruditam, ſplēdidam Delrij noſtri hac de re diſputationem: meā breuiter exponam; quæ hæc ipſa eſt; Ita à natura comparatum eſse, vt formæ quas natura producit, non ſint arti ſubiectæ; rurſus, quas ars efficit, D non producantur à natura. Huiuſmodi ſunt forma panis, vini, & quorundam aliorum medicamentorum, quæ ex miſtione, actione, reactione, confuſione multarum rerum conſurgunt: cuiuſmodi fortè eſt etiam electrum, ita ex auro, argento, & alijs metallis colliquātis, & per minores minimis partes coeuntibus, vt neceſſariæ auri & argenti diſpoſitiones pereuntes & abeuntes, alias formas, aliaſque diſpoſitiones aduocent, quaſi ex occaſione, à natura minimè intentas. Et ſicut illæ animalium formę, quę quamuis naturales ſint, tamen propter imperfectionem ſine ſemine, ex occaſione & ex accidenti producuntur, non ſunt à natura per ſe & primario productæ; ita ſanè quæ E per ſe & primario à natura producuntur, nō poſſunt produci ex occaſione, ex accidente, ex arte. Eiuſmodi ſanè ſunt aurum, argentum, & cætera metalla; quæ mundi initio ſimul cum ipſa terra concreata fuiſſe, nulla expectata temporis tarditate, & producendi mora communis fere patrum ſenſus, non tam diſputando aut dubitando, quàm rem indubitatam ponendo, docet, vt ex Baſilio alijſque interpretibus oſtendit Martinengus in Gen. diſt. 3. D. Thomas 1. p. q. 69. art. 2. ad 2. D. Bonauentura 2. diſt. 14. Pererius in Gen. c. 1. verſ. 13. ſic enim condecens erat, vt non ſolum pulcherrima viriditate ornaretur exterius, ſed etiam pretioſiſſimis auri, argenti, gemmarum Theſauris interius diteſceret.

Nulla ars faciendi verū aurum.

Auerroes & alij negantes Alchimiam.

Naturæ & artis cōparatio.

Forma ſubſtātialis rerum artificialium.

Metalla ſimul cū terra concreata.

Martineng. D. Thom. Bonauent. Pererius.

Reſponſio ad obiecta Chimicorum.

Ergo quidquid produxerit ars, vt ad experimēta illa chimicorum reſpondeamus, tantum erit quid argento & auro ſimile. Numquam ignis cōcoquet metalla ad eam perfectionem, ad quam cauſæ naturales ſiue priuatæ ſiue vniuerſales perducere poſſunt; calore quidem coquitur cibus, donec ſanguineſcit tandem; ſed ars nunquam deducet cibum in ſanguinem. *Alchimiſtæ* (inquit Ioannes) *verbis diſſimulant falſitatem: vt tandem, quod non eſt in rerum natura, eſſe verum aurum vel argētum ſophiſtica tranſmutatione confingant.* Si pro dignitate, res tractanda longius: ſi pro huius loci neceſſitate, indicata ſatis. qui plura de Alchimia volet, noſtros adeat viros eruditiſſimos, Pererium de Magia, Delrium, lib. 1. Diſquiſ. Magic. c. 5. Conimbricenſes lib. 2. Phyſ. q. 7. Valentiam. 2. 2. diſputatione 6. q. 12. hi alios fontes commonſtrabunt.

Ioānes Pōtifex de falſitate Chimicorum.

Eruditiſſ. ſcriptores rerū Chimicarū.

Pererius. Delrius. Conimbric. Valentia.

Quæ afferebantur in fauorem Alchimiæ Salomonicæ, eiuſmodi ſunt, vt volentem poſſint in eā ſententiam allicere; at aduerſus nolentem parū, aut nihil habeant virium. nam vel quibuſdam vocum ſimilitudinibus nituntur, vel cōiecturis alijs ægrè ac longè petitis. Illud tantum, Sapientiam artificem eſſe, ac manus habere operatrices: quippe ars omnis, etiam operatrix, pars aliqua ſapientiæ eſt, vt ſuperius lib. 3. de Sapientia Salomonis diſſerebamus.

CAPVT XXII.

An theſauris inuentis, theſauros quoque ſuos auxerit Salomon.

Ad locum Eccleſ. 47. 16. Terram retexit anima tua.

1. *Theſauri & diuitiæ tenebras amant. Theſauri nomen & notio.*
2. D *Aſmodæus præſes Theſaurorum. Antichriſti theſauri.*
3. *Hebræorum traditio de Idolis domus Iacob reiecta. Prudenter inueniendi theſauri.*
4. *Didonis theſauri quæſiti à Nerone in Africa. Salomon an dominatus in Africam. Palatium Pharaonis.*
5. *Theſauri à principibus reperti. Dauidis ſepulchrū. Corona Melchom.*
6. *Inuentio Theſaurorum diſpendioſa. Neronis egēſtiæ cauſa. Salomon honeſtiſſima ratione locupletatus.*
7. *Sepulchrorum ſcrutatores, & ſpoliatores, Tyranni & ſordidi. Illuſtratus Ieremias, & locus Paralip.*
8. E *Explicatus Eccleſiaſticus. Detegere, quid propriè.*

HAc quoque ratione ad immēſam diuitiarum copiam videri poteſt peruenisse Salomon; vt qui ſapiētiæ præſidio inueſtigare, inuenire, reſeruere valeret theſauros, quorum ſemper maxima pars abſcōdita & defoſſa latet mortales. Quam fuiſſe quorumdam ſentētiam refert Abulenſis 3. Regum 10. q. 10. & quidem cum diuitiæ in telluris viſceribus concreuerint, & in tenebris

Abulenſis.

&

Diuitiæ tenebras amant.

te & occulto creuerint & adoleuerint, eo ſemper redire geſtiunt, vt ſuos repetentes ortus, mortalium & oculos & manus effugiant, in locis obſcuriſſimis & ignotis penitus deliteſcentes. Quò ſanè ipſum *theſauri* nomen ſpectat. nam *Matmon*, id eſt, *theſaurus*, Iob 33. & Ierem. 41. dicitur à *Taman*, quod eſt *abſcondere*, aut celare. vel, *Otſar*, à radice *Atſar*, quod eſt, *recondere*, & abſtrudere, vel recludere tanquam in penum, vel cellarium. Fere eadem nominis theſauri notio, quod ex Græco & Latino compoſitum eſſe, docet Iſidorus lib. 16. Orig. c. 17. nam *Thes*, *ſonat repoſitum*, quod cum auro, ſonat idem quod depoſitum, aut, repoſitio auri. Sed vt ſit theſaurus, requirit præterea Paulus I. C. vt ſit, *Vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extet memoria, vt dominum non habeat*. Ac videtur preſsè & ſapienter deſcripſiſſe Vergilius, dum admonita à Sichæo coniux Dido;

Theſauri nomen vnde. מטמון טמן אוצר Θὴς. Theſaurus quid. 1. *Aeneid.*

Veteres tellure recludit---

---*Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.*

Ergo Salomon, *terram retegens*, quod dicebat Ieſus Sirach, quid aliud procuraſſe videtur, quàm infoſſa refodere, contecta retegere, abſcondita expromere: & quæ in tenebris latebant opes, ad ſuum maximum ſplendorem & gloriam producere?

2. *Georgius Venetus.*

Accedit quòd Hebræi, quos ſequitur & imitatur Georgius Venetus in Problematis, aiunt Salomonem eo fuiſſe deductum ex affectu auaritiæ, luxus, ambitionis, vt cum Aſmodai negotiaretur. Dicunt autem Aſmodai principem eſſe Dæmonem, qui theſauris præſidet, luxui, ambitioni, quæ tria idem ipſe Dæmon Chriſto domino in tentatione ſuggeſſit. Et tertiò confirmari poteſt ex eo, quòd mali Genij, qui dediti auaritiæ ſunt, non tam, vt theſauris ipſi potiantur, quàm vt illorum cupiditate, auaros efficiant homines, immenſos theſauros dicuntur aſſeruare Antichriſto ad impios vſus, & ad mortalium ſeductionem. idque Dæmonem ariolo cuidam reſpondiſſe ex Laurētio Anania lib. 2. de Natura Dæmonū, affert Delrius; *Quamuis Dæmoni vt mendaci minimè credendum; rem tamen à vero parum abhorrere*. Atque re ipſa ita futurum, vt Dæmonis arte & induſtria Antichriſtus immenſorum theſaurorum inuentione potiatur, tradunt Hugo Aetherianus lib. 23. de Regreſſu animarum, Anſelmus in Elucidatorio, Maluenda de Antichriſto lib. 6. cap. 11.

Aſmodęus quibus præſideat. *Matth. 4.* Dęmō aſſeruās theſauros Antichriſto. *L. Ananias Delrius. Hugo Aetherianus. Anſelmus.* Antichriſtus.

Ergo & Dæmon ſuggerere Salomoni potuit, ac ſuggeſſit etiam occultos theſauros, vt ad luxū & ſumptum incredibilem ei ſufficerent; eo præſertim tempore, cum pietatem & religionem abiurarat, ac Magiam colebat.

3. Hebræorū traditio.

Quartò verò, ſi de eo tempore, quo pietati addictus erat, loquendum ſit, Hebræorum traditio eſt, idola aurea & inaures, atque etiam pretioſum alium idolorum ornatum, quę apud familiam Iacob ex conuerſatione Idololatriæ remanſerunt, & à Iacob defoſſa fuerūt ſubter terebinthum Bethel, Dauidem inueniſſe, & effodiſſe, & in templi vſum Salomoni tradidiſſe; id narrat Petrus Comeſtor Gen. 34. referunt nec reijciunt Hugo Carenſis, & Abulenſis.

Comeſtor. Hugo. Abul.

Sed quidem hoc Hebręorum commentū apertè refellitur; tum ex Scriptura, omnes auri & argenti expenſas, quas parauit Dauid, tribuente victorijs, ſpolijs & prædis, atque alijs etiam diuitiarum fontibus, quos ſuperius indicabamus, tū verò ex Septuaginta, qui eo loco Gen. 37. addunt ad Hebræa; *& perdidit ea vſque in hodiernum diē.* Et meritò ſanè, vt quæ fuiſſent propter religionē contaminata. Secus nihil videretur obſtare, quin

Idola domus Iacob quæ, & an omnino deleta.

Salomon Sapientiæ atque prudentiæ diuinitus ſibi inditæ præſidio, incredibili ſagacitate ſubolfaceret Theſaurorum cauernas, atque in vſus pios, ſacroſve conuertendos depromeret. Sic ſanè prudentes & ſolertes ſcriptores, inter quos Petrarcha, dum exempla de prudentia colligit, prudentiæ & ſolertiæ adſcribunt theſaurorū inuentionē.

Petrarcha. Prudentiæ opus, Theſaurorū inuentio.

Quintò. Illud etiam non potuit Salomonem, quod alios ſolet, retardare ab inueſtigandis theſauris, nimirum publicæ leges, quæ id prohibeāt.

Adde ſextò, quòd, ſiue vero ſiue ementito ſapientiæ nomine, Apollonius ille Tyaneus ſua arte & theſauros quærere, & inuenire profitebatur, vt Lucianus ſcribit. Quamuis ſanè ſæpiſſimè quærebat, rariſſimè inueniebat. Inhiauit aliquando Nero, vt Tacitus & Suetonius tradunt, in immēſas illas gazas Didonis reginæ, quas à Sichęo defoſſas, refodit ipſa, ac ſecum exportauit in Africā; vbi ruſus vaſtiſſimis & altiſſimis ſpecubus illatas recondidit. Et quas irrito conatu quærebat Nero, ſapiētiæ ſagacitate potuit multis retro ſæculis obtinuiſſe Salomon. quippe, vt de hac ipſa re dixit Tacitus lib. 16. Annalium; *Illuſit fortuna Neroni propter vanitatem ipſius*. At Deus fauere ſuo Salomoni hac etiam ratione locupletando potuit, & obuias quaſi opes deferendo.

4. *L. 1. C de Theſauris.* Lucianus in Alexandro. *Tacitus. Suetonius.* Nero quęrēs Theſauros irrito conatu.

Et confirmari poteſt ex eo, quòd non inſolens theſaurorum in Africa reconditorum à Pœnis inuentio, vt teſtatur Plinius in Pompeio. Potuit autem Salomon mittere, qui certis ſignis atque notis prædam comprehenderent: nam & dominatum etiam obtinuiſſe in Africam coniectura eſt, ex eo quòd Ioannes Ramuſius ex Ioanne Leone 3. parte de Africæ Hiſtoria, refert, in regno Fex, eſſe oppidum, quod Palatium Pharaonis appellant, & fama eſt illam ciuitatem fuiſſe ædificatam à Pharaone, tempore Moſis. Illud item in opere de Mahumeti ſententijs, quod Elcalbi Mahumetanus ipſe compoſuit, ex Mahumeti ſententia haberi, quatuor in vniuerſum orbem principes dominatos fuiſſe, fideles duos atque pios, infideles duos. fideles numerat, Alexandrum Magnum, & Salomonem. infideles verò Nembrot, & Pharaonem illum Moſis.

Theſauri in Africa reconditi. Salomō an dominatus in Africā. Palatium Pharaoris in Africa. *Elcabi Mahumetanus* Quatuor vniuerſi orbis principes.

Septimò exempla item rem efficiunt credibilē. quippe locupletauit Deus non rarò reges ſibi addictiſſimos vltro oblatis theſauris. nam & Chriſtianiſſimo Imperatori Tiberio incredibilis ī pauperes liberalitatis & munificentiæ Principi obtulit Deus aliquando incredibilem argenti & auri copiam in Theſauris repoſitam, idque ſemel & iterum, ſcribentibus Gregorio Turonenſi lib. 5. Hiſtor. Franc. Paulo Diacono Hiſtor. Longob. lib. 3. cap. 5. Tradit quoque reconditos theſauros Deus, Cobadi Perſarum regi, rem mirabilē ſcribente Glyca in Annalibus, & Cedreno in Anaſtaſio; cum enim ad Perſiæ & Indiæ confines immēſum theſaurum in munitiſſima arce dæmones cuſtodirent, & ſpectris mortales omnes arcerent, diuina ope atque opera ſanctiſſimi Epiſcopi exacti ſunt Dæmones, & arx cum theſauro, auri, argenti, lapidum pretioſiſſimorum tradita Cobadi.

5. Tiberius theſauri repertor. *Turonenſis Paulus Diaconus.* Cobades Perſarum rex. *Glycas. Cedrenus. Anaſtaſ.*

Octauò, ſicut quæ ipſe Salomon condidit in Dauidis parentis ſepulchrum, poſtea tētata ſunt, & ex parte etiam exprompta ab Antiocho, referente Ioſepho libro 7. Antiquitatum cap. 10. qui etiam illud addit, loculos, qui regum cineres cōtinebant, cum quibus etiam erāt theſauri ampliſſimi, adiri non potuiſſe, neque ab Antiocho, neque ab Hyrcano Herodeve, quòd ſingulari arte, ita eſſent ſub terram conditi, vt ab ingredientibus ſepulchrū inueniri non poſſent. Ita eo præſertim

Dauidis ſepulchri theſaurus. *Ioſephus.*

ſæculo,

ſæculo, cum pretioſiſſimæ ampliſſimæque diuitiæ A ſimul cum cadaueribus condebantur, atque ſingulari arte occultabantur, potuit etiam Salomon eiuſdem artis & ſapientiæ beneficio apertis ſepulchris, & refoſſis theſauris vbiuis gẽtium, ad quas ſuos mittebat procuratores, incredibiliter locupletari.

Dauidis pietas cum quæſtu.

Tandem, nonò, ſicut pietatis etiam & religionis fuit quòd Dauid tulit coronã Melchom, Idoli Moabitarum. 1. Paralip. 20.2. ex quo ſibi pretioſum diadema confecit: ita ſanè potuit Salomon pietatem cum quæſtu & opulentia coniungere, idolorum templa expilando, atque donaria ampliſſima diripiendo; non ſolum, vt Iulium Cæſarem ſcribit Suetonius. c. 54. *ſæpius feciſſe ob prædã, quàm ob delictum*, ſed propter iuſtam prædam, & B propter Ethnicum delictum aliorum.

Suetonius.

6\. Inuentio Theſaurorum diſpẽdioſa.

Sed neque hæc diteſcendi ratio Salomone digna: tum quòd ſordidior ſit; tum quòd mille ludificationibus & diſpendijs ſumptibuſque incredibilibus expoſita. Non aliam Neronis egentiæ in tanto luxu cauſam aſſignat Suetonius cap. 32. Ad impendiorum (inquit) furorem ſpe immenſarum & reconditarum opum quas Dido regina fugiens Tyro ſecum extuliſſet, impulſus eſt; verùm, vt ſpes fefellit, deſtitutus, atq; ita iam exhauſtus & egẽs, vt ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri neceſſe eſſet, colonijs rapiniſque intendit animum.

Suetonius. Egẽtiæ Neronis cauſa.

Sed quod dicebamus, ſicut naturale, & à natura C inſtitutum, vt naturalibus terræ opibus, tanquam materna hæreditate potiantur mortales, atque in illis vel quærendis vel eruendis honeſtè, ſed cum quæſtu & fructu laborent; ita ſanè ſordidum eſt, aliorum quæſitis & reconditis diripiendis incumbere. Quod ſordidi furunculorum ingenij ſpeciem refert, aliorum quàm ſuo labore & induſtria partis viuere. Optimo autem atque honeſtiſſimo diuitiarum genere ſuum Salomonẽ locupletauit Deus, atque ea tandem ratione, quã aſſignarunt ſacræ litteræ, ex patrimonio, ex nauigatione, ex vectigalibus, ex donarijs.

Salomõ honeſtiſſima ratione locupletatus.

7\. Tyranni inhiãtes Theſauris ſepulchrorum.

Porro ſepulchrorum theſauris inhiare, tyrannicum eſt, hoſtile, auarum. quibus notis inurit Ieremias Kaldæos in ſepulcra & cadauera, propter D prædam ſæuituros, c. 8. Ejicient oſſa regum Iuda, & oſſa principium eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa Prophetarum, & oſſa eorum, qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis. Nimirum vt theſauros, & pretioſam cadauerum ſuppellectilem diriperent; Reſpõdet enim illi loco 2. Paralip. 36.19. *Incenderunt domum Dei, & quidquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt.* Nimirum violatis & ſpoliatis ſepulchris. de qua eadem clade loquutus Nehemias Eſdr. 2. 2. 3. idem ſignificat, *Ciuitas* (inquit) *domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt*. Meritò itaque Darius ſepulchrum Semiramidis propter prædã violãs audiuit, ſeu potius legit antiquam ſcripturam; *Niſi pecuniæ eſſes inexplicabilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuiſſes vrnas defunctorum.* Rem E fuſius ſcribit Herodotus lib. 1. & nos pluſcula diximus in commentarijs Iob cap. 3. verſ. 15. Ab iſta labe alienus Salomon. Quod ad templorũ & idolorum ſpoliationem ſpectat, non potuit ad Salomonem ſpectare, quippe pacificum, & nullis hoſtium ſpolijs; ſed potius amicorum donarijs honeſtatum.

Darius violans ſepulchrum Semiramidis. *Herodotus.*

8\. Ergo vt tandem loco Ieſu Siracidæ ſatisfaciamus, dicitur ſanè *Salomonis anima terram retexiſſe.* quod nihil pertinere ad refoſſionem theſaurorũ, neque vllam externam effectionem, certo colligitur ex eo, quòd eiuſmodi opus tribuatur *animæ* A Salomonis, non manibus; tum ex ſecunda parte, quæ ad reconditam parabolarum ſcientiã refertur. vt dicatur Salomon *retexiſſe terram*, id eſt, cooperuiſſe, & texiſſe, vulgata ex Græco, *contexiſſe*, vniuerſam infinitis parabolis, id eſt, complexus fuiſſe vniuerſas arbores & herbas quæ in terra, atque hac ratione *repleuit terram in comparationibus ænigmatum*, vt ex Græco item Sixtiano legitur. *dixo vn mundo de parabolas*. ſed quia nunquã apud bonum Latinitatis auctorem inuenio verbum *retegendi*, pro ſimplici, tegendi, operiendi, aut occultandi; coniectura illa Ianſenij mihi veroſimillima ſit, interpretẽ nõ legiſse *epecalypſen*, quod eſt *texit*, ſed *apecalypſen*, quod eſt, retexit, reuelauit, vt ad ſecreta referatur naturæ, & ad B proprietates rerum occultas quibus parabolæ Salomonis eximiam lucem attulerunt; ijs præſertim rebus quæ ſub terra latent, radicibus, gemmis, metallis, quę videtur inapertum prompſiſſe Salomon, non ſolum eruendo, ſed etiam explicando. Quo ſenſu accepit Dionyſius, & poſt eum Palatius.

Retegere quid. *Ianſenius.* ἐπεκάλυψεν. ἀπεκάλυψεν. *Dionyſius. Palatius.*

CAP. XXIIII.

Quantæ Salomonis opes ex negotiatione.

C *Ad locum 3. Regum 10. 15. Pondus auri quod afferebant negociatores &c. & 28. Negociatores regis emebant de Choa &c.*

1 *Mercaturæ commoda. Etiam culta ab Imperatoribus. Quæ ſordidior.*
2 *Salomonis mari nauigatio. mercium permutatione. India æris & plumbi egens, Hiſpania abundans. Aes Bæticum. Stannum in pretio apud Aethiopes.*
3 *Negotiatio Salomonis terreſtri itinere. Equitatus comparatus ad magnificentiam. Syria equitatu nobilis. Varia loci Regum expoſitio.*
4 *Negotiatum Salomonem ſordidiuſculè. Quorundam opinatio. Illuſtratus locus Regum.* D
5 *Choa quid ſit, & vnde dicatur. Equi nobiles vbi.*
6 *An negotiatus Salomon in byſſo. Byſſus Aegyptia. Goſſipium Bæticum.*
7 *Vectigal Salomonis ex aliorum negotiatione.*
8 *Salomon minimè negotiatus in equis. Aliorum inſtrumenta bellica in pacem conuertens.*
9 *Choa vicina prouincia. Byſſi & Aromataria negotiatio.*

1\. Mercaturæ commoda.

QVæſtuoſiſſimam eſſe emendi & vendendi mercaturam res ipſa docet. Cum autem mercatura, vt Plutarchus in Solone dixit, E *ad Barbarorum neceſſitudines, regumque amicitias comparandas, plurimum valere putetur; atque ex eadem homines multarum & maximarum rerum vſum experientiamque percipere;* certè Salomoni facilis, & obuia fuit, cuius beneuolentiam barbaræ omnes gentes, ac reges diligentiſſimè ambiebãt, ac miſſis etiam donarijs merebantur. Negotiatione autem rex Tyri mirum in modum locupletatus fuiſſe Ezechielis 28. 5. dicitur; In multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem. vt dici meritò à Ioanne ad Babylonem potuerit, Apoc. 18. 23. *Mercatores tui erant*

Rex Tyri negotiator.

erant principes terræ. Quod de Roma intelligendum, & de principibus, ac regibus, qui alicuius lucri gratia pretioſa quæque Romã mitterent, vult noſter Ribera, quamuis & de ipſis Romanis Imperatoribus accipi poſſit, qui etiam quæſtui & lucro vndecumque inhiabant; vt ſcribit Suetonius in Veſpaſiano cap. 4. Capitolinus in Pertinace, & quid non etiam Domitianus, Nero, Caligula, vt lucrarentur?

Imperatores lucri inhiantes.
Suetonius.
Capitolin.

Sed vt illam omittamus mercandi & negociandi rationem, nundinatorum quæſtoriorum, inſtitorum, nummulariorum, quæ ſordidior eſt, & homines ſordido & puſillo animo creat, ad lucellum ſemper intentos minuſque reip. & communi bono curando idoneos, vt ait Ariſt. 3. Politicorum c. 3. & lib. 6. c. 7. & lib. 7. c. 9. Liuius lib. 1. de ſecundo bello Punico, Valerius Maximus lib. 3. cap. 3. Auguſtinus ſuper id Pſalm. 70. *Non cognoui litteraturam*. Chryſoſt. ſuper id Matth. 21. *Eyciebat vendentes*, & qui mercatores à Reipub. adminiſtratione arcebant. Ad illam veniamus quæ rege & principe indigna non ſit.

Negotiatio quæ ſordidior.
Mercatores minus idonei pro curãdo bono publico
Ariſt.
Auguſt.
Chryſoſt.

Et videtur quidem Salomon duplicem exercuiſſe mercaturam, mari alteram, alteram terra. Prior certa, quippe certum commercium aliquod Salomoni fuiſſe cum ijs gentibus ad quas claſſes mittebat: cuius rei Ioſephus lib. 8. cap. 2. his verbis teſtimonium præbet: *Multa nauigia rex in mari, quod vocatur Tharſicum, habuit: quæ ad remotas gentes merces varias deferre iuſſit: pro quibus exportatis aurum & argentum regi ferebant multumque eboris, & mancipia Aethiopica, & ſimias.* Atque Abulenſis 3. Reg. 10. q. 9. cenſet, nullum fuiſſe locum, neque opportunitatem in Ophir emẽdi, aut vendẽdi aut commutandi: ſed tantum quidem rapiendi clanculum & feſtinanter quod Leones & Gryphi in montibus illis aureis aurum effodiũt & cuſtodiunt; At (inquit) *in Tharſis eſt locus commutationis, eo quod erat terra habitata; & ducebant illuc ſerui Salomonis naues onuſtas aliquibus mercibus, & inde ferebant aurum & argentum*. Et quidem cum eſſet ſapientiſſimus Salomon & *diſpoſitionem orbis terrarum* haberet exploratam, & quid quæque regio ferret, perfacile illi fuit ex ſua regione ea mittere, quæ cum auro & argento, & gemmis pretioſis barbaræ illę gentes, ad quas illius ſerui nauigabant, libenter commutarent. Exempli gratia illud ſit, quod Strabo lib. 16. in ſinu Arabico ſcribit, Nomades aut gentem illis conterminam ditiſſimam eſſe auri, Vendere autem illud vicinis vili pretio, æris triplo, argenti duplo, tum propter operandi inſcitiam, tum quòd indigent ijs, quæ contra accipiuntur, quorum vſus magis eſt ad vitam neceſſarius. Æris autem in Palæſtina & Syria affatim ſuperius ex Scriptura dicebamus. Potuit ſimiliter cũ India hoc commercij genere vti claſſis Salomonica, vt cũ plumbum vel ex Palæſtina, vel ex alia quapiam regione deferret, cum auro Indico permutaret. Scribit enim Plinius lib. 25. cap. 17. *India neque æs, neque plumbum habet, gemmiſque ſuis ac margaritis hæc permutat*. Cum autem plumbum in Hiſpania etiam erueretur, auctore Plinio, eodẽ loco poterat item ex Hiſpania plumbum & æs in Indiam deferre commercij & cõmutationis gratia. Et quidem præter argentum & aurum nobilia fuerunt in Bætica metallum Santarenſe & Antonianum, ex Plinio eodem loco. Cum autem fere ſemper abundantia cũ vilitate coniuncta ſit, ſicut è contrario cum pretio raritas, apud Indos ſiue Orientales, ſiue Occidentales vili habiti ſunt theſauri auri, argenti, & rerum pretioſiſſimarum, atque in maximo pretio quæ apud illos non proueniunt; cuius exempla ex rerum Indicarum Scriptoribus plurima peti poſſunt; Aloyſius Cadamuſtus in ſua negotiatione c. 20. 21. ſcribit ſtannum maximi à Nigritis fieri, cum tamen aurum nõ ſit in pretio, præſertim ſignatũ, quod apud illos nullum eſt. Tum etiam lib. 2. cap. 91. in regno Calechut Potiores merces eſſe æra fabrefacta in vaſa, vt in cacabos & ſartagines, vel ahena, necnon in laminas; par etiam vnum conſpicilliorum pretio vendi eximio. Madrignanus præterea in nauigatione Columbi, c. 109. clauos, vitrea grana, & acus in ſummo pretio apud Inſulas illas Occidentales haberi ſcribit, & c. 111. à Canibelis accepiſſe vili pretio magnam vim vnionum & margaritarum. In epiſtola verò mercatorum Hiſpanorũ ad Correſponſales ſuos Florentinos & Venetos, ſcribitur ſingulis annis Zophalam venire naues onuſtas vilioribus mercibus ex Cambaia, vt aurum ex permutatione reueherent. vide etiam Americum Veſputium in prima ſua nauigatione.

Salomonis mari negotiatio.
Ioſephus.
Abul.
Sap. 7. 17.
Strabo.
Nomadum in commutãdo negotiatio.
India æris & plumbi egena.
Plinius.
Plumbum Hiſpanienſe.
Aes Bæticum.
Cadamuſt.
Stãnum in pꝛtio apud Aethiopes.
Madrignan.
Merces viliſſimæ auro commutatæ.
Veſputius.

Altera Salomonicæ negotiationis & commercij ratio, terreſtri itinere: ad quod referri poteſt conuentio inter Salomonem & Hiram. 3. Regum 5. 9. quòd cum pro lignis & opera Tyriorum ſeruorum Hiram permutabat Salomon triticum & oleum, non quidem ſolummodo pro cibo lignariorum & fabrorum; ſed pro ipſa domo regis Hiram; ſic enim ille dicebat Salomoni; Præbebis neceſſaria mihi, vt detur cibus domui meæ. Salomõ autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia in cibum domui eius, & viginti coros puriſſimi olei per ſingulos annos. quem locum elucidat Ioſephus lib. 8. Antiquitatum c. 2. ſcribens, Salomonem miſiſſe ad Hiram frumentum, vinum atque oleum, quibus maximè opus habebat, eo quòd Inſulam incoleret.

3.
Cõuentio inter Salomonem & Hiram.
Ioſephus.

Sed illa clarior negotiationis ſpecies indicata. 3. Regum 10. 28. [Educebantur equi Salomonis de Ægypto, & de Coa; negotiatores enim regis emebant de Coa, & ſtatuto pretio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto ſexcẽtis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.] Qui locus proculdubio mille difficultatibus implexus, totidemque lectionibus atq; interpretationibus obſcuratus; ſeligenda & proponenda meliora.

Equorum negotiatio Salomonis

Primò accipi poteſt nulla negotiationis mercaturæve quæſtuoſæ ratione conſiderata; ſed potius regalis cuiuſdam magnificentiæ; vt incredibilem habuerit Salomon equitatum, vt dicitur 3. Regũ 10. 26. atque ex Aegypto optimos ſibi equos cõpararit ſtatuto pretio, id eſt, centum quinquaginta ſicliſ: id eſt, fere ſexcentis argenteis noſtris, vel ſeptuaginta quinque vncijs argenti: quod ad magnificentiam regalem ſpectat, tum quòd equorũ pretium ingens videatur, illo pręſertim tempore, atque ea etiam regione, videlicet in Syria, quæ equis erat nobilis, vt Strabo lib. 16. ſcribit. Ac ne quis in eo equorum pretio hæreret, ſubiecit ſacer Scriptor eo libro Regum; *In eundem modum cunctos reges Hethæorum & Syriæ equos venundaſſe*. Nimiru Salomoni; quaſi optimos quoſque equos, atque etiam plurimos compararit Salomon, nihil pretium & impẽdia cunctatus. Quod clarius ſcribitur 2. Paralipom. 1. 17. *Similiter de vniuerſis regnis Hethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur*. Tum etiam quòd equos & mulos in donaria haberet per ſingulos annos ab vniuerſis regnis conterminis 3. Regum 10. 25. ampliſſimum ex dono & ex emptione, ſupra mortales omnes equitatum habuiſſe videtur; de quo iterum dicemus

Prima exponẽdi ratio.
Syria equitatu nobilis.

mus

mus libro ſequenti. Hæc eſt ſimplex huius loci acceptio ex vulgata lectione, quam ſequutus eſt noſter Villalpandus tomo 2. lib. 5. diſput. 3. c. 52. & Dionyſius Carthuſian.

Negotiatio ſordidior. *R. Salomon.* *Caiet.*

4. Secunda expoſitio eſt R. Salomonis apud Nicolaum; & quam videtur ſequi *Caietanus* mercaturam non omnino ingenuam, neque regalem exercuiſſe Salomonem per ſuos negotiatores, fere vniuerſis equis Ægyptiacis coemptis, minori quidem pretio in Aegypto, quod deinde augebatur vendendo pluris alijs regibus, vt Caietanus ait, quaſi *monopolium equorum faciendo* nos diceremus, *que Salomon atrauerſa va todos los cauallos de Egypto para reuenderlos deſpues.*

מקוה

Pro hac interpretatione faciunt nonnulla. Primum quod dicitur, *Negotiatores regis emebant de Coa.* vbi pro *Koa*, ſubeſt in originali, *MiKuah*, & & propriè ex Hebræo legit R. Salomon, Caietanus, Tigurina; *Educebant adunationem vel congregationem*, aut *congregatio*, *vel ſocietas mercatorum educebat equos.* quaſi diceret, congregabãt omnes equos. *Los atraueſauan todos.* Secundum, quod in Hebræo habetur; Aſcendebat & egrediebatur quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis; quod ſic accipit Caietanus, vt *aſcendere* ſit, augeri pretium in venditione, poſtquam minoris eſſent à Salomone empti; *Subia el precio, y veniales à ſalir à los demas Reyes à ſeiſcientos reales el cauallo.*

Kaldeus. Cõplutenſ. in Lexico. Pagninus. Auenarius Merserus.

Tertium, quòd illud, quod nos habemus, *In hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant*; in Hebræo legitur quaſi contraria intelligentia in hunc modum, Omnes reges per manum eorum educebant. vt legunt Nicolaus, Pagninus & Regia, *No auia hombre ſacar cauallo ſino era por la mano de los agentes de Salomon, y venia les à ſalir à tanto precio.*

Caiet. *Dionyſ.*

Ex hoc Caietanus colligit non fuiſſe alienum Salomonem ab induſtria mercaturæ, quomuis in Rege cenſeatur turpis; excuſari tamen, quòd in alieno regno illam exercuerit. Dionyſius rem ſordidam & rege indignam omnino exiſtimat, propterea confictam.

מקוה קוה

Varia lectio. *Abul.*

5. Tertia expoſitio agnoſcit quidem aliquã mercaturæ negotiationem, ſed honeſtiorem; quam Abulenſis 3. Regum, 10. q. 13 tradit; pro quo ſupponendam dictionem *MiKueh*, ſi a verbo *Kauah*, deducatur, ſonare expectationem, aut congregationem; at verò ſi litera *Mem* ſit additiua, tunc *Koah*, ſonare nomen proprium loci, quod Septuaginta Sixtiani legunt, *Thecue*, & Complutenſes, *Eeue*. Abulenſis autem ait errorem eſſe Iudæorũ, qui neſcientes nomina locorum & inſularum; putauerunt Choa eſſe nomen commune pro multitudine, cum ſit proprium Inſulæ. Probat autem Choa debere accipi pro inſula aliqua, aut loco remotiori; quia cum Aegyptus ſit terra valde propinqua, non eſſet valde diuerſa equorum valoris æſtimatio & ratio in Ægypto & Palæſtina, vt opus fuiſſet *conſtituto pretio*. Intelligit ergo Choam eſſe Græciæ inſulam, longè diſtantem à Ieruſalẽ, ex qua per mare aducherentur equi ad Salomonem, pro quibus ſoluebat Salomon negotiatoribus ſuis pretium certum, quod ipſi pendebant Choenſibus, ſuin ſuę negotiationis & operę aliud pretium. Atque eodem valore accipiebat item Salomon equos ab alijs vicinis regibus, ſi qui quadrigas & equos vendere voluiſſent. Certè Choa Ptolomæo eſt Arabiæ Felicis oppidum: Plinio Choani ſunt gens ſupra Arabiam ad Euphraten. Ex libro autem de proprietatibus rerum refert Abulenſis, Choam inſulam habere equos notabiles. Sed apud probatæ fidei Scriptores, nulli ſunt Choani equi; ſed illi imprimis nobiles Aegypti, & præcipuè Alexandrini, ex Apollonio lib. 5. Toringi & *Burgundiones*, ex Vegetio; ſicut etiam Cappadoces ex eodem Vegetio, Solino, & Strabone; *Colophonij*, ex Strabone; *Cretenſes*, ex Oppiano; *Getici*, ex Æliano; *Græci*, & imprimis *Theſſalici*, ex Nemeſiano; denique *Hiſpani* celerrimi elegãtiſſimique; & in vniuerſum laudantur etiam Libyci vel Africani, tum etiam & *Indici* apud Ælianum, Oppianum, Vegetium. An verò ſecundum lectionem Septuaginta *Coa* eſſet *Thecua* incertum quoque. Mihi veroſimile fit, prouinciam aut locum, vnde equi aduchebantur ad Salomonem, non diſtaſſe longiſſimè propter rationem inferius indicandã.

Choa inſula.

Choa Ptolomæo 4.

Plin. lib. 6. c. 28.

Quarta ex ponendi ratio de duplici Salomonis negotiatione

6. Quarta ſententia duplicem lucri & mercaturæ negotiationem Salomonis agnoſcit, nimirum alteram in equis Ægyptijs, & filo byſſino; alteram verò, in permutatione rerum aliarum viliorum, quæ ex Palæſtina deportabant in Ægyptum negotiatores regij, quas cum equis & byſſo permutabant. Ad quod acceſſerat beneuolentia regis Ægypti, qui ſuum regium lucrum ex vectigal equorum Salomoni ceſſerat; Salomõ verò ſuis negotiatoribus illud certo pretio locarat. Hæc fere eſt loci intelligentia: quam ex Kaldæo aliorumque Hebraizantium interpretatione colligi poſſe arbitratur Iſidorus Clarius: eademque eſt Vatabli, cuius hæc verba: [Sic vertendus totus verſus: Porro egreſſus equorũ ipſi Selomoni erat ex Aegypto, & tela byſſina; mercatores regis capiebant telam byſſinam pretio quod conuenerat inter emptores & venditores. Permittebat Pharao Salomoni vt mitteret mercatores ſuos in Aegyptum qui equos adducerent, & telas byſſinas, quæ erãt in maximo pretio eo tempore, Gallicè, *Il luy baillot traicte de cheuaulx, & de fines toiles de lin.* Nos diceremus, *que le dio Pharaon à Salomon el trato y la ſalida de los cauallos, y de las finas toallas de Egypto.* Sed Hebræi illi antiqui Hiſpanientes ſic exponebant: *Eſacaban los cauallos de Salomon de Egypto è madeias de Sirgo los mercaderes del Rey. Tomauan madeia de Sirgo por precio, ea ſitodos los Reyes de los Haim, e los Reyes de Aran por ſus manos los ſacauan.* Sirgo autem ex antiqua Hiſpanica lingua, non eſt linum, ſed ſericum iam intortum, *no ſeda floxa ſino torcida.*

Iſidorus. Vatablus.

הקוה Coa quid ſignificet.

Quod verò peculiare hæc expoſitio habet *de lino*, vel de byſſo, ex eo naſcitur, quòd vocem illam *Coa*, vel *MiKuah* ſumit pro *ThiKuah.* quam ex R. Dauid dicunt ſignificare *linum*, aut filum, aut netum, in quo Pagninus, Regia, Vatablus, Tigurina, Mercerus, & alij Hebraizantes fere conueniunt. Ex duplici itaque mercium genere, equorum, & byſſi, aut fili byſſini quæſtum ingentem faciebat Salomon: nam nobiliſſima erat byſſus Ægyptia, vt conſtat Ezech. 27. 7. præſertim byſſus varia, vel picta, qua nunniſi diuites & delicatiſſimi vtebantur, Lucæ 16. 19. nam & Philoſtratus lib. 2. c. 9. ſcribit, ſolis nobilibus licuiſſe byſſo indui. Plinius etiam lib. 19. c. 1. Sacerdotibus Aegyptij gratiſſimas fuiſſe veſtes byſſinas. de quo an ſit eiuſdem generis cum noſtro Bætico goſſipio, eruditè diſſerit eo loco noſter Villalpandus; cui adde illud Prouerbiorum 7. 16. Straui lectum meum tapetibus pictis ex Aegypto. id eſt, vt aliqui volunt, delicatiſſimis, ijſdemque variegatis byſſinis ſindonibus Ægyptijs.

Hebraizantes.

Byſſus Aegyptia.

Philoſtrat.

Byſſus vel goſſipium. *Plinius. Villalpan.*

Vectigal Salomonis ex aliorũ negotiatione.

7. Quinta totã huius rei rationem ad vectigal regiũ refert, nulla equorum mercaturæ, aut emptionis venditionisve; ſed tamen lini, aut byſſi, qui ex Aegypto, quadrigis efferebatur, conſideratione habita; legunt igitur, *Vectigal equorum ex Aegypto,*

pto, quod erat Salomoni, erat vectigal neti: mercatores regis accipiebant netũ pro pretio. Explicãt aũt, quòd cum proficiſcentibus ex Aegypto terreſtri itinere trãſcundum eſſet per anguſtias illas quæ ſunt inter Syriacum & Rubrum mare; qui tractus parebat Salomoni: impoſuit Salomon vectigal quadrigæ onuſtæ filo. aut byſſo iam confecto, ſexcentos ſiclos, at vni equo onuſto, centum quinquaginta ſiclos. Itaque ſi alij reges Chananæorum vti vellẽt eiuſmodi telis, aut mercibus Ægyptijs idẽ pretium pendebat publicanis regijs, & vectigalium ſiue collectoribus, ſiue redẽptoribus. Ingens profectò videtur eiuſmodi vectigal, & ſine modo. Quã quam quod ad rẽ ipſam, id eſt, ad genus vectigalis pertinet, imaginẽ nos habemus paſſim, quod appellamus, *Los derechos de los puertos ſecos.* Et hoc fortè illud eſt. 3. Regum 10. 15. *aurum quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erant & negotiatores.*

8. Salomonis nulla in equis negotiatio. Ego quę veroſimillima mihi videntur, colligo, & ſelecta propono. Primum, Salomonem equos ex Ægypto extrahendos procuraſſe, non quidem iterum vendendos, aut vllius mercaturę quæſtuſve faciendi gratia, ſed tum magnificẽtiæ & opulentiæ ergo; tum vt arma præcipua Aegyptiorum ac vicinorum regum; id eſt, belli inſtrumẽta adimeret, & in pacem ipſe conuerteret. equis enim Aegyptijs pręcipua belli fiducia; ſicut S. S. eſt Pſalmo 19. *Hi in curribus & hi in equis.* Quòd autem equus bello natus ſit, diſſeruimus latè in noſtris commentarijs Iob. 39. Ergo ad pacificum Salomonem ſpectabat, Aegyptijs, & vicinis Syriæ regibus, non vi, non iniuria, ſed pretio, & honeſto commercio coemptos adimere equos.

Aegypti robur in equitatu.

Salomoni inſtrumẽta belli ſeruiẽtia.

Secundum, illud peculiare fuit, & diuinæ prouidentiæ beneficium, quod propter beneuolentiam erga Salomonẽ libere permitteret Pharao Rex Aegypti plurimum equitatum ex Aegypto ad Salomonem deferri; ad quod videtur ipſe Salomon mercatores deſtinaſſe. Quod verò Marinus in voce *MiKueh*; ait, *multos pretio etiam pollicito in eam collectionem mercatorum ſe ingeſſiſſe, tum maximum lucrum ad Salomonem inde perueniret*; nõ ſatis aſſequor, quid ſibi velit; potiùs enim in mercatorum quæſtum redundaret, quibus operæ & laboris pretium ſolueretur, quàm in Salomonem, cui equitatus non in lucrum ſed in magnificentiam redundabat.

Marinus.

9. Coa non longè diſtans Ieroſolyma. Tertium, ſiue *Coa* nomen appellatiuum ſit, ſiue proprium (quod potiùs cũ Vulgato & Septuaginta exiſtimare oportet) non videtur veroſimile, Salomonem comparaſſe equitatum ex regione aliqua lõgiſſimè diſtante; tum quòd in Aegypto & Syria proueniant equi plurimi, atque nobiliſſimi; tum quòd niſi ex Aegypto & finitimis prouincijs equitatum compararet, non valdè opportunè paci & ſecuritati conſultum eſſet, vt nuper dicebamus. Ergo *Coam* intelligo prouinciam aliquam vicinam, vt indicarunt Septuaginta, & nos dicebamus in tertia expoſitione.

Byſſi negotiatio incerta. Quartò, quod de byſſo & de vectigalibus aliæ expoſitiones afferunt, reipſa veroſimile eſt, ſed in hoc contineri loco minùs veroſimile: & minimũ incertum, propter ambiguitatem vocum, in qua certiſſimus dux præire ſolet Vulgatus, eſtque ſequẽd⁹. Atq; hęc de ſecũda negotiationis ratione.

An negotiatus Salomon in re aromataria. Tertiam tãdem negotiandi rationem, ſiue mari ſiue terra, quamquam ad nauigationem propiùs ſpectare videtur, videtur Salomon iniiſſe circa aromata propterea quòd 3. Regum cap. 10. v. 14. vbi dicitur, *aurum allatum Salomoni per ſingulos annos*; ſcribitur etiam aurum illi obuenire à negotiatoribus, *& ſcruta vendentibus.* quod ex Hebræo alij legunt à *negotiatione aromatariorum*. ſed de hac re dicendum capit. ſequente: nunc tantum, quod eo loco monet Caietanus, ex negotiatione aromatariorum illi prouenisse quæſtum, quem pendebant ipſi negotiatores; non ex negotiatione aromatum, quaſi ipſe Salomon mercaturam exerceret, ſed quia negotiatoribus & aromatarijs, negotiandi & lucrandi commoditatem præbebat. *Caiet.*

CAP. XXIIII.

Quantæ Salomonis opes ex Tributis, Vectigalibus, & Donis.

Ad locum 3. Reg. 10. 14. Erat pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri, excepto eo, quod afferebant viri qui ſuper vectigalia, & negotiatores, vniuerſique ſcruta vendentes, & omnes Reges Arabiæ ducẽſque terræ.

1 *Illa auri ſumma vnde collecta, triplex ſententia.*
2 *Præcedentium opinionum idonea refutatio. Gentes ſubiectæ inter Iſraelitas an pependerint ſeruitiũ pecuniarium an tantum perſonale. Ex plebe non collectum tantum auri.*
3 *Veroſimilius eam ſummam collectam ex Ophir ſimul & Tharſis. Aurum ex Tharſis minus. Tributum ex* Hebræo.
4 *Singulis annis iſſe & rediſſe naues, antiqua* He*bræorum vulgarium lectio.*
5 *Varia ex* Hebræo *lectio. Mercatores quod habeant nomen & ingenium.*
6 *Legati gentium, an quos mittebat, an quos accipiebat Salomon. Illuſtratus locus Regum & Paralip.*
7 *Aliud Mercatorum nomen a diſcurrendo. Mercatorum opulentiorum appellatio.*

ALij opulentiæ Salomonicæ fontes indicantur 3. Reg. 10. 14. & 2. Paralip. 9. 13. iiſdem ferè verbis, paruula quadam differentia. Sed qui ſingillatim aperiendi à nobis ſint, atque promendum quantum ex ſingulis Salomonis opulentiæ & theſauris.

1. *Sexcenta ſexaginta ſex talenta auri per ſingulos annos.*

POſt commemoratas ex nauigatione opes, ſubiungitur ſtatim hoc genus regalium prouentuũ. 3. Regum 10. 14. 2. Paralip. 9. 13. Auri pondus, quod afferebatur Salomoni p ſingulos annos ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri: quæ auri ſumma vnde, aut qua ratione obuenerit Salomoni, dubitari merito poteſt. 1. Duplex quæſticula de auro annali Salomonis. Prima ſententia.

Et quidem prima ſententia quorundam apud Abulẽſem q. 5. fuit, cum hæc auri ſumma tam ingens ſit, vt fere duodecim noſtrates milliones efficiat, non videri aliunde haberi potuiſſe, quàm tributi aut vectigalis rationem: quæ opinatio diſertis verbis traditur à Ioſepho lib. 8. Antiquitatũ cap. 2. poſtquam enim dixit: Eadem claſſis attulit regi auri talenta ſexcenta ſexaginta ſex. ſtatim ſubiunxit: Non annumerato, quod priuatim negotiatores mercati ſunt: nec eo, quod Toparchæ *Ioſephus.*

&

& reges Arabiæ dono illi mittebant. vt videatur omnino loquutus de huc ipſo noſtro loco. Hoc cum merito placere nemini debeat, noſter Villalpandus ſuo tomo ſecundo exiſtimat hoc tributũ fuiſſe indictum populis illis, qui numerantur 2. Paralipom. 8. verſ. 7. & 8. *Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis et Amorrhæis & Pherezæis, & Hevæis, & Iebuzæis, qui non erant de ſtirpe Iſrael, de filijs eorum & de poſteris quos non interfecerant filij Iſrael, ſubiugauit Salomon in tributarios vſque in diem hanc.* quod tributum non tam nouum quàm renouatum videri poteſt, cum præceſſerit Iud. 1. 28. *Poſtquam confortatus eſt Iſrael fecit eos tributarios, & delere noluit.* quod gentium ſeruientium tributum, neque debuit præteriri inter Salomonis prouentus, neque videtur alio nomine cõprehenſum quàm illo ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri.

Villalp. to. 2. lib. 5. d. 3. c. 44.

Tributum gentiũ derelictarum inter Hebræos.

Sed tertiò Abulenſis 2. Paralip. 9. q. 5. cẽſet hoc fuiſſe ordinarium tributum, quod ipſi Iſraelitæ pendebant, de quo poſtea conqueſti ſunt apud Roboam 3. Reg. 12. & appellarunt *iugum duriſſimum*; de cuius certa & conſtituta ſumma poſtulabant aliquid imminui. nullum aliud autem tributum quàm hoc, certa ſumma & pondere commemoratur. & fuiſſe quidem diuerſum tributum aut prouentũ à vectigalibus impoſitis ſuper mercatores & negotiatores, & aliud etiam à donarijs regum & ſatraparum Orientalium illo ipſo loco Paralipom. apertè ſcribitur.

Abul.
Ordinariũ tributum.

Sed quartò nihilominus Caietanus 3. Reg. 10. ait *prouentum vectigalium contineri ſub ſupputatis 666 talentis auri* non alia Caietani ratio, quàm vt diſcedat à Vulgato Interprete, qui oppoſitum diſertis verbis ſignificauit, cum ab ea ſumma auri excipit mercatores, & negotiatores.

Caiet.

2. Res ergo hæc proculdubio perobſcura & indigens lumine, & in qua quidquid dicas, facilius ſit refellere, quàm tueri; nam primæ illius ſententiæ improbatio in prõptu eſt; repugnat enim *ſumma ſexcentorum ſexaginta talentorum auri*, cum ea quæ ſcribitur allata ex Ophir. 3. Regum 9. 28. *quadringentorum viginti talentorum*: aut 2. Paral. 8. 18 *quadringentorum quinquaginta talentorum auri.*

Quæſtionis difficultas.
Aliarũ ſententiarum refutatio.

Secunda item Villalpandi illud habet difficile, quòd diuinare audet illa ſexcenta ſexaginta ſex talenta fuiſſe indicta gentibus tributarijs; atque illud præterea multo difficilius eſt, quòd cũ gentes eſſent ſeruituti addictæ, & non niſi ſeruilibus artibus & mercenarijs officijs inter Iſraelitas viuerent, vt apertè indicatur illo 3. Regum 9. 20. *Vniuerſum populum, qui remanſerat de Amorrhæis, fecit Salomon tributarios.* (quod propriè eſt in Hebræo) *fecit Salomon in tributum ſeruile,* ſiue, *in tributum & in ſeruitutem.* ita vt, tributum pecuniariũ ex ſeruitute, & mercenario labore penderent, ſiue, cum ſeruirent corpore, & opera, tenerentur etiam pecuniam ſoluere, *De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quemquam.* non eſt credendum, tantam auri copiam poſſe ex miſerrimis hominibus, ſeruis & mercenarijs emungi, vt in ſingulos annos fere duodecim milliones noſtrates attingerent. Atque eo efficacior erit eius ſententiæ refutatio, quòd Ioſephus nullum harum gẽtium tributum pecuniarium videatur agnoſcere, ſed tantum perſonale, quod vocant. Sic enim ſcribit lib. 8. Antiquitatum cap. 2. [Salomon rex reliquias Chananæorum, quæ Libanum montem vſque ad vrbem Amathem incolebant, & imperium eius detrectabant, ſub ditionem ſuam redactas, tributa pendere coegit: & per ſingulos annos certum numerum ſeruorum & colonorũ qui per agros diſtribuerentur, exegit. Hebræorũ enim nemo ad ſeruiles operas adigebatur; nec erat æquum, vt cum tam multas gentes Deus ſub eorũ imperium ſubdidiſſet, ex his potius, quàm de victis, eiuſmodi conditionis homines cenſerentur. Sed omnes arma, & currus, atque equos, & rem militarem potius tractabant, quàm ſeruiebant. Chananæis verò, quos ad ſeruitutem abduxit, ſexcentos præfectos præpoſuit, qui procuratores eſſent regij: & ſua cuique opera, atque negotia præſcriberent.] Quæ verba vice commentarij ſunt illius, quod habetur. 2. Paralip. 8. 9. De filijs eorum & de poſteris, quos non interfecerant filij Iſrael, ſubiugauit Salomon in tributarios vſque in diem hãc. Porro de filijs Iſrael non poſuit, vt ſeruirent operibus regis.

Villalp.
Eam auri ſummã nõ fuiſſe collectã ex gentium tributis.
An gentes penderent Salomoni tributũ pecuniarium.
Ioſephus.
Hebræi Salomonis tẽpore milites potius quã ſerui.

Accedit, quòd illam potiſſimum cauſam diuitiarum Salomonis, indicat Scriptura, nauigationem & claſſem in Ophir; quæ tamen non afferebat vltra *quadringenta quinquaginta auri talenta*. & ea quidem, *an in ſingulos annos*, incertum; cum potius ex multorum ſententia afferatur non niſi tertio quoque anno allata ex Ophir. quòd ſi ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri corrogarẽtur ex ſeruitio gentium, multo maiori iure hæc prima ac potiſſima diuitiarum Salomonis cauſa & fons aſſignaretur & celebraretur.

Vrget ratio.

Tertia item Abulenſis ſententia hoc habet cõtra ſe, quòd licèt Iſraelitæ ditiores eſſent alijs gẽtibus tributarijs, tamen non videtur credibile tãtam auri ſummam ab illis corrogari potuiſſe ſingulis annis, præſertim cum huiuſmodi tributum videretur impoſitum non proceribus, ſed plebi. [nam Principes familiarum, & proceres tribuum Iſrael, tribuni quoque, & centuriones, & principes poſſeſſionum regis, dederant viuente Dauid in opera domus Dei auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia. 1. Paralipom. 29. 6. Adde quòd ſi tributum hoc ex plebe corrogabatur, non videtur debuiſſe numerari, aut ponderari in auro, ſed in argento; vt quod tribueretur à ſingulis in argento. non enim credibile tantum fuiſſe auri apud priuatos vt ſinguli aurum penderent. Denique ſi hoc tributum illud erat duriſſimum atq; grauiſſimum iugum, de quo poſtea conqueſti ſunt apud Roboam, non videtur populus fœliciter vixiſſe Salomonis tempore, neque pace & abundantia potitus qualem ſignificant ſacræ litteræ, ſed æque miſere grauatus & oppreſſus initio regni Salomonici ſicut fine.

Tertiæ ſententiæ confutatio.
Ex plebe tantã auri ſummã nõ collectam.

Ponam ego in medio quod fieri poteſt vt alicui placeat, ſummam illam auri ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum videri eſſe eam quæ foris adueniebat, id eſt, ex alijs longinquioribus prouincijs, præterquam ex Arabia & ex prouincijs, Syriæ conterminis, atque ex ipſa Palæſtina. quod proculdubio indicare videtur ipſa dicendi formula. *Erat* (inquit) *pondus auri; quod afferebatur Salomoni per ſingulos &c. excepta ea ſumma, quam afferre conſueuerant legati, negotiatores, reges Arabiæ & Satrapæ terrarum.* Hanc autem ſummam non poſſe eſſe aliam quæ afferebatur ex Ophir, & ſimul ex Tharſis. quamuis enim tantum memorentur allata quadringenta viginti aut quinquaginta talenta auri ex Ophir, 3. Regum 9. 28. & 2. Paralipom. 8. 18. tamen illis locis non fit mentio auri, qđ afferebatur ex Tharſis: quia ex Tharſis educebatur aurum in minori copia, quã in argentum. E contrario vero ex Ophir, potius aurum quàm argentum, vt ſuperius exponebamus: cum tamen certum ſit ex Tharſis quoque aurum aductum:

3. Veroſimilius eã ſummam auri colligi ex Ophir & Tharſis.
3 Reg 10. 14.
Plus auri ex Ophir quam ex Tharſis.

ctum: cuius vtriuſque rei teſtimonium eſt 2. Paralip. 9. 20. *Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur*; ſi quidem naues regis ibant in Tharſis, & deferebant inde aurum & argentum. de quo etiam nuper dicebamus cum de auro Indico & de argento Hiſpanienſi diſſerebamus. Ergo cum mentio ſit *talentorum auri de Ophir*, propter maximam copiam, nulla ſit mētio talentorum auri de Tharſis, quod minus eſſet: poſtea tamē facer Scriptor vtriuſque auri ſummam colligens ad ſummam illam auri de Ophir quadringentorū quinquaginta talentorum adiecit ducenta decem & ſex talenta auri de Tharſis, quæ cum alijs 450. efficiunt ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri.

Auri de Ophir & Tharſis ſumma.

Et nunc etiam hanc meam coniecturam audentius confirmo ex eo, quòd, poſtquam nauigationis & auri Ophir facta fuerat mentio. 3. Regum 10. & 2. Paralipom. 9. nondum fuerat computata ſumma auri, vſque ad hunc locum 666. talentorū auri: quę deinde inferius iterū diſtributa ſunt in Ophir, & Tharſis. & pro ſolo Ophir aſſignata illa 450. talenta. Tādem, quod cuiuſcumq; alterius auri ratio excipitur ab illa ſumma, etiā tributorum & vectigalium, vt claris verbis intellexit Vulgatus interpres 3. Regum 10. 15. dicens, Excepto eo, quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erant. nam qui nouit Vulgatum, nouit quoque vocem *Mas*, nunc *vectigal*, nunc *tributum*, vertere, vt Iſai. 31. 8. Iuuenes eius vectigales erunt. quod alij legunt in tributum, ſiue in contributionem; & ſimiliter intellexerunt Septuaginta legētes 3. Regum 10. *Sexaginta ſex talenta auri abſque tributis ſubditorum.* & 2. Paralipom. Sexcenta ſexaginta talenta auri præter ſubiectos: quamuis de lectione huius loci Hebraica nunc non diſputem.

Confirmatio ſententiæ verioris.

מס Latini interpretis. Vectigal quid.

Huic tantum obſtat, quod dicitur in ſingulos annos; cum incertum ſit, claſſem ex Ophir & Tharſis ſingulis annis rediſſe: Sed iam diximus ſuperius, claſſem quæ ſoluebat in Ophir & Tharſis, non niſi poſt tertium annum rediſſe: at ſuam claſſem ſingulis annis ſoluiſſe, ſingulis item ſuam rediſſe. niſi malis iuxta Hebræum & Græcum, illud, ſingulis annis, ad vnicum aliquem, aut aliquos annos reſtringere: legitur enim ex verbo, *in vno anno*. Quaſi diceret, *año vno, que vino de las Indias tanto oro*, &cæt. cum quo conſonat illa vulgaris antiqua Hiſpanienſium Hebræorum lectio illius loci; *E era el peſo del oro que vino à Salomon en vn año ſeiſcientos e ſeſenta e ſeis quintales de oro*. quibus ordinaria ſumma auri quæ afferebatur ex Ophir excreuerit vſque ad eam ſummam 666. talentorum. Addunt verò illi in ſua vulgari lectione quod ad intelligenda quæ ſequuntur, pretij alicuius erit; *a fuera de los hombres merchantes, e de la mercaduria de los mercadores, e todos los reyes de los alarabes, e los condes de la tierra.*

4. Obiectionis reſponſio.

Hiſpaniſmus. Hebræi antiqui.

II. *Aurum quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erant.*

5. Varia lectio. תרים

QVi hoc loco dicūtur ab Interprete Latino ſuper vectigalia, ijdem ab eodem 2. Paral. 9. 14. dicuntur *legati diuerſarum gentium*. in Hebræo, *Tharim*. Hos ſimplici nomine *ſubiectos*, aut *ſubditos* videlicet in *tributum*, interpretantur Septuaginta, at verò *mercatores*, vertunt Vatablus, Pagni. Tigurina, *negotiatores*, non quicumq; ſed *magni*; Caiet. publicanos negotiatorū: alij ſcrutatores. Regia, indagatores aut viros indagationis; vt Forſterus; & fere oēs eodē recidūt: nā vox originalis deducitur à radice, *Thur*, quod eſt explorare, inſpicere, perſcrutari, contemplari; vnde *Tharim* dicti mercatores, quòd diligenter attendāt negotijs ſuis, vt dixit Vatablus; vel quòd quaſi in ſpeculis conſtituti, explorent & aucupētur occaſionem lucri, & vendēdi aut emendi, aut, vt ait R. Dauid, quòd multum ſcrutantur, quæ emunt, & vēdunt. quo nomine R. Dauid & Pagninus, cēſent appellari mercatores minores; *los que venden por menudo*: at verò R. Leui, potius cenſet eo nomine appellari, *mercatores maiores*; Caietan. *mercatores magnos*. & eos potiſſimum, qui ex proprietate nominis, perluſtrāt remotiſſimas regiones, & vrbium ac gentium perſcrutantur & perueſtigant rara & pretioſa.

תור Mercatores vnde habeāt nomen.

R. Dauid.

Mercerus ex R. Leui

Atque illud proculdubio reſpexit Vulgatus, cū dixit, *Legatos diuerſarum gentium*; non qui ab alijs gentibus mitterentur, & legarentur ad Salomonē; ſed quos Salomon ad alias gētes mitteret ad pretioſa & rara quæque conquirenda & conuehenda: ſiue exteri mercatores venientes in terrā Iſrael ad diſtrahendas ſuas merces, poſt quam in ſuis prouincijs optima quæq; perſcrutati ſunt: neque aliter poſſunt intelligi iſti legati, ſi debēt eſſe ijdem, qui 3. Reg. 10. 15. dicūtur, eſſe ſuper vectigalia: nimirū qui ſuper vectigalia impoſita mercibus, quas exploratores diuerſarum gentium aduehebant, ſiue ij eſſent indigenę, ſiue exteri, niſi malis hos exploratores, aut inſpectores, qui erāt ſuper vectigalia, eſſe eos, qui inſpiciunt & explorāt merces, & vectigalia exigunt: quos nos appellamus. *Las viſtas de las aduanas, y guardas de alcaualeros*.

6. Legati qui hoc loco itelligātur.

Et verò quod ait Abulenſis: Legatos diuerſarū gentium, miſſos ad Salomonem ab exteris regibus, vt dubia dominorum ſuorum proponerēt, & accepto reſponſo, offerrent Salomoni munera, ſicut fecit Regina Saba: & pro iſtis legatis explicationis gratia, poſitos ab interprete. 3. Reg. 10. viros qui erant ſuper vectigalia, ideſt, qui his muneribus legatorum, & pecuniæ, quam offerebāt, colligendæ præerant: hoc in quā proculdubio coactū eſt, & ęgerrime rei ipſi cōueniens. Quorſum enim appellarentur vectigalia, quæ ſponte offerebant alij reges per ſuos legatos? an non vectigalis nomine abuteretur indigniſſimè, qui munera reginæ Saba oblata Salomoni, vectigalium nomini, aut vectigalium præfecto, aut publicano alicui ſubijceret? An non illi legati, debetēt potius dici legati, aut nuntij Regum, minimè verò legati gētium? an nō vox originalis *Tharim*, omnino ab ea legatorum & nunciorum regalium ratione alieniſſima eſt? ſed hunc locum paulo aliter à nobis tractatum vide ſuperius c. 1. *ſect. 6.*

Abulenſis refutatus.

Dona diuerſa à vectigalibus.

Ergo, vt tandem concludamus, mercatores illi, qui ex alijs prouincijs varias, eaſque pretioſas merces cōuehebant; ſiue publicani, & regalium vectigalium illis mercibus impoſitorum locatores aut redemptores, certam auri ſummam pendebant, quæ cum non fuerit quotannis eadē, non potuit certò deſignari in Scriptura.

Summa cōtrouerſiæ.

III. *Et negotiatores.*

7. Abſtractū pro cōcreto. סחר Mercatores dicti à diſcurrendo.

IN originali eſt, *negociatio*. Quod aūt interpres dixit *negotiatores*, fecit exēplo Septuag. qui legerunt; *mercatores*. in Hebręo verò *ſabbar*. aut *ſabbarim*, dicitur mercatores, aut negotiatores, eo quòd negotiationis gratia, ſoleant diſcurrere; nā *ſabbar* eſt circuire, & merces per fora circūferre, & extremos currēdo ad Indos, per mare, per ter-

R. Leui & Hebraizantes.
Caietanus.
Mercatores magni & opulēti.

ras pauperiem fugere. Hos verò negotiatores minores appellari ab Hebræis aſſerũt *R. Leui*, Mercer. in *Thur*, Pagninus in *Sabbar*. Ego verò libentius ſequor in hac re poſt Kimhi Caietanum, qui vtroſque, id eſt, *Tharim*, & *Sobharim*, magnos negotiatores fuiſſe exiſtimat, materia tantum negotiandi, aut alia quapiam ratione diuerſos: nam de minutioribus & ſordidioribus paulo inferius. Ab illis ergo magnus ampliſſimorum vectigalium prouentus obuenrebat Salomoni. Et quidem eo nomine, ſignificantur Geneſ. 37. 28. *negotiatores Madianitæ*, & Iſai. 23. 8. *negotiatores principes terræ. Vnos merca derazos como vnos duques*, & Ezech. 27. ampliſſimi illi negotiatores & mercatores Tyri. Denique non poteſt *ſebbar*, eſſe negotiatio ſordida, aut minuta; nam ponitur *pro negotiatione argēti*. Prouerbiorum 3. & pro negotiatione Æthiopiæ, Iſai. 45. & *pro negotiatione Tyri*, Ezech. 27. & pro opima pinguiſſima negotiatione Sichimorũ Gen. 34. 10. dum princeps Sichem, illam offert Iacob, & filijs; Terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſſidete eam.

סחר

Incertū lucrū ex negotiatorib.

Sed neque auri ſumma, quam offerebant huiuſmodi negotiatores, erat quotannis vna & certa; cum ea ex vario temporis & rerum aliarum euentu penderet. neque item certum, an hi negotiatores penderent vectigal ex rebus diſtractis in ipſa terra Iſrael, an ex mercibus extractis ad alias regiones; neque in his curioſè & ambitioſè immorandum.

IV. Vniuerſique ſcruta vendentes.

3. Reg. 10. 15.

1. *Varia lectio. Regum Theſauri ex aromatibus. Arabia odorifera.*
2. *Salomonis negotiatio aromataria. Aromata Alexandrina. Aromata quæ?*
3. *Scuta vendentes, in pleriſque Codicibus vulgatis. Clypeus. arma, ſcutum Hebrais quàm Romanis antiquiora.*
4. *Scuta in melioribus codicibus. Grammaticorum rixa.*
5. *Scruta quæ dicantur. quid Scrutariam facere.*
6. *Scruta in ſacro ſermone res variæ, et pretioſiores. Mos Scripturarum.*
7. *Aromatarij an ſcrutarij. Vectigal an mercibus, an mercatoribus impoſitum.*

I. *Quod, qualeve hoc negotiatorum nomen, & genus.*

1. Varia lectio.

סחר הרכלים רכל

PArtem hanc plerique Hebraizātium cōiungunt cum parte præcedente. Et cum in Hebræo, *pro Negotiatoribus & ſcruta vendentibus*, ſit tātum duplex vox, *ſebbar Harocelim*; legunt, *Negotiationem aromatariorum*; nam *Rocel*, aut *RoKel*, quamuis mercatorem ſignificet, tamen ad mercaturam aromatum ſeu pigmentorum reſtringit. Et ſanè pro illis facit Latinus interpres Cant. 3. 6. vbi pro *puluere pigmentarij*, ſiue aromatarij, aut pharmacopolæ, aut apothecarij, quem cum Vulgato legunt Pagninus, Regia, Tigurina, atque adeo Septuaginta, legentes *vnguētarium*; in Hebræo legitur, *puluis RoKel*, quem alij dicunt, *puluis mercatoris*. nimirum, mercatoris aromatum: aut apothecarij, quaſi diceret *mercader de drogas*. vel, quod Itali vocāt, *eſpecial*, nos,

Pagninus. Tigur. Caietan. Iſid. Auenar. Tremell. David de Pomis.

A *eſpeciero, o boticario*. & ſic Ezech. 27. 22. & 23. huiuſmodi mercatores coniunguntur cum aromatibus, & cum Sabæorum mercibus; *Negotiatores tui cum vniuerſis primis aromatibus; Saba, Aſſur, & Chelmad venditores tui*. &c.

Res autem ipſa videtur valde veroſimilis: cum enim magnopere fuerint vnguenta & aromata tum in vſu, tum in pretio Syria in & Palæſtina, atque bona theſaurorum pars Hebræorum regũ vnguenta & aromatibus conſtaret 4. Regum 20. 13. & 3. Regum 10. 10. atque illorum fuerit magnus prouentus & copia in Arabia, quæ regio myrrhifera, cinnamomifera, thurifera, denique odorifera, ab Strabone & bonis auctoribus appellata eſt; in qua vt Strabo lib. 16. dixit, Tanta B eſt aromatum abundātia, vt pro ſarmentis & cætera ignis faciundi materia, cinnamomo, caſſia, cæteriſque vtantur: vbi fragrantia caron (quod genus eſt ſoporis ſtupidi) *induxit*: idemque Strabo lib. 1. Arabicorum; *aromatum merces & negotiationem aſſiduam copioſamque vocat*; Veroſimillimum fit, nō minus a Salomone procuratam aromatum quàm auri & argenti negotiationem; neque minori illi lucro extitiſſe. quod non de Arabia ſolum, ſed & de India intelligendum voluit non malè Caietanus; quòd quemadmodum Salomon, aurum ex Ophir, ita aromata ex aromatum inſulis, puta Taprobana, Callicut. quemadmodum (inquit) Sultanus Ægypti faciebat ætate noſtra, & modo facit Rex Portugalliæ. De portu C autem Aromatum Soldani, vide Alpyſium Cardamuſtum in ſua nauigatione c. 60. de Negotiatoribus autem aromatum Alexandriæ c. 76. vbi hodie eæ potiſſimum merces aromaticæ muſcũ, thus, aloe, gariophyllum, cinnamomum, ſandalũ, lacha, myriſtica, nux muſcata appellatur; maſtix, piper, zinziber, caſſia. Rurſus de aromatibus Calecut, Ludouicus Romanus lib. 5. ſuæ nauigationis c. 14. Quod autem nomine aromatum non tantum odores comprehendantur, ſed præterea fructus arborum ſaporis odoriſque non ſolum grati, ſed etiam medicati, docere videtur Vlpianus lectione penultima de vſufructibus earũ rerum, quæ vſu conſumuntur.

Arabia odorifera.
Strabo.
2. Salomonis negotiatio aromataria.
Caietan.
Cardamuſtus.
Aromata Alexandrina.
Ludouicus Romanus.
Aromatū appellatione quid cōprehēſum.
Vlpianus.

D II. *Quæ vera & emaculata huius loci lectio, ſcuta, an ſcruta.*

CVm Latinus interpres pro Rocelim dixerit *Scruta vendentes*, de Latina, vera, antiquaq; lectione dubium eſſe poteſt, legendum ne ſit ſcuta an ſcruta. Et quidem ſcuta, tanquam lectionē vulgatam Latinam referunt Complutēſes in Lexico in *RoKel*. eam denique lectionē retinent & interpretantur Nicolaus, Dionyſius, Abulenſis, Hugo Cardinalis; item exemplar M.ſſ. aureum, quod habemus in Bibliotheca noſtra Diui Ermenegildi Hiſpalenſis, ſpectatæ antiquitatis. Paruum item antiquiſſimum manu ſcriptum, & Magnum manu ſcriptum quinque voluminibus, E munitum regijs inſignibus, ex Bibliotheca vtriuſque Ariæ Montani in Cœnobio D. Iacobi Hiſpalenſis. Pulchra illa Parisienſia magna Ioānis Benedicti 1573. Textus in Gloſſa Ordinaria cuiuſcumque impreſſionis; & ille item, quo *Caietanus* vſus eſt. tum præterea per antiqua impreſſa Nurimbergæ, apud Coberger, 1475. & parua Baſileæ Frobeniana 1491. Antiqua etiam Neapoli apud Matthiam Morauiam ſub Ferdinando rege 1476. Vulgaria Italica impreſſa Venetijs apud Ioannem Ragazum anno 1480. quæ habuimus ex Bibliotheca Hiſpalenſi Columbi.

Quæ probent legendum ſcuta.
רכל
Diuerſorū Bibliorum editiones & lectiones.

Et

Scutũ vnde dictum. סחר

5. Et quidem ea lectio nõ eſt omnino inepta; neque ſine vllo Hebraicæ litterę fundamento; namque cum in Hebræo ſit *ſebbar Rocelim*, proculdubio potuit opportunè verti ſcuta vendentes: nam *Rocelim* ſunt mercatores ementes, aut vendentes, at vero *ſebbar*, eſt ſcutum, aut clypeus, vel protectio, à radice *ſabbar*, quod eſt circuire, aut circundare, quod ſcutum rotũdum ſit in circuitu. & R. Dauid in libro Radicum, ait vulgariter vocari *rotellam*; quod idem teſtatur Interpres Concordantiarum Mardochai, & vniuerſi lexicographi. Quare illud Pſal. 90. 5. Scuto circundabit te veritas eius; Nebienſis; *Lancea & parmula*; Kaldæus, *clypeus & parmula*, vel *rotella*. Quare videtur eſſe illa, quam Latini parmam vocant; quæ, vt Polybius deſcribit, habebat tum magnitudinem, tum figuram rotundam ſecuritati idoneam. Quamuis etiã clypeum rotũdum faciat Feſtus: ex quo & ex Accio Poeta, Varrone, Ouidio, Vergilio, Dionyſio Halicarn. atque adeo ex Homero demonſtrat Aldus Manutius libro de Quæſitis per epiſtolam 5. q. 6. Turnebus libro 11. c. 27. ſcutum autem fuiſſe oblonga forma quadrata, ad ianuæ ſimilitudinẽ, idem ipſe oſtendit. Ex quo etiam colligere licet clypeorum rotundorum vſum multo prius apud Hebræos, quàm apud Romanos viguiſſe; apud illos enim lanceæ & equitatus vſus frequentiſſimus fuit; equitibus autem parma potius idonea, quàm ſcutum. Sed de his & de Hebræorum militia aliquando plura.

[margin: Sohherah. *Polybius.* Parma qd ſcuti genus. Clypeus rotundus. *Aldus.* *Turnebus.* Clypei vſus antiquior Hebræis quã Romanis.]

Et res præterea non diſſonat. nam cum ſcuta fuerint inter arma bellica, res ipſa exigebat, vt quamuis alijs rebus non imponeretur vectigal; at imponeretur ſcutis, & rebus alijs ad bellum ſpectantibus, ne temere & ſine delectu, ea quibusvis concederentur; & inde aliqua vel rebellionis vel ſeditionis occaſio crearetur, aut aliq̃d quod ſummam atque maximam Salomonis pacem dedeceret.

[margin: Vectigal impoſitum ſcutis & inſtrumentis bellicis.]

4. At verò non ſcuta ſed ſcruta legendum eſſe ſuadẽt codices correctiores Latini. Quam lectionem haberi in Biblijs antiquis teſtantur Complutenſes in Lexico; & eandem lectionem retinent, Vulgata Complutenſia, & pulchra illa Roberti Stephani Pariſienſia, 1532. & quæ cum notis Vatabli excudit idem Robertus Pariſijs 1545. & magna illa atque pulchra apud Gryphum 1550. & tandem Biblia correctiſſima Vaticana Sixti V. & quidem veroſimile eſt, *ſcrutum* mutatum eſſe in ſcutum ab aliquo ſciolo vim vocis ignorante, &, cum tentaret corrigere, corrumpente.

[margin: Quæ probẽt ſcruta. Variæ Bibliorum lectiones, & editiones.]

Quæ autem dicantur *ſcruta*, diſputarunt diligenter recentiores Grammatici; ſed mirum, quod illorum ingenium eſt, vt ſe dente inuido mordeãt & lacerent, & (quod cum Plauto dicam)

[margin: *Plautus.*]

Nutant, inſtant, ſibilant, vellicant, vocant, moleſti ſunt.

Beroaldum criminatur Durantius Caſelius; Politianum Nebriſſenſis; ac ſolum ſe ſapere arbitratus Ianus Parrhaſius, Sipontinum ineptire voluit: Parrhaſium propius rem vidiſſe, ſed minimè intellexiſſe, iterum clamat Caſelius, denique tum hi, tum alij quid *ſcruta ſint* ſcrutantur, non abſque ſolertia.

[margin: Grammaticorum vellicationes, & morſus.]

5. Et quidem Cælius libro 10. c. 56. *ſcruta* definit, veteramẽta omnia, quæ cum vſu iam detrita ſint, pretio item diminuta cenſentur. non aliter Ianus Parrhaſius ſylloge 4. Variarum Annot. deſcribens ex Stephano; ſcruta dicit, Attritas vſu veſtes, dimidiatas ſtrigiles, & iumentorum ſoleas, refixos clauos, idque genus alia, quæ viliſſimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui ſcrutarios appellabãt, commodiſſima nos ratione explicabimus, *ropa vieſa*, o, *hierro vieſo*. aliquid etiam vilius & ſordidius addidiſſe videtur Turnebus libro Aduerſ. 5. c. 13. cui videntur ſcruta eſſe, friuola & vilia, & parua vaſa, & veteramenta, quæ per vias, & rudera ſcrutando eruimus, & coriacea omnia, & ſcortea opera vetera; vt ſcruta, quaſi ſcorta intelligãtur. Hæc apud noſtrates ſunt. *trapos, y medias de luna, çapatos vieſos, y ſuelas de çapatos*. Quod diſertis verbis Lucillius apud Gellium lib. 3. c. 14. dixit;

[margin: *Cælius.* Scruta q̃ dicantur. *Parrhaſius.* *Turnebus.* *Gellius.*]

Quidni? & ſcruta quidem ut uendat, ſcrutarius laudat

Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatã:

Vno verbo vilia ſcruta appellauit Horatius libro Epiſtolarũ 1. 7. quo etiam appoſito Hieronymus *ſcruta* deſignat, tum etiam à venditore; ſic enim in vita Hilarionis, audiuit à quodam Iudæo vilia populis ſcruta vendente, & eo nomine minuſcula vaſcula, & futilia omnia intelligi arbitratur Cruquius ad illum Horatij locũ, atque ex Ariſtophanis interprete, eadem, quæ Græci *χρυτάρια* appellant, Latinis eſſe ſcruta; quod ſane obſeruarat doctus Budæus. Sed præterea eſſe minutula quædã, ludicra, & idonea ſolãdis & ex hilarandis pueris, qualia videtur indicaſſe Sidonius Apollinaris lib. 6. Epiſto. 2. Nunc (inquit) quædam friuola, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat, quibus iſti parum grandibus cauſis, plurimum virgunculæ animus copulabatur: quo loco vidẽdus Sauarus pluſcula in eam rem congerens. Rem eandem Antonius Nebriſsẽſis illuminauit c. 37. ſuæ Quinquagenæ, & ait huiuſmodi ſcruta eſſe, quas vulgus vocat *baratijas*, melius dixiſſet, *buſerias*. Ipſos verò *ſcrutarios* eſſe, quos Vulgus appellat *buhoneros*. hoc rectius Cęlius loco indicato in eo Apollinaris loco, eſſe qui augurentur ſcruta eſſe imagunculas pueriles operis dulciarij, ex quibus omnibus tandem confici ingentem cumulum rerum variarum atque viliſſimarum, minutarum, ludicrarum, puerilium, detritarum, ea eſſe ſcruta dixeris.

[margin: *Horatius.* *Hierony.* *Cruquius.* χρυτάρια. *Budæus.* *Sidonius.* *Nebriſſenſ.* *Cælius.*]

In hoc cum fere conſentiunt hi, quos adduximus, at in eo non nihil videntur diſſentire, quid ſit ſcrutariam facere apud Apuleium, lib. 4. fabulæ Græcanicæ, dicentem: Enimuero vos bonæ frugi latrones inter furta parua, atque ſeruilia timidicule per balneas & aniles cellulas reptantes ſcrutariam facitis, quod Nebriſſenſis interpretatur *artẽ vendendi ſcruta*. At verò Beroaldus, & Durantius Caſſelius, volunt *ſcrutariam facere* eſſe more furunculorum res minutas, & furta ſeruilia, & vilia conſectari, angulatimque perquirere. Sed in hac re potius mihi probantur Nebriſſenſis, & Parrhaſius, qui *ſcrutariam facere*, exiſtimãt eſſe, vilia quędam & minutula perquirere, ex quibus quæſtum vendendo faciant; & per translationem ſordidis furunculis tribui.

[margin: Scrutariã facere qd. *Nebriſſẽſis* *Beroaldus.* *Caſſelius.*]

III. *Quid ſcruta in ſacris.*

Atque hæc cum de *ſcrutis*, & ſcrutarijs apud profanos dixerimus, nunc breui exponendum, An eadem ratione accipienda ſint, tum in hoc noſtro loco 3. Regum 10. tum in illo Neſſem. 3. 30. poſt Moſolam ædificauit Melchias filius aurificis, vſque ad domum Nathinæorum, & ſcruta vendentium. Sanè Complutenſes in Lexico in *Rochel*, aiunt *ſcruta* hoc loco eſſe res venales parui valoris. & ſimiliter Villalpandus tomo 2. parte 2. libro quinto, diſputat. 3. vult hos *Rochelim* accepiſſe merces minutiores quaſdam & minoris pretij, quas alio transferentes, aliquid lucrarentur. Sed vt non omnino in hanc ſcrutorum 6.

[margin: *Complut.* *Villalp.*]

Q a intelli-

Hierony.

intelligériam adducar, illud me cogit, quòd Hieronymus in id Ezech. 27. *Chodchod propoſuerunt in mercatu tuo*; ſic ſcribit; *Chodchod autem quid ſignificet, vſque in præſentiarum inuenire non potui. Aiunt Hebræi omnes pretioſiſſimas veſtes hoc nomine ſignificari; vel ſpeciem quandam eſſe pretioſarum mercium, quam Romanus ſermo non reſonet, vel communi vocabulo, ſcruta vendentium.* Tum præterea quòd non videatur credibile magnum aliquem prouentum ex *ſcrutarijs* & rerum viliſſimarum atque ſordidarum negotiatoribus, cuius in ſacris litteris, & in Salomonis ſplendore & opulentia dignè fieret mentio, obueniſſe Salomoni. Tandē quoniam vox originalis *Rochel*, nunquam ad ſordidam aliquam, aut vilem mercaturam refertur, immo potius ad pretioſam & opulentam (nā per hanc ipſam vocem commendantur negotiatores, & negotiatio Tyri, Dedan, Sabææ, & aliarū prouinciarum opulentiſſimarum, Ezech. 27. 3. 13. 15. 17. 20. 22. 23. & ſemel tantum Nehem. 13. 20.) dicitur de negotiatoribus, qui per hebdomadas ſingulas veniebant in Ieruſalem; qui proculdubio minores erant, ſed non omnino viles.

Scruta eſſe pretioſas merces. — רכל

Scruta ſacro ſermone res pretioſiores. Mos Scripturarum.

Ego itaque exiſtimo, *ſcruta vendentes*, proculdubio à Vulgato intelligi rerum variarum atque multiplicium mercatores, ſed non vilium, neque ſordidarum, ſed pretioſiorum: ſolet enim Scriptura, & Interpres etiam Latinus, morem Scripturæ imitatus, vocem aliquam vſurpare ad ſignificandum aliquid, quod ea voce affertur, licèt nolit ſignificare vniuerſa, quę ea voce continentur; cuius rei exempla obuia ſunt: quare cum voce *ſcruta* duo afferantur, nempe res multiplicis generis; tū præterea res viles, & minutæ; alterum tantū accepit, ex voce *Rocelim*, id eſt, mercatores rerum, merciumque multarum, atque variarum, quamuis pretioſiſſimarum; & ſcrutarios dixit, quòd *ſcruta* ſint generis atque differentiæ multiplicis, non vt vilitatem aliquam ſignificaret. Nullo alio commodiori vocabulo nos exponemus, quàm ſi dicamus hos fuiſſe *merceros, o que tratauan en mercerias*. E quu nomina varia, ſed pretioſa intelligimus.

7. Aromatarij poſſunt dici Scrutarij. — *Abenezra.*

Porro nullum mercium genus tam varium & multiplex, quàm aromata & vnguenta, quæ non ſolum per ſe ſe varia ſunt, & multiplicia, ſed ex compoſitione & miſtione etiam conſurgunt, noua ſuauitatis & fragrantiæ ſpecie gratiſſima. Nam *Rocelim* vult etiam Abenezra dici, quaſi *miſtores*, aut artifices permiſcēdi: permiſcent enim aromatarij varia aromata, & vniuerſos odoratos puluères. vnde R. Salomon Cant. 3. ſic definit; *Rochel eſt Aromatarius, apud quem omnia vnguentorum genera væneunt, puluerem autem dicit, quia aromata tunduntur & conteruntur, vt in pulueris ſpeciem cōminuantur.* Vides iam vt Vulgatus ſibi conſonet; &, quod initio dicebamus quàm magnus ſanè prouentus ex aromatibus & aromatarijs Salomoni regi accreſcere potuerit.

R. Salomon. — Interpretis Vulgati eruditio ſingularis.

Abul.

Sed notat Abulenſis 2. Paral. 9. Salomonis tēpore non fuiſſe vectigal impoſitum ſupra res ipſas venales, ſed ſolum ſuper ipſos negotiatores, quorum officium erat emere & vendere. Res quidem incerta, cum vniuerſus populus, non tantum mercatores, tributis & vectigalium impoſitionibus oppreſſus, ad Roboamum conqueſtus fuerit.

V. An præter ſeptem illas gentes vectigales 2. Paralip. 8. aliæ quoque Salomoni ſeruiebant ſub tributo.

1 *Plures barbaræ prouinciæ Salomoni tributariæ. Opima exterorum tributa non omnia numerata in Scripturis.*
2 *Reges Arabiæ non ſeruierunt ſub tributo Salomoni.*
3 *Quo differat munus à dono. Vtrumque in Scriptura confundi.*
4 *Dona ex beneuolentia aliquando in ſignificationē accepta doctrina. Munerum miſſitatio inter Orientales frequens.*
5 *Satrapæ, & duces. Quæ munera ex auro & argento, factis & infectis.*
6 *Belli inſtrumenta cur ad Salomonem oblata: Illuſtratus Iſaias. Diuitiarum ex donis cumulus cur non ſupputatus.*
7 *Priuatim etiam munera deferebant. Vir pro principe. Hebraica conſtructio.*
8 *Promptiſſimus regum aliorum erga Salomonem affectus. Illuſtrati Dauid & Salomon.*
9 *Veſtes confectæ ad Salomonem delatæ. Veſtes peregrinæ olim in pretio. Veſtes Baticæ.*

1. Prouinciæ barbaræ Salomoni ſeruientes.

SEruiebant ſanè gentes aliæ plures. nam 3. Regum 11. ſubiugatam à Dauid Idumæam retinuit Salomon tributariam vſque ad rebellionem Adad Idumæi, tum etiam & Damaſcū habuit tributariam vſque ad rebellionē Razon, 3. Regum 11. 23. idque clarius conſtat 4. Regum 8. & 2. Paral. 21. Atque quod ad Idumæam ſpectat, expoſuimus, cum ageremus de portu maris Rubri Aſion-gaber.

Syria item ſeruiuit ſub tributo Dauid Regi & Moab, & Ammon & Amalec; quos item ſeruijſſe Salomoni veroſimile eſt; quanquam poſtea tempore aliorum Regum iugum Iſraelitarum excuſſerunt barbaræ gentes; & de Moab ſcribitur 4. Regum 1. tūc primum rebellaſſe tempore Ochoziæ regis.

Opima prouinciarum exterarum tributa. — *Abul.*

Eas itaque omnes gentes atque prouincias opima pependiſſe tributa Salomoni, ac multo maiora, quàm Chananæos illos, qui ſuis iuris nō erant, ſed ſeruitutem ſeruiebant inter ipſos Hebræos, mihi dubium non eſt; neque item ea de re Abulenſis dubitat, tantum hæret in eo, quòd non videatur prætermiſſa harum gentium tributorum mentio in Scriptura. Ergo cum non alio in loco, autumat tum aliarum gentium, tum Iſraelitarum tributa ſub illa ſexcentorum ſexaginta ſex talentorū auri ſumma comprehenſa; Nos verò, qui illam ſummā potius ad Ophir & Tharſis retulimus, compellimur dicere horum tributorum mentionē expreſſam non inueniri in Scriptura. Et quamuis quidē non parua ex illis ad Salomonis annuos prouentus acceſſio fieret, non mirum, in tanta opulentia particulam ſanè prętermiſſam. Quòd ſi tandem contendat Abulenſis, Idumæos, Moabitas, Ammonitas, Amalechitas cum illis Chananæis & alijs gentibus tributarijs coniungendos eſſe 2. Paralip. 8. non valde repugnabo; neq; item rem incertam dubiamque pro certa probabo. Potius tē in medio relinquam, attentius ac penitius conſideranti.

VI. Et

V I. Et omnes reges Arabiæ.

2. An reges Arabiæ tributarij. נשא

AN hi quoque connumerandi inter vectigales, & tributarios. Sic ſanè ſuſpicari poſſumus, ex eo, quòd cum alijs negotiatoribus Salomoni ſubiectis coniunguntur: tum, quòd mercatores, & reges Arabię eodem verbo *adducendi*, aut comportandi, dicantur adduxiſſe ſingulis annis aurum Salomoni 2. Par. 9. 14.

Abul. Reges Arabiæ nó ſeruiſſe Salomoni ſub tributo.

Sed videtur veroſimilius cum Abulenſi 2. Par. 9. q. 8. huiuſmodi reges & ſatrapas non fuiſſe tributarios, quemadmodum ſubiectos alios, quos Scriptura teſtatur ſeruiſſe Salomoni. nam tátum ſcribitur *exercuiße poteſtatem ſuper cunctos reges à flumine Euphrate, vſque ad terram Philiſtinorum, & vſque ad terminos Aegypti.* 2. Par. 9. 26. ac non niſi ſeptem illæ nationes ſeruiebát ſub tributo 3. Regú. 9. & 2. Paral. 8. & prætetea Idumæi, Ammonitę, & Moabitę 2. Regum 8. & 1. Paral. 18. cú enim illud pertineret ad Salomonis magnificentiam, proculdubio non tacuiſſet Scriptura, ſi tributarij fuiſſét. Ergo huiuſmodi Reges dona ſeu munera ſpontanea mittebant. Quare 2. Paral. 9. 23. explicationis gratia additur: *Omnes reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis. & deferebát ei munera, vaſa argentea & aurea, per ſingulos annos.* Idem quoque teſtatur Ioſephus lib. 8 Antiquit. c. 2. *Nó annumerato* (inquit) *auro, quod Toparchæ, & Reges Arabiæ dono mittebant.*

Ioſephus.

3. *Vlpianus.* Quo differat donum à munere.

At quidem quanquá inter *donum* & *munus* aliquid interſit, vt eleganter explicuit Vlpianus L. *inter donum*, de verborum ſignificatione: quam legem, quia breuiſſima, ſubijcio integram: *Inter donum & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem; namque genus eſſe donum Labeo ait, vel à dando vel à donãdo dictum: munus ſpeciem. nam munus eſſe donum cum cauſa, vt puta natalitium, nuptiarum.* Itaque *donum* nulla neceſſitate, iure officiove defertur, tantum ſponte offertur. Tum *donum* eſt maiorum rerum; *munus* minorum, & eorú quę cauſa aliqua iureve deferuntur. Quamuis inquá, ſic Latinus ſermo diſtinguat inter *donum* & *munus*: tamen in ſacro ſermone vtrumque confunditur; & *munus*, quod Hebraicè dicitur *Mincha*, ſpótanea etiam oblatio eſt. quare & de *holocauſto* dicitur 3. Regum. 18. 36. & de quacumque *voluntaria oblatione*, Leuit. 2. 14. & de *muneribus*, quæ filij Iacob detulerunt Ioſepho Gen. 43. 25. tum prætetea, quamuis aliquando *mincha* referatur ad res oblatas quæ vitam non participant, Pſal. 39. 7. tameo etiam extendi ſolet ad res vitam participantes, vt eo loco Paralipom. vbi inter dona & munera referuntur *muli & equi.*

מנחה

4. Generalis donorum cauſa, beneuolentia.

Illa tamen generalis *donorum* cauſa, videlicet beneuolentia, aut honoris delatio, aut demerendi Salomonis; & pacis firmandæ votum, fieri non poteſt vt in his Regum Arabiæ, aliorumque regulorum donis ad Salomonem miſſis defuerit; ſic enim hæc coniunguntur, Daniel. 2. 6. *Præmia, & dona, & honor.* & illa beneuolentis animi, & bene de Salomone mereri volentis cauſa exprimitur 3. Regum. 10. 24. 2. Par. 9. 24. *Vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audirent ſapientiam eius, & ſinguli deferebant ei munera.* Ná quod ait Abulenſis 2. Par. 9. huiuſmodi regum munera Salomoni oblata fuiſſe quaſi in pretium, & ingrati animi ſignificationem, pro accepta ab illo ſapientia, dubiorumve propoſitorum ſolutione, vti videtur Regina Saba præſtitiſſe cum poſt ænigmatum diſſolutionem pretioſiſſima Salomoni munera obtulit, ſicut aliquando contigiſſe vero-

Abul. An munera in pretiú acceptæ doctrinę.

A ſimile eſt: ita plurima dona omnino ſpontanea fuiſſe, & tantum honoris & obſeruantiæ ergo Salomoni delata, mihi perſuaſum eſt: ſæculo præſertim, & apud gentem vltro citroque miſſitandis muneribus aſſuetiſſimam, Gen. 32. 20. & 43. 11. Exodi 23. 8. Num. 7. 3. Deut. 16. 19. Iud. 3. 15. 1. Regum 10. 17. 3. Regum. 15. 19. 4. Regum 8. 8. 54.

Munerum miſſitatio frequens inter Orientales.

5. Satrapæ & duces qui.

Cum regibus verò Arabiæ coniunguntur ſatrapæ, 2. Paralip. qui dicuntur *duces* 3. Regum: & aliquando etiam *principes*, Eſdræ 5. 14. qui videntur fuiſſe vel reguli non ſubiecti alijs maioribus regibus, vel primores regni poſt regiam dignitatem; qui dicantur *magiſtratus*, & *duces*, & *tyranni*, Dan. 3. 2.

מנחה Nó ſolum Reges ſed regnorum Principes miſiſſe ad Salomoné munera.

B Quare vniuerſi potentiores, etiam ſi reges non eſſent, ſiue propter beneuolentiam, ſiue alia de cauſa bene in Salomonem animati, quæcumque pretioſa apud ſe habebant, miſſis ad illum legatis, afferebát; de quo illud eſt Pſal. 71. 9. [Coram illo procident Æthiopes, reges Tharſis & inſulæ munera offerent. Reges Arabum & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei:] quod tamquam in figura repræſentabat aurum, thus, myrrham Magorum Orientalium (qui fortè reguli erant) Chriſtum Ieſum adorantium, allatis, *apertiſque theſauris ſuis.* vt dicemus in expoſitione eius Pſalmi. lib. 6.

C Quamuis autem ea prima pretioſiſſima munera fuerint, & ex quibus potiſſimum theſauri conſtabant, videlicet aurum, argentum, aromata; tamen pretioſa etiam illa dona fuerunt, quę nó ex rudibus auro & argento, ſed ex iam factis deferebantur ad Salomonem; tum præterea ex pretioſa tela, armis, equis, mulis, vt dicitur 2. Paral. 9. 24. Deferebant ei munera, vaſa argentea, & aurea, & veſtes, & arma, & aromata, equos & mulos per ſingulos annos. quod antiqui illi Hebræi Hiſpanienſes in ſua illa vulgari Bibliorú translatione his verbis exponebant. *E ellos trayan cada vno ſu preſente, e alfajas de plata, e alfajas de oro, e paños, e canallos, e armas, e eſpecias, e mulas, toda coſa de año ea año.*

Munera ex auro & argéto factis & infectis.

Hebræi Hiſpanienſes.

6. Vniuerſa belli inſtruméta ad Salomonem oblata.

D Vbi iterum notandum id, quod nuper de equis & quadrigis dicebamus, ad placidiſſimam illam & ſummam ſub Salomone rege pacem pertinuiſſe: quòd vniuerſa belli inſtrumenta ad illú deferrétur, videlicet equi, muli, arma; vt vel ſic táquam in figura præcederet repræſentatio illius; quod dictú eſt Iſai. 2. 4. *Conuertent gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces; non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur vltra ad prælium.* vbi pro *armis* legitur in Hebræo vox *Neſech*. quæ omnis generis arma ſignificat; ſiue armaturam, ſiue armamentarium; vt ſignificetur tempore Salomonis regis non ſolùm in Syria, ſed etiam in vniuerſo orbe viguiſſe pacem; in qua toto orbe compoſito Reges, principesq; ſponte à ſe ſe abdicata arma, regi pacifico libenter obtuliſſe.

נשק

E Quantú igitur auri pondus; quod ex Aſia, Africa, Europa, ideſt, qđ ex munerib. & donis Æthiopum & aliorum principum Africanorú; tum præterea Arabum, Sabæorum, Indorum & aliorú regum & Toparcharum; tandem Inſulanorum, id eſt, Italorum, Cypriorum, Tharſicorú vel Tarteſſiacorum Bæticorú, & aliorum ducum Hiſpanienſum, qui in Europa, in vnicú Ieroſolymitanú emporiú, in vnius Salomonis theſauròs, & in vnicá prouinciam quotannis influebat? quod proculdubio certa ſumma indicatum non eſt, quòd certa ſumma colligi aut ſupputari non potuerit.

Cur nó numeratú aurum quod ex donis.

7.
An priuati quoq; muneribus co lerent Salomonem.

A Sed hæc dona officij & obſeruātiæ gratia à regibus & ducibus Salomoni oblata. Offerebātur ne etiam ſimilia à priuatis hominibus? ſanè quod 2.Paral.9.24. dicitur, reges obtuliſſe munera Salomoni, idem 3.Regum 10.24. ſcribitur, *ſinguli deferebant ei munera, vaſa argentea*: quod in originali eſt; *afferentes vir munus ſuum*. quæ ſingularis cū plurali conſtructio, denotat diſtributionem faciendam ſub illo nomine *vir*: quod eleganter Latinus interpres, dixit, ſinguli. Pagnin. vnuſquiſq;. ſicut & Septuaginta. quod videtur ad priuatos B homines referendum, tum ex locutione Hebraica, tum ex eo quod proximè præceſſerat, Vniuerſa terra quærebat videre faciem Salomonis. quod Dionyſ. ſentire videtur referens id ad quoſdam Habitatores omnium territoriorū. & Caietanus ſimiliter. Quamquam quod deinde ſequitur de muneribus, refert ad peculiaria tributa.

Conſtructio Hebraica.

Dionyſ.
Caietan.

Scripturā non loqui de muneribus priuatorum hominum.

Sed proculdubio referendum eſt non tam ad priuatos quàm ád Reges & Satrapas, qui miſſis donis gratulabantur Salomoni tantam fœlicitatem; idque tum in Hebræo, tum in Græco clarius C ſonat: legitur enim propriè, poſt regnum aliorum mentionem factam; Hi ipſi vnuſquique afferebāt munera. &, quod in Hebræo eſt, vir afferebant; id eſt, ſinguli viri; eundem ſenſum habet, appellatio enim viri in reges, principes, magiſtratus, conuenit, vt multis aliquando exemplis oſtendimus.

Vir ꝑ Principe.
Comm. in Iob. c.1. verſic.1.

Itaque nemo erat ex terræ Dynaſtis, qui quantum in ſe erat, Salomonis potentiā vel nō agno- D ſceret, vel non promoueret animo obſequentiſſimo, vt quod impletum eſt in Chriſto domino, repræſentatum Graphicè in Salomone fuerit Pſal. 67.32. *Venient Legati ex Aegypto* (præfecti, principes, magiſtratus) *Aethiopia præueniet manus eius Deo*. quod propriè ex Hebræo legitur *feſtinauit*, vel, *accelerauit currere manus ſuas*, vel, *curret manibus ſuis*. Quod ad ſingularem animi alacritatem E ſpectat; cum enim dantis & offerentis munera animus propenſiſſimus eſt, quāuis currant pedes, ſegniores tamen videntur eſſe pedes, quàm manus ad dandum promptæ: & quamuis multum ſe ſe pedes extendant, tamen manus ad dandum longiores ſunt, ad anteriora extendentes ſe ſe, & quaſi præuenire geſtientes pedum celeritatem, ſicut in eandem ſententiam dicebat aliquando ſpōſa, Cant.25. & 5. 8. *quia amore langueo*; ideſt, præ charitate & feruore cordis, vires corporis languent; plus deſidero, quàm poſſum exequi; & eo charitate progredior, quò corporis vires non poſ- A ſunt conſequi. Vides igitur vniuerſam terram deſiderare *vultum Salomonis*: atque ita in votis habuiſſe, vt *illius faciem placaret muneribus*; vt quamuis multos legatos miſerint reges potentiſſimi, multa item dona, miſſitarint; tamen & animus præcucurrerit, *& manus præuenerint* ipſa dona, quamuis per ſe ſe ampliſſima & opulentiſſima. Rē claudo magnifico Ioſephi teſtimonio, ſimulque id, de quo agimus, elucidante: [Fama (inquit) celeberrima per omnes circumquaſque regiones B de Salomonis virtutibus ac ſapientia diuagabatur: qua exciti plerique reges, quo certiores de iā dictis fierent, viſendi eius cupidine flagrabant: & exquiſita magnificentia ſtudioſos eius ſe declarabant. Mittebant vaſa tam aurea quàm argentea, & veſtes purpuræ, & omne genus aromata, equos præterea, curruſque & mulos ſubuehendis ſarcinis, qui vel robore, vel pulchritudine Regi placituri videbantur.]

8.
Chriſti figura in Salomone.

Animi prōptitudo.

Propenſiſſimus in Salomonē Regū aliorum animus.
Ioſephus.

9.
Veſteſne cōfectæ ad Salomonē allatæ.

Porro quod dicitur, veſtes, dubitationem habere poteſt, an ſint veſtes ipſæ iam confectæ; an ve- C rò telæ, ex quibus veſtimenta confici poſſent, vti nunc in Europa mos eſt potius telas laneas, ſericas, aureas vendere & emere, quàm veſtes ipſas confectas. Sed olim quidem contrarium videtur in vſu fuiſſe, vt potius veſtes confectas & peregrinas ex alijs prouincijs compararent; atque nominatim ex Bętica noſtra Turditania *multum veſtiū* in Italiam ad vehi ſolere, ſcribit Strabo lib. 3. & cum fuiſſe veterum morem in veſtibus potius emendis, quàm panno, obſeruat ad eum locum D Caſaubonus, confirmatque frequenti Liuij, & aliorum Hiſtoricorum teſtimonio, ſcribentium, Roma ad milites veſtes miſſas, ac Gracchi lege conceſſas. Tum præterea Saga illa priſca Hiſpanorum, veſtes Sardonicæ, Phrygiæ, Siculæ, Thereæ, Creticæ, quæ nō ſolum apud ſuas prouincias, ſed etiam apud exteras in pretio erant: & ingens ſanè luxus peregrinæ veſtis apud Hebræos, vt ex- E ponemus libro 6. vbi de veſtibus lautiſſimis Salomonis. Ergo cum hoc loco veſtes cum alijs muneribus ad Salomonem allatas lego, intelligo ſanè veſtes iam confectas omnis generis, quas quæque prouincia pretioſiſſimas & lautiſſimas habebat: quippe nomen originale de vniuerſo veſtimentorum genere, & non niſi de veſtimentis confectis, dicitur, Deuter. 19.5. & 24.13. Exod. 22.25. Ioſ. 22. 8. Cant. 4.11. Iob 9. 31. Non aliter apud noſtrates Bæticos ex præda Granatenſium rebellium non ſolum propter materiam, ſed propter formam in pretio erant illæ Marlotæ, Almaizalia &c.

Veſtes Bæticæ.
Strabo.
Caſaubon.

Saga Hiſpanorum.

שלמה

Finis Libri Quarti.

LIBER

LIBER QVINTVS

DE REBVS SALOMONIS REGIS

Qui eſt,

DE OPVLENTIA ET SPLENDORE domus & familiæ eius, atque aliorum præclariſsimorum honorum & operum.

CAPVT PRIMVM.

Salomoni ſummus Regis Regum honor à vicinis Regibus delatus: & congratulationes factæ.

Ad locum Prouerb. 8. 15. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

1 *Regnum Salomonis ex Diuina prouidentia ſtabilitum. Firmare quid in ſacro ſermone, & quæ contineat. Illuſtrati Samuel, Iob, & liber Regum.*
2 *Magnitudo Principum quæ. Principes indigni ridiculi. Explicatus locus Paral. & Sapientiæ.*
3 *Salomon honoris ergo ſalutatus ab alijs regibus. Appellatio Regis magni, quæ & apud quos. Explicatus locus Reg. & Eſther.*
4 *Salomon Rex Regum, & Rex magnus, & Rex Iuſtitiæ. Illuſtrata Sapientia.*
5 *Salomonis imperium latè patens. Ab Aegyptijs tributum perſonale exigens.*
6 *Litteræ aliorum Regum ad Salomonem, & honorificentiſſimæ inſcriptiones.*

1. Firmare quid in ſacro ſermone. MORTVO Dauide parente Salomō ab opibus & ſapientia inſtructiſſimus, regnare incipit, nō dubia aut caduca regni poſſeſſione, ſed certa & ſtabili 3. Reg. 2. 12. *Salomon ſedit ſuper Thronum Dauid patris ſui, & firmatum eſt regnum eius nimis*. quod à verbo כון dicere poſsis: *ſolidum factum eſt*. ita paratum, actum, compactum, vt conſiſtere diutiſſimè poſſet. quaſi ſumpta metaphora à rebus, quæ cum alioqui fluxæ aut molles ſint, at arte & induſtriæ ita aptantur, parantur, compinguntur, vt ſoliditatem & firmitudinem acquirant. Vnde dictum eſt Iob. 31. 15. Formauit (firmauit, compegit, ſolidauit, coagulauit ex fluxa & liquida materia) me vnus. & contrario ſenſu dictum eſt à Saule, Ionathæ 1. Regum. 20. 31. Non ſtabilieris (non firmaberis, neque conflaberis) tu, neque regnum tuum. (Non euadet ſolidum, non ſtabile; liqueſcet, effluet, & diffluet. *no ſe te quaxara, deshara ſe como la ſal en el aqua*) atque eadem loquendi formula, Rubeno dictum eſt Geneſis 49. 4. Effuſus es, ſicut aqua. Ergo vides ſingularem Dei prouidentiam, ſupremæque artis induſtriam, in aptando, parando, præparando, ſolidando, & confirmando Salomonis regno, ne (quod ex Deo eſſet) vnquam nutaret; ſed ſuo ſemper pondere & magnitudine diutiſſimè conſiſteret: alioqui fluxurum, inſtar aliarum rerum caducarum. Regna per ſe infirma, & caduca. Dei prouidentia confirmās Salomonis regnum.

Ex hac porro firmitate & robore ſequitur, vt quæ firma & ſolida ſunt, facilè reſiſtant externis iniurijs; atque nemo tam temerarius ſit, qui illa Firmitas contra hoſtium impetum.

 tentare

rētara aut opppugnare audeat, in pace itaque degunt tranquilla & tuta. quæ omnia in illa Salomonici regnī firmitate continentur, ex merito originalia vocis. Quare quod nos habemus 2. Paralip. 25. 3. *cum Amaſias videret roboratum imperium ſuum*. Tigurina, *firmatum* (quamuis ab alia radice) eleganter Vatablus expoſuit; *Quum regno ſuo pacifice potiretur.* quo eodē verbo 2. Paral. 1. 1. dicitur; *Confortatus eſt Salomon in regno ſuo*. Et præterea quidem in ea firmitas & robur non ſolum eſt ad repellendum impetum, ſed etiam ad inuadendum & ſuperandum aduerſarium. quò reſpicit illud Daniel. 2. 37. *Tu rex regum es, & Deus cæli regnum, & fortitudinem, & potentiam, & gloriam dedit tibi.*

חזק

Vatablus.

Robur ad inuadendū hoſtem.

B Sed ſecunda præterea tranſlationis figura regnum Salomonis confirmatur, eodē loco Paral. *Dominus Deus eius erat cum eo, & magnificauit eum in excelſum*, non ſolùm *extulit*, vt Tigurina dixit, ſed amplificauit; Et, ſi liceret ita loqui ingrandiuit, *in excelſum*, ſiue *in altitudinem*, vt dixerunt Septuaginta. Vbi duæ tranſlationes perelegantes coeunt. Et *ſublimem conſtituit*, nō quemadmodū, ſi quis hominē per ſe ſe paruulum, in ſublimi collocaret (quippe illud quodam modo in Salomonis dedecus redundaret; veluti, vt ſcribit Plutarchus, ſi quis ſtatuas paruulas atque ridiculas pedamentis & baſibus magnificis ſublimibuſque imponeret, multo minores ad aſpectum proponeret, multoque magis ridendas: ita ſanè qui indignos dignitate & honore, atque virtutis meri-

2. Magnificare quid. 2. Paral. 1. 1.

גדל

Plutarch. Princeps honore indignus, qualis.

C to puſillos in ſublime extollunt. Non ſic *magnificatus eſt in excelſum* Salomon; ſed cùm eſſet virtute, ſapientia, atque optimi principis virtutibus exaggeratus, honori & admirationi erat cunctis mortalibus. Sic tandem *Magnificatus eſt ſuper omnes reges terræ.* 3. Regum. 10. 23. In quem, *vt pote dignum ſedibus patris ſui*, illud quadrat quod de ſe dicebat parens Dauid. 1. Paral. 17. 17. *Feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines Domine Deus.* cum enim ſe videret in ſublimi poſitum, & omnium ad ſe oculos cum inſigni ſtudio, admiratione, voluptate inſpectantium conuerti; gratias ei agit immortales, qui ſe *magnificaſſet in excelſum*; & in quem, vt pote ſuperiorem cæteris, ipſemet Deus res humanas de-

Princeps virtutis merito collocatus i ſublimi.

D ſpectans, & ſuo populo proſpiciens, ſuis oculis quaſi primò incurreret. prop. ex Hebræo; *Vidiſti me ſecundum diſpoſitionem* (*ordinem*) *hominis excellentis Domine Deus*. Salomon itaque hoc ordine à Deo diſpoſitus vt inter excellentes excellentiſſimus, & inter ſublimes celſiſſimus emineret.

Primus & præcelſus Regū ordo corā Deo.

Et vero rem hanc, id eſt, publicam populi lætitiam, admirationem, pietatem, honorem ipſe ſibi Salomon ſapientiæ beneficio pollicebatur Sap. 8. 10. 11. 12. *Habebo per hanc claritatem ad turbas, & honorem* (venerationem) *apud ſeniores iuuenis: & acutus* (ſagax) *inueniar in iudicio; & in conſpectu* (oculis) *potentium admirabi-*

Ex Sapientia omnis Salomonis amplitudo apud populum.

E *lis ero; & facies principum mirabuntur me*; deeſt in Græco pars hæc; & videtur eadem cum præcedente) *tacentem me ſuſtinebunt; & loquentem me reſpicient;* (attendent) *& ſermocinante me plura*, (vlterius loquente) *manus ori ſuo imponent.*

Porro hanc Salomonis magnitudinem Reges alij & agnouerunt, & coluerunt ſuis quiſque litteris congratulatorijs, quas Euſebius lib. 9. Præparat. c. vltimo, ex Eupolemo refert; & conteſtati ſunt; nimirum Vaphres Ægypti, & Suro Tyri. Sic enim inſcripſerunt; *Rex Vaphres Salomoni Regi*

3. Euſebius. Litteræ aliorū Regū ad Salomonem.

A *magno ſalutem*. Rurſus; *Suro Rex Tyri, Sidonis, Phæniciæ, Salomoni Regi magno Salutē*. quæ inſcriptiones neque ſolutæ neque vulgares fuerūt, cum longe aliter Salomon inſcripſerit reſcribens iiſdem regibus; nimirum; *Rex Salomon Vaphri Regi Aegypti amico patrio ſalutem.* &: *Rex Salomon Suroni Regi Tyri & Sydonis, & Phæniciæ, amico paterno, ſalutem*. Quamuis quidem in Sriptura tantum referantur litteræ Hiram Regis Tyri, quòd eæ agerent de materia lignorum ſuppeditanda ad templum. at verò litteræ Vaphris non niſi de operarijs mittendis, vt ex ipſis litteris ſubijciendis conſtabit. neque Salomon (quod ad dignitatem quandam ſpectabat) priùs ad Cyrium ſcripſit, quàm ab illo legatos accepiſſet, per quos ſa-

B lutatus eſt, præſentem felicitatem gratulantes, vt ſcribitur. 2. Regum. 5. 1. *Miſit Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Salomonem: audiuit enim, quòd ipſum vnxiſſent regem pro patre eius.*

Salomon prius ſalutatus eſt à rege Tyri.

Quod verò ad ſalutationem & inſcriptionem illam, *Regis magni*, ſpectat, honorificentiſſima profectò fuit: neque videtur temere aut imprudenter à regibus illis vſurpanda; ſed conſultò & magna ex cauſa. Quò videtur reſpexiſſe Salomon ipſe, cùm Eccleſ. 1. 16. tanquam aliquid ſingulare & magnum profert; *Ecce magnus effectus ſum.* quaſi diceret, Ecce in quem dignitatis & gloriæ apicem euectus, & quo à regibus terræ honore acceptus. Fuiſſe autem illum *Regis magni*, aut *maximi*, honorificentiſſimum titulum, non quibuſuis re-

Appellatio Regis magni, quæ & apud quos.

C gibus conceſſum, ſed propter peculiarem aliquā inter reges alios dignitatē, & officij atque honoris priuilegium, facilè oſtenditur ex poſterioribus monumentis. nam Herodianus lib. 6. ſcribit; Artabum, Parthorum regem, & in Oriente regnantem, primum appellatum fuiſſe, *Regem magnum*, ac duplici diademate vſum. Eundemque deinde titulum ad reliquos Perſarum Reges deriuatum fuiſſe, ſcribunt Plato lib. 3. de legibus, Plutarchus in Pompeio & in Laconicis: ad Medos item & Perſas Arrianus lib. 6. Plutarchus de Fortuna Alexādri, Dio. Chryſoſtomus Oratione 3. de Regno, Briſſon. lib. 1. de principatu Perſarū: Ad Aſſyrios vt de Salmanaſare dicitur, 4. Regum. 18. 19. *Hæc dicit Rex magnus Rex Aſſyriorum*. Ad Kaldæos,

Herodian.

Plato. Plutarch. Dio. Arrianus.

D Iudith 3. 2. *Seruiamus Nabuchodonoſor Regi magno.* Atque eodē hyperregio titulo condecorant ſacræ litteræ Aſſuerū, & Artaxerxē, Eſther. 1. 2. & c. 13. 1. & 16. 1. quibus locis appellatur *Rex maximus*, vel, *Rex magnus*.

Et verò coniectura mihi eſt veroſimillima, eundem fuiſſe titulum *Regis magni*, cum illo, *Regis Regum*. nam iidem Perſarum reges, & fere Orientales omnes, poſtea *Regum Reges* appellari voluerunt. vti de Parthis Affirmat Plutarchus in Pompeio, Sueton. in Caligula. cap. 5. Dio in Auguſto. de Perſis verò Marcellinus libro 17. Capitolinus in Sapore; & nominatim de Artaxerxe. 1. Eſdr. 7. 12. & de Nabuchodonoſore, Dan.

Rex regum quæ appellatio. Plutarch. Sueton. Dio. Marcellin. Capitolin.

E 2. 37. de Aegyptijs verò Diodorus libro 2. cap. 1. de Troianis, Strabo libro 12. Cicero lib. 12. Epiſtolarum, vbi de Agamemnone. Denique de Orientalibus in vniuerſum Plinius lib. 30. cap. 1. cum ait; *Magiam in Oriente Regum regibus imperare*. quaſi diceret, ſupremos regum inter Orientales Magos, eoſdemque ſapientiſſimos fuiſſe.

Cicero. Plinius.

Ex quibus facile efficitur vtroq; honorificētiſſimo titulo videlicet & Regis magni, & Regis regū Salomonē potitū fuiſſe. quod regiæ dignitatis genus, & peculiare munus in vſu quoque apud Paleſtinos reges, & iis antiquiores, Arabes Huſitanos,

4. Salomon Rex regum & magnus.

A nos, Idumæoſque fuiſſe, oſtendimus in noſtris in Iob commentarijs, cap. 1. verſu. 1. vbi Iobum Regem regum fuiſſe; itē & Melchiſedech inter Chananæos aſtruebamus; tum præterea Salomonem Regem regum fuiſſe. cap. 29. verſiculo 12. comprobabamus, ex illo Sapientiæ 8. 14. cum ſibi ipſe Sapientiæ beneficio & merito ſic pollicetur: *Diſponam populos, & nationes mihi erunt ſubditę; timebunt me audientes reges horrendi*, & cum Prouerbiorum 8. 14. Sapientia in ſuo ſapiente Salomone exiſtens, ait; *Meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo; per me reges regnant; & legum conditores iuſta decernunt per me Principes imperant. & potentes decernunt iuſtitiam*, quæ omnia muneris & dignitatis Regum Regis erant; nimirum ius dicere metropolitanis regibus, & magiſtratibus, in rebus præſertim difficilioribus; atque prouocationes & lites ab inferioribus principibus ſuſcipere; ſi quid inter alios reges diſſidij exoriretur, componere; Tyrannidem coercere: infirmiores tueri; agendorum quoque illis regulā legemque præſcribere, & fere ea præſtare, quæ apud nos Imperatoriæ dignitatis eſſe cenſentur, iuſtitiam vbique tuendo, & conſeruando. Quapropter hos ipſos appellatos fuiſſe Reges iuſtitiæ, coniectura ex priſcis illis nominibus facta, Melchiſedech; quod eſt, Rex meus iuſtitię, & Adoniſedech, quod eſt, Dominus meus iuſtitia, eodem loco diſſerebamus.

Salomon rex iuſtitię. — *Rex iuſtitiæ.*

5 Cum autem Salomonis imperium non ſolum anguſtis Palæſtinæ finibus clauderetur, ſed præterea protenderetur *a mari vſque ad mare*, id eſt, a mari Rubro vſque ad extremas Mediterranei maris oras; *& a flumine vſque ad terminos orbis terrarum*, id eſt, ab Euphrate, qui ſe in ſinum Perſicum & mare Indicū exonerat, vſque ad mare, & Oceanum Gaditanum, ad quem terminus ac finis terrarum conſtituebatur: cūque Salomoni parerent, muneraque deferrent vniuerſa terra 3. Regum. 10. 24. 25. *& omnes Reges Arabiæ, Duceſque & Satrapæ terrarum*, 3. Regum. 10. 15. 2. Paralipo. 9. 14. *& omnia regna Philiſthinorum, vſque ad terminū Ægypti* 3. Regum 4. 21. *Omnis regio quæ erant trans flumen Thaſpha, vſque ad Gazum, & cunctos reges illarum regionum*, 3. Regum. 4. 24. tum etiam illum D agnoſceret ac ſuſciperet Æthiopia tranſmarina, Arabes Sabæi, Tharſici, aut Tarteſſiaci Hiſpani. Pſalm. 71. 9. non eſt cur a quopiam dubitari debeat, Regis magni, ac Regis regum cognomento ac dignitate condecoratum fuiſſe; quam illi vltro non ſolum conterminæ regiones, ac vicini Principes, ſed præterea prouinciæ remotiſſimæ, regeſque vniuerſi, ad quos illius virtutis fama peruiniſſet, tantæ ſapientiæ tantæque magnitudinis admiratores, & cultores detulerunt. Et quod maximi habendum, ipſi Ægyptij, inueteratis illis odijs erga Hebræorum gentem depoſitis, totos ſe ad fœliciſſima regni Salomonis auſpicia, publica lætitia celebranda conuerterunt, vt ex litteris Vaphris Regis Aegypti, quas Eupolemus apud Euſebium loco indicato affert, cognoſci poteſt; in quibus etiam videre licet Salomonem tributum, quod vocant, perſonale exigentem ab Aegyptio; aliarum etiam rerum vectigal alijs prouincijs indicentem; vniuerſos denique animo libentiſſimo, atque egregia alacritate obſequentes. Sed iam operę pretium ipſa litterarum exemplaria inter Salomonem & Vaphrem ſubijcere.

Imperium Salomonis quàm late patuerit. — *Pſal. 71. 8.* — *Ægyptij celebrātes Salomonis regnum.* — *Salomō tributū perſonale ab Ægyptijs exigens.*

Rex Salomon Vaphri regi Aegypti amico patrio ſalutem. 6

SCito me accepiſſe regnum a patre Dauide, Dei Maximi beneficio, qui etiam iuſſit me templum ædificare Deo qui cælum & terram condidit: ac ſimul ad te ſcribere, vt de tuis populis ad me mitteres qui mihi præſto ſint, donec omnia, quoad opus erit, abſoluam, vt imperatum eſt.

Res Vaphres Salomoni Regi Magno ſalutem.

B SImul atque tuam epiſtolam legi, valde ſum gauiſus, & feſtum celebraui diem, tum ego tum copia mea vniuerſa, quòd regnum a probo viro acceperis, & probato a tanto Deo. Quod autem ad me ſcribis de populis noſtris mittendis, octoginta millia tibi mitto: & ex quibus nationibus ſint indico tibi; ex gente Seurithide decem millia: ex Mendeſia & Seueneta, vicena millia, ex Buſirita, Leonthopolita, et Bathritha dena millia. Cura porro & res neceſſarias illis, & alia vt rectè gerantur: atque vt perfecto opere, in ſuam quiſque regionem reſtituatur.

NEque verò Tyri rex ab huiuſmodi lætitia publica alienus videri poteſt, ſicut neque a pręſtanda obedientia Regi Salomoni; nam ſicut alijs ſubiectis prouincijs, ita ſanè Tyrio Principi eam C neceſſariarum rerum indictione impoſuit, quam ſubiectæ quoque litteræ teſtantur.

Rex Salomon Suroni Regi Tyri, & Sidonis, & Phæniciæ amico paterno Salutem.

SCito me a patre Dauide regnum accepiſſe Dei Maximi munere, qui mihi præcepit vt Deo templum ædificarem, qui cælum & terram condidit: ſimulque, vt ad te ſcriberem, vt mihi de tuis populis mitteres, qui nobis præſtò ſint, quo ad opus Dei perficiatur: vt mihi eſt imperatum. Porro ſcripſi quoque in Galilæam, & Samaritidem, & Moabitidem, & Amonitidem, & Galaditidem, vt eis ex regione neceſſaria D ſuppeditent in ſingulos menſes tritici coros decies mille, (corus autem eſt artabarum ſex) & vini coros totidem (continet autem vini corus menſuras decem) Oleum verò & alia ſuppetent eis ex Iudæa; victima in eſum carnium ex Arabia.

HIs Salomonis litteris obſequentiſſimum ſe præbuit Hiram, & ſingulari animi demiſſione reſpondit; qualem illa Hiram reſponſio pręſe fert, quam ſacræ litteræ habent. 3. Regum. 5. 8. Miſit Hiram ad Salomonem, dicens; audiui quæcumque mandaſti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam, in lignis cedrinis, & abiegnis.

E Porro litterarum exemplum Hirami ad Salomonem paucis mutatis idem legitur. 3. Regum. 5. 7. & 8. 9. & apud Euſebium loco citato, Ioſephum lib. 8. Antiq. cap. 2. Propterea ergo. 2. Paralip. 9. 22. 26. Sacræ litteræ commendant magnitudinem Salomonis ſuper omnes reges, quòd videlicet Magnus haberetur, ſalutaretur, coleretur ab alijs regibus, tum propter ſapientiam, tum propter diuitiarum & ſplendidiſſimi cultus præſtantiam: *Magnificatus eſt igitur rex Salomon ſuper omnes reges terræ, & præ diuitijs, & gloria.* Quod propriè in Hebræo & Græco legitur; præ diuitijs, & ſapientia; vt ſignificetur meritum illius honorificentiſſimi tituli,

Ioſephus. Euſebius. — *3. Reg. 10. 23.*

tituli,& dignitatis *Regis magni*, aut, *Regis regum*; A
ſtatimque ſubijciuntur munera Salomoni oblata a cæteris regibus, vt intelligi poſſit verè fuiſſe munera, id eſt, cum cauſa aliqua obſeruantiæ, & honoris illi delata, quo, vt ſuperius dicebamus, munus diſtinguitur à dono. quippe habenti dabat, & abundabat; & qui locuples erat, locupletabatur in dies; Quòd ſi non iiſdem verbis, at reipſa Seuerus Sulpicius lib. 1. ſacrarum Hiſtoriarum, in Salomone ſcribit: *Ita in admirationem ingenij, prudentiæque eius reges vicinarum gentium amicitiam ab eo fœduſque petiere, parati imperata facere.* Quo loco Sigonius nimiū anguſtè hoc Sulpicij teſtimonium contrahit ad ſolum Hiram regem Tyri, cum in vniuerſum de Regibus vicinarum gentium Sulpicius loquatur. B

Sulpicius.

Sapientiæ nomine alij reges ſubiecti Salomoni.

Sigonius.

CAPVT II.

Eius cum filia Pharaonis fauſtiſſimæ nuptiæ.

Ad locum 3. Reg. 3. 1. Affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi Aegypti: accepit namque filiam eius, & adduxit eam in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans, &c.

1 *Nuptiæ Salomonis fauſtiſſimæ. Pharao potentiſſimus. Is an vltimus Pharaonum. Quid illius nomen.*
2 *Argumentum Canticorum ludens cum nuptiis Salomonis.*
3 *Hebræorum cum Aegyptiis teſtatæ inimicitiæ, Salomonis tempore pacificatæ.*
4 *Fœminæ olim indotatæ. Triplex nuptiarū genus. Abiſag vera Dauidis vxor conſuetudinaria. Illuſtratus locus Regum.*
5 *Nuptiæ per confarreationem, & per coemptionē. Illuſtrati Moyſes, & Oſeas. Fœminæ ementes ſponſos.*
6 *Viri ementes ſponſas. Illuſtratus Moyſes, & Samuel. Dos vnde dicta. Sponſæ a parentibus domo emiſſæ. Illuſtratus Moyſes.*
7 *Capita hoſtium dotis nomine, oblata ſocero. Saul exigens præputia. Acquirere ſponſam, apud Paulum Alpheſibææ, quæ? Illuſtrati Samuel, & Paulus.*

1 INter prima Salomonis fœlicitatis & magnificentiæ primordia, quę deinde incredibilibus acceſſionibus cumulata fuerunt, non immeritò Nuptię illæ cum filia Pharaonis referendæ, ſolemnibus ex Hebræorum inſtituto, ritibus celebratæ, plenę ſanè dignitatis, plenæ lætitiæ, atque concordiæ; dicam etiam, plenæ myſterio, vt quæ occaſionem ſacris vatibus præbuerint diuina canētibus myſteria celebrandi. Sed rem ex more & ordine peculiaribus obſeruationibus exponendam aggrediemur, ſi prius tamen in hoc capite quædam commonia de ipſis nuptijs, deque ſponſa, & Pharaone ſocero indicauerimus.

Nuptię Salomonis fauſtiſſimæ

I. *Sponſæ Parentes.*

PRimò quidem, de Reginæ nomine, ętate, matre, pręterquam de Pharaone parente, omnino tacetur in Sacra hiſtoria: ſed is ſanè potentiſſimus eo ſæculo inter Orietales, & antiquitatis prærogatiua nobiliſſimus Rex; regni videlicet vbertate & copia rerum omnium ad vitam neceſſariarum, & ad vitæ delicias affluentiſſimi; quod ad pacem: equorum verò & curruum, quod ad bellum, nobiliſſimorum florentiſſimi: quod verò ad animi mores & ingenium, non minus ſapientiæ quàm antiquitatis laudum ſupra gentes omnes Arcades & Phryges arrogantiſſimi. De quo videndi Herodotus & Suidas in Pſammeticho. Ioſephus lib. 1. contra Appionem. Ergo non dubium, quin Salomon regis opulentiſſimi filiam digno ſibi matrimonio copularit.

Ægypti rex potentiſſimus.

Pharao ſapientiæ, & antiquitatis arrogantiſſimus.

Hunc ipſum Pharaonem Salomonis ſocerū Ioſephus lib. 8. Antiq. cap. 2. vult fuiſſe Pharaonum vltimum, & in quo etiam conſtiterit Pharaonum appellatio: *Cum nimirum omnes Aegyptiorum reges* (loquit Ioſephus) *a Minæo illo, qui Memphim condidit, quique multis annis Abrahamum præceſſit, vſque ad Salomonis tempora per mille trecentos & amplius annos, Pharaones dicti ſint. a quodam rege nomine deſumpto; operæ pretium exiſtimo eorum ignorantiæ mederi & manifeſtam huius appellationis cauſam reddere: Pharao regem Aegyptijs ſonat. Opinor autem ipſos a pueritia nominibus alijs diſcretos, quàm primum* C *reges creati fuerint, poteſtatis eius nomen patria lingua vernaculum aſſumere. Nam & Alexandrini reges alijs prius nominibus vocati, poſt aſſumptum regnum vocati ſunt Ptolomæi, a primo eius vrbis rege. et Romanorū Imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæſares appellantur, principatus. & honoris vocabulo, poſthabito illo priore, quod a parentibus hereditarium in eos dimanauit; & hinc eſt, ni fallor, quod Herodotus Halicarnaſſeus cum 330. Reges poſt Minæum Memphis conditorem deinceps ſucceſſiſſe dixerat nomina eorum non recenſuit, quia Pharaones vocati ſint omnes.* Sed ſuperius hanc de vltimo Pharaone Ioſephi ſententiam refellimus, & præterea illam communis appellationis nominis Pharaonis interpretationem non omnes admittunt, exiſtimantibus alijs nihil aliud ſonare, quàm liberum quaſi Rex ſolus eſſet liber, cæteri ſeruirent, abſque vllis immunitatibus. Atque ex nomine Pharaonis parua quadam immutatione deductum eſſe illud alterum nobilitatis inſigne Germanicum Baronis. Vtcumque res ſit, vigebat adhuc regnum Aegyptium; quod tamen Ieremiæ tempore iam defecerat triumphatum a Kaldæis; poſtea nunquam reſtorruit, in prouinciam redactum a Cambyſe, Xerxe, Dario, Alexandro vſque ad Ptolomæos. D

Ioſephus.

Salomonis ſocer an vltimus Pharaonum?

Pharao quid ſignificet.

Reiner. 3. Monarch. de regno Macedon.

Baro nobilitatis nomen.

Ægyptus in prouinciā redacta.

E

II. *Nuptiæ rerum diuinarum figura.*

1 POrrò totum harum nuptiarum negotium non fuiſſe indignum, quod libro ſacratiſſimo Cantici Canticorum indicaretur, virorum Catholicorum ſententia eſt. Quamquam neque Hebræi, neque hæretici audiendi ſint, dicentes in Cantico nihil aliud cani, quàm Salomonis & filiæ Pharaonis mutuos amores; tamen aſſerere in Canticis deſcribi nuptias Chriſti Ieſu & Eccleſiæ cum alluſione quadem ad nuptias Salomonis cum filia Pharaonis; ſiue occaſione ex ſuis nuptijs ſumpta, Salomonem ad diuiniora myſteria aſſurgere, nihil aſſerit ſacrarum literarum munditie, & maieſtate indignum.

Cantici argumentum & materia quæ.

Chriſti & Eccleſię nuptiæ cū alluſione ad nuptias Salomonis.

Ianſenius.

A gnum. Quam rem eleganter elucidauit Ianſenius in Argum. Pſal. 44. cuius Pſalmi, tum etiam Canticorum argumentum, ita vult eſſe verum Salomonem Meſſiam, vt tamen reſpiciatur ad Salomonē, & filiam Pharaonis, qui Chriſtum & Eccleſiā præfigurarunt. Rem eandē operoſius & fuſius ſcripſit vir doctus Sotomaior Præfatio. in ſua Cantica.

Sotomaior.

Quanquam, & res & ſentiendi ratio longè antiquior; cum Honorius litteralem Canticorum ſenſum eſſe aſſerat de filia Pharaonis. litteralem profectò ſenſum non credo intellexit primò ab Spirito Sancto intentum, ſed illum, quem Grammatica ipſa oratio ſupponit, & ad quē primus ipſe ab Spiritu ſancto ſenſus intentus, tanquam ad rem quandam, ſiue notiorem, ſiue vulgatiorem cum arguta alluſione reſpicit. Rem Poeta doctus, & B elegans Monçeius preſsè expreſſit in ſua Salomonicæ hiſtoriæ delibatione.

Honorius.

Monceius.

Ipſe ſuos quamuis Salomon, ſi verba moreris,
Et celebrare ſua videatur coniugis ignes;
Nil Salomonis in hoc nudum niſi nomen, & vmbra,
Carmine; nil Phariæ niſi nomē & vmbra puellæ.
Vox hominem ſonat ipſa, meros ſonat omnis amores,
Affectuſque hominum, contextus. at almus in illis
Nucleus, & caeleſte latet ſub cortice Germen.

III. *Salomonis cum Aegyptia fœmina coniugium liberum.*

3 Ex nuptijs Salomonis arcana pax

NEque item arcano myſterio caret, quòd lætiſſimæ atque fauſtiſſimæ nuptiæ non aliæ ſcribātur quàm cum Aegyptia fœmina: cum qua genre, neque commercium iniri, neque amplius per eandem viam reuerti ſuum populū voluerit Deus Deut. 17. 16. quaſi ſupremus Deus, fouiſſe videatur teſtatas illas atque antiquas Hebraicæ gētis cum Aegyptia inimicitias. In altero enim populo vigebat memoria duriſſimæ ſeruitutis, & incredibiliū iniuriarum; in altero verò nunquam obliterabatur memoria plagarum incredibilium, & extremæ illius cladis acceptæ in mari Rubro. Igitur Pro- D phetæ perpetuò inſectantur Aegyptios, & Aegyptiam impietatem, vt ab illorum conſuetudine, & familiaritate Dei populum auertant: deinde, poſt Salomonem acerba, & infinita bella inter vtrumque regnum exarſere. Ergo Salomonis tempore medius ille maceriæ, & inueterati odij paries diſſolotus eſt, fauſtiſſimo Aegyptiæ cum Salomone matrimonio, quod proculdubio totum ad verum Salomonē referebatur, qui futurus eſſet Pax noſtra, & facturus vtraque vnum.

Hebræorū cum Ægyptijs inueteratæ inimicitiæ.

Salomonis tēpore Hebræorū, & Ægyptiorū inimicitiæ conſopitæ.

An autem is Pharao Salomonis ſocer fuerit Dauidi parenti amicitiæ aliquo fœdere iunctus; an etiam Dauid moribundus in mandatis reliquerit Salomoni vt Aegyptiam duceret; an etiam licuerit homini Hebræo alienigenam ducere, inferius a nobis explicabitur, vbi Salomonis peccata producemus.

Gene. 3. 14

Pharao Dauidis inimicus.

IV. *Dos ſponſalitia.*

4 Olim ſponſæ indotatæ a parentibus.

QVoniam verò ante Nuptiarum diem inter ſponſalia numerari poteſt dos, quæ nuptiarum cauſa datur: dicendum an aliquid dotis in his Salomonis nuptijs interceſſerit. Et quidem dotis expreſſa mentio 3. Reg. 9. 16. *Pharao cepit Gazer, ſuccenditq; eam igni, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis.* Sed quidem apud Hebræam gentem, tum ante Salomonem, tum poſt illum, inuenio fœminas indotatas duci ab ſpōſis; indotatas inquam a ſuis parentibus: nam aliquid dotis & ſponſaliorum nomine ab ipſis viris accipiebant. Quare oportuit de illius ſæculi, & gentis more filiam Pharaonis ductam fuiſſe ſine patrimonio, & potius aliquo pretioſiſſimorum donorum pretio, dotis nomine, emptam fuiſſe a Salomone in ſuam ſponſam.

Pro cuius explicatione tam ex profanis, quàm ex ſacris recolendum, tria fuiſſe Nuptiarum genera, tresve formas contrahendorum matrimoniorum, & vxorum quærendarum; ſcilicet per Coemptionem; per Cōfarreationem; per Vſum. de quo videndus Barnabas Briſſonius lib. ſingulari de Ritu nuptiarum. Antonius Gubertus Coſtanus de eodem Actu, Tiraquel. de legibus Connub. L. 4. Deſiderius Heraldus ad lib. 4. Arnobij, Lipſius ad lib. 4. Taciti. Rhodig. lib. 28. cap. 17. Alexandr. ab Alexandro lib. 2. c. 5. Sigonius, de antiquo iure ciuiū Roman. lib. 1. c. 9. Pontanus noſter. 1. Georg. qui ex Arnobio eo loco Boet. ad Topica Ciceronis: Dionyſio Halicar. lib. 1. huncantiquitatis morem demonſtrant.

Tria genera nuptiarum.

Briſſonius.

Tiraquel.

Heraldus,

Lipſius.

Rhodig.

Pontanus.

Et, vt a facilioribus incipiamus, illæ dicebātur vxores Vſu quæſitæ, quas viri in domibus ſuis integro anno tanquam vxores obſeruabant; ſic enim inſtar rerum mobilium ex præſcripto legum duodecim Tabularum, ipſo vſu & conſuetudine mancipatæ intelligebantur. Sed adiecta erat exceptio; C niſi trinoctium abfuiſſent, vt patet ex Gellio libr. 2. c. 3. & Macrob. lib. 1. Saturn. c. 3.

Gellius.

Macrobius

Huius non inuenio aliud exemplum in Sacris, quàm quod 3. Regum. 1. 2. dicitur; Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginē, & ſtet coram eo, & foueat eum, vbi verbum fouendi, Sachan ſignificat vſum & conſuetudinem miniſtrandi, & aſſiſtendi alicui. Quare alij ex Hebræo legūt ſit regi conſuetudinaria, ſiue, vſualis, i. ſit illi vſui cohabitandi: cum enim rex illam nunquā cognouerit, vſu tantum, & conſuetudine illius vxor habebatur, ac verè erat, vt docent Hieronymus Epiſtola. 2. ad Nepot. appellans vxorem & virginem. Theodoret. 3. Regum. q. 7. & ibi Procopius. Nicolaus, Dionyſius, & alij. Quanquam Abulenſis aſſerat non fuiſſe acceptam in vxorem, 3. Regum. cap. 2. q. 25.

Abiſag Dauidis vxor.

Sachan.

סכן

Forſterus.

Merserus.

Theodoret.

Abulenſis.

5

Confarreatione verò nuptiæ contrahebantur, cum certis verbis & teſtibus præſentibus, & ſolemni ſacrificio facto, in quo panis farreus adhibebatur, conueniebant in manum, vt Vlpian. ait, quod a Romulo inſtitutum fuiſſe ſcribit Dionyſ. nam farreatio illa ſignificabat vitæ cōmunionem; quare diffarreatio apud Feſtum eſt diſſolutio matrimonij confarreatione contracti. de quo vide Vlpianum titulo 9. Inſtit. Plinium lib. 18. c. 3. Tacitum lib. 3. & 4.

Dionyſius.

Vlpianus.

Plinius.

Tacitus.

Huius videtur exemplum id Oſeæ 3. 2. cum iuſſos Propheta accipere vxorem, ait: Fodi (comparaui, emi, duxi, aut ſeruitio meo, & vſui mancipaui) E eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. Vbi vides farreationem, id eſt, far adhibitum. Neque video cur Montan. hoc loco dixerit non ductam fuiſſe hanc mulierem legitima dote & actione.

Fodere.

Montanus.

Coemptione verò, cum aliquo pretio dotis nomine ſoluto, matres familias, vt vxores præcipuæ coemebantur. Quem morem notarunt plerique cum Seruio ad illud. 1. Georg.

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Seruius.

Sed cum is locus potius efficiat mulieres pretio ſoluto dotis nomine viros ſibi emere; atque idem

pro-

A probet, quod ait Vlpianus, eam fuiſſe coemptionis rationem, vt nubentes mulieres tres ad virum aſſes ferre ſolerent, atque vnum quidem, quem in manu gerebant, tamquam emendi cauſa, marito dare: alium, quem in pede habebant, in foto Larium familiarium ponere: tertium in ſacciperio, cum condidiſſent, compito vicinali ſolebant reſignare: ſed illud minus clarè uſtenditur, ſponſas emptas a viris. Quamquam nonuihil attingat Seruius ad illud 4. Aeneidos.

Seruius.

--Liceat Phrygio ſeruire marito,
Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextræ.

Nam ſi Dido ſeruitura erat marito, profectò iam illius dominio mancipata per emptionem cenſebatur. Sed teſtimonia nos proferamus paulo clariora, tum etiam per ſe ſe illuſtria ex Scripturis, & B Patribus exempla. Mutuam coemptionem agnouit Nazianzenus in carmine Virginit.

Nazianzenus. Mutua cōiugū coemptio.

Venalis eſt vxori maritus, & (quod hoc eſt deterius)
Sæpenumero neque bonus. Et venalis vxor marito,
Sæpe & odioſa, fabricatum malum, neque reiectabile.

Chryſoſt. Quam coemptionem videtur Chryſoſt. hom. 74. io Matth. permutationem appellaſſe, quãuis ſubobſcurius, *Quis* (inquit) *vxorem ducturus, quomodo puella educata ſit inueſtigat? Nullus omnino, ſed pecunia ſtatim poſſeſſionū magnitudo & ſupellectilium quæritur. Hæc quaſi quidquā empturus eſſet, vel permutationem quandam facturus diligentius perſcruta*- C *tur, ac ideo ſynallagma, Græcè; Latinè permutationem nuptias appellant.*

Spōſi emētes vxores. Sed illa clariora. Primum, quòd Iacob laboris pretio perſoluto vxores duas emit, vt ipſæmet teſtantur, Geneſ. 31. 14. *Numquid habemus reſiduum quidquam in facultatibus, & hæreditate domus patris noſtri? Nonne, quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium noſtrum?* Qua fere dicendi formula Sophocles inducit mulierem loquentem:

Apud Sto. ſerm. 66.

Vbi ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atque diuendimur.
Procul a Dijs patrijs, & parentibus,
Alia quidem peregrinis viris alia barbaris.

Muneradotis nomine D Dotis itē nomen habere potuit, quod ſeruus Abraham decem onuſtis camelis detulit in Meſopotamiam, quæſiturus ſponſam filio domini ſui Abraham, Geneſ. 24. vbi verſ. 52. dicitur: *Prolatis vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratribus quoque eius, & matri dona obtulit.* Dauidis quoque ſeculo idem mos: nam cū 1. Reg. 18. 20. Dauid vellet ducere Michol vxorem, dixit Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie (exigebat enim iam dotem filiæ ſuæ) Et ait Dauid: Ego ſum vir pauper & tenuis (quaſi diceret, ſe non eſſe emendo tantam tamque nobilem ſponſam) Dixit autem Saul: Non habet rex ſponſalia neceſſe (Tigur. Rex non delectatur donatione propter nuptias. Varablus. Non beneplacitum E eſt regi in dote, quo etiam modo legunt Pagnin. Regia) Eſt autem propriè Mahar, dotare ſpōſam & idem verbum ſignificat feſtinare, vel accelerare, quòd dos citò detur deſponſatis, & nuptis, non quidem a quocumque, vt acutè Marinus obſeruat ſed ab ipſo viro, qui nihil cunctatur, ſed dona; & dotem accelerat propter deſideriū ſponſę potiundæ; ſicut Gen. 34. 12. per eandem vocem dictum eſt a Sichem, ſuas illas intempeſtiuas, & infauſtas nuptias accelerante: Quæcūque ſtatueritis dabo; augere dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quod petieritis: tantum date mihi puellam

מהר Dos quare habeat nomen ab accelerando.

A hanc vxorem. Vbi vides vtriuſque rei exemplum; videlicet dotis oblatæ a viro, & præterea accelerationis in offerenda & ſoluenda dote. Vide etiam Exod. 22. 16. nam quod parentes dant filiab. loco dotis, vel muneris, cum eas domo emittūt ad ſuos viros, aiūt appellari *ſilubbim* à verbo *Salahh*, quod eſt, mittere. Quare Exod. 18. 2. quod dicitur de Iethro, tuliſſe Sephoram filiam ſuam, vxorem Moyſi, quam remiſerat; Vatablus, ex Hebræo, potius vertendum vult, non poſt dimiſſionem; ſed, poſt dona eius. quaſi diceret, quam pater cumulauerat donis & muneribus, & ſimiliter Iudic. 12. 9. dicitur Iephte emiſiſſe triginta filias foras: quod propriè legit Tigurina, elocaſſe: alij, bene dotatas ſuis maritis tradidiſſe, ac tunc traditis donatijs ad ſuos B viros remiſiſſe.

שלוחים Dimittere aut emittere filias, id eſt, dotare.

Vides igitur, quòd in vſu, & more illius gentis erat, vt vir dotaret ſponſam, atque ſocero dotem afferret; Saulem verò dotem ita remiſiſſe Dauidi; vt aliquid tandem dotis nomine ab illo exigeret: Non habet (inquit) rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſthinorū: quæ ſanè dotis poſtulatio neque inaudita, neque nō valde honorifica fuit; & fortè, quod aliquando in vſu fuerat, vt hoſtium capita quaſi dotis nomine ad regem ſocerum deferrētur a genero, nunc in pręputia conuerterit Saul, tum vt certior fieret de pręda Philiſthinorum, qui non poterant ſolis capitibus ab Hebræis diſcerni: ſi vt Saul inuidiā, & odium aduerſus Dauidem callidius diſſimularet. Quare C ex re conſueta præputia in capita conuertit Ioſephus lib. 6. Antiq. c. 11. his verbis in rem noſtrā opportunis: *Dicite* (inquit Saul) *nihil me morari pecunias, aut dona quæ ſponſæ offerat: hoc enim magis fuerit filiam vendere, quàm elocare, ſed cupere generum fortitudine præcellentem, poſcere autem pro nuptijs filiæ non aurum, aut argentum, quod è paternis ædibus afferat ſed cladem Palæſtinorum, & ſexcenta eius gentis virorum capita. nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filiæ fuerit honorificum, non vulgaria dona iſta accipere.* Cum quo facit quod Strabo lib. 15. de Carmanis ſcribit; Nemo vxorē ducit niſi prius hoſtis caput amputatum ad regem pertulerit: atque ille præclarus eſt, cui multa capita ſunt allata. Eundem morem indicat illa parabola Na- D than, qua regi Dauid adulteriū raptæ vxoris Vriæ proponit 2. Regum 12. 3. Pauper habebat ouem paruulam, quam emerat, & nutrierat. nā hæc omnia nuptialia ſunt & vxoria, vt aliquando meminime expoſuiſſe. Tandem eadem loquendi formula videtur dici Chriſtus dominus acquiſiuiſſe (emiſſe) Eccleſiam (ſponſam) ſanguine ſuo, Act. 20. 28. & dilexiſſe Eccleſiam, & ſeipſum tradidiſſe pro ea, Epheſ. 5. 25.

7 Capita hoſtium dotis nomine allata ad ſocerum. 1. Reg. 18. 25.

Cur Saul exegit præputia.

Ioſephus.

Strabo. Viri ante nuptias hoſtis caput afferentes.

Acquirere ſponſam.

Ergo cum prioribus & poſterioribus Salomone ſæculis mos eſſet ſponſorum & procorum dotandi ſponſas, non tam videtur Salomon dotem accepiſſe a Pharaone, quàm illi dediſſe, pręſertim cum ipſe Salomon ſæpius hunc eundem morem indi- E cet, cum de ſuis cum Sapientia noptijs agit: quam non poſſit oblata dote, licèt maxima, ſatis demereri, Sap. 7. Cant. 8. 7. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione (pro dilecta ſponſa) quaſi nihil deſpiciet eā. Quare apud profanos, virgines pulcherrimas vocabant Alpheſibæas, i. bene dotatas, eo quòd reperirent procos, qui ipſis dotis nomine boues darent, ante inuētos nummos, vt eleganter obſeruat Muretus ad lib. 1. Propertij Eleg. 15. & teſtatur illum antiquum morem, quo vxores a viris dotem accipiebant: non vt nunc, viri ab vxoribus.

Sponſæ Alpheſibææ.

Muretus.

Ergo, vt ad noſtrum locum ex 3. Regum redeamus,

A mos, certè non fuit dos præcipua filiæ Pharaonis ciuitas illa Gazer; ſed potius munus quoddam, quod poterat quoque habere ſuam dotis rationẽ; eſt enim ab illo verbo Salahh, quod ſuperius dicebamus, ita vt legi poſſit, Dedit eam miſſiones filiæ ſuæ, id eſt, pro muneribus miſſis, atque etiam Complutenſes dicunt legi poſſe loco Siluhhim, donationes vel dotes.

Complutenſes.

CAPVT III.

Tempus & aliæ nuptiales cerimoniæ, tum Salomonis regis, tum ſponſæ Pharaonidæ.

B *Ad locum Cantic. 3. 11. Egredimini, & videte filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius.*

1 *Vernum tempus nuptijs gratiſſimum. Ianuarius apud Romanos cur.*
2 *Prima noctis hora nuptijs. Illuſtratus Matthæus.*
3 *Nocturnæ lampades, & perpetuitatis & fœcunditatis ſymbolum. Aqua & ignis prælata nuptis. Lucerna quid in ſacro ſermone?*
4 *Sponſa curru adducta ad Salomonem obuiam procedens ſponſo ex priſco more. Sapientia ſponſa. Illuſtrati Dauid, Matthæus, Eccleſiaſticus.*
5 *Coronandi ſponſi plures cerimoniæ. Sertum floridum ex quibus herbis. Caſtitatis corona & certamen. Illuſtrata Cantica, & liber Sapientiæ.*
6 *Corona collaris ſponſi. Sponſa item coronata, & colligens flores ſponſo. Coronæ floridæ appenſæ foribus. Florida ſupplicatio pro nuptijs.*
7 *Mater ſponſi, pronuba, Nutrix coronans ſponſum.*
8 *Quot virgines ſponſæ comites. Cur decẽ apud Matthæum preferentes lampades.*
9 *Priſcus mos introducendi ſponſam in lectum maternum. An etiam ſponſa introduceret ad ſe ſponſum. Illuſtrati Moyſes & Cantica.*
10 *Nuptę, velatę; virgines, aperto capite. Nuptę vnde dictę. Priſci moris cauſa. Velamen cuius rei ſymbolum. Meretrices velatę. Sapius illuſtrati, Moyſes, Cantica, Paulus.*
11 *Munera nuptialia. Pater ſponſę perferens munera.*
12 *Nuptiale conuiuium cum teſtimonio. Hebdomada conuiuialis. Duplex item hebdomada.*
13 *Placenta nuptialis. Seſamum quid. Muſtacea. Libum mellitum & oleatum Mel, lac, vinum nuptialia. Scortatoris periphraſis. Illuſtrati Cantica & Ieſus Siracides.*

E NVptię apud Hebræos peculiaribus ritibus atque lætitia fuerunt pleniſſimæ, quæ omnia non ſolum in regalibus Salomonis nuptijs ſeruata, ſed amplificata fuiſſe oportet, &, vt verè in Scripturis ſingillatim, & propriè indicantur, ita a nobis gradatim exponenda, & illuſtranda.

A **I. *Verno tempore Salomonis Nuptiæ.***

NOn dubium, quin captatum opportuniſſimum ſuis nuptijs celebrandis tempus a ſapientiſſimo Salomone fuerit; idque videtur vernum fuiſſe, cum nouas cum terra nuptias lætiſſimo acceſſu videtur Sol celebrare, vt ex illa, tanquam ex communi & fœcundiſſima parente, mille plantarum & animantium genera generet. Vernum autem tempus ipſe Salomon indicare videtur Cant. 2. 11. cum ſponſam illis verbis inuitat. Propera amica mea, columba mea, & veni. Iam B hyems tranſijt, imber abijt & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra. Vineæ florentes dederunt odorem.

Verũ tempus aptum nuptijs.

Et quidem etiam apud alias gentes tẽporis & menſis opportunitas obſeruata fuit. Nam Athenienſibus Gamelion menſis, quem dicunt eſſe noſtrum Ianuariũ, videtur dictus a ſtatis nuptialium dierum feſtiuitatibus, & è contrario menſem Maium nefaſtum Romani, & inauſpicatum nuptijs habebant, vt ſcribit Ouidius in Faſtis:

Alij apud alios mẽſes dicati nuptijs. Gamelion mẽſis quis.

Nec viduę tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit non diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa, ſi te prouerbia tangunt,
Menſe malas Maio nubere vulgus ait.

C Fortè quod cum anno vellent illud initiari, quod perpetuum eſſe volebant: ſicut & ipſe Ouidius de Ianuarijs Kalendis dixerat, quibus rerum toto anno gerendarum primordia auſpicabantur.

Poſtea mirabatur, quòd non ſine litibus eſſet
Prima dies: cauſam percipe, Ianus ait:
Tempora commiſi naſcentia rebus agendis,
Totus ab auſpicione foret annus iners.

Ouidius 3. Faſt.

Sed illa verni temporis obſeruatio & cum natura, & cum ratione magis coniuncta:

Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi,
Fertilis occultas inuenit herba vias.

Verũ tempus fœcundum.

Denique.

It Ver, it Venus, & Veneris prænuntius antè
Pennatus graditur Zephyrus.

Lucan. l 5.

D **II. *Nuptiale tempus nocturnum.***

SAnè quidem ex Parabola decem virginum, Matthæi 25. diſcimus, nuptias noctu celebrari ſolitas. Sed non quidẽ media nocte, ſed prima, aut ſecunda noctis hora, vt Valerianus verbo Faſces, & Nuptiæ ait. Ergo quod dicitur Media nocte clamorem factum eſſe, ecce ſponſus venit; vtique fuit moram faciente ſponſo. Quare errauit ille, qui in nuptiali nocte horam nonam ad accumbendum menſæ, duodecimam ad ſurgendum præfinit, vt ex ſuomet Poeta reuincitur: Sub veſperũ itaque, & ſole deficiente, atque ſtellis iam micantibus, quod & apud profanos, vt ille alius in carmine Nuptiali,

2 Nuptię prima noctis hora. Matth 25. 6. Pierius Achilles Statius.

E *Veſper adeſt, iuuenes conſurgite: Veſper Olympo*
Expectata diu vix tandem lumina tollit;
Surgere iam tempus, iam pingues linquere mẽſas.
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.

Catul. 63.

Cur autem noctu, non luce, coniugia fierent, multas Plutarchus cauſas ex ratione, & moribus petitas reddit in Problem. Seruius in Bucol. Feſtus; In prima aut ſecunda hora dicata ſponſalibus hominis cauſa, vt optima ac fœcundiſſima euenirent.

Plutarch. Seruius. Feſtus.

In his verò Salomonis nuptijs non deeſt noctis nuptialis mentio; nam cum egreſſa domo ſponſa, duceretur ex more in ſponſi domum, certè Cãt. 5.

inue-

inuenimus ſponſam domo egreſſam per noctem, A quærere, fieri obuiam ſponſo; inuentum deinde ſimul cum ſponſa introire in thalamum Genitricis, id eſt, in ipſum Salomonis lectulum, vt ex ieto cap. 3. Cantic. quod proculdubio nuptiale eſt, & nuptialibus ceremonijs reſpectum, colligi poteſt.

III. *Nocturnæ lampades.*

3 Lumina adhibita in nuptijs.

NEque verò in tam læta nocte deſiderabũtur faces, & lumina; cum neque deſiderẽtur virgines ſponſæ comites, quæ tædas nuptiales præferant, Pſal. 44. 15. Virgines poſt eam in lætitia & exultatione: Cur adhiberẽtur lumina, quippe non ſolum vt noctis tenebras illuminarent, ſignificare B viſus eſt Salomon in ipſis ſuarum nuptiarum lampadibus. Cant. 8. 6. *Lampades eius* (dilectionis) *lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illã*, nimirum ſignificabant tædæ illæ nuptiales, & accenſæ lampades mutuam coniugum charitatem, quæ nullam aquarum aut difficultatum vim timeret, imo potius, quę etiam difficultatibus & moleſtijs reſtantibus in dies creſceret, & accenderetur; tum etiam ad ſignificandam coniugij perpetuitatem: nam cum hæc deficit:

Cõiugum accẽſa charitas.

Perpetuitatis ſymbolum.

Eſt illic Lethæus amor, qui pectora ſanat.
Inque ſuas gelidam lampadas addit aquam.

Ouid. de Remed. Amoris.

Ignis fęcũditatis ſymbolum.

Lucerna quid.

Quid quòd ignis & lumen fęcunditatis quoddam ſymbolũ ſunt, vt poteſt colligi ex Plutarcho, Problemat. 1. & 2. Lactant. lib. 1. Budæo ad Legem penultimam ff. de Donationibus inter virum & vxorem. Et Lucernæ quidem nomine poſteritas, filijque dicuntur in Sacro ſermone 3. Reg. 11. 36. & c. 15. 4. & 4. Reg. 8. 19. Pſal. 131. 17. Niſi fortè illum nuptiarum ritum, qui poſtea apud profanos inualuit, etiam reſpiciat ſpõſa, quòd Ignis & aqua adhiberentur in limine nouæ nupię, & illa iuberetur attingere, quaſi bono etiam fęcunditatis homine, vt ex Varrone, & Feſto diſcimus, & ex infauſtis illis Arethuſæ nuptijs conquerentis,

Aqua, & ignis prælata nuptis.

Plutarch. *Lactãtius.*

Quæ mihi deducta fax omen prætulit, illa
Traxit ab euerſo lumina nigra rogo:
Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt, nupſi non comitante Deo. D

Prope. li. 4. Eleg. 3.

IV. *Sponſa curru ad ſponſum procedens.*

4 Sponſa Salomoni curru obuiam procedens.

QVia verò ſponſa ipſa ſua domo egreſſa, virginibus comitata, nuptiali apparato obuiam prodibat ſponſo; fieri potuit, vt curru triũphali veheretur filia Pharaonis Salomoni obuiam. Præterquam enim quòd Pauſanias teſtatur nuptiali curru apud Græcos ſponſam deferri in domum mariti; ipſe etiam Salomonem Cant. 1. 9. aſſimulat ſpõſam equitatui ſuo in curribus Pharaonis, quaſi diceret, perinde eſſe quod ſuo equitatu, & curru ad ſe accederet, ac ſi pro more patrio, curru & equitatu Ægyptiaco ad ſponſi domum deferretur. Neque dubiũ quin hæc equitatus & currus mentio amatoria & nuptialis ſit.

Ianſenius.

Porro Ianſenius, Matth. 25. in Parabola de Virginibus, exiſtimat, ſponſum ad ſponſę domum ſub nocte venire ſolitum, ſponſa domi ſedente, a Virginibus verò ſponſæ comitibus lãpades præferentibus excipi, & ad ſponſam deduci. Quare exiſtimat redundare illud ſponſæ, cum dicitur: Exierũt obuiam ſponſo & ſponſæ, cum neque in Gręco habeatur; ſed tantum ſponſo aduentanti obuiam virgines proceſſiſſe. At verò Abulenſis, vt & ſponſo, & ſponſæ obuiam factas virgines, tueri poſſit, ait,

Abulenſis.

A de more & ritu, tũ ſponſum, tum ſponſam ex proprijs domibus deduci ad alium locum pro nuptiarum celebritate paratum. Virgines ergo proceſſiſſe obuiam tum ſponſo, tum ſponſæ, in nuptialem locum pergentibus. Sed Salomonis nuptiæ, & ipſius ſponſæ deductio in Regiam ipſam Salomonis lucẽ huic rei faciunt: nam ducebatur quidẽ ſponſa foras, & non niſi in ſponſi domum. Quid enim, niſi hoc, illud eſt Cant. 4. 8. Veni de Libano ſponſa mea; veni de Libano; veni, coronaberis; quàm vt properet domo egredi ad nuptias, & coronã? vt illa etiam apud Sophoclem teſtabatur communem morem;

Catullus.

Vbi ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atque diuendimur
B *Procul a dijs patrijs, & parentibus.*

Plautus in Caſin.

Et illud:
Iam veniet virgo; iam dicetur Hymenæus.
Et clarè ex Plauto,
Age tibicen, dum illam educunt huc nuptum foras;
Suaui cantu concelebra omnem hanc plateolam Hymenæo.

Neque aliter Dauid ſocer ſponſæ videtur rẽ de more faciendam conſtituiſſe, cum illã iubet, obliuiſci domum patris ſui, & poſt ſponſam præcedentem adduci virgines, & proximas eius in tẽplum regis, quod alij legunt, in palatium regis. Hieronymus: Ingredientur in thalamũ regis, vt videas manifeſtò agi de ductione ſponſæ in domum ſponſi, C non aliò: quare ad domus ipſius nuptialis dominum, id eſt, ad ſponſum illæ ſunt voces; Domine, Domine, aperi nobis: at ille reſpondet, ſibi notas non eſſe, neque familiares, quibus debeat nuptialis cęna apparari, & patere domus. Ergo tum ſponſa, tum ſponſus domibus ſuis egreſſi ſibi inuicem obuiam procedebant, & tũc ducebatur ſponſa ab ſponſo in ſuam domum. Res clara ex. 1. Machab. 9. 37. *Renuntiatum eſt Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Kanaan cum ambitione magna, & ecce tumultus, & apparatus multus, & ſpõſus proceſſit, et amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & muſicis* D *& armis multis*. Quare & illud in eundem ritum dictum eſt a Sapiente: Qui continens eſt Iuſtitiæ, apprehendet illam (*ella vendra, y le dara la mano*, atque ſe facilem præbebit, vt cõuenire in manum facilè, & ſine magno labore poſſit) & obuiabit illi, quaſi mater honorificata (quaſi ſpõſa pręcipua, quæ erat Mater familias, in primo & ſummo apud familiares honore.) Non enim vult Sapientia tanquam ancilla & concubina in eius contubernio eſſe, qui illam non primo honore & loco habeat.

Pagninus. *Tigurina.* *Vatablus.* *Regia.*

Matth. 25.

Eccl. 15. 2

Sapiẽtia inſtar ſponſę obuiãs homini.

V. *Nuptiale Salomonis diadema.*

5 Treum ſpõſo coronãdi ritus.

SEd antequam domo exeant, tum ſponſum Salomonem, tum filiam Pharaonis decentiſſimis E ornamentis condecoremus. Ergo in ipſa nuptiarum nocte, & nuptiali die ſertum nuptiale geſtauit Salomon, quod apertè indicatur Cãt. 3. 12. *Egredimini, & videte filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Vbi tres ſolemnes ritus. Primus coronæ; Secundus, eius, quæ coronam imponebat: virguncularum cõcelebrantium lætitiam & laudes ſponſi corona redimiti.

De corona ſanè multus illius vſus in nuptijs, & in re amatoria. Iſaias apertè 61. 10. Quaſi ſpõſum decoratũ corona, meminit Tertull. de Corona militis: Coronant (inquit) nuptiæ ſponſos. Sed num-

quid

A quid id diadema,quod erat regni inſigne,proinde
aureum, & quod illi ſingulari diligentia & ſolici-
tudine mater regnum procurans,impoſuiſſe dica-
Sertũ floridũ ſponſi. Cyrillus. tur? Minimè,ſed nuptiale ſertum ex floribus. Sic
obſeruauit Cyrillus Alex.loco Iſaiæ indicato,pro-
pterea poſt mentionem Sponſi decorari corona,
ſubiectũ fuiſſe a propheta: ſicut terra profert ger-
men ſuum,& ſicut hortus germen ſuum germinat
ſic dominus Deus germinabit iuſtitiam. Chriſto
(inquit) affulgente gentibus,iuſtitia & exultatio-
ne veluti florida quædam herba coronat orbem.
Viſus autem Salomon ſponſę pulcherrimus,ac flo
Coronæ nuptiales ex myrrha. ribus redimitus,prædicari videtur Cãt.1.15. Ecce
tu pulcher es,dilecte mi, lectulus noſter floridus,
quod Septuaginta,Ecce es bonus fraternus meus;
B & quidem es ſpecioſus ad cubile noſtrum vmbro-
ſus,quod Aquila;Ad cubile noſtrũ viridis, ſiue flo
ridus.Atque ex myrrha potiſſimum, contexi ſole-
re nuptialẽ coronam, indicare poteſt id eiuſdem
ſponſæ 1.13. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mi
Plinius. hi.nam Plin.lib.21.c.9.ex folijs, & floribus odora
Coronę nuptiales ex quibus herbis. tis conficit coronas;ex caſia,croco, meliloto,& c.
3.ex nardo,& folijs vnguentis madidis,c.4.ex ro-
ſis lib.13.c.9.ex floribus ſpinæ,lib.15.c.29.ex myr
to,c.30.ex lauro,lib.16.c.34.ex hedera lib.17.cap.
44.ex olea,lib.28.c.2.ex ſpicis li.19.c.8.ex ruta,lib.
20.c.14.ex pulegio,lib.20.c.22.ex ſiſimbro odora
to,lib.21.c.8.ex amarantho,c.9. ex thymo, & co-
nyza,lib.21.c.25.ex heliocryſo,c.27. ex acinone,
C c.31.ex ſthrygno,lib.22.c.21.ex chamæmelo, lib.
24.c.10.ex chamæciſſo,lib.24.c.12. ex ſpina Ara-
Myrrhina corona. Athenæus. bica,& cap.19.ex philanthropo,lib.27.c.4.ex am-
broſia,lib.27.c.11.ex hippogloſſa.Sed ex myrrha,
& thure fieri Athenæus meminit lib.12. & lib.15.
fere per duodecim priora capita,tum præterea co
ronas ipſas inſpergi ſolitas vnguento myrrhino,
ſicut illa dixit nuptijs vale remittens:

Virg.3 Cir. *Non mihi iam pinguis ſudabunt tẽpora myrrha.*

Quare cum ſponſa genas ſponſi cumparat cũ areo
lis aromatum, videtur deſcribere flores ex illius
ſerto & temporibus pendentes odoratiſſimos; &
guttas etiam myrrhini vnguenti per faciẽ defluen
tes ex capite,cum ait: labia illius diſtillantia myr-
Cãt.5.13. rham primam,quem locum ſic legunt Septuagin-
D ta. Maxillæ eius ſicut phialæ aromatis germinãtes
vnguentaria: labia eius lilia diſtillantia myrrham
plenam,id eſt,implentes flores illi totam faciẽ vſ-
que ad labia: nam vnguentum in capite deſcendit
in barbam. Et ad hanc ſponſorum coronam allu-
Pſ.132.2. dens Sapiẽs Sap.4.2.de caſta generatione;In per-
petuum (non tantum vt ſponſi,paucorum dierum
nuptialium numero)coronata triumphat; (nam
Caſtitatis corona, & certamen. caſtitatis non ſolum nuptialis cum Deo,ſed athle-
tica ẽt debetur corona & triumphus) *incoinquina-
torum certaminum* (nã etiam athletæ abſtinebant a
Venere. Sunt autẽ etiam certamina non florida,
ſed deſloreſcentia, vbi eſt nudorum corporũ ſyn-
gymnaſia,*certamina coinquinata*) *præmium vincens.*

6 Corona collaris. An etiam nuptiali feſto geſtauit ſponſus coro-
E nam collarem? namque res non ſolum conuiuia-
lis,ſed etiam amatoria,nõ ſolum caput, ſed etiam
pectora coronare,eaq; vnguento perungere,quo-
Athenæus. niam ibi eſt cor,vt ſcribit Athenæus, lib.15.c.5. &
vocatas eſſe collares coronas,quibus colla vincie-
bant,idque confirmat Alcęi,& Anacreontis teſti-
monio.Rem hanc proculdubio, olent illa ſponſæ
verba Cant.1.1.Meliora ſunt vbera tua vino, fra-
gantia vnguentis optimis, & totũ ipſum ſponſum
qui ſit velut intertexta corolla ex myrrha & odo-
ratis floribus,optat ſibi, ſuoque collo & pectori;
Cãt.1.13. Inter vbera (inquit) mea commorabitur: a collo
enim deſcendit ad pectus,& vbera.

A Neque verò einſmodi ornamento carebat ſpon Sponſa coronata.
ſa tum apud profanos,inter quos Feſtus: Corolla
(inquit) diminutiuum eſt a corona; corollã noua Feſtus.
nupta de floribus, verbenis herbiſq; a ſe lectis ſub
amiculo ferebat:tũ verò & apud Hebræos,quam- Philo.
uis enim clara huius rei mentio non inueniatur in
ſacris,at Pſeudophilo de Antiquit. Biblicis,ſic in-
troducit filiam Iephte lugentem virginitatẽ ſuam Threnus filiæ Iephte.
cuius threnum integrum, quia nonnullas nuptia-
les cerimonias cõtinet,integrum tibi ſubijcio: [Et
hic threnus eius,in quo plangens plorauit ſe ante-
quam recederet,& dixit: Audite mõtes threnum
meũ,& intendite colles meas lacrymas oculorum
meorum, & teſtes eſtote petræ in planctu animæ
meæ: Ecce quomodo accuſor,ſed non in vanũ re-
B cipiatur anima mea, proficiſcantur verba mea in
cęlis, & ſcribantur lacrymæ meæ ante cõſpectum
firmamenti, vt pater non expugnet filiam,quã de
vouit ſacrificare, vt princeps illius vnigenitã au-
diat in ſacrificio commiſſam: Ego autem non ſum
ſaturata thalamo meo, nec repleta ſum coronis
nuptiarum mearũ: Non enim veſtita ſum in ſplen
dore ſedens in genua mea; nõ ſum vſa Moyſi odo
ris mei, nec floruit anima mea oleo vnctionis,
quod præparatum eſt mihi. O mater, in vanũ pe-
periſti vnigenitam tuam, quoniã factus eſt infer-
nus thalamus meus,& genua mea ſuper terram,&
confectio omnis olei,quod præparaſti mihi,effun
datur,& alba,quam neuit mater mea, tinea come
C dit eam,& corona, quam intexuit nutrix mea, in
tempora marceſcat,& ſtratoria, quę texuit in ge-
nua mea de hyacinthino, & purpura, vermis ea
corrumpet, & referentes de me virgines meæ in
gemitu per dies plangant me.

Ergo videtur ſanè Salomonis ſponſa ad coro-
nam ex floribus,myrrha, alijſque odoratis herbis
tunc vocata,cum audit ex ſpõſo;Veni de Libano, Cant.4.8.
veni coronaberis,quaſi diceret:Habeo ego iã col-
lectas herbas,& flores, ex quibus tibi texui corol-
lam; veni in hortum meum,meſſui myrrham cum
aromatibus meis. Quia verò,vt Feſtus dicebat,flo
res a ſe collectos ipſa noua nupta ſub amicula fe- Spõſa colligens flores
rebat;non mirum, quòd ad illam dixerit ſponſus;
Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris;
D myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguentis,&c. Cãt.4.11

Atque ardenter ipſa ſponſa nuptialem ſibi co-
ronam imponi expetit, cum ait Cant.2.5. Fulcite
me floribus,ſtipate me malis, quia amore lãgueo,
quod Septuaginta dixerunt:Cõfirmate me in vn-
guentis:nam flores irrorabantur vnguẽtis, & ſiue
ad flores,ſiue ad vnguentum myrrhinum,alludẽs
Origenes legit: Confirmate me in myrrhis.

Denique Hymenæus nuptiarum præſes, totus Hymenæus coronatus.
floridus eſt,& coronatus, vt ille ad nuptias Iuliæ,
& Manlij inuocabat:

Cingẽre tempora floribus Catul.62.
Suaue olentis amaraci.
Flammeum cape; lætus huc
Huc veni,niueo gerens
E *Luteum pede ſoccum.*

Et amatorium item erat flores ante fores appen- Coronę appenſæ foribus.
dere amicarum. Tibull.lib.Eleg.2.Ouid.1. de Re-
med.Propert.lib.1.Athenæus lib.15.c.2.atque Pla Tibullus. Athenæus. Plato.
to in Conuiuio orat.2. *Ariſtophanes amorem non
niſi inter flores habitare ſcribit.* Coloris (inquit) *decorẽ
aſſidua inter flores habitatio huius Dei ſignificat. In
eo ſiquidem quod floribus caret aut defloruit, ſiue cor-
pus,ſiue animus,ſeu quoduis aliud ſit, amor ipſe nõ in-
ſidet: vbicumque verò floridus, & odorifer eſt locus,
gratiſſimè conquieſcit.* Denique & qui pro fauſtis nu
ptijs Laribus ſupplicare ſolebant, nõ ſine floribus
ſupplicabant, vt Euclio in Plauti Aulularia facit:

Nunc

Plautus.

Nunc thuſculum emi, & haſce coronas floreas: A
Hæc imponentur in foco noſtro Lari,
Vt fortunatus facias natæ nuptias.

VI. *Mater ſponſi coronans ſponſum.*

7 Mater pro nutrice.

DE ſecūdo, id eſt, cuius eſſet munus, coronam ſponſo imponere, locus ipſe aperte docet, ad matrem ipſam Bethſabee pertinuiſſe, quāquā, & nomen poſſit ratione deflecti a proprietate matris, ad eam quæ ſit nutrix, ſeu ancilla fideliſſima; vtrumque enim nomen affine eſt, & deducitur a radice Aman, quod eſt, fidelem eſſe, quòd mater fideliſſimæ ſit erga ſobolem charitatis, & ancillæ, ſeu nutrices item a fidelitate commendari ſoleāt. Quare filia Iephte nutrici coronandi munus tribuit, loco illo Philonis nuper adducto. B Lucanus verò matronæ cuipiam, quæ pronuba eſſet. libr. 2. de Nuptijs Martiæ & Catonis:

Lucanus.

Turritaque premens frontem matrona corona,
Tranſlata vetuit contingere limina planta.

Itaque Bethſabee lætiſſima, ſibi coronādi vtrumque ſpōſum pronubę munus aſſumit potius quàm nutrici commendat.

VII. *Virgines comitantes ſponſam.*

8

DE tertio, id eſt, de Virginibus præferentibus lampades, & concelebrantibus nuptias, atq. ſponſam comitantibus, ea omnia accipiēda videntur, quæ de adoleſcentibus dicuntur in Canticis: C quale & illud videtur Heſiodi in Herculis ſcuto, vbi noua nupta plauſtro vecta videtur,

Heſiodus.

Ardentes latè ſpargebant lumina tædæ,
Quas manibus famulæ præſtabant.

Pſ 44. 15. Hæc nimirum virgines, & proximæ ſponſæ, quę in lætitia & exultatione adducuntur in templum, & palatium regis, ſicut etiam ſodales ſpōſi, qui illius latus in comitatu nuptiali claudebant. Indicantur autem plures & ſponſæ, & ſponſi fuiſſe comites, quàm pro numero: quia licèt quinque virgines videantur ex more & ritu poſtulari ad præferendas faces nuptiales, quod indicat parabola virginum, Matth. 25. namque ne eſſent nuptiæ imperfectæ, & triſtes, excluſis quinque fatuis, & illarum luminibus deſideratis, D decem virgines propoſitæ fuerunt, & quinque item facium numerum nuptijs celebrandis conuenientiſſimum Plutarchus ſcribit Proble. 2. cuius plurimas numeri rationes eo loco recenſet; tamen non fuit lætiſſimis Salomonis nuptijs numerus finitus, aut imminutus: quippe fuerunt inſolita lætitia & luminum facium que numero cumulatiſſimæ.

Quinque virgines cū lāpadibus.

Cur decem virgines apud Matthæum in parabola.

Plutarch.

VIII. *Introductio ſponſæ in domum ſponſi.*

9 Cant. 1. 4.

HOc videtur indicatum Cāt. 1. 4. cum ait ipſa ſponſa: Introduxit me rex in cellaria ſua: eſt enim illud verbum introducendi nuptiale & vxorium, ſicut ſcriptum eſt 2. Reg. 12. 27. Miſit Dauid, E & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei vxor. Sed boni quidem hominis gratia, & non vanæ ſpei ſuſcipiendæ prolis, ſolēbat introduci ab ſponſo ſpōſa in locum ipſum, & lectum genialem maternum, vbi de Iſaac ſcriptum eſt, Gen. 24. 67. Introduxit Rebeccam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxorem. Neque ſolū boni hominis gratia, ſed fortè etiam in ſignificationem fore vt eſſet ipſa ſponſa mater familias, ex qua ipſa liberorum ſucceſſionis & familiæ filum ducatur, neque in minori honore futura apud domeſticos, quàm ipſa ſponſi mater. Denique vt nuptæ nouæ

Introducere verbum nuptiale. Sponſæ introductę in lectum matris ſponſi.

A intelligerent ſe in eadem charitate, qua parentes, apud ſponſos futuras, vt notauit Nannius in 3. Cant. Quare ſponſa ipſa rem ſimilem, quo firmior ſit charitas, ſe facturā mutuò pollicetur: Introducam illam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, quaſi diceret, non ſolum ille me in loco ſuæ matris habebit & reponet; propter hoc enim relinquet homo patrem ſuum & matrē ſuam; ſed viciſſim ego illum habebo parentum loco, & propter illum relinquam parentes: atque introducam in locum matris meæ, & in cubiculum genitricis. Quod enim hoc loco Nannius & Sotomaior eliciunt, maritos a nuptis ſolere in locum matris demortuæ introduci, hominis ergo, incertum videtur, fortè etiam falſum, nam domo materna B egreſſę ſponſę ducebantur ab ſponſis, ſed vice potius verſa ſponſa introducebatur in conclaue ſocrus, vt ex illo loco Geneſis elicitur.

Nannius. Cant. 3. 4. Gen. 24. Nannius. Sotomaior.

IX. *Pallium velamenve Nuptiale ſponſæ Pharaonidæ.*

10 Sponſæ relatæ.

NOn ſatis fuerit Salomonem ac ſponſam coronaſſe nuptialibus ſertis, niſi etiam de ritu, & more ſolemni ſponſę caput, & oculos nuptiali flammeo obnubamus. Quod non ſemel indicauit ipſe Salomon Cant. 1. 8. cum ſponſa queritur ablatum ſibi pallium a cuſtodibus ciuitatis, & cū ſponſus commendat oculos ſpōſæ, abſque eo, quod intrinſecus latet, id eſt, quod latebant ſub velo capiti C & faciei inducto, quod verum indicatur Cant. 6. 6. *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ, abſq; occultis tuis.* Quod Symmach. dixit: Tectæ operimēto: quia nimirum occultabantur velamine, & Pſ. 44. Omnis gloria (pulchritudo) filiæ regis (Pharaonidæ ſponſę Salomonis) ab intus (quia velo caput, & facies obnubebantur) denique Cant. 4. 9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, in vno oculorum tuorum: quia alterum nimirum oculum conuelabānt, more Arabicarum fœminarum, alterum liberum relinquebant. Sed hęc iam vxoria, & nuptialia eſſe oſtendamus, & illuſtremus.

Cant. 4. 1.

Priſcę ſanè conſuetudinis fuit, vt virgines aperto capite incederent, nuptę verò, & pleraeque meretrices, atque etiam adulterę, non niſi operto capite & velata facie viſerentur: cuius rei argumentum eſt, quod Paulus 1. Corinth. 11. 15. dum de muliere ad virum comparata, & propter virum creata, loquitur, ait: comam mulieri pro velamine datam eſſe. Quem locū Tertulliani tempore quidam intelligebant de muliere nupta, nam virgines adhuc aperto capite incedere iubebant, ſeruato, vt illis videbatur, Apoſtoli pręcepto de velādo capite mulieris, videlicet non virginis. Tertullianus autem lib. de velandis virginibus, contendit Apoſtoli pręceptum in vniuerſum de omnibus fœminis intelligendum; ſed non negat tamen potiſſimum de nuptis accipiendum. Propterea enim *Nuptiæ* dictę ſunt, quod nubentes caput obnuberent, quā nominis etymologiam tum alij profani Scriptores, tum ipſe Tertullianus lib. de velandis virginibus, Ambroſius & alij libenter recipiunt. *Apud ethnicos etiam* (inquit Tertullianus) *etiam velatæ ad virum ducuntur*: & eandem fuiſſe apud Spartanos (Spartani, autem ab Abrahā genus ducebant 1. Machabęorum 12. 21.) conſuetudinem, vt virgo aperta facie, at nuptę velata prodirent, ſcribit Plutarchus in Laconicis. Tum etiam & *Arabiæ fœminæ*, vt inquit Tertullianus, *non caput, ſed faciē quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato contentæ ſint dimidiam potius frui lucem, quàm totam faciem proſtituere.* Atque idem Tertull. quòd ea conſuetudo

Arabicæ fœminæ vnū oculum velantes. Virgines aperto capite, cæteræ operto. Tertullia. Nuptiæ vnde dictæ. Ambroſ. Plutarch.

rudo ſacris exemplis & teſtimonij cõteſtata eſſet; dixiſſe videtur: *Chriſtus eſt qui alienas ſponſas, & maritatas velari iubet; vtique multo magis ſuas*, & eod. lib. de velandis Virginib. c. 12. eleganter verſat illud Rebeccæ Geneſ. 24. 65. cum Rebecca conſpecto Iſaac, non amplius ſe, vt virginem liberam ſed vt ſponſam, Tollens citò pallium operuit ſe. *Deſponſatæ* (inquit Tertullianus) *habent exemplũ Rebeccæ, quæ cum ad ſponſum ignotum ignota perduceretur, ſimul ipſum cognouit eſſe, & confeſſa quod ſenſerat, id eſt, ſpiritu nuptam, negauit virginẽ velata*. Quo eodẽ loco vtitur idem Tertull. lib. de Corona militis c. 4. cui etiam ſubnectit alteram ex Daniel. 13. 32. cum Suſanna velata proceſſit ad iudicium publicum, *at iniqui illi ſenes iuſſerunt, vt diſcooperiretur (erat enim cooperta.)* Verba autem Tertullian. hęc: *Apud Iudæos tam ſolemne eſt fœminis eorũ velamen capitis, vt inde naſcantur. Rebecca conſpecto procul ſponſo, velamen inuaſit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut cauſa ſua fecerit. Tegantur virgines ſolæ, & hoc nuptum venientes, nec antequam cognouerint ſponſos. Sic & Suſanna in iudicio reuelata, argumentum velata præſtat.*

Tertullia. Rebeccæ exemplũ. Suſanna velata. Tertullia.

Sed illud non minus illuſtre, tũ apud Hebræos tum apud Kananæos huius conſuetudinis, cum Abimelech Geneſ. 20. 16. *Sara dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris: mementoque te deprehenſam*: cum enim aperto capite Sara inceſſerit, potuit propter ſummã pulchritudinem omnibus conſpicuam, a rege Geraris amari in vxorem, & æſtimari tanquam virgo ſoluta viro quare vrbanè hortatur ne deinceps virginum more, & innuptarum, incedat; ſed cum nupta ſit, conuelet ſe ſe, & ne velaminis, aut pallioli defectum cauſetur, mille argenteos ad coemendum velum offert: monet etiam ingens eſſe diſcrimen, ne, ſi nuptarum inſignia non geſtet, alicui viro adulterij periculum, aut occaſio præbeatur. Quare velum fœminæ monebit aſpicientes, iam eſſe ſub viri poteſtate, quale illud,

Velamen Saræ.

Elige de vacuis, quam non ſibi vendicat alter:
Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.

Ovi. in ep. Acontij ad Cydippen.

Ergo in hunc ſenſum dixerit Abimelech; Señora, *tratados de aqui adelante como caſada, y velaos, que por falta de velo podreis otra vez peligrar, ò compreſe a ſu coſta*. Et in eandem rem, cum deſcribit Iſaias cap. 3. 23. Mundum muliebrem Ieroſolymitanarum fœminarum luxu, & delicijs diffluentium, recẽſet palliola, & linteamina, & ſindones, & theriſtra, quæ omnia videntur varia eſſe velaminum genera, quibus de more gentis, fœminę capita & facies conuelarent.

Varia velamina Hebræarũ fœminarum.

Habebat verò in ipſa natura atque ratione fundamentum atque rationem ea priſca conſuetudo. In natura quidem ex eo quod ait Apoſtolus. 1. Corinth. 11. quòd mulieri coma pro velamine data ſit: quare & ſuper illud naturale capillorum velamen, quod propterea promittebatur non ſolum ſuper collum ad vſque humeros; ſed etiam ſuper faciem, additum eſt illud alterum velamen arte confectum: de illo autem capillorum velamine loquitur Tertullianus lib. de velandis virginibus ad finem: Bonum eſt (inquit) vſque ad lumbos a capite veleris, ne & tibi iſta ceruicum libertas nõ proſit. Promiſſos autem a fronte ad oculos, & faciem capillos, indicat illud Cantic. 4. 1. Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet: capilli tui ſicut greges caprarum, quod ex Hebræo alij legunt: Intra velum, aut intra cincinnos. nam pulcherrimi & ſplendidiſſimi oculi inter capillos ſuperuolitantes promicabant, de quo eo Cantic. loco, & diximus aliquid pro loci opportunitate ad Iob. 31. verſ. 10.

Cauſa priſcæ ritus ex ipſa natura. Tertullia.

Sed velamen vtrumque, vt Paulus ait, ſicut iugum quoddam eſt, ita eſt ſignum ſubiectionis. *Velamen* (inquit Tertullianus) *fœminarum iugum eſt*. Quare Paulus ait: *ſi vir orans, aut prophetans, velet caput, aut comam nutriat, ignominia eſt illi*: quia nimirum oſtendit ſe effœminatum, & vxori ſubditũ; cuiuſmodi mulieroſi homines propterea dicebantur nubere ſuis vxoribus, quaſi ipſi velum acciperent, quò alluſit Epigrammatarius.

Velamẽ iugum fœminarum.

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Marti. l. 8. 12.

Quippe vt alius dixit:

Si quis pauper pecunioſam vxorem
Duxerit non vxorem ſed dominam habet.

Anaxãdrides apud Stobæum.

Vide Iſidorum lib. 2. de Offic. c. 15. & refertur. 30. q. 5. c. Fœminæ. Quare quod Paulus ait, mulierem debere habere velamen ſupra caput, propriè ex Græco legitur, debere habere poteſtatem.

Iſidorus. 1. Cor. 11. 10.

Eò etiam pertinet quòd illud ſit velamen pudoris, quod obſeruauit Ambroſ. libro de Abraham 1. cap. 9. *Cum veniret* (inquit) *Rebecca, vidit Iſaac deambulantem, cui duceretur vxor, & caput obnubere ſuum cœpit, docens verecundiam in nuptijs præire debere: inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia ſe puellæ obnuberent.*

Velamen pudoris. *Ambroſ.* Nuptiæ vnde dictæ.

Accedit tertio, quòd quæ non patent aliorum delectui, neque ab alijs diligi debent, non oportet, vt aliorum quàm ſuorum virorum conſpectui pateant, placeantve: quod ſcribitur a Plutarcho in Laconicis ex ſententia Cherilli, qui rogatus, cur virgines aperta facie; vxores autem velatæ in publicum prodirent. Quia virgines (inquit) maritos ſibi inuenire oportet, ſed vxores, quos habent, ſeruare. Atque eadem ratione Aſſyriorum, vt tradit Ælianus li. 4. de varia Hiſtor. mos fuit, puellas nubiles in forum ducere, ac viris in matrimonium vendere. Quò videtur alluſiſſe Tertullian. dicens, aperta virginum capita, eſſe nundinalitia. Atque Ioſephus lib. 11. Antiq. c. 9. ſancitum fuiſſe Perſarũ legibus, ne mulieres extraneis viris inſpiciendas ſe præberent. Quò pertinet quod Valerius lib. 6. c. 3. de Caio Sulpitio Gallo narrat, a quo dimiſſa vxor, quòd aperto capite foris verſatam reſciuiſſet. Lex (inquit) tibi meos tantum præfinit oculos, quibus & formam tuam approbes, & placere deſideres: vlterior tui conſpectus ſuperuacua irritatione acceſſitus in ſuſpicione & crimine hæreat neceſſe eſt. Quare idem mos ad Latinos permanauit, apud quos ſolemne fuit nuptarum flammeum, de quo dictum id:

Plutarch. *Ælianus.* *Tertullia.* *Ioſephus.* *Valerius.* Flammeũ nuptarum.

Flammea texuntur ſponſæ; iam virgo parata eſt:

Mart. lib. 11. 79.

Et illud de nuptijs Martiæ ſecundis cum Catone:

Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Luca. lib. 2.

Ergo ſponſa, quæ ab alio quàm ab ſponſo videri renuebat, pro ſuo pallio, & velo acerrimè pugnauit. Conqueritur enim vi ablatum pallium, & non niſi ſanguine & vulneribus auferri tandẽ potuiſſe. Cantic. 5. 7.

Inde iam, vt non tam dicamus quã indicemus, quæ ex virginibus ad meretricium quæſtum accedebant; caput etiam & faciem conuelabãt, quod teſtatur Thamar, quę depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrũ, quo operuerat vultum ſuũ, ne agnoſceretur, atque adeo Iudas ſuſpicatus eſt eſſe meretricẽ, Geneſ. 38. 14. 15. in quam rem quidam etiã accipiunt illud Cant. 1. 7. Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum, quod aliqui ex He-

Meretrices velatæ.

bræo vertunt;Ne videar palliolata meretrix, &c, vt A legunt Complutenſes: Ne ſim, ſicut inuoluta, vel cooperta, quam lectionem retinent Septuaginta. Et quidem eadem vox originalis Ghata, ſignificat operire, aut vagari. Quare eadem meretrix eſt operta & vaga, vt deſcribitur etiam Prou.5.7.

עטה

Sed iam de pallio, aut flammeo nuptiali ſponſę Salomonis non plura. Plura aliquando cũ opportunitas tulerit, allaturi.

X. *Nuptialia munera ſponſa a Salomone oblata.*

11 Munera nuptialia Hebræorũ. *Montanus.*

VT erant apud Hebræos nuptiæ lætiſſimę, atque nuptialibus muneribus cumulatiſſimæ; ita longè lætiſſimas, atque opulentiſſimas Salo- B monis nuptias exiſtimare oporter. Fuerunt autem ſolemnia in nuptijs munera apud Hebræos, vt ex libr. Deuteroſeon aſſert Montanus ad illud Oſeæ 2.2. Auferat fornicationes ſuas, &c. quæ etiá apud profanos, & nationes alias: nam Sichem offerebat non ſolum dotem, ſed etiam munera, Geneſ. 34.12, & Ezechiel.16.10. recenſentur munera nuptialia, quæ Synagogæ, ſub perſona ſponſæ, contulit Deus: *Veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te byſſo: & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurẽ ſuper os tuum & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus.* Quæ omnia ſponſa- C rum ornamenta, vt non eſt præſentis loci latius perſequi; ita in nuptijs Salomonis minimè deſiderata fuiſſe certum eſt; indicãtur autem Cant.1.10. cum ait ſponſus: Pulchræ ſunt genæ tuę, ſicut turturis, collum tuum, ſicut monilia: murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, & cum c. 7.1.2. commendatur a calceamentis, a monilibus, & alijs ornamentis, ſparſim in lib. Canticorum: ex quo huiuſmodi ornamentorum exquiſitior ratio, & intelligentia petenda. Videndus item Cælius libro 28.c.24. vbi ait, ea dona, quæ dantur ſponſæ a marito, vocata fuiſſe anacalypteria, & c.18. ex Suida, Græcorum morem fuiſſe, vt poſt triduarum nuptiarum diem, pater ſponſæ pompa quadam per- D ferat munera egregia ſponſo, atque ſponſæ. Puer verò præibat veſte candida cum lampade accenſa, poſt hunc puella caniſtrum gerens: aliæ deinde cum donis, quæ plerumque erant aurea, pelues, veſtes, ſmigmata, pectines, alabaſtri, ſandalia, thecæ, myralipera.

Mundus muliebris.

Cælius.

Pater ſponſæ munera perferens.

XI. *Nuptiale conuiuium.*

12 *Plato. Ariſtotel. Athenæus. Ælianus. Apuleius. Iuuenalis.* Γάμος. nuptiæ, & epulum.

EXhibitum præterea fuit regale epulũ, & conuiuium nuptiale lautiſſimum, ex ſolemni ritu ferè apud omnes gentes, nam & Plato.5. de legibus meminit epularum nuptialium. Ariſtotel.4. Ethicorum, Homerus, Iliados, 1. & 4. Odyſſ. Athenæus libro 1. cap.11. & lib.5. ab ipſo initio, & lib. E 7. & de nuptialibus Alexandri conuiuijs libr. 12. Quandam etiam ex more Latinorum nuptialem cœnam deſcribit Apuleius libro 6. meminit Iuuenal. Satyra.6. Ælianus libro 8. de Var. Hiſto. Atque adeo eadem Græca voce Gamos, res iſtę coniunctiſſimæ, conuiuium & nuptiæ nominantur. Et nuptialis epuli cauſam his verbis docet Athenæus lib.5. Sic enim inquit; Moribus & legib. ſcitum eſt, vt in nuptijs epulum fiat, tum nuptiales Deos vt veneremur, tum vt pro teſtimonio id ſit. Teſtimonium autẽ videtur intelligere non quod teſtes præſentes de nuptijs præſtent, ſed quod ipſi

Teſtimoniũ nuptiarũ quale.

A qui nuptias celebrant, conuiuis præbeant, ſibi placere probarique nuptias.

Exempla plurima ex ſacris hiſtorijs. Apud Meſopotamios Geneſ.29.22. cum Laban, vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Apud Philiſthinos, cum celebrantur nuptię Samſon. Iud.14.10. idem ſeruatum a Raguele, in Tobiæ & Saræ nuptijs, Tob.7.57. & 8.22. Apud Perſas, Eſth.2.18. cum Aſſuerus poſuit diadema regni in capite eius, & iuſſit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & ſeruis ſuis pro coniunctione, & nuptijs Eſther, & dedit requiem vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem. Denique apud Hebræos poſterioribus ſæculis Lucæ.14.8. Matth. B 22.2. Ioan.2.1. Apoc.19.9. Beati qui ad cęnam nuptiarum agni vocati ſunt.

Nuptialis cõuiuiorũ hebdomada. Iacobi nuptiæ.

Neque ſolum ipſo nuptiali die exhibebatur epulum, ſed tota continenti hebdomada agitabantur conuiuia, Iudith. 14. 2. In quam rem aliqui accipiunt illud Geneſ. 29. 27. imple hebdomadam huius copulæ, & hanc quoque tibi dabo, &c. quaſi Laban hortetur Iacobum, vt bono & læto animo illud primum ſeptemdiale conuiuium primarum cum Lia nuptiarum abſoluat; acturus deinde de Rachele ducenda, vt interpretatur Hieronymus in quæſt. Hebraicis, & poſt illum docti recentiores Vatablus, Caietanus, Pererius.

Hieronym. Vatablus. Caiet. Pererius.

Nuptię Tobiæ dierũ quatuordecim.

C At verò cur non ſeptem, ſed quatuordecim diebus Tobiæ & Sarę nuptiæ celebratæ ſint a Raguele. Tob.8. 23. & an id factum fuerit ex Hebræorum an ex Medorum cerimonia, non liquet. Illud certò exiſtimandum, regales Salomonis nuptias non ſolum hebdomadario epulo celebratas; ſed perpetuis conuiuijs agitatis regalem ſemper domum gaudere ſolitam. cum etiam poſt ſedecim, & eo amplius a nuptijs annos, quotidianos conuiuiorum ſumptus mirata fuerit vehementer Regina Saba, vt ſcribit Ioſephus libro 8. capitul.2. *Ioſephus.*

XII. *Panis nuptialis mellitus.*

D ET verò quid peculiare in his nuptialibus conuiuijs exhiberetur, tum ſponſis, tum conuiuis, tum ex alijs, tum ex Salomonis nuptijs diſcere poterimus: nam apud Heſychium, & Athenæum libro 7. Gamelion, eſt nuptialis placenta, quæ proculdubio erat panis ille farraceus, aut far, quod in nuptijs, quæ confarreatione contrahebantur, adhiberi ſolebat, de quo ſuperius dicemus. 13

Heſychius. Athenæus.

Placẽta nuptialis.

Cuius etiam panis, aut placentulæ nuptialis, quam primum ſponſus, & ſponſa prægustabant, deinde conuiuis porrigebant meminere. Curtius lib.8. vbi de nuptijs Alexandri cum Roxane: Rex medio cupiditatis ardore iuſſit afferri patrio more panem (hoc erat apud Macedones ſanctiſſimũ E coeuntium pignus) quem diuiſum gladio vterque libat. Vide Alex. ab Alex. lib.2.c.5. ex Græcorum more: Rhodiginum, lib.24.c.15. Reuardum lib.4. Variorum c.12. Roſinum de Antiquit. Roma. lib. 5. cap.37.

Curtius.

Alexander. Cælius. Reuardus. Roſinus.

Huiuſmodi verò placentam nuptialem vocabant ſeſamon, quod ex Plinio genus eſt frumenti Indici libro 18. capitul.10. quæ dicitur fuiſſe placenta ex ſeſamo, atque melle & oleo, & inter bellaria numeratur ab Athenæo libro 14. & vocatur ſeſamides; quas definit eſſe globoſa bellaria è melle ſeſamoq; frixis, & oleo: teſtimonio Eupolis, & Antiphanis. Meminit etiam placentarum allatum

Σήσαμον

Seſamum quid. *Athenæus.*

A aliarum ex ſeſamo & melle, figuræ pudendæ muliebris; aliarum etiam quas cyribanas appellat, quibus Lacedæmonij vtebantur in nuptijs, & cantantes laudes ſponſæ virginis, atque ſaltantes circumferebant; atque alia eo loco in hanc rem.

Cato. Muſtacea. A Romanis etiam videntur appellari muſtacea, quorum conficiendorum ratio hæc eſt apud Catonem de re Ruſtica, capitul. 121. Muſtaceos (inquit) ſic facito; Farinæ ſiligineæ modium vnum muſto conſpergito. Aniſum, cuminum, adipis Pſ. 21. caſei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito, & vbi definxeris, lauri folia ſubtus addito cum coques. *Iuuenalis.* Quare Iuuenalis Vrſidium retrahere volens a ducenda vxore, & a nuptiarum ſumptibus:

B

Si tibi legitimis pactam iunctamque tabellis
Non es amaturus; ducendi nulla videtur
Cauſa, neq; eſt quare cœnam & muſtacea perdas.

Plutarch. Halicarn. Quo loco adeundus vetus Interpretes. Plutarchus in Romulo, qui communione panis, & aquæ nuptias ſanxit. Dionyſ. Halicar. lib. 2.

Hâc verò placentam nuptialem ſimilagineam, & mellitam, delibatam fuiſſe a Salomone, & ab ſponſa Pharaonide in conuiuiali epulo, non obſcurè ipſe Salomon indicat Cant. 5. 1. cum ait: Comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinũ meum cum lacte meo; comedite amici, & bibite. Inuitat enim ſponſam ad idem libum; atque alios nuptiarum comites, vbi Septuaginta legerunt: Manducaui panem meum cum melle meo. C *Mel, & lac quid ſignificent.* Porro mel quemcumque dulciorem cibum ſignificat; ſicut, etiam lac quemcumque ſuauiorem potum. Et ſiue vinum ad confectionem mellitæ placentæ adhiberetur in modum muſtacei; ſiue per ſe, (erat enim etiam nuptialis potus, & cũ ab ſponſo, tũ ab ſponſa delicabatur) certè mel & vinum propria videntur nuptialis cænæ. *Mel & vinũ nuptialia.* Paulo etiam clarius Ezech. 16. 13. Similam & mel, & oleum comedisti, & profeciſti in regnum, cum enim ea omnia, quæ præceſſerunt, nuptialia ſint, nuptiale etiam eſt comediſſe panem ſimilagineum, mellitum, & oleatum: cuius communione aſſumpta fuerit ſponſa in regni conſortium, & connubium regis. Atque adeo fieri poteſt, D vt cum de ſapientiæ nuptijs loquitur Ieſus Siracides Eccleſ. 15. 2. ad hanc etiam cerimoniam panis ſeu placentæ reſpexerit: Qui continens (inquit) eſt iuſtitiæ, apprehendet illam (conueniet in manum) & obuiabit (exibit obuiam inſtar ſponſæ) illi, quaſi mater honorificata (quaſi præcipua vxor & mater familias) & quaſi mulier a virginitate (nullas alias priores nuptias experta) ſuſcipiet (venientem ad ſe & occurrentem) illum, cibabit illum pane (mellito & oleato; ſimila, melle & oleo, quod ab ipſa ſponſa præferebatur) vitę & intellectus (ſponſa enim ſapientia huiuſmodi ſapientiæ & beatioris vitæ pignore & confarreatione conuenit in manum cũ illius amatore.) *Sapientiæ nuptæ cũ placenta mellita.* Quid, quòd huius rei atque priſci moris guſtum aliquem videtur habere, E quod dicitur Eccleſ. 23. 34. Homini fornicario omnis panis dulcis.

Scortatoris periphraſis. Quaſi diceret ſcortatorem hominem proiectiſſimum eſſe ad omnem voluptatem, neque minus ardere quauis occaſione oblata, quàm ſi primas nuptias celebraturus eſſet, ac mellitam placentam nuptialem deguſtaturus. Sed non plura, ne ſatietatem pariant.

CAPVT IIII.

Epithalamium, id eſt, Sacer in Nuptijs Salomonis hymnus.

Commentarius in Pſalmum quadrageſimum quartum.

B

1 *Epithalamium Salomonis antiquiſſimum. Eius cantici inuentor Apollo. Scriptores, materia, forma, quæ.*
2 *Varia Pſalmi inſcriptio. In finem, quid. Dauid in Salomonis nuptias lætus reſpiciens.*
3 *Victoriæ cum fine quæ analogia. Canendi certamen. Athleta poſt victoriam coronati ad nuptias.*
4 *Immutatio, & lilia ad reſurrectionem. Permutatio vox nuptialis. Lilia fecunditatis ſymbolum.*
5 *Finis & conſummatio ad nuptias. Crux lectulus genialis Chriſti ſponſi. Illuſtratus Paulus. Inſtrumentum muſicum inſtar lilij.*
6 *Filij Core etiam poſteriores Moyſe. Intellectus quid.*
C 7 *Varia lectio. Numerus multitudinis ad excellentiam. Virgines canentes epithalamium, & celebrantes victorias. Illuſtrati Moyſes & Dauid.*
8 *Pſalmus hic Salomonem reſpiciens. Notatus Leo Caſtrenſis. Notati Hebræi.*

I. *In finem, pro ijs, qui commutabuntur, filijs Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto.* XLIIII.

EPithalamiũ res profectò, vt antiquiſſima, ita & frequètiſſima, atque lætiſſima, & quæ nuptias lętiſſimas, & auſpicatiſſimas reddit, quod vt in Salomonis nuptijs minimè deſideratum fuit, ita cætera omnia epithalamia, D quorum memoria eſt, vt antiquitate, ita lætitia & fœliciſſimis auſpicijs longè ſuperat. 1 *Epithalamiũ Salomonis antiquiſſimũ.* Et quidem epithalamium, id eſt, nuptialium auſpiciorum canticum, quod iuxta ſponſorum thalamum canebatur, primus dicitur inueniſſe, & ceciniſſe Apollo: qui (vt ait Plato in Sympoſio) Thetidis, & Pelei nuptias cantu celebrauit: idemque Plato libro 5. de Republica eam matrimoniorum formam præſcribit, Vt ſacra fiant, & hymni a poetis, quibus nuptiæ celebrentur. *Apollo inuetor Epithalamij. Plato.* In quo ſe Poetæ poſteriores diligenter exercuerunt, Theocritus. Eidyll. 18. Menelai, & Helenæ; Catullus. 62. Tullij & Manlij: Ouidius, Fabij Maxim. Papinius, E Violantillæ & Stellę; Claudianus, Honorij & Mariæ: talij aliorum nuptias vario proſequuti carmine. *Epithalamiorũ ſcriptores.* De epithalamij autem legibus, materia, & forma videndus Iul. Scaliger libro 3. Poetic. capitul. 101. *Scaliger.*

2 Sed ſordent, ſi ad ſacerrimũ Vatem Dauid, filij ſui Nuptias auſpicatiſſimas canentem conferãtur, antiquitate, materia, maieſtate & ſuauitate carminis myſterijs pleniſſimi. Eſt enim, vt Auguſtinus ait, hoc canticum de ſanctis nuptijs, de ſponſo, & ſponſa, de Rege, & plebe. Hierony. *Pſalmus ſpiritualium*

R. Thom. Rupertus. Caſſiodor.

tualium nuptiarum, D. Thomas ipſo nomine vocat A Epithalamium, ſicut & Rupertus, Caſſiodorus, & alij antiquiores: cuius prima inſcriptio vt varia lectione, ita etiam varia, & multiplici intelligentia grauida eſt: varias autem illas, atque multiplices claritatis & operę pretio indicabimus ſubiecto indiculo.

L x x. *In finem pro ijs qui commutabuntur filijs Core, ad intellectum, canticum pro dilecto.*

Hieronym. epiſt. 140. ad Principiam:

Victori pro lilijs filiorum Core, eruditionis canticum amantiſſimi.

Et notandũ in plerique codicibus Hieronymianis in Pſal. 44. etiam in Vaticanis, Plantinianis, Pariſienſibus fędum mendum legi, Pro filijs liliorũ. cum res ipſa, & originale, doceant è conuerſo legendum, *Pro lilijs filiorum, &c.* B

Idem Hieronymus teſtatur verti à *Symmacho ſuo more manifeſtius*:

Triumphus pro floribus filiorum Core, intelligentia canticum in dilectum.

Aquila 3.

Vincenti pro lilijs filiorum Core, ſcientis canticum amoris.

Kaldęus. *In laudem Pro ſedentibus Iudicibus ordinatis a Moſe. dicta Spiritu prophetico, per manum filiorum Core, intelligentia bona, laudatoria, & confeſſio.*

Agathinus. Pſ. 4.

Alij recẽtiores, poſt R. Abenezra, & Kimhi, Pſ. 4. exponunt, Præfecto, ſcilicet cantorum. Sed omnia ad ſingulorum elucidationem accedamus. C

In finem quid. נצח למנצח

In finem, ſeu Victori. Longa atque difficilis de huiuſmodi inſcriptionis plurimorum pſalmorum intelligentia, tum in Latino, tum in Hebræo, propter multiplicem ſignificationem vocis *Nathſabh* a qua inſcribitur, *Lamnatſeabh*, id eſt, *in finẽ*. Quod poteſt reddi. *in triumphum*: ſiue, *in victoriam*; *in fortitudinem*; *in finem*; ſiue, in æternum: ſiue, in ſæculũ. de quo videndi D. Georg. Nyſſenus, Tractat. 2. in Pſalmos c. 2. vbi illam inſcribendi varietatem conatur ad concordiam & cõcentum adducere; poſt illum alij interpretes in proœmio in Pſalmos; alij verò initio Pſalmi 4. qui primus eſt eorum qui inſcribuntur, in finem.

Nyſſenus. Agellius.

Finis cum Victoria & Triumpho analogia.

Sed, vt communia omittam, & illam etiam facilem & obuiam analogiam inter finem & victoriam, ſeu triumphum, qui eſt certaminis finis; imo etiam inter ſummum aliquem conatum & contentionem virium, atque animi, cum quis alium vincere conatur, ſiue voce nimiũ contenta, ſiue viribus, aut alia re ad quæ capita omnium fere interpretationum varietas refertur: certè cum re noſtra illud proprius facit, quod Euſebius in Pſalmum. 17. in finem interpretatur, quod eiuſmodi Pſalmus poſt omnes actiones in hiſtoria contentas, extremo vitæ ſuæ tempore editus fuerit a Dauide. Quare iam in hoc Pſalmo in extrema ſenectute, de filio Salomone, atque de illius nuptijs cogitans, in finẽ pręcentorem ſe prębuerit Epithalamij, & poſt ſua certamina, & ſanguinaria bella, hunc ſibi proponat triumphum atque victoriam, id eſt, eximiam lætitiam in fęlicitate & pace nuptiarum auſpicatiſſimarum Salomonis filij. D E

Euſebius.

Nuptiæ Salomonis parentis finis lætiſſimus.

3 Ambroſ. Victoria quid ꝓpriè ex Græco.

Vt verò etiam illam finis pro victoria, Hieronymi interpretationem non reijciamus, potuit Pſalmus hic inſcribi ad victoriam, non ſolum, vt Ambroſius ait, de fuga ſæculi, c. 5. quod hic ſignificetur finis, & conſummatio victoriæ: ſed quòd ad vincendum eſſet compoſitus, id eſt, vt cantores & muſici ſumma animi contentione, & inſtrumentorum viſu illum canerent, & canẽdo quiſque ſuum ſocium vincere conaretur; ſicut 1. Paralip. 15. 21. dicuntur Mathathias, & alij cantores in citharis pro octaua ceciniſſe epnicion. vbi ſubeſt eadem vox lamnatſeahh. quæ videtur a Septuaginta verti: Ad faciendum audiri, & Tigurina dixit: ad incitandum: Vatablus autem, ad præualendum, id eſt, ad attollendam vocem, ita vt vincantur alij. A

R. Salomon Nicolaus.

Quam interpretationem poſt R. Salomonem, probar Lyra. & ex Gręco etiam confirmationem accipere poteſt, in quo idem videtur victoriæ, & certaminis ſeu contentionis nomẽ, quare quod inſcribitur in victoriam, poteſt etiam inſcribi, in contentionem. volebat enim Dauid in Pſalmi materiam, & ſumma contentione tanquam præconio celebrari, & toto orbe perſonare atque audiri. Atque eodem pertinet, quod Hierony. & alij legunt, Victori, ſeu vincenti, & Kimhi exponit, Archimuſico qui alios cantandi peritia vinceret, vel ad canendum incitaret & vrgeret, vel qui tanquã victor eſſet ſuper alios cantores, nam 2. Paral. 2. 2. vertitur præpoſitus, qui ab hac radice poteſt verti, Victor, aut triumphator. Fuere ſanè & cantandi, & pſallendi ſua certamina, ſuæ coronæ, atque triumphi, vt Plutarchus in Theſeo. Alex. lib. 5. c. 8. Mercurial. de Arte Gymnaſt. lib. 6. c. 6. ſcribunt. B

Hieronym.

Plutarch. Alexander

Canticum nuptiale & victoriale.

Denique, vt hoc Canticum ſit epinicion, id eſt, victoriale, aut triũphale, non ideo non erit epithalamicum & nuptiale: nam ſicut corona ornamentum erat non ſolum bello vincentis, aut triũphantis, ſed etiam ſponſi ſponſam ducentis; ita triumphi & victorię appellatio communis etiam ſponſo fuit, & quondam poſt athleticam victoriam, & gymnaſtica certamina, qui coronas meruiſſent, coronati, vt pote robore & ſeruata eò vſque caſtitate præcellentes, ad nuptias procedebant, vt Petrus Faber lib. 3. Agoniſt. c. 4. ex Paulino & Chryſoſtomo affert. C

Athletę poſt victoriam coronati ad nuptias.

Pet. Faber.

Hieronym. שושנים

Pro ijs, qui commutabuntur, ſeu pro lilijs. Quod in Hebræo eſt *Suſanim*, Hieronymus, Symmachus, Aquila, & alij Hebraizantes, referunt ad radicem Suſan. Quod eſt lilium, aut roſa; Septuaginta verò, a radice ſana, quod eſt mutare, aut commutare; quare alij legerunt, pro lilijs aut pro floribus, alij, pro commutatione, ſeu, pro his qui commutabuntur, ad finem ſæculi. Ego alterum ab altero non ſeparo in myſterio: nam in finem tandẽ, qui reſurgent in reſurrectionem Gloriæ, immutabuntur, vt Paulus ait 1. Corint. 15. 51. & eleganter exponunt Hieronymus ad Principiam Virginẽ, Nyſſenus tract. 2. in Pſ. c. 4. Euſebius, & Baſilius potiſſimum initio huius Pſalmi ſiue in vniuerſum myſterium reſurrectionis iudicetur, cum refloreſcet caro, Pſal. 27. 7. ſiue Synagogæ in Eccleſiam conuertendæ, vt conſideret Auguſtinus aduerſus Iudæos c. 4. & Athanaſius contra Arrianos: ſic enim veteres ſpinæ in lilia & flores commutantur, ſicut ſcriptum eſt Iſai. 35. 1. *Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium*, ſiue in vniuerſum ſignificet ſcriptũ eſſe pro *hominibus*, vt philoſophatur Baſil. *qui nunquam in eodẽ ſtatu permanent*, ſed perpetuis mutationibus vel creſcant, vel decreſcant, tum animi, tum corporis motibus fluxis, atque caducis. D E

Hieronym. Nyſſenus. Euſebius. Baſilius.

Reſurrectio & immutatio refloreſcẽtis corporis.

Auguſt. Athanaſ.

Mutatio hominis propria.

Permutatio vox nuptialis.

Baſilius.

Tum verò etiam illa commutatio, aut permutatio a te liliorum non eſt aliena: nam cum canticum hoc nuptiale ſit, tum res permutationis, tum liliorum nuptialia ſunt, & de permutatione diſertis verbis docet Chryſoſt. homilia. 74. in Matthęũ: Nuptias appellari permutationem, ac ideo Græcè vocari ſynallagma. Audiui enim (inquit) multos dicentes, commutauit ille vel illa, id eſt, coniugio copulati ſunt, & ſanè ſynallagma propriè eſt commercium, quod permutatione exercetur; cuiuſmodi etiam eſt emptio, & venditio; & alij voluntarij

Chryſoſt. Συνάλλαγμα.

luntarij contractus, & ſocietates lucri, & damni. quæ proprietas & notio vocis opportuniſſimè in nuptias, & matrimonium conuenit: quæ præterquam quòd emptione, & venditione contrahebantur, & quadam coniugum permutatione; habent præterea propriam ac peculiarem illam commercij rationem, & ſocietatis ac communionis omnium vitæ rationum, & commodorum.

Lilia nuptialia fœcunditatis ſymbolum Cāt. 2. 1. 2

Lilia verò, flores, roſę, & vernans tempus, quod (vt ait Theodoret.) per lilia ſignificatur, nuptialia ſunt omnia; vt ſuperius oſtendebamus: tum etiam nuptiale illud eſt; Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, & Ego flos campi, & lilium conuallium. Mira etiam in lilijs fœcunditas; Albis lilijs, (inquit Plinius) nihil eſt fœcundius. vna radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos. Vide quæ inferius dicemus, vbi de liliatis Salomonis veſtibus, & quæ ſuperius, de floridis ſpōſorum coronis.

Pli. lib. 21. cap. 5.

5 Atque vt ad id, quod initio diximus, de inſcriptione in finem, reuertamur, certè hæc nuptialia lilia, & nuptialis etiam permutatio contrahētium nuptias, videtur exigere, vt etiam illud in finem, nuptiale ſit; Et quidem ex proprietate Græca Telos, finis eſt, & conſummatio, & Teleios, perfectus & conſummatus, quaſi qui ad finem peruenerit, & ad perfectam virtutem; quare aliquando ex vſo optimorum auctorum ille dicitur ex Græca proprietate, finitus, aut finem habens, qui cum integræ ſit ætatis, & iuſtæ magnitudinis, vxorem duxit.

Finis, aut cōſummatio de eo qui vxorē ducit.

C Quare a Græcis Iupiter Teleios, & Iuno Telea tanquam nuptiarum præſides, cognominabantur, & precationes, quæ ante nuptias fiebant cum ſacrificijs, vocabantur, *proteleioi euchai*. quare & ad cōſummatum perfectumque matrimonium Chriſti cum Eccleſia, ex qua numeroſam ſubolem ſuſceperat, videtur hoc ipſo nomine alluſum a Paulo ad Hebræos 2. 10. *Decebat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari*. Fuit enim crux velut genialis thorus, & nuptialis lectulus. Sic vides In finem, & Victori, & Commutatio, & Pro lilijs, omnia ad nuptias arcana quadam ſignificatione referri, atque inſcribi: In finem, id eſt; In tempus nuptiarum, perfectionis, conſummationis & maturitatis ſponſi & ſponſæ.

τέλειος. τελεία. προτέλειοι. εὐχαί.

D Quòd etiam lilia referantur ad formam inſtrumentorum muſicorum, quæ eſſent formata in formam lilij repandi, quod Kimhi, & poſt illum Caietanus, & alij volunt, nihil obſtat: potius iuuat, vt carmen nuptiale etiam nuptiali quaſi inſtrumento muſico concineretur. Sic autem vocem ſuſanim conferunt etiam cum radice ſiſah, quæ ſignificat ſex, & dicunt ſignificare inſtrumentum muſicum ſexachordum, inſtar lilij, cui inſunt ſena folia.

Inſtrumentū liliatū. Kimhi. Caietan.

שושה

E 6 *Filiorum Core*. Qui volunt pſalmum hunc compoſitum a Moyſe, aut illius tempore, ex eo quòd Core fuerit ſynchronos Moyſi, planè hallucinantur. nam filij Core etiam per multas generationes & poſt quadringentos, & eo amplius annos, florebant pſallendi peritia, Dauidis tēpore, de quo dicendum inferius, cum dicemus, Salomonē Chriſti figuram fuiſſe, & tum hunc pſalmum tum Septuageſimum primum, reſpectum aliquem ad Salomonem habere.

Genebrar. Filij Core poſt Moyſen.

Ad intellectum. Vel hæc ſola vox mentem excitat ad aliquid ſublimius & diuinius concipiēdum ſub litteræ cortice, & ſub figura & adumbratione vilioris & craſſioris materiæ. ſignificat enim vox

שכל Intellectus ſeu animi intentio.

A originalis intētum animi ſtudium in rem aliquam percipiendam, & perſpiciendam, qua erudiatur & velut diſciplina inſtruatur de re quapiam, quod poſſemus non ineptè ſic exprimere, vt canticum hoc attentiſſimum, & perſpicaciſſimum, & doctiſſimum auditorem requireret: *Pide atencion y abrir los ojos*. nam, vt Hieronymus ait, epiſtola 140. Maſchil, eruditionem, & doctiſſimum ſonat. Quippe inſtruimur & erudimur hoc carmine ſub his amoribus & delicijs nuptialibus, nihil obſcœnum intelligere: tum præterea ſub humanis nuptijs diuinas contemplari.

Hieronym. משכיל

7 Canticum pro dilecto. Hic cardo intelligentiæ huius Pſalmi. quis ſit dilectus, & an proprium nomen ſit, an appellatiuum. Et ſanè in Hebræo *Ididoth*, vox eſt multitudinis & generis fœminini, quaſi diceret, Canticum dilectionum: quia autem vox multitudinis excellentiam & ſuperlatiuinē affert, Hieronymus vertit, Canticum amantiſſimi. Vatablus refert ad duas dilectiones, id eſt, ad mutuam dilectionem ſponſi, & ſponſæ, quam eſſe doctorum interpretationem aſſerit; neque ſignificari dilectiones Dei, quibus complexus fuerat Salomonem; Alij vocem fœmininam referunt ad amicas ſponſi & ſponſæ, cantu concelebrantes illorū nuptias, & quæ de more Epithalamium canebant: has enim virgines inuitabat ille ad canendum Epithalamium Iulię & Torquati.

ידידות

B

Hieronym.

Vos item ſimul integræ
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite, in modum
Dicite: ô Hymenæe Hymen.

Tibull. 62. Virgines canentes Epithalamiū.

Et ille alius in Helenæ epithalamio.

Virgines virentem hyacinthum comis implicitum habentes,
Ante nuper pictum thalamum chorum ſtatuerunt,
Duodecim primariæ ciuitates magnum decus Laconarum.
Canebant autem omnes in vnum carmen pulſantes ſolum.
Pedibus cōnexis, circum autem reſonabat domus Hymenæo.

Theocritus

Hebræarum item puellarum munus fuit triūphanti occurrere, & victoriam canere, Exo. 15. 20. Sūpſit Maria tympanum, egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris, quib. præcinebat &c. & Pſal. 67. 12. Dominus dabit verbum (victoriam canendam & celebrandam) euangelizantibus (Hebr. fœmin. euangelizatricibus, adoleſcentulis, quarum id munus præire victoribus cantu & choreis) virtute multa, & Sauli, atq; Dauidi, 1. Regum. 18. 6.

Hebrææ virgines celebrantes victorias.

Sed tandem Hierony. proculdubio epiſtol. 140. ad Principiam, nomen Ididoth, ad ipſum Salomonem retulit. Ididiah inquit Salomonis eſt nomen. Quare Canticum pro dilecto, Hieronymo idem eſt, quod pro Salomone: &, vt ſemel dicam, Hierony. initio Eccleſiaſtæ cum de hoc ipſo Salomonis nomine Pacificus & Dilectus diſſerit, ſubiungit: *Nam & Pſalmi quadrageſimus quartus, & ſeptuageſimus primus, Dilecti & Pacifici titulo prænotantur, qui tametſi ad prophetiam Chriſti & Eccleſiæ pertinentes, fœlicitatem & vires Salomonis excedunt; tamen ſecundū hiſtoriam ſuper Salomone conſcripti ſunt*. Quæ eadē Hieronymi verba deſcribit, & libenter ſuſcipit Eucherius, lib. 3. Reg. atque alij a nobis adducendi, vbi ex profeſſo diſputauerimus Salomonem Chriſti domini figurā extitiſſe. Nunc tantum, quod Hieronymus ait (& paulo etiam parcius & mollius referetur a nobis, quàm a Hieronymo ſcribitur.) Quanuis pſalmus hic perfectiſ-

8 Hieronym.

Eucherius

ſimè in Chriſtum dominum conueniat, atque de A illius cum Eccleſia nuptijs conſcriptus a Propheta fuerit, ſed ad Salomonem, & ad illius cum Pharaonide regina nuptias prophetã reſpexiſſe, tanquam ad Chriſti domini figuram quamdam & adumbrationem. Nihil ergo mirum, ſi vates interdum ad Chriſti gloriam contemplandam in ſublime euehatur, vix attacto, aut interdum etiam derelicto deorſum Salomone. Quare Ianſenius cenſet ita hunc pſalmum exponendum de Meſſia, & eius ſponſa Eccleſia, *vt non quidem abſolutè, ac ſine omni reſpectu, ſed prout Chriſtus per Salomonem; Eccleſia verò per filiam Pharaonis præfigurata eſt*, exponi debeat. Sequuntur alij recentiores Vatablus Clarius, Montan. Ita ergo Salomonẽ aſpiciemus, B vt nunquam non ad veriſſimum Salomonẽ Chriſtum oculos reflectamus.

Pſalm. hic Salomonẽ reſpicit.

Ianſenius.

Vatablus, Iſidorus. Montanus.

Hæc ſummatim a nobis nunc dicuntur, fuſius exponenda, & ſuis obiectionibus atque reſponſionibus elucidanda, lib. 6. Atque hac dicendi ratione & moderatione, credo, contentus erit Leo Caſtrenſis lib. 1. ſui Apologetici. c. 40. cum ex Origene contra Celſum lib. 1. Athanaſio in Orat. cõtra Arrianos, Auguſtino aduerſus Iudæos, cap. 3. & 4. (poſſet etiam addere Græcos, Euſebium, Baſiliũ, Theodoretum, Cyrillum, Didymũ, & Heſychium Nicephorum, tum etiam Kaldæum & alios Rabbinos agnoſcentes in hoc Pſalmo Meſſiam Chriſtum) probare contendit non eſſe hoc *canticum amatorium Salomonis*, quod nemo, quem viderim, C aſſerere auſus eſt. Sed tamen eſſe Canticum pro dilecto, aut, pro dilectiſſimo, ſiue, vt Hieronymus vertit, Amantiſſimo aut chariſſimo, ipſe Hierony. docet, & ad Salomonis nomen, & hiſtoriã refert. Fallitur quoque Leo in eo, quòd exiſtimat ab aliquo corruptore ſuppoſitum fuiſſe in Hieronymi commentarijs *Ieddoth*, i. dilectiones pro *Iedidia*, id eſt, dilecto. nam & Hieronymus agnouit illud nomen multitudinis, cum vertit amantiſſimum, neq; minus, immo multo magis facit pro Salomone, ſi legas *Ieddoth*, quã ſi legas *Iedidiah*: vide Nicolaũ. Sed eſt is auctor, dum in huiuſmodi Hebraizationes incidit, vix ſui compos, & bono licèt zelo, tamen vel ignoratione rerum quarundam, vel vehementiori aliqua affectione, extra fines veritatis D ac modeſtię rapitur, & ſi ex huiuſmodi tantum vnguibus Leonem hunc æſtimaremus, non etiam ex alijs præclaris conatibus, aut murem, aut vulpem cenſeremus, aut canẽ, aut quiduis aliud ignobilius.

Caſtro.

Euſebius. Baſilius. Theodoret. Cyrillus. Didymus.

Notatus Leo Caſtrẽſis.

Nicolaus.

Illa tamen minus veroſimilia, quæ ex Hebræis, & ex quibuſdam etiam doctoribus Catholicis affert Lyra & Burgenſis 1. p. ſcrutinij Scriptur. Diſt. 10. c. 4. hoc Pſalmo reſpici ad fœlicitatem Iſraelitici populi ſub Dauide rege, & Bethſabee regina, aut ſub Aſſuero, & Eſther; aut ſub Salomone, & regina Saba: cum hac enim Salomon nullas ſolẽnes atque lætiſſimas nuptias celebrauit. An conſuetudinem aliquam habuerit, agemus ſuo loco.

Hebræorũ ſentẽtia de argumẽto huius Pſalmi.

II. Eructauit cor meum verbum bonum. dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.

1 *Prœmium vernans. Epithalamium peracto conuiuio.*

2 *Eructare quid propriè. Sartago & Craticula, qualia inſtrumenta. Ex ſartagine duplex translatio ad Verba bona. Illuſtratus Moyſes.*

3 *Ignis charitatis bullas verborum excitans. Ructus quid. Tepidi & frigidi nihil boni ructantes. Ructus ſimilis cibo & cogitationi.*

4 *Ebullire quid. Variæ eructandi in Hebræo voces. Ex ſcaturagine cordis affluentia verba. Illuſtrati Moyſes, Dauid, Salomon.*

5 *Tertius caſus pro ſexto. Dicere pro præcipere. Dicere conuultum cum dicando. Illuſtrati Moyſes & Dauid.*

6 *Opera quid propriè. Alienæ aliorum ex Græco interpretationes. Rex hoc loco Salomon. Reginæ quod dicitur, Regi dicitur.*

7 *Articulus Græcus ad excellentiam. Rex per excellentiam Chriſtus. Illius nuptiæ concelebratæ a beatis mentibus. Thalamus, vterus virgineus, crux, altare.*

8 *Prophetarum lingua, ſui cordis calamus, etiam ſancti Spiritus. Scriptura de perpetuis monumentis.*

9 *Velocitas Prophetarum ab Spiritu ſancto dictãte. Scribendi per notas ſcribarum munus. Dauidis verba inferiora ſenſu, & myſterio.*

PVlchrum, & omnino vernans vatis prœmium, quo proponit ſe non ſolum fauſtiſſima dicturum regi ſponſo ad illius gloriam, & laudem, ſed etiam omne ſui cordis, linguæ, manus obſequium dicturum cogitando, loquẽdo, ſcribendo; & qua poſſit ratione fauſtiſſimas nuptias concelebrando.

1 Prœmiũ vernans.

Eructauit. Videtur Vates ex perſona chori, aut illarum virginum, quarũ intererat epithalamium canere, ſignificare perfectum iam nuptiale conuiuium latiſſimum & ſplendidiſſimum: ex quo cum bene ſaturi beneque poti ſurrexiſſent conuiuæ, ac nõ tam cibis corporalibus, quàm ſpiritualibus ſe ſe impleuiſſent, ructare ſpiritualia incipiunt, & ſe ad epithalamium canẽdum comparare, quod non niſi perfecto conuiuio canebatur, & iuxta thalamum, in quem dormituri ſponſi receſſiſſent. *Eructabat* igitur cor, & pectus *memoriam abundantiæ* præteritæ, & *ſuauitatis*, quam ſponſus conuiuis exhibuerat. Quod videntur quamuis ſubobſcurè indicaſſe Theodoretus, Baſilius, Hieronym. D. Thomas, & quidam alij patres; facit etiam Bernardus ſerm. 3. de Aduentu in id Pſ. 144. *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.*

Tempus canendi epithalami.

Theodoret. Baſilius. Hieronym. D. Thom. Bernardus.

Eructabit. Vox hoc tantum loco reperta, ſed cuius ſignificatio colligenda videatur ex ſimili voce, quæ Leuit. 2. 7. & 7. 9. vertitur craticula; ſicut etiam a Septuaginta, & ſola forma videtur differre a *ſartagine*: volunt enim ſartaginem eſſe profundiorem, at verò *craticulam* eſſe planiorem inſtar patinæ. ita Oleaſter Leuit. 2. & Forſter. quã E quam alij velint, legantque potius *cacabum, caldarium*, aut *uas profundum*, in quo ſimila cum oleo, vel coqueretur, vel frigeretur; ita Vatablus, & Interpres Concordant R. Mardochai, Mercer. Pagnin. Marinus, Reuchlinus. Sed vtcumque ſit, in vtroque tamen inſtrumento ferreo farinacea frigi oleo ſolere, ex eo Leuitici loco conſtat. Hinc verbũ illud proculdubio ſignificat id, quod cum frixione coniunctum eſt; illud autem Hebraizantes volunt eſſe ebullitionem, motum rerum ſubſilientium, atque ſe ſe in craticula, & ſartagine pre ardore ſubiecti ignis, & inſtillati olei torrentis,

2 רחש במרחשת Eructare quid.

Oleaſter. Duplex ex ſartagine analogiæ ratio.

Forſterus. Marinus. Reuchlin⁹.

Rabbini.

rentis, ſe ſe commouentium & reſilientium. Quod colligitur ex R. Dauid, & R. Salomone, & R. Abraham, quos ſequitur Pagninus, R. Mardochai, & ex quibuſdam alijs lexicographis. Ego potius a ſibilo ſtridulo, qui editur ab oleo, & rebus, quę ſrigun tur in ſartagine, deduci malim; eſt enim ille ſibilus multo magis conuenientior cum vocis ſonitu, & cum formatione ructus, qui non ſine ſibilo & ſtridore editur, ſonante, & erumpente ex præcordijs ſpiritu. Quod proculdubio Hieronymus reſpexiſſe videtur, cum dixit, Eructabit. Quamquam illam alteram commotionis, & ebullitionis interpretationem non reijciat, ſic ſcribens ad Principiam: *Eructabit. pro quo interpretatus eſt Symmachus, commotum eſt cor meum verbo bono: indicans ad alterius Sermonem cor dicentis eſſe motum, & Spiritu ſancto futura Chriſti ſacramenta pandente, etiam hunc vatem in eloquium prorupiſſe.* Sed vtramque quidem rationem ſiue ebullitionis, ſiue ſtridoris & ſibili in hac verbi boni eructatione nos cõſideremus paulo attentius.

Hieronym.

4 Ac primum, cordi velut craticulæ, aut frixorio ſubiectus ignis charitatis ardẽtiſſimæ & iniectum deſuper vnctionis ſpiritualis oleum faciunt ſimilam, linguam, aut quamcumque aliam cogitationem ſupernorum myſteriorum ebullire, & commoueri; Tam præterea internus eiuſdem cordis, & charitatis calor concepta myſteria confouẽs, & nõ ſatis vincens cogitatio, bullas & flatus excitat. Inde ſpiritualis eructatio, & ſibilans ſpiritus ad os & vocẽ. Quod enim eſt ex ſtomacho cibi ructus, hoc eſt ex cordis cogitatione, & feruore vox, & hymnus; duæ quippe vię ſunt; altera ad ſtomachũ per quam ructus: altera, ad cor, per quam vox, & verbum. Ructus (inquit Baſilius) eſt occultus quidam flatus, qui ex feruore alimenti erumpentibus bullis exhalat. & Hieronymus: Eſt digeſtio cibi, & concoctarum eſcarum in ventum efflatio. Eſt autem cor velut animæ ventriculus, & vẽter pro corde, Cant. 5. 4. 14. Eccleſ. 51. 29. Ierem. 4. 19. Thren. 1. 20. quare illud Pſal. 39. 9. Legem tuam in medio cordis, Hieronymus ex Hebræo, dixit. In medio ventris: de qua loquutione ſacra alibi a nobis plura.

Ignis charitatis linguã, & cogitationẽ impellens.

Ructus quid.
Baſilius
Hieronym.
Venter pro corde.

Sed quanta diuinorum myſteriorum magnitudo? quam non ſatis decoquère poteſt noſtri, vel corculi, vel ventriculi calor, neque poteſt ſatis ſua exiguitate continere, quin ad os & vocem redundent, *& ex abundantia cordis os loquatur?*

Matth. 12. 34.

Illud verò mirum, ſanctos, & feruentiſſimi cordis homines *eructare verba bona*, cum ructus ſint flatuoſa excrementa: at verò tepidos, immo frigidoſque homines nihil eructare. Sanè & meritò. Nam, vt eleganter docet Galenus, *In animalibus neque in caloris ſumma imbecillitate, nec cum idem nimium eſt vehemens, ſed in ijs qui inter hos ſunt ſtatibus, flatuoſum excrementum gignitur.* Ita ſanè *refrigeſcente charitate*, & in ſumma caloris imbecillitate, nullum verbum bonum a frigidiſſimo homine eructari audias: à ſanctis verò & feruentibus pluri ma, atque frequentiſſima. Nullus enim tantus feruor ardorve pectoris, dum in hoc medio mortalitatis ſtatu ſumus, qui ſublimium myſteriorum magnitudini par eſſe poſſit.

Eructatio ex feruore.

Galen. de ſymptom. cauſis li. 3 cap. 2.
Frigidum & tepidum cor nihil boni eructans.

Eructat igitur Propheta, quod non ſatis decoquit, quod non ſatis capit, myſteria maxima, & cum pleniſſimus ſit alacritate, & gaudio, eructat verbum bonum, iucundum, lætum, atq; ei omnino ſimile quo bene paſtus beneque potus eſt. *Iuxta qualitatem* (inquit Hieronymus) *ciborum ſtomacho ructus erũpit, & boni vel mali odoris flatus indicium eſt: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt & ex abundantia cordis os loquitur.* Hinc verba ipſa experimenta hominũ vocari poſſunt, dicente Apoſtolo: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Iuxta id quod ſcriptum eſt, Prouerb. 15. 3. *Os ſtultorum ebulliet* (eructabit, & ſcaturiet tãquam ex fonte) ſtultitiam. nam prodit quod intus latet. Effigies animi (inquit Seneca) ſermo eſt.

Bonum.
טוב
Eructatio ſi mulo cibo.
2. Cor 13. 3
Seneca.

Illud tandẽ; Quòd non poſſit vates tenere conceptum ſermonem vi erumpentem, & impetu: ac niſi eructatione diſtlet, coarctabit illum ſpiritus vteri, & laborabit difficili, & laborioſa empneumatoſi. Loquitur iam nunc, & reſpirat paululum: atque ſpiritum edit ſuauiſſimum, & dulciſſimum ſibilum, quo nuptias per ſe lętiſſimas longè reddit lætiores.

Gal. l. 3. de Symptom. cauſ.
Iob. 32. 18. 19. 20.

Ex Gręco verò non ſolum ea ſartaginis aut eructationis trãslatio, ſed & pulcherrimæ alię eliciuntur, nimirum fontis, & ſcaturiginis, nam Græcum exereugo; quo loco Septuaginta vſi ſunt, habent etiam Exodi. 8. 3. ebulliet fluuius ranas, quod Interpres Septuag. Vaticanorum, & Complutẽſium dixit, eructabit: quod in Hebræo eſt, ſarats, eſt producendo mouere, aut producere mouendo, quaſi diceret, motabit, aut moueri faciet ranas, a quo dicitur in Scripturis, reptile aut motabile. ſimiliter verò Pſ. 18. 3. & 118. 71. & 144. 7. idem verbum Gręcum redditur in Latino eructare. Sed bis locis ſubeſt in Hebræo, Nabagh, quod eſt ſcaturire, aut, redundare, ſiue manare tanquam ex fonte: quare illud Pſ. 118. Eructabunt labia mea hymnũ. Hieronym. dixit; Fundent labia mea. Vatabl. exprimẽt, profundẽt more fontis: Denique Pſ. 143. 13. pro eodem Græco & Latino eructandi, ſubeſt alia radix Hebræa, Phuk, quod verbis hauriendi, & effundendi ſolet verti a Vulgato, Prou. 8. 35. & 18. 22. & Pſ. 139. 9. & Iſai. 58. 10. & verbo affluendi Prouerb. 3. 13. quæ omnia cadunt in illam vatis eructationem, & affluentiam diuinarum laudum ex fonticulo cordis.

ἐξερεύγω
Ebullire quid.
שרץ
Eructare.
Pſal. 118. 171.
נבע
פוק

Dico ego opera mea Regi. Ego inquam, vel vates, vt ait Baſilius, vel chorus Prophetarũ, vt ait Hieronymus, & Euſebius, vel chorus Virginum, vel ipſa Eccleſia concelebrans nuptias: nam vates hunc Pſalmum, non ſibi, ſed choro & Eccleſiæ canendũ compoſuit. Patres illi, qui exponunt hanc ſententiam ex perſona Dei patris, ex cuius corde per ęternam generationem eructatum eſt verbum; Quod dicente Patre operatum eſt creaturas, iuxta id, ipſe dixit & facta ſunt; non tam explicant quàm per accommodationem quandam applicãt, nimirum Ambroſ. 5. in Luc. c. 7. & de Benedict. Patriarch. c. 11. & lib. 2. de Fid. c. 1. & 2. Nazianzenus Orat. de Fide, quæ eſt 49. Cyrillus, Didymus, Athanaſius, Auguſtinus hoc loco, Remigius, Ruffinus, Arnobius, Rupertus, refert & non reijcit Hieronymus ad Principiam, ſequitur verò in cõmentarijs. Sed tamen reijciunt eam explicandi rationem Baſilius in Catena Barbari, & in hunc pſalmum, Theodoretus, Chryſoſt. Euthym. D. Thomas. Quare non video cur pro illa priori expoſitione tam ſe anxiè & miſere macerare, & fatigare debeat Leo Caſtrenſis Apolog. c. 42.

Pſ. 148. 5.
Quorundã Patrum nõ tã explicatio quàm applicatio.
Ambroſ.
Nazianz.
Auguſt.
Cyrillus.
Athanaſ.
Chryſoſ.
D. Thom.

Porro, ꝙ dicitur Regi, pro de rege, eſt conſtructio Hebraica: de rege loquuturus, atque illius laudes celebraturus. Sicut & Gen. 20. 13. Dices, quòd frater tuus ſum. in Heb. *Dic mihi*. Septuaginta. *Dic de me*. Pſ. 86. 5. *Num quid Sion* (in tertio caſu) *dicet* (dicetur? Vatablus & Tigurina. *De Sion dicetur*. ita & hoc loco; Dico, eloquor, grauiter, ornate & copioſè, & quantum poſſum, arte & voce contendo, vt dignè Regi, de Rege loqui videar. Alij verbum dicendi, quod eſt interdum edicere, & præcipere,

Regia.
Datiuus casus pro ſexto.
אמר

Dicere pro præcipere.

Gen. 1.3. vnde & verba, & ſermones Dei dicuntur ipſius præcepta, & eſt ſupremi Imperatoris conſtituentis aliquid, Pſal. 2.7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. ſumi volunt tanquam publicum quoddam edictum, & præconium, vt vniuerſi attendant Vatem, ex ſupremo Dei decreto, de rege loquentem, & illius laudes publico præconio celebrantem; quaſi diceret, cenſeo, præcipio; ſic Deus cenſet, ſic præcipit, vt nihil hodie niſi regem ſponſum ſonet mea vox; ac nullam aliam carminum meorum materiam proponam. Coniunctum verò eſt cum verbo dicendi, verbum dicandi. non tam in voce quàm in re ipſa: a quo etiam non abhorret Hieronymus. Carmen (inquit) & opuſculum conſectat ei, & pro menſis gentilium, ipſum inuocat, quem laudaturus eſt.

Dicere, & dicare coniuncta. *Hieronym.*

6

Opera qd propriè.

Opera mea. Opos hoc poeticum ſummo ſtudio & cura a me elaboratum; aptè & concinnè, exquiſitè compoſitum, & expolitum: eam enim vim affert vox originalis. Quamquam Theodotetus paulo ſubtilius, fortè etiam alienius; Opera (inquit) vaticationis ſermo eſt, qui futura prædicit, id eſt, ſermo, qui in opera futura ſignificanda dirigitur. colludit cum hoc Chryſoſtomus: Opera (inquit) dixit prophetiam; quemadmodum enim fabri ærarij opus eſt facere dolabram, ita eſt etiam prophetæ texere prophetiam, qoòd enim hoc quoque ſit opus, audi Chriſtum dicentem: Dignus eſt operarius mercede ſua. Multò longius Symmachus, & Aquila apud Euſebium, qui ad ipſa bona opera iuſtorum & vatis referunt, dum legunt; Iuſtificationes meas enuntio. Et mirum, quod Agellius dicat, apud Symmachum haberi, ποιήματα, poemata, cum aliter aſſerat Euſebius & in Vaticanis annotetur, Symmachum dixiſſe δικαιώματα; id eſt, iuſtificationes: quamquam quidem apud Chryſoſtomum legantur, poemata. ſed verè & ſimpliciter Hieronymus: Idioma non ſolum Hebraicæ, ſed etiam Latinæ linguæ eſt, pro ſyntagmatibus & ſcriptis opuſcula dicere.

Propheta laborans in ſuo munere inſtar operarij. *Symmach.* *Euſebius.* *Agellius.* *Euſebius.* *Chryſoſt.* *Hieronym.*

Nicolaus. *Burgenſis.* *Pſ. 44.6.*

Regi. At quis hic Rex? Quidam Hebræi apud Nicolaum hoc loco, & apud Burgẽſem prima parte ſcrutinij Scriptur. diſt. 10. c. 4. regem intelligunt vel Dauidem, de quo vt de fortiſſimo Imperatore dicatur: *Accingere gladio tuo*, &c. vel Aſſuerum, & Eſther, cuius tempore in melius commutatæ fuerunt res Iudæorum, vt ſuperius indicabamus, certè Salomonem hoc præcipuè Regis cognomento condecorari diximus initio Eccleſiaſtæ. Tum præterea non ſolum ex titulo, ſed ex ſubiecta materia cognoſcendum, quis Rex intelligi debeat, nempe is cuius nuptiæ celebratiſſimæ fuerunt, id eſt, Salomonis.

At non etiam Vates Reginæ partem ſui epithalamij dicat & dicit? Sanè. nam octo verſibus prioribus Regem alloquitur; totidem poſterioribus reginam ſponſam. Sed quicquid canitur, ad ſponſum dirigitur, & ſponſæ laudes cedunt etiam in gloriam ſponſi.

7

Articulus Græcus ad Chriſtum.

Sed quanto hęc omnia melius, integrius, verius de illo dicuntur, cuius perſonam geſtat Salomon? qui, vt elegãter obſeruat Chryſoſt. propterea hoc loco habet articulum excellentiæ, τῷ βασιλεῖ, *illi Regi, vt adiectione articuli proprietatem, & nominationem oſtenderet, ſignificans ſe dicere de Deo vniuerſorum: Quemadmodum enim quando dicimus regem Perſarum, non ſimpliciter regẽ dicimus, ſed adducimus, Perſarum, quando autem noſtrum dicimus, non habemus opus additamento ſed ſufficit nobis regem dicere; ita etiam, quoniã loquebatur Propheta de rege vniuerſorum, & noſtro, ſatis habet, ſi dicat Regi*. alioquin etiam ipſe, qui hoc dicebat, rex erat, & poſſemus

Rex per excellentiam Deus.

A nunc illud rogare: Quomodo Dauid rex vocat nunc in ſpiritu filium ſuum regem, ac dominum? Si filius tantummodo eius ſit, non etiam rex ac dominus, de quo loquitur? Matth. 22. 24.

Beatę mentes celebrãtes epithalamiũ Chriſti & Eccleſiæ.

Epithalamium verò non ſolum Dauid, aut virgines Solymæ huic regi concinunt, ſed beatæ illæ mentes vniuerſuſque beatorum Chorus incredibili gaudio modulantur: *Audiui* (inquit Ioannes Apoc. 19.6.) *quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Halleluia: quoniam regnauit dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.*

8

Expoſitio ſimplex.

B *Lingua mea calamus ſcribæ*, &c. Poteſt coniungi cum ſuperioribus. Promptè & celeriter eructabo lingua mea promptiſſima inſtar calami, aut ſtyli promptiſſimi, & expeditiſſimi ſcribæ. Poteſt propheta cum ſua lingua loqui, quæ cordi ſeruiat pro calamo. O mea lingua expeditè prope, accelera ad concelebranda diuina myſteria; eſto mihi inſtrumentum expeditiſſimum, ne hęream aut cæſpitem in loquendo: nam cordis ſenſus non patitur moras; eloquere & prome citiſſimè, quę vbertim tibi ſuggerit animus. Nexus hic lenis & facilis. Quamuis ille paulo ſublimior & exquiſitior, vt comparatio calami expeditiſſimi ſcribæ non referatur ad cor, quod lingua ſua vtatur tanquam calamo, ſed ad diuinum Spiritum, qui prophetæ

Sublimior & frequentior interpretatio.

C opera & lingua, tanquam aſcititio calamo, vtatur quæ eſt fere Latinorum & Græcorum communis, Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini, Theodoreti, Baſilij, Euſebij.

Hieronym. *Chryſoſt.* *Auguſtin.* *Theodoret.* *Baſilius.* *Euſebius.*

Scribæ velociter ſcribentis, ſiue, vt in Hebręo eſt; *ſcribæ velocis*, ſiue notarij properantis. Kaldæus: *ſcribæ exercitati*. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudęos. c. 29. *Scriptoris acutè ſcribentis*. recidunt eodẽ omnia. Cum autem proprium ſcribarum munus eſſet rerum memoria dignarum annales conſcribere perpetuis monumentis, qui ſuam linguam cum ſcribæ calamo, aut cum ripco, vt dixit Aquila, vel cum ſtylo, vt dixit Symmachus, contendit, ſanè verba ſua cum perpetuis monumentis, & ſcripturis diuturnis comparat: Non volabunt, inquit Vates, mea verba, non euaneſcent, quod ſemel eloquar, accipiet & conſeruabit memoria ſeculorum ſempiterna; perinde loquor, ac ſi ſcriberem in plumbi lamina, aut celte exararem in ſilice. Quod loquor efficacitatem habet, veluti ſi ſcriberem, & imprimerem manentem aliquam & firmam figuram. Quod lingua dicitur (inquit Auguſtinus) ſonat & tranſit; quod ſcribitur, manet. Vide Ruffinum.

Cyprian. Scribarum officium. Calamus ſcribæ ad perpetuitatem.

D

Prophetarum verba inſtar ſcripturæ. *Auguſt.*

Chryſoſt.

Velociter ſcribentis: Chryſoſtomus: *Quid ſibi vult illud Celeris? oſtendit gratiam. qui enim aliquid domo prolatum loquitur, differt, & cunctatur meditans, componens, impeditus ignoratione, inſcitia, & dilatione, & multa ſunt, quæ velocitatem ſermonis interturbant.* E *Quando autem mentem mouet ſpiritus, nihil eſt quod impediat: ita gratia ſpiritus cum magna celeritate procedit, omnia leuia, plana, et expedita proferens.* At Hieronymus illam aliã ſcribæ & notarij velocitatem intelligit, de qua ille alius dixit:

Celebritas prophetarum vnde. *Hieronym.*

Currant verba licèt, manus eſt velocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Martb. lib. 14. 179.

Mea (inquit Hieronymus per paraphraſim) *lingua in ſimilitudinem ſcribæ velocis, quem notarium poſſumus intelligere, quodam ſignorum cõpendio, breuiatum Euangelij ſtrictumq; ſermonẽ exarauit in tabulis cordis carnalibus*. Eodem reſpexit Auguſ. quãuis ad ſublimius myſterium aſſurgat. *Non remaneat* (inquit)

Scribenda per notas celeritas. *Auguſt.*

quit) *pigra intelligẽtia reſpiciendo antiquarios, aut veloces notarios. Velociter Dei tale eſt, vbi nõ ſunt multa verba, cum in vno ſint omnia.* nam inter propria ſcribarum munera illud erat, non ſolum ſcripturam alioquin lectu difficilem promptè legere, facilè intelligere, ſed etiam celeriter ſcribere quibuſdam quaſi litterarum compẽdijs, & cifris. de quo, quia fuſius inferius dicendum, cum de Salomonis cõſiliarijs & principibus regiæ domus adminiſtris, dum eo venimus, paulìſper ſuſtineat lector. Erit ergo huius loci ſenſus: quidquid dicam, breuiſſimum compendium eſt, & leuis quædam nota ſenſus animi; & cordis: illud verò quod corde & animo ſentio rei ipſius, arcanique myſterij iterum breuiſſimum compendium, & breuiſſima nota eſt. nam tantis myſterijs neque parem ſermonem, neque parem cogitationem afferre poſſunt: *Lo que digo es cifra de lo que ſiento, y lo que pienſo y ſiento, cifra de lo que ello es.* ſingulis litteris reſpondent ſingula myſteria. tum etiam rebus externis reſpondent diuinæ, quarum reſpectu & comparatione externa omnia, & Salomonica, ſunt breuiſſima compendia, & tenniſſimæ notæ. Vide quàm ſint prægnantia verba vatis ſingula.

Deus vno verbo loquens.

Lib. 3. c. 9.

III. Speciosus forma præ filijs hominum; diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

1 *Apoſtrophe vehemens. Epitalamij leges. Lingua calamus pulcher.*
2 *Formæ prꝑſtantia commendari ſolita in conuiuijs. Geminatio vocis Hebraica. Formæ maturitas, quæ. Illuſtrati Ezechiel & Ieremias.*
3 *Comparationis nota apud Hebræos. Amicum pro pulchro. Geminatio Syllabæ ad augmentum. Filius hominis. Adam quid hoc loco denotet.*
4 *Salomonis eximia pulchritudo.*
5 *Controuerſia de Chriſti pulchritudine, an fuerit ſumma. Rationes ſententiæ negantis. An Chriſti facies inhonorata. Chriſtus contemnens externa corporis ornamenta. Pulchritudo non ſemper comes probitatis.*
6 *Chriſti pulchritudinem & dignitatem oris hoc loco prædicari, Patrum plurimorum ſententia.*
7 *Huius loci expoſitio varia citra fidei diſcrimen.*
8 *Chriſti ſumma pulchritudo ad finem ſibi propoſitum. Gradus pulchritudinis diuerſi: & per ætates variati. Chriſti temperamentum quale.*
9 *An Chriſti pulchritudo in genere pulchritudinis ſumma. In vtramque partem anceps. Chriſti cum Adami pulchritudine collatio. Noſtrorum corporum exemplar, & obiectum Beatitudinis.*
10 *Labia ad pulchritudinem. Lilia Syriæ rubentia. Inſtrumenta vocis, pro voce. Sermonis pulchritudo. Illuſtrati Moyſes, & Machabæi.*
11 *Diffundere ad ſermonis affluentiam. Gratia ad verba conciliantia animos. Illuſtratus Paulus.*
12 *Gratia labiorum quid. Benedicere verbo & re. Salomonis gratia labiorum, ſed Chriſti vberior. Is nobis magiſter orandi. Illuſtratus Dauid, Salomon, Ioannes.*

A E hinc loco vſque ad verſiculũ 10. laudatio regis ſpõſi. & quidem per apoſtrophen. *Dicit* enim, vt ſuperius propoſuerat, id eſt, loquitur cum ipſo rege. Quam cõuerſionem exiſtimat Chryſoſtomus, à vehementi quodã animi affectu proficiſci: A *magno* (inquit) *ardore & ſumma in eum affectione percitus ad eum conuertit orationem: quemadmodum Iacob quoque cum ad Iudam dirigit ſermonem, Geneſ. 49.* Sed de vi apoſtrophes alio loco. 1.

Apoſtrophe vehemens.

Speciosus. Hieronymus & Chryſoſtomus non indignam exiſtimarunt illam quorundam interpretationem, quam quidem ſequutus eſt Apollinaris; immo & Cyrillus, vt hic verſus connecteretur præcedenti, & *calamus* diceretur *ſpecioſus*, & pulcher; id eſt, ipſa lingua formata aptiſſima & pulcherrima forma ad loquendum, & deſcribendum myſteria ſublimiora; neque mirum, linguam appellari pulcherrimam, quæ etiam dicatur eſſe *gloria hominis.* Pſal. 5. 6. 9. Sed illud verius & opportunius, vt de ipſo rege ſponſo ſermo ſit. Quem iuxta Epithalamij leges laudat, primò à genere, id eſt Deo & Patre, verſ. 3. & 8. Secundò, à formæ præſtantia. verſ. 3. 5. Tertiò, à virtute bellica verſ. 4. 5. 6. Quartò, ab alijs animi virtutibus verè regalibus verſ. 5. Quintò, ab eloquentia, quæ Principem exornat verſ. 3. Sextò, ab honorũ omnium, potiſſimum regni, diuturnitate, immo æternitate, & fauſtis omnibus auſpicijs, verſ. 5. 8. Septimò, à cultu corporis & veſtium lautiſſimo, verſ. 8. Nullum ſanè vnquam apud Poetam vllũ epithalamium aut elegantiùs aut abſolutius ſuis omnibus numeris. Vide Scaligerũ lib. ſuo 3. Poetices, qui eſt Idea.

Hierony. *Chryſoſt.* *Apollinar.* *Cyrillus.*

Lingua calamus.

Om̃ epitalamij leges

Scaliger.

Ac primò commendatur à *forma*, quæ frequẽs olim erat carminum, præſertim conuiuialiũ, materia. cuius meminit Plato. *l.* 2. & 6. de legibus, tandemque in Gorgia. Arbitror (inquit Socrates) te cantilenam illam quæ circum in conuiuijs canitur, audiuiſſe, in qua cantores ita connumerãt: Optimam rem eſſe omnium, proſperam valetudinem; ſecũdò, egregiam formam; tertiò, diuitias nulla fraude quæſitas. Quod eſt Simonidis poetæ, vt refert Theodoretus de Græcorum affectionibus lib. 11. & Athenæus lib. 15. cap. 21. Stobæus ſerm. 101. Hic autem cæteris præfert pulchritudinem; quod & alij ſenſerunt. Cicero 1. Offic. & 4. Tuſcul. Ambroſius 1. etiam Offic. atq; alij de præſtantia pulchritudinis diſputantes. 2.

Plato.

Conuiuiorum vulgata cantilena.

Theod. *Athenæus.*

Pulchritudo cæteris prælata.

Speciosus forma. Simplex in Hebræo verbũ, ſed quod geminatione & quaſi cõpoſitione vnius litteræ vim addat ſignificationi & pulchritudini. Quare geminationem litteræ, geminatione & repetitione vocis & pulchritudinis exprimendam cenſuerunt vniuerſi interpretes; cum enim *Iapha*, ſit, pulchrũ eſſe, aut pulchreſcere, & hoc loco dicendum eſſet *Iaphaheta*, pulchruiſti, dictum eſt, *Iaphiaphitha.* Quare Hieronymus Iere. 46. 20. vbi ſimilis litterarum radicaliũ geminatio reperitur, duplici itẽ voce exprimendam cenſuit, *Vitula elegans atque formoſa Aegyptus*, & hoc loco, Decore *pulchrior es.* Cyprian. lib. 2. aduerſus Iudæos: *Decorus ſpecie*, atque eodem modo Aquila, Symmachus, & quinta editio apud Euſebium; Tertullianus verò lib. aduerſus Iudæos in finem & lib. aduerſus Marcionem c. 7. & ca. 14. & 17. legit, *Tempeſtiuus decore.* vtrumque enim denotat vox Græca ὡραῖος, nempe & venuſtatem, & formæ tempeſtiuitatem maturæ cõiugio, & fortè à pulchritudine matureſcentium florũ fructuumve huius appella-

Geminatio vocis & Syllabæ ad vim.

יפה

יפיפית

Hierony.

Cyprian.

Euſebius. *Tertull.*

ὡραῖος.

appellationis ratione deſumpta. Idemque Tertul- A
lianus illud quod dicitur inferius: Potētiſſime ſpe
Ezech. 16. 8. cie tua & pulchritudine tua, legit, Potens tēpeſti-
uitate & pulchritudine: vt videatur notari perfe-
cta quędam pulchritudo virilis ſponſi matureſcē-
tis, & ducendæ vxori opportuni; ſicut ſcriptum
eſt: *Ecce tempus tuum tempus amantium, & expan-
di amictum meum ſuper te.* quæ periphraſis eſt pul-
chritudinis nuptijs tempeſtiuæ. Sed de hac gemi-
natione, & repetitione pulchritudinis, iterum
5. ſtatim.

מן *Præ filijs hominum*: Præpoſitio *Min*, nota com-
Comparationis nota apud Hebræos. parationis apud Hebræos, alijs comparatiuis aut
ſuperlatiuis carentes. quæ quia variè reddi ſolet,
ita etiam variè legunt hunc locum. Aquila *à filijs
hominum*, Chryſoſtomus Homil. 28. in 8. Matth. B
Tertullianus aduerſus Iudæos cap. 9. & Cypria-
nus libr. 2. aduerſus Iudæos cap. 29. *ſuper filios*,
Symmach. *præter filios*: & videtur eſſe idem ſen-
ſus Tertulliani legentis: *citra filios hominum*. quòd
illum legiſſe mallem vltra filios hominum. ſed
Varia lectio. quocunque legas modo, eadem vis illius præpoſi-
tionis originalis apud omnes; ſicut & illa Cant.
LXX. 5. 9. Qualis eſt dilectus tuus ex (Septuaginta, à
Prępoſitio. præ, vltra, pluſquam) dilecto? id eſt, Qua in re,
Ex ad comparationé. aut qua pulchritudinis nota excedit dilectus tuus
pulcherrimos alios ſponſos? Cum enim pulchrum
per ſe amabile ſit, ſicut & bonum, vt eſt in veteri
prouerbio? Quod pulchrum eſt amicū eſſe, quod
Pulchrum, amicum. celebrat Plato in Lyſide & luculenter exponitur
à Proclo ſuis illis Platonis Alcibiadis commenta- C
rijs; perinde erit dilectum ex, aut præ dilecto, di-
xiſſe; quod pulchrum præ alijs aut ſpecioſum præ
Dilectus ꝑ pulchro. filijs Adam. Atque hoc loco cùm nomen Adam
videatur eſſe nomen ſpeciei humanæ, & notare
non tam vilem conditionem ex materia, quàm
Adam nomé eximij Dei artificij. ſingulare Dei creatoris artificium, & eximiam
opificij humani corporis pulchritudinem, Formo
ſus præ filijs Adam, erit inter pulchros pulcherri-
mus; atque pulcherrimis & ſpecioſiſſimis ſpecio-
ſior: perinde enim eſt ſi per comparationem cum
Hieronymo explices, & legas decore pulchrior es
filijs hominum. aut ſi cum alijs per ſuperlatiuum.
Geminatio ſyllabæ ad augmentū. Nam geminatio, vel vocis, vel ſyllabæ ex proprie-
tate linguę Hebraicę ſignificationem auget & in- D
tendit per exceſſum & excellentiam quæ vel com
paratione, vel ſuperlatione explicetur.

Chryſoſt. Illud minus ſolidum, quòd Chryſoſtomus ne-
gat hoc dici per comparationem: *Non enim* (in-
quit) *dixit ſpecioſior, ſed ſpecioſus forma præ filijs ho
Filiis hominis. minum. Hæc pulchritudo eſt alia ab illa.* quaſi dice-
ret, cùm pulcherrimus ſit, tamen ea pulchritudi-
nis ratio diuerſi generis eſt à pulchritudine aliorū
hominum. Senſus verus, ſed paulo coactior. Illud
Caietanus notatus. vero puerile, quòd Caietanus *filios hominum* tam
anguſtè accipit, vt Adamum non comprehendat,
quòd genitus cóceptuſve non fuerit inſtar aliorū
filiorum hominum. perinde enim eſt *filius homi-
nis*, atque homo, ex proprietate linguę. quod mi-
rum, à Caietano non viſum, aut contemptum. E

4. Salomonis pulchritudo. Salomonem verò eximia oris dignitate & pul-
chritudine decoratum fuiſſe, atque præclaram
indolem, & bene compoſiti animi documenta
præ ſe tuliſſe, vultu, colore, membrorum & totius
corporis conformatione, nemo iure ambigere de-
bet; vt qui fuerit ex pulcherrimis parentibus pro-
genitus, aureus totus, à capite ad pedes, vt veriſſi-
Vide lib. 6. c. 3. & 4. mè illum ſponſa deſcribit. de quo nunc non plu-
ra; quòd illius pulchritudinem proprio & pecu-
liari tractatu proſequemur, vbi de peculiaribus
illius animi & corporis ornamentis dicendum
nobis erit.

*Chriſtus Dominus an externa corporis ſpecie
ſpecioſus præ filijs hominum.*

SEd hæc Salomonis ſpecies & forma, ſpecies 5. Pulchritudo Chriſti propter diuinitatem.
tandem & adumbratio tenuiſſima fuit diui-
næ pulchritudinis Chriſti Ieſu: Quàm hoc verſi-
culo prædicari vniuerſi intelligunt etiam Iudæi.
Kaldæus: *Pulchritudo tua ò Rex Meſſia, maior filio-
rum hominum.* Sed non eadem omnes ratione cō-
ſiderant. Et primo propter diuinitatem: Nō enim
(inquit Baſilius) pulchritudinis carnem commē- *Baſilius.*
dat: idem docet Cyrillus ſuper Iſai. 55. Apollina- Chriſti pulchritudo nō eodem modo ab omnib. cōſiderata.
rius in Catena. B. Vigilius lib. 2. contra Eutychen.
Auguſtinus in præfat. Pſal. 103. & concione. 1. in
Pſalm. & videtur Ambroſius. lib. 1. de Virginibus
poſt medium, & lib. 3. Epiſtolarum. Epiſtola 11.
ad Irenæum, & de interpellatione Dauid, poſt ini- *Cyrill. & alij.*
tium. & in c. 3. 1. ad Tim.

Secundò, alij hoc dictum volunt de ſuſcepta
humanitate: quippe *diuinitas* (vt Hieronym⁹ ait) *Hierony.*
non habet comparationem; & vt ait Auguſtinus, & *Auguſt.*
poſt eum Ruffinus; *Quare non præ Angelis? & quid* *Ruffinus.*
voluit dicere: præ filijs hominum, niſi quia homo? li- Pulchritudo Meſſiæ propter animam.
cet hoc loco Auguſtinus potiùs velit hominem
Chriſtum, non alios homines, prædicari formo-
ſum: ſed tamen non propter corpus ſed propter
animam: Formam eius (inquit Theodoretus) *vo* *Theod.*
cat non corporis, ſed virtutis & totius iuſtitię adim- *Euſebius.*
pletionem; quæ nullam peccati maculam contraxit.
Idem docent Euſebius & Nicephorus, qui omnes *Nicephor.*
eam pulchritudinem referre videtur ad gratiam
gratum facientem. Extendit etiam aliquanto am-
plius Chryſoſtomus: *Gratiam* (inquit) *hic dicit,* *Chryſoſt.*
*eam quæ venit ad carnem, deſcribens eius pulchritu-
dinem, & ſignificans gratiam, ſapientiam, doctri-
nam, miracula.* Idem docent Arnobius, Remigius, *Arnobius.*
Euthymius, Ruffinus, & perſpicuis verbis Augu- *Remigius.*
ſtinus ad Paulinam de Videndo Deo epiſt. 112. *Euthym.*
Si nulla ſpecies eſſet mente contueoda, non dice- *Ruffinus.*
ret ille, ſpecioſus forma præ filijs hominum: neq; *Auguſt.*
enim hoc ſecundum carnem dictum eſt, ſed ſecū-
dum ſpeciem ſpiritualem.

Sed cum nulla ſit de re ipſa controuerſia, quod An accipiēdū de corporali Chriſti pulchritudine.
ad pręcedentes expoſitiones ſpectat, at de illo eſ-
ſe videtur, An Chriſti Domini corporis ſpecies &
forma ea fuerit, vt de illa accipi poſſit hæc ſen-
tentia ſpecioſus forma præ filijs hominum. Nega-
uit ſanè vtrumque Michael de Medina lib. 2. de *Michael de Medina.*
Recta in Deum fide, aſſerens hunc verſiculum
(etiam ſi de Chriſto loquatur) vel ad diuinitatem
ſpectare, vel ad virtutum ſpeciem, & formam, in
quo ſanè nihil errauit, cum eiuſdem ſententiæ ha-
beat patronos Patres omnes quos protulimus. ſed
addit deinde: [Neque enim corporali ſpecie pul-
chrior fuit Apolline, Adonide, Narciſſo, Hippo-
lyto, aut fęminis illis, Helena, Ariadna, & reliquis
vtriuſque generis propter ſpeciē celebribus. Quæ
opinatio his poſſet probationibus fulciri.]

Prima quòd diſertis verbis Patres non ſolùm An facies Chriſti inhonorata & exinanita.
negent eam ſententiam conuenire in Chriſti Do-
mini corpus, & externam ſpeciem; ſed præterea
affirment externam Chriſti Ieſu ſpeciem minimè
fuiſſe ſpectabilem; Cyrillus Iſai. 53. ait fuiſſe *fa-*
cie inhonorata: & quoad diuinam dictum fuiſſe, For- *Cyrillus.*
moſus pulchritudine præ filijs: & in hoc Pſalm. ſu-
per id, *Accingere gladio. &cæt. Carnis gloriatio-
nem nemo adſcripſerit Chriſto nec in gloriam ipſius
cenſuerit. Abſit hoc: Totum enim myſterium In-
carnationis eſt exinanitio; ſicut ſcriptum eſt ab Iſa-* *Auguſt.*
ia: Vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque pul- *Euſebius.*
chritudinem. Auguſtinus, Euſebius, Theodore- *Theod.*
tus,

Baſilius. Tertull. Apollinar.

tus, Baſilius, exprimunt non dici de forma corporis. Baſilius in Catena Barbari, Pulchritudinem carnis non commendari, quia ſpecies eius inhonorata. Idem fere Apollinarius in Catena. Tertullianus aduerſus Iudæos cap. 14. ſpeciem eius inhonoratam, deficientem citra filios hominum, & ſordida illa indomēta apud Zachar. 3. carnis paſſibilis & mortalis indignitati tribuit: poſt reſurrectionem verò, ſpeciem honorabilem & decorem habiturus eſt indeficientem ſupra filios hominū: Tempeſtiuus (inquit) decore, potens tempeſtiuitate & pulchritudine sua. quaſi diceret, tum ignobilitatem formæ tum ſplendorem pulchritudinis tempeſtiuè, ſuo quodque tempore opportuno filium Dei oſtendiſſe: *A tiempos diſſimulado, y a tiempos hermoſo y deſcribierto*. hæc eſt enim tempeſtiuitas pulchritudinis. Quam minimè agnoſcit Tertullianus in ſtatu mortalitatis. Athanaſius Orat. de Humana natura ſuſcepta, contra Appollinariū *Poſtea vidit Iſaias formam ſerui indutum & in ſimilitudinem hominis effigiatum. Idem dicit: Non habebat pulchritudinem, quippe cuius ſpecies contemptibilis eſſet. Clemens* Alex. 3. Pædag. cap. 1. quod inſcribitur, De Vera pulchritudine. Ipſum dominum fuiſſe aſpectu deformē, teſtatur Spiritus per Iſaiā. Quis eſt autem domino præſtantior? Sed non carnis pulchritudinem, quæ viſione apprehenditur, ſed veram animæ & corporis oſtendit pulchritudinem: animæ quidem beneficentiam; carnis vero, immortalitatem. Caſſiodorus; non quia forma eius decore lactei coloris eluxit aut flauo crine lāpauit; aut inſigni ſtatura præminuit; ſed quia peccata non habuit. & confirmat ex illo Cantic. 1. Cū Eccleſia, quæ Chriſti portat imaginem, ait, fuſca ſum corpore carnali, formoſa cæleſtibus meritis. D. Thomas in hunc Pſalm. Non eſt intelligendum, quòd Chriſtus habuerit capillos flauos, vel fuerit rubeus.] Negat quoque de corporea pulchritudine accipiendum Euthymius in Pſalm. Auctor Incognitus. qui quamuis oppoſitam partem deformitatis & obſcuritatis in facie non exprimant; indicant tamen; ſi enim corporis pulchritudinem agnouiſſent, cur ex hoc loco repuliſſent?

Tertull. Athanaſ. Clemens Alexand. D. Thom. Euthym.

Chriſtus contemnēs exteriora ornamēta.

Præterea nam pulchritudo videtur eſſe ex illis externis corporis ornamentis, quæ Chriſtus Dominus diuino conſilio contempſit; quippe, vt Cyrillus ait, non fuit inter homines dignitatis quodam ſplendore fulgentes, diuitiarum quaſi ſatellitio, ac comitatu elatos, & amplos, vel alio modo in terrena dignitate conſtitutos. quod pluribus amplificat Chryſoſtomus in hunc Pſalmi locum.

Chryſoſt.

Pulchritudo nō ſemper coniuncta cū probitate.

Tandem quòd non ſemper eximia pulchritudo cum optimis moribus, atque cum optima internarum virium & ingenij compoſitione & pulchritudine conueniat, id quod exemplis plurimis demonſtrari poteſt.

6. Chriſti pulchritudo hoc loco prædicta. Chriſti oculi micātes.

Cæterum de corporis ipſius ſpecie, & dignitate oris & vultus tum locum hunc, tum rem ipſam accipiunt, Hieronymus ad Principiam: *Niſi enim* (inquit) *habuiſſet & in vultu quoddam oculiſque ſidereum, nunquam eum ſtatim ſequuti fuiſſent Apoſtoli, nec qui ad comprehendendum venerant, corruiſſent*. Idem docet in Matth. cap. 9. & cap. 21. & fere idem docet Chryſoſtomus: (aut ſi alius eſt) tomo 2. Homil. 13. in Marcum: Abulenſis Matth. 9. quæſtion. 42. Chryſoſtomus homil. 28. in Matth. 8. ſuper id Marci 1. & Luc. 4. [Detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Et, Quia omnes quærunt te. Erant (inquit) ei affixi non pauci amantes, admirantesque ipſum, videre ſemper cupientes: & certè quis ab auctore talium ſignorum non inuitus recederet? aut quis vel faciem ſolam aſpicere, oſque ipſum, ex quo diuina præceptorum inſtituta profluebant ingenti deſiderio nō arderet; nam vt faciendis ſignis erat mirabilis, ſic viſu gratioſiſſimus traditur fuiſſe; idque propheta multo antè clamauerat: ſpecioſus pulchritudine,] &c. Facit etiam quod idem Chryſoſtomus in hoc loco Pſalmi ait, *agi de ea gratia, quæ venit ad carnem*. & Iſaiam capit. 53. minimè agere de *deformitate. Abſit. Sed de contemptione*. Athanaſius Orat. de Incarnatione Chriſti in fine: *Pulchritudinem vel gloriam corporis Dei non eſt fas exprimi humano intellectu*. quamquam huc loco non iam videtur appellare ipſam externam corporis ſpeciem, quàm puritatem & gloriam ex vnione cum verbo. Anſelmus libr. 1. Cur Deus homo, capit. 2. ait *ſe indignari prauis pictoribus, cum ſpecioſam formam præ filijs hominum informi figura pingi videret*. Damaſcenus vbi agit de Imagine Chriſti miſſa ad Abogarum libr. 4. capit. 17. appellat Chriſti domini *faciem diuinam & viuificam*. Nicephorus lib. 1. hiſtor. capit. 40. egregium viuidumque vultum, & ex cuius oculis ſubfloreſcentibus mirifica prominebat gratia. deſcribitque minutatim & libro 2. capit. 7. ex effigie ſplendorem locis emicuiſſe. de qua Chriſti domini effigie Cardin. Baron. tom. 1. Annal. anno Chriſti 31. Bernardus ſerm. de omnibus ſanct. *Adhærebant ei affatu pariter & aſpectu illius delectati, cuius nimirum vox ſuauis, & facies decora, ſicut S. S. ſpecioſus forma, & cæt.* Ex interpretibus verò Iacobus Chriſtopolitanus Carthuſienſis, Titelmanus, Nicolaus, Hugo, Eugubinus, Ianſenius, Genebrardus in Pſalm. Sotomaior. capit. 1. Canticorum. Delrius cap. 5. & in ſpeculo Mariano quatuor lectionibus ſacris de Pulchritudine Chriſti. Theologi Scholaſtici nonnulli, 3. diſtinct. 15. Bartholomæus de Medina quæſtion. 14. 3. part. Diuus Thomæ articul. 4. vbi Suarez diſputat. 32. ſect. 2. Valentia puncto. 2. qui dicunt eſſe communem Theologorum ſententiā, Chriſtum fuiſſe ſpecioſiſſimum.

Chryſoſt. Athanaſ. Anſelmus. Niceph. Baron ius. Bernard. D. Thom. Medina. Suarez. Valentia.

7. Locus hic verè accipitur de externa corporis pulchritudine

Ego in hac controuerſia ſic primum cenſeo, locum hunc Pſalmi ad Chriſti Ieſu corporis & oris pulchritudinem referendum. Cum enim res ipſa per ſe veriſſima ſit, vt ſtatim dicemus, ac verba ipſa ſimpliciter accepta rei conueniant; videtur veriſſimè effici locum in ipſam corporis pulchritudinem ſponte ſua conueniſſe: præſertim ſi illa Auguſtini regula vtamur, verbis ſacris ſimpliciter & ſine figura vtendum, vbi nihil abſurdi reperiatur.

Locus hic tutò accipi pōt de alia quā de corporis pulchritudine

Secundum, qui neget hunc Pſalmi locum de corporea Chriſti ſpecie accipiendum, inconſultò, meo iudicio, & perperam ille faciet; ſed nulla grauiori nota inurendus. Quippe varia eſt & anceps eius loci intelligentia apud doctores Sacros, & neque omnibus, neque pluribus ea interpretatio probatur. Rem hanc ſe ingenuè fateri ſcribit P. Valentia & ſine incommodo eiuſmodi Scripturarum loca à Theologis Scholaſticis tantum accommodari ad formam. Titelmanus verosimile videri. Sotomaior, conſentaneum videri rationi & auctoritati ſacrorum doctorum. Hæc dixerim, quòd videam quoſdam Theologos paulo audentiores ad damnandas temeritatis illas alias huius loci intelligentias, quæ minimè hoc loco agnoſcant Chriſti Domini humanam pulchritudinem.

Valentia. Titelman. Sotomaior.

Audacia quorundā Scholaſticorum.

8. Chriſti Domini ad finem inten-

Tertium, & quod rem ipſam proximè tangit, eam Chriſtus dominus corporis & oris totius dignitatem, & pulchritudinem habuit, quæ cum ſumma reuerentia coniuncta eſſet, & quæ maxi-

mè

iũ pulchritudo cõdacens perfectiſſima.

mè deceret illius conditionem, atque munus & A perſonam. Rem hanc docuit Diuus Thomas, ferè his ipſis verbis, hoc Pſalmi loco. Vbi ſubtiliter ſignificat Pulchritudinem non eſſe eãdem in omnibus, neque reſpectu eiuſdem finis. Sicut igitur alia eſt pulchritudo pueri, alia virginis, alia viri, alia ſenis; ita alia pulchritudo doctoris, alia ducis, alia grauiſſimi cenſoris morum, & publici prophetæ atque præconis verbi Dei; alia priuati hominis, cuius nihil interſit publicæ rei. Pro diuerſitate igitur perſonarum & officiorum decent diuerſi vultus, vultuumque diuerſus habitus, color, vocis diuerſitas & externa vniuerſa oris compoſitio diuerſa. Ad eum igitur finem quem ſibi Chriſtus Ieſus propoſuerat, optimam, ſummeque B perfectiſſimam corporis & oris compoſitionem, atque dignitatem elegit. Aſſertio hæc noſtra tam eſt certa, quàm Deum optimis ad finem propoſitis conſequendum, medijs & inſtrumentis vti; & qui hoc negaret, læſæ fidei reus proculdubio fieret.

Pulchritudo non eadem in omnibus.

Hinc neceſſaria conſecutione efficitur, ea humorum contemperatione atque omnium membrorum compoſitione Chriſti Ieſu corpus formatum fuiſſe, ex qua per ſuas ætates & vitæ gradus perfectiſſima & abſolutiſſima corporis & vultus dignitas ſubſequutura eſſet, & ſemper diuinum aliquid emicaret. Itaque nulla dignior puerilis facies, nulla adoleſcentis, iuuenisve, nulla viri, &, ſi decuiſſet ad ſenectutem vſque peruenire, C nulla ſenis dignior, venerabiliorve canities, ſpectari potuiſſet, attenta illa, quam iam dixi finis, & ſtatus officijve grauiſſimi circunſtantia & ratione.

Chriſti ſũma pulchritudo per ætates variata.

Tum illud, quod de delicatiſſima complexione Chriſti corporis frequenter dicitur; ſic intelligendum, vt ea fuerit quæ ad finem & conditionem perſonæ opportuniſſima perfectiſſimaque eſſet, & quæ tum ſentiendis, tum tolerandis vitæ laboribus, atque macerationibus par futura eſſet.

Chriſti delicatiſſimũ tẽperamentũ quomodo.

9.

An Chriſti pulchritudo ad finẽ relata, ſit & abſolutè ſũma pulchritudo.

Quartum: illud minus certum, an ea perfectiſſima corporis & totius oris compoſitio, quæ, diuinam Chriſti perſonam munuſque decebat, vt non potuit non eſſe perfectiſſima, atque digniſſima; D ita etiam in ſummo pulchritudinis, gradu fuerit, vt quod decentiſſimum optimumque erat, ſimul fuerit pulcherrimum, pulchritudinis natura & ratione ſecundum ſe conſiderata, & ad nullum finem moralem relata, tantum ſpectata illa harmonia & concentu integritatis & proportionis membrorum cum ſuauitate coloris, quæ per ſe ſe externum ornamentum eſt, & opportuniſſimum oculorum obiectum, pabulumque iucũdiſſimum. Quod cum mihi non liqueat, cenſeo ſanè rem eſſe in vtramque partem ſine vllo fidei diſcrimine ancipitem, propterea in medio relinquendam. Sanè negaſſe viſus eſt Caietanus, cùm hoc loco ſuo more ait, [Chriſtum ſecundum corpus fuiſſe ſpecioſum præ filijs hominum negatiuè: hoc eſt, E quod nullus fuit ſpecioſior illo. & fortè etiam fuit ſpecioſior poſitiuè præ filijs hominum; vt excludatur primus homo (is enim non fuit filius) qui fuit etiam commenſuratiſſimus factus à Deo.] nõ enim Caietanus (arbitror, etiam neque Medina) negaſſet exquiſitionem & perfectiorem corporis dignitatem ad ſuum finem habuiſſe Chriſtum Dominum; quàm Adamum ad ſuum ſtatum & munus; quæ fortè ſi in genere pulchritudinis ſecundum ſolam externæ pulchritudinis virilis rationem conſideretur, maior potuerit cenſeri Adami aut alterius hominis pulchritudo, ſed

Caiet.

Medina.

Chriſti pulchritudo cum Adami collata.

A non melior pulchritudo aut perfectior digniorve ad propoſitum finem compoſitio, & confirmatio totius oris & corporis. Illa enim decebat Deum; hæc verò non niſi purum hominem. Illa ad præſtantiſſimum diuinumque finem referebatur, hæc ad humanum: Illa non potuit contemni ab eo, qui optima & opportuniſſima inſtrumenta ad ſuum finem exquirebat; hæc vtpote minus idonea, & magis ſpecioſa, quàm vtilis, contemni & potuit & debuit. Id quod non obſcurè videntur indicaſſe Tertullianus, Cyrillus, Chryſoſtomus, Baſilius, Clemens, Euſebius, D. Thomas, Caſſiodorus, ſuperius adducti; Illam ſemper retinuit filius Dei etiam in medijs corporis macerationibus, ieiunijs, profuſionibus ſanguinis, alapis: vt ve- B riſſimè dictum ab Auguſtino fuerit, Pulcherrimũ videri Chriſtum Ieſum diligentibus illum, & ſummam oris dignitatem, & maieſtatem ſpectantibus. Illa vt ſtatui mortalitatis & redemptoris condecens fuit; ita in glorioſa triumphatoris reſurrectione perfici potuit; decuitque ad ſummum ſplendoris & pulchritudinis externæ (non immutata membrorum ſubſtantia & ſymmetria) cum ſumma coloris ſuauitate euchi. quod voluerunt, qui ſummam Chriſti corporis pulchritudinem, non niſi poſt reſurrectionem conſiderant, Tertullianus, Cyrillus, Baſilius, Athanaſius, Nazianzenus Orat. 2. de Paſchate, quæ eſt 42. ita neque hæc nunc deeſt filio Dei, id eſt, ſumma in C pulchritudinis genere ſpecies & decor; cuius ſanè corpus velut obiectum beatitudinis noſtrorum corporum reſurgentium futurum eſſe, Auguſtinus & Cyprianus docuere; ac illius ideam noſtrorum corporum futuræ pulchritudinis metrum & exemplar fuiſſe iam inde à primo homine creato, Tertullianus, Origenes, Athanaſius, Cyrillus, Irenæus & alij patres grauiſſimi ſenſerunt. Neque mirum detinuiſſe nos illius diuinam ſpeciem, *in quem deſiderant angeli proſpicere.*

Tertull. Cyrillus. Chryſoſt. Baſil. Clemens. Euſeb. D. Thom. Caſſiod.

Chriſti reſurgentis pulchritudo.

Tertull. & alij Patres.

Chriſti corpus obiectũ beatitudinis noſtrorũ corporũ. Auguſt. Cyprian.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

PArs hæc quoque pulchritudinis inter præcipuas, vt & labia ſint quantitate & propor- D tione moderata, colore rubentia inſtar liliorum Syriæ, paulo ſubtiliora: de quo Cantic. 1. & nos diceimus aliquid lib. 6. vbi de Salomonis pulchritudine. Sed quia hoc loco *labijs* infunditur *gratia*, quæ ad ſermonis præſtantiam & elegantiam, quæ pulchritudinis quoque pars quædam eſt, referri ſolet, ideo ſermonem & eloquentiam regis ſponſi commendari à vate, exiſtimare oportet: Frequens enim eſt in ſacro ſermone, vt inſtrumenta formandæ vocis & ſermonis, pro ipſa voce, & ſermone vſurpentur, Guttur, fauces, Pſal. 5. 10. & 148. 6. Prouerb. 3. 3. & 6. 21. palatum, vt propriè ex Hebræo & Septuaginta legitur, Prouerb. 5. 3. Iob. 31. 30. dentes, Pſalm. 56. 5. & E 34. 16. Threnor. 2. 16. lingua paſſim, ſicut & os. neque minus frequenter *labia.*

Lilia Syriæ rubentia.

Gratia ad ſermonem.

Inſtrumẽta vocis pro voce.

Porro eloquentiæ & ſermonis venuſtas, pulchritudo nominari ſolet, & cum ipſa totius oris pulchritudine coniungi. 2. Machab. 15. 12. cum deſcribitur Onias verecundus (propriè ex Græco venerandus,) viſu, (aſpectu) modeſtijs (ſuauis, mitis) *moribus, & eloquio decorus.* (eleganti præditus facundia, ſermones decenter efferens, decore.) affert enim vox Græca decorem, qui decet perſonam, facta, dicta. vtriuſque verò pulchritudinis oris & ſermonis elegans illud ſymbolum Geneſ. 49. *Pulchriores oculi eius vino*

Sermonis pulchritudo.

πρέπει.

Gen. 49. 12

(Hanc-

Dentes lacti, ſermonis facundia.

(flaueſcentes, acres, flammantes, sb oculis verò tota oris ſpecies.) *& dentes eius lacte candidiores* (argenteum eloquium, pura, dulcis doctrina Chriſti; ſic exponentibus Ambroſio de Benedict. Patriar. capit. quarto: Hieronymo: Iſai. 55. Theodoreto in Geneſ. quæ. 109.) Quare vtrumque efflagitat ſponſus Cantic. 2. 14. vt ſponſa & *oſtenderet faciem decoram*; & inſonaret *vocem dulcem*. His enim duabus rebus maximè delectantur & capiuntur duo illi ſenſus, qui amori potiſſimum deſeruiunt, Viſus & Auditus; vt docet in conuiuio Plato.

Theod.

Plato.

11.

פוץ

Diffundere de affluentia ſermonis.

חנן

Sed verba ipſa rem appoſitè ſignificant; *Diffuſa*, infuſa. pertinet ad liquida, & commodè transfertur ad orationem, quæ fluit leniter, dulciter ex ore; quæ influit in auditorium animos. affert B etiam abundantiam, & copiam; Abundè & largè tibi affluxit diuina quædam eloquentia, inſedit in labijs affluens oratio. quod notauit Didymus hoc loco ex Ioel. 2. 29. Rom. 5. 5. ex verbo *effundendi*, aut *diffundendi*. *Gratia in labijs*. labiorum oratio, qua gratiam & beneuolentiam aliorum cōciliamus; qua gratioſi apud auditores reddimur. Ab eadem radice habent nomen preces, & obſecrationes quæ aliorum miſericordiam, beneuolentiam, gratiam conciliant. Sic enim & nos; *Tiene mil gracias en lo que habla*. Prouerb. 26. 24. *Labijs ſuis* (molli, & ſuaui oratione) *intelligitur inimicus*: *Quando ſubmiſerit* (Prop. gratificans, gratioſam reddens. Septuaginta. rogans inſtar C deprecantis, & gratiam atque beneuolentiam cōciliantis) *vocem, ne credas ei*. Coloſſ. 3. 15. *Grati eſtote*. Eucharisti, gratioſi, amabiles, benigni, comes. *no ſeais deſgraciados ni deſabridos*. quod videtur ſpectare ad id, quod cap. 4. 6. ſubijcit: Sermo veſter ſemper ſit in gratia, ſale conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. ita ad gratiam loquimini, vt granum ſalis adhibendum ſit, ne promiſcuè omnibus gratificari velitis, & ad palatum reſpondere.

Gratia labiorum 4.

Preces vnde dictæ.

Submittere vocem quid.

εὐχάριστοι.

12.

עלכן

Vatablus.

Propterea benedixit te Deus in æternum. Duplex in Hebræo particula, cui reſpondet illud propterea. quæ etiam commodè reddi poteſt duplici alia, reddendo cauſam cur tam affluens gratia infuſa fuerit illius labijs. *Propterea quod benedixit* D *te*, &cæt. hoc tibi prouenit ex ſuperna vberrimaque benedictione. vel, quod in idem recidit; *propterea*, id eſt, propter hoc, sed hoc, vt infunderetur tibi labiorum gratia, *benedixit te Deus*. non ſolum Deo gratiſſimus es propter gratiam labiorū tuorum; ſed vt gratiam labiorum haberes, ſua te benedictione præuenit. Hugo Victorinus ſuo more cap. 25. in quoſdam Pſalmos: *Benedixit te ad hoc: poſtea benedixit propter hoc*. Et quidem particulæ, quæ in Hebræo ſunt, vtrumque ſenſum admittunt, ſed illum, quem diximus præcipuè, vt cauſa finalis deſignetur, propter quam aliquid fit; ſicut inferius verſ. 8. & Geneſis 2. 24. vbi vertitur. quamobrem, & Cantic. 1. 2. ideo (propter eum finem, vt fruantur vnguentorum effuſorum E fragrantia) adoleſcentulæ dilexerunt te. quamquam & cum hoc illud alterum coniunctum eſt, vt propter gratiam labiorum mirum in modum placeat ſupremo regi Deo. ſicut ſcriptum eſt Prouerb. 22. 11. Propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.

Chriſtus vt gratiam haberet ſermonis, benedict⁹.

Porrò verbum benedicendi in ſacro ſermone affert inclinationem alicuius erga aliquem, cum debito animi affectu ſiue inferioris erga ſuperiorem, ſiue è contrario; nam aliter benedixit homo Deo; aliter Deus homini; aliter homo homini, vt aliquando fuſius expoſuimus; & eſt be- A nedictio re ipſa, & beneficio aliquo præſtita; nimium enim ſtrictè ſumpſit Chryſoſtomus benedictionem tantum ore tenus exhibitam. *Quis* (inquit) *eſt modus benedictionis? Aſſiſtunt Angeli laudibus celebrantes*, &cæt. Tum præterea neſcio quam multiplicationem & quaſi fœcunditatem ſolet afferre verbum benedicendi, ſicut ſcriptum eſt: Benedixit, & dixit: Creſcite & multiplicamini, Geneſis nono, primo. Ergo (inquit;) Benedixit te Deus, vt gratia labiorum perfunderetis tam copioſa & vberi, vt ad alios etiam redundaret; & gratia labiorum mortales inſtrueres; alijſque bene loquendi, bene precandi, gratiam conciliandi auctor & magiſter eſſes.

ברך.

Benedicere quid.

Chryſoſt.

Chriſtus magiſter precādi & gratioſe loquendi.

B Bene, & verè omnia hæc cum Salomone conueniunt, cuius mirabilis fuit labiorum gratia, & inaudita eloquentia, de qua diximus libro tertio. Certatim enim properabant ad *audiendam ſapientiam* Salomonis 3. Regum 4. 34. & beatos prædicabat Regina Saba; qui illum audirent. 3. Regum 10. 8. Neque illud non conuenire poteſt Salomoni, quòd dicatur benedictus in æternum. ſibi enim, & ſuæ poſteritati ſimilem benedictionem precatur Dauid 1. Paralipom. 17. 27. [Cœpiſti benedicere domui ſerui tui; te enim domine, benedicente, benedicta erit in perpetuum. & 3. Regum 2. 33. Dauid & ſemini eius, & domui, & throno illius ſit pax vſque in æternum à Domino.]

Gratia labiorum Salomonis.

C Sed quàm hæc anguſta in Salomone! quàm tenuis gratia labiorum illius comparatione Chriſti Ieſu, de quo ſcriptum eſt: Nunquam ſic loquutus eſt homo. Ioann. 7. 46. Lucæ 4. 22. Mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant in ore ipſius. Et ſæpe in Euangelio & Iſai. 50. 4. Dominus dedit mihi linguam eruditam. ſed gratia hæc labiorum, quæ patris gratiam conciliauit, ac promeruit nobis, ita cum benedictione illa & fœcunditate coniuncta eſt, vt nobis etiam *gratiam labiorum*, promeruerit, & illam noſtris precibus diuinæ beneuolentiæ conciliandæ facultatem: ſicut ſcriptum eſt: *Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*, & iterum; *In nomine meo* D *petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis: ipſe enim pater amat vos*. Ioannes 16. 23. 26.

Gratia labiorū Chriſti vberrima.

Orationis gratia à Chriſto.

IIII. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.*

1 *Fortitudo & decor duo principis ornamenta. Illuſtrati Moyſes & Samuel.*

2 *Sponſi regis ornamenta varia. Accingere verbum militare. Explicatus liber Regum.*

3 *Gladij geſtandi priſcus habitus. Pax Salomonis non inermis. Gladius ſuper femur, quid. Ilia, & femur in ſacro ſermone.*

E

4 *Dei pulchritudo terribilis. Illuſtrati Dauid & Iſaias.*

5 *Verbum homo, Deus accinctus gladio ſuper femur, docet carnis mortificationem. Verbum Ratio & Gladius.*

6 *Potentiſſimus, quid. Gabriel quid ſonet. Salus hominum cum Dei gloria coniuncta.*

Vt

1. Fortitudo & decor duo Principis ornamenta.

VT eſt proprium regis ornamētum A pulchritudo;ita & fortitudo;hæc tuetur ſubditos;illa allicit, atque delectat; vtrumque in Principe neceſſarium; præſertim cū regia pulchritudo & dignitas non debeat eſſe mollis & effœminata, non iners, & inermis; ſed quæ reuerentiam efficiat,& cùm opus eſt, metum & terrorem. Propterea duces fortiſſimos ſimul ac ſemel quidem à pulchritudine & fortitudine commendant Scripturæ,Geneſ.49.in benedictione Iudæ,& Deuter.33. 13. in benedictione Ioſephi. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius,cornua Rhinocerotis,cornua illius*, 2.Regum 1. 13. *Saul & Ionathas amabiles & decori in vita ſua,aquilis velociores,leonibus fortiores.* Quare B aliquando vt vtrumque coniungat Poeta, Herculem appellat pulchrum; ſimiliterque Auentinum triumphatorem:

Virgil. *Satus Hercule pulchro*

Pulcher Auentinus.

Prou. 31. 25. Ergo de hac ſponſi regis pulchritudine dici,quod de ſponſa poteſt, Fortitudo & decor indumentū eius. Et quod de ſupremo Imperatore Deo: *Decorem indutus eſt,indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pſ.92.1.

2. Chryſoſt. Hinc reſponſio ad illam Chryſoſtomi dubitationem; [Quænam eſt hæc mutatio, & quænam C verborum trāſlatio? cùm enim de doctore loqueretur, armatum regem nobis repentè deſcribit: deinde huic armaturæ admiſcet pulchritudinem: & grauis armaturæ militem ſignificans, rurſus victorem,& triumphatorē:porro eundem vnguentis delibutum, qui eſt miles & rex, & ſagittarius, & victor. & quamuis quidem aliter reſpondeat Chryſoſtomus,nos tamen ex dictis reſpondemus, in ſponſum regem ea omnia cadere: Spōſo enim conueniunt vnguenta, deliciæ, pulchritudo, pax, triumphus; Regi verò cum pulchritudine arma, gladius,ſagittæ,victoria atque triumphus.

Regis ſpōſi quā varia ornamēta.

חגר Accingere verbum militare.

Porro quod ad verba pertinet, verbum accingendi militare & bellicum eſt;& ſumptum ab habitu & baltheo militari,quo ita veſtis laxior ſtrin- D gebatur, ne impedimento eſſe poſſet præparanti ſe, & expedienti ad bellum, ſicut ſcriptum eſt 3. Regum 20.11. *Non glorietur accinctus, æquè vt diſcinctus*, id eſt, ille, qui baltheo ſe ſe accingit, ex quo pendet enſis, iturus ad prælium, ne canat triumphum ante victoriam, quaſi iam ſoluiſſet baltheum,& depoſuiſſet arma. Quare illa eſt periphraſis ætatis bello idoneæ: *Omnes accincti erant baltheo deſuper*, propriè ex Hebræo: *Omnes accingentes ſe, ab omni qui accingit ſe cingulo, & ſupra. Los que tenian edad para ceñir eſpada, y de ay arriba.*

Periphraſis. 4.Reg.3.21

3. Gladij geſtandi priſcus.

Quod verò dicitur ſuper femur, indicat gladium ad vſque femur pendere ſolitum. Cantic,3. 8. 2. Regum 20. 8. Accinctus gladio dependente E vſque ad ilia. Qui cuiuſmodi eſſet, & ad quam corporis partem incumbens dependeret, dicemus, vbi de ſatellitio Salomonis. Notat hoc loco Vatablus. Non ſolitos Orientales ſe accingere gladijs more noſtro, ſed geſtare gladios, qui reſpondeant ad femur.

Vatablus.

Pax Salomonis non ſegnis.

Iam vtcumque hæc dici potuerunt Salomoni; cuius pax nō fuit ſegnis,& mollis, quippe expeditiones nonnullas fecit 3. Regum 9. Et afferebantur ad illam arma bellica, 3.Regum 10.25.de quo dicemus amplius libro quinto. Ad illum igitur quaſi deprecanter videtur Propheta dicere, & leniter hortari; vt ad ſummam illam pacem, qua fruebatur, adhibeat etiam vſum aliquem armorum, ne otio & delicijs torpeſcat: vt modum adhibeat delicijs, & nuptiarum. Et, quaſi illum ipſum habitum externum gladij pendentis vſque ad femur tropologicè explicaret; hortatur regem; vt animi virtute contineat molliores animi & corporis partes, atque laſciuientes carnis appetitiones. Nam *femoris* nomine myſticè & honeſtè ſignificantur inhoneſta hominis; vt hoc loco obſeruat *Hieronymus*, ex Geneſ. 24.2.9. & 32.25.32. Geneſ.46. & 47.29. & 49.10. & Iudic. 8.6. *Manifeſtum eſt* (inquit Hieronymus) *quòd femur ſignificet opera nuptiarum*: idem obſeruat hoc loco Auguſtinus,Didymus. Baſilius, & alij interpretes locis indicatis, Nyſſen.Cant.3.hom.6.& quidem videtur nomen originale duci à mollitudine, quæ rei ipſi conuenit.

Gladius ſuper femur quid.

Femur inhoneſta hominis. Hierony.

ירך Auguſt. Didymus. Baſilius. Nyſſenus.

גִּבּוֹר

Excitat verò Regem ſancto illo nomine *Potentis*, aut *Potentiſſimi*, quod in Originali eſt *Gibor*, quod eſt, præualere, & ſuperiorem eſſe viribus, & robore; vt ipſo nomine, quaſi bono homine victoriam & triumphum polliceatur. Id verò nomen vertitur *gigas*, tum. Pſalm. 18. & tribuitur ſponſo procedenti de thalamo, & alacriter & exultanter, ineunti prælium, & ruenti in hoſtes.

Potens, & gigas.

4. Chriſti fortitudo cū humanitate & pace coniuncta.

Sed iam res ipſa exigit, vt quod in Salomone vix tenuiter conuenire potuit, ad verum noſtrum Salomonem Chriſtum referamus, cuius tota pax C ex bello fuit: cuius pulchritudo, & decor cum ſumma fortitudine coniunctus: ſicut ſcriptum eſt: Dilectus, quemadmodum filius vnicornium, quaſi diceret; quamuis pulcherrimus ſit, propterea que digniſſimus diligi; at fortiſſimus eſt, & metuendus: nam ſi ſemel iraſcatur, obuia quæque impetit, & proſternit, inſtar vnicornis. Et iterum Iſai. 2. 22. Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt: quia excelſus reputatus eſt ipſe. Quaſi diceret; quantumuis videatur vobis inſtar reliquorum mortalium, nihil magnificum præ ſe ferre; at certè Deus eſt; parcius itaque atque modeſtius cum illo agendum; ne ſubitò exardeat pronus in iras. *Yos poto à poco con el, que ſe le ſubira la moſtaza à las narizes*: vide D Nyſſen. Homil. 6. in Cantic. ſuper id, Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiant, &c. vbi eleganter oſtendit, diuinam pulchritudinem in terrore habere aliquid amabile, & contrarium corporeæ pulchritudini. nam hæc attrahit ad cupiditatem, & ad id, quod eſt iucundum, & blandum: pulchritudo autem illa eſt magni & excelſi animi virtus terribilis, atque bellum gerit aduerſus carnem, quæ inimica eſt Deo. Sic ferè Nyſſenus, qui omnino adeundus.

Pſal 28 6.

Nyſſenus.

Diuina pulchritudo terribilis.

5. Deus homo accinctus gladio ſuper femur.

Sed ſi ſpectare libet potentiſſimum Deum (in quem enim alium potentiſſimi nomen, quàm in Deum perfectè conuenire poſſit) accinctum gladio ſuper femur, intuere Verbum illud, qui eſt Gladius ſpiritus, coniunctum femori noſtræ mor- E talitatis & carnis, *vt Verbum caro factum*, ſit ſponſus *gladio ſuper femur accinctus*. Vide hoc loco Hieronymum, Didymum, Baſilium, Auguſtinum. Eſt porro gladius hic, Suus; in neminem enim perfectè quadrat, accingere gladio tuo: nam quidem potentia & robur, ſicut & gladius, extrinſeca ſunt & adtententia alijs hominibus,& Salomoni arma extrinſecus accedebant dono miſſa, & gladius, potentia, robur, propria ſunt filio Dei. Ideo non ſolum potens aliena potentia, ſed potentiſſimus propria virtute. Sic obſeruat Cyrillus. Rurſum cùm *Verbum* carne indutum

Hierony. Didymus. Baſilius. Auguſt.

Cyrillus.

con-

A contemplor, id eſt, gladium acutum carne quaſi inuolutum, & immerſum, intelligere ſanè compellor, mortificationem illam Ieſu: quid enim faceret gladius acutus appreſſus molliſſimæ carni, quàm pungere, lacerare, excarnificare? Si Verbum, id eſt, Ratio, fit, & ſuprema lex, quid faceret Ratio ſupra carnem, quàm docere nos, quorum caro appetitionibus & motibus effrænatiſſima eſt, vt carnem frænemus intra rationis præſcriptum, gladio Spiritus cōpeſcamus, vt mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferamus? Idem autem *ſermo Dei*, id eſt, verbum Dei, vocatur *gladius acutus*. Sapient. 18. 16. & de Chriſto interpretantur Idacius Clarus lib. 3. cōtra Varimādum; & Cerealis Epiſc. cap. 5. cōtra Maximinum, & de eodem interpretantur *gladium* illum, quem B adiget Deus ſerpenti Leuiathan, Iſai. 27. Tertull. Orig. Baſilius.

1. Cor. 4. 14.

Potentiſſimus quid. Verbi Incarnati nomen cōueniens cum Gabriele.

Et ipſum præterea Potentiſſimi nomen, quod in Originali eſt *Gibor*, cum myſterio incarnati verbi mirificè conuenit: nam ille ſupremus paranymphus Gabriel annūtiaturus Verbi cum noſtra carne nuptias ex Potentiſſimo ipſo atque fortiſſimo Rege, ſpōte *Gibor* nomen accepit, vt diceretur *Gibor-el*, aut *Gaber-el*, nimirum *Gabriel*, id eſt, virtus, fortitudo, aut potentia Dei: vt cum Proculo illo Conſtantinopolitano in Concilio Epheſino contra Neſtorium diſputante, opportunè dicere poſſimus: *Reuera nomen Archangeli, qui nuntium apportauit Mariæ, nomenclatura ipſa miraculum ſignificat*, videtur enim ipſe paranymphus dicere ad ſponſum; *Accingere gladio tuo, Potentiſſime.*

Concil. Epheſin.

Mirum verò, vt ſponſum, ſtatim ad hoſtem debellandum, & arma capeſſenda accēdat Propheta: inſtat enim hoſtis, vt opus fuerit, ſtatim à nuptijs [Omnipotentem Dei ſermonem, tanquam durum debellatorem in mediam exterminij partem proſilire. Ideo (inquit Euſebius) quia fortitudine illius maximè nobis opus erat, vt hoſtem, à quo captiui tenebamur, debellaret; à laude ad preces conuerſus ait: Accingere gladio tuo. Ad hanc pulchritudinem aſſumas oro & arma tua. Sed orat ſumma fiducia; quippe quod è re noſtra eſt, gloria illius eſt, & fortitudo illius, decor & pulchritudo eſt. Huc enim pertinet quod in Hebræo eſt, & qđ ſequitur: *Specie tua & pulchritudine tua*. Si pro nobis pugnes, & profundas ſanguinem, eris haberiſque pulcherrimus.

Euſeb.

V. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna.

Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

1 *Trina eiuſdem rei repetitio ad augmentum. Species quid in Hebræo.*
2 *Gladius ſpecioſus Principum ornamentum. Species tempeſtiua quid.*
3 *Intendere dictum de arcu. Aliena Latinorum expoſitio. Arcus & gladius cuius ſymbolum.*
4 *Proſperare quid in ſacro ſermone. Dirigere viam, proficere, regnare. Aſcendere victoris, aut triumphatoris habitus. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*
5 *Imperatiuus exhortandi. Vis varia præpoſitionis propter.*
6 *Principis virtutes quatuor. Verbum pro veritate & fide præſtita. Manſuetudo, & modeſtia quid.*
7 *Docere, iaculari, deducere, ab eadem radice Hebræa. Terribilis, aut mirabilis, Dei cognomen. Deus deducens manu ſuos principes.*
8 *Quadrigæ currus Chriſti triumphatoris. Aſcenſus pro quadrigis. Purpura pro Angelis. Illuſtratus Dauid & Paulus.*
9 *Gabriel, Michael, Raphael, Vriel, quid ſignificent. Reſpondentes quatuor Chriſti attributis.*

ELegantet Hieronymus: [More Panegyrici, quo laudatores loquuntur ad eos quos præconijs B efferunt, armatum cohortatur ad prælium, vt ſemel arrepta bella non deſerat, & ſuper hoſtium ſtrages victor incedens, præparet ſibi regnum.

1. Hieronym.

Specie tua & pulchritudine tua. Bis tantum legerunt Septuaginta, quod ter repetitur in Hebræo, vt obſeruat Hieronymus: Ne quis (inquit) vitio librariorum repetitum putet: eſt enim figura, quæ apud Rhetores repetitio nominatur. Primo ergo eſt nomen *Hod*, quod ſignificat decorem, ſpeciem, laudem, ſiue id à quo quis laudis gloriam & decorem conſequitur: quare iam vertitur, *decor*, aut ſpecies, 1. Paralipom. 7. 37. Dan. 10. 8. iam vertitur *gloria*, ſiue *honor*, Dan. 11. 21. C Num. 27. 20. iam *confeſſio*, Pſalm. 148. 13. Et hæc proculdubio pars ad verſiculum præcedentem pertinere videtur: ſicut & ſecūdum nomen, quod ſequitur *Hadar*, quod item *honor, gloria, decor, pulchritudo* ſæpe verti ſolet à Vulgato; & inter regia ornamenta numeratur, cum Dan. 11. 20. dicitur, *Indignus decore regio*, & Dan. 4. 27. *Gloriæ decoris mei*. & Prou. 14. 28. *Dignitas regis*, & Iſai. 63. 1. *Formoſus in ſtola ſua*.

Trina repetitio ad cōfirmationē.

הוד

הדר

Dupliciter ergo poteſt ad ſuperiora pertinere. Primò, vt ipſe *gladius* dicatur gloria, & honor, regis: *Accingere gladio tuo*, & per appoſitionem; *ſpecie tua: & pulchritudine tua*: quaſi diceret, gladio ſpecioſiſſimo & pulcherrimo, qui te inclytum & ornatiſſimum reddit, vt qui ſit ſumma arte & D elegantia elaboratus. Sic interpretatur Tertullianus 3. contra Marc. capit. 14. & Hieronymus ad Princip. attribuens pulchritudinem gladio, ſicut & ille de lorica;

2. Gladius ornamentum inclytum.

Tertull. Hieronym.

Donat habere viro decus, & tutamen in armis.

Virgil. 5. Aeneid.

Sed illud mihi magis probatur; Accingere gladio, quo tibi honorem & gloriam immortalem compares: quo tuus decor & pulchritudo promicabunt, & ſe ſe manifeſtius prodent. Non ſolum igitur vt tuos tuearis, ſed vt tuum decorem regium & ſplendorem augeas, capeſſe arma, gla- E dium, & arcum. Addit Baſilius, illud primum nomen ſpeciei, ſignificare maturitatem & idoneitatem temporis, & quaſi plenitudinem: quod, vt ſuperius dicebamus, vt ex proprietate Græca, legebat Tertullianus, Tempeſtiuitate tua intende, quaſi diceret, nunc ipſa temporis opportunitas, & maturitas exigit, vt in bellum contra hoſtes prodeas, tempori te accinge, & prælio cōpara: procede obuiam properanti inimico; irrue in hoſtium conferta agmina. Vide vt omni ratione accendat regem, ad præliandum, quod populo in bonum, Regi in gloriam ceſſurum ſit.

Germanior nex⁹. & ſenſus.

Baſil.

Tertull.

Et pulchritudine tua intende. Tertiò repetitur 3.

pulchri-

A *pulchritudo*, decorve Regis ſponſi? Et cum in Hebræo tantum ſint duo verba proſperandi & regnandi, tamen Septuaginta ornatus & claritatis gratia tertium addiderunt, Intende; quod ad arcum & ſagittas pertinet, vt omnibus regalibus armis ſponſum inſtruerent. Intende, inquam, arcum. Non ſolum vibra gladium, ſed etiam tende arcum, & in eo para vaſa mortis, quibus collimes corda inimicorum regis. Sic obſeruant Chryſoſtomus, Athanaſius, Didymus, Intendendi verbum Græcum ad ſagittandum referri. Quare aliena eſt illorum Latinorum interpretatio referentium ad intentionem & propoſitum animi, quaſi diceret; In hoc vnum intende, & dirige cogitationem, vt regnum tibi pares, vel ad conſiderationem attentam, vel ad virium & neruorum contentionem. Quamquam hoc vltimum, quod eſt Ruffini, etiam in proprietatem Græcæ vocis conuenire commodè poſſit; nam *ἔντονος* eſt intentus, vehemens, & qui contentis viribus, & ſumma neruorum contentione, ac laterum firmitate & fortitudine præditus eſt, qui etiam internas animi vires, & prudentiæ, aliarumque virtutum neruos in rem aliquam perficiendam intendit. Omni igitur ratione intende. Quamquam genuinum & germanum illud de arcu; ferè ſemper enim coniungitur cum gladio: hæc enim duo arcus & gladius perfectæ panopliæ ſymbolum ſunt, & vtrumque armorum genus apud Orientales in vſu, Geneſ. 48. 22. Ioſ. 24. 12. 1. Regum 17. 47. 2. Regum 1. 22. Oſeæ 1. 7. & paſſim.

LXX.

Chryſoſt. & Græci. ἐντείνω. Athanaſ. Didymus.

B

Nicolaus. D. Thom. Ruffinus.

Arcus & gladius ſymbolum perfectæ armaturæ.

C

4. פלח

Proſpere procede, ſimplex in originali verbum, quod etiam obſeruauit Didymus, & Cyrillus, volentes actiuè reddendum. Proſpera, acſi diceret; Proſperitatem præbe ijs, quos tibi armis ſubieceris, & potentia debellatis, ſubiectis parce, rebelles ſubijce: ſub te etiam victi & triumphati fœlices erunt, & proſperi. Fortunabis igitur quos vulneraueris gladio, & collimaueris arcu. Sed germanius & propius ſignificatione intranſitiua, proſperare, ingredere proſpere: perfice, & procede fœliciter; euenient tibi cuncta fœliciter, nos propriè & eleganter diceremus: *Yreis ſiempre de bien en mejor, y paſſareis adelante*. Libere & ſine impedimento vllo exeres vires tuas; mirabiles facies progreſſiones. Quod 2. Paralip. 20. 20. dicitur: Cuncta euenient proſpera. Pſalm. 1. 3. Quæcumque faciet, proſperabuntur. Pſal. 36. 7. Ierem. 12. 1. *Viam proſperari*, & *dirigere*, aut *dirigere viam*. Geneſ. 24. 40. Ioſue 1. 8. vnde Cyprianus hunc locum legit, *dirige*. Chryſoſtomus verò inquit, *alium legiſſe, proſice*. Denique Ezechiel. 16. 13. Procedere in regnum. Sic videtur regi ſponſo pollicetur vates ſolidam, conſtantem & diuturnam fœlicitatis, & actionum ſecundum curſum ſine vlla offenſione ad ſummum gloriæ & regni faſtigium. Quod ſequenti verbo regnandi, ſiue aſcendendi indicatur.

Didymus. Cyrillus. Victi ſub optimo triumphatore fœlices.

D

Cyprian. Chryſoſt.

Et regna. Propriè verbum originale ſignificat aſcendere; cum quo proſperitatem præcedentis vocis aduerbialiter iunxit Hieronymus: *Proſpere aſcende*. Eſt verò is aſcenſus more inequitantis ſuper iumentum, aut ſuper currum, quæ eſt frequentiſſima verbi aſcendendi in ſacro ſermone vſurpatio; ſicut ſcriptum eſt: *Equum & aſcenſorem deiecit in mare*, Exodi 15. 1. quare dicitur Deuteron. 33. 26. Aſcenſor cœli auxiliator tuus, qui cœlo, nubibus, & ijs, quæ in aere cogun tur tempeſtatibus, velut inequitans; illas ſoluit velut laxatis habenis, & emittit in hoſtes, vt illos non ſolum terreat, ſed etiam opprimat. Sic etiam cum regnum & imperium ſuo populo pollicetur Deus

רכב Regnare quid. Aſcendere more victoris, aut præliſ, inituri.

E

Iſai. 58. 14. ait, *Suſtollam te ſuper altitudines terræ*, propriè, *Aſcendere te faciam* more inequitantis ſuper terram, vt fræno circumducas regiones; vt ad nutum inſtar equi docilis tibi pareant. Ergo hoc loco pro verbo aſcendendi, eleganter dixerunt Septuaginta; Regna, ſuperior eris vniuerſis; clauum & frænum habebis populorum. Quòd ſi cum re bellica, & triumphatoria, quam ſemel cœpit, coniungere velis, cohærebit etiam rectè: Age, capeſſe regalem equum, vt in medios hoſtes alacer & victor inſilias, vti regem decet fortiſſimum; vel (pro more illius regionis) curru regali conſcenſo procede obuiam tuis hoſtibus, perrumpe, perualde conferta agmina. Regum enim mos fuit, vt prælia vecti inirent curribus, 3. Regum 22.

Reges præliantes curribus.

5. Quòd aliquis vult hanc conſcenſionem, aut inequitationem pertinere ad adminiſtrationem regni, vel inaugurationem, & regni adeptionem; quaſi diceret; conſcende iam tribunal regium; ſede ius dicturus, vel conſcende equum pro more eorum, qui inaugurantur in regnum; proculdubio languet, & minus cohæret.

Languida expoſitio.

Vides his imperandi, aut deprecandi vocibus frequenter vſum Vatem, quo ardentiſſimum deſiderium exprimeret, vt obſeruauit hoc loco Baſilius; ſed locupletius Chryſoſtomus; *Indicant* (inquit) *propheta deſiderium; ideo præcipiente & exhortante vſus eſt figura dictionis. Conſueuerunt enim minores, quando ſunt acri maiorum inflammati ſtudio, bis vti dictionibus.*

Imperatiuus ad exprimēdum deſideriū. *Baſilius. Chryſoſt.*

Propter veritatem & manſuetudinem, &c. Multiplex illius præpoſitionis in originali, & Latino, acceptio & vis prima, quam præferunt ipſa Latina verba, Regnabis propter has virtutes verè regias; qui enim illis inſtructus eſt, regno digniſſimus eſt: ita Didymus, Cauſa cur ipſe regnes, virtutis perfectio eſt, quæ non in actione tantum, verum etiam in cognitione conſiſtit. Videtur ſimiliter Theodoretus.

Præpoſitio propter.

Didymus. Theod.

Secunda. Vt ad regnum comparandum armis illarum virtutum cohortetur. Nicephorus: Virtute perfice quodcumque cupis, ad hæc te deducet virtus tua, nullius externæ opis indigens.

Niceph.

Tertia. Iam te regem oſtendito propter veritatem & manſuetudinem, atque alias virtutes tuendas & aſſerendas in ſuo populo: Corruit enim in platea veritas, & iuſtitia non poteſt ingredi; ſanguis ſanguinem tetigit, dominatur iniquitas, exulant virtutes; propter has igitur reuocandas, & in libertatem aſſerendas, potentiam exere, bellum hoſtibus indicito. Eleganter Chryſoſtomus: *Alij reges, vel pro ciuitatibus, vel opibus, vel inimicitijs, vel vana gloria, bellum gerunt; ipſe autem propter veritatem, vt eam plantet in terra, &c.*

Oſea 4. 2.

Chryſoſt.

Denique, quarta, vt quaſi præmium victoriæ, & palmam triumphatoris deſignet: Hæc tibi gloria triumphandi, vt veritas, manſuetudo, iuſtitia, fortitudo eniteant; ſic prædicaberis veriſſimus, iuſtiſſimus, &cæt. Baſilius: [Tanquam dominus hæc in mercedem accipiat, & vt exemplo omnes ad manſuetudinem & æquitatem perducantur.] Sed præſtat vt illud propter, ſit, ſuper, vt ſtatim ex Hebræo dicemus, quamuis omnia conſonent.

Baſilius.

Quòd ex hemiſtichio verſiculi præcedentis trahitur illud, aſcende, aut, inequita, & coniungitur cum his virtutibus verè regalibus, in hunc ſenſum: Inequita ſuper verbum veritatis, & manſuetudinis & iuſtitiæ, &cæt. deſignat ſanè proprias & peculiares Principis optimi virtutes; vt Verbum veritatis, 6.

Principis virtutes.

ritatis, ſit conſtans & vera promiſſorum fides; aut ſinceriſſima cuiuſcumque rei, & ſimpliciſſima veritas. Sic vel verbum, vel veritas, vel vtrumque ſimul, *verbum veritatis*, ſæpe in ſacro ſermone; Pſal. 118. 49. Memor eſto verbi tui (fidei preſtitę) ſeruo tuo, acordaos de la palabra que me aueis dado, id eſt, ſolue fidem præſtitam, & 105. 42. *Recordatus eſt verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham*, id eſt, fidei præſtitæ Abrahamo. Veritas autem ſolitariè dicta, pro eodem Pſalm. 68. 14. *Veritas ſalutis*, eſt fides præſtita conferendæ opis, & ſalutis, aut libertatis, & Pſalm. 24. 10. Miſericordia & Veritas, eſt, Beneficiorum promiſſio, & fidelis conſtanſque collatio, ac ſæpe alibi. Vtrumque autem coniungitur hoc loco, vt videatur certior hæc Veritatis intelligentia huius loci; tum etiam ſignificari ſummam quandam & incorruptiſſimam promiſſorum fidem: quæ mirificè exornant principem.

Verbũ pro veritate, & fide præſtita.

Veritas.

Miſericordia & veritas.

Sed cum Verbum veritatis, hoc loco lego, ſubolfacio ſenſum alium, vt non ſolum ſit *Veritas*, ſed quod frequenter dicitur in Sacra ſcriptura *Miſericordia & Veritas*, Pſalm. 99. 5. 2. Regum 15. 20. & 2. Regum 2. 6. Geneſ. 24. 49. Pſalm. 54. 4. *Verbum* enim, quod ad benignam & liberalem beneficiorum promiſſionem ſpectat, eſt idem, quod miſericordia: quare Verbum veritatis, erit miſericordia fidelis, Promiſſiones ſtantes, nõ cadentes, Ioſue 25. 45. & 23. 14. & 3. Regum 8. 56. Roman. 9. 6. Quæ duæ virtutes maxima ſunt Principum ornamenta.

ענו Manſuetudo.

Porro Manſuetudo eadem eſt quæ Prouerb. 22. 4. vertitur Modeſtia; Finis modeſtiæ timor domini; Vbi Kaldæus: Merces manſuetudinis timor domini: & ſanè, modeſtia cum manſuetudine cõiungitur 2. Corinth. 10. 1. Obſecro per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti. Vbi per modeſtiam D. Thomas & Anſelmus intelligunt moderationem in ſumendis ſupplicijs, quæ quidem, non tam arrogantiæ quàm ſæuitiæ opponitur; licet hoc loco vox quæ redditur manſuetudo, eadem ſit quæ in noſtro Pſalmo: at Pſalm. 17. 37. vertitur diſciplina: Diſciplina tua ipſa me docebit. Vbi Hieronymus ex Hebræo legit: *Manſuetudo tua amplificabit, aut dilatabit me*: aliàs ſæpe vertitur, miſeria, afflictio, paupertas, humilitas, à verbo quod ſignificat affligere ſeu humiliare: quare ſignificat eum animi affectum, quem humiles, afflicti, pauperes habere ſolent: Sunt enim mitiſſimi, & manſuetiſſimi, non ſolùm quòd nihil inſolentius agant, ſed quòd etiam miſeri, potiſſimum eſſe ſoleant in aliorum ærumnis miſericordes; nam ſæuitia & immiſericordia propria eſt diuitum petulantiſſimorum, & nihil patientium ſuper contritione Ioſeph. Eſt ergo hæc manſuetudo, clementia quædam optimi principis cum ſumma quadam animi modeſtia coniuncta, nihil omnino aduerſus aliquem inſolentius agens potiſſimum vero compatiens miſeris, recreans afflictos, humilibus & egenis conſentiens, & partem etiam miſeriæ alienæ, qua fieri poteſt ratione, in ſe ſuſcipiens. Virtus item vel in primis, optimo principi neceſſaria.

Modeſtia quid.

D. Thom. Anſelmus.

Hieron.

Amos 6. 6.

Principis clementia.

Iuſtitia verò à pleriſque Græcis pro ſanctitate accipitur ex vulgata Iuſtitiæ acceptione; alij ſtrictius pro ea quæ reddit vnicuique quod ſuum eſt, facitque legitimum, vt plenius exponemus inferius verſ. 8. Porrò has omnes virtutes proprias ac peculiares eſſe optimi principis luculentiùs dicemus, cum Salomonis virtutes recenſebimus lib. 6.

Et deducet, vel (vt ex Hebræo legit Hieronymus) docebit te mirabilia dextera tua; vel, vt Chryſoſtomus: *Illuminabit te, aut, oſtendit tibi dextera tua terribilia.* Hæc enim omnia cadunt in verbum originale; quamuis enim propriè ſignificet *iaculari*, & ideo legunt aliqui, *doceberis*, aut, ſcies mirabiliter, aut terribiliter *ſagittare*; & ſignificet etiam docere, aut oſtendere, aut pluere: quod doctrina & lumen, atque pluuia quaſi quodam iaculorum, aut ſagittarum imbre immittantur; ſed cum reipſa coniuncta eſt illa alia ſignificatio deducendi: qui enim dux eſt, viam docet, & oſtendit, quid agendum, qua & quo eundum ſit. Poteſt autem verbi ſuppoſitum eſſe ipſa dextera, quod Septuaginta, Hieronymus, & Hebraizantes volunt; ipſa dextera te docebit, te deducet; id eſt, terribilium facinorum tua dextera documenta præbebit: Reipſa atque experimento cognoſces poſſe te præclariſſima facinora patrare. Sed Kaldæus ſuppoſitum verbi facit *Deum* ipſum: *Docebit te Deus operari timenda manu dextera tua.* (*Será grima lo que podras y ſabras hazer teniendote dios de ſu mano.*)

ירה Docere, iaculari, deducere, cõiuncta.

Hierony.

Kaldæus.

Ego ſuppoſitum non muto, ſed volo ex dexteram; ſub nomine autem terribilium, aut mirabilium, Deum intelligo, qui eodem illo nomine Terribilis nominatur Exod. 15. 11. Pſalm. 75. 12. & frequenter alijs locis. Senſus igitur; Dextera tua tibi oſtendet aſſiſtentem tibi Deum ad manum; ipſa dextera operatrix mirabilium; tibi oſtendet Deum eſſe, qui docet manus tuas ad prælium, & digitos tuos ad bellum: ipſa tua prælandi dexteritas ſignum erit, te duci à Deo victoriarum tuarum duce: qui cum te ducat deducatque, non rues cæco in hoſtes impetu, ſed certò & directò fereris in corda tuorum inimicorum. Ille enim apprehendit dexteram tuam; ſicut ſcriptũ eſt: [Hęc dicit Dominus Chriſto meo, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas. Ego ante te ibo.] Dextera igitur mirabilia patrans oſtendet tibi tuum apprehenſorem & ducem.

Terribilis Dei cognomen.

Pſ. 143. 1.

Iſa. 45. 1.

Eleganter omnia, quæ vt Salomon regni initijs conuenire potuerunt, vt etiam indicabimus in Pſalm. 71. & dicemus de his ipſis virtutibus regalibus, cum libro 6. diſſeruerimus de regijs tum animi tum corporis Salomonis ornamentis: Tamen longè melius atque perfectius in illum conueniunt, qui propter iuſtitiam, vel plantandam vel reuocandam, prælio cruento ſeſe in medias hoſtium conſertiſſimas cohortes, ſuum ſanguinem, vitamque effudit: qui ipſa veritas & iuſtitia eſt: cuius triomphatoris habitus non humanus ſed planè diuinus his ipſis verbis indicatur originali illa particula propter, quod in Hebræo eſt Ghal, ſuper. Cum enim dixiſſet, aſcende, inequita, regna nempe, vehere regia quadriga: nunc quadrigam deſcribit ex quatuor primarijs virtutibus: illud enim eſt, conſcende ſuper veritatem, manſuetudinem, iuſtitiam, & quæ deinceps additur dexteritas, aut dexteræ robur & fortitudo: Sic legit Kaldæus: *Vt equites ſuper thronos regios propter negotiũ fidei, & veritatem, & humilitatem, atque iuſtitiam.* Sed propriè ex Hebræo Aſcẽde, aut, equita ſuper verbũ veritatis, mãſuetudinis & iuſtitiæ, & (quod ſequitur) Dexteritatis, aut fortitudinis. Hæ quadrigę currus glorię Chriſti: Hę regiæ ac diuinę virtutes, quibus inuectus in hoſtes, triumphat mundum. Quis enim mortalium vnquam tã glorioſo & magnifico curru, aut tam inſolentibus quadrigis vel prælium iniuit, vel victor euaſit?

Chriſtus triũphans hoſtes.

Quadrigæ currus gloriæ Chriſti.

Eleganter Luſitanus noſter:

S Cin-

A

Cinge latus gladio, formaque & robore uictor,
Alipedes iunčto ſcande in certamina curru.
Frena tibi Verum, Ius, & Clementia ducent,
Ocyr aurigis liquidum quibus æthera tranes.
Tum noua cadendo rerum tua dextera monſtra,
Attonitas pauida ſoluet formidine mentes.

Quatuor Chriſti virtutes quib. mundum triumphat.

De his quadrigis diuini currus dictum eſt Pſal. 88. 15. 16. Iuſtitia, (ad puniendum ſontes) & iudiciũ (ad ſubueniendum pijs aduerſus iniuſtos) præparatio (firmitas, & velut duæ rotæ, quibus nititur currus ſupremi Imperatoris) Sedis tuæ. Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam (ex quibus aliæ duæ bigæ conſtant) Beatus populus qui ſcit iubilationem. (id eſt, victoriale canticum, & triumphale iubilum; eo enim triumphali curru B oſtendit ſe victorem princeps Eccleſiæ, & ſummus iuſtitiæ Imperator. Vbi proculdubio de Chriſto rege prophetia eſt; ſicut & illa Pſal. 84. 11. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: (id eſt, concurrunt ſimul eodem itinere, & eadem diuini currus vectatione) Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt. Kaldæus, coniunctæ ſunt, coniugatæ, ſub vnum iugum vinctæ, adhæſerunt mutuo, id enim ſignificat propriè verbum originale oſculandi,

Obuiare pro concurrere.

Oſculari quid.

Qui glorioſiſſimus triumphus, & triumphalis currus, atque diuinarum virtutum clariſſimum ſpecimen referri poſſunt, vel ad vitæ vniuerſæ tempus, vel potiſſimum ad prædicationem, cum expugnabat hoſtium & peccatorum cohortes; vel ad tempus paſſionis, cum parta per ſuum ſanguinem vi- C ctoria, ſpolians principatus & poteſtates traduxit cõfidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Vbi multa de paſſionis triumpho, & crucis victoria patres ad eum locum Apoſtoli, vel etiam ad longè lætiſſimum Aſcenſionis triumphum, & ingreſſum, aut potius regreſſum ad patrias ſedes, cũ *aſcendit in altum capta captiuitate: deditque dona hominibus*; aut denique ad eum triumphum quem nunc quoque de mundo reportat per ſuos Eccleſię duces, ſuique nominis propagatores, ſicut Paulus: Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitię ſuę manifeſtat per nos in omni loco, 2. Corinth. 2. 14.

Coloſſ. 2. 15

Pſ. 67. 19.

Sed cum his virtutum diuinarũ quadrigis, quibus Rex ſpõſus Eccleſiæ vehitur, illud facit, quod D ex veterum arcana & antiqua traditione affert vir non vulgaris doctrinæ Bartholomæus Valuerdius comment. 1. in Salomonis Alphabetum, ſuper id, *Byſſus & purpura indumentum eius*: nomen purpuræ, flammantis nimirum, atque igneſcentis, rectè poſſe in angelos conuenire, qui cum ſint miniſtri Dei, facit illos flammam ignis. Rurſus ignitos hos miniſtros eſſe quadrigas currus gloriæ Dei; qui ipſi ſunt, equi ignei, 4. Regum 2. 11. & 6. 17. & Ezech. 1. 13. Similitudo animalium & aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentiũ, & quaſi aſpectus lampadarum. Purpuram verò, dici ipſam quadrigam ſponſi colligitur ex Cant. 3. 10. in deſcriptione *Ferculi Salomonis*; *Aſcenſum* E *eius fecit purpureum*. Quod Rabbi Innominatus apud Genebrardum vertit: *Currum purpureum*; & poſſet eadem ratione vertere, *quadrigam*: eſt enim idem originale nomen quadrigæ & currus, ſicut & Pſalm. 103. 3. *Ponis nubem aſcenſum tuum.* Quod Tigurina, Pagninus, Regia, Hieronymus, & ferè Hebraizantes omnes legunt: Ponis nubem currum tuũ. Ergo currus pro quadrigis; currus autem, vel quadrigæ purpureę ſunt animalia illa, vel Angeli igniti, & ſcintillantes. Hinc iam illa traditio, nomen originale *purpuræ*, quod bis tantùm in Scriptura legitur, *Argaman*, conſtare quatuor

Valuerdius

Angeli purpuraſcẽtes.

Purpura ꝑ igne & pro angelis.

Pſ. 103. 4.

Aſcenſus ꝑ quadrigis.

R. Innominatus.

רכב

9.

Cabaliſticum arcanum.

A litteris, quæ ſunt initiales: quatuor angelorum vehentium currum gloriæ Dei, & ſponſi; quatuor Angelicarum quadrigarum; videlicet R. Raphael; G, Gabriel; M, Michael; N, Nuriel, qui idem eſt, Vriel: & opportunè ſanè hi miniſtri præcæteris, ſponſi, id eſt, Dei hominis currum vehunt, & myſterium Incarnationis celebrant: vnam de *Gabriele*, iam diximus, ex Proculo ipſam Angeli nomenclaturam Dei fortitudinem cum noſtra infirmitate coniunctam repræſentare; Gabriel enim eſt idem quod fortitudo Dei, ſiue, vt idem Proculus eodem loco ait: Gabriel idem eſt quod vir, aut homo Deus, & refertur in Concilio Epheſino. tom. 6. cap. 7. Michael autem videtur etiam ſeruiſſe peculiari quodam obſequio Deo incarnato; vt B peculiari quodam miraculo oſtẽſum eſt, cum cruci argenteæ miraculoſæ tres imagines inſculptæ nulla humana arte apparuerunt: media cui nomen Emanuel viſebatur ab vno latere; ſecunda, cui nomen Gabriel: tertia, ab altero cui Michael; quod refertur in libro martyris Procopij, & habetur in eadem Synodo Epheſina, Act. 4. & videtur Michaelis nomine afferri quędam diuinæ ſanctitatis admiratio; Sonat enim, Quis ſicut Deus? Tertius Raphael, quod ſonat, *Medicina*, aut *veniæ ignoſcentis Dei*. Quartus Nuriel, ſiue Vriel, qui ſonat, *lumen*, aut *ignis Dei*. Hæ profectò quadrigæ videntur reſpondere quatuor virtutibus, ſeu attributis regis ſponſi Dei hominis vehentibus currum gloriæ eius, quæ hic commemoran- C tur: Michael, iuſtitiæ, ſiue ſanctitati; Gabriel, virtuti terrificæ dexteræ; Raphael, manſuetudini & clementiæ: Vriel, veritati & doctrinæ, de quibus dictum eſt ſponſo, Regna, aſcende, Inequita ſuper veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & cum his tribus deducet te quarta etiam quadriga propriæ virtutis & dexteritatis; ſicut ſcriptum eſt: *Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius.*

נוריאל

Gabriel quid ſignificet.

Conc. Epheſino.

Michael & Gabriel peculiare obſequiũ præſtãtes Deo incarnato.

Quatuor Angeli reſpondẽtes quatuor Chriſti attributis.

Pſ. 97. 1.

V 1. Sagitta tuæ acutæ, populi ſub te cadent: in corda inimicorum regis.

D

1. *Parentheſis, ſiue* Hyperbaton. *Sagittarium velocitas, famæ ſymbolum.*
2. *Perſonarum mutatio ad ſplẽdorem orationis. Virtus. Principis ſalutaris. Vulgata Pſalmorum lectio non omnino* LXX.
3. *Chriſti hoſtes ad amicitiam adducti. Illuſtratus Salomon & Dauid atque Iſaias.*
4. *Chriſti Sagitta illius verba ſiue verbi prædicatores. Illuſtratus Zacharias.*
5. *Verbi Dei præco ſagittæ inſtar. Paulus qualis.*

E

SIue per parentheſim, ſiue per hyperbaton de tranſpoſitione verborum huius ſententię videntur conqueri Græci, Athanaſius, Didymus, Baſilius, Euſebius, Theodoretus, Chryſoſtomus. Sed facilè quodque ſuo loco repones; *Sagittæ tuæ* transfuerberant cor tuorum hoſtium; inde populos proſternis, & ad tuos pedes procidunt: Non ſolum cominus gladio, ſed eminus ſagittis pugnas, & vincis: atque illud miſſãdum, quòd vincti & triumphati ooo mentiuntur

1. Parẽtheſis, ſiue hyperbaton.

tur tibi inimici tui, ſed ex corde, & ex animo ad tuos pedes procumbunt: Qui te vident tanto ſplendore perculſi, ſubitò ſe tibi dedunt; qui te non vident, ſolo auditu, tuo ſe nomini ſubiectos profitentur.

Baſilius. Sagittarũ velocitas, famæ ſymbolum.

Porrò illud ſagittarum acumen neſcio quã nominis celebritatem, & famæ perniciſſimè volantis & penetrantis in extremos terrarum orbis angulos, indicare videtur. Baſilius ad famam Sapiẽtiæ, & ſubtilium diſputationum referre videtur. Sagittæ (inquit) *acutæ verba ſunt ſcita, & perſpicienter emiſſa, & quæ pertingant audientium corda.*

2. Mutatio perſonarũ cum ſplendore.

Athanaſ. Euſeb. Theod.

Quod dicit *inimicorum regis*, pro inimicorum tuorum, non ſolum vim, ſed ſplendorem & maieſtatem orationi affert ea perſonarum à ſecunda in tertiam mutatio: An verò populi procumbentes ad pedes regis, ſint illi ipſi inimici, qui tranſuerberati, & poſtrati ſunt; variant interpretes; Athanaſius, Euſebius, Theodoretus, vnum ab alio ſeparant; intelligunt enim tyrannis confoſſis penitusque tráſuerberatis, liberatos populos regi triũphatori ſeſe ſponte ſubijcere. Cæterum Auguſtinus, Hieronymus, Didymus, Baſilius, Nicephorus (quod cohærentius & germanius videtur) non ſeparant populos procidentes ab hoſtibus vulneratis: Ideo enim (inquit Chryſoſtomus) eorum, qui prius erant inimici, cor tetigit, non vt interficeret, ſed vt ad ſe attraheret. Virtus ſanè, roburque mirificum, vt nõ ſolum perdas inimicum, ſed perdendo deſtruendoque inimicum, amiciſſimum tibi, atque obſequentiſſimum ſeruum lucreris. Non incommodè igitur addiderunt Septuaginta hoc loco: Sagittæ tuæ acutæ Potentiſſime. Quod in Septuaginta agnoſcit Hieronymus epiſtola ad Principiam. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Athanaſius, Didymus, Baſilius, Nicephorus: vt vel hinc conſtare poſſit, quamuis maxima ex parte, lectio vulgata Pſalmorum ſit Septuaginta interpretum, at aliquando etiam à Septuaginta ad Hebraicum accedere, vt hoc loco; de quo ſic Hieronymus; Hebraica interpretatio diſtat in verbis, non diſtat in ſenſu; in Hebraico abſque, Potentiſſime; reliqua ſimiliter.

Hierony. & Latini Græci.

Virtus Principis ſalutaris.

Antiqua lectio.

Vulgata lectio Pſal. non omnino LXX. interpretum.

Hieronym.

Populi q.

Galatinus

Tandem illud non prætermittendum, quòd populi, multitudinis numero in ſacro ſermone, pro gentilium nationibus accipi ſoles, vt obſeruat Galat. lib. 8. c. 6. ex illo Pſal. 88. 6. Dominus narrabit in Scripturis populorum.

3. Vides iam ea omnia ratione ſua adaptari potuiſſe Salomoni, qui nominis & famæ ſuæ claritate, verbis & ſapientiæ radijs, in vniuerſum pene orbem velociſſimè penetrantibus, exterarum gẽtium & Regum animos ita percutit, vt ad tantum ſplendorem ſtupentes & admirantes ad Salomonis pedes procideret, legatis miſſis, muneribus oblatis, amicitiæ & obſequij profeſſione, idque ex corde & animo; ſicut de illo S.S. Ad inſulas lõgè diuulgatum eſt nomen tuum; & dilectus es in pace tua. Vide 3. Regum 4. & 10. & quæ de ampliſſimo Salomonis dominatu dicemus lib. 5. & lib. 6. in commentario Pſalmi 71.

Eccl. 47. 17.

Chriſti inimici ad amicitiam traducti.

Sed vt Salomon fuit figura & vmbra Chriſti regis, ita ſanè, qui miſſis in omnes orbis terrarum partes acutiſſimis atque perniciſſimis Euangelij prædicandi ſagittis, hominum corda quantumuis antea inimiciſſimorum, charitate vulnerata deiecit, proſtrauit, attraxit, Chriſtus Ieſus veriſſime fuit. Sic penitus inimicis deletis, amicos ſibi fideliſſimos atque obſequentiſſimos parauit: vt de illis dici potuerit, id Prouerb. 12. 7. ex accommodatione Gregorij, & Bedæ; Verte impios, & non erunt: ita illos ad te conuerte, & ad tuos pedes ſubmitte, vt quod fuerant, non ſint amplius impij, neque inimici, & iterum à Dauide; deficient peccatores à terra, & iniqui, ita vt non ſint amplius peccatores iniquive. In quos illud quadrat Iſai. 26. 19. *Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgẽt. Expergiſcimini & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus.* Nam quos Chriſtus rex ſuæ dexteræ potẽtia & iaculis configit, ad vitam interficit, ad exaltationem proſternit, ſurdidat puluere, vt nouo lucis ſuæ rore perfundat; & quaſi inſtillata vita diuinori excitet. Eleganter eo loco Procopius; *vnigenitus ſtillans guttis viuificatiuis mortuis medicinam faciet peccatorum quæ cõtraxerunt, ſimul vitam æternã reddet.* Quis non videat ſponſi ſagittis corde tráſfixũ Paulum, & procidentem ad pedes Chriſti, cũ cadens in terrã audiuit vocem; & tremẽs, ac ſtupens dixit, Domine quid me vis facere? Act. 9. 4. Quis non Magdalenam tranſuerberatam, cum *accedens retro, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis ſuis tergere, & deoſculari, & vnguento vngere*, & puluerem pedum illius lingere? Quis non cadẽtes quaſi ex alto populos, id eſt, incredibili impetu & celeritate confluentes ad Regem triumphatorem, cum conuertebatur (refundetur) ad illum multitudo maris; fortitudo, (exercitus hoſtium ſponte ſe illi ſubmittentium) gentium; cum fluminis (multitudinis fidelium) impetus) cadentis quaſi ex alto, & ſponte ad inferiora decurrẽtis) lætificabat ciuitatem (Eccleſiam) Dei (victori;) Quis non intelligat Chriſtum regem, verum Deum, qui non ad alium ſcopum ſagittas ſui verbi dirigit quàm ad vulneranda corda? Nouit Dominus (inquit Auguſtinus) *vulnerare ad amorẽ: & nemo pulchrius ſagittat, quàm qui verbo ſagittat, ut faciat amantem: & transfixo corde amor excitetur, non interitus comparetur.*

Pſ. 103. 35.

Procopius.

Paulus & Magdalena procidẽtes ad Chriſti pedes.

Iſa. 60. 5.

Pſal. 45. 5.

4. *Aug. in Pſ. 119. Bern. ſerm. 29. in Cant. Ambr. in exhortat. ad Virgines.*

Apoſtoli ſagittæ Chriſti.

Sic ſagittæ Chriſti ſponſi ſunt verba illius ignita, tum etiam & Apoſtolorũ, aut illorum doctrina, qui, vt hoc loco conſiderant Baſilius, Hieronymus, & fere alij Græci & Latini, ſunt ipſæ regis ſponſi ſagittæ; ſicut ſcriptum eſt Zachar. 9. 13. Extendi mihi Iudam, quaſi arcum impleui (quaſi pharetram ſagittis) Ephraim, & exibit vt fulgur (ignitum, ſplendens, exacutum, exterſum) iaculum (ſagitta) eius. Sic, miſit (expulit, excuſſit quaſi ſagittas, diſcipulos prædicaturos) ante ſagittas, diſcipulos prædicaturos) ante faciem ſuam. Luc. 10. 1.

5. Qualis debeat eſſe Prædicator.

Sed hæc nobis in hoc loco indicaſſe ſatis fuerit: atque illud breuiter quoque attigiſſe, verbi Dei miniſtrum, inſtar politæ & acutæ ſagittæ, inſtructum eſſe debere doctrinæ ſplendore, acuminis ſubtilitate, velocitatis pennis, & feruore diſcurrendi, neque in alium ſcopum ferri debere, quàm in corda mortalium collimanda. Vide à Hieronymo hoc loco, Paulum Dei ſagittam, huc illucque volitantem, & alia velociſſimæ ſagittæ munia obeuntem eleganter deſcribi, & quæ nos dicimus Eccleſiaſtę. 12. ad id, Verba ſapientũ ſicut ſtimuli.

Paulus Chriſti ſagitta. *Hierony.*

VII. *Sedes tua Deus, in ſeculum ſeculi: virga directionis, virga regni tui.*

1 *Perſonarum mutationes familiares Prophetis. Salomoni inſculpta Dei imago. Numquã vocatus Deus. Illuſtratus Moyſes, & Paralip.*
2 *Ingens Salomonis gloria imaginem eſſe Chriſti. Aliena Hebræorum interpretationes.*
3 *Primus caſus pro quinto. Thronus regias vnde dictus.*
4 *Chriſtus conferens æternitatem regno Dauidis.*

Mem clauſum in medio dictionis quid ſignificet. Apud Iſaiam æternitatis ſymbola. Semel & iterum illuſtratus Iſaias.

5 *Dei ſedes quæ? iurandi ritus. Cur Cœlum Dei thronus. Illuſtrati Moyſes & Ieremias.*

6 *Chriſti thronus Eccleſia. Cur illius regnum. Non indiget ſucceſſore, ſed habet vicarium. Illuſtratus ſemel & iterum Paulus.*

7 *Virga regni, puniendi, menſurandi, inſtrumentum. Aequitas & directio de via. Illuſtratus Dauid & Iſaias. Virga directionis quid in ſacro ſermone.*

8 *Chriſti dominatus iucundiſſimus. Diuinæ legis rectitudo. Illuſtratus Dauid, Malachias, Sapientia.*

1. *Auguſt.* Perſonarũ mutationes in prophetis.

Hierony.

MVtationes perſonarum (ſiue quæ loquuntur, ſiue cũ quibus Prophetæ loquuntur, inquit Aug. verſ. 3. huius Pſalmi) *repentinæ, & omnino ex improuiſo inueniuntur in ſanctis Scripturarum libris; & ſi quis aduertat plenæ ſunt paginæ diuinæ.* Idem ex Hieronymo exponemus inferius lib. 6. in commentario Pſal. 71. & aduerſus Theodorum Mopſuatenum diſputãtes de Tranſitionibus Scripturarum. Id dixerim propterea quòd hoc loco totum ſe Vates à Salomone ad Chriſtum Deum & hominem contemplendum & conueniendũ conuertat quidem opportunè, graduque leui, & facili, quia licet ab humanis aſſurgat ad diuina; (inter quæ interuallum maximum) tamen à figura & imagine aſſurgit ad ipſam expreſſam veritatem, ducente ipſa rerum proportione. Et quidẽ, quod purus homo potuit, habuit Salomon quẽdam diuinitatis quaſi radium & ſplendorem: præterquã

Regibus inſculpta Dei imago.

enim quòd Deus quandam quaſi gloriæ ſuæ particulam regibus vel inſcripſit, vel communicauit, vt propterea principes & iudices Dij appellentur. Exod. 7. 1. & c. 22. 28. Pſal. 81. 1. 6. quorum poteſtas à domino Deo eſt; & ideo iudicant iudicium Dei, Deuter. 1. 17. proptereaq; iudiciaria ſedes, aut regius thronus, Dei ſedes, & thronus eſt, ſicut 1. Paral. 29. 23. dicitur Salomon ſediſſe ſuper ſoliũ Domini, quod in originali eſt, ſuper ſolium Iehovah. & cum Exod. 17. 11. 12. 16. *leuaret Moyſes manus, vinceretque Iſrael; ſin autem remiſiſſet paululum, ſuperabat Amalech, ædificauit Moyſes altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea dicens: Quia manus ſolij domini.* quaſi diceret, Hæc mearum manuum virtus proficiſcitur ex eo, quòd ego ſedeam in ſolio domini. *Eſtas manos da dios à qui en ſe ſienta en ſu ſilla;* Sed quamuis hæc vera ſint, & alia pleraq;, in quibus præclaram Dei filij imaginem Salomon repræſentauit; ſed is tandem Deus nõ fuit, neque vnquam Deus vocatus eſt, præſertim à Parente ſuo Dauide; quare reliquum eſt, vt ad eum, qui verus Deus eſt, & Dei filius, ſuum vates ſermonem conuertat. Et firmum pro Chriſti diuinitate argumentum cum Paulo ad Hebræos 1. 8. ex hoc loco petamus, aduerſus Hæreticos & Iudæos, vt eleganter diſſerit Chryſoſtomus, & vniuerſus ſanctorum Patrum Chorus de Chriſti diuinitate diſputantes, & præter Græcos hoc loco, Euſebium, Cyrillum, Baſilium, Theodoretum, vide Tertullianum lib. aduerſus Iudæos in fine, Lactantium lib. 4. c. 13. & recentiores qui hunc locum vrgent, Burgenſ. in Scrutin. 1. p. diſtinct. 10. c. 4. Galatin. lib. 3. c. 2. & lib. 7. c. 18. Triumphus contra infideles, Argumento 17. Fortalitium Fidei lib. 3. c. 22. Leo Caſtrenſ. in Apolog. lib. 1. c. 44.

Salomon nunquã vocatus Deus

Chryſoſt. *Euſebius.* *Cyrillus.* *Baſilius.*

Leo de Caſtro.

Porro ingens Salomonis dignitas nũcquoque

A hoc loco emicat: ſicut enim ad ſingularem illius ſplendorem pertinet, quòd Chriſti Ieſu ita figuram geſſit, vt vna & eadem ſententia de vtroque accipi poſſit; ita nunc ad illius dignitatem & maieſtatem pertinet, vt non prius ab illo diſcedendum, quàm de Deo nobis agendũ ſit: & tunc ſententiæ verba de illo accipi non poſſint, cũ de Deo ipſo exponi poſtulant, & cum ab humanis ad diuina neceſſarius gradus faciendus eſt.

2. Alienæ interpretationes *Kaldæus.*

Hinc explodendæ alienæ & ſubdolæ interpretationes. Prima Kaldæi, qui videtur ad ſolum Deũ hanc ſententiam referre, ſic enim legit: Sedes tua Deus in cælis, deinde verò verſiculum ſequentem quaſi ſeparatim: At ò tu Rex Meſſias, quoniam dilexiſti Iuſtitiam &c. Secũda, illud Deus legentiũ in

B recto caſu cum R. quodam Zacharia in hunc ſenſum: Sedes tua, vel ſedem tuam, ò Salomon, Deus ſupple, ſtabiliet, ſeu cõfirmabit in ſæculum ſæculi. Tertia, ſumentium illud Deus in ſecundo caſu cũ R. Abenezra & R. Dauid in hunc ſenſum, Sedes tua eſt Dei, ſicut thronus regius dicitur ſolium Domini. His enim & lectionibus repugnantibus, & intelligentijs multis corrumpitur incorrupta diuinæ huius ſententiæ veritas conteſtans Diuinitatem Chriſti Ieſu.

R. Zachar. *R. Abnezra* *R. Dauid.*

3. Deus in quinto caſu. *Euſebius.* *Hiero.* Primus caſus pro quinto.

Ergo illud Deus, vocatiuus caſus eſt, ſicut & Euſebius teſtatur vertiſſe Aquilã, Sedes tua, Θεὲ. Deus; & idẽ teſtatur Hieronymus: Aquila (inquit) *Elohim nõ nominatiuo caſu, ſed vocatiuo interpretatur dicens, & nos propter intelligentiã Deo. poſuimus, quod*

C *Latina lingua non accipit.* Quamquam quod Septuaginta dixerũt Θεὸς. tũ re more Latino pro modo & caſu vocãtis poſuiſſe exiſtimandi ſunt, vt alijs etiã locis, quibus idem rectus caſus vocãdo ſeruit, Pſal. 21. 1. & 42. 1. 5. & 43. 1. & 47. 10. 11. & paſſim.

Sententiæ nexus.

Iam ergo ſic cohæret de filio Dei ſententia cum ſuperioribus: Regio curru inuectus in hoſtes mirabilia edet facinora tuæ illius dexteræ robur inuictum: atque parta victoria, & triumpho de hoſtibus reportato, regni ſede potieris glorioſiſſima, in æternũ regnaturus. Quòd ſanè illud ipſum videtur Pſalm. 109. 1. Dixit Dominus Domino meo, (quomodo Dauid appellet eum Dominum, ſi nõ ſit Deus? Matth. 22. 44.) Sede à dextris meis, (ſempiterni imperij conſors, & accepta poteſtate in cœ-

D lo & in terra, Matth. vltim. 18. & confitente omni lingua, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris) Donec (continuationem affert; cœpiſti iam hoſtes pedibus tuis ſubſternere; procidere populi multi ad pedes tuos; eiecisti principẽ mundi foras; conſide iam in æterno Throno, nam hoſtiũ reliquias, peccati, mundi, diaboli ſtirpem omnem funditus euertam, & extirpabo; & non prius deſinam, donec vniuerſos) ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Philipp. 2. 11. *Ioã. 12. 31*

Sedes & thronus quid.

Sedes tua. Placet Hieronymo potius dicere thronum, ſicut & vertit Paulus ad Hebræos. 1. & hoc etiam loco legunt Septuaginta. & vertitur ſolium Geneſ. 41. 40. Exod. 11. 5. & dicitur de cœlo, quod

E eſt thronus Dei, Iſai. 66. 1. Ierẽ. 17. 12. Iob. 26. 9. & nõ niſi de throno regio, 2. Regũ. 3. 10. 1. Paral. 29. 13. & aliàs frequentiſſimè. Bis tantum videtur de ſedibus aliorum Iudicum dici, Pſalm. 121. 5. 1. Regum. 4. 18. Pro vulgari autem ſella quaſi abuſiue 4. Regum. 4. 10. Sed ex adiuncta æternitate Throni, is certè Dauidicus & regius Thronus eſt; Habet enim nomen ab operiendo & ornando, eo quòd thronus regalis operiebatur tapetijs & pretioſis ſtragulis, & ornabatur ſplendidis operimentis. Vide R. Moyſen Ægyptium lib. 1. ſui Ductoris dubitantium c. 9. quod inſcribitur de Cathedra. & c. 11. quod inſcribitur, *Sedere.* Immo eſt thronus diuinus,

Thronus Dauidicus. Thronus regius ab operiendo dictus. *R. Moyſes.*

nihus, cuius regni nullus finis. Pſalm. 88. 30. 37. 1. Paral. 20. 23. 2. Reg. 7. 16. Daniel. 7. 14. Mich. 4. 5. & ſub nomine *ſacerdotij* ad Hebræos 7. 23. 24. 28. Vide Auguſtinum. 22. de Ciuitate. c. 1. & ad Oroſium contra Origeniſtas. c. 7.

Aug.

Regnum Christi æternum.

ET quamuis quidem throno & regno Dauidico ſépiternitas à Deo promiſſa erat, reſpiciebat ſanè Chriſtum Dominum, qui æternitatem allaturus erat throno Dauidis. & qui, quod rex futurus eſſet æternus, thronum exigebat æternum, interim mutuò commodandum caducis regibus, Dauidi, Salomoni, atque alijs ex Dauidis proſapia. Ergo accepit Deus à Dauide ſicut carnem, ita & thronum; ſed acceptam carnem diuinitati coniunxit, & thronum æternitati. Hoc illud Iſai. 9. 7. *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* quod quaſi reddit rationem eius quod præceſſerat: Pater futuri ſæculi (ex Hebrço ghad, çternitatis; vel vſque quo, vel, ſatis, aut nimis, quæ eſt vna ex dictionibus, quæ hoc noſtro loco vertitur, ſæculi) Princeps pacis. non poſſet autem eſſe çternos pacis Princeps, *niſi multiplicaretur eius imperiū & pacis non eſſet finis.* quod quamuis Septuaginta ad magnitudinem quandam quaſi continuá retulerunt, legentes, magnus principatus eius; Vulgatus tamen quaſi ad magnitudinem diſcretam multorum, aut infinitorum ſæculorum, Multiplicabitur; tamē ſenſus idem ſiue dicas æternitatem vnicam, ſiue ſecula infinita, in quæ procurrit æternū imperium. nam verbum originale ſignificat incrementum, aut magnitudinem vtramque. Quia autem vox lemarbe id eſt, multiplicabitur, vel ad multiplicandum, habet Mem ם. clauſum in medio dictionis, quod non niſi in fine ſcribi debet, nam initio & medio ſeruit apertum; Forerius nihil myſterij ſubeſſe credit, & potius *deridendos, quàm audiendos Caballiſtas myſteria hoc loco ſomniantes. Scribæ igitur lapſus* (inquit) *eſſe videtur.* atque mutare poſſet ſuam opinionem Hieronymi non tam auctoritate, quàm obliuione, aut conſulta quadam prætermiſſione huius rei, & in eo quidē loco, vbi voces alias Hebræas & Græcas minutatim, & perdiligenter premebat. Sed cùm communis omniū, eademque receptiſſima ſententia ſit in omnibus Hebræis codicibus ſcriptum eſſe Mem clauſum, & in eo ſingulariter loco, neque alibi in Scriptura reperiri, non auderem neque exiſtimare, neque vocare lapsū ſcribæ, neque nō, ſiue lapſus, ſiue quodcumque aliud ſit, ſingulari obſeruantia revereri & ſuſcipere. Ergo ſubeſſe myſterium multo plures exiſtimant, quàm explicánt. Nicolaus, Iſai. 9. vbi Leo Caſtrenſis, Hector Pintus, Adamus, Petrus Brutus, aduerſus Iudæos. Pagninus cum R. Abraham, Mercerus, Forſterus, Marinus, Auenarius in Rabah, Galatinus lib. 7. c. 13. Triumphus Chriſti contra infideles titulo 3. argum. 11. Ioannes de Baſſolis 3. ſentent. diſt. 1. q. 2. Alphonſus Mēdoca. q. 3. quodlibet. probat. 5. & qui res Grammaticas Hebræorum tractant, Globus canonum linguæ Sanctæ. c. 4. & lib. de diuinis Arcanis cap. 12. Alphonſus Zamora Epiſtola ſua ad Hebræos Romanos. c. 4. Sixtus Senenſis lib. 3. c. de Elementaria explanatione ex R. Hammay in lib. Sanedrin. Sed variant in deſignatione myſterij; nam Galatinus ex traditione Rabenui Haccados, & Sixtus eum R. Hammay, & Mercerus, aiunt deſignatum eſſe tempus ſexcentorum annorum, quod ab illa prophetia vſque ad Chriſti natiuitatem fluxit; nam Mem ם. clauſum eſt nota numeri ſexcenteſimi.

Margin: עד — רבת — למרבה — Mem clauſum in medio cur. — רבה

A Nicolaus, & idē Galatinus Ludouicus de S. Franciſco in Globo, & alij Mariæ virginis clauſam & illibatam virginitatem. Baſſolis, & Triumphus Chriſti natiuitatem Chriſti ſupra naturam, ex eo quod Mem cōtra ſuam naturam ſcribatur in principio. Sed illud in rem noſtram, vt eum agat de multiplicatione imperij Chriſti, ſignificet imperiū aduerſus omnem temporis initium clauſum ſine principio, ſine fine. Cuius æternitatis propterea circulus ſymbolum eſt, & apud Ægyptios anguis eandam ore premens. Sic ſanè Chriſti regis *thronus eſt in ſeculum ſeculi*, ſiue vt propriè ex Hebræo legitur: *In ſeculum & vſque*, ſiue, in *ſeculum & in æternum*. Additur tandem apud Iſaiam pro commentario huius noſtri loci: Super ſolium Dauid, B & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo (ab incarnatione. Hieronymus ibi Euſebius lib. 7. de Demonſtrat.) & vſque in ſempiternum, vt apertè ſignificet Thronum Dauidis Salomonis alioqui caducum & infirmum non ab alio quàm à Chriſto olim ſeſſuro firmitatem & æternitatem habere potuiſſe. nam vt ait eo loco Hierony. regnum Danid poſt captiuitatem Babylonicam fuerat diſſipatum. Ergo opportuniſſimè propheta ad ſempiternum Deum conuerſus ait: Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi. quippe niſi æternus rex fuiſſet, çternitatem Dauidis regno & throno minimè contuliſſet.

Margin: Virginis Mariæ illibata integritas. — Mem clauſum & circulus æternitatis ſymbola. — Hebr. 1. 8. Iſa. 9. 7. — Deus æternus confirmāſ Thronū Dauidis.

C Sed quid tandem ſedis nomine intelligi oporteat, breui dicendum. Primò enim Dei thronum, & ſedem æternam aiunt eſſe Chriſti diuinitatem, Euſebius, Theodoretus, Baſilius, Athanaſius, ſermone 2. contra Arian. vt ſit idem quod Pſal. 144. 13. Regnum tuum omnium ſeculorū, & dominatio tua in generatione & generationem. vt ſumatur thronus, qui eſt inſigne regni, & dominationis, pro ipſa dominatione & maieſtate diuinitatis. Sic Reges iurant per thronum ſuum, id eſt, per regnum, aut per maieſtatem ſuá, id eſt, per ſe ipſos. Iudith. 1. 22. Nabuchodonoſor iurauit p thronum & regnum ſuum. & id Exo. 17. 16. Manus ſolij gloriæ domini. Hebraicè; Manus ſuper ſolium gloriæ Domini; Kaldæus: Cum iuramento dictū D eſt hoc à facie terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, id eſt, apprehenſo throno iurauit. *La mano ſobre ſu throno iuro por ſu mageſtad real.* Qualis ille ritus tangendi rem ſacram inter iurandum.

Tango aras, medioſque ignes, & numina teſtor.

Alij ipſam humanitatem, in qua velut in throno ſedet filius Dei, *& inhabitat omnibus plenitudo diuinitatis corporaliter.* Sic Galatin. lib. 7. c. 18. quod ſicut thronus indicat regnantem, ita & Chriſti humanitas, & illius opera, ſigna fuerunt Chriſti vim ſuam ad redemptionem exercentis: tum etiam per illam tanquam per coniunctum organum ſuæ diuinitatis habet, vt in nomine illius omne genu flectatur.

Margin: Sedes Dei quæ. — Thronus pro diuinitate & maieſtate. Metonym. — Kaldeus. — Ritus iurandi. — Sedes Dei humanitas. Coloſſ. 2. 9 — Philip. 2. 10.

Tertiò, vt dicatur thronus maieſtatis Chriſti, & E currus gloriæ ſuæ, quo geſtatus eſt, ipſa Dei mater virgo, & in illam conueniat, quod dictum eſt Ierem. 17. 12. Solium Gloriæ altitudinis à principio locus ſanctificationis noſter, quòd enim hoc pertineat ad ſedem paratam Chriſto regi, ſignificatur, cum ſubditur: Expectatio Iſrael Domine, ſic Galatinus loco indicato.

Quartò, vt ſit *cælum*, ſicut ſcriptum eſt: *Cælum mihi ſedes. & terra ſcabellum pedum meorum.* quòd, vt ait R. Moyſes Aegyptius. *Cathedra eſt locus, in quo ſedent reges & eſt inſigne illius propter quē cōpoſita eſt pulchritudine ſua, & fortitudine gradus ſua, & ideo vocatur ſanctuarium, quia demonſtrat nobilitatē*

Margin: Thronus Dei, mater Virgo. — Thronus Dei cælū.

 illius,

illius, qui ſe demonſtrauit in eo. Ideo cæli, quia demonſtrant magnitudinem factoris & motoris ſui, & regunt mundum inferiorem cum largitate bonitatis, dicuntur ſedes Dei. Quò videtur pertinere illud Apocal. 21. *Qui uicerit, dabo ei ſedere in throno meo, ſicut & ego uici, & ſedi in throno.*

D. Th. Epiphan. Quintò, D. Thomas intelligit iudiciariam Chriſti poteſtatem, quæ eſt æterna. Dan. 7. *quia eſt de æternis.* quò uidetur pertinere Epiphanius lib. 1. contra Hæreſes. tom. 2. cap. 29. contra Nazaræos, dicens: thronum Dauidis & regale ſolium eſſe in Eccleſia, quæ eſt dignitas regia & ſacerdotalis ſimul.

6. Thronus Chriſti regnum fidelium. Sed cùm hæc omnia vera ſint; tamen ad loci præſentis exigentiam & intelligentiam illud eſt germanum, & ſimplex, vt thronus æternus Chriſti regis ſit cum reſpectu ad thronum Dauidis & Salomonis, & qui exponitur ab Angelo Luc. 1. 52. cùm appellatur *ſedes Dauid*, id eſt, regnum fidelium & electorum; ſiue regnum Eccleſiæ, Dauidis regno figuratum: quæ *ſedes Dauid* exponitur cùm appellatur *domus Iacob*; vt iam indicetur regnum illud Dauidicũ, quod ſub alijs regibus poſt Dauidẽ decẽ partibus, id eſt, decẽ tribubus imminutum fuerat; corroborandum fuiſſe à Chriſto, id eſt, *multiplicandum*, & inſtaurandum omnibus ſuis partibus a Iacob oriundis, id eſt, proferendum, & dilatandum ad omnes fideles. (Sedes Dauid eſt domus Iacob) Quare Iſai. 49. 6. ait æternus Pater ad filium: *Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iſrael: Ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Firmiter* (inquit Epiphanius) *ſedet thronus in ſancta Dei Eccleſia in æternum.* (Epiphan. Eccleſia cur regnũ Chriſti. Act. 20. 28) Quamuis enim, qua Deus eſt, rex ſit ſupremus creaturarum omnium, tamen peculiare illius regnum Eccleſia eſt, *quam acquiſiuit ſanguine ſuo*, in qua illius fides, religio, leges, doctrina, ſacramenta, peccatorum remiſſio, gratiæ collatio, & commercium cum illius æterna hæreditate & gloria; deniq; interior exteriorque gubernatio ab illo ſupremi capitis influxu dimanans; & illa, quæ deſignat Paulus cum Rom. 14. 17. ait, *Regnum Dei non eſt eſca, & potus, ſed iuſtitia, pax & gaudiũ in Spiritu ſancto.* & quod Luc. 17. dicitur, *eſſe intra nos.* & quod Matth. 6. & Luc. 11. petimus, *vt adueniat ad nos.*

Chriſtus rex nõ indigens ſucceſſore, ſed habens vicarium. Heb. 13. 8. 1. Cor. 15. 24. Iam hic thronus Dei, non ſicut quondam in Synagoga, cum ſedebat Salomon in ſolio Domini, & alij deinde reges ſuccedentes in locum demortuorum; nam vnicus rex æternus, qui non moritur; Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula, non indiget Regum ſucceſſione; tantum Pontificis ſui vicarios deſignat, interim dum venit Finis; cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Quod enim de ſacerdotibus, & ſacerdotio Paulus, hoc de regibus (Heb. 7. 23. 24.) & regno prorſus intelligendum; Plures facti ſunt reges, ideo, quòd morte prohiberentur permanere: hic autem, eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, (& regnũ, & thronum) Lex enim homines conſtituit ſacerdotes, & reges, infirmitatem habentes: ſermo autem iuris iurandi, qui poſt legem eſt. Filium in æternum perfectum. Thronus ergo Chriſti æternus, non quia ſucceſſione proferendus & multiplicandus, (Matth. 16. 18.) ſicut Dauidicus, ſed quia Chriſtus æternus; tum etiam, quia nulla clade illius regnum interiturum aut diſſipandum, vt pote contra quod nullæ aduerſariorum poteſtates præualebunt.

Sed, vt ad Salomonem conuertamur, quis non videat, etiam cum ea dicuntur quę Salomoni non A conueniunt, ſed ſoli Chriſto, tamen cum reſpectu, quodam ad Salomonis regnum & thronum dici? Sed pergendum ad ea quæ Salomoni ratione aliqua conuenire poſſint.

Fælicitas & æquitas regni Chriſti, ſub figura Salomonici.

7. Virga regni inſigne. VIrga directionis, virga regni tui. *Sceptrum*, inſigne regium, baculus, ſicut ſceptrum eſt Iſai. 14. Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium. Sed quia ſceptrum geſtatum manu, erat inſigne regiæ poteſtatis, aut iudiciariæ, tum etiam inſtrumentum ad puniendum, Pſal. 88. 33. 2. Regum 7. 14. Iob 9. 34. Pſalm. 124. 3. Iſai. 9. 4. B Ierem. 1. 11. ſolet acris & ſeuera dominatio appellari Virga ferrea. Pſal. 2. 9. & Virga virtutis, Pſal. 109. 2. Virga humeri, & ſceptrum exactoris, Iſai. 9. 4. Virga furoris, Iſai. 10. 5. Virga percuſſoris, Iſa. 14. 29. Virga vigilans, Ierem. 1. 11. Virga fortis, Ierem. 48. 17. Virga indignationis, Thren. 3. 1. Virga funiculi. Zachar. 11. 7. quibus omnibus opponitur Virga directionis. (Virga inſtrumentũ puniendi. ישר Iſa. 40. 4. Luc. 3. 5.) Eſt autem ea directio, aut rectitudo, ex proprietate vocis originalis, quæ ad viam pertinet planam, & ſine inflexionibus aut diuerticulis contendentem in finem; ſicut ſcriptũ eſt; Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua indirecta; & (per expoſitionem) aſpera in vias planas, & videbit (ſic per viam recta contendentem, quamuis à longè C videre poterit) omnis caro ſalutare Dei. (Aequitas & directio de via.) Redditur enim via recta, & complanata impletis lacunis, & locis depreſſioribus, & eminentioribus depreſſis, *llenando hoyos, y allanando eſtropiecos.* Quia verò iuſtitia & æquitas reddunt æquale, dicitur aliquando via recta, via *iuſtitiæ*, aut *æquitatis*. Prou. 2. 9. & 6. 11. Malach. 2. 6. Prou. 1. 3. Pſal. 5. 9. Rurſus quia via recta & plana, eſt facilis & expedita, & gratiſſima ad ambulandum, ideo directio, aut rectitudo, eſt iuſtitiæ adminiſtratio facilis, grata, iucunda, nemini moleſta. (Via iuſtitiæ, & æquitatis, quæ.) Ideo *Virga æquitatis*, aut *directionis*, eſt dominandi non libido, ſed ratio; nõ ſummum ius, ſummaque ſeueritas; ſed æquitas facilis, & iucunda omnibus; non tyrannica, ſed paterna & beneuolentiſſima dominandi ratio. (Dominatus æquiſſimus.) *Bine D ſe en eſtl reyno con bondad y llaneza.* nam ſceptro illo, & virga regia, quę ibi erat inſtrumentum mẽſurandi agros, & ideo vocatur *Virga hæreditatis*, menſuras ò Rex æterne quãrum cuique debeatur; tum præterea ad æqualitatem quandam redigis, ne plus æquo ſeſe ſuperbi efferant, ne plus nimio pauperes deprimantur; ne innocentibus inſidiæ & foueæ improuiſæ ſtruantur, ne offendicula occurrant, ſed ſimplex, plana, verax vigeat inter ciues loquendi, agendi, negotiandi, viuendi ratio. (Virga inſtrumentũ menſurandi agros.) Illud minus congruum, quòd nonnulli, in *virga directionis* volunt intelligi neſcio quid ferreum, & inflexibile, vt ſit idem quod *virga ferrea*, & punitoria. quamquam illud ex proprietate Latina non diſſonet, vt ſit virga recta, inflexi- E bilis à recto & æquo, exigens etiam rectitudinem à ſubditis.

8. Non dubium quin ſub Salomone hæc ſingularis atque iucundiſſima rerum & vitæ directio fuerit. eſt enim cum pace coniuncta; ſicut de Aaron dicit Deus Malac. 2. 6. In pace & æquitate (Septuaginta. In pace dirigens, propriè, In pace & rectitudine, vel planicie) ambulauit mecũ (*Andauamos y biuiamos ambos con paz y llaneza*,) ſic ſub Salomone ambulabat populus in pace, vel in rectitudine, vel in planitie. (Sacerdotis cũ Deo familiaritas & pax.) *Viuian y andauan con ſu Rey con paz y llaneza.* Sicut ſcriptum eſt. 3. Reg. 4. 25.

Habi-

A *Habitabat Iuda & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſque Berſabee.* Quod incredibilem tranquillitatem, & facilem cuiuſque viuendi rationem ſignificat.

Chriſti dominatus iuſtiſſimus. Pſal. 24. 8.

Sed proculdubio huius temperatiſſimi dominatus, & rectiſſimi æquiſſimique ſceptri Chriſtus Ieſus exemplar fuit, de quo ſcriptum eſt: Dulcis & rectus Dominus: propriè ex Hebræo; bonus & æquus; Septuaginta; Chriſtus, pro, dulci; vt legere poſſis, Chriſtus eſt rectus Dominus: *Dios y ſu Chriſto ſon vn Rey bueno y llano.* à qua rectitudine ſæpe legem ſuam commendat Deus Pſalm. 32. 4. Iſai. 40. 3. Pſal. 10. 7. & 18. 9. Prou. 2. 7. 13. & 4. 11. Quare ad Iudices & Principes, vt in hoc bonitatis & æquitatis exemplar reſpiciant, dictum eſt Sap. 1. 1. *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Hazed razon, y gouernad con llaneza, y tratad con Dios, y con vueſtros ſubditos à las buenas llanas.* B Simplicibus ergo & rectis ab hoc æquitatis & rectitudinis ſceptro nihil timendum; tantummodo illis, de quibus ſcriptum eſt: Glorioſos terræ humiliabo, ſiue, vt propriè ex Hebræo legunt Septuaginta: Montes complanabo. Tigurina, aſpera æquabo. Pagnin. & Regia; *Tortuoſa dirigam: yo allanaré los mas entonados, y engreidos.*

Diuina lex commendata à rectitudine.

Iſa. 45. 2.

VIII. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

1 *Varius ſententiæ nexus. Diligere verbum vehemens. Iudex eſto iuſtitiæ amator. Illuſtratus Moyſes, Iſaias, Sapientia.*

2 *Iuſtitia vniuerſalis virtus. Dicitur de diuina lege. Iniquitas quid in ſacro ſermone.*

3 *Iuſtitia pro iuſtis. Sicut & iniquitas pro iniquis. Princeps eſto bonorum fautor, impiorum oſor. Illuſtratus ſemel & iterum Dauid.*

4 *Varia Patrum intelligentia electio, ex Hebræo & Græco. Deus in prima, uel in quinto caſu.*

5 *Præpoſitio propterea, uariè accepta. Illuſtratus Lucas. Chriſtus corrigens hominis naturam. Nõ meruit incarnationem.*

6 *Oleum lætitiæ quid. Lætitia & gaudium nuptialia. Illuſtrati Dauid, Iſaias, Ieremias, Zacharias.*

7 *Conſors, aut particeps, quid ex Græco. Dauidis electio præ cæteris illuſtrior quàm Salomonis. Lentula olei Saulis cuius ſymbolum. Illuſtratus Paralip.*

8 *Vngendi & unctionis uſus, & ſignificatio in ſacris. Vncti & Chriſti Reges, Sacerdotes, Prophetæ, Sponſi.*

9 *Multiplex Chriſti unctio, diuinitatis, humanitatis, prædeſtinationis, prædicationis. Illuſtratus Lucas ſemel & iterum.*

10 *Chriſti unctio ad manifeſtationem gloriæ Reſurrectionis & Aſcenſionis. Vnctio Regia, ſacerdotalis. Nuptialis in vtero Virginis.*

11 *Oleum lætitiæ proprium ſancti Spiritus. Symbolum fortitudinis, lætitiæ, ſapientiæ. Spiritus communicatus unctis. Illuſtratus lib. Iudic. & Regum.*

12 *Particeps quid apud Paulum. Chriſti participes qui. Illuſtratus ſemel & iterum Paulus.*

13 *Ex Chriſti unctione regia & ſacerdotali fidelium unctio. Ieſus, Chriſtus, Meſſias, qualia nomina. Illuſtratus Zacharias.*

DVplex nexus, primus vt cohæreat cum ſuperioribus; ideo tam firmus tamque ſtabilis thronus, quòd à te, ò Rex æquiſſime, cõfirmatur & roboratur ſumma iuſtitia: ſicut ſcriptum eſt Prou. 20. 28. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. vbi Septuaginta legerunt, Miſericordia & veritas tutela regi, & circuibant in iuſtitia ſedẽ eius. Intellexerunt enim iuſtitiam illam temperatam cum clementia regno & regibus afferre ſtabilitatẽ B & robur; neque minus ab omni iniuria temporis & hoſtium defendere, quàm fortiſſimorum militum ſatellitium. Secundus nexus cum ſequẽtibus, vt hinc incipiat deſcriptio maximi cuiuſdam atq; pulcherrimi ornamenti virtutis regiæ. Vtrouis accipias modo, res eadem.

Dilexiſti iuſtitiam. Non ſolum ſceptro repræſentas iuſtitiam; ſed illam corde geſtas & animo: non ſolum iuſtus; ſed iuſtitiæ amator: hoc enim in Principe maximè requiritur; vt & amet iuſtitiam, & iuſtitię amore nihil non faciat. Porro verbum *diligendi* in originali eſt ardẽs & vehemens, & affert aliquid tenerum, molle, & affectione plenum: de quo verbo dicemus inferius, vbi de inſano illo Salomonis alienigenarum amore, & inC credibili furore libidinis: de quo dictum eſt: *Amauit Salomon mulieres alienigenas, & copulatus eſt eis amore ardentiſſimo.* A qua etiam voce dictum eſt Iſai. 61. 8. *Ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocauſta.* Hoc ergo primus ipſis verbis exigit à Principibus Sapientia ipſa, *Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Vbi etiam verbum diligendi Græcum vehemens eſt, & vel ad ardorem voluptatis, vel ad ſacram pecuniarum auaritiam referri ſolet: ſicut etiam eodem videtur illud pertinere Exod. 18. 21. Prouide viros timentes Deum, in quibus ſit veritas (quaſi in illorũ animis infixa, & innata) & qui oderint auaritiam. Eleganter igitur hac ipſa de re Bernardus ad Eugenium ſcribens libr. 3. de Conſider. ait: [Parum eſt iuſtitiam tenere, niſi & diligas: qui tenent, tenent; qui diligunt, zelantur. amator iuſtitiæ inquirit iuſtitiam & proſequitur eam. Porro omnem iniuſtitiam perſequitur. Et ſubtiliter quidem Baſilius hoc loco iudicauit hac dilectione ſignificari non tam labore & exercitatione partam, quàm inſitam quandam à natura animi iuſtitiæ affectionem, & abalienationem ab iniuſtitia, vt videatur in optimo Principe timor Dei & æquitatis amor ſimul in vulua cum illo concreatus.

Diligere verbum vehemens.

אהב

3. Reg. 11. 1. 2.

Sap. 1. 1.

Iudex iuſtitię amator.

Bernardus

D

Baſilius.

Quid, ſi *iuſtitia & iniquitas,* pro iuſtis atque iniquis in vniuerſum actionibus accipi debeat, & non ſolum virtus peculiaris iuſtitiæ, quæ reddit E vnicuique quod ſuum, & quæ peculiariter in iudice & principe requiritur, præſertim ad diſtributionem honoris, pecuniarum, aut cæterarum rerum, quæ inter ciues diuidi poſſunt, vt Ariſt. definit. 5. Ethic. cap. 2. ſed iuſtitia illa, quæ vniuerſam legem reſpicit, & quæ, vt idem Philoſophus ſtatuit, ſemper legitimum facit, neque à legibus exorbitat, neque plus capit expetitve; neque iniqua cenſetur in re vlla, quæ ad communem omnium vtilitatem ſpectat: Hæc (inquit Ariſt.) *Iuſtitia perfecta virtus eſt, & præclariſſima virtutum, & neque eſt Heſperus ita, neque Lucifer admirabilis.* quę quia non ſolum peculiare bonum, ſed commune

Iuſtitia vniuerſalis.

Ariſt.

Ariſt.

Biãtis ſententia.

reſpicit, commendat illam Biantis ſententiam, *Magiſtratus virum oſtẽdit*; quippe hæc maximè in magiſtratu & principe requiritur. Hinc Iuſtitiæ & Iuſti nomen in ſacro ſermone communes ſunt perfectæ ſanctitatis & innocentiæ appellationes; & ipſa diuina lex, quæ omnes virtutum actiones; & quidquid legitimum eſt, comprehendit, *Iuſtitia* appellantur, Deuter. 4. 5. & 24. 13. 2. Pſal. 7. 17. 19. Pſal. 10. & 17. 23. & paſſim. Qua ratione veroſimile eſt ſumi in hoc loco tum ex ipſa originali voce, quæ frequenter omnem virtutem complectitur, tum ex oppoſita *iniquitate*, quæ ad omnem improbitatem ſe extendit, & propriè tribuitur inquieto homini, & communis pacis & boni perturbatori, damnoſo, & nociuo, quẽ vulgo vocamus, *hombre per judicial*. de qua vocis proprietate diligenter diſputauimus Pſal. 1. verſ. 1. Eleganter ergo principio optimo tribuitur legum, & tutius, quod legitimum eſt, & quod ad totius ciuitatis bonum ſpectat, ardens quoddam ſtudium & zelus ex amore profectus, atque perfectus, omnem improbitatem odio proſequens.

Diuina lex cur vocetur iuſtitia

צדק Iniquitas. רשע

3\. Opportunè verò etiam hic, ex frequenti ſacri ſermonis vſu, *Iuſtitia* pro iuſtis, *Iniquitas* pro iniquis; illos enim diligit, fouet, & apud ſe habet optimus Princeps; hos repellit, & non ſolum regalibus ædibus eliminat, ſed vrbe & regno exulare cogit. Prioris exemplum illa ſunt Pſal. 10. 7. *Iuſtus dominus & iuſtitias* (iuſtos) *dilexit: æquitatem* (rectos, ſimplices) *vidit* (cum charitate, & lætitia) *vultus eius. Siempre los tiene à viſta.* Hieronymus & Kaldæus è conuerſo: *Recti videbunt iucunditatem faciérum eius.* ſimiliter Iſai. 11. 5. *Erit iuſtitia* (erunt iuſti) *cingulum lumborum eius: & fides* (fideles) *cinctorium renum eius.* (ſibi applicabit ſanctos, hi illi erunt intimi familiares) *Miſericordia & veritas* (Miſericordes & veraces) *in circuitu eius* (circuibunt eum, cingent, claudent latus, perpetuò illi adhærebunt.

Iuſtitia pro iuſtis.

Princeps fautor piorum.

Hierony.

De ſecundo verò, id eſt, de odio proſequendis impijs, exemplum in Dauide Pſal. 100. 4. Non adhæſit mihi cor prauum (perfidos, & malæ fidei homines longius à me abſcedere iubebo; interdico familiaritate, menſa, domo. Sequitur enim) *cum hoc non edebam; & non habitabis in medio domus meæ*, &c. tum illud, *declinantem à me malignum non cognoſcebam*. Nihil mihi cum impijs negotij, non magis quàm cum ignotiſſimis: Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorũ.) non fœliciter progreditur, non proſperatur, *Eſtos tales nomedran mucho commigo.* Alij, Non ſtabilietur, non firmabitur, non diutius apud me cõſiſtunt, neque demorantur: *Malas lenguas noduran mucho en caſa.* Fortè; non dirigitur ante oculos meos, id eſt, Ego non rectis oculis eiuſmodi homines aſpicio; acribus & minacibus oculis illos deterreo; vel coniectum oculorum meorum reformidant, fugiunt. ſicut è contrario: *Oculi mei* (benigni, blandi, propitij) *ad fideles terræ, vt ſedeãt* (ad menſam) *mecum; ambulãs in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* (*No me ſiruo y o de*) ſicut ſcriptum eſt: *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.*

Princeps perſequẽs impios.

Pſal. 104.

Eccl. 10. 2.

Hæc vt in Salomone ſancto adhuc, & pro iuuene minimè deſiderata fuerunt, cum diligebat Salomon Deum ardentiſſimo animi affectu, ita nemo perfectiſſimè impleuit, quàm Chriſtus Ieſus, tam alienus à peccato, vt peccare minimè potuerit, aut non odiſſe impietatem, non diligerove iuſtitiam. PropIereaque, vt *diligendi iuſtitiam, & odiendi iniquitatem* perfectiſſimum exemplar, & abſolutiſſimum magiſtrum, peccati incapacem, innocentem (per ſeſe) & ſegregatum à peccatoribus (vt qui infinitæ bonitatis ſuæ interuallo à peccato abeſſet) haberemus, vnctus eſt, id eſt, Deus factus homo; ſic exponente Athanaſio oratione 2. contra Arrian. & Auguſtino, alijſque mox indicandis, & Theologis, ſolidè & verè Chriſti Ieſu impeccabilem naturam, veramque ex hoc loco docentibus, alijſque ſacris teſtimonijs, confirmantibus, vt apud noſtrum Suarez videre licet, docta ſua diſputatione 34. 3. p.

Chriſtus impeccabilis.

Athanaſ. Auguſ. Suarez.

4\. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Aſſurgit iterum vates ad Chriſtum Deum, & in Salomonis regno regnique iuſta & ſancta adminiſtratione, agnoſcit illũ, qui eſt ipſa iuſtitia & ſanctitas, omni humana & creata virtute præſtantior, Chriſtum regem, quicum loquitur.

Deus Deus tuus. Ianſenius vtramque vocem, in primo caſu accipiendam vult, & ad patrem referendam, neque Chriſtum hoc loco vocari Deum; ſicut in præcedenti verſiculo, neque à Paulo ad Hebræos 1. ideo huuc verſiculum proferri, vt aſſeratur Chriſti diuinitas Angelis ſuperior; ſed tãtum, vt aſſeratur Chriſti humanitas dignior & excellentior præ cæteris hominibus. Cæterum Aug. hoc loco ſic ſcribit: O tu Deus, vnxit te Deus tuus: Deus vngitur à Deo: etenim in Latino putatur idem caſus nominis repetitus: in Græco autẽ euidentiſſima diſtinctio eſt, quia vnum nomen eſt quod compellatur, & alterum ab eo, qui compellat, ſic accipite, ſic intelligite. Ab Auguſt. videtur accepiſſe D. Thom. & alij poſteriores. Hieronymus verò quamuis eadem ratione intelligat, at de lectione & diſtinctione Græca diſſentire videtur: Primum (inquit) nomen Dei vocatiuo caſu intelligendum eſt, ſequẽs nominatiuo, quòd ſatis miror cum Aquila, non vt vt cœperat, in primo verſiculo, vocatiuo caſu interpretatus ſit, ſed nominatiuo bis nominãs Deum; qui ſupra dictum vnxerit Deum. Qua de re reprehenditur quoq; Aquila ab Euſebio, quòd ſibi parũ conſtans fuerit, & non amplius ὁ θεὸς, interpretatus fuerit. & ſequitur diſtinguitq; S. Eligius ſer. 6. qui eſt in Cœna Dñi.

Ianſenius.

Auguſt.

D. Thom. Hiero.

Euſeb.

Eligius.

Sanè, ſi de lectione loquamur, nihil videtur diſtinctionis inter vtrumque nomen intereſſe, neque in Hebræo, neque in Græco, aut Latino: quãuis Hugo Carrenſis aſſerat in Hebræo manifeſtã vtriuſque vocis diſtinctionem. Voluit, credo, dicere in Græco. Rurſus de Græco credidit Auguſtino, quòd ipſe non vidiſſet. at Auguſtinum ſuo tempore aliter legiſſe, quàm nunc, cum in Græco vtramque vocem ſine vllo diſcrimine legimus, mihi fit veroſimillimum, vt doctè obſeruat demonſtratque Eugubinus. Solum in Kaldæo ſunt duo Dei nomina, alterum *Ieia*, quod eſt nomen Iehoua quaſi abbreuiatum; alterum Eloahca, id eſt, *Deus tuus*; vt videatur, alterum referendum eſſe ad patrem; alterum, ad filium.

Hugo.

Eugubin.

אלהך

Sed ſi de ſenſu & intelligentia, diximus ſuperius ὁ θεὸς, Latinorum more ſumi poſſe, ſoleteque caſu vocandi, & ſic ſumendam priorem partem hoc loco, præterquam quòd Pauli auctoritas probare videtur, & Eccleſiæ patres ſatis ſuadent eam lectionem & intelligentiam; Chriſti ex hoc loco diuinitatem elicientes, atque adeo Trinitatis diſtinctionem perſonarum. Nam præter Hieronymum & Auguſtinum, Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto c. 8. ex Chriſti vnctione Patris vngẽtis diſtinctionẽ elicit ab Vncto, & Spiritus, id eſt, vnguenti; ſicut etiam Irenæus lib. 3. contra hæreſ. c. 20. *Vnxit Pater, vnctus eſt Filius, in Spiritu ſancto, qui eſt vnctio.* Idẽ docet hoc loco Pſalmi Euſebius.

Deus quo caſu accipiendus.

Trinitatis myſteriũ.

Hieron. Auguſt. Ambr.

Irenæus.

A Apollinarius, Nicephorus. Quamquam ex lectione ipſa nihil omnino cogat, vt uocandi caſu alterum nomen debeat accipi.

5 *Propterea. varie acceptum.* *Auguſtin.* Propterea: Senſus & particula eadem, quæ ſuperius, Propterea benedixitte Deus, &c. Propterea quod, vel, Propter quod, tanquam propter finem, vt hic etiam vult Auguſtinus. Propterea (inquit) vt diligeres iuſtitiam & odio proſequereris impietatem, vnctus es. Vel reddat cauſam; Quia vnctus es, ideo diligis iuſtitiam: ex tua iſta ſacra vnctione prouenit tantus iuſtitiæ ſeruandæ ardor, & incorruptiſſima ſanctitas. *Luc. 4. 18.* Cum priori ſenſu facit, quod legitur Lucæ 4. Propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus; id eſt, ad eum finem veritatis, & ſanctitatis docendæ vnctus ſum; vnctio me tanti muneris obeundi non ſolum idoneum, B ſed etiam potentiſſimum efficit. Sed de huius particulæ vario vſu, tum hoc loco, tum apud Lucam & Iſaiam 61. doctè, & eruditè Maldonatus, & *Maldonat.* *Toletus.* *Salmeron.* Toletus Cardinalis Lucæ. 4. Salmeron tom. 4. p. 2. tract. 10.

Salomonẽ regnũ apud Deum meruiſſe. *Hilarius.* Qui in illa particula cauſam, quam vocant meritoriam, ineſſe exiſtimant, vt meritò diligendi iuſtitiam, & odio proſequendi iniquitatẽ, meruerit rex vngi a Deo, vt videtur loqui Hilarius lib. 9. de Trinitate, ſi de Salomone loquantur, non repugnat, illum pietate, & ſanctis operibus meruiſſe apud Deum vt præ cæteris fratribus regalem vnctionem atque regnũ obtineret. *Chriſtus nõ meruit incarnationis vnctionem.* Si verò de Christo rege ſermo ſit, non meruit quidem primam illam Incarnationis vnctionem; quamuis meruit illas alias quaſi poſteriores vnctiones, cum rex declaratus eſt deſcenſu columbæ, Ioannis præconio, nominis exaltatione, corporis reſurrectione, denique gentium ad illius fidem, & obſequium conuerſione. De quo fuſius, & preſſius Theologi in ſcholis. Sed vtrique illud conuenientius, quod diximus, & Salomonem vnctum fuiſſe præ cæteris, vt ſanctitatem coleret, colendamque ſuos populares doceret, & Chriſtum Ieſum Deum, factum hominem, vt vnicum ſanctitatis colendæ, & diligẽdæ exemplum nobis fieret. Tum præterea, propterea tantopere erga ſanctitatem afficitur, quia vnctus eſt, quia Deus eſt. Hanc ob cauſam vnigenitus Dei filius factus eſt homo (inquit Athanaſ.) *Athanaſ.* D vt in ſe hominis naturam corrigeret, vt iuſtitiam diligerent, & iniquitatem odio proſequerentur.

6 Vnxit te. Vnctione deſtinauit ad ſactum Regni & Regis ſancti honorem, & ad obeundum fortiſſimi Imperatoris munus roborauit, confirmauitq; vnctione; lætiſſimas nuptias vnguẽto exhilarauit, ſponſumque conſecrauit: Regem, Sacerdotẽ, Imperatorem, Prophetam declarauit. Cadunt hæc omnia in ſignificationem vſumque Vnctionis, vt Inferius exponemus. Quamquam genuina huius loci & olei intelligentia ex illa lætitia olei deſumenda eſt, de qua ſtatim.

שׂשׂון *Chryſoſt.* *Oleo lætitiæ.* Obſeruat Chryſoſtomus in Hebræo haberi, *oleum Saſon, id eſt, venuſtatis, gloriæ, ornamenti.* Euſeb. verò an Symmachum vertunt, oleo E nitoris & ſplendoris, vt legitur in notationibus Septuaginta Vaticanorum, vel oleo exultationis, vt *Barbarus.* apud Barbarum in Catena. Sed vocum diſtantia, ſicut & ſignificationis, perexigua eſt; nam ſi deducat a radice Suſan, quod eſt lilium, dices oleum שׁושן liliorum, aut vnguentum floridum, quod pulchrum, florens, nitidum, venuſtũ reddit hominem שׂוש delibutum; ſi verò a radice Sos, quod gaudium, & *Lætitia, & gaudium quid in ſacro ſermone.* lætitiam ſonat, erit, oleũ gaudij; aut exultationis; affertque tum animi voluptatẽ & oblectationem, tum externam lætiſſimi cantici, & ſuauiſſimæ muſicę. Sicut ab hoc verbo dictum eſt: Gaudens gaudebo in Domino, Iſai. 61. 10. Et: exultauit (animo alacer, lætus viam iniuit) ad currendam viam, & coniungitur cum nuptiali feſto, Ierem. 7. 34. Quieſcere faciam vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ. Et Ierem. 16. 9. & 25. 10. & 33. 11. & cum ſuauitate muſicæ. Iſa. 24. 8. Dulcedo (gaudium, concentus) citharę. Et cum epulo lautiſſimo, Zach. 8. 19. Ieiunium erit in gaudium, & in ſolennitates præclaras. Denique cõiungitur cum clamorę & plauſu lætiſſimo. Pſal. 50. 10. Iſai. 51. 3. quæ omnia in hanc vnctionem gaudij, & lætitię cadunt, vt videlicet ſit vnctio canticis, conuiuijs, muſicis inſtrumentis, & communi omnium plauſu celebratiſſima.

חבר *μετόχοι.* *Theodoret.* Præ conſortibus, ſiue præ participibus. Vox originalis, ſocium, ſodalem, amicitiæ & conuictus participem, familiaritate coniunctum; & in idem ſtudium conſpirantem, ſignificat; quod ex Græco, & Symmacho notauit quoque Theodoret. & Græcũ item nomen valde amplum eſt. Et quamquam frequenter referatur ad ea quorum adeo pluribus communis eſt, videlicet honores, tamen ad ipſam etiam carnis & ſanguinis communionem pertinet vt inferius dicemus. Quæ omnia prona ſunt in lætiſſimam Salomonis inaugurationem & conſecrationem in regem. Vnxit enim illum Deus, id eſt, vngendum decreuit iuſſitque oleo lætitiæ, vt cuius inauguratio lætiſſima fuerit, omnium plauſu, & acclamatione, epulis, canticis, & vniuerſis muſicis inſtrumentis concelebrata, vt ſuperius exponeba- C mus lib. 2. Tum etiam fuit præ participibus ſuis, ſicut dicebat Dauid in ſua illa ad regni proceres grauiſſima concione 1. Paralip. 28. 5. De filijs meis (filios enim mihi multos dedit dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſederet in throno regni domini ſuper Iſrael.

Sed quamuis hęc vtcumque in Salomone vera; tamen illa Dauidis præ participibus ſuis, id eſt, præ ſuis fratribus, & præ Saule, longè ſingularior, & præſtantior vnctio, quàm Salomonis præ ſuis fratribus; ſicut ipſe Dauid de ſe dicebat. 1. Par. 28. 4. Elegit dominus Deus Iſrael de Iuda principes; *Dauidis electio illuſtrior, quã Salomonis* porro de domo Iuda domum patris mei, & de filijs patris mei, placuit ei, vt me eligeret regem ſuper cunctum Iſrael. D Tum illud peculiare habuit præ Saule, quòd dicatur Saul vnctus lenticula olei; quaſi vaſe fragili, & fragile caducumque illi regnum ſignificante; Dauid verò cornu olei, vaſe nimirum, atque materia ſolidiori & diuturniori, & diuturnioris regni ſymbolo 1. Reg. 16. 13. de quo *Quid lenticula olei Saulis, qd cornu Dauidis.* ſuperius dicebamus lib. 2. Habuit præterea & promiſſionem regni, & alias inſignes prærogatiuas 2. Regum 7. 12. Pſ. 88. 3. Quare cum ipſe Dauid alterius regis vnctionem præ conſortibus ſuis tam ardenter canit, non regis ſanè Salomonis, ſed alterius longè diuinioris, id eſt, veriſſimi Chriſti, atq; Meſſiæ ſingularem vnctionem præ cæteris hominibus canendam & celebrãdam ſibi proponebat, de qua paucis dicendum.

E

De vngendi ſignificatione, vnctioniſque vſu, & Chriſti ſacro atque magnificentiſſimo nomine, & vnctione lætiſſima.

FRagrantiſſimi vnguenti, quo Sanctus Sanctorum vnctus eſt, commemoratio, altò licèt currentes, paulìſper detinebit mirabili odoris ſuaueolentia, & Chriſti nomine fragrantiſſimo: nam in hac vnctione apertiſſimè omnes patres ſubolent diuinum illud Chriſti & Meſſiæ nomen, quæ ab vnctione ſumpta ſunt.

Quid

Vngere, & vngi quid. Vnctio prima Sacerdotum.

A Quid ſit autem vngere, aut vngi, in ſacro ſermone, non aliunde melius quam ex fine, & vſu ſacræ vnctionis, cognoſci poterit. Verum enimuero ſolemnes vnctiones primum factæ ſunt Sacerdotum quare Aaron primũ appellatus eſt a Moyſe fratre, hoc Chriſti aut vncti nomine, Exod.29.7. Leuitic. 8.12. id quod obſeruat Euſebius lib.4. de Euang. c.15. quod eſt de Chriſti nomine & ſpirituali vnctione. *Euſebius.* Inde vngi eſt Deo conſecrari, aut ſanctificari: quaſi diceret, ſacerdotiſſari, & præſertim cum dicitur de vnctione inanimatarum rerũ, quæ templo & tabernaculo ſeruiebant. Exod.40.10.10. & cap.29.36. Geneſ.31.13. Secundò vngebantur Reges, quia etiam poteſtatem accipiebant quaſi diuinam, & quamuis politicis vſibus, tamen diuinæ legi, atque voluntati conſecratam, & ſanctè admini‑ B ſtrandam, quod in vſu fuit apud Hebræos, iam inde a Saule rege, 1.Reg.9.16. & deinceps in Dauide, Salomone, & alijs, vt ſuperius dicebamus lib. 2. cum de Salomonis vnctione. Hinc non dubium quin vnctio etiam nullo regni, aut regis nomine adiuncto ad regẽ referẽda ſit, & vnctus, aut Chriſtus ſit idem quod rex, Pſ.88.39. 2. Reg.1.16. & c.23.1. & c.19.22. & frequenter in Scripturis. Quare Iud.9. dicuntur iuiſſe ligna vt vngerẽt (id eſt, crearent) ſuper ſe regem. Tertiò etiam vngebãtur Prophetæ, 3. Reg.19.17. vnde etiam vngi erit deſtinari, & quaſi conſecrari, ad prophetæ munus, ad euangelizandum verbum Dei, & ad rectè, & rite obeundam diuinam legationem.

Regum vnctio quaſi diuina.

Vnctus, & Chriſtus pro rege.

Vncti, & Chriſti qui.

C Ex aliqua harum trium vnctionum viſibilium, aut ex omnium trium analogia, Sancti illi patriarchæ, quãuis nullo materiali oleo deliburi, Chriſti dicti ſunt, Pſ.144.15. propter internam animi virtutem; qua perfuſi non minus quam externo vnguento ad munus ſuum rectè obeundum idonei, & bene comparari reddebãtur, diuino ſemper obſequio deputari, vt Euſeb. loco ſuperius indicato docet: *Chriſtos*, inquit, *vocat ueteres patres qui ante Moſis ætatem fuerunt; nullam aliam ob cauſam quàm propter diuini Spiritus cuius participes erant, influentiam*. De corporea verò & externa vnctione, *vt defluentia quædam diuina precantibus immiſceretur, & fragrantia ſtudioſis bonitatis, ſanctum fuiſſe legibus, vt ſacerdotes vnguentis vterentur & vngerẽtur,* D *qui communibus rebus publicè præficiendi fuiſſent*: nã in ſancta Eccleſia Dei etiam externa officia ſancta ſunt, & ſanctè adminiſtranda: Eſt itẽ frequens & ſolemnis vnguenti odoratiſſimi vſus in lætiſſimis nuptijs ſponſi & ſponſæ, quod ex Cant.1. ſuperius obſeruabamus, & quod in hoc Epithalamij loco habere locum aliquem poſſe videtur.

Euſebius.

In Chriſtiana Rep. & officia laica ſancta.

9 Iam ex hac vngẽdi ſiue ſignificatione, ſiue vſu, multiplex, atque varia Chriſti Ieſu vnctionis interpretatio & ſententia effluit. Prima, quæ eſt Euſebij, & nihil aliud conſiderat quàm diuinæ naturæ cum oleo ſimilitudinem, Chriſti vnctionem illius diuinitatis excellentiæ & ſuauitati attribuit: ſic enim Euſebius loco indicato: *Suprema atque ingenita diuina eſſentiæ uirtutem illam, quæ omnia* E *ualet, omne bonum præſtat, omnem pulchritudinem ſubminiſtrat, diuinus Spiritus proprio, & conuenienti exemplo accommodans, Dei oleum appellat; quare, & Chriſtum & unctum, eũ qui illius particeps ſit: oleum uerò quod certæ plantæ fructus emittit, quod ex humida materia nihil habet admixtum, quod lumen auget, quod feſſos ſubleuat, quod labores, quod eos qui ipſo ungũtur, hilares facit, quod inſtar luminis de ſe ipſo uibrat ſplendores, nitidumque ac micantem eorum, qui ipſo utuntur, comparat uultum, quod utique ipſum etiam diuinæ litteræ produnt illis uerbis*, vt exhilaret faciem in oleo. *Huic igitur exemplo ſupremam eius*

Multiplex Chriſti Vnctio.

Euſebius.

Vnctio diuinitatis.

Pſal. 103.

A *Dei, qui omnium eſt princeps uirtutem comparans, eum, qui ſolus hoc toto unctus eſt paternæ fragrantiæ particeps factus, Chriſtum, atque unctum uocauit ſicut oraculum dicit, Vnxit te Deus Deus tuus.* Et alia deinceps pulchra in eandem ſententiam: quibus explicare contendit, hanc vnctionem eſſe fragrantiæ, & bonitatis diuinæ participationem per æternam generationem. Idem videtur ſequutus Apollinarius, hoc Pſalmi loco in Catena Barbari.

Apollinar.

Sed ſanè pleriſque Patribus placet, vnctionem minimè pertinere ad diuinitatem, quæ nulla indiguit vnctione; ea enim vngi dicuntur quibus extrinſecus vnctio & fragrantia accedit; ergo hanc vnctionem tantum conuenire in Chriſti dominum B humanitatem; & Chriſtum, qua hominem, tantummodo vnctum fuiſſe, diſertè docent Ambroſius libro 1. de fide cap.2. Athanaſius Oratione 2. contra Arrian. Anaſtaſius Synaita libro 3. Exam. Damaſcenus libro 3. de fide, c.3. Baſilius, Theodoretus, Nicephorus, Didymus, Eligius, Homil.8. in cœna Domini, & alij inferius adducendi, qui docẽt vel non poſſe de diuinitate, vel oportere de humanitate locum intelligi.

Vnctio propriè conuenit humanitati.

Ambroſ. *Athanaſ.* *Anaſtaſ.* *Damaſc.* *Baſilius.* *Theodoret.* *Nicephor.* *Didymus.* *Eligius.*

Sed inter exponendum, de Chriſti humanitate ingens eſt Patrum varietas; quæ ſanè mihi efficit non tam ſententiarum repugnãtium confuſionem abſonam, quàm harmoniam, & concentum diſſimilium interpretationum, in vnicam Chriſti Ieſu ſacerrimam vnctionem, & oleum componendum C conſpirantium, & ad uarietatem etiam Scripturarum reſpondentium ſuauiſſimum. Primò ergo Eligius Nouiomenſis videtur communem vnctionis rationem ad omnes ſacros uſus conſideraſſe, cum dixit Chriſtum unctum eſſe in ſua prædeſtinatione, propereaque dictum eſſe, unxit te, non uerò uncturus eſt, quaſi diceret; ab eo diuino decreto, & prædeſtinatione, qua Chriſtus deſtinatus eſt ad ſalutis noſtræ & Euangelij ſacros vſus, & officia, unctum fuiſſe, quaſi gratia prædeſtinationis iam præparatum, & deſignatum. Atque huc trahit etiam illud Act.10.38. Vnxit eum Deus Spiritu ſancto. Vera quidem expoſitio, ſed paulo coactior, & longiuſculè petita.

Eligius.

Vnctio prædeſtinationis.

D Secunda: Prophetarum vnctionem & influentiam diuini Spiritus ad verbum Dei prædicãdum, illi uidentur conſideraſſe, qui dicunt, tunc Chriſtũ vnctum Spiritu ſancto, cum deſcendente Spiritu ſuper eum in Baptiſmo, prodijt ad publicam uerbi Dei prædicationem: nam deſcenſus & inſeſſio colũbæ ſuper Chriſti caput, referebat unctionem capitis Prophetarum, qua deſtinabantur, & mittebantur ad munus prædicandi uerbi Dei, quod etiam ſuo facto retulit Chriſtus Dominus, cũ paucis diebus poſt Baptiſmum, id eſt, peractis quadraginta dieb. in deſerto cœpit prædicare, Matth. 4.17. Marci 1.15. quod clarius indicauit Lucas c. 4.13. & 14.17. *Conſummata omni tentatione regreſſus eſt Ieſus in uirtute Spiritus, & uenit Nazareth,* E *& intrauit in Synagogã, & traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ, & , ut reuoluit librum, inuenit locum, ubi ſcriptum erat, Spiritus Domini ſuper me propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me &c. cœpit autem dicere; Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus ueſtris.*

Vnctio prophetarũ ad prædicãdũ verbũ Dei.

Ioan. 1.32

Chriſtus vnctus ad prædicationẽ.

Ad quam unctionem deſcendentis Spiritus in Baptiſmo ad obeundam ſtatim prædicationem, & confirmandam miraculis, apertè reſpicit Petrus Act.10.37.38. Vos ſcitis quod factum eſt uerbum incipiens a Galilæa poſt Baptiſmum, quòd prædicauit Ioannes, Ieſum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto, & uirtute qui pertranſit bene-

Irenæus. Ruffinus. Athanaſ. Chryſoſt. Baſilius. Auguſt. Proſper.

beneſaciendo, & ſanando: quoniã Deus erat cum illo. Quare ad hanc propheticam euangelizandi vnctionem reſpiciunt qui Chriſti vnctionem ad baptiſmum referunt. Irenæus lib. 3. cap. 10. Ruffinus in expoſitione Symboli. Athanaſius oratione 2. contra Arrian. exponens hunc locum Pſalmi, & eodem loco Baſilius, & Chryſoſtomus. Auguſtin. lib. 3. contra Maximianum cap. 16. tangens hunc locum. Hieronymus Iſai. 61. Proſper de promiſs. part. 3. cap. 11. Optatus Mileuitan. li. 4. contra Parmenianum: D. Th. hoc loco: placetque doctis iunioribus noſtris Maldonato, & Toleto, Lucæ 4. & Annot. 71. in 1. Ioannis: qui etiam addunt id quod obſeruatum eſt ab Athanaſio, Eligio, D. Thoma, & alijs, vnctionem quidem in Baptiſmo non fuiſſe nouæ gratiæ infuſionem, ſed infuſæ manifeſtationem, & muneris executionem, ad quod ineundum ſe ſe accingebat.

Maldonat. Toletus.

Hieronym. Chriſti vnctio ad manifeſtationem regiæ dignitatis. *Ambroſ.*

Tertiò. Non tam vnctionem propheticam, quã Regalẽ conſiderant alij referentes ad poteſtatem & manifeſtationem illã regalis gloriæ, quam per reſurrectionem Chriſtus rex adeptus eſt; ſic Hieronymus ad Principiam, & Ambroſ. c. 1. ad Hebræos Enthymius, Pſ. 2. ad id, Conſtitutus ſum rex. cum quo facit lectio Kaldæi, legentis eum locum: Ego vnxi regem meum & conſtitui ipſum ſuper Sion, nam quaſi diuino oleo inuncta refloruit tunc caro illius, atque regalibus gloriæ ornamentis tota enituit. Propterea non ſolum ad Reſurrectionem, ſed ad Aſcenſionem quoque Hieronymus, & Eligius hanc vnctionem lætitiæ & exultationis referunt. Veriſſimum hoc quoque, ſed non valde cũ noſtro loco quadrans; quippe cum deſcribatur potentiſſimus rex per ſacram vnctionem iam inauguratus in regnum, deinde expeditionem facturus aduerſus hoſtem; minus congruens videtur, vt vnctio dicatur facta poſt victoriam, aut in ipſo triũpho, quamquam res ipſa cum loco Act. 10. & Pſalmi. 2. cohærere poſſit.

Chriſti reſurrectio & aſcenſio. *Eligius.*

Vnctio regia, & ſacerdotalis.

Tandem quartò, exiſtimo illam hoc loco vnctionem ſignificari, quæ regia eſt, & ſacerdotalis, & quæ ex ipſa ſacra duarum naturarum coniunctione, quaſi ex quadam humanitatis per diuinitatem inunctione, Spiritu ſancto operante, & vngente filium Dei Chriſtum, & vnctum effici, id eſt, Sanctum ſanctorum, & vnctum, vt Daniel loquitur, id eſt, vnctorum omnium, ſacerdotum atque regum præſtantiſſimum, atque ſacerrimum. Nam præſens Pſalmus quamuis prophetiæ gratiã affundat labijs Meſſię; tamen potiſſimum regium ſplendorem deſcribit, & vnctionem coniungit cum throno, & regni ſempiterni adeptione, quod iam inde ab ipſa incarnatione prædixit Angelus Luc. 1. Adde videri etiam hanc vnctionem nuptialem: cum enim fuerit frequens atque copioſus vnguentorum in nuptijs vſus, conſequens eſt, vt non ſit a feſto nuptiali, & Epitalamio nuptialis vnctionis aliena commemoratio, quæ quidem nuptiæ, cum in ipſa filij Dei cum humanitate coniunctione in thalamo virginalis vteri celebratæ fuerint, regis videlicet & ex ſemine Dauid oriundi, iã tunc a ſua incarnatione inunctus fuit, & Chriſtus, & Meſſias, quod eleganter æquè ac ſubtiliter ſignificatum eſt ab Epiphanio lib. 1. contra Hæreſ. tom. 1. c. p. 29. explicans enim thronum & regnũ Chriſti: *Thronus* (inquit) *in ſancta Dei Eccleſia in æternum ex duplici origine dignitatem habens, regiam ac ſacerdotalem, & regiam quidem a Domino noſtro Ieſu Chriſto, iuxta duos modos, & quia eſt ex ſemine Dauid regis ſecundum carnem, & quia ipſe eſt rex maior a ſeculo ſecundum deitatem ſacerdotalem verò quia ipſe Pontifex, & Pontificum præfectus, vt transferat ſacerdotium ſimul cum lege, & cum regno.* Vbi Epiphanius plura alia ſapientiſſima atque ſubtiliſſima.

Dan. 9. 24.

Vnctio nuptialis.

Chriſtus vnctus, & ſponſus in virginis vtero. Epiphan.

Chriſtus inſtaurans diuiniori ratione regnũ Dauid

Ergo eum, qui ex regibus, regali unctione delibutis, rex concipiebatur virtute Spiritus ſancti, potuit quidem dici vnctus a Deo, id eſt, homo ex regio ſanguine diuina uirtute generatus; regni hæres legitimus: tum etiam quod regnum illud antiquum temporale, diuiniori ratione inſtauraturus, & amplificaturus eſſet, cum ipſe ſimul, & Deus eſſet diuina alia unctione, id eſt, ipſius diuinitatis coniunctione, inunctus fuit. Atque hoc illud eſt, quod a Sanctis Patribus frequentiſſimè vſurpatur Chriſtum regem in ipſa ſua conceptione inũctum fuiſſe, quod docet Cyrillus lib. de fide ad Theodoſium in fine: *Verbum caro factum eſt, tunc & nominatum eſſe dicimus ipſum Chriſtum Ieſum, nam quoniam vnctus eſt oleo exultationis, hoc eſt Sancto ſpiritu, a Deo & patre, idcirco Chriſtus nominatur.* Nazianzenus, oratione. 4. de Theologia: *Diuinitas humanitatis vnctio eſt, non operatione vt in alijs Chriſtis, ſed totius unguenti præſentia; cuius hic effectus eſt, vt id quod vngit, homo vocetur, & quod vngitur, Deus fiat.* Auguſtinus libr. 15. de Trinitat. cap. 26. Hieronymus in Pſalm. 132. ſuper id, vnguentum in capite. Origen. Hom. 1. in Cant. Fulg. de Incarnatione c. 10. Anſelm. in c. 1. ad Hebræos. Gregorius lib. 9. Regiſt. epiſt. 61. Hoc ipſum (inquit) de carne virginis concipi, ab ſpiritu Sancto vngi fuit. Nyſſen. Homil. 1. in Cantica atque alij, quos eruditè congerit, & ſapienter expendit noſter Suarez 3. p. q. 7. Diſp. 18.

Cyrillus.

Nazianz.

Aug. & alij Patres.

11 Oleũ lætitiæ attributum Spiritui ſancto.

Oleum lætitiæ, Spiritum ſanctum eſſe vniuerſi Patres docẽt ſiue ipſum per ſe, ſiue eius operationem, qua diuinitas humanitati coniuncta fuit, conueniẽte quadam atque peculiari accommodatione. Cum enim conſecrationes vnctionesve aliorum ſanctorum hominum fiebant, gratiæ ſimul & ſpiritus infuſio ſactum hominem perfundebat, & in vitæ & ſpiritus nouitatem transferebat; qui effectus Spiritui ſancto attribuũtur, ſicut Samuel Sauli poſt vnctionem dixit. 1. Regum 10. 6. *Inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum*, & ſtatim ab vnctione directus eſt Spiritus Domini in Dauid, & deinceps. 1. Regum. 16. 13. Tum præterea quod ad conſecrationẽ Regum & Principum fortiſſimorum ſpectat, vnctio ſymbolum erat fortitudinis, & virtutis militaris; fortitudo autem effectus Sancti ſpiritus. Quare quos vnctio vngebat Spiritus roborabat: ſicut & Sauli recens inunctio dixit Samuel. 1. Regum. 10. 7. Fac quæcumque inueneris manus tua (quęcumque inciderint in manum tuam, in quæcunque inciderit manus tua. *Saldras bien de qualquiera coſa en que puſieres la mano.* Vatablus. Ne timeas bellum ſuſcipere aduerſus hoſtes. Kaldæus; Parato tibi vaſa regni, inſignia regalia, arma. ſic enim exigit quod ſequitur) quia dominus tecum eſt. Kaldæus dictum Domini in auxilio tuo. ſicut, & Gedeoni roborando & excitando contra hoſtes, dictum eſt ab Angelo Iudic. 6. 12. Dominus tecum virorum fortiſſimè.

Vnctio fortitudinis ſymbolum

Athletarũ vnctio.

Hinc ſanè qui ſpiritu vngebantur, illius virtute roborabantur. Actor. 10. 38. Vnxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute; (potentia & robore: vngebantur enim pugiles & athletæ. Quare militaria ſunt, & fortiſſimi ducis quæ ſequuntur) qui pertranſijt benefaciendo (his, qui ſub tyrannide opprimebantur, vt ſtatim exponitur) & ſanando omnes oppreſſos a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et ſanè an Reges, & Principes proditurι in bellum ſeſe vngerent athletarum more, non conſtat;

ſtat; illud conſtat, clypeos Principum egredientium ad bellum vngi ſolere, vt ex 2. Regum. 1. 21. colligitur: *Abiectus eſt clypeus fortiũ, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus* (ipſe clypeus) oleo: Vatabl. quaſi Saul non præparaſſet clypeum ſuum ad bellum. Solebant enim (inquit) vngere clypeos illos coriaceos, vt facilius reſiſterent ictibus: iaculaque non facilè ſuſciperet nitida clypei ſuperficies, vt ait Iſidorus Clarius. Quem eundem morem agnoſcit & colligit Forerius ex Iſai. 21. 5. Surgite principes, arripite (propriè ex Hebræo; vngite) clypeum. nam qui inungit clypeum (vt bene nũc Montanus) de periculo cogitat feriò propulſando. Vides igitur regis atque Imperatoris fortiſſimi vnctionem coniunctam eſſe cum Sancti ſpiritus fortitudine & virtute. Et in vniuerſum oleum (inquit Chryſoſtomus, erat ſignum Spiritus; res autem principalis & neceſſaria erat Spiritus. Cuius fortitudinis atque roboris a diuino ſpiritu collati ſymbolum eſt chriſma confirmationis, quæ a Dionyſio & ſanctis patrib. perfectio appellatur, quod perfectum & conſtantem reddat vnctum, & quaſi militari ordini adſcriptum, vt Melchiades Pontifex loquitur.

Vatablus.
Iſidorus.
Forerius.
Montanus
Chryſoſt.
Cap. de his de Cõſecr. diſt. 5.

Quare non ſolum inſtar olei conferebat ſpiritus ducibus fortitudinem, ſed prophetis atque ſacerdotibus, tum verò animi gaudium, tum ſapientiæ lumen: illuminabãtur enim ſacerdotes & prophetæ, & illuminabant alios. Cuius rei oleum ſymbolum eſt, Sãctus verò Spiritus effector, vt eleganter Alexandrinus Cyrillus, lib. 3. in Ioan. cap. 1. expoſuit ad illa verba; *Lucerna ardens & lucẽs: Oleum* (inquit) *ab omni fæce remotum atque mundiſſimum Spiritus ſancti naturam ſignificare mihi videtur, quæ ineffabiliter, quaſi oleum in animas ingreſſa noſtras nutrit, conſeruat, auget (quaſi oleum in lucerna poſitum) illuminationem nobis conceſſam. Sic igitur Baptiſtæ lucem exarſiſſe credimus. non enim aliũde unde illuminandi habuit quàm ab intellectuali hoc oleo, quo huius illuminationis ignis in nobis accenditur.* Ideo vnctioni tribuit Ioannes munus docendi; id eſt, Spiritui, qui munus olei illuminantis obit. 1. Ioan. 2. 27. Alij enim (vt Paulus ait) datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ ſecundũ eundem ſpiritum. 1. Corinth. 12.

Oleũ ſymbolum lętitiæ & luminis.
Cyrillus.
Baptiſtæ lucerna per Spiritus oleum.

Tertiò denique, vt olei, ita proprius effectus Spiritus ſancti eſt ſanare: vulneribus enim infunditur oleum Luc. 10. 34. Iſai. 1. 6. Inunguntur ergo ſicut oleo, qui perfunduntur Spiritu ſancto, qua vel inũctione olei vel perfuſione Spiritus indicantur ſacerdotes & principes medici eſſe ſuorum popularium, ad animorum gaudium contritorumq; cordium lætitiam; ſicut ſcriptum eſt: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Sic Petrus Act. 10. 38. vnxerit Spiritu ſancto, & pertranſit bene faciendo, & ſanando. Iſai. 61. 1. Eo quod vnxerit me vt mederer contritis. Denique alias huius vtriuſque, id eſt olei & Sancti ſpiritus proprietates, ſibi reſpondentes, cum idonea comparatione, prolixè perſequitur D. Th. hoc Pſalmo 44. doctè Ioannes Heſſelius 1. Ioann. c. 2.

Oleum ſalutare.
Pſalm. 50.
D. Thom.

Hæc vel vnicè, vel perfectiſſimè in unicum Meſſiam Spiritu ſancto vnctum cadere, quis non videat? quippe ex ſua vnctione effectus illos omnes fortitudinis, lætitiæ, ſanitatis, doctrinæ, & veritatis cumulatiſſimè præſtitit, præſtareque perſtat in Eccleſia ſua, ipſe Dux, Paracletus, Medicus, Magiſter; via, veritas, vita; cuius ſpiritus eſt ipſe Sanctus ſpiritus, qui oleum lætitiæ eſt, de quo iterum aliquid.

Participes, aut conſortes Chriſti, quinam? vt enim ſuperius dicere cœpimus, vox Hebræa prona eſt ad quodcunque ſocietatis, ſiue communionis genus; tum etiam & Græca quæ ad quamcumque participationem, adeptionem ve rei alicuius pluribus communis refertur a Paulo. Nam Hebr. 7. 13. cum ait: Qui de alia tribu eſt; Græcè, propriè dicitur: alterius tribus particeps, & ſimiliter ad Hebræos. 2. 14. Qui communicarunt (participes fuerunt) carni & ſanguini. Ad menſam verò, & conuictum quotidianum illa pertinent. 1. Corint. 10. 17. De vno pane participamus, & 21. Particeps menſæ, & ad Hebr. 5. 13. lactis particeps. Ad adeptionem verò honoris aut præmij illa referuntur. 1. Corinth. 9. 12. Poteſtatis veſtræ particeps, & 10. In ſpe fructus percipiendi (participandi, obtinendi) & 10. 30. Cum gratia participo, quibus omnibus locis cum ſubſit vox eadem, nullum profectò ſenſum ſub tanta vocis fœcunditate comprehenſum locus hic noſter reſpuit.

Vox participandi ad plura relata.
μετέχειν.

Ergo Auguſtinus: Participes carnis, & ſanguinis intelligit, homines. idem ſequuntur Hilarius lib. 9. de Trinit. Baſilius, & Apollinarius hoc loco. Paulo ſtrictius, quamquam cum eadem veritate, Hieronymus intelligit Apoſtolos credentes, Chriſtianos ab vnctione Chriſti vnctos.

Auguſtin.
Chriſti participes qui.
Hilarius, & Græci.
Hieronym.
Theodoret.

Similiter Theodoretus, quos Paulus ad Hebr. 3. 14. vocat participes Chriſti, de ſe enim & de fidelibus loquitur: Participes enim (inquit) effecti ſumus; Si tamen initium ſubſtantiæ eius (quaſi fundamentum & baſim, & ſubſtantiam totius religionis atque rerum ſperandarum hypoſtaſim) vſque in finem firmum retineamus. Paulo adhuc ſtrictius Nicephorus intelligit participes vnguenti & honoris regij, quaſi diceret diuiniori quàm alij ratione conſtituturus, & inunctus rex; ſacratiori vnctione, & meliori regno inauguratus. Præſtat, vt omnia coniungamus in vnam integram expoſitionem; atque adeo etiam pleniorem efficiamus, ſi comparationem dicamus fieri cum omnib. qui ſpiritualis vnctionis participes ſunt, quos Chryſoſtomus ſpirituales appellat, nempe Spiritum adeptos, eiuſdem olei & cæleſtis gratiæ conſortes; id eſt, omnem intellectualem creaturam, vt bene obſeruauit Nicolaus, & tã cæleſtes quàm terreſtres, vt expreſſit Eugubinus: quippe his omnibus abundantius vnctus eſt, vt ait Kaldæus: tum etiam, & diuiniori ratione; quia non ſolum vt cæteri, olei, id eſt, gratiæ accidentaria & aduentitia infuſione, ſed quaſi ſubſtantiali penetratione cęleſtis olei, id eſt, ſubſtantiali vnione diuinitatis cum humanitate, propter quod dictum eſt; In quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Nam vt oſtenderet Paulus Chriſtum eſſe ſuperiorem Angelis, hoc ipſo teſtimonio vſus eſt ad Hebræos 1. 9.

Nicephor.
Plenior, & vberior expoſitio.
Nicol.
Steuchus.
Coloſſ. 2. 9.

Iam ſi in eleganti imagine Sãctum ſanctorum lætitiæ oleo præ cæteris eius vnctionis cõſortibus delibutum, graphice deſcriptum intueri libet, intende oculos in illam Zachariæ viſionem capitis quarti, cum videt Candelabrum aureum totum, quod eſt Eccleſia, & Lampas eius ſuper caput ipſius, id eſt, ingentem quandam peluim Candelabro incumbentem, & ſeptem lucernæ eius ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucernis. Quia nimirum Eccleſia multos habet viros ſanctiſſimos ardẽtes, atque lucentes, omni gratiarum genere ornatiſſimos, quibus deſuper vberrimè infunditur oleum per aurea infuſoria diuinæ gratiæ, & ſupremę vnctionis, quibus nutriuntur & fouentur. Sed iuxta peluim illam maximam, quæ eſt Chriſtus dominus, de cuius plenitudine lucernę omnes acceperũt; Duæ oliuæ erant atque duæ item ſpicæ oliuarum; quæ nimirum vberrimè peluim aureo illo liquore infundebant, & implebant, quæ quid aliud ſunt,

13
Chriſti vnctionis imago.
Zach. 4. 3.
Eccleſia cãdelabrũ aureum.

quàm

A quàm duplex illa Chriſti Domini dignitas Regia & Sacerdotalis, qua inunctus fuit, & ex qua Chriſtiani perfundimur, efficimurque Regnum ſacerdotale, vel Sacerdotium regale, & gẽs ſancta? vel ſint ſanè Pater, & Spiritus ſanctus, qui Chriſtum, id eſt, filium Dei hominem factum vngunt, atque perfundunt oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, id eſt, præ hominibus inferioribus, præque omni intellectuali creatura, & Angelis gratiæ licèt ſpiritualis conſortibus, vel ſint Pater Filiuſque ipſe, qui cum Patre ſuæ humanitatis inunctor, & conſecrator extitit, Spiritu ſancto, & oleo lætitiæ, nõ quidem ad menſuram: quia non ad menſuram dat Pater ſpiritum filio. Ex illa ingenti & ſuperna lampade Chriſtiani vngimur & conſortes efficimur, olei &

Ex Chriſto omnium fidelium vnctio.

B ſanctitatis participatione, quam Chriſtus habet præ participibus ſuis. Inde ad Eccleſiam prophetiæ donum, ſacerdotium, & quidquid conſecratione ſignificatur. Chriſtus enim, vt Auguſtinus ait, Sacramenti nomen eſt: dicente Ioanne, Vos vnctionem habetis a Sancto.

Auguſt. in Ioan. epiſt. 1. cap. 2. 1. Ioan. 2. 20.

Ex qua vnctionis participatione, illud colligere licet, nomen Ieſu, nomen eſſe proprium; non item nomen Chriſti, ſed appellatiuũ, quod diſertis verbis docent & exponunt Tertullianus, libr. contra Praxeam, cap. 28. propterea que vult eſſe non tam nomen quàm appellationem, quamquã & nomen eſſe concedere videatur lib. 3. contra Marcionem, c. 15. & lib. de Bap. cap. 7. Lactant. libr. 4. cap. 7. 12. 13. 14. agnoſcens eandem nominum differentiam &

Nomen Ieſu nomen proprium Chriſti appellationũ.
Tertull.
Lactãtius.
Auguſt.

C Auguſtinus in Ioan. epiſtola. 1. c. 2. quare quibus vnctionis participatio concedebatur, oportuit etiam & nominis participationem concedi. Ergo Chriſtus, appellatiuum eſt, quamuis per excellentiam iam ſoli filio Dei appropriatum, & velut proprium factum, vt obſeruat Toletus. Cardin. Ioan. 1. Annot. 75. ſiue dicas non eſſe nomen, ſed proprium cognomen Ieſu filij Dei, vt notat Maldonatus Lucæ 2. nu. 26. atque idem cenſendum de illo nomine Chriſtus Domini. etſi enim alij dicti aliquando ſunt Chriſti Domini; at Chriſtus Domini per excellentiam appropriatur Ieſu filio Dei ſumptum ex hoc loco; Vnxit te Deus, quaſi diceret, vnctus a Deo vel a Domino Luc. 2. 26. & 9. 20. Apoc. 11. 15. Act. 2. 18. & 4. 26. De excellentia verò, &

Toletus.
Maldonat.
Chriſti Domini quale nomen.

D participatione Chriſtiani nominis, & an ſit illud nouum imponendum a Deo ſuo populo, Iſai. 62. Ignatius Epiſt. 6. ad Magneſian. Cyrillus, Catech. 17. & alij eo loco.

Ignatius.
Cyrillus.

Quamquam verò Meſſiæ nomen Hebraicum, idem omnino ſonet quod Chriſtus Græcè, & Vnctus Latinè; tamẽ ſicut Chriſtus quàm Vnctus, celebrius, & magis ſacratum nomen vſu & veneratione eſt; ita & Meſſias, quã Chriſtus, vt antiquus, ita neſcio quid peculiaris obſeruationis habet, propter quam bis in Græco & in Latino retẽtum eſt, Ioan. 1. 41. & 4. 25. Meſſias quod interpretatur Chriſtus. Sed Chriſti nomen Græcum frequentiſſimum in Eccleſia Chriſtiana, & ſæpiſſimè coniunctum cum Hebraico nomine Ieſu, vt ſignificetur Iudæorum, & gentium vnicus, & verus ſaluator

Meſſias quale nomen.
משיח
Verum celebrius nomen, Chriſtus, an Meſſias. Hebraici, vel Græci nominis cõiunctio cũ Latino.

E Ieſus Chriſtus. ſicut & Græcum cum Hebræo nomine iunctum a Paulo, Roma. 8. Abba Pater, propter idem myſterium ſignificandum voluit Auguſtinus.

Auguſt.

Plura de Chriſti nomine apud Patres Dan. 10. Iſai. 61. Cantic. 1. & hoc pſalmi loco, Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 4. Tertullianus lib. 3. contra Marcion. & lib. de Baptiſmo. Iuſtinus Dial. contra Tryphonem. Euſebius lib. 3. de Demonſtrat. c. 9. & lib. 4. c. 15. & 26. Hilarius lib. 11. de Trinit. Cyrillus Ieroſol. Catec. 3. & 10. Nyſſenus lib. de Profeſſione Chriſtiana. Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum, c. 44. & ſuper id Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos. Nazianz. Oratione 4. De Theolog. & orat. 4. contra Iulianum.

Dionyſius Areop.
Tertullian.
Iuſtinus.
Euſebius.
Hilarius.
Cyrillus.
Nyſſenus.
Auguſt.
Nazianz.

IX. *Myrrha, & gutta, & caſia, à veſtimentis tuis a domus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo.*

1 *Veſtes odoratæ Sponſi, Sacerdotis, Regis. Varia lectio. Sponſus ornamẽti & pulchritudinis nomen. Bis illuſtratus Dauid.*

B 2 *Veſtes conditæ peculiari condimento vnguenti. Quid gutta. Quid myrrha ſtacte.*

3 *Vox Hebræa ambiẽs plures arbores aromatiferas. Aloe medica. Stactes compoſitum.*

4 *Caſia quid. Canella. Caſia fiſtula. Myrrha & caſia pro omni odoramento.*

5 *Domus eburneæ quid in Hebræo & Græco. Templum quid apud Latinos.*

6 *Thecæ regales aromatum. Pyxides vnguentariæ. Illuſtratus locus Regum.*

7 *Eccleſiæ promptuaria quæ. Religioſorum ordines ſanctiſſimi. Fundatores Patriarchæ.*

C NOn ſolum capite delibutus es oleo lætitiæ fragrantiſſimo & ſanctiſſimo; ſed præterea veſtimentis odoratiſſimis exornaris. Tã vberi vnctione perfuſus es, vt ſtillent odores a capite in barbam, a barba in oram veſtimenti, ab ora in extremas fimbrias. Itaque odor veſtimentorum tuorum, ſicut omnia aromata, quæ cõmunia quidem erant ſponſorum veſtibus nuptialibus, ſacris ſacerdotum, regalibus principum. Sed ſignificatur tamen peculiaris vnctio, & conditura veſtimentorum præ odoribus aliorum veſtimentorum ſicut ſuperius etiam præ conſortibus eiuſdem vnctionis, vt iam exponemus. Si tamen prius illud obiter annotemus, ornamẽta pulcherrima nuptijs deberi, atque adeò ſponſum & ſponſam nomina 1

Veſtes odoratæ ſponſi, ſacerdotis, regis.

D eſſe eximiæ pulchritudinis, & præſtantiſſimi ornatus, quod & apud noſtrates in Prouerbium abijt; *Tam galano como vn nouio, ò como vna nouia.* Quare ſumma Solis pulchritudo & ſplendor cũ ſponſi ornamentis comparatur, Pſalm. 18. Tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo, & quod Septuaginta dixerunt, Pſalm. 47. 3. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, & propriè ex Hebræo: Pulcher regione mons Siõ. Kaldæus legit: Pulcher vt ſponſus, gaudium omniũ habitatorum terræ: nam conueſtitus mons floribus, & totus vernans, ſponſum ornatiſſimum atque pulcherrimum referebat neque ſolum varietate florum ſed etiam odore: a quibus duabus rebus nunc etiam commendatur ſponſi ornatus.

Sponſus, & ſponſa nomina pulchritudinis.

E *Myrrha, & gutta & caſia a veſtimentis tuis.* Propriè ex Hebræo *Omnia veſtimenta tua*, quod epitaſin habet; tam odorata ſunt veſtimẽta, vt ipſamet aromata eſſe exiſtimes. *Eſtan hechos vn puro almizcle y vna pura ambar.* illam abundantiam ſignificarunt Septuaginta a veſtimentis tuis, ſubaudi, ſtillant vbertim aromata, & defluunt in terram. Illud minus, quod legit Hieronymus, Myrrha & ſtacte, & caſia in cunctis veſtimentis tuis. Adhuc etiam minus & languidius, quod dixit Kaldæus: *Myrrha & ligno aloes, & caſia lignea ſuffumigabuntur omnia veſtimenta tua.* Illud etiam minus, quod alij ſupplent,

Vis lectionis Hebraicæ.
Hieron.
Kaldæus.

plent, *Myrrham & caſiam ſpirant veſtimenta tua.* A

Vatablus.

Illud argutius quod Vatabl. legit & intelligit: *Flexura, aut plica omnium veſtimentorum tuorum*, ſubaudi redolent, aut delibutæ ſunt vnguentis: quippe in Hebræo caſia ſine vlla copula annectitur guttæ, cum tamen inter myrrham & guttã ſit particula copulatiua. Vide quanta, & quàm exquiſita

Parum ſolida argutie.

argutia velle inter plicas veſtiũ inſerere copulam aut coniunctionem aromatum, eo quod in ipſa ſententia deſiderari videatur illa copula, quę duas voces coniungat, & copulam rei pro copula vocis ſubſtituere.

2

Peculiaris vnctio & conditura vnguẽti veſtium.

Sed præter hanc odoramentorum, & conditurę copiam & abundantiam, illud etiam eſt præ veſtimentis aliorum, ſingularis conditura & compoſitio vnguenti, quod ſubtiliter obſeruatum eſt a B

Chryſ.

Chryſoſtomo: *Neque enim* (inquit) *fiebat olim vnctio ex his vnguentis, ſed ex alijs, & vt ſcias hunc fuiſſe olim alium modum vnctionis per differentiam materiarum, ſignificauit differentiam operationis.* Cum ergo alia fuerit materia conficiendi ſacri vnguenti, Exod. 30. peculiaris quędam & exquiſita conditura veſtium hoc loco ſignificatur.

Gutta 34.

אהלות

· Gutta & caſia. Vt de myrrha nulla eſt, neque in Hebræo, neque in Græco diſſenſio; ita de alijs nõnulla; nam pro gutta Hieronym. ſtacten legit, definitque eſſe florem myrrhæ; plerique alij aloen cum Kaldæo, quod videtur probari quoque Hieronymo conſonante voce originali Ahaloth. quæ Cantic. 4. 14. ſimiliter a vulgato redditur Aloe ſicut & Prouerb. 7. 17. C

Rabbini.

Alij cum R. Dauid, & R. Himmanuel ſuper hunc Pſalmum dicunt vocari Arabicè Sandalum. Alij apud R. Abraham dicunt eſſe genus aromatis, quod in mari & inter piſces inuenitur. Fortè illud quod vocamus Ambram. Alij, vt R. Mardochai, videntur confundere cum myrrha & illi omnes qui cum Hieronymo ſtacten vertũt. Quò etiam pertinet nomen guttæ; nã ſtacte Dio-

Plin. li. 12. c. 15. 53. Dioſcorides.

ſcoridi & Plinio eſt ſpontaneus ſudor aut gutta ſtillans ex myrrhæ arbore non inciſæ: Quanquam Theophraſtus potius ex myrrha, & cinnamomo inciſis ſtacten ſtillare velit, & eandem guttę natu-

Baſilius. Didymus.

ram agnoſcunt & Baſilius & Didymus hoc loco; qui ait Guttam eſſe tenuiſſimam myrrhæ partem quatenus fluida eſt: nam pars craſſior, quæ remanet, myrrha nuncupatur, neque tamen propterea idẽ ſignificabitur nomine myrrhæ & guttæ; cum D

Plinius.

Myrrha ſtactea.

ſint multa myrrhæ arboris genera, vt docet Plin. lib. 2. cap. 16. & inter alia Minæam numerat, & Stacteam.

3

Gutta qualis arbor.

Illud certum ex Scriptura, nomen originale indicare pretinſæ arboris genus, proceræ, firmę, pulchræ, patulæ, & quæ ſimilitudinem tabernaculi, aut tentorij referat; ſicut dixit Balaam Nume. 24. 6. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, ſicut tabernacula* (Ahalim) *quæ fixit dominus*, quod cum Onchelo plerique legunt: ſicut aromata, quę fixit Dominus, vel ſicut, ligna aloes, quæ plantauit Dominus. Hæc enim ligna formam referebant tentorij:

אהל

habet enim nomen a radice ahal, quod eſt, extendere. quaſi longè lateque ramos dilatet. Et cũ vox E originalis ſit pluralis numeri, fortè indicat diuerſas guttas diuerſoſque liquores, diuerſarum arbo-

Plures arbores aromatiferæ.

rum aromatiferarum. Quare aloen illam amariſſimam, quæ non tam arbor, quàm herba, aut frutex eſt, & quæ potius medicinæ, & incorruptioni faciendæ, quàm odoris ſuauitati ſeruit, minimè in hunc locum conuenire exiſtimo: nam huius rei vſum nullum agnoſcunt, præterquam ad vulnera conglutinanda, vel purgandũ, vel confirmandum ſtomachum, alioſque medicos vſus, quos fuſiſſimè

Plinius.

perſequitur Plinius li. 27. c. 4. Denique eſſe potius A ſtacten, quàm aloen, illud argumẽto eſt, quòd potius ſtacte, quàm aloe commẽdetur ab odoris ſuaueolentia. ſicut ille plura aromatum genera congerebat, qui dicebat:

Plautus in Curculione.

> *Tu ſtacten, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es.*

Quòd ſi *Ahaloth*, ſtacte ſit, certè ex pluribus materijs componetur, & non ſignificabitur aroma ſimplex, ſed multiplex, propter numerum illum multitudinis, & rectè vertetur gutta, ſiue ſtilla; nã ſta-

ςτάζω. Theophraſ. Stacte cõpoſitum.

zo, ſtillare eſt, & quadrabit in eam ſtactes deſcriptionem, quam aſſignat Theophraſtus: *Ex cinnamomo, & ſmyrna contuſa oleum manat: ſtacte autem appellatur, quia paulatim & guttatim fluit.*

4

קציעות

Varia de Caſia ſententia. Coſtus herba.

Caſia verò, ſicut & cætera nomina propria, ſuã B quoque controuerſiam habet, nam aliqui, inter quos interpres Concordantiarum R. Mardochai, & Kimhi, volunt eſſe Coſtum, Herbã eximij odoris, Plinio lib. 12. c. 12. Sed potius radice quàm fruticeodorata. kimhi vult eſſe, quam vocamus ambram, Septuaginta caſiam dixerũt, in qua hoc difficilè, quòd caſiam non vno modo hiſtoriæ deſcriptores aſſignant. Dioſcoridi quidem eſt lib. 1. cap.

Iſidorus.

12. ex quo Iſidorus lib. 17. c. 8. Herba robuſto, & craſſo cortice, purpureis folijs, vt piperis. quare vo-

Plinius.

lunt eſſe, quam nos canellam dicimus. At Plinius, *tenui cute verius quàm cortice, quem leuari atque exinaniri pretium eſt.* Sed tamen odoris molliſſimi, &

Hieron.

guſtu ferueus eſt Plinio. Hieronymus ait, illam eſſe quam ſyringam appellant, id eſt, caſiam fiſtulã, C

Myrepſus.

quam Nicolaus Myrepſus ait eſſe canellam, at caſia fiſtula perperam confunditur cum rebus odoratis, ſpecieve vlla cinnamomi, neque cortice commendatur, ſed potius medulla, & ſucco. Sed ſiue

Caſiæ cortex odoratus.

ſit ea Plinij, ſiue illa Dioſcoridis, certè caſia odorata commendatur cortice, quod rectè cũuenit cum Hebraica appellatione; ducitur enim a verbo *Katſagh*, qđ eſt, decorticare, ſiue abradere, quaſi hoc

קצע

Plinius.

atoma ſit cortex abraſus, & quaſi digito indicatur a Plinio, lib. 12. c. 19. quod tamen in canellam minimè quadret: *conſecant ſurculos, mox præſuunt recentibus corijs quadrupedum ob id interemptarum, vt ijs putreſcentibus vermiculi lignum erodant, & excauent corticem tutum amaritudine.* Eſſe ſpeciem cin-

Martialis, lib. 55.

namomi certũ eſt: iungitur enim frequenter cum D illo; vt de quodam bene vnguentato dicebat Epigrammatatius.

> *Semper caſiaque, cinnamoque*
> *Et nido niger alitis ſuperbæ*
> *Fragras.*

Athenæus.

Et poſt cœnam conuiuialem hanc adhibet ſuffumigationem Mneſimachus apud Athenæũ lib. 9.

> *Caſiam vrunt aduectam ab Aſiatica terra, nempe maritimis Syriæ;*
> *Nares procul mulcet odor quatit thuris, mari, myrrhæ, calami, ſtyracis, bdellij,*
> *Cinnamomi, nardi, menthæ.*

E

Modus colligendi caſiam.

Herodot.

Sed de caſia, & de modo inueniendi & colligẽdi, Herodo. lib. 3. quem tamen fabuloſum ea in parte vocat Plin. lib. 12. c. 19. & nos aliqua diximus ad c. 42. Iob. nu. 14. Nunc tantum illud addendum, nomina arborum aromatiferarum tribui ſolere ipſis aromatis & vnguentis iam confectis, & fieri poſſe, vt cũ nomen originale caſiæ ſit in Hebræo pluralis numeri; ſignificetur genus cinnamomi in cõ-

Myrrha, & caſia pro omni odoramento.

muni, aut multæ cinnamomi ſpecies: Rurſus per myrrham & caſiam omne genus aromatum condiendis veſtimentis idoneum.

היכל

- A domibus eburneis. Hieronym. Melius in Hebraicu

A braico ſcribit, De templo dentium. Et quidem originalis vox Templum vertitur ſæpe, item & Palatium regale, Iſai. 39. 7. Daniel. 1. 4. Prouer. 30. 28. & apud Latinos Templum erat, quicumque amplior & magnificentior locus; qualis curia; aut etiã magnificum aliquod ſepulchrum, qualia Heroum.

Iſidorus. Atque adeo Iſidorus lib. 15. etym. c. 4. ſic ſcribit: *Templi nomen generale: pro locis enim quibuſcumque magnis antiqui templa dicebant. Et tẽpla dicta quaſi tecta ampla.* Atque eandem eſſe vim vocis Græcæ

Bareis. Bareis teſtatur Athanaſius, Chryſoſtomus, Didymus. Quamquam Cyrillus exiſtimet vocem Græcam ſignificare Turres.

Templum apud Latinos.

Kaldæus: A palatijs, quæ conſtruentur dentibus Elephantorũ de Armenia. Notantur domus regiæ ampliſſimę, aut conclauia

B theſaurorum & aromatum, quæ exquiſito opere ex ebore eſſent cõſtitutæ: cuiuſmodi domus eburneæ notantur, Amos. 3. 15. & 3. Reg. 22. 39.

Iſidorus. videlicet conclauia regalia ad aſſeruanda pretioſa veſtimenta, & aromata regia, quæ alio nomine dicuntur 4. Regum. 20. *Domus aromatum, pigmentorum, vnguentorum, & domus vaſorum regalium.*

6 Pyxides vnguentariæ.

Subaudiunt plerique *a domibus eburneis* exprompta veſtimenta, vel ab arculis, & reconditorijs eburneis. Quamquam quibus placet illa vocis originalis, & domorum amplitudo, non placet hæc arcularum eburnearum exiguitas; neque item illa aliorũ intelligentia pro vaſculis, & pyxidibus aſſeruatorijs vnguentorum, quæ inſumpta fuiſſent in veſtimenta condienda; quaſi diceret; Veſtimenta a vaſibus

C vnguentarijs condita, & delibuta; quę filię regum, nobiliſſimæ virgines, pediſſequæ reginæ ſponſæ condierant, & imbuerant ſuis vnguentis, exinanitis & exhauſtis pyxidibus eburneis.

Ex ʒd comparatione.

Ex quibus. Alij comparatione explicãt, *Præ quibus delectauerunt te*, id eſt, Odoratiora ſunt veſtimenta tua, quam ſociorum, & amicorum tuorum, qui tuas nuptias exhilarant, & concelebrãt, *& qui gaudio gaudent propter vocem ſponſi*. Ioan. 3. 29. ſed Septuaginta particulam originalem retulerũt ad locum; ſicut & Hierony. & alij interpretes, vnde

Hieronym. delectauerũt, vel ex quibus arcis eburneis deprõpſerunt odorata veſtimenta, quibus te lætificarẽt.

שמח Delectare cum gratulatione.

Gaudium videtur afferre vox originalis: cum gratulatione quadã obtulerunt (inquit) tibi dona ve-

D ſtimẽtorum odoratiſſimorum lætiſſima, gratulantes de tam fauſtis nuptijs, tamque fœlicibus regni auſpicijs. In honore tuo, vt te digno honore proſequerentur, vt te glorificarent, vel; Cũ tu abundares glorioſis ornamentis: donaria præterea veſtium obtulerunt. Cadunt hæc omnia in vocem originalem.

7 Sed hæc, vt rectè in Salomonis nuptiales regaleſque veſtes, & lautiſſima ornamenta conuenire poſſunt, vt dicemus inferius lib. 6. c. 5. ita longè diuiniora ſi ad Chriſtum regem transferantur, & ſiue illius animi regalia planeque diuina ornamenta virtutũ; ſiue ſanctos, qui illi proximè adhærent,

Iſa. 49. 18. & quibus velut ornamento veſtitur: ſiue quidnis aliud huiuſmodi ex Eccleſiæ prõptuarijs & mun-

Viri religioſi ex ſuis cellis tanquã ex recõditorijs eburneis.

E diſſimis reconditorijs depromptum. Cuiuſmodi eſſe videntur ſingularis doctrinæ & ſanctitatis viri, omni boni odoris vnguento delibuti, ac longè lateque virtutum ſuaueolentiã ſpirantes, quos ſinguli religioſorum ordinũ domus, velut palatia & tẽpla magnificentiſſima, ex ſuis cellis, & ſacris mundiſſimiſq; reconditorijs expromunt, offeruntque Chriſto regi, ad illius honorem & gloriam. Huius Allegoriæ ſignificationem aliquam præbuit Didy-

Didymus. mus, cum reges hoc in loco appellat eos, qui cum Chriſto regnant; filias verò regum Eccleſias peculiares, quæ ab illis regibus doctrinis imbutæ ſunt,

A & quas, Cyrillus ait, Patres Eccleſiarum Domino genuerunt, quaſi digito demonſtrans religioſorũ ordines, & illorum fundatores.

Cyrillus. Fũdatores religioſorũ ordinum.

Porro domos dentis eburneas ait eſſe ſublimem Theologiam; nam dens ſermonis nota & inſtrumentum eſt, aut certè ſplendida & pretioſa religioſorum inſtituta. In quibus Theorijs cum vtilitate, & ſublimitate doctrinę Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & alij Græci immorantur.

Hieronym. Auguſt. Chryſoſ.

X. *Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.*

B

1 *Sponſæ laus multiplex. Aſſiſtere quid propriè. Res uxoria honeſtè ſignificata in ſacro ſermone.*
2 *Coniux nomen honoris, & communis uitæ. Illuſtratus Petrus.*
3 *Aſſiſtere firmitatis in propria ſtatione. Bis illuſtratus Dauid, ſemel Ieremias.*
4 *Locus a dextris ſponſæ in ferculo geniali. Honoratiſſimus poſt primum. Dextra cuius ſymbolum eſt nomen matris familias.*
5 *Varia lectio auri Ophir. Varietas ueſtitus aurei de diuerſis auri ornamentis. Illuſtratus Ezechiel.*
6 *Varia Eccleſiæ ornamenta Militantis & Triumphantis. Explicatus Paulus.*
7 *Chriſtus Eccleſiæ ſuæ paludamentum. Angeli, & ſancti mundus Eccleſiæ pretioſiſſimus.*

C

8 *Humiles in Eccleſia ſtatus etiam aurei.*

1 Conuerſio ad Reginã ſponſam.

Conuertimur iam ad ſponſæ reginæ laudem, cuius exordium in Hebræo, & in verſione Hieronymi ſumitur ab hemiſtichio præcedentis verſiculi, Filiæ Regum in honore tuo, vel, vt alij inter honorabiles tuas, vel inter charas tuas; Sed tamen quãuis multæ ſint Reginæ, & concubinæ, vna eſt Regina, ſoror & coniux, quæ caput inter ceteras attollit, quæ ſtat ſublimis, quæ conſiſtit ad dexteram. Sed non magna in ſenſu diſcrepantia, ſiue hoc, ſiue illo modo, nam proculdubio ad honorem ſponſę pertinet comitatus ille nobiliſſimarum ancillarũ, quæ repetuntur inferius.

D

Quinque capita cõmendandi ſponſam.

Ergo commendatur ſponſa, primò a dignitate regia: ſecundò, a cultu nuptiali ſplendidiſſimo, hoc verſ. 14. tertiò, a pulchritudine, verſ. 12. & 14. quartò, a muneribus nuptialibus ſodalium & amicarum, verſ. 13. quintò, a fauſto fœcunditatis homine, & auſpicio verſ. 17.

Hieronym. Stare, ſiue aſſiſtere quid.

Aſtitit regina. Pretium eſt in eius vocis interpretatione, de qua ſic Hieronymus: *Stetit coniunx in dextera tua. Vbi nos coniugem uertimus, ibi apud Hebræos legitur Segol. Pro quo Aquila, ſugcoitin. i. concubinam. Symmachus & Quinta editio pallaſin. id eſt, pellicem. Septuaginta, Theodotio et Sexta, reginam interpretati ſunt.* Sanè verbum *Sagal*, ad rẽ vxoriam

שגל

pertinet, & exiſtimant eſſe paulo inuerecundius,

E

propterea q; Maſoretas honeſtatis gratia quatuor in locis vbi reperitur, videlicet Deut. 28. 30. vbi vertitur dormire eum, Iere. 3. 2. vbi vertitur, proſterni, ad ſtuprũ. Iſai. 13. 16. violabuntur. Zach. 14. 2. violabuntur, his inquã, locis Maſoretas ad marginem adſcribere Sabab, quod eſt honeſtius, & ſignificat cubare.

שכב

Sed ſi quid paulo aſperius hoc verbum ſonet mundis auribus, voluit diuinus Spiritus de induſtria ad ſupplicij exaggerationem & horrorem quendam illis locis vti inſolentiori voce, quam nuſquam aliàs reperitur, & ſanè turpia, liberiori oratione, & quaſi turpioribus verbis olim prophetæ, & ſancti inſectabantur, vt obſeruat Chryſ. in c. 1. ad Rom.

Prophetæ inſectantes turpia liberiori oratione.

Chryſoſt.

A

ad Rom. Hom. 4. *Nam ſi quid (inquit) reuerenter dicas, haud quaquam poſſis auditorem perſtringere, quòd ſi rurſus vehementer perſtringere volueris, neceſſe tibi eſt aperta ac nuda oratione rem deſignare.* Porro inde nomen deductum honeſtiſſimum eſt, &,

2

Interpres R. Mardochai.

vt dixit Hieronymus, coniugem ſignificat, quę ad ſobolis procreationem adhibetur, & quæ (vt alius dixit) ad virum ſuum liberũ habet acceſſum, neque ſolum thori, ſed honoris & regni conſors eſt. Ideo eleganter dixerunt Septuaginta, pro coniuge, reginam, & ſimiliter Vulgatus Nehem. 2. 6. cũ

2. Eſd. 2. 6.

enim vtrobique ſermo ſit de ea coniuge quę ſimul cum rege in regali throno aſſidet, ad eius dexterã; Sanè ibi coniux honoris nomen eſt potius quàm voluptatis, aut deliciarum, & de qua Petrus loquitur, dum ait. 1. 3. 7. *Viri cohabitantes ſecundum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem.*

B

Cõiux particeps honoris.

Cum autem honor multiplex ſit, multiplex quoque huius honoris impartiendi coniugibus a viris expoſitio eſt. Sed ego de omni honore accipio, & qui in veſtibus eſt, & qui in domeſtico, vt ita loquar, dominatu, & qui in cohabitatione, & vſu coniugij parco, ac moderato.

3

Chryſoſ.

נצב

Aſtitit. Vrget Chryſoſtomus eam vocem; agnoſcitque in ea firmitatem quandam. Alius, (inquit) ſtabilita eſt, hoc eſt, firmiter ſtetit; ſtetit immobiliter, & rectè, tum ex Græco, tũ ex Hebræo, quod propriè ſignificat erigi, conſiſtere, firmum, erectum, fixum; vt pertineat quaſi ad bonum omen, perpetuitatis & diuturnitatis coniugij. Sed illud

C

Aſſiſtere firmitatis Symbolũ.

etiam peculiariter affert originalis vox, vt ſignificet proprium locum, ſtationem pro dignitate, & munere alicuius, nos diceremus: *Tomar ſu lugar o eſtar en ſu lugar.* Quò pertinet illud Thren. 2. 4. *Firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis,* quod alij legunt: *Conſtituit dexteram ſuam: Puſo el brazo en poſtura, y affirmoſe contra mi.* quaſi diceret propriam ſtationem, proprium locum & genuinum pugnãdi brachio ſuo dedit, & Pſal. 81. 1. *Deus ſtetit in Synagoga deorum: Fueſe Dios a la ſala de oydores, y tomo ſu lugar y ſentoſe en ſu ſilla.* & Pſal. 38. 6. Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Hieronymus ex Hebræo:

Hieron.

ſubſiſtens, proprie; ſtans. non ſolum ſtationem ſuam in vita retinens, ſed etiam in quocumque alio munere honorifico. *Eſte donde eſtuviere, y tenga el lugar que quiſiere, todo es ayre.* ſic hoc loco, Aſtitit regina a dextris; proprium locum, propriã ſtationem tenuit, vtinam diutiſſimè retineat. Sic vtrumque coniungemus. *Tomo ſu lugar, tengalo y gozalo por muchos años.*

D

4

Dexter locus ſponſæ in ferculo geniali. Locus dexter poſt primũ honorificẽtiſſimus.

A dextris, vel de curru, & ferculo geniali, quando deducta eſt ſponſa in domum ſponſi, vel quando conſederunt in thalamo, vel de futuro regiæ honore, cum conſeſſura erit a dextris ſponſi regis ſub regali ſolio: nimirum proximo & honorificentiſſimo poſt regem loco, de ipſo primo, & potiſſimo loco dubium eſſe non poteſt; vt ſi ſedeat Rex, aut ſummus Imperator, tunc ſedes a dextris con-

E

ſideratur reſpectu eius quæ a ſiniſtris eſt: non reſpectu ipſius ſedis mediæ atque potiſſimę: ſic conceditur Reginæ locus a dextris ſponſi; ſic Bethſabee matri ad dexterã Regis; ſic Chriſto Ieſu, quatenus homo eſt, a dextris Dei. Hæc fere ſumma dicendorum de controuerſia illa honoris, & dignitatis inter dexteram & ſiniſtram, de quo dicemus plura inferius; vbi de throno conſtituto matri Bethſabee ad dexteram Salomonis filij,

Lib. 6.

אם

ימין

אמן

Mater familias nomen habẽs a dextera.

Et mirum, quòd nomen Hebræum Matris familias, em, cum ipſo nomine dextræ colludat, Iamin, & vtrumque videatur germen eiuſdem radicis, Aman, quod eſt fidele, conſtans, firmum eſſe: nam dextra eſt, virtutis & operandi conſtans, &

A

fidele inſtrumentum: non aliter mater, quæ a dextris viri eſt, dexteritatem & fidelitatem habet in procreanda, educanda ſobole, & neceſſarijs parandis, ſubminiſtrandiſque viro in quotidiano conuictu. Meritò igitur adſtat cõiux a dextris, pro ſuo munere.

Dexteritatis ſymbolum.

5

Varia lectio.

Hieronym.

Chryſoſ.

In veſtitu deaurato. Hieronymus: *Vbi ego poſui in diademate auro, Symmachus tranſtulit: In auro primo Aquila, Quinta & ſexta editio in tinctura, vel in auro Ophir.* Vtrumque coniungit Chryſoſtomus ex aliorũ tranſlatione. In diademate auri ex Ophir, intellige veſtimentum; aut telã ex filis aureis contextam. Cuius artis primam originem, & patriam, frequentem deinde vſum, & varium, atque multiplex elaborandi artificium, exponimus lib. 6. vbi de lautiſſimo cultu, & veſtitu Salomonis regis.

B

Quis enim dubitet, Reginam ſponſam ex ſimili tela veſtimenta comparaſſe, atque regem ſponſum? Quod autem in Hebræo eſt, Chethẽ Ophir, quod alij, maſſam auri, dicunt, alij aliter, vt vidimus, prolixè a nobis expoſitum eſt lib. 4. vbi de varijs, atque diuerſis auri generibus, & appellationibus, quæ afferebantur ad Salomonem regem ex nauigationibus in Ophir, & in Tharſis; vide etiam lib. 6. vbi de aureo ſponſi capite. Nunc tantum primo illo auri nomine Chetem, ſignificari aurũ exquiſitè elaboratum: ſecundo nomine Ophir ſignificari aurum præſtantiſſimum a loco & regione, vt veſtimenta Reginę tum materia tũ arte fuerint pre-

Aurum Ophir.

Chetem quod auri genus.

C

tioſiſſima, & fortè hoc loco veſtitus aureus, erunt varia ex auro ornamenta, quæ quamuis omnia ex auro fuerint, tamen diuerſis formis elaborata concinnitatem & pulchritudinem mirabilẽ veſtimentis ſponſæ afferebant, vt iam exponemus.

Hieronym.

Euſebius.

Circundata varietate. Hieronymus; Excepta editione vulgata, nullus interpretum tranſtulit, circundata varietate. Idem notat Euſebius; propterea cenſet obeliſco expunctum eſſe. Nobis non licet neque pungere, neq; expungere; quamuis enim hæc pars mutuata ſit ex inferiori verſ. 15. ſed rectè tamen huic loco inſertam exiſtimare licet, vt intelligeremus aureum ſponſæ veſtimẽtum non ſolum radiaſſe ſplẽdore, ſed pulcherrima etiam aliorum colorum varietate, & Phrygionicæ artis punctuuris

D

diſtinctum fuiſſe. Atque adeo antiquiſſimi patres hanc hoc loco partem & agnoſcunt, & interpretantur, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & Hieronymus ipſe, commentarijs in Pſal. Et ne vana ſit repetitio huius varietatis veſtimentorũ ſponſæ, fieri poteſt firma coniectura ex Ezech. 16. c. vbi item omnia ſponſæ ornamenta particulatim recenſentur. Primum, hunc locum referri ad varietatem ornamentorum, id eſt, ad multiplex genus veſtium, & mũdi muliebris; habet enim chlamydem, velum, ſubtilia, byſſum, cingulum, torquem, inaures, armillas mithram, & alia huiuſmodi: quare opportunè dixit Chryſ. non conſtat veſtis ex uno tantum gene-

Auguſt.

Chryſoſt.

Hieronym.

Chryſoſt.

E

re. At verò varietas illa verſ. 15. pertinebit ad variegationem, & diſtinctionem colorum in vnica, & eadem chlamyde, ornamẽtove alio, de quo inferius. Nũc ergo dicetur vniuerſus veſtitus aureus, ſed diuerſimodè elaboratus. aurum pedibus aliter auribus aliter, collo, manibus, capiti, toti corpori conueſtiendo, digitis, fronti aliter atque aliter, quare eleganter dictum fuerit; Chethem (elaboratio auri) Ophir circumamicta (ad circumamiciendum) varietate (ornamentorum & monilium diuerſitate.) Eſt enim varius & multiplex, æquè ac laudatus cultus ſponſæ, Geneſ. 24. Ruth. 3. Iſai. 49. Ezech. 16. Apoc. 19. & 21. Vide quæ dicemus inferius verſ. 13.

Poſuit omnia ad Pharaonidę Salomonis ſponſæ lau-

ſæ lautiſſimũ cultum ſine incommodo referri: vt & nos faciemus inferius, vbi de Salomonis veſtimentis regalibus: ſed debent etiã ſublimius transferri ad Eccleſiæ Chriſti ſponſæ diuiniora ornamenta, & ſiue iam de Eccleſia regnante in cœlis intelligas cum Chryſoſtomo, Euſebio, Athanaſio, Auguſtino; hæc enim eſt quæ iam regnat & triumphat accepta corona iuſtitiæ, & induta ardentem gloriæ chlamydem: ſiue de militante adhuc, & fide atque charitate deſponſata Chriſto regi; cum Hieronymo, Didymo, Heſychio, Baglio, Cyrillo, D. Thom. & alijs recentioribus: Hæc enim eſt, ad quam dicitur: *Obliuiſcere populum tuum, & concupiſcet rex decorem tuum*. Et quamuis quidem propter huius mortalitatis imperfectionem aliquid ſiniſtrum habeat, ideſt, nonnullas imperfectiones, ſed quod ad eum ornatum ſpectat, quo ſpõſus rex illam exornauit, virtutes dico, & alia diuina, atque ſpiritualia Eccleſiæ ornamenta, omnino a dextris eſt, & lota, laura, mundata a ſuo ſanguine Chriſti regis ſanguine, *vncta oleo, veſtita diſcoloribus, calceata ianthino, cincta byſſo, induta ſubtilibus, ornata armillis & torque, pendentibus inauribus, & circulis ex auribus, atque corona decoris* redimito capite, Ezech. 16. nu. 9. 10. Sic enim *exhibuit ipſe ſibi glorioſam* (glorioſis veſtibus ornatam) *Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi*, Epheſ. 5. 27.

Eccleſia triumphãs.

Glorioſa Eccleſia propter ornamenta.

7 Et, vt ad id, quod diximus de varietate multiplicis ornamenti ſponſę, & mundi muliebris, allegoriam idoneam indicemus, certè Chriſtus ipſe totus erit totius ſuæ Eccleſiæ ampliſſimum atque fulgentiſſimum auri paludamentum, quod induere iubetur; alij verò ſalutis noſtræ adminiſtri ſiue Angeli, ſiue homines. *In miniſterium dati propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis*; erunt partes huius mundi pretioſiſſimi, qui Eccleſiam exornat; vt Prædicatores verbi Dei, qui ad aurem loquuntur, & arguunt mores deprauatos, ſint inaures, & circuli in auribus; Cingulum ſint arctioris vitæ & diſciplinæ homines; Calcei ſint piarum peregrinationum ſuſceptores, qui varietatem Eccleſiæ ſuo quoque ornamento augent. Armillæ in manibus virtutum, & miraculorum patratores: Corona decoris in capite, erunt Patriarchæ, Apoſtoli, Pontifices, Epiſcopi, Presbyteri, & qui fulgent ſicut ſtellæ; his enim coronatur Eccleſia, Apoc. 12. Denique quæ alij pro membris, id eſt, perſonis Eccleſiæ allegoricè exponendis adducũt, in Canticis, & Apoc. 12. atque 1. Corint. 12. & Epheſ. 4. hoc facere poterunt, pro membris Eccleſiæ varijs ornamẽtis, quæ ſunt ipſæ perſonę ſanctæ, condecorandis. Videndi interpretes in exponendo mundo muliebri ſynagogæ, Ezech. 16. & eo loco ſapienter, ſolidè, & ſobriè noſter Pradus. Et illud obſeruandum, quod indicabamus, ornamenta pedum Eccleſię, non minus eſſe aurea, quàm ornamenta capitis aurium, aut colli; quippe omnia *Chethem Ophir*, quamuis ad diuerſas Eccleſiæ functiones, & vſus. etenim ſancti ſunt ex auro, ſed non omnes eadem forma, neque eodem miniſterio; vt Paulus dicebat: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem verò dominus. 1. Corint. 12. 4. 5. Sed nobis ſatis fuerit Allegoriam vnam aut alteram non tam dixiſſe, quàm indicaſſe.

Chriſtus Eccleſiæ ſuæ paludamentum.

8 Varij Eccleſię ſtat⁹.

Etiã humiles in Eccleſia illam exornant.

A

XI. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.*

1 *Inſtitutio ſpõſa. Cur nurus appelletur filia ſoceri. Filia item ſui viri. Illuſtratus Ieremias.*
2 *Adam Euæ parens & vir. Chriſtus Eccleſiæ genitor & ſponſus. Illuſtratus Moyſes.*
3 *Audi et vide ſolemnia verba. Vxoris ſubiectio & ſilentium. Explicati Moyſes & Paulus.*
4 *Inclinare aurem plus quàm audire. Obliuio priſtini erroris in Eccleſia ſponſa.*

B IAm nunc admonetur ſponſa de officio, & decore, quo ſponſo gratiſſima ſit futura, & Cyrillus eleganter; *Nuptiarum præſides Reginam ſacris inſtituunt, & ea illi narrant, quæ ſapientiſſimam efficiant, & ſponſo gratiſſimam.* 1

Cyrillus.

Filia. Vatem ipſum Epithalamij auctorem nũc loqui exiſtimat Chryſoſ. Hom. 8. in ſymbolũ Apoſtol. quæ inſcribitur de Turture. *Ipſe* (inquit) *Dauid eam hortatur, & docet ſicut mos eſt doceri hominibus a pronubis.* Idem fere Auguſt. & quamuis Hierony. exiſtimet eſſe ſermonem Dei patris ad ſponſam filij ſui, ſed eodem recidit, vt Pater ſponſi appellet filiam ſponſam filij. Quare non abs re nnrũ Pharaonidẽ a Vate, & ſocero Dauide appellari filiam potuiſſe, dubitari non debet; ſicut & Noemi vocabat nurus ſuas filiarum nomine ſemel ac iterum Ruth. 1. 12. 13. Tranſit enim vxor in domum, & familiam viri, atque vna cenſetur caro, proptereaq; illius eſt filia, cuius ſuus vir filius. Quòd ſi vxor aliquando habet ſororis ſui viri nomen, oportebit eiuſdem parentis filiam eſſe. Quid, ſi ſponſa filia appelletur non quidem ſui ſoceri, ſed ſui viri? Sic ergo exiſtimandum. Sed pro expoſitione obſeruare oportet, Hieronymum Prado (quem ſemper honoris & obſeruantię ergo nomino) ad cap. Ezech. 16. ſcribere: Nuptiarum nocte ſponſam appellari filiam; quaſi minimè deinceps eo nomine gauderet, videlicet poſtquam illam ſponſus matrem feciſſet: videtur enim nomen filiæ eſſe nomen adoleſcentulæ, aut virgunculæ: ſed, quod ingenuè fatear, quamuis nomen filij, aut filiæ ſæpe redundẽt, & nihil amplius afferant quàm nomen maſculi, aut fęminæ, aut blandam compellationem: tamen non memini me legiſſe nomen filiæ pro ſola nuptiarum nocte tributum ſponſę; ſed illud memini, viro ſuo vxorem fuiſſe loco filiæ ab ipſa deſponſatione; nam vt aiunt Boetius lib. 2. ad Top. Ciceronis: Seruius lib. 4. Æneid. *Nubentes in ſe ſe coemendo interrogabant; Vir, an mulier Mater familias ſibi eſſe vellet: Reſpondebat, velle. Mulier, an vir Pater familias ſibi eſſe vellet: Reſpondebat, velle: & erat mulier viro loco filiæ.* Atque adeo in bona mariti ſuccedebat ex aſſe, ſicut parentis, filia. Quod non obſcurã habet confirmationem ex illa Nathan Parabol. 2. Reg. 12. in qua deſcribitur Vriæ vxor ſub figura *Ouiculæ paruulæ quã vir emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filijs eius, eratque illi ſicut filia.* Quippe ea omnia nomina nuptialia, & vxoria ſunt. Quare illis verbis ſuauiſſimis conatur adulteram reuocare ad ſe Deus, & quaſi primas illas lætiſſimas nuptias repetere velle; Ierem. 3. 4. Saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es, & videtur referri poſſe ad primam illam fœminæ originem ex viro. quippe cum ex ea orta videretur Eua, cui vxor data eſt, ſanè ſui viri atque mariti filia fuit.

Chryſoſ.

Auguſt.

Hierony.

Filia nomẽ nurus.

Filia nomẽ ſponſæ.

Pradus.

Boetius.

Seruius.

Pater nomen ſpõſi

T Neque

2 A Neque aliter Regis Christi ſponſa Eccleſia, quę ex illius morientis latere regenerata eſt, & quaſi nata, ſimul ſponſa & filia eſt, vt eleganter indicauit Anaſtaſius Synaita lib. 9. Exameron paulo ante finem, & initio lib. 10. *Solus* (inquit) *Chriſtus eſt & genitor & vir ſuæ vxoris, & ſponſæ Eccleſiæ*, & Euthymius hoc loco Pſalmi, deniq; cum propter virum relinquat ſponſa patrem ſuum & matrem ſuam; videtur ſponſum parentis loco habere: atq; adeo etiam poſſet ipſe ſponſus ſponſam filiam appellare. Qua ratione videtur verba hæc accepiſſe non ſolũ Bernardus ſerm. de S. Martino; ſed Chryſoſtomus hoc loco Pſalmi. Quomodo (inquit) filia ſponſa? in Deo inſunt vtraque, ipſe ipſam regenerauit, & ipſe quoque eam deſpondit. Ergo eleganter cohæret filiæ appellatio, cum ſponſa, quæ B iubetur iam virũ loco parentis agnoſcere, & obliuiſci domum patris ſui.

Eua vxor, & filia Adami. Anaſtas. Euthym. Bernardus Chryſoſt.

3 Audi & Vide. Attentionem ad monita ſaluberrima auidè excipienda, & memori mente ſeruanda, exigit duobus illis verbis audiendi, & videndi quę ſolemnia ſemper fuerunt ad attentionem poſtulandam. Audi, & vide. Sicut & apud profanos ad ſuos Deos; Ius faſque Audite, & Videte. Quod indicauit Apollinarius in interpretatione ſua poetica,

Apollinar.

Audi filia videns; charam vere mihi aurẽ firmes

Et eleganter Luſitanus noſter:

Crucius.

O audi me nata, vide, rem pectore ſerua.

C Cæteri Græci, atque Latini intelligunt, his ipſis verbis contineri monita ſaluberrima, quæ ſi ſeruet ſponſa, futura ſit ſponſo gratiſſima, vt quæ officiũ coniugale rectè ſeruabit, & debitam obediẽtiam, atque obſequium, vt par eſt, præſtabit. Itaque iubetur audire virum, & videre illum, id eſt, ſub illius poteſtate eſſe, & nõ aliter in illum oculos conuertere, quàm ſunt *oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, & oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ*. Atque hoc illud Geneſ. 3. 16. *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*, quod Septuaginta legerunt: *Ad virum tuum conuerſio tua.* quaſi diceret, non iam vir tuo conſilio audiens erit, ſed potius tu ex illius ore, oculis, nutu pendebis. Audiat igitur proba vxor & videat. non loquatur, non garriat; D *Non permittitur eis loqui* (inquit Paulus) *ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dixit; ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent*. 1. Corint. 14. 34. 35. & 1. ad Timot. 2. 11. 12. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione; docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Ergo opportunè monetur, ne

Vxoris officium. Pſ. 122. 2. Fœminarũ garrulitas cupreſſa.

Verborum tanta cadat vis.

Quanta excidere imprudentibus ſolet fœminis: nam prudentes & breuiter, & vultum demiſſæ loquuntur. Didymus ad hanc ipſam obedientiã pręſtandam trahit illam filiæ appellationem, vt quæ ſibi imperata fuerint, faciat. Baſilius, vt videat, id eſt, mentem in ſpeculatione diuinorum exerceat, ſed non ceruice rigida, ſed modeſtè inclinata; videat vt intelligat, deinde inclinet aurem, vt imperata faciat. E Fere eodem modo Chryſoſ. vt & diuina opera videat, diuinaque præcepta audiat, & Kaldæus: Audiſti congregatio Iſrael legem oris eius, & intuita es miranda opera eius, & inclinaſti aurem tuam ad verba legis. Illud mihi non diſplicet quod ſubtiliter indicauit Vatablus, iuberi ſponſam cogitare, & expendere diligenter qualis ſit ſua conditio, id eſt, quanto rege ſponſa digna fuerit, vt obſequio & fide præſtita illum in dies demereri ſtudeat, ſed præſtat quod initio propoſuimus, vt tota hæc audiendi & videndi intentio ad ſequens hemiſtichium referatur.

Iuuen. Saty. 6. Virgi. 1 Æneid. Vide Tiraqu. lib. 12. Connub. Didymus. Videre. Baſilius. Chryſoſ. Vatablus.

4 A Porro illud inclinare aurem, vim addit verbo audiendi, & affert neſcio quem animi motum, & propenſionem, ſimul cum aurium inclinatione, & erectione ad rem percipiendam. Quo eodem verbo explicari ſolet cordis propenſio & inclinatio, Iudicum. 9. 3. 3. Regum. 11. 9. Pſalm. 118. 112. Et obliuiſcere populum tuum. Quadrat hoc monitum in Pharaonidem ſponſam tranſeũtem ad Eccleſiam Dei, relictis ſuperſtitionibus Aegyptiacis & auitis erroribus: quæ Eccleſiam præſignabat ex gentibus adhæſuram Chriſto ſponſo, priſcis erroribus & paterna religione deſertis. Iubebatur enim cum Abraham patre credentium exire de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris B ſui: nihil iam commercij habitura cum infidelitate, ac ne memoriam quidem.

נטה Inclinare autẽ ad attentionem. Gen. 12. 1

XII. *Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

1 *Summum pretium vxoris videri pulchram, & diligi ab ſponſo. Auere Latinis quid.*
2 *Sponſus idem dominus. Domini nomen dictum de Deo. Illuſtratus Petrus.*
3 *Varia lectio. Pro Deo renunciandum omnibus.*

1 C HAec nunc correctiſſima lectio per futurum, quam agnoſcit, & ſequitur Hieronymus, Chryſoſtomus, Euſebius, Baſilius, & reſpondet Hebræo & Græco, videturque proponere pręmium obliuiſcendi domum paternam, vt (quod fœminis in ſummo pretio eſt) pulcherrima non ſolum appareat, ſed etiam ſit; diligaturque vnicè ab ſponſo rege, cui placere ſummum bonum eſt, & in quo delectari, illumque diligere ſumma fœlicitas. Quid, ab illo tam ardenter diligi? quid illum in nobis delectari? videtur enim eſſe hoc ſponſi deſiderium quoddam, aut pulchri-D tudinis auiditas cum gaudio coniuncta; &, vt opportunè aliqui verbum originale, Aua, comparãt cum verbo Latino *aueo*, idem eſt, concupiſcere quod *auere*, vt Feſtus ait, vnde auidum & auiditas, ſignificat etiam gaudere, ſed cum præcipua cupiditate.

Hierony. Chryſoſ. Baſil. Euſebius. Concupiſcere quid. אוה

2 Cum verò Regem, Dominum, Deum nominat, ſpõſam efficaciſſima ratione, vt ait Chryſoſtomus fecit: quoniam qui eſt Rex, & dominus, atque pater, voluit quoque ſponſus fieri: Non venis enim (inquit) ad alienum quempiam; ſed ad eum, qui te fecit, & eſt omnibus illis tibi propinquior, & de te eſt ſollicitus. Addit Hieronymus; Ne putes vnum eſſe de turba, a quo amanda es: ipſe eſt rex tuus, & dominus tuus.

Chryſoſ. Hierony.

E Hæc ſunt maxima, atque pulcherrima coniugum ornamenta: hæc ſponſarum dos & pulchritudo, non tam formæ ſpecies quàm animi fides, & charitas erga ſponſum pura, & ſincera.

Spõſarum ornamẽta, & dos.

Conueniens quoque intelligentia, licèt lectio minus vulgata, quam Auguſtinus, Hieronymus in commentarijs, Didymus, Apollinarius, Arnobius, Cyprianus libro 2. aduerſus Iudæos, & præferunt Septuaginta Vaticani cõſentientibus Pſalterio Romano, Aethiopico, Arabico: Quia concupiuit rex vt gratitudinis ergo mutuam charitatẽ reddat ſponſo, qui illum prior dilexit: ſicut ſcriptum

Auguſt. Hierony. Apollin. Arnob. Cyprian.

A ptum eſt: *Nos ergo diligamus Deum, quia Deus prior dilexit nos.*

Dominus nomē viri.

Dominus Deus tuus. Septuaginta Vaticani tantum habent: *Dominus tuus*, neque illud *Deus* eſt in Hebræo, aut Græco; neque, vt ex commentarijs colligitur, illud legit Didymus; Baſilius, Theodoretus, Chryſoſtomus. quare quidem poſſet vtcumque, & tanquam in typo intelligi de Salomone rege, qui iam dominus erat ſponſæ Pharaonidæ: eſt enim nomen coniugis alterius, & proprium Patris familias; ſicut Petrus ait. 1. cap. 3. 6. Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. Gen. 18. 11. Idem videre eſt in vxore illa Leuitæ Iudic. 19. 26. quod obſeruatum eſt à Chryſoſtomo hom. 26. in 1. Epiſ. ad Corint. Atque adeo eò videtur pertinere, quod Ignatius Epiſtol. ad Antiochenſ. præcepit, vt Mulieres honorificent viros ſuos, & non audeant eos proprio nomine vocare. Sed tamen lectio Vulgata potius ad ſenſum quàm ad verba reſpiciens, Deum addit, explicationis gratia: ſiue quod ex eo quod ſequitur, & adorabūt eum, colligatur Deum eſſe dominum illum, cui debeatur adoratio, vt colligit Didymus: ſiue, quòd vocem originalem Adonaij, neceſſario exiſtimetur deduci oportere, non ab Adoni, aut Adone, quod dicitur tam de Deo quàm de hominibus; ſed ab Adonai, quod solum dicitur de Deo, Geneſ. 18. 3. Pſalm. 15. 2. Pſalm. 72. 20. Quam lectionem Auguſtinus, & Cyprianus habent; immò & Hieronymus videtur agnouiſſe epiſtola ad Principiam. Ergo ſiue hoc ſiue illo modo, ſanè ab humanis ad diuina iterum aſſurgit Vates, & à Salomone, & ſponſa Pharaonide ad Chriſti, & Eccleſiæ coniugium.

Didymus. Baſilius. Theodoret. Chryſoſ. Ignatius. Adonai dictum ſolūmodo de Deo. Auguſt. Hierony. Cyprian.

Et adorabunt eum. Hieronymus fit de lectione Septuaginta teſtatur: *Septuaginta interpretes non dixerunt & adorabis eum; ſed adorabunt eum. vt ſit ſenſus: Iſte qui te amaturus eſt, Deus eſt, & adorādus ab omnibus.* Cæterum in Hebræo legitur ſingulariter, & adorabis ipſum. Quam lectionem retinēt Aquila, Symmachus, Theodotio, referente Theodoreto, Auguſtinus, Apollinarius, Pſalterium Romanum & Æthiopicum. In ſenſu nulla diſcrepantia. Ita te ſponſam gerito, vt ſponſo adorationem plenam amore, & reuerentia exhibeas: dignam te ſponſam conſtitue illius, qui ab omnibus adoratur: vide cuius ſis conſors, & in cuius amplexus allicetis, eius nimirum, cuius ſerua alioqui es, & cui flexo genu totiuſque corporis inclinatione, tenebaris reuerentiam atque diuinos honores deferre. Ergo hæc omnia eò pertinent, vt facilè & alacriter renuntiet omnibus, quæ poſſidet in populo ſuo, & paterna domo, vt Chriſtum ſponſum lucri faciat.

Theodoret. Auguſt. Apollinar. Pſalt. Rom. Adorationis geſtus, & habitus.

XIII. *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis.*

1 *An filia regis Tyri nupta Salomoni. Tyrus quid interpretetur. Numerus pro numero.*
2 *Nexus optimus. Tyrus nobile emporium. Tyri ſuperſtitio.*
3 *Deprecari vultum alicuius quid. Relatum ad munera. Illuſtratus Moyſes & Salomon.*
4 *Facies ſponſa ipſe uir. Vxor tantum nota uiri nomine. Illuſtratus Iſaias.*
5 *Deprecatio propria ægrotātium. Chriſtus medicus. Illuſtratus locus Regum.*

Pergit exponere ingēns illud gloriæ & magnificētiæ pōdus, quod ex ampliſſimi regis conſortio ad ſponſam redundabit. 1

Filiæ Tyri. Duplex in duplici vocula varietas. Prima, quòd qui numero ſingulari legerunt, Filia Tyri, quam lectionem amplectitur D. Hieronymus, Symmachus, Aquila, Theodotio, & Sexta editio, & fortè hinc eliciunt ſuam illam perſuaſionem, qui aſſerunt, Filiam regis Tyri nupſiſſe Salomoni. Rurſus de ſecūda voce Tyri, ſic ſcribit Hieronymus: Verbum Hebraicum Sor, צר, quod in Ezechiele iuxta Septuaginta legimus, interpretari poteſt & Tyrus, & tribulatio, & fortiſſimus, ſiue B fortiſſima, & ſilex, id eſt, lapis duriſſimus, vnde in præſenti loco error ortus eſt: Aquila enim, & Septuaginta, & Theodotion & Quinta editio, Tyrum interpretati ſunt. Sexta verbum Hebraicum poſuit Sor צר. Symmachus, cratiſtin, id eſt, fortiſſimam.

Hierony. צר Tyrus propriè, & appellatiuè.

Sed cum numerus interdum pro numero vſurpari ſoleat, quocumque legas modo, triplex erit nectendi & intelligendi ratio. Prima, vt ipſa Regina ſponſa nunc appelletur filia fortiſſimi, vel filia fortiſſima, vt Hieronymus vult, quòd patrem Deum fortiſſimum imitata, & ſequuta fuerit. Secunda, vt filia, aut filiæ Tyri, id eſt, Tyriorum regnum, & prouincia vniuerſa dicatur etiam ruitura in obſequium & adorationem regis ſponſi, & con C iungatur cum præcedentibus. Adorabunt eum, & filiæ Tyri. Apollinarius in ſua metrica interpretatione:

Numerus pro numero. Hieronym.

Et eum adorabant Tyri muneribus filia.

Quaſi diceret, ampliſſimam eſſe Regis ſponſi dominationem, cui etiam Tyrij obſequebantur.

Sed tertia nectendi ratio, & quæ mihi præ cæteris placet, eſt Chryſoſtomi, Baſilij, Theodoreti, Nicephori, vt cum ſequentibus iungatur, & ampliſſimorum honorum, & munerū ſpe certiſſima ſponſam Reginā erigat & exhilaret vates: quippe Tyrus erat ampliſſimum, & opulentiſſimum rerum omnium pretioſarum emporium, ex quo nuptialia munera deferenda eſſent, vt ſi ad regales nu D ptias, & reginæ potentiſſimæ delicias, nos diceremus afferendum quidquid apud Indos rarum, & peregrinum; quidquid pulchrum & pretioſum Hiſpali, Mediolani, Venetijs, aut in alijs ampliſſimis orbis emporijs inueniretur: ſiue etiam polliceatur vates Tyriarum virginum comitatum ampliſſimum, atque ſplendidiſſimum. Complexus eſt eleganter vtrumque Luſitanus noſter:

2 Chryſoſt. Baſilius. Theodoret. Nicephor.

Tunc aliæ venient famulæ tibi munera ſupplex — *Crucius.*
Afferet emenſo reſlui Tyrus æquore ponti.
Et qui diues arat terram, & qui nauigat vndas.

Siue tandem exemplo Tyri acceſſuri ad Regis E ſponſi obſequium cohortetur ſponſam, ne ægre ferat, nuntium Aegypto, & priſcæ religioni remittere. quippe vt Baſilius, Chryſoſtomus, & alij Græci obſeruant, Tyri, totius Kananææ regionis metropoli, regnabat maximè Idolorum cultus: ex Tyro autem reliquas regiones ſimili morbo laborantes intelligit, & vt eleganter Theodoretus ait: Nomine Tyri omnem impietatem ſignificauit: Scripturæ enim mos eſt totum a parte ſignificare.

Baſilius. Chryſoſt. Synecdoche. Theodoret.

Vultum tuum deprecabuntur diuites. Opulētiſſimi atque honoratiſſimi quique, ſupplices ſe tibi præbebunt: oraturi, & deprecaturi ad te accedent. 3

Deprecari faciem. Diximus in Commentarijs Iob, quid ſit vultum a- A
llenius deprecari. c. 11. verſ. 19. videlicet, ægrotan-
tium & miſerorum more, alicuius operam implo-
rare. Quamquam illud quoque verum, quod hoc
Chryſoſ. loco ait Chryſoſ: Quid (inquit) eſt, deprecabūtur?
honore & gloria afficient, qui magni ſunt & excel
ſi. hoc enim nunc ſit in Eccleſia, eos qui ex virtute
Deprecari cū muneribus, quid. vitam agunt, omnes honorant & colunt. Sed quo-
niam nunc deprecari faciem coniongitur cū mu-
neribus, ſanè aliquid peculiare affert; videlicet, nō
tam deprecari ærumnam, aut miſeriam aliquam,
quàm cum muneribus ſupplicare, & auxilium, &
amicitiam præſtito munere & obſequio demereri,
tum etiam viam patefacere ad familiaritatem, &
gratiam principis alicuius præmiſſis muneribus.
Sicut legitur Iacob feciſſe ad occurſum Eſau, Ge- B
neſ. 32. 20. *Placabo* (inquit) *muneribus quæ præce-
dant, & poſtea videbo illum, forſitan propitiabitur
mihi.* Hac etiam ratione Prouerb. 29. 26. dicuntur
multi requirere faciem potentis. propitiè precari, aut
deprecari. Illud etiam, precantis ſiue orantis ha-
bitu offerre munera, eſt precari, vt alter lætus acci
piat, & reputare magnam gratiam ſibi reddi, ſi al-
ter non reſpuat, & interim inter offerendum con-
templari vultum accipientis, & aucupari hilarita-
tem & geſtum, quod ad ſummam fœlicitatē Prin-
cipis ſpectare videtur.

4 Atque, vt ex proprietate loquutionis ſacræ hoc
Baſilius. verum eſt: ita illud non inutile, quod indicāt Ba-
Theodoret. ſilius, Theodor. & alij: voltum ſponſæ eſſe ipſum
ſponſum regem; aiunt enim Eccleſię vultum & fa C
ciem conſpicuam eſſe Chriſtum: ergo erit circum-
Vir facies vxoris. loquutio viri & mariti, dicere vultum, aut faciem
vxoris; quippe quod in publico eſſe debet, quod
ab alijs conſpici, non eſt ipſa vxor, ſed maritus. De
hac facie, id eſt, de marito, cognoſcēda vxor: alio-
quin propter ſe ignota & abſcōdita. Sic olim non
ſolum non alium vultum, ſed neque aliud nomen
Iſai. 4. 1. habebat vxor, quàm nomen mariti: ſicut ſcriptum
Matth. 1. eſt: Tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper
nos, & iterum: Ea quæ fuit Vriæ.

5 Sed vt hæc cum fęlicitate illa Salomonis conne
nire videntur, cum *vniuerſa terra deſiderabat vul-
tum Salomonis*, & ſinguli deferebant ei munera,
quorum ſanè etiam regina ſponſa conſors erat 3.
Regum. 10. 24. 25. Ita in Chriſtum Deum perfectiſ D
ſimè quadrant, cuius vultum pro auertendis ma-
lis, pro obtinendis bonis, inſtar infirmorū & ægro
חלה tantium ſupplices deprecamur: ea enim eſt vis &
proprietas verbi originalis, quod eſt vel dolere,
& ægrotare, vel inſtar dolentis & deprecantis pre
cari. Solent enim obnixè & feruenter orare, qui
ægrotant. Quare illa eſt impietatis exaggeratio;
ægrotauit Aſa, & nec in infirmitate ſua quæſiuit
Dominum. 2. Paral. 16. 12. atque adeo verbum de-
precandi, ad Deum refertur 1. Regum. 13. 12. 2. Pa
ral. 33. 12. 3. Regum. 13. 6. Dan. 9. 13. Exodi. 32. 11.
& rarò refertur ad hominem, vt Iob. 11. 19. Pro-
uerbiorum. 19. 6.

XIIII. *Omnis gloria eius filiæ re-
gis ab intus.*

XV. *In fimbrijs aureis, circumamicta
varietatibus.*

1 *Proba vxor domi contenta. Illuſtrati Dauid &
Iudith.*
2 *Paronomaſia. Secretum nuptialis thalami. Regi-
na veſtes domeſtica lautiſſima.*
3 *Interiora pro pretioſis & margaritis. Illuſtratus
Salomon.*
4 *Pulchritudo cogitationum. Varia lectio ex Græ-
co.*
5 *Fimbria quid propriè. Veſtis ocellata & gemmā-
ta. Illuſtratus Moyſes.*
6 *Varietas veſtium diſcolorium. Opus plumarium.
Explicatus Ezechiel.*
7 *Veſtis ſcutulata.*
8 *Varia Eccleſiæ ornamenta. Scriptores Eccleſiaſti-
ci. Diuerſitas linguarum exornans Eccleſiæ ve-
ſtem. Varij Scripturarum ſenſus ſupra eodem
litterali.*
9 *Eccleſiæ miniſtri inſtar veſtium ſponſæ. Angeli
etiam ornantes Eccleſiam.*

B

EXiſtimant omnes, vatē iterum cōuer-
tere ſermonē ad ſponſæ pulchritudi-
nem, & ornatum. Ego hic quoq; aliū
ſenſū odoror, vt vates perſtet in ad-
monitione ſponſæ, & in probæ vxo-
ris officio deſcribendo, nimirū quòd ſit, id eſt, eſſe
debeat, ab intus, quod Hierony. ait ſe tranſtuliſſe *Hierony.*
intrinſecus, dicas Latinè, penitus ſiue intus, aut in
interiori parte. quaſi diceret, pulchritudinē & glo
riā honeſtiſſimæ ſponſæ nō quęſiturā alios oculos,
quibus placere debeat, quàm ſponſi; ideo non va- Pulchritudo vxoris abſcōdita. *Pſ. 127. Iudith. 8. 1. Cāt. 2. 16.*
gari foris, non ſe prodere ad vulgi conſpectū, ſed
continere ſe intra latera domus ſuæ, & in interio-
ribus, vel in ſuperioribus domus ſuæ, in ſecreto cu
C biculo, in quo cum puellis ſuis clauſa moretur, vt
ſicut dilectus illi, ita illa dilecto. Hoc illud quod
nuperrime indicabamus, ſponſam non debere de
facie ſua iudicari, aut cognoſci, ſed tantum de ma
rito, qui eſt facies vxoris. Hoc item illud, quod ſu-
perius, vbi de velo nuptiali, quo obnubitur caput,
& facies ſponſæ, vt ſit omnis gloria, & decor eius
ab intus, intrinſecus, penitus, in occulto.

Et eſt quidem elegans paronomaſia, & colluſio 2
huius partis cum præcedenti, *Panim*, in Hebræo, *fa* פנה
ciem tuam deprecabuntur, ſed gloria tua *panima* intrin פנים
ſecus; Ne eulges formam tuæ deprecentur, ſed ab- פנימה
ſconditam; tuum vultum reuereantur, & aneant Paronomaſia.
videre, ſed non vulgarem, non omnibus lucentem
horis, ſed raris & ſtatis tēporibus, ex adytis, & ex
D abdito, inſtar ſolis prodeuntem. Quem ſanè ſen-
ſum indicauit Kaldęus dū in ſua allegoria ad inte
riorem locum templi reſpexit, legēs: *Faciem tuam
deprecabuntur in domo ſanctuarij tui diuites populo-
rum.* Et opportunè Iſidorus Clarius cum Vatablo *Clarius. Vatabl.*
referunt ad eximiam filiæ Pharaonis dignitatem:
cui promittitur fore, vt *intima* ſit, id eſt, in interio-
ra regia aſſideat regi, perpetuoque verſetur in inte
riori cubiculo, quod alijs nō licebat adire, niſi cer
tis temporibus, atque adeo vocatis.

An et hæc eſt amplificatio ſummæ opulentiæ, Amplificatio lautiſſimi cultus.
vt non minus regina ſpōſa lautiſſimo & ſplēdidiſ-
ſimo veſtitu vtatur, cū domi deſidet, quàm cum fo
ras prodit? cū ſola in interiori regia verſatur, quā
E cum dat ſe in omniū conſpectum? Tā ſplendida
(inquit vates) & tam culta lautaq; domi, quàm fo
ris. Omnis hæc gloria filiæ regis, quam ſemel vidi-
mus, illam perpetuò continuabitur. Si opus ſit muta
re veſtes, non erunt mutatoria minus pretioſa: *Om
nis* enim *gloria filiæ regis ab intus. Tan rica y tan ga-
lana anda de por caſa, como ſale fuera a viſtas.*

Quid, ſi de illa ipſa nuptiali nocte intelligat va
tes, & deſcribat ſecretū nuptialis thalami, in quod
ſecretò, & remotis arbitris deducebatur, depone-
baturque ſpōſa in cubiculo & lecto ſtracto tapeti-
bus varijs ex Ægypto, & pretioſiſſimis alijs ſtragu
lis Phrygionicis, & tota circumcirca pulcherrimis
colo-

colorum varietatibus ſtipata. Hæc illa cella vinaria, cubiculum genitricis, & conclaue intimum, cuius gloria atque maieſtas omnem externam pulchritudinem longè lateque ſuperabat.

3 Quòd ſi cum frequentiori interpretum ſenſu, nunc etiam ſponſæ ornatum deſcribat Vates, certè illud ab intus poterit etiã in pretioſiſſimo mundo numerari: nam intus, aut intimum, aut interiora, illa ſanè ſunt quæ penitus abſtruſa, & recondita humanos oculos fugiunt, vel in fundo maris, cuiuſmodi ſunt margaritæ & vniones, lapillive alij, vel in terræ viſceribus; in quibus metalla & naturæ opes. Quare ex proprietate originalis, opes, aut

Occulta pro pretioſis.

margaritæ vocari poſſunt interiora, Prou. 3. 15. & 20. 15. vbi etiam occulta, ſiue interiora, ſignificant pretioſa aut gemmas, Iob. 28. verſ. 18. vt diligẽter ibi expoſuimus. Atque nunc etiam adde Prou. 31. 10. Vltimos fines, quaſi interiora loca, & ab humanis oculis remotiſſima; Hebraicè Peninim. quare pro eo quod nos habemus *Procul, & de vltimis finibus pretium eius*; propriè ex Hebræo legitur: *Præ margaritis eſt pretium eius*. Septuag. *Pretioſior eſt lapidibus pretioſis*: quod cum hoc noſtro loco eleganter conueniet, vt etiam in ſuis notatiunculis indi-

Montanus.

cauit Montanus, vt deſcribatur, & commendetur gloria ſponſæ ab auro & margaritis, atque gẽmis, quod eſt gloriam eius eſſe ab intus, id eſt, a rebus pretioſiſſimis, quæ ex penitiſſimis, & intimis maris aut terræ viſceribus expromptæ, gloriæ & decori reginæ ſeruiunt.

4 Huic intelligentiæ ſimplici accedet illa etiam

Interna animi ſponſæ dotes.

vtilis, quam fere Patres omnes Græci & Latini ſequuntur, vt interiores & ſpiritales animi dotes indicentur, nimirum non minus eſſe ornatam animo, quàm corpore; non minus ſplendere virtutibus, quàm gemmis; tantam eſſe eius animi pulchritudinem, vt cum ab ſponſo conſideratur, mirabiles ſui amores in illius animo excitet. Atque huc

Hieronym. Lxx Vatic.

pertinet quod Hieronymus ait: *Pro eo quod in Septuaginta ſcriptum eſt eſofer, & nos vel ab intus, vel intrinſecus interpretati ſumus; In quibuſdam exemplaribus inuenitur, ezennoion, quod cogitationes ſonat.* Septuaginta Vaticani ſanè legunt: Omnis gloria eius filiæ Regis Eſebon. Quid autem ſit Rex Eſebon, aut Esbon, aut, vt habet Pſalterium Æthiopicum Hesbõ, his verbis exponit Didymus: Eſebon

Rex cogitationum Deus.

ſi interpreteris, cognitiones ſonat. Porro rex cognitionum iuſtorum eſt Dominus. Ita gloria filię Tyri, quæ laudatur, non aliunde naſcitur, quàm a rege cogitationum. Et quidem rectè iuxta proprietatem verbi *Hhaſab*, quod eſt cogitare, quare vo-

חשב פנה

cem illam, ab intus, quæ deducitur a verbo *Pana*, quod eſt reſpicere, aut externis oculis, aut interna mente, confuderunt cũ illo verbo cogitandi; quaſi

Pulchritudo mentis ſuſcipientis admonitiones.

dicerent, Omnem gloriam filiæ regis eſſe a cogitatione & æſtimatione earum, quę illi a vate inſtillabantur admonitionum, vt reſpondeat ſuperiori verſiculo: Audi filia & vide. Nunc ergo dicat; Quàm bene audit, quàm memori mente ſeponit

Lxx.

officij ſui egregiè præſtandi præcepta? Niſi fortè (quod argutius videtur) Septuaginta interiorem illam ſponſæ pulchritudinem intellexerint, eſſe pulchritudinem quandam, vt ita loquar, ingenioſam, & artificioſam, proptereaq; dixerint eſſe gloriam Heſebon, aut Hoſeb, quæ a radice Chaſab, quod eſt, cogitare, eſt propriè contextura, & ars ingenioſa, opus artificioſum, ſubtiliter inuentum,

Opus variũ & ingenioſum.

& excogitatum, quod dicitur opus varium, aut polymitum, Exod. 28. 9. 24. Leuit. 8. 7. quod ad elaborandum & perficiendũ multa attentione, & conſideratione indiget; congruitque cum ſequentibus.

5 *In fimbris aureis*. Hieronym. ait in Hebræo haberi,

A in faſcijs aureis. Chryſoſt. per aureas annillas. ex

Hierony. Chryſoſt.

Hebraizantibus alij ſimpliciter, in veſtibus auri. alij, in fundis auri, id eſt, in veſtibus, quarum fundamentum aut imum auro, & gemmis præfulgebar. Alij ex proprietate etiam vocis originalis, in

משבצות שבץ

vncinis, vel, in catenis auri; vel, in capſellis, aut, conſtrictorijs auri; in quibus gemmæ conſtringuntur, aut includuntur. alij, in ſtricturis auri, ſignifi-

Strictũ ſtricturaſ ve ſtib. quid.

cat enim vox originalis ſtringere, inquiunt Complutenſes. *videlicet byſſo vel ſerico, aut auro, ſicut polymitarij faciunt in capitio ueſtimenti, ne facilè rumpatur*, nos diceremus, *Guarnecido todo el veſtido de frangones de oro*, ſicut ab eodẽ verbo dicitur, Exod. 28. 39. ſtringes tunicam byſſo. Alij, vt Regia, in

Oculus, Ocellatura in veſtibus.

Ocellatura, & iterum; facies tunicam ſtrictam, id

B eſt, ſtricturis diſtinctam, vel oculis, aut, ocellis, aut circulis intertextis, opere Phrygionico ornatus gratia. Et quidem gemmæ, vniones, margaritæ, oculi ſunt veſtimentorum ſplendidiſſimi; quare qui ex gemmata & ſplendenti veſte vniones & lapillos detraheret, veſtem proculdubio exocularet vt ille Cæcilius Balbus apud Salisberienſem dice-

Salisberienſis.

bat de fure ſacrilego, Iouis aureos oculos, & gemmatam veſtem deprædante. Quis non irruat in eum, qui aureos Iouis oculos eruit, aut argento, gemmiſque ſublatis veſtem nititur excæcare? Quis de Martis capite adamantium lumen impune temerarius effodit vnguibus? Forſterus a quodam

Forſter.

Pragenſi Rabbino teſtatur ſe didiciſſe vim verbi

C eſſe circumcirculare, aut intra minores & minores circulos aliquid includere ornatus gratia; q fiebat a Phrygionibus intexendo, vel ab aurificibus includendo gemmas intra ſuas palas, vel circulos aureos. Conſentit R. Salom. & R. Mardo-

R. Salomon & Mardochai.

chai. Idem fere ſequuntur recentiores Hebraizantes, qui fere dicunt vim verbi eſſe oculare, vel ocellare, id eſt, quaſi oculis quibuſdam diſtinguere, &

Paguinus. Mercerus. Auenarius Marinus. Vatablus.

ornare veſtem aliquam, nimirum illuſtri aliquo opere, vel ſplendentibus gemmis, qui videantur eſſe lumina, & velut oculi veſtimenti, a quo verbo ſæpe deſcribitur opus veſtis ſacerdotalis, Exo. 28. 5. 12. 14. 15. 26. & Exod. 39. 6. 13. 16. Quãquam Vatablus indicet Metonymicos poſſe dici veſtẽ ocu-

Metonymia.

latam, vel ocellatam, quòd propter exquiſitũ arti-

D ficium, & ſingularem pulchritudinem omnium in ſe oculos converteret, quod nos de re eximia, atq; pulcherrima dicere ſolemus: *Es una coſa de uer. vel, que ſe lleua los ojos.* Quocunque ſit modo, pertinet proculdubio ad veſtimenti ſingulare artificium & pulchritudinem, quod totum eſſet quaſi luminibus diſtinctum, & omniũ in ſe lumina converteret, & eſſet ſupertexturis aliquibus, vel, vt ita loquar, additamentis aureis, veluti fimbrijs munitum & circumcluſum. Non enim ſolummodo pro extremo limbo veſtis accipiendũ nos diceremus; quod ſuperius indicabamus: *Las guarniciones de la ropa.* Quam maximam olim pulchritudinem in ve-

E ſtimenti limbo poſitam eſſe, Seruius auctor eſt ad id 4. Æneidos:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Seruius.

Limbus veſtis pulcherrimus.

Sic ſanè, quæ hic dicitur *Filia Tyri*, dici potuit veſtem geſtare aureo & Sidonio limbo circũdatam.

6 רקמה

Circumamicta varietatibus. Rurſus in Hebræo ſimplex vox Rikmach, de qua voce Hieronymus ait; Scutulata, quibus ſponſo ſuo regina componitur, ipſa ſunt, quæ in Septuaginta legimus: circumamicta varietatibus.

Hierony.

Et ſanè tum apud Septuaginta, tum apud Vulgatũ inſignis varietas eſt in proprietate vocis originalis aſſignanda, quam verſauit optimè ſapien-

Pradus. Ezech. 16. 10. Varia lectio. LXX.

A terque noſter Hierony. Prado, ad c. 16. Ezech. vbi pro eadem voce originali Vulgatus vertit: Veſtiui te diſcoloribus: at verò Exod. 26. 1. vertit opus plumarium, ſicut & c. 36. 37. turſus Iudic. 5. 30. veſtes diuerſorum colorum. Ezech. 17. 3. varietatem; at verò Septuaginta Ezech. 16. vertunt, varia, Exod. 26. opus textoris, & c. 36. opus textile. Iudic. 5. Spolia tincturarum. Ex quibus omnibus locis, & præſertim ex illo opere plumario, aut polymitario, neceſſariò colligitur illo originali nomine afferri veſtis varietatem aliquam, quæ vel in coloribus eſſe poteſt, vel in filorum & liciorum diſpoſitione, vt partes quædam ſint depreſſiores, partes eminentiores, ex quo efficitur varietas quædam, qualis in veſte Damaſcena: quia verò non conſtabat qualis

Vulgatus. Varietas veſtium qualis.

B eſſet eiuſmodi varietas, ſapienter quidem Vulgatus interpres, nihil aliud dixit quam varietatem.

Illud item incertum, qua arte efficeretur illa varietas, id eſt, An texendo ipſammet primariam telam; an verò ſuper telam iam primariam confectam acu, & filis diſcoloribus pingẽdo figurarum multiformes ſpecies, quod alij appellant, Labrar de recamado. nos illud ipſum proprio alio, & ſignificantiori nomine; *Matizar, o labrar de matyzes* qood vt nimimè certum, ita in medio relinquendum.

Quòd ſi ego, quid de re ſentiam, exponã, certè exiſtimarem telam ipſam non ſecundario opere, quale illud eſt, quod *recamando*, aut acu pingẽdo, Vulgo, *bordando* efficitur, accipi oportere; ſed primariam ex multicoloribus licijs, filiſve intextam

C cum eximia colorum varietate, tum etiam figurarum, aut macularum multiformi ſpecie: qualia videmus hodie in Sinarum telis, & in alijs Arabum fęminarum palliolis; ac ſi diceres; *Vn finiſſimo tornaſol damaſcado, o vna precioſa tela de oro de primavera*. Huius rei illa mihi coniectura, quòd cingulum illud ſacerdotis huiuſmodi opere, quod plumarium appellat vulgatus, ex nulla alia primaria tela ſuper inducto opere Phrygionico, cõfectum exiſtimari oportet; ſed ipſo primario opere textũ & confectum. Porro de veſte polymita, & multicolore multa dicemus lib. 7. vbi de Salomonis veſtibus, & de hoc iterum Reginæ veſtitu.

7 *Hierony. Nebriſſẽſ.*

D Quod verò Hieronym. ſcutulata dixit, & Antonius Nebriſſenſis in ſua Quinquagena. c. 38. vult fuiſſe opus reticulatum maculis quibuſdã, ſeu inanitibus diſtinctum, minus conuenire rei, oſtendit

Pradus.

Hieronymus Prado; niſi fortè ſcutulata intellexerit, ſcutula, id eſt, varietatem aliquam non inanem ſed ex filorum varietate formatam, & in modum circulorum diſtinctam. Sic enim Plinius libr. 8. c. 48. artem ſcutulati textus commẽdat in Luſitania. Sed adeundi, quos indicauimus, de polymitis, & ſcutulatis diſputantes. Nobis hac in re liceat eſſe breuibus.

Plinius. Textura ſcutulata Luſitana.

Iam hunc verſiculum cum illo ſuperiori. 10. fere omnes ita nectunt, vt ex illo ſumant telam auream totam, ex qua integrum ſponſæ reginæ paludamentum conficiatur: ex hoc verò verſ. 14. ſumãt

E varietatem, quam ſuper inducant illi telæ aureæ opere Phrygionico, aut recamatorio. Nos aliter illam ſuperiorem varietatem ex auro diſtinximus, nempe ad diuerſa monilia ſponſæ reginæ ex auro confecta. Nunc hãc alteram varietatẽ ad aliquam veſtem palliumve vario opere variaque materia contextum, præter ea quæ ſuperius deſcripta fuerant. Sic conſonant omnia, & exemplum habent in illo mundo muliebri Ezech. 16. vbi ſemel & iterum diſcolorium, & multicolorium, & polymiti, & byſſi mentio fit. Sed ad ſenſum & intelligẽtiam nulla diſcrepantia.

Multiplex veſtiũ reginæ varietas

8 Mũdus pretioſus ſponſæ Christi.

A Ea omnia, ſi ad ſponſam Pharaonidem referas, plana ſunt & craſſa: ſi ad ſponſam Chriſti regis, diuiniora & ſubtiliora. Quid enim non pretioſum in mũdo, quo illam exornauit ſponſus rex, *vt eam ſibi exhiberet non habentem rugam, aut maculam, aut aliquid huiuſmodi?* Quid non in illa varium *diuiſionibus gratiarum, miniſtrationum, operationum?* ſed illud ſubtiliter ac vtiliter indicatur ab Auguſtino, tum hoc verſ. tum ſuperiori. 10. a Hieronymo in Commẽtarijs; & in Epiſtola ad Principiam, videlicet Fidei & Scripturarum ſapientiam, qua tota Eccleſia conueſtitur, in qua mira eſt varietas colorum, eſſe illam auream telam, & pretioſam veſtẽ, in qua mira eſt varietas ſenſuum & interpretationum, non quæ laceret, aut diuidat Eccleſiæ veſtẽ,

1. Cor. 12. 4. 5. Auguſt. Hierony.

B ſed quæ exornet diſtinguatque opere plumario, ſtilo ſcribendi diuerſo, & incredibili Scriptorum Eccleſiaſticorum varietate, opere acu pingendi, & pungendi, id eſt, punctis, quæ vocant, acutiſſimis, atque ſubtiliſſimis. Tum, vt Auguſtinus ait, linguarum varietate; *Sacramenta doctrinæ in linguis omnibus varijs; alia lingua Afra, alia, Syra, alia, Græca; alia, Hebræa; alia, illa, et illa. Faciunt iſta linguæ varietatem veſtis reginæ huius.* Perſequitur & premouet allegoriam. Hieronymus ad proprietatẽ fimbriarum ſeu limbi reſpicit, *Quomodo in ſtamine, ex quo dependent fimbriæ, ſubtegmen intexitur, & tota veſtimenti virtus in ſtamine eſt, ita in varijs ſenſibus Scripturarum, in quibus veſtis Eccleſiæ omnis intexitur,*

Scriptorũ Eccleſiaſticorum varietas ad ornatum. *Auguſt.* Linguarũ varietas in Eccleſia.

C *miſcentur aliqua de natura, de moribus, & hoc ipſum ſignificat veſtis. Aaron, cocco byſſo hyacintho, auroq; contexta, quam fecerunt mulieres, quibus Deus ad texendum dedit ſapientiam.*

Senſuum Scripturarum varietas.

9 Veſtes Eccleſiæ ſancti, & miniſtri. *Euſebius.*

Si veſtes ſponſæ dicas eſſe ipſos Eccleſiæ miniſtros, ac viros ſanctiſſimus, quanta in illis varietas quanta multiformis gratiæ & conditionis diſtinctio; ſed, inquis, Homines ſunt tandem, & naturæ eiuſdem, quibus tanquam indumentis veſtitur Eccleſia. Audi Euſebium, eam varietatem intelligentem, Cęleſtium ſpirituum, qui cum omnes ſint adminiſtratorij ſpiritus, propter eos, qui hæreditatẽ capiunt ſalutis, inter nos verſantur, & veſtem Sanctorum, quæ Eccleſiam tegit, ſua ipſi præſentia multis quaſi coloribus, & imaginibus variegatam

D efficiunt, &c. cum oculi, ac lumina ſint, ocellatam reddunt, luminibuſque pulcherrimis diſtinguunt.

Angeli veſtem Eccleſiæ exornãtes.

XV. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.

XVI. Afferentur in lætitia, & exultatione: adducentur in templum regis.

1 *Verbum deducendi latum & magnificum. Explicatus Dauid.*
2 *Lætitia vox latè patens. Exultatio quid. Quid proxima.*
E 3 *Verbum deducendi nuptiale & curule. Illuſtratus Paulus. Comites ſponſi curru quoque vecta.*
4 *Concubinas non ingredi ad Regem niſi vocatas.*

1 NOn ſolum in Hebræo, ſed etiam in vulgata lectione notatur hemiſtichium prius huius verſiculi connecti cum ſuperiori, atque ex illo pendere ſenſum. Circumamicta varietatibus Regina, adducentur regi, pro adducetur regi cũ alijs virginibus ſodalibus. Regi inquam, cui ſoli ornata eſt, quippe parata viro ſuo; non alijs.

Verbum

A Verbum autem ſabal, argutiores volunt ſignificare daductionem cum pompa & iubilo, & cum quodam quaſi pompatico greſſu, cum gaudio, & iubilo: nam ab eadem radice, dicitur Iobel, id eſt, buccina, qua vtebantur in iobeleo. hinc illud Pſal. 59. 11. Quis deducet me in ciuitatem munitã, quis deducet me vſque in Idumæam? videlicet, cum pompa triumphali & regio comitatu, more victoris, cum gaudio & iubilo? & Pſalm. 67. Tibi afferent (adducent cum apparatu magnifico) reges munera. Sic ſanè procedet ſponſa obuiam ſponſo, cum virginibus, proximis, ſociabus conſuetudinarijs illius.

2 Numerus multitudinis ad augmentum.

Et venient in lætitia, in lætitijs, i. ingenti lętitia; quæ vox complectitur omne genus gaudij & hilaritatis, ſicut ſcriptum eſt Eccleſ. 8. 15. Laudaui lætitiam, quòd non eſſet homini bonum, niſi quòd comederet & biberet, atque gauderet.

B

שמחה Lætitia quid comprehendat. Exultatio, geſtus exterior. *Heſychius.*

Et exultatione. Affert etiam gaudium & tripudium; ſed quod pertinet ad geſtum externũ oris, ſaltandi, choreas ducendi, canendi, & modis omnibus internum animi gaudium ſignificandi. Heſychius in duabus illis vocibus animum & corpus agnoſcit. Affert etiam neſcio quem reſpectum ad comparem, coætaneum, ſiue ſocium, qui ſolet eſſe lætitiæ conſors: nam ab eadem radice habet nomen coæuus, aut coætaneus, Dan. 1. 10. Quare opportunè dicuntur proximæ, amicę, & ſodales ſponſæ procedere obuiam ſponſo in comitatu ſponſæ, totæ perfuſæ gaudio, cum ingenti plauſu & omnibus lætitiæ documentis, deducentes ſponſam, atque ſponſum vſque in templum Regis. Hieronymus: Ingredientur thalamum Regis; in palatium, & magnificentiſſimas ædes, vt intrent cum ſponſo ad nuptias: deinde verò, claudatur ianua.

גיל Proxima, aut ſodalis.

C

3 *Hierony.* *Matth.* 25.

Deducere. *Chryſoſ.* *Euſebius.*

Sed vtrobique eſt verbum deducendi, aut deferendi, & deportandi, non eundi proprijs quaſi greſſibus, quanuis enim Chryſoſtomus ex alia verſione citet, pro adducentur, ſequentur. Cæterum Græcum propriè ſignificat ſurſum quaſi aſſumi, aut ſublimem adduci, quò etiã reſpexit Euſebius referens ad illam Apoſtoli ſententiam. 1. Theſſal. 4. 17. Rapiemur obuiam illi in nubibus, & ſic ſemper cum domino erimus: Non enim (inquit) ibũt ad regem virgines, ſed deducẽtur, alijs eas ducentibus, nimirum ſanctis Angelis, qui eas ſublimes ferunt, & in altum euehunt. Fortè reſpicit ad Virginum comitatum, quæ etiam curribus, & lecticis ſublimes, curruum ſponſi, & ſponſæ comitabantur.

D

4 R. Dauid.

Quod dicit, cæteras etiam virgines admittendas in Regis thalamum, R. Dauid exiſtimat reſpicere ad morem concubinarum, quæ quamuis in palatio habitarent, & in domo fœminarũ, tamen iniuſſæ minimè ingrediebantur ad regem, niſi nominatim vocatæ. Et opportunè Græci omnes cum Latinis Patribus diuerſos gradus animarum, & ſponſarum Chriſti hoc loco ſignificari intelligunt.

Cõcubinę niſi vocatæ nõ comparentes.

E

XVII. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.*

1 *Numeroſæ prolis comprecatio inducens Parẽtum obliuionem.*
2 *Columba fœcunditatis ſymbolum. Ferculum Salomonis habens nomen a multiplicatione. Illuſtratus Moyſes ſemel & iterum.*
3 *Eccleſiæ ſponſæ fœcunditas. Quid ſit non naſci ſed fieri Eccleſiæ filios. Explicatus Iſaias.*
4 *Chriſti & Eccleſiæ filij per verbũ Dei. Cur ijdem patres Eccleſiæ.*

OEperat vates ad ſponſum loqui, cum dixit, Proximę eius adducentur tibi: quare etiam nunc, cum Rege ſermonem eſſe intelligunt ex Gręcis, nemo præter Didymũ: ex Latinis pauci ex antiquis, nõnulli ex recentioribus, vt Caietanus, Ianſenius, Titelm. Genebrardus: vt ſic cohæreat quod ſequitur, Memores erunt nominis tui in omni generatione. Et videtur ſic exigere affixum, tuis, quod eſt maſculini generis ſemel & iterum. Sed frequentiſſima eſt Patrum ſententia, nunc ſermonem eſſe cum ſponſa ipſa, quã ſuperius de ſuorum parentum obliuione inſtruxerat. Hierony. Auguſtinus, Chryſoſ. Baſilius, Theodoret. Athanaſius Euſebius, Nicephorus, Euthymius, Ruffinus, Caſſiodorus, D. Th. ex doctis etiam recentioribus Eugubinus, & Bredemb. Quare vel Hieronym. puncta contempſit, quibus tantum eo in loco genus diſtinguitur, vel ita ad ſponſum ſermonem eſſe, vt de ſponſæ fęcunditate potiſſimum gratularetur, quæ ſponſo prolem paritura eſſet numeroſam. Ergo pollicetur ſponſæ fore, vt omnem paternæ domus memoriam abijciat ſuſceptione prolis fęliciſſimæ, & inſtitutione nouæ familiæ, nouæque proſapiæ. Eo fortè pertinet, quod ex Hebręorum, vt videtur, ſententia Almonacirius Cant. 3. in deſcriptione genialis lectuli ſcribit, media illa quæ Salomon charitate conſtrauit, id eſt, lapidibus & gemmis charitatis conciliatricibus, effigiatum fuiſse quoddam amoris Symbolum, inter ſponſum, & ſponſam, nimirum duas columbas candidiſſimas. Nam vt ille dixit:

1 Varius nexus.

Didymus. *Ianſenius.* *Titelman.* *Genebrar.*

Hierony. *Auguſt.* *Athanaſ.* *Ruffinus.* *Eugubin.*

Amoris ſymbolum columba.

Exemplum iunctæ tibi ſint in amore columbæ,
Maſculus & totum fœmina coniugium.

Prop. lib. 2.

Quod idem Symbolum fęcunditatis fuerit, & numeroſæ ſobolis. Eſt enim, ſi vlla auis, prolis amantiſſima atque fęcundiſſima; quapropter, & ſpiritus ſancti Symbolum fuit, cuius gratia regeneramur, & numeroſiſſima prole Chriſti familia in dies multiplicatur. Cõcipiunt enim columbæ, pariunt, incubant, excludunt, enutriũt pullos decies, interdum etiam vndecies in anno, auctore Ariſtotele. 5. de Hiſt. c. 13. Varrone. 3. de re Ruſtica cap. 7. Etiam duodecies, ex Æliano lib. 1. de Varia hiſtor. c. 15. etiam ter quaterve decies, vt ſcribit Pli. lib. 10. cap. 58. nam binis menſibus terna æſtate edunt paria, & inter pullos oua inueniuntur, & alij quidem prouolant, alij erumpunt. Quare ferculum illud, ſiue lectus genialis Salomonis Hebraicè dictus eſt Apirion, a verbo Parah, quod eſt creſcere & multiplicari; ſicut primis coniugibus dictum eſt; Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Et præterea, a Ion, quod eſt columba, quaſi diceret; Multiplicatio & fęcunditas columbæ. Hanc multiplicationem, & fęcunditatem precabantur Rebeccæ fratres illius, Creſcas in mille millia, & poſſideat ſemẽ tuum portas inimicorum ſuorum. Quaſi dicerent; Pro patribus tuis, quos derelinquis, naſcantur tibi filij, quos conſtituas principes ſuper omnem terram.

2 Columba ſymbolum fęcunditatis. Columbarum conceptio & partus. *Ariſt.* *Varro.* *Plinius.*

אפריון פרה פאר *Gen.* 9. 1. 7.

Et quidem, vt ſubtiliter quidã obſeruant, verbum Para, quod eſt multiplicare, colludit cum verbo Paar, tranſpoſitis litteris, quod eſt, glorioſum aut decorum eſſe, aut habere coronam decoris, quod eleganter conuenit cum multiplica-

Paranomaſia verborũ originaliũ.

 tione

tione prolis;ſunt enim filij corona & gloria parentum.Pron.17.6. Hæc illa eſt mirabilis & domeſtica domeſticæ vitis fęcunditas & pulchritudo, quæ quamuis in lateribus domus ſit; tamen ita abundans (prop.ex Hebræo, multiplicans) eſt, vt palmites longè lateque propaget; domúque vniuerſam impleat virenti pulchritudine. Hæc illa vis & facultas fertilis & ſpecioſæ oliuæ, quæ tota nouellis germinibus circumcirca exornatur: ſicut Iere. 11.16.dictum eſt: *Oliuam vberem pulchram fructiferam,ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum*. Ergo ominatur Propheta vbertatem oliuę;abundantiam vitis, fęcunditatem columbæ.Quod vt ſponſæ Salomonis Pharaonidæ dici potuit ex lege Epithalamij boni hominis ergo: ita in illa res ipſa locum non habuit; quippe nullum Salomoni regi filium genuiſſe legitur. Ergo veriſſimè hoc dictum eſt in Chriſti ſponſam Eccleſiam olim ſterilem, poſtea matrem filiorum lætantem.

Pſa.127.3

Filia Pharaonis ſterilis.

Pſ.112.9.

3 Chriſti, & Eccleſiæ fęcunditas.

Porro de fęcunditate Chriſti ſponſæ Eccleſiæ Iſaias.c.49.18. Leua in circuitu oculos tuos, & vide; omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos, quaſi ſpōſa,& dices in corde tuo:quis genuit mihi iſtos, &c. Qui locus eleganter colludit cum noſtro Pſalmo,licèt enim in Græco propriè ſit: Nati ſunt aut, geniti ſunt tibi filij; at in Hebræo, Erunt tibi filij, aut,fient tibi filij,vt etiam legerūt Aquila,& Symmachus, vt indicet non naſci filios Eccleſiæ cum primum natura naſcuntur, ſed fieri poſtea: quare eum regenerantur,miratur Eccleſia, iam prius genitos ab Adamo,tunc regenerari a Chriſto; Vide etiam Iſai.60.4. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent; id eſt, ab alio vtero natos, in brachijs & ſinu,& latere,vel complexu ſiniſtro Eccleſiæ(quo fere latere ſemper portantur infantes) ad nutriendum collocari. Vbi Septuaginta.Filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur,

Aquila. Symmach.

Nati filij Adam ſiūt filij Eccleſiæ.

4 Eccleſiæ filij per verbum Dei.

Et mirū, illud pro patribus tuis, quòd Eccleſiæ filij per verbum Dei,quaſi per ſemen concepti, & nati,ſicut ſcriptum eſt: Voluntariè genuit nos verbo veritatis: ipſi Eccleſiæ vertantur in Patres, & multorum aliorum filiorū progenitores per idem verbum Dei,quod prędicant.Eleganter Hieronymus;*O Eccleſia, filij tui, quos genuiſti, tibi vertentur in patres tuos,cum è diſcipulis eos feceris magiſtros,et tu ſacerdotali gradu omnium teſtimonio collocaueris*. Eamdem fere allegoriæ rationem indicat Euſeb. Cyrillus verò ſubtiliter hanc ipſam filiorum Eccleſiæ dignitatem & facultatem incredibilem exponit: *Pro prioribus* (inquit) *illis Patriarchis; Abrahám patre multarum gentium, Iſaac, & Iacob, ſui populi, ſuarumque tribuum auctoribus & propagatoribus, Eccleſia habet filios plurimos, quorum ſinguli Patriarchæ exiſtunt numeroſiſſimarum familiarum; atque integros populos,& numeroſiſſimas gentes Chriſto & Eccleſiæ generant: in ordine ergo patrum* (inquit Cyrillus) *diſcipuli ſapientiſſimi Eccleſiæ præpoſiti ſunt,ideo hi ſunt Principes in omni terra.*

Hieronym.

Prædicatores verbi Dei,Patres Eccleſiæ.

Cyrillus.

Patriarchę ordinū religioſorum.

Cyrillus.

XVIII. *Memores erunt nominis tui; in omni generatione, & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.*

1 *Eccleſiæ obſeruantia erga ſponſum.*

2 *Verbum Hebraicum ſignificans duplicem actionem. Zelus diſſeminandi Chriſti nominis.*

3 *Eccleſiæ filij non ſui nominis, ſed Chriſti ſollicitè. Salomonis gloriam Chriſti figuram geſtaſſe.*

1 *Hieronym.*

Hieronymus tum ex lectione eo ſæculo vulgata numero ſingulari legit: Memor ero; tum ex Hebręo ſic transfert: Recordabor nominis tui in omni generatione, & generationem.Propterea confitebuntur tibi populi in ſæculum & in æternum,quod nos interpretati ſumus;Confitebuntur tibi; Symmachus tranſtulit,laudabunt te. Chryſoſtomus,ex alia translatione: Reuocabo in memoriam nomē tuum in vnaquaque generatione,propterea populi laudabūt te perpetuò.Theodoretus ex trium interpretum lectione: Hymnis efferam nomen tuum per ſingulam quamque generationem,propterea populi laudabunt te in ſęculum perpetuò.

Varia lectio. *Chryſ. Theod.*

Iam nunc certum videtur, ſermonem eſſe cum ipſo rege ſponſo non ſolum propter affixum maſculini generis,quod eſt in Originali, ſed propter exigentiam rei ipſius: nam, vt ait Chryſoſtomus, Vnde cœperat Pſalmus,illic deſinit.

Chryſ.

Sed nonnulla in illo varietas, Quiſnam nunc loquatur. Nam Hieronymus exiſtimat hæc eſſe verba ſponſæ: Regina (inquit) quæ ſteterat a dextris regis, intelligens quanta decoranda ſit gloria,conuertit ad ſponſum voces ſuas,& pollicetur recordaturam ſe ſemper nominis ſpōſi.quaſi diceret: ſuſcipies ex me numeroſiſſimam prolem, in quibus nomen tuum propagetur; in quibus paterna memoria conſeruetur & permaneat: non deficiet ſponſi Regis poſteritas. Idem fere Euſebius, & Nicephorus. Commodius verò dicemus cum Chryſoſtomo, & Theodoreto, verba eſſe Vatis pollicentis fore,vt ſuum carmen, quo ſponſi regis nuptias fauſtiſſimas & ſobolem fœliciſſimam celebrat,ſempiterna hominum memoria atque ſermonibus vſurpetur.

Hieronym.

Euſeb. Nicephor. Chryſoſt. Theodoret.

2

Eleganter verò dicitur in Vulgata noſtra lectione numero multitudinis: Memores erunt; quod etiam legunt Pſalterium Romanum, Æthiopicū, Arabicum,quam etiam lectionem admittit Didymus,& videtur ſequi Cyrillus,& Athanaſius, nam quod in Hebræo eſt numero ſinguli: Memor ero, aut recordabor, affert duplicem actionem in tertia coniugatione: recordari faciam, vel commemorari faciam nomen tuum; efficiam, vt vbique nomen tuum commemoretur; efficiam vniuerſos mortales memores. Sicut illud Geneſ.40.14. Memento mei, vt ſuggeras Pharaoni, id eſt, memoriam mei, fac vt habeat Pharao, vel fac illum recordari mei.ſicut & Pſalmus 37.inſcribitur:In rememorationem de ſabbatho: Hebraicè. Ad commemorandum,in tertia coniugatione,& cum duplici actione; ad faciēdum nos recordari diuinorum beneficiorum.Iſa.63.7.Miſerationum domini recordabor; recordari alios faciam: ſic hoc loco;Efficiam alios memores fœliciſſimi regis,regię poſteritatis,fœlicitatis Salomonicæ: potius Chriſtiani nominis & regni. Regnabit,vigebit Chriſti nomen in ſua poſteritate. Similis nominis in ſacro ſermone vſurpatio.1.Regum.24.22.2.Regum 14. 7. Deuter.25.6.Geneſ.48.16.Illi met filij,quos conſtitues principes ſuper omnem terram, regnum tuum ſimul cum nomine in omnia ſæcula protendent,ita Didymus. Affert etiam ea loquutio aliquid diuinum;Efficiam mea prædicatione,vt omnes te inuocent,ſicut Pſalm.19. 8. Nos in nomine Dei noſtri inuocabimus.Hieronymus ex Hebręo;

Numerus pro numero. Meminiſſe aut recordari eſt duplici actione.

Tertia Hebræorū coniugatio.

Didymus.

Hierony.

Nominis

Nominis Dei noſtri recordabimur, in periculis vſurpabimus illius memoriã, implorabimus opẽ.

3\. *In omni generatione.* Hieronymus cunctas nationes intelligit, & omnes familias Iudæorum, atque gentilium. Sed frequens ſignificatio & vſurpata generationis pro ætate & ſæculo, etiam apud profanos.

Chryſoſt. Varius nexus.

Propterea. Chryſoſtomus: Propter quænam? quòd tot & tanta rectè geſſeris, quòd tales Principes conſtitueris, quòd vitium exegeris, quòd virtutem plantaueris, quòd noſtram naturam deſpõderis, quòd hęc bona ineffabilia feceris, vniuerſus orbis terræ tibi laudem offeret. Alij ſtrictius: Propterea, quòd ego te meis carminibus celebrem, alij allicientur ad ſimile tuarum laudum ſtudium. Alij ſimplicius & frigidius: Propterea quòd alij tui notitiam acceperint, te celebrabunt. Alij etiam ſtrictius, ſed vtilius: Propterea quòd digniſſimos Principes non ſui, ſed tui nominis ſtudioſos conſtitueris in omni terra, vniuerſi populi ad tui nominis cognitionem & confeſſionem adducentur. Pendet ex Principibus ſalus, ſtudium, religionis cultus, pietas populi & ſubditorum.

Ex Principibus pietas populi. Confiteri.

Confitebuntur, inquam, gratias agent, magnitudinem tuam agnoſcent, colent, & impenſis obſequijs omni ſemper tempore prædicabunt: Hæc confitendi vis, & vſus.

Virg. Eclog. 5. Daph.

Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Eximia tandem Regis Salomonis gloria, vt vel in illo Chriſtus Dei filius prædicetur, vel ex illo ad Chriſtum regem facilis & ſine vllo interuallo tráſitio fiat; atque illius Nuptiæ ſacramentum magnum ſint: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.

CAP. V.

Ieroſolymitani Templi toto orbe nominatiſſimi ædificator Salomon.

Ad locum Sap. 9. 8. Tu dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinem Tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio.

Templum omniũ Salomonis operum magnificentiſſimum.

VT fuit Salomonicum Templũ inter cætera Salomonis opera, primum, atque magnificentiſſimum; ita ſanè prætermitti non debuit, ne qua in noſtra hiſtoria inanitas relinqueretur; neq; non primo à nobis loco proferri & indicari, potius quam exponi. Quippe ſi res tanta pro dignitate tractãda eſſet, iuſti operis argumentum futurum eſſet; ſed quod in præſentiarũ à nobis ſuſcipi, minus neceſſarium videri poſſit; cum in illo quinque noſtri ordinis viri doctrina & eruditione conſpicui ſtrenuè laborauerint; à quibus ſi quædam mutuata lectori proponerem, domeſticis ſanè vterer, non alienis; ſed tamen in pleriſque actum videret agere. Primus namque Alfonſus ille Salmeron, vir procul dubio ſacrarum litterarũ ſcientia nemini poſthabendus, qui to. 1. Prolegom. 42. dum Vrbem Ieruſalem deſcribit, Templi quoque, vt quòd Vrbis pars eſſet ampliſſima, atque pulcherrima, deſcriptionem per ſumma capita aggreditur. Sed cui propoſitum eſſet nihil premere, nihil vrgere, tantum communibus quibuſdam & vulgatis opinationibus vti, probabilibus tamen, & ſapiente viro non indignis, quãuis multa à Montano mutuetur ex libro Templi Fabrica.

Scriptores de Tẽplo. Salmeron.

Secundus, Franciſcus Ribera quinque libros edidit *de Templo, & de his quæ ad Templum pertinent* ſolidioris doctrinæ: ſed quibus, vt qui ex primis ſcripſerit, multa deſint, aliquid etiam demi poſſit. Tertius, Sebaſtianus Barradas tom. 2. ſuæ Concordiæ, integro fere lib. 3. id eſt, à cap. 9. vſque ad 54. dilucidè atque vtiliter, vt eſt vir præter doctrinam pietate ſingulari, rem eandem, *de Templo Ieroſolymitano, & templi miniſtris*, perſequutus eſt; ſemper ſanè probabilibus, non ſemper probabilioribus vſus. Quartus, Ioannes Azorius to. 1. Inſtit. Moral. lib. 6. à c. 24. vſque ad 56. ſacrificiorum, ſacerdotum ac templi rerum ſummam, neque memoriæ iuuandæ inutilem, neque ingratam lectori confecit, vt erat iucundiſſimæ cuiuſdam varietatis cum breuitate doctrinæ ſtudioſiſſimus. Quintus, idemque vltimus Ioannes Villalpandus, magnificentiſſimo atque ampliſſimo in Ezechielem Apparatu, tomo præſertim ſecundo, vniuerſam Templi fabricam; atque tum omnia Architecturæ præcepta, & quæ ad Mathematicas rationes, & computationes ſpectant; tum quæ ad opulentiam tantæ fabricæ, diligentiſſimè atque latiſſimè expoſuit, neque nõ copioſiſſimè atque locupletiſſimè exornauit: nihil vt addi poſſe videatur; detrahi fortaſſis plura cum magni illius operis compendiũ aliquod vulgari vſui opportunius, ab eodẽ ipſo auctore conficietur; quod ſcio illum in animo, & in votis habere.

Ribera. *Barradas.* *Azorius.* *Villalpan.*

Ergo pauca quædam nobis reliqua, quæ vel alijs non ſatis expoſita, vel non ſatis dilucidè, vel ſatis diſperſa ad noſtram hiſtoriam complẽdam & exornandam ordine & methodo producemus; atque eo gratius à lectore ſuſcipienda, quo poſt alias aliorum lucubrationes, non minori fortaſſe cura & labore collecta, non minus quoque lucis & ornamenti grauiſſimæ diſputationi ſint allatura. Hiſtoriæ verò ipſius filũ tenebimus, vt huius fabricationis, quaſi per ſuos gradus & tẽpora hiſtoriam deducamus; poſtquam in vniuerſum ſpeciem quandam eius magnitudinis & ſplẽdoris repræſentauerimus.

Autoris ſcopus in hac tractatione.

SECTIO I.

Templi magnitudinis, & ſplendoris per ſumma capita indicatio, & commendatio.

1. *Templi regalis magnificentia deſcripta ſummatim in lib. Machab. Magnitudo requirens omnium humanam potentiam.*
2. *Cur nomine cæli ſignificetur. Illuſtratus Dauid. Operis præſtantia. Quid timere. Illuſtratus locus Reg. & Dauid.*
3. *Amplitudo illius inſtar ciuitatis. Illuſtratus Dauid & Ioannes. Fortitudo inſtar vnicornis. Explicati Dauid & Iſaias.*
4. *Templum ſalutare orantibus. Virtus ſalutaris Monocerotis. Diuturnitas. Explicatus Moyſes.*
5. *Vbi ante templum ſacrificare licuit. Excelſa. Illuſtrati ſemel & iterum locus Regum, & Ioannes.*
6. *Quæ excelſa non ſublata à regibus. Et quod eiuſmodi peccatum. Illuſtratus locus Regum.*
7. *Templi celſitudo. Montes & colles religioſi. Templum inſtar tituli ſublimis. Explicati Iſaias & Ezechiel, & Moyſes.*
8. *Externa illius facies pulcherrima. Architecturæ genus.*

genus. Templa profanorum Deorum qualia. Sacerdotes quales.

9 *Voluptas & gaudium orantium in templo. Diuini complexus. Deus pater familias. Illuſtrati, Moyſes, Dauid, Iſaias.*

10 *Opulentia incredibilis, & ſumma ſanctitas. Deus renuens habitare in medio impiorum. Illuſtrati, Moyſes, Ierem. Ezech.*

11 *Templum mundi maioris imago, atque etiam minoris Chriſti corporis. Eccleſia triumphantis. Illuſtrata Sapientia, Dauid. Ioan.*

1. Capita deſcribendi Templi.

QVod in deſcribẽda regali aliqua & magnificẽtiſſima domo Oratores ſeruant, vt à certis locis illam commendent, hoc à nobis in præſenti ſeruandum, vt Tẽplum Salomonicũ, ab illius primo auctore, habitatore, ædis ipſius ſanctitate, maieſtate, gloria, opulẽtia, pulchritudine, celſitudine, fortitudine, ſuppellectile, atq; cæteris, quæ decent domum Dei, breuiſſimè deſcribamus.

Templi regalis magnificẽtia.

Et primò quidem habuit Salomonicum Templũ in vniuerſum quidquid ad regalis palatij magnificentiam deſiderari, à quoquam, aut excogitari potuiſſet. Quod breui quadam, ſed incitatiſſima lamentatione ab oppoſitis, complexus eſt auctor Machabæorum lib. 1. c. 1. 41. 42. Sanctificatio eius (commendatiſſimum enim erat templum à ſanctitate, ideo vocabatur *Sanctificatio, Sanctum, Sanctitas*. Pſal. 141. 1. & 62. 3. & 23. 3. Exod. 15. 17. Pſal. 67. 36. 1. Paralip. 28. 10. & ſæpe alibi.) deſolata eſt ſicut ſolitudo: (quippe erat commendatiſſimus locus à frequentia populi, peregrinorum & aduenarum eò confluentium) dies feſti eius (ſtatis enim temporibus celeberrimum erat Paſchatum, & aliarum ſolemnitatum celebritatibus, eo aſcendentibus voti ſoluendi cauſa, & legis implẽdæ ex vniuerſi regni angulis.) conuerſi ſunt in luctum. Sabbata eius (quibus potiſſimum frequentabatur à populo ſanctè feriato) in opprobrium. Honores eius (nam 2. Machabæor. 3. 12. Per vniuerſum mundum honorabatur pro ſui veneratione, & ſanctitate, tum etiam miſſis donarijs, atque pretioſis anathematis conſecratis ab vniuerſis gẽtibus colebatur) *in nihilum. Secundum gloriam eius* (id eſt, ex proprietate vocis, & vſu ſacri ſermonis, ſecundum grauitatem; plena enim erat omni pretio templi maieſtas, dignitate, diuitijs, auctoritate, ſanctitate, & omni amplitudine, & ſplendore, non vnius tantum, ſed omnis generis) *multiplicata eſt* (multiplici ratione, & omni genere ſqualloris, egeſtatis, ſolitudinis, obliuionis, & extremi contemptus) *ignominia eius: Et ſublimitas eius* (ſummũ excellentiæ faſtigium) *conuerſa eſt in luctum*. Sed hæc particulatim numeranda.

Sanctitas.

Frequẽtia.

Donaria, & anathemata.

Gloria qd proprie.

Tẽpli magnitudo ab habitatore Deo.

Secundò ergo Templi magnitudo commendabatur Dauidi & Salomoni ab habitatore Optimo Maximo. De quo eſt illa honorificentiſſima atque magnificentiſſima vox. 2. Paral. 2. 5. 6. *Domus quã ædificare cupio, magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter ſuper omnes Deos. Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum?* Dauid vero 1. Paral. 29. 1. 2. *Opus* (inquit) *grande eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. Ego autem totis viribus meis præparaui impenſas domus Dei mei.* Et iterum 1. Paral. 22. 5. Vbi vides omnes humanæ ſapiẽtię & potentiæ neruos contendiſſe duos potentiſſimos atque ſapientiſſimos Reges in Templi ædificium. Quare Sap. 9. 9. obnixè poſtulat ſapiẽtiam Salomon, quæ doceat quid Deo habitaturo placitum & opportunum futurum ſit. Denique Vniuerſam Salomonis gloriam, & ſapientiam in vnius Templi miniſterium & fabricam, Salomoni donatam fuiſſe, dicemus ſect. 3.

2. Templũ ab habitatore dicitur Cælum.

Hinc illa *Cæli* pro Templo vſurpatio; cum enim ſplendidiſſima atque ampliſſima Dei ſedes & habitatio cælum ſit, atque optimum, quod cælum habet, Deus ſit, vbicunque deinde tãquam in propria & peculiari ſede Deus habitet, cælum eſt, & cælum dicitur nominis ratione ſumpta ab ipſo ſupremo cæli habitatore Deo, ſicut ſcriptum eſt, Pſ. 72. 25. *Quid mihi eſt in cælo, & à te* (præter te) *quid volui ſuper terram?* propriè ex Hebræo: *quis mihi in cælo? & tecum non optaui in terra*: ſiue, vt Kaldæus legit: *tecum ſocium non volui in terra*. q. d. Cælũ mihi ſine te nihil eſt, ac tu ſolus mihi ex terra cælum efficies, ſi in terra mihi adſis: vbi enim fueris, ibi tandem ipſiſſimum cælum erit; quod enim in Hiſpano prouerbio eſt; *Alli eſt à la corte donde eſt el Rey*. Hoc de cælo: *Alli es el Cielo dõde Dios eſtà*. Sed de hac cæli pro templo appellatione poſtea à nobis explicatius dicendum.

Fabrica magnitudo

Tertiò, in vniuerſum etiam cõmendatur opus, & templi fabrica à magnitudine, quæ omnẽ præſtantiam complectitur. 1. Paral. 29. 1. 2. 2. Paral. 2. 5. 6. cũ magnitudine coniuncta eſt illa tanti operis clariſſima cum fama notitia, de qua Dauid. 1. Paral. 22. 5. cõcipiebat animo talem eſſe futuram, *vt in cunctis regionibus nominaretur*. Quare & Titus Imperator, coram quo deliberatio habebatur de expugnando & incendendo templo, affirmabat; Nunquam ſe tantum opus incenſurum: iam enim Romanorum fore hoc damnum, ſicut ornamentum quoque fore Imperij, ſi maneret, referẽte Ioſepho lib. 7. de Bello. cap. 9. Quare Cornelius Tacitus malè licèt in res & gentem Iudæorũ animatus, lib. tamen. 5. Hiſtoriarum immenſæ opulẽtiæ templum Ieroſolymæ fuiſſe ſcribit, & iterum, *Templum in modum arcis, propriique muri, labore & opere ante alios. Ipſe porticus, quis templum ambiebatur egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cauati ſub terra montes, & piſcinæ ciſternæque ſeruandis imbribus*. Quibus ea omnia complexus eſt Tacitus, quæ ad Templi articulos magnitudinẽ a priſcis deſiderabantur, & quæ nominatim requirit Vitruuius. Tantam magnitudinem animo concepiſſe videtur Salomon propoſitam ſibi à parente, ita vt, ne deſponderet animo, oportuerit illis parentis verbis excitari; Viriliter age, & conſortare, & fac, ne timeas, & ne paueas: Dominus enim Deus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus Domini: ſiue, vt Septuaginta legunt: *Omne miniſterium operis*. 1. Paral. 28. 20. Illud autem verbum timendi, affert neſcio quam rei viſæ propter magnitudinem, aut quampiam aliam cauſam videndi formidinem, ita vt vel cogat auerſarios, vel oculos claudere: quaſi diceret: Ne oculos à re tãta aggredienda auertere, in eam intende: *Pon en ella los ojos y haz le roſtro*: ſicut ab eadem radice dictum eſt. Pſal. 111. 8. Confirmatum eſt cor eius, non commouebitur. Hieronymus ex Hebræo: Firmatum eſt cor eius, non timebit: vel, vt alij legũt: ſuſtentatum eſt cor eius. Sic hoc loco; Diuinitas te virtute confirmabit, vt ne auerſeris tantũ opus. Verbum autẽ pauendi cõſternationem affert animi & virtutis, qua aliquis refugit, ſicut dictum eſt: Neo timere te faciam vultum eorum, Iere. 1. 17. & iterum Pauebunt fugientes, quaſi diceres, *No rehuſes la carrera ni bueluas las eſpaldas*. Vide ergo tantam magnitudinẽ cum ſumma difficultate coniunctam, ac non niſi diuina quadam virtute ſuperandam.

Tẽplum ornamentum Imperij.

Ioſephus.

Tacitus.

Vitruuius.

Time.

Pauere qd proprie.

חתת

Iſa. 31. 9

Quartò,

3. Amplitudo Tépli quaſi ciuitatis.

A Quartò, nominatim commendatur ab amplitudine, cum Ezech. 40. 2. dicitur fuiſſe quaſi ædificium ciuitatis, nimirum propter amplitudinem, & partium multitudinem & varietatem, numeroſiſſimumque miniſterium. nam Leuitæ & miniſtri templi exercitum conficiebant, vt tum ex alijs locis, tum ex 2. Paralip. 23. 5. 6. 8. conſtat. Adde multitudinẽ atriorum, murorum, propognaculorum, miniſtrantium in templo cubiculorum: Denique propter partes quaſdam ad publicos exterorum vſus, partes ad ciuium vrbanos, partes ad domeſticos, quæ ſunt potiſſimæ ac neceſſariæ vrbis alicuius ſuis numeris perfectæ diuiſiones & partes.

Partium ędificij varietas & numerus.

Quare & de Templo ſermonem eſſe, Pſalm. 47. 3. cum dicitur, *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni*, quorundam interpretatio eſt. Atque adeo ad templũ alluſionem fieri quaſi ad ciuitatem, cum Apocal. 21. 10. Vidit Ioannes ciuitatem Sanctam Ieruſalẽ, indicat Ambroſius eo loco.

Ambr.

Templi firmitas.
Vatab. Pagnin. Regia Nebienſ.
Caiet.
Excelſa.
Genebrard.
רמים
Hieronym.
Kaldæus.

B Quintò, à fortitudine & firmitate, Pſal. 77. 69. ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra, quam fundauit in ſæcula. Licet enim propriè ex Hebræo alij legant; ædificauit ſicut palatia excelſa ſanctuarium ſuum; aut velut excelſa; quòd cum Caietanus intelligat in ſimilitudinem cęlorum, qui per excellentiam excelſi ſunt; alij excelſa & ſuperba palatia. nam dicunt Vnicornes conſtruere ſibi magnificas & inſignes manſiones præ ceteris animalibus, quare coniungunt vtrumque ex originali, videlicet, excelſum, & Rhinocerora. nam excelſum & pretioſum per excellentiam eſt cornu Monocerotis, vt etiam legit Hieronymus: *In ſimilitudinem monocerotis*; & Kaldæus: *Sicut cornu naricornis*: tamen potius videtur referendum ad altitudinem & fortitudinem arcium regalium, quæ in locis editiſſimis atque fortiſſimis extrui ſolebant. Sicut etiam Iſaias ait cap. 2. 2. Erit præparatus (firmus, ſtabilis) mons domus Domini in vertice montium, alluſione etiam facta ad altaria, & excelſa falſæ religionis, quæ etiã ſolebant conſtitui in montibus & locis editioribus; & eleganter confertur cum cornu monocerotis, quod & loco edito animalis collocatum eſt: eſt pręterea duriſſimum atque fortiſſimum.

Altaria in montibus.

C Porro de illa templi firmitate & diuturnitate, cuius ſymbolum fuerunt duę illę columnæ Iachim & Booz, quas in veſtibulo Sanctorum erexit Salomon, & de diuinis promiſſionibus tuendi & ſeruandi domum illam in ſempiternum, vide quæ inferius dicemus, vbi de dedicatione templi ad cap. 8. lib. 3. Regum verſ. 2. cum conuenit ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael *in menſe æthanim*, qui interpretatur *menſis fortium*.

Duę tépli columnæ ſymbolum diuturnitatis.

4.
Theod.
Baſilius.
Vnicũ Téplum cur.

D Adde ſextò etiam cum Theodoreto & Baſilio, cum Vnicornis vnico tantum cornu armatus ſit, deſignari vnicum illud templum, vſu Deo colendo conſecratum, longè profectò aliter, quàm Roma poſtea omni ſuperſtitione refertiſſima, quæ, vt Leo Pontifex ait, cum *pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.* Quare Poeta numerat.

Leo Serm. 1 de Petro & Paulo.
Romę quot idolorum olim tépla.
Virgil. 8. Æneid.

Maxima tercentum totam delubra per vrbem.

E Longè aliter tunc vrbs illa vnico erecto & pręcelſo templo inſtar *vnicornis*: nam profectò Roma multis erectis idolorum téplis Beſtia erat multorum capitum, multorumque cornuum. nunc verò multis ſanctiſſimis templis nõ multis numinibus, ſed vni vero Deo cõſecratis, vnicam illam ex vnica religione, & fides vnius Dei potentiam & firmitatem ſæpius repræſentat.

Dan. 7. 7.
Apoc. 5. 6.
Eccleſiæ Chriſtianæ cur plura templa.

A Illud etiam elegãter ex illa Rhinocerotis, cuius cornu ſalutare eſt, cũ templo comparatione colligi debet, peti ex templo debere, quippe ex domo orationis, omnem mentis & corporis ſalutem; omnę antidotum aduerſus venena ſerpentis inuiſibilis; omne auxiliũ aduerſus hoſtes viſibiles. Denique ſicut dicũt monocerota ſalutari virtute aquas tingere, atque omni labe & infectione purgare: ita ſanè ad locum orationis & templi confluens populus (nam *aquæ multæ populi mali*) tingetur ſalutari virtute, mundabitur, expurgabitur.

Templum ad incolumitatẽ poſtulandam.
Apoc 17. 15.

B Et verò cum hac fortitudine & firmitate coniuncta eſt illa ſæpius promiſſa templi ſempiternitas: per prophetam enim de templo, quod ſucceſſerat Tabernaculo transferendo aliquando in Templum, ac nullis fundamentis conſiſtenti, videtur à Dauid dictum fundatum in ſæcula, ſicut & à Moyſe, Exodi 15. 17. Sanctuarium tuum, quod firmauerunt manus tuæ. Quare ipſe Deus ait, Se *elegiſſe locum Templi, vt eſſet nomen ſuum ibi in ſempiternum, & permanerent ſui oculi, ſuumque cor ibi cunctis diebus.*

Cur dicatur Templũ fundatum.
2. Par. 7. 16.

5. Ad téplum Ieroſolymitanũ reuocata omnia altaria.

Porro cum vnitate templi inſtat ſingulari illius cornu monocerotis, coniuncta eſt illa alia veluti lex de reuocandis diuerſis locis, in quibus ante ædificatũ templum licitum erat ſacrificare, ad vnicum Ieroſolymitanum Templum, in quo tantum

C poſtea ſacrificare licuit. Quare vel in monte Sion coram Arca, vel in Gabaon, vbi altare erat, indiſcriminatim ſacrificare licuiſſe tradunt Theodoretus, Procopius, Nicolaus, Dionyſius, Caietanus, Abulenſis, vt ſuperius libro 3. indicabamus. Fuiſſe etiam plura excelſa, in quibus vero Deo ſacrificabant Hebræi, id eſt, plures aras in præcelſis collibus, aut montibus, ſatis colligitur ex illo 3. Regum 3. 4. *Abijt in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximum*, quaſi alia excelſa tunc temporis extarent ad ſacrificandum, ſed minus celebria. Et diſertis verbis eodem loco Numero 3. dicitur: *Dilexit Salomon Dominum excepto quòd in excelſis immolabat.* Quod non dici ad aliquam Salomonis notam, vel reprehenſionem,

Theodoret.
Procopius.
Nicolaus.
Dionyſius.
Caiet.
Abul.

Ante Templũ plura excelſa.

D ſed potius ad laudem illius pietatis & religionis videtur ex quorundam interpretatione: nam legit Tigurina, Pagninus, Regia; *Dumtaxat in excelſis ſacrificabat.* Vbi Vatablus: *Non taxatur* (inquit) *Salomon: tunc enim illi licebat, quòd in altari Moſaico immolare non poſſet, quod erat in Gabaon.* Quaſi diceret: Salomonem neque alibi ſacrificaſſe, neque alios ſacrificare paſſum fuiſſe, quàm vbi parentem ſuum Dauid ſacrificare viderat. Præcedit enim: *Dilexit Salomon Dominum ambulans in præceptis patris ſui.* Et quidem illa eſt proprietas vocis originalis *Rak*, vt ſit particula, quam vocant, exceptiua, vel excluſiua, quæ cum etiam poſſit ſumi cum aduerſatione quadam, & quaſi cum extenuatione; nã deducitur à radice *Rakak*,

Pagninus.
Regia.
Salomonẽ ſacrificaſſe in excelſis, an ad laudem.
רק
Particulæ exceptiuæ vis.

E quod eſt, extenuare, alij ſumunt pro verumtamen, vt extenuetur ex ea parte pietas Salomonis, quod in excelſis ſacrificabat, vbi tamen minimè ſacrificauerat pater ſuus Dauid, qui vulgatæ videtur lectionis ſenſus, & ſequitur Iſidorus Clarius; atque indicat Procopius. Denique populum nõdum habentem ædificatum templum idoneam excuſationem habuiſſe, vt poſſet varijs in locis excelſis ſacrificare, docet Theodoretus 3. Regum q. 12. & ibi Procopius, & apertè indicatur 3. Regum 3. 2. Populus immolabat in excelſis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem illum.

רקק
Iſidorus. Clarius.
Theod.
Procop.

Sed

A Sed tamen ædificatio templo tanquam in vnicum & ſingularem locum, in quo oculi & cor Dei eſſent, confluxit omnium aliorum locorum, & altarium ſanctitas, & religio; ac niſi in illo ſacrificare non licuit; idque ex præcepto legis, Deuteron. 12.13. & 14.23.34. & 26. 2. 1. Paralipom. 17.6. 2. Paralipom. 6. 6. Pſalm. 77.68. Quare fuiſſe contra legem, & illicitum, extra Templum Ieroſolymitanum ſacrificare, quamuis Deo vero, docent Hieronymus ſuper id Oſeæ 4.13. [Super capita montium, In lege (inquit) præceptum eſt, vt non ſacrificetur Domino, niſi in loco, quem elegerit Dominus Deus, & iuxta altare lucus & arbores non plantentur, ne ſcilicet paſſiua & voluptuoſa religio auſteritatem vnius & veræ religionis euertat; E contrario Iſrael ſacrificabat in montibus
B excelſa terræ diligens loca, quia excelſum reliquerat Deum. Hoc eſt quod legimus de ſingulis regibus; verumtamen excelſa non abſtulit.] Theodoretus 3. Reg. 9.12. vbi Procopius, Nicolaus, Abulenſis, Caietanus, 3. Regum 3. & 3. Regum 22. & 4. Regum 14. quibus etiam locis Hugo Cardinalis, Iſidorus Clarius, & communis interpretum ſuper id Ioan. 4. 20. *Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.* Vbi Toletus Cardinalis, Salmeron tom. 4. Tract. 21. Ioan. Maldonatus, Barradas tom. 2. Concor. lib. 4. c. 10. & tom. 1. lib. 5. cap. 15. Gagneius, & videtur Ioſephus lib. 12. Antiquit. c. 1. Quare de adoratione per ſacrificia & externas cerimonias videtur dictum à Chriſto Domino ad Samaritanam: *Nos adoramus quod ſcimus*; nimirum adorando & ſacrificando in templo.
C

Nō licuiſſe extra templum ſacrificare.

Hieronym.

Theod. *Procop.* *Abul.* *Nicol.*

Toletus. *Maldon.* *Barradas.* *Ioſephus.* *Ioā. 4. 22.*

Ex quo iam colligitur, quòd illud poſteriorum Regum peccatum tam ſæpe repetitum atque notatum in Scripturis, quòd etiam pij alioquin & ſancti reges, *excelſa non abſtulerint*. Quamuis enim quædam excelſa fuerint, in quibus vero Deo ſacrificabatur; tamen peccabat populus ſacrificando extra templum Ieroſolymitanum, & ſi non colendo idola; at idololatrarum ritus & ceremonias imitando colendo verum Deum in collibus, & in excelſis contra Dei legem, & ritum præſcriptum. Cui rei tam erat populus aſſuetus ex vulgari illo more, & ſæculo, ante ædificatum templum, vt dixerit Auguſtinus quæſt. 36. in lib. Iudic. [Tanta
D conſuetudo præter tabernaculum ſacrificandi crebuerat, vt etiam Salomon in excelſis ſacrificaſſe inueniatur, nec eius ſacrificium fuiſſe reprobatū. Ita Deus conſuetudinē populi ſui, qua præter eius tabernaculum, tamen non dijs alienis offerebant, ſed Domino Deo ſuo, ſuſtinebat potius, quàm vetabat, etiam ſic exaudiens offerentes.] Atque cū ipſe Auguſtinus dicat ante ædificatum templum legitimè ſacrificari nō potuiſſe niſi coram Tabernaculo, tamen poſt ædificatum templum cōtra legem fuiſſe, cum populus ſacrificabat in excelſis. Auguſt. verba hæc: [Quæri poteſt, quare Gedeon auſus fuerit offerre Deo præter locum, vbi iuſſerat Deus: præter tabernaculū quippe ſuum Deus prohibuerat ſacrificari ſibi: cui tabernaculo templum
E poſtea ſucceſſit, ſed intelligendum eſt, quòd illum angelum, primò prophetam putauerat, & tanquā Deum in illo conſuluerat de offerendo ſacrificio. Quòd ſi ille prohibuiſſet, non vtiq; fieret; ſed quoniā approbauit, &, vt fieret, annuit: Dei auctoritatem Gedeon in faciēdo ſecutus eſt. Nā & ſic Elias extra tabernaculū Domini ad cōuincendos ſacerdotes idolorū ſacrificauit: quod ex præcepto Dñi feciſſe intelligendum eſt. Et tñ notantur reges, qui inter opera laudabilia ſua, nō deſtruxerunt excelſa, vbi contra legē Dei populus ſacrificare conſueuerat. Et q deſtruxit maiori pdicatione laudatur.

Peccaſſe Reges qui excelſa nō abſtulerūt.

Auguſt.

A Ex quo inferuntur duo; Primum, Reges illos qui in Scriptura commendantur, vt Aſa 3. Regum. 15. 12. 24. qui excelſa non abſtulit: & Ioſaphat 3. Regum. 22.43. & Amaſias 4. Regum 12. & c. 14. 4. Et Azarias 4. 4. Regum 15. 4. & Ioathan Regum 15.35. Hos, inquam, vel laudari quòd in vera Dei religione & fide conſtantiſſimi fuerint: quamuis in quædam peculiaria peccata inciderint, inter quæ fortè fuit neglectus aliquis & permiſſio excelſorum, in quibus tamen Deo ſacrificabatur; vel ſi de omni peccato intelligendum eſt, certè in illis non fuit facultas tollendi excelſa, quamuis votum & conatus non defuerit. Quare laudatur tandem Ezechias, quod excelſa abſtulerit. 4. Regum. 18. 22. Ioſaphat. 2. Paralip. 17.6. *cum ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, etiam*
B *excelſa & lucos de Iuda abſtulit*. Quare alijs votum non defuit, auſus defuit: *Bien quiſieran, mas no ſe atreuian.* 6

Cur reges laudentur, qui excelſa non abſtulerant.

Ioſaphat ſumens audaciam ad auferenda excelſa.

Secundum colligo, grauius quidem peccatum fuiſſe, illum excelſorum abuſum, & ſacrificandi extra templum, neque tantum leuius, vt exiſtimat Dionyſius 3. Regum 15. quia propriè contra legē & diuinum præceptum, vt ex frequenter Patrum & interpretum ſententia iam oſtendimus: quæ omnia mirum eſt quantum templi ſanctitatem & dignitatem amplificent. Sed iam ad alia capita magnitudinis Templi.

Dionyſius.

Septimò, ipſa templi & loci, in quo erectum fuit, celſitudo, mirum in modum illius amplitudi-
C nem extollit: præterquam enim quòd loca ſemper ſublimia, mōtes & colles, religioſa habita fuerint: tamen locus excelſiſſimus vrbis honorificentiſſimus habitus eſt, ac non niſi Dijs Maximis, *quorum in tutela maxime ciuitas videretur eſſe, videlicet Iouis, Iunonis, & Mineruæ templis dedicatur: vnde mœnium* (vt Vitruuius dixit) *maxima pars conſpiceretur.* Quare & in ſuo illo templo Iunonem precabatur, quaſi obſecrans per Templi celſitudinem, qui dicebat. 7

Celſitudo Templo ſ. religioſ. Montes & colles religioſi.

Vitru. li. 1. cap 7.

Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum,
Non procul à cælo per tua templa ſumus.

Rutilius.

D Ergo cuſtos ille ciuitatis & vigil, in celſiſſimo loco ſuam domum conſtituit. Quæ etiam laus in illa monocerotis comparatione continetur: tuam præterea in illa Beniamini benedictione, in cuius ſorte cum templum & mons Moria cenſeretur, dictum eſt a Moyſe, Deuteron. 33.12. *Beniamin amantiſſimus Domini inter humeros illius requieſcet*; quod videlicet Templum inſtar ſupremi capitis monti Beniaminitico, velut humeris imponendum eſſet, vt toto corpore emineret, de quo inferius a nobis dicendum. Atque eodem reſpexit Ezechiel cap. 40. 2. cum ait, in viſione & deſcriptione Templi: Dimiſit me ſuper montē excelſum nimis, ſuper quē erat ædificium ciuitatis vergentis ad Auſtrū. Et ſi-
E militer Ioan. Apocal. 21. 10. cùm ait, Sublatum ſe in montem magnū & altum, vbi vidit ciuitatē ſanctam Ieruſalem. Quod de templo, & propter Templum, dictum eſſe, agnoſcit Ambroſius eo loco. Atque eò etiam reſpexiſſe Nabuchodonozorē Iſaias cap. 14. 12. 13. Illuſtri quadam alluſione teſtatur: *Qui dicebas in corde tuo, in coelum conſcendam* (in Templum, quod Dei ſedes & regia eſt, loco cœlum: quod in celſiſſimo loco, ideo conſcendendum) *ſuper aſtra Dei.* (Nam Iſraelitæ cum ſtellis cœli comparabantur, iam inde ab illa Dei promiſſione facta Abrahamo) *exaltabo ſolium meū: & ſedebo in monte Teſtamenti.* (propriè ex Hebræo, in monte conuen-

Dan. 4. 10. 14. 20.

Templum inſtar capitis in loco ſublimi.

Ambroſ Illuſtris alluſio.

Templū, Cælum, Iſraelitæ, Aſtra.

Gen. 22. 17.

מועד

conuentus, celebritatis, cõcionis. Pagninus, *Eccleſia*; quod nomen erat præcisè illius montis propter Templum, quò populus conueniebat. Peculiariter etiam Septuaginta indicarunt ſitum templi, legentes: *Sedebo in monte excelſo ſuper montes excelſos, qui ad Aquilonem.* Quod idem videtur eſſe cum illo; *Erit mons domus domini præparatus in vertice montium*: de quo iterum à nobis, & exquiſitius dicendum.

Iſa. 2. 2.

Tituli vbi erecti, & ex quia materia.

Nunc tantum, ſicut quondam tituli erigebantur, figebanturque in locis editiſſimis ad facinoris alicuius præclariſſimi monumentum ſempiternũ, & ex materia aduerſus omnes temporis iniurias firmiſſima, videlicet ex marmore, aut alio lapide diuturno, quos dijs conſecrabant, vt maiori in veneratione haberentur, & inuiolabiles eſſent à latronibus: ita ſanè templum diuinæ magnificentiæ, atque ſanctitatis monumẽtum ſempiternum in capite montium erigi Deus voluit, ac ſibi conſecrari, in quo adoraretur à mortalibus, poſtquã vanos alios & ſuperſtitioſos titulos improbarat, Leuit. 26. 1. Non facietis vobis idolum, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Ac fortè ad eum factum montem reſpexerunt Syrialſi, qui de Hebræorum Deo dicebant 3. Reg. 20. 23. Dij montium ſunt dij eorum, ideo ſuperauerunt vos.

Templũ inſtar tituli.

8\.

Templi à longe conſpecti ſpecies.

Octauò cum eo quod diximus, videtur coniuncta eximia quædam pulchritudo & voluptas, qua perfundebantur, ſiue qui à longè templum in ſummo loco conſtitutum intuebantur; ſiue qui oraturi propius accedebant, & ingrediebantur. Exteriorem autem templi conſpectum pulcherrimum in hæc verba deſcribit Ioſephus 6. de Bello. cap. 6. [Exterior autem facies nihil quod animus, aut oculi mirarentur, non habebat. Cruſtis enim aureis grauiſſimis vndique tecta vltra primos ortus igneo ſplendore lucebat, vt cum intuerentur, conuenientium oculi, quaſi ſolis radijs auerterentur. Hoſpitibus quidem adeuntibus procul monti niueo ſimilis videbatur: nam vbi deauratum non erat templum, candidiſſimum erat. In ſummo autem aureis verubus horrebat acutiſſimis, ne ab inſidentibus auibus pollueretur. Accedit totius ædificij ſumma & perfectiſſima ſymmetria cum incredibili decore. *Decor* autem (vt definitur à Vitruuio) *eſt emendatus operis aſpectus, probatus rebus compoſitis cum auctoritate*. Habuitque templum Salomonicum illa omnia quæ ad decorem in aliorum falſorum numinum templis ſuperſtitioſè ſeruabantur. nam *Ioui Fulguratori, & Cœlo & Soli, & Lunæ ædificia ſub diuo conſtituebantur: horum enim Deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque lucenti præſentes videmus*, inquit Vitruuius. Sic in templo plura & ampliſſima atria aperta erant. Partes item ſub tecto, & quidem triplici trabeatione. Habuit item, quod ædes Doricæ Mineruæ, Martis, & Herculis, habere ſolebant: his enim Dijs propter virtutem ſine delicijs conſtituebantur. Erat enim templum fortiſſimum & ſolidiſſimum. Habuitque ſimul quod templa *Veneris, Floræ, Proſerpinæ, quibus propter teneritatem Corinthio genere graciliora & florida, foliiſque & volutis ornata opera*, fiebant; habuit enim templum etiam hæc tenera & mollia, tum ex opere Corinthio, tum ex palmis, & fructibus inſculpta ornamenta, quæ ſunt illæ *coronæ aureæ*, quibus *ornauerunt faciem templi*, vt ſcribitur 1. Machab. 4. 57. nempe coronæ (quos nunc *feſtones* appellãt). primum inſculptæ lapidibus, deinde contextæ, & figuratæ laminis aureis. Tum præterea palmæ erant in templi parietibus, vt ad eas videatur facta pulchra alluſio, Pſalm. 91. 13. 14. *Iuſtus, vt palma florebit; ſicut cedrus Libani multiplicabitur* (nam cedrus & palma iuſtorum ſymbola ſunt, & præſertim ſi Sacerdotes ſint, & ſeruiant in templo: nam repræſentabantur opportuniſſimè per palmas illas ſtantes in templo parietibus affixas: ſic enim ſequitur) Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri, florebunt. Sic enim ſacerdotes erũt Cherubini illi, & Palmæ & cælaturæ eminentes, quæ erant in templo 3. Reg. 6. 18. 35.

Ioſephus.

Vitru. l. 1. c. 2.

Decor ædificij quis.

Tẽpla quorum Deorũ aperta.

Quorum Deorum ædes Doricæ.

Quorũ tẽplã Corinthio opere.

Coronæ aureæ quæ.

A

Palma & cedrus cuius ſymbolum.

Sacerdotes palmæ & Cherubini templi.

9\.

Internus templi cultus.

Sed ingredientibus tamen dici non poteſt, quãta pulchritudo, quantaque voluptas! propter quam ſcriptum eſt Pſalm. 144. 12. ad amplificationem lautiſſimi cultus & ſplendoris maximi: *Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ; vt ſimilitudo templi*. Et verò voluptatem, qua Deus orantes in templo perfundebat, celebrat Dauid, ſiue quis alius auctor Pſalmi 26. 3. 4. *Vnam* (vnum) *petij à Domino; hanc* (hoc) *requiram, vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius*. Quod vel de tabernaculo, cui templum ſucceſſit, vel de templo propheticè, ſi à Dauide, vel re ipſa, ſi ab Ezechia (vt vult Origenes) dictum eſt. voluptas autem; ex proprietate vocis, eſt iucunditas, dulcedo, amœnitas, pulchritudo, & quidquid animo, aut oculis volupe eſt, & iucundum, quo Deus in templo ſuos reficit. Cum quo facit illa benedictio Beniamin Deuteron. 33. 12. quæ tota eſt plena charitatis amplexibus, & ſpiritali voluptate: nam dicitur Deus *moraturus tota die, quaſi in thalamo*, qui eſt ſedes ſponſalitij amoris & amplexuum. Quaſi diceret: Deum ſemper in templo celebrare nuptias, & perpetua charitate complecti ad ſe accedentes, propterea que ſubditur: *Inter humeros Benjamin requieturus*: quod quid aliud eſt, quam Deum ſe exhibiturum orantibus & ſeruientibus in templo ad complectendum; vel ſi referatur ad ipſum Benjamin, requieturum inter Dei humeros & complexus, ſignificabit, fideles templum ingredientes, Dei gremio & complexibus excipi. Et videtur ſanè templum locus ille eſſe, de quo ipſe Deus dixerit: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum: nimirum cum domi ſuæ pater lætiſſimè agit filijs chariſſimis ſtipatus; ſicut Iob partem ſuæ fœlicitatis non vltimam dicebat: *In circuitu meo pueri mei*. Sic ſanè in templo Deus, & in circuitu illius filioli chariſſimi *clamantes Abba pater*, qui templum domus orationis eſt: & potiſſima atque commendatiſſima orandi formula illa qua *Patrem noſtrum* compellamus, Panem petimus; & alia vitæ filiorum paterna ſubſidia. Porro Goropius in Hermathena dicebat in ſua illa primæua lingua, Templum ſonare locum, in quo Deus cum pueris ludit, & iucundiſſimè deliciatur. Atque huc pertinet illa ſingularis lætitia, qua ex ſpe certiſſima concepta perfundebantur orantes in templo, vel vota reddentes in gratiarum actionem, ſicut ſcriptum eſt. Iſai. 56. 7. [Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ.]

B

C

D

E

Genus pro genere.

נעם Voluptas in ſacro ſermone.

Templum domus paterna filiorum Dei.

Prou. 8 31.

Iob 29. 5.

Rom. 8. 15.

Gal 4. 6.

Matth. 21. 13.

Matt 6. 9

Goropius.

Templũ in lingua Cimbrica.

Atque huc ſanè ſpectare videtur illa frequentiſſima templi appellatio *domus* Dei. nam domus parentis alicuius eadem eſt familiæ, ac liberorum potiſſimum, qui in ea nati ſunt, atque adeo etiam ſi inde digrediantur, repetunt tamen ſuam originem, ſuam domum, ſubinde ſalutatori parentem, & patrios lares. Quare de his, qui templa frequentant, opportunè dicas: *Que como hijos de dios, y nacidos en ſu caſa acuden a reconocer à ſu padre y ſu ſolar*. Sed de hoc dicemus nonnihil vbi de Templi dedicatione.

Domus Dei eſt domus paterna.

Nonò,

10\. Tẽpli opulentia.

Nonò, ingens templi gloria & amplitudo ab opulentia & diuitijs, ſed de his conſtabit inferius; vbi de incredibilibus expenſis, pretioſiſſimis ornamentis, atque ſupellectili ſumptuoſiſſima.

Tẽpli ſanctitas & munditiei.

Decimò, à loci ſanctitate & munditia, à qua omnes immundi & profani ſeueriſſimè arcebantur. Quare non ſolum Sanctum ſanctorum, id eſt, locus ille Arcæ ſanctiſſimus habebatur, & vocabatur: ſed præterea quidquid ad templum attineret: eaodem aliquando appellationem Sancti ſanctorum obtinet, Ezech. 48. 12. Omnis finis eius in circuitu Sanctum ſanctorum eſt, id eſt, omnia quæ templi ambitu continentur ſanctiſſima ſunt. Quare nihil frequentius in Scripturis, quàm templi ſanctitas omnibus ſanctitatis ſiue inflexionibus ſignificata. iam enim vocatur Sanctum, iam ſanctitas, ſanctificatio, ſanctificium: quam ſummam eſſe ſanctitatem, atque celſiſſimã ſignificat Ieremias 17. 12. *Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ*: id eſt, in noſtro Templo, noſtræque ſanctificationis loco ſumma ineſt celſitudo, ſumma maieſtas; id eſt, ſanctitas templi maxima eſt, atque celſiſſima.

Plura nomina ad amplificationem.

Sanctum quid in ſacro ſermone.

Quò etiam pertinet illa templi cum vnicorni cõparatio; cum enim ſanctum ex propria ſignificatione ſignificet id quod eſt ſeparatum à rebus cõmunibus & profanis; vnicornis profectò in abditiſſimis locis, & ab omni humano vſu remotiſſimis conſtruit cubile ſuum, tanquam ſanctiſſimũ. & ſimiliter Deus in templo habitans, ſanctiſſimũque reddens habitaculum, vocatur ab Iſaia: *Verè tu es Deus abſconditus*, vt qui habitaret in ſacello Sancti ſanctorum, inacceſſo, ſine feneſtris, ſine lumine, de quo poſtea: & Eccleſiæ illius veteris gloriam conſtituens ab intus, id eſt, in Oraculo interiori.

Iſa. 45. 15.

Tantam verò loci ſanctitatem agnoſcebant rectè, ſed non rectè illa vtebantur: cum quibus Ieremias 7. 4. 5. 6. expoſtulare videtur: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini eſt; quoniam ſi benedixeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra, habitabo vobiſcum in loco iſto.* Quæ triplex eiuſdem Templi repetitio epitaſin habet: quamuis enim Kaldæus referat ad tres illas potiſſimas ſolemnitates, quibus aſcendebant in Ieroſolymitanum templum, de vniuerſo regno, & Vatabl. ad tres templi partes, *Veſtibulum, Templum, & Adytum, quæ ſancta erant & inuiolabilia*; alij aliter, referentes vim illius repetitionis, vel ad fortitudinem templi, vel ad ſæpius illius promiſſam diuturnitatem; tamen illud videtur opportunum, vt dicerent Iudæi ſe in ſumma templi ſanctitate cõfidere, quam Deus hoſtibus profanandam & polluendam nulla ratione traditurus eſſet. Ergo ter repetitum *Dei* nomen perinde eſt, ac ſi diceretur, Templum bis ac ter ſanctiſſimum. Nam eadem ipſa ratione in impios Iudæos retorta illorum fiduciam vanam oſtendit Propheta: quòd enim eſſet ſanctiſſimum templum, nollet Deus in eo habitare inter impios, ſed potius eligeret templum deſtruere, ac ſuam ſedem alio transferre: ſicut & de ſuo Tabernaculo dicebat Deus, Exod. 33. 3. Non aſcendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne fortè diſperdam te in via, videlicet quòd nollet Deus ſuum Tabernaculum inter impios verſari. Quare Deus quaſi è re populi dicebat eſſe, vt ſuum Tabernaculum longius abeſſet: quippe ſi in medio populi verſaretur, illorum impietatem & ſcelera ferre non poſſet. Subditur ergo: Audiens populus ſermonem hunc peſſimum, luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo: dixitque Dominus ad Moyſem: Loquere filijs Iſrael: Populus duræ ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te, id eſt, fieri poteſt, vt ſi ſemel verſer tecum, ſubito iraſcar, & momento te conficiam: *Darame vna vez vn impetu viendote iunto ami, que acabe de vna vez contigo.* Quare ſuum Tabernaculum lõgius à caſtris ſubduxit Deus: *Moyſes quoque colens tabernaculum tetendit extra caſtra procul.* Ergo ipſum Templi nomen indicat Deum diligentiſſimè & attentiſſimè curare ſui templi ſanctitatem. nam & apud Latinos templum à tuendo, id eſt, conſpiciendo, dictum eſt, quòd Deus ſuum templum tueatur, id eſt, & proſpiciat & cuſtodiat: vt enim ait Philo libro de Reſipiſcentia; *Quiſquis domum poſſidet, neceſſe habet vt ei prouideat.* Vt dicere poſſimus, *que mira Dios por ſu caſa.* Quapropter nulla meliori animi diſpoſitione ad Templi inſtaurationẽ acceſſuros, quàm ſi ſanctè ram ſanctum opus aggrediantur, atque ingenti peccatorum dolore concepto, propter quæ primum Salomonis templum ampliſſimum atque ſanctiſſimum deſtructũ fuiſſet, meliora deinceps ſapiant, ait Ezech. 43. 7. 10. *Fili hominis, locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum, & non polluent vltra domus Iſrael nomen ſanctum meum, ipſi & reges eorum in fornicationibus ſuis, & in ruinis Regum ſuorum, & in excelſis. Tu autem fili hominis, oſtende domui Iſrael Templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & mentiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt.*

Deus Tabernaculũ ſuũ lõgius ab impijs cõſtituens.

Templum vnde dictũ apud Latinos.

Philo.

Tẽplum propter peccata euerſũ.

11\. Templum imago mũdi maioris.

Vndecimò, ſumma Templi gloria & laus à repræſentatione & figura: fuit enim primò totius mundi ſpecies quædam, & velut microcoſmus Sapien. 9. 8. 9. Dixiſti me ædificare templum ſimilitudinem tabernaculi ſancti, & tecum ſapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, &c. Quare & ipſa mundi conſtitutio explicatur cum alluſione ad ædificium aliquod ampliſſimum, cuius fundamenta & tectum deſcribuntur, Prouerb. 8. 22. 27. Secundo eſt item ædificatum & diſpoſitum inſtar humani corporis, quod etiam microcoſmus eſt. Vide Villalpand. tom. 2. par. 2. lib. 5. Diſput. 2. cap. 28. & 30. 31. Eſt tertiò figura mundi ſpiritualis, id eſt, Eccleſiæ, vt exponit Chryſoſtom. hom. 1. in Pſal. 14. & Eucherius 3. Regum cap. 7. Angelomus cap. 6. de Militante, & quæ in terris degit. Sic enim Eccleſiam ſuam inſtar ædificij & templi Salomonici ædificat Chriſtus *ſuper petram* Matth. 16. 2. & Ioãnes videt *Tabernaculum Dei* (q. d. templum) *cum hominibus*, id eſt, Eccleſiam Chriſtianam inſtar ædificij, Apocalyp. 21. 3. Ideo etiam Paulus vocat Eccleſiam *montem Sion*, Hebr. 12. 22. vide Rupertum, Eucherium in lib. Regum, Ambroſiũ Apol. 2. de Dauid cap. 4. Auguſtinum lib. 17. de Ciuit. cap. 8. & in Pſalm. 126. *Niſi Dominus ædificauerit domum*, comparantes Salomonem cum Chriſto, Templum cum Eccleſia, & quæ dicemus lib. 6. cap. 17. Gregorius item in fine Pſalm. 50. in Templo agnoſcit figuram Eccleſiæ triumphantis, vt & Paulus Hebr. 12. 22. 23. & Ioannes in Apocalypſi ſuam ciuitatem, ſuumque templum ampliſſimè atque ſplendidiſſimè deſcribens. Sed illa eſt pulchra alluſio Eccleſiæ Chriſtianæ ab Apoſtolis ædificatæ, ad templum Salomonicum, cum Pſalm. 18. 5. qui eſt de Apoſtolis, ait Dauid: *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, quod ex Hebræo legitur: linea, aut, regula, aut funiculus menſorius eorum. Quæ eſt elegans circumlocutio cæmentarij exigentis alicuius ædificij fundamenta.

Templum inſtar humani corporis.

Chryſ.

Eucherius.

Angelomus

Eccleſia inſtar Tẽpli.

Rupertus.

Auguſt.

Gregorius.

Illuſtris alluſio ad tẽplum.

Periphraſis cæmentarij.

&

& parietes ad amuſſim ex architecturæ præcepto. Alluditur autem ad funiculum linteum, quem pro inſtaurando templo habebat Angelus in manu. Ezech.40. 3.Zachar. 2.1.2. Quartò fuit figura corporis Chriſti, *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Coloſſ. 2.9. vbi Remigius. Vide etiam interpretes Ioann.2. 19. 22. ſuper id: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* De quo pulchre Irenæus libro 4. capit. 22. Athanaſ. orat.5. contra Arrianos, Hugo de S.Victor. 3.Regum cap.5.vide Villalpand. tom. 2.lib. 1. Iſagogico cap.10. & 11. & lib.5. diſput. 2.c.18. Sed de hoc dicemus nos quoque lib.6. & ſparſim ſequentibus ſectionibus, quæ ad tanti operis commendationem & amplitudinem facere poterunt.

Remigius.
Irenæus.
Athanaſ.
Hugo.
Villalpan.

SECTIO II.

Cur templi ædificatio Dauidi negata, Salomoni conceſſa.

12 *Duplex ratio negatæ Dauidi curæ templi ædificandi.*
13 *Dauid profuſo hoſtium ſanguine nihil indignum faciens. Sacerdotes impiorũ ſanguine Deum placantes. Quid implere manum. Quid benedictio. Illuſtratus Moyſes.*
14 *Tres aliorum minus idoneæ reſponſiones. Homicidij turpitudo. Cur ferrum inimicum altari.*
15 *Belli conditio & tempus ædificando importuna. Pax idonea. Duplex item aliorum ſolutio reiecta.*
16 *Deus Imperator exercitus, ex quo eduxit populum ex Aegypto. Leuare manum ecat clypeum, proprium Imperatoris. Explicatus ſemel & iterum Moyſes, & Ioſue.*
17 *Deus habitans in Tabernaculo inſtar Imperatoris. Quid ſit eſſe in medio populi. Explicatus ſemel & iterum Ioſue.*
18 *Finito bello Deus volens domum urbanam & templum ſimul cum rege pacifico. Explicati Dauid, Samuel, Paralip.*

12 Res quidem in ſpeciem aperta, & clara, ſed penitus obſcurior & difficilior, & cuius tum obſcuritas tum lux pendet ex ipſa hiſtoria ſacra. 2. Regum 7.1. Factum eſt, cum ſediſſet Rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis, dixit ad Nathan prophetam: videſne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit in medio pellium? Huic Dauidis voto pietatis pleniſſimo minimè annuit Deus, atque negandi duas videtur adhibere rationes: alteram, quòd ipſe adhuc minimè delectetur domo vrbana, minimèque deſerere velit tabernaculum, & tentorium militare 2.Regum 7.6.7.1.Paralip. 17.4.5.6. [Non ædificabis tu mihi domum ad inhabitandum: neque enim manſi in domo ex eo tempore, quo eduxi Iſrael vſque ad diem hanc; ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum ipſo Iſrael. Id verò minimè indignè tuliſſe, exponit ſtatim, propterea cum principibus Iſrael nunquã eã de re expoſtulaſſe: *Nunquid loquutus ſum ſaltẽ uni Iudicum Iſrael: quibus præceperam, ut paſcerent populum meum, & dixi: Quare non ædificaſti mihi domũ cedrinam?* q.d. *ſi eſto me viuiera ſida de diſgyſto, ya lo viuiera dicho, a lo vuiera venido.*

Duplex ratio cur negata ſit Dauidi Tẽpli ædificatio.

Deum ante ædificatum templũ nõ tuliſſe indignè habitare in Tabernaculo.

Altera cauſa longè diuerſa aſſignatur 1. Paral. 22.8. Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuſo ſanguine coram me. Atque idem breuius, ſed non obſcurius 1.Paral.28. 3. Eo quod ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis, inter quas duas cauſas, hoc tantum videtur eſſe diſcriminis non omnino prætereundum; quod in altera dicitur de præterito, Bella bellaſti; in altera verò aſſertione quadam, quæ, vt Logici loquuntur, abſoluitur à tempore, vir bellorum tu, quod de præſenti efferunt LXX. Homo bellator es tu. Hanc verò ipſam cauſam expoſuit paulo aliter ipſe Salomon 3. Regum 5. 3. litteris datis ad Hiram. Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei, & quia non potuerit ędificare domum nomini Dei ſui, propter bella imminẽtia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigijs pedum eius.

Illud ergo in his cauſis obſcurum, quorſum Deus de domo ſibi ædificanda nunquam egerit cum ſuo populo, aut cum iudice, principeve aliquo. Cur ab exitu Ægypti ſemper gauiſus fuerit tentorio, & pellibus militaribus: cur verò, ſi Deo nulla templi domuſve cupido, poſtea tum acriter expoſtulat cum principibus de templo deſtructo, & nondum inſtaurato, Aggæi 1.2. [Hæc ait Dominus exercituum. Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? & inferius verſ. 9. Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque ad domum ſuam. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli, &c. Dauidem autem illa ipſa cogitatione ſeſe excitantem ad ædificandam domum Domini, cum ipſe iam ſibi regiam ædificaſſet, impedit & prohibet Deus.

Summa dubitationum huius controuerſiæ.

Huius dubitationis nullam inuenio apud interpretes, vel ſolutionem, vel mentionem: niſi fortè nonnulla illa ſit, quam indicauit Theodoretus, ideo dicere ſe nunquam cum ſuo populo egiſſe de domo ædificanda, vt doceret ſuam naturam nulla laborare indigentia. Quod ex parte etiam tetigit noſter Ribera lib. 1. de Tẽpli fabrica cap. 3. Angelomus verò nonnihil addit; Inde (inquit) eſt, quod in tentorio & tabernaculo ſe dicit habitaſſe, quia nec Moyſes, nec Ioſue potuerunt ędificare domum, quia viri ſanguinum fuerunt.

13
Theod.
Ribera.
Angelom.

In ſecunda verò illa ratione de ſanguine effuſo, quæ omnino diuerſa videtur eſſe à præcedenti, Hieronymus in Trad. cum Hebræis, quos adducunt Nicolaus, Dionyſius, Abulenſis 1. Paralip. q. 21. q. 17. & 18. exiſtimant in pœnam ſanguinis effuſi à Dauide, id eſt, vel illius voluntate & culpa, vel occaſione, aut temeritate, videlicet Vriæ & aliorum ſimilium ſimul cum illo interfectorum 2.Regum.11. & ſacerdotum Nobe interfectorum à Saule occaſione eiuſdem Dauidis 1. Reg. 22. 8. & aliquorum aliorum forte innocentum, quos ſimul cum Amalechitis impijs interfeciſſet 2. Regum 8. repulſum eſſe ab ædificatione tẽpli. Sed ſuperius lib.1.c.2. reiecimus hanc Rabbinorum opinationem ex ipſis apertis Dei verbis 1.Paralip. 22. & 28. Plurima bella bellaſti coram me. Quod non male Hugo Carrenſis refert ad diuinum iuſſum & voluntatem, qua tu populi dux, & bellorum bellator creatus à Deo fueras. Quod indicauit Abigal 1.Regum 25. 28. dehortãs à ſanguine viri ſui Nabal; Quia prælia Domini tu prælias: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ: q. d. Bella ſancta & iuſta pro

Hieronym
Nicolaus.
Abul.
Dionyſius.
Hebræorũ traditio reiecta.
Cord Deo, quid in ſacro ſermone.
Hugo.

Dei

A Dei honore tu geris; quorum dux & imperator ſupremus Deus ipſe eſt, atque adeo de iuſtis cædibus ſermonem eſſe intelligit Procop. 3.Reg.

Procopius.

Sed quid iam in his prælijs Domini minus dignum, minuſve decens, ędificatorem & curatorẽ domus Dei ædificandæ? An quia humanus ſanguis etiã iuſtè profuſus, ita manus occiſoris cruentat, vt *auertat oculos ſuos* Deus, atque illud ſubiungat: *Manus veſtrę ſanguine plenæ ſunt: lauamini, mũdi eſtote?* certè hoſtium populi Dei ſanguis profuſus à ducibus non ſolũ nõ reddebat indignos diuino conſpectu, neque arcebat à ſanctis, ſed quaſi ſancto quodam conſecrationis oleo vnctos & cõſecratos reddebat, vt in hanc ipſam rem eleganter obſeruarunt Theodoretus & Procopius in fine 1.Paralip. B Cuius rei illuſtre eſt Exodi 32. teſtimonium, cum Moyſes ad vlciſcendum non alienigenarum impietatem, ſed ipſorummet Iſraelitarum idololatriæ ſcelus, [Stans in porta caſtrorum, ait: Si quis eſt Domini, iungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum filij omnes Leui, quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi: cecideruntque in illa die quaſi viginti tria millia hominum: & ait Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio, C q.d. eodem, quem effudiſtis ſanguine, veros nunc vos ſacerdotes conſecratos & inunctos exiſtimate: fit enim manifeſta alluſio ad illam minorum ſacerdotum conſecrationem, ſiue initiationẽ manuum, & vnctionem pollicum dextræ manus, & pedis dextri, quæ arietis ſanguine fiebat. Exod. 29. 9.20. Paulo aliter eam *manuum conſecrationem* accipiunt LXX. legentes: *Impleuiſtis manus veſtras hodie Domino.* Quod Kaldæus clarius: *Offerte oblationem manibus veſtris*: nam ſumendo in manus victimam, quod dicebatur *implere manus*, ſacerdotes offerebant Domino, vt Exod. 28.41. & 29. 35. Leuit. 8.33. Iud. 15. 5. 3. Regum 13. 33. Cuius hæc ratio, quòd victima cædebatur loco peccati & peccatoris. D Qui ergo peccatorem ex Dei voluntate & honore interficiebat, cenſebatur victimam offerre, vt Iſai. 34. 6. Meritò autem huius ingentis ſtragis editæ à Leuitis, videtur illis perpetuò conſeruata benedictio, id eſt, ſacerdotij prærogatiua; vt indicat Philo lib. de vita Moyſis. Accedit quòd Phinees filius Eleazari propter interfectum Zãbri & ſcortum Madianiticũ, ſacerdotio muneratur. Nonne vigintiquinque duces Machabæi ſimul cum belli ſanguine, ſacrificiorum ſanguinem tractabant? quippe ſummi Sacerdotes 1. & 2. Machab. & Leuitæ in bellum prodeunt 1. Machab. 5. ſanguis itaque non reddebat illos ſacris tractandis ineptos, qui miniſterium ſuum nõ niſi ſanguinis profuſione obibant, & per ſanguinem hircorum & vitulorum introibãt in ſancta: vt Paul. ad Hebr. 9. 12. E & ipſum librum & tabernaculum, & omnia vaſa miniſterij & omnem populum ſanguine ſimiliter aſperſis. Quid igitur illud: *Non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuſo ſanguine?*

Hoſtiũ Dei ſanguis profuſus, non immũdus. Iſa. 1. 15. 16.

Sãguis impiorũ profuſus inſtar olei ſacerdotalis.

Theodoret. Procop. Exo. 32. 26. 27. 28. 29.

Leuitę peccatorũ ſanguine imbuti.

Implere manus q.d.

Victima ceſa loco peccatoris.

Philo.

Machabæi ſacerdotes, ſimul & hoſtiũ ſanguinis profuſores.

Ideo Dionyſius exiſtimat non ob aliud prohibitum eſſe Dauidem, quàm propter myſterium, ad ſignificandum, quòd etiam hi, qui ſine peccato ſanguinem fundunt, fiunt in nouo teſtamento irregulares. Sed hoc idoneis rationibus refutat Abul. q. 18. Neque videbatur quidem tunc locus eſſe ſoli myſterio, non etiam hiſtoriæ.

Dionyſius. Abul. Nulla in veteri Synagoga ex homicidio irregularitas.

Theodoretus hujuſmodi myſterium agnoſcit, quòd videatur Dauid figuram gerere Dei patris; Salomon, filii: [Quoniam (inquit) Chriſtus ſecundum carnem Dauidis filius erat ædificaturus Eccleſias, quæ ſunt in toto orbe terrarum, non ſiuit Dauidem ædificare templum, ſed iuſſit illius filium hoc facere.] Sed ſanè non eſt hæc cauſa ſanguinis effuſi, neque videtur prima ipſa & ſimplex cauſa.

Theod.

Dauid figura Dei patris, Salomon Chriſti.

Paulo aliter myſterium explicare conatur noſter Ribera loco indicato, exiſtimans, nõ ob aliud voluiſſe Deum ſuum templum ædificari, non ab ijs, qui præceſſerunt, neque à Dauide; ſed à rege pacifico Salomone, *qui expreſſior typus erat Chriſti* ædificaturi Eccleſiam. Sed hic quoque ſimplicem aliquam & hiſtoricam intelligentiã illorum verborum immeritò negligit. Neque facilè conceſſerim, Salomonem, quàm Dauidem, fuiſſe Chriſti figuram veriorem, expreſſiorem, magiſve perpetuam.

Ribera.

Dauid in Salomon Chriſti expreſſior figura.

Huc referri poteſt Procopius, qui 3. Regum nõ tam ad myſterium allegoriæ quàm ad mores pertinere exiſtimat; vt doceret (inquit) omnes humanitatem, quotquot in templo Deum erant inuocaturi. Nam qui vident Dauidi, propter cædes quamtumuis iuſtas, non concedi, vt Deo ædificet, puras manus habere docentur. Cum quo videtur facere quod Theodoretus in fine 1. Paralip. ait, hoc de ſanguine dictum eſſe ad vtilitatem eorum qui nefarias cædes admittunt. Sed hæc ſimiliter ratio aliam priorem & ſimpliorem in ipſa hiſtoria requirit. Quam eandem rationem videtur aſſigiſſe Diodorus apud Lippom. in catena, Exod. 15. ſuper id: [Si altare lapideum feceris mihi, ſi leuaueris cultrum ſuper eum, polluetur: Ratione (inquit) qua & Dauid prohibitus eſt ne templum ædificaret, propterea quòd copioſum ſanguinem in bello effuderat; eadem ratione lapides ferro cædi prohibebat, cædem, ac ſanguinis humani effuſionem hoc exemplo vitandam fugiendamque omnino docebat.

Procop. Orantes in templo doceri humanitatem.

Theod.

Diodorus.

Abulenſis illam ſimpliciſſimam huius rei expoſitionem, atque rationem exiſtimat, Dauidem nõ quidem prohibitum eſſe ab ædificatione templi peculiari aliquo Dei præcepto; ſed impeditũ belli curis: adeo denuntiatum illi à Propheta, fore vt minimè poſſet temporis opportunitatem nanciſci ad vacandum ædificio propter imminẽtia bella, quæ neceſſariò illum auocatura eſſent à curis vrbanis: quod etiam Salomon indicauit 3. Regũ 5. 3. *Quia* (inquit) *non potuerit ædificare domum Domini Dei ſui propter imminentia bella per circuitum: donec daret eos Dominus ſub veſtigio pedum ſuorum*: id eſt, quia præſentia bella illum deſtinebant, & totum ad ſe conuertebant, quod clarius dicitur apud LXX. *Non poterat ædificare domum à facie bellorum*; atque è contrario ſubijcitur opportunitas ædificandi, quam Deus Salomoni obtulerat: *Nũc* (inquit) *requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum, & nõ eſt Satan, neque occurſus malus quamobrem cogito ædificare*, &c. Addit etiam Abulenſis 3. Reg. 8. q. 9. Dauidem non repulſum ab ædificatione templi, tanquam indignum, cum eſſet *multo dignior Salomone*. Cum hac dicendi ratione facit Caietan. 1. Paralip. 22. quamquam illud minus cõuenienter addat, ſtatum illum bellicum non fuiſſe idoneum ædificando templo, *quòd nondum eſſet acquiſita terra proprij regni*: hoc enim nihil facit ad templum, quod non niſi in Ieruſalem iam diu à Dauide expugnata & acquiſita ædificandum eſſet. Eandem Abulenſis reſponſionem indicauit Montanus in Ariel, ſiue de templi fabrica.

Abul.

Non aliter Dauidẽ prohibitũ, quã occupatione bellorũ.

An Dauid dignior ædificatione tẽpli quã Salomon.

Caiet.

Montanus.

Sed in hac etiam reſpondendi ratione illud

minimè

Præcedētis rationis refutatio.

minimè ſatisfacit, quod minimè videtur cohærere cum effuſo ſanguine, ſed cum effundendo. nam exacto totum iam bellorum occupatio & labor non poterat Dauidem retrahere, à curando ædificio: non enim dicitur, quia *multa bella bellaſti*; ſed *bellaſti*. Adde quòd quamuis Dauid cum exercitu proditurus eſſet ad bellum; poterant ſanè in vrbe fabri & artifices incumbere in ædificium templi, præſertim cùm omnes impenſas ipſe Dauid iam antea præparatas & congeſtas haberet apud ſe, atque relicturus eſſet Salomoni filio: non enim propter inopiam, aut defectum ſumptuum neceſſariorum retardatus eſt à templi ædificandi conatu. Tandem quoniam dum bellorum tumultus, & hoſtium incurſiones ſilebant, potuit opus aggredi, & iactis fundamentis, quantum fieri poſſet, erigere, &

2. Reg. 7. 1.

promouere: ſicut ſcriptum eſt: *Cùm ſediſſet Rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis, dixit ad Nathan* &c.

Abulenſis.

Quibus difficultatibus minimè ſatisfaciunt quę Abulenſis diſputat quæſt. 19. 20. 21.

Abulenſis refutatio.

Neque item videtur idonea illa excuſatio, quam idem Abulenſis adducit q. 20. nimirum templi fabricam ingenti operariorum numero indiguiſſe, quibus ſi caruiſſet Dauidis exercitus, iuſto minor futurus eſſet. Nam ille operariorum numerus, quem poſtea adhibuit Salomon, quamuis non minima ex parte Ieroſolymitanis præpoſitis, & præfectis operum conſtaret; tamen pars maxima, id eſt, *centum quinquaginta millia & tria millia ſexcenta erant ex Proſelytis* 2. Paralip. 2. 17. 18. Magna etiam pars erat Tyriorum, Gibliorumque 3 Reg. 5. 17. Magna etiam Aegyptiorum, vt dicemus infra. nam quod poſtea fecit Salomon, iam inde à Dauide cœptum exiſtimare oportet, videlicet *de filijs Iſrael non conſtituit ſeruire* (in operibus mechanicis, ſeruilibus) *quemquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri*, &c. 3. Reg. quæſt. 22. 2. Paralip. 8. 9.

16 Ergo rem attentiùs conſideranti, & ſingula illius diuinæ ſermocinationis ad Dauidem verba perpendenti, ea mihi viſa eſt & germana, & vnica totius rei exponendæ ratio, & in quam omnes illæ rationes, quibus Dauid repulſus eſt ab ædificando, mirificè conueniunt; videlicet,

Vera quæſtionis reſponſio, & ratio.

Deum ex eo tempore, quo populum eduxit ex Aegypto, Ducis, & Imperatoris fortiſſimi perſonam ſuſtinuiſſe. Tunc enim primùm populum ſuum vocare cœpit *exercitum*. Exod. 7. 4. *Educam exercitum, & populum meum filios Iſrael de terra Aegypti, & ſcient Aegyptij, quia ego ſum Dominus; qui extenderim manum meam*. &c. qui habitus eſt pugnantis, ſeu potiùs Imperatoris, ſignum præbentis militibus præliandi, ſicut ab eodem verbo Ioſ. 8. 18. dixit Deus ad Ioſue: *Leua clypeum, qui in manu tua eſt, contra vrbem Hai; cùmq; eleuaſſet clypeum, inſidiæ, quæ latebant, ſurrexerunt*, &c. Nam Imperator exercitus eleuata manu, clypeo, aut vexillo elato, vt volunt Hebræi, & Hebraizantes, & retinendo adhuc ſignum eleuatum, ſignum dabat militibus aggrediendi, & cōgrediendi, vt planè colligitur ex verſ. 26. *Ioſue non contraxit manum ſuam, quam in ſublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai*. quare in illo primo prælio contra Amalecbitas, vbi ſe Moyſes primum Imperatorem fortiſſimum oſtendit, Exod. 17. 11. *eleuatis manibus* ſignum præliandi & vincendi ſimùlque Imperatorij muneris præbebat. Ergo ait Deus Moyſi ſe Imperatorē ſui exercitus deinceps

Quādo primū Dei populus vocatus eſt exercitus.

Extēta manus & eleuatus clypeus, habitus Imperatoris.

A pa-

iam ſe præſtiturum, vt *ſcirent Aegyptij*, eundem ipſum fuiſſe, qui quaſi latenter, & inuiſibiliter munus imperatoris exercuerat, extendēdo manum ſuam ſuper Aegyptum, & dando ſignum ſuis creaturis, culicibus, cyniphibus, grandini, aquæ, igni, præliandi aduerſus Aegyptios, neque fuiſſe imperatorem fortiſſimum, Moyſem, cùm *extendebat*, aut leuabat *manum in cœlum*, aut *in flumen*, &c. quare Exod. 6. 6. promittit ſe populo ſuo Imperatorem, cùm ait: *Redimam vos in brachio excelſo*, ſeu *extento*, ab eadem radice.;

Deus iſtar Imperatoris dans ſignum creaturis pugnādi.

Cùm ergo iam totus populus per deſertum in caſtrorum formam redactus eſſet. Deus qui Imperator erat, Arcam & Tabernaculum fabricari iuſſit; illam, in qua ipſe ſedere & præſidere videretur; at verò *tabernaculum*, tanquam Imperatoris tentorium, quod in medio exercitus collocari voluit, pro more imperatorij tabernaculi, vt ſinguli ſui exercitus duces, *caſtrametarentur per gyrum tabernaculi fœderis*. Num. 2. 3. 17

B

Tabernaculum Dei Imperatoris in medio.

Poſt ingreſſum in terram promiſſam perpetuo bello regionem expugnantes, iam victi iam victores, toto Ioſue & Iudicum ſæculo vixerunt. Sed primo ac ſupremo Imperatore Deo, habitante in tabernaculo, ſicut dicit ad Ioſue cap. 1. 5. *ſicut fui cum Moyſe, ita ero tecum, non dimittam, nec derelinquam te*. & inferiùs 9. *Tecum eſt dominus Deus tuus ad quodcunque perrexeris*. vide Ioſ. 3. 7. & 10. *ſcietis, quòd Dominus Deus viuens in medio veſtri eſt*: more Imperatoris, cùm eſt in tabernaculo: cùm verò egreditur extra tabernaculum, aliquando etiam præcedit; quare ſubiūgitur: *Ecce arca fœderis Domini antecedet vos*. ſic etiam Imperator præſidens in ſua arca *ſepties circuit* vrbem Iericho Ioſ. 6. 4. Quamuis autem pacem dedit Deus Iſraeli ad extremam Ioſue ſenectutem; tamen *multa adhuc ſupererant nationes* ſubiugandæ, Ioſ. 13. 5. ideo nō dimittit Deus tabernaculi militaris ſtationem priſtinam.

C

In medio eſſet inſtar Imperatoris.

Deus in Arca obſidens Iericho.

Succedunt deinde Iudices, id eſt, Duces populi Dei inſtaurantis bellum cōtra Chananæos, & cæteras gentes; & quamuis crebris attrito populo ſuo ærumnis, diſſimulauit aliquādo Deus, conteſtatus tamen eſt ſuum Imperatoris officiū Gedeoni Iud. 6. 12. *Dominus tecum virorum fortiſſime*, & reſpondente Gedeone: *Dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian*. Arca tamen Dei ſemper ſub pellibus, & ſub papilionibus, more militari, vſque ad Dauidem: qui *præliabatur prælia Domini*. Quamdiu enim eguit Dei populus fortiſſimis ducibus, & perpetuo bellorum apparatu, Deus ſe præbebat Imperatorem, nec aliam voluit, vrbanam domum contentus ruſtico & militari tabernaculo, quaſi eiuſdem ſortis cum ſuo populo particeps.

Iudicum ſæculo Deus Imperator.

D

Hinc iam lux illis Dei verbis: *Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Iſrael de terra Aegypti vſque in diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca, quæ trāſiui cum omnibus filijs Iſrael*. q. d. populo bella gerente, ego ſub dio, ſub tabernaculo degi, nolens domi quieſcere, ſed foris & militiæ agere. Quam ſanè diuinæ benignitatis & prouidentiæ ſollicitudinem agnoſcebat Vrias, cùm omnem domeſticarum, & vrbanarum deliciarum voluntatem abijciebat hac cogitatione: *Arca Dei Iſrael, & Iuda habitant in papilionibus, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam & dormiam?* 2. Reg. 11. 11.

2. Reg. 7. 6. 7.

E

18

Ergo Dauidi aliquando volenti domū vrbanā Deo ædificare, atq; iam ex militari illum tabernaculo,

Vera totius controuerſiæ expoſitio.

V barnaculo,

bernaculo, & vitæ conditione, ad vrbem & domum reuocare; reſpondet Deus, vt ille adhuc Imperatoris munus, & tabernaculum deſerere. Et ſanè oblitum eſſe Dauidem quæ à Deo munus acceperat: nimirum præliandi, & fundendi hoſtium ſanguinem: propterea res populi nondum omnino pacatas, indigere adhuc rege & milite; atque Deo, qui Imperatorem agat, & ſub tabernaculo degat; ſed inſtare iam tempus cùm triumphatis hoſtibus ſui populi, alienigenis ſub iugum & tributum miſsis, aliiſque principibus ſancto fœdere deuinctis, pace fœliciſſima ex bello diutino parta fruatur populus: tūc ſe daturum ſub populo regem pacificum, cui non ſit opus militiæ, & foris; ſed in vrbe & domi agere; tunc ſe libenter dimiſſurum taberna- B culum & militarem agendi conditionem, vt regi pacifico in vrbe agenti, ipſe adſit in vrbe quoque agens, & rebus vrbanis togæque preſidens: ſuam vero, id eſt, *Arcam*, tunc temporis tranſlatitium ad vrbanam domum, quam Rex pacificus, vrbis amplificator & illuſtrator, illi ædificaturus ſit. Ergo inquit Deus; *Cùm completi fuerint dies tui* (iam militia exacta, & quaſi exauto-

2. Reg 7.12 / 1. Paral. 22 10.

ratus belli inſignibus) *ſuſcitabo ſemen tuum, & firmabo regnum eius* (nimirum regnum, quod tu acquiſiuiſti, & quod te viuente, videtur adhuc ſub milite, & ſub belli ſuſpicione, & metu eſſe; & me agente quoque in tabernaculum firmum reddam. quippe non vagabitur ad prælia rex; neque ego vagus videbor, vt qui degam ſub ta- C bernaculo, ſed illi firmitatem vitæ & regni, & mihi etiam firmiorem habitationem afferam) *ipſe* (filius tuus) *ædificabit domum*) firmam & ſtabilem, non inſtar tabernaculi tranſlatitij) *nomini meo, & ſtabiliam thronum eius in ſempiternum*, (vt iam ſtabilioris & vrbanioris vitæ paciſque, ac tranquillitatis ſimul cum meo populo conſors videar) Hæc vera & germana expoſitio, & intelligentia negatæ Dauidi facultatis ædificandi templum, conceſſa Salomoni. & quæ omnes illas difficultates priorum interpretationum leuiter, & idoneè explicare videatur.

Templum cur domus Dei.

Hinc ſequitur quare templum vocetur *domus Dei*. licèt enim ante ædificatum templum Salomonicum, fiat mentio *domus Dei*. Ioſ. 9.23. & Iud. 18.31. & 19.18 & 20.26. & 1. Reg. 1.24. & 3.15. aliiſque præterea paucis locis; Tamen tunc temporis minùs propriè ſanctuarium, aut tabernaculum dicebatur *domus Dei:* poſtea tamen ædificato templo Ieroſolymitano, propriè & ſolidè, vt quæ eſſet habitatio fixa, quæ non eſſet transferenda, vt tabernaculum. Quare Deo olim nullam eſſe domum agnoſcebat Dauid 2. Reg. 7. 2. ipſeque Deus verſ. 5. & 6. contendit enim *domum* cum *tabernaculo*, atque adeo quietam habitationem cum vago illo caſtrorum & tabernaculi diſcurſu 2. Reg. 7. 5. 6 *Non habitaui in domo ex die illa; ſed ambulabam in tabernaculo per cuncta loca, quæ tranſiui.* &c. Quare perpetuam requiem ſibi fore poſtea in Ieruſalem, pollicetur Deus Pſalm. 131. 13 14. *Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.* Neque ſolùm appellabatur *domus Domini*, ſed per excellen-

Domus nullo addito pro tēplo.

tiam *Domus*, nullo addito, vt in lib. Reg. & Paralipom. & Ezech. 40. & Iſaiæ 6. non rarò. Neque ampliùs mentio Tabernaculi, poſtquam Leuitæ *intulerunt in templum omnem paraturam tabernaculi*. 2. Paral. 5. Quæ omnia iam claudam Theo-

Theodoret.

doreti teſtimonio, qui proculdubio ſubolfecit A hanc ipſam rem, cùm in Exodo. quæſt. 60. rogat: *Quare Deus iuſſit conſtitui tabernaculum?* Reſpondet verò inter alia: *Sicut accepta terra promiſſionis templum ædificari ſibi iuſſit, ita peregrinantibus illis, ac deſertum tranſeuntibus, tabernaculum ædificari ſibi præcepit, quod aliò facile transferri poſſet.*

III. Tum Salomonem, tum vniuerſam illius gloriam & fœlicitatem in Templi miniſterium deſtinatam fuiſſe.

B

19 Salomon electus & deſtinatus ædificando templo. Dauidis bella ad Salomonis pacem & fœlicitatem. Illuſtratus locus Sapientiæ.
20 Salomon datus à Deo propter votum ædificandi templum. Pius affectus Deo pro opere. Illuſtratus locus Regum & Dauid.
21 Promiſſiones diuinas de Salomone perfecto Templo videri impletas. Illius opulentiam deſtinatam ad Templi fabricam.
22 Salomon ſapientiam poſtulans Templi ædificandi magiſtram. Illuſtrata Sapientia.

C QVæſiuit aliquando virum Deus iuxta cor ſuum, ſed quærebat ducem ſui populi, prælia Domini præliaturum. Inuenit itaque Dauidē. Quæſiuit item virum ad normam & exigentiam templi ædificandi ampliſſimi atque opulentiſſimi ad miraculum, ac non minùs vrbano ædificio idoneum, quàm Dauidem prælijs. Is fuit Salomon vnicè ad hoc munus obeundum electus præ cæteris à Deo. 2. Paral. 28. 5. 10. *Elegit te* D *Dominus, vt ædificares domum ſanctuarij* &c. Cap. 9. 8. *Dixiſti me ædificare templum*, &c. id eſt, ædificando templo me deſtinaſti; hoc tuum de me decretum. Neque ſolùm Salomon, eiuſque pax, ſed ipſe parens Dauid, eiuſque prælia, atque præclari de hoſtibus triumphi, in templum tandem referebantur, hac gradatione: Dauid ad Salomonem; illius bella & prælia ad huius pacem & fœlicitatem. Huius fœlicitas & opulentia ad Templum. Iam ſi primum cum vltimo coniungas. Dauidem quoque cum templo coniunges.

19 Salomō ad exigētiā Templi ædificandi.

Dicere.

Dauidē & eius bella ad Salomonis pacem deſtinata.

Ergo videtur Salomon occaſione & merito illius promptiſſimæ voluntatis Dauidis parentis vouentis templum, promiſſus & datus à Deo E ipſi Dauidi 2. Reg. 7. 13. 3. Reg. 5. 5. & 8. 19. 20. 1. Paralipom. 28. 3. 4. 5. 6. ſicut teſtatur ipſe Salomon ex Dei teſtimonio dicentis 3. Reg. 8. 16. *Elegi Dauid, vt eſſet ſuper populum meum Iſrael* (non aliam illi curam iniungens, quàm vt populum ad prælium educeret reduceretque) *voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini Dei Iſrael, & ait Dominus ad Dauid patrem meum: Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti*, hoc ipſum mente tractans (propriè ex Hebræo; *Quia fuit cum corde tuo*. LXX. *Quia factum eſt ſuper cor tuum*; forte pertinet ad voluntatem

20 Salomō datus Dauidi propter votum Templi.

Eſſe aliqd cum corde alicuius.

tem Dauidis pro opere acceptatam à Deo. *Dios lo da per recebido, y como* (*que ya vbieras edificado al templo en tre coraçon*) *verumtamen* (nõ remanebit ſine præmio promptiſſima iſta voluntas) *tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus.* Itaque Salomon præmium voluntatis ædificandi, & prætere rea ſolam illam Dauidis voluntatem Deus alio præmio afficit, id eſt, ipſa fęliciſſima voti exequutione, ſed alterius manu & labore præſtita. Id quod obſeruauit Chryſoſt. initio Pſal. 131. ſuper id, *Memento Domine Dauid. Eum* (inquit) *qui ædificaturus eſt templum, præterit; tum verò qui eſt pollicitus, in medium adducit, vt ſcias quantum bonum ſit rectus animus, & quomodo Deus ſemper conſueuerit bonæ voluntati mercedem conſtituere, & ideo eius potius meminit, quoniam ipſe eſt potius, qui ædificauit, quam filius. Hic enim pollicitus eſt, ille verò iuſſus eſt.* vide quæ inferiùs dicemus, ſect. 4.

Chryſoſt.

Præmium bonæ volũtatis à Deo

25

Atque eòdem pertinet quod rurſus ait Salomon. 2. Paral. 6. 10. *Sedi ſuper thronum Iſrael, ſicut loquutus eſt Dominus, & ædificaui domum nomini Dei Iſrael.* q. d. diuinas promiſſiones de ſuo regno, vt ædificaret templum, perfecto iam tẽplo, perfectas & impletas eſſe. Deinde verò cæteras fęlicitatis diuturnioris, & ſtabilitatis regni pollicitationes tanquam appendices exædificati tẽpli impleri poſtulat. 3. Reg. 8. 25. 26. *Nunc igitur* (perfecto iam templo) *Domine Deus Iſrael conſerua famulo tuo Dauid patri meo, quæ loquutus es ei,* &c. atque rurſus ipſe Deus 3. Reg. 9. 1. *Cum perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini,* iterũ promiſſiones Dauidi factas confirmat.

Promiſſiones Regni Salomoni Tẽplo pfectus fuiſſe.

Secundò regnum ſibi à Deo collatum, vt vniuerſam poteſtatem conferret ad accelerandam & perficiendam templi fabricam, non obſcurè ipſe indicat Sap. 9. 7. 8. *Elegiſti me regem populo tuo, & dixiſti* (ſtatuiſti, iuſſiſti) *me ædificare templũ* &c. id eſt, elegiſti me regem, vt ædificarem templũ. Rurſum ipſe Dauidi, idem Dei conſilium exponit ad vniuerſam Eccleſiam, 1. Paral. 29. 1. Ideo Salomoni in ipſis regni primordijs nihil prius nihilque antiquius quàm vt de templo accelerando agat cum Hiram 3. Reg. 5. 3. & cum Aegypti rege, ex Eupolemo & Euſebio lib. 9. de Præpar. cap. 4. nihilque potius in mandatis accepit à patente coram vniuerſa Eccleſia 1. Paralipomen. 28. 29.

Regnũ Salomonis ad Templi fabricam maturandam.

Euſebius.

22

Tertiò, Sapientiam hoc nomine ædificandi templi, poſtulat, Sap. 9. 8. Cùm enim dicat templum ædificandum fore ad ſimilitudinem tabernaculi, agnoſcit ſibi eſſe opus diuina Sapientia, quæ Deo affuit in præparando & diſponendo tabernaculo: *Dixiſti* (inquit) *me ædificare templum in ſimilitudinẽ tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio, & tecum ſapientia tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & ſciebat quod eſſet placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.* Cùm enim fruſtra Deo cõſtrueretur habitatio, in qua, niſi placuiſſet, habitare nollet; ſapienter expetit diuinam Sapientiam, quæ *nouit Dei opera, & ſcit quid illi placeat*; id eſt, nouit quemadmodum ex diuino placito mundus hic, qui velut quædam Dei domus eſt, cõſtructus ſit, & ſuis partibus ordineque diſpoſitus. Arbitratur enim mundi iſtius cognitionem, partiúmque diſpoſitionem, ſcientiam, & ordinem oportere perſpectam eſſe templi huius ædificatori, vt quod imitar mundi maioris, tanquã mundus quidẽ minor futurus eſſet. quare ſubijcit verſ. 10. *Mitte illã de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit apud te.* quo loco *laborẽ*, qui ex vocis pro-

Sapiẽtia Salomonis docens Tẽpli fabricã.

Templum inſtar mundi minoris.

Labor.

A prietate laſſitudinem animi & corporis affert; refero ad ingentem illum laborem & ſollicitudinem ædificandi templi, & parandi neceſſaria omnia: propterea ſapientiam architectonicam petit, laboris conſortem; potiùs ſubleuatricem & delinitricem. Atque illud eleganter, obſeruandum, Græcam vocem *laborandi*, dici ſolere de ſpontaneis illis laſſitudinibus, & fatigationibus corporis, quæ morbos præeũt, atque prænuntiant. Sentiebat igitur Salomon, antequam manum admoueret operi, ingentem operis difficultatem: & quaſi laſſitudine quadam laboris præuia, languens & concidens, animos ſibi & vires fieri ex ſapientiæ diuinitus cõmunicatę conſortio poſtulat; propterèaque dicebat illi Dauid 1. Paral. 28. 10. *Quia elegit te Dominus, vt ædificares domum ſanctuarij, confortare, & perfice.*

Salomõ ante ædificiũ præſentiẽs difficultatẽ operis.

B

Quarto, eòdem tota Salomonis pax refertur à Deo, à Dauide, ab ipſomet Salomone. 2. Reg. 7. 10. 3. Reg. 5. 3. 4. 1. Paral. 22. 8. 9. & 28. 3. de quo ſatis diximus quæſtione præcedenti.

Quintò, vniuerſa regis & regni fœlicitas & opulentia, ſicut & pax, hoc vnicum templi opus, & impenſas reſpiciebat. de quo vide quæ diximus, vbi de capitibus illis, cauſiſq; diuitiarum Dauidis & Salomonis. Totus igitur quantus, quantus fuit Salomon, vnicæ templi magnitudini reſpondit, ſeruiuitque.

C

IV. Poſt conceptum votum ędificandi templi, vſque ad deſcriptionem de manu Dei acceptam, quid geſtum à Dauide.

23 Deus inijciens Dauidi votum ædificandi templum. An Nathan ex proprio ſenſu cum Dauide loquutus deceptus fuerit. Explicatus locus Reg.

24 Dauid ſuum admonitorem ad præſtãdum officium excitans. Princeps dubia referens ad prophetam, & ad Deum.

25 Dauidis pietas bene memor diuini oraculi. Prædictio diuina de ædificando Templo. Explicati Moyſes & locus Regum.

D

26 Deus ſerui compellatione deliniens Dauidem. Huius vota ingenti beneficio cumulans. Domus Dauid reſpondens domui Dei ædificandæ.

27 Dauidis pietas promiſſis Salomon, & Meſſias. Quid manſuetudo. *Explicatus Dauid.*

28 Dauid, ieiunio & corporis maceratione poſtulans à Deo facultatem ædificandi templi, aut ſaltem parandi materiam.

29 Iuramento etiam ſe obſtringens, & abſtinens ab vxore. Lectus & cubile vxoria. Explicatus ſemel & iterum Dauid.

30 Templi deſcriptio Dauidi tradita. Exemplar *quid* *proprie. Cuius manu facta deſcriptio.*

E

EOrum, quæ de ædificãdo templo ante Salomonẽ acta fuerunt, hoc videtur filum, & hiſtoriæ ſeries. Primò inijcit Deus Dauidi cogitationem & voluntatem ædificandi templi, vt obſeruat Rupertus 2. Reg. c. 29. *Non caſu vel fruſtra, ſed nutu Deo hæc illi in mentem cogitatio venit.* Quod videtur agnouiſſe Nathan, cum Dauidi exponenti ſuam mentem & cogitationem, reſpondit:

23 Deus inſpirãs Dauidi votum ædificandi Tẽpli

Rupertus.

2. Reg 7. 10

Omne quod eſt in corde tuo, vade, fac, quia Dominus tecum eſt. Quæ prophetæ verba, quamuis Theodor. 2. Reg. q. 22. Procopius eodem loco, Rabani Gloſſa, & alij frequenter interpretes arbitrētur proceſſiſſe ex ignorantia quod exiſtimaret fore, vt ea Dauidis deliberatio minime Deo diſpliceret; erraſſe tamen: non enim ſemper Prophetæ prophetiæ ſpiritu, & exploratione diuinæ voluntatis illuminabantur. Sed ego tamen hæc ita verba accipi poſſe exiſtimo, vt quamuis libenter fatear, nondum prophetæ Nathan reuelatum fuiſſe diuinæ voluntatis decretum circa templi fabricam, nihil tamen erroris contineant. Illud enim, *Dominus tecum eſt*, ſi ad cogitationem referatur, hunc habet ſenſum: Hæc tua, ò Dauid, cogitatio, à Deo tibi immiſſa eſt, pietate plena eſt; compara te, quod in te fuerit, ad perficiendam ſanctam iſtam animi tui cogitationem, quod & fecit Dauid poſt reuelationem. Comparauit enim omnes templi impenſas, parauitque alia neceſſaria, & præterea Deus ſe illius cogitationis auctorem fuiſſe oſtendit, laudato illius conſilio; Quod illis verbis *Dominus tecum eſt*, voluiſſe prophetam Nathan ſignificare, quippe *laudauit ſcopum & conſilium regis*, inquiunt Theodoretus, & Procopius.

Theodoret. — Nathā non errāſſe in reſponſo reddito Dauidi. — *Theodoret. Procopius.*

24 Secundò ſuum conſilium communicat Dauid cum Nathan propheta, videlicet regni & rerum agendarum primo & ſanctiſſimo conſiliario 2. Reg. 7. *Vides ne* (inquit) *quod ego habitem in domo cedrina?* q. d. tunc primum incidiſſe in illam cogitationem, atque mirari ſe quòd Nathan, vt qui diuinas res maximè curaret, nunquam in ſimilem cogitationem incidiſſet. Illud enim indicant ea verba: *Vides ne?* quod propriè in Hebræo eſt: *vide obſecro*: eſt enim particula exhortantis: eia age, ſeriò licèt conſidera, atque de re negligēter prætermiſſa, ſeriò iam agamus. q. d. *Nunca aueis echado de ver en lo que yo agora reparo?* Vbi obſerua ſingularem Regis pietatem, qui non ſolùm non ingratus audiebat ſui conſiliarij atque concionatoris admonitiones; ſed præterea cum illo expoſtular, quòd rem admonitione digniſſimam, vel permiſiſſet, vel ratione alia ſuppreſſiſſet: præſertim cùm ad quandam regis reprehenſionem pertinere videretur, quod ipſe regiæ domus ſplendorem priùs, & potiùs curaſſe viſus fuiſſet, quàm tabernaculum Domini.

Quorſum Dauid cōmunicet cū Nathā ſuū conſilium. — נא — Rex Dauid libēter audiēs prophetæ admonitiones.

Tertiò, An Dauid rem communicauerit cum Nathan, vt Propheta rem referret ad diuinum oraculum, & de tota re Dei voluntatem requireret; An vero vt rem illam, quæ erat pietate, & charitate pleniſſima, ambo ſanctis cōſilijs & viribus promouerent, non ampliùs de diuino reſponſo dubitatione aliqua concepta, incertum eſt. Priorem exponendi rationē ſequuntur Abulenſ. 2. Reg. 7. 5. & Dionyſius.

Abulenſis. Dionyſius.

Sed in oppoſitum, non ideo egiſſe cum Nathan, vt Nathan conſuleret Deum, duplex mihi coniectura eſt; prior, quòd ſtatim illi reſponderit Nathan, nullo diuino oraculo expectato: Secus imprudentiæ cuiuſdam, atque parum maturæ deliberationis arguendus, ſi iuſſus à Rege Deum conſulere, præceps inconſulto Deo reſponſum reddidiſſet. Ergo dubia referebantur ad Deum, de re verò indubitata, & quæ procuľdubio plena erat pietate, nihil requirendum exiſtimare potuerunt.

Nō conſuluiſſe Nathā Deū de Dauidis voto.

25 Secunda, quod meminiſſe potuerunt viri, & prophetæ religioſiſſimi verbi Dei, Deuteron. 12. 5. 11. vbi pollicetur Deus, *electurum ſe locum, in quo, & nomen ſuum ponat*, id eſt, colendum proponat, & ſe præſentem exhibeat; idque cùm iam olim licebit *requieſcere a cunctis hoſtibus per circuitum, & abſque vllo timore habitare in loco, quem elegerit Dominus*. Quod non de tabernaculo, quod iam extructum à Moyſe fuerat, ſed de alio loco certo & fixo intelligendum eſſe, tum contextus ipſe docet, tum Kaldæus, legens; *locum, quem elegerit Dominus, domum inquam maieſtatis eius*. Nam valde frigida eſt Abulenſis, Nicolai, Dionyſij, & aliorum expoſitio, de quocunque loco vbi conſtituebatur tabernaculum, vt in Silo Ioſ. 18. 1. 1. Reg. 5. Pſalm. 77. 60. & in Nobe 1. Reg. 21. 1. & in Gabaon vt ex loco Salomonis iam conſtat; & in Sion; poſtquam tranſlata eſt arca ex domo Obededom. Quare Hebreus quidam nomine Hizkuni in eum locum Deuteronom. 12. obſeruat, Deum noluiſſe exprimere locum, de quo loqueretur, *eo quòd maieſtas diuina quieuit in multis locis, vt in Silo, Nobe, Gabaon, & templo Salomonico. Docet enim* (inquit) *aliquis docere diſcipulum ſuum per modum breuitatis*. Sed loquutum, inquam, Deum de vnico, & præfixo loco, id eſt, de templo Ieroſolymitano, quem fortè non deſignauit Moyſi, ex manifeſta alluſione colligitur: nam cum de templo Ieroſolymitano loquitur, loquitur de loco eligendo, & dicando nomini ſuo 2. Reg. 7. 13. *ipſe ædificabit domum nomini meo*. 3. Reg. 5. 5. *Cogito ædificare templum nomini Domini mei Dei*. 3. Reg. 11. 36. *Ieruſalem quam elegi vt eſſet nomen meum ibi*. Reſpondes ergo illi quod dicitur Deuteronom. 12. 11. *Locus, quem elegerit Dominus, vt ſit nomen eius in eo*. Ergo cùm eum locum pollicitus fuerit Deus deſignandum, iam quiete & victoria parta de hoſtibus, ſapienter perinde ac ſanctè, de templo ædificando cogitationem concipit Dauid: *Cum ſediſſet rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique ab vniuerſis inimicis ſuis*. Vbi igitur tam probabilis antiqui oraculi coniectura, minimè exiſtimarunt opus noua reuelatione; niſi fortè non tam dubitauerit, aut exiſtimauerit referendum ad Dei oraculum de tempore à ſe ædificandi templi, quàm de loco in quo ædificari oporteret, iuxta id Pſalm. 131. 5. *Donec inueniam locum Domino*, vt inferiùs dicemus, cum de templi loco.

Loci Deuteronomij expreſſio interpretatio kaldaus. — *Abulenſis. Nicolaus. Dionyſius.* — R. Hizkuni. — Vnde Dauid inciderit in cogitationem templi ædificandi. — 2. Reg. 7.

26 Quartò, ea ipſa ſequēti nocte admonetur Nathan de nuntio perferendo ad Dauidem, atque de tota rei gerendæ ratione ex diuino decreto, *Vade, & loquere ad ſeruum meum Dauid. Nūquid tu ædificabis mihi domum?* &c. Diuinum oraculū nihil aſperum cōtinere, neque repellere Dauidē, quaſi indignum ab opere ſanctuarij, ſed potius ſuauiter & comiter illū inſtruere de diuina voluntate, laude etiā proſequi eius votū, ſuperiùs indicabamus ſect. 2. & argutè exponit Theodoretus q. 22. qui obſeruat, Deum *delinire Dauidem appellatione ſeruitutis*. eſt. n. ſplēdidiſſimū & honorificētiſſimū, Deo ſeruire, & Deū ſibi de ſuo ſeruo gratulari. Quod in noſtris in Iob Commētarijs fuſiùs exponebamus. Deinde videtur ex Dei nomine dixiſſe Nathā, quod 2. Reg. 7. prætermittitur, ſed 3. Reg. 7. 18. exprimit ab ipſo Salomone: *Ait Dominus ad Dauidē patrē meū: Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domū nomini meo, benefeciſti hoc ipſū mente tractās*. propriè ex Hebræo, *gratum feciſti*, placuit mihi iſta tui animi deliberatio; hilari, grato animo accipio, quod hilari & grato animo mihi offers. Quod deinde addit: *Nō ædificabis mihi domū, neq. n. habitans in domo illa* &c. in

2. Reg. 7. 5. — *Theodoret.* — Appellatio ſerui Dei præclara. — טוב Bonū, gratum. — Vrbanitas quędā diuina ſeipſo.

dicat

dicat Theodoretus accipi quoque debere ex diuina quadam vrbanitate: *Docuit* (inquit) *ſuam naturam nulla laborare indigentia.* q.d. *Ne tom eis trabaxo de edificarme caſa, que no ay neceſſidad, que como me he paſado haſta aqui, me podre paſar adelante.*

Deinde exponit Dauidi ſingularia beneficia, quibus illum liberaliſſimè cumulauit, vt ſignificet proſequuturum etiam digno præmio promptiſſimam illam ædificandi templi voluntatem. Præmium autem duplex videtur ſubijci: alterū, alterum, domus, & familia nunquam defutura.

Deus ſua beneficia recēſens ſacit ipſe memorum Pietati Dauidis cur promiſſa poſteritas. Templum domus.

2. Reg. 7. 11. *Prædicit tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus*, & ſanè proportione quadā opportuniſſima. nam templum eſt, quaſi domus filiorum Dei quò congregantur domeſtici, & familiares Dei. Ergo volenti domum Deo ædificare, id eſt templū, quo filij Dei, & domeſtici conueniant; proportione ſeruata pollicetur Deus fore, vt domum illi faciat perpetua filiorum & poſteritatis ſucceſſione.

27 Altera præmij pars, quòd illius filius ædificaturus ſit templum, atque re ipſa perfecturus. Salomō itaque ædificans templum, eſt præmiū Dauidis concipientis ædificandi votū, vt ſuperius exponebamus. Tum etiam & Chriſtus Ieſus, cuius Salomon figuram repræſentabat, & qui Eccleſiam filiorum Dei ædificaturus eſſet. Quod probè obſeruauit Rupertus in lib. 2. Reg. c. 29. videlicet illo ſuo ædificandi templi voto Dauidem promeruiſſe Chriſti Ieſu promiſsionem.

Salomō & Chriſtus Dauidi promiſſi. Rupertus.

Per hanc (inquit) *occaſionem bene præparata mēte, & deuoti cordis apertis ianuis, repromiſſionem dignè accepit Domini ſui filij ſui Chriſti regis æterni, qui ſolus ſciret, ac poſſet domum ædificare ad habitandum Deo viuenti.* Atque idem Dauidis meritum propter ardentiſsimum templum ædificandi votum proponere videtur, vel ipſe Dauid. Pſ. 131. vel Salomon, ſi illius auctor eſt; *Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, ſiue, vt plerique ex Hebræo legunt; *omnis afflictionis eius.* Eſt enim illa *manſuetudo*, pietas quędam bene inſtituti animi, Deoq; deuoti, cuius charitate æſtuabat, & affligebat ſe; quòd non poſſet re ipſa perficere votum ædificandi templi. atque videtur etiam peculiaribus corporis afflictionibus ſe maceraſſe ad obtinēdam ſaltem à Deo reuelationem loci & diſpoſitionis, qua templum eſſet à Salomone filio conſtruendum: Quo loco eleganter dixit Chryſoſtomus. *Quoniam Dauid erat deſiderio vidēdi tēplum excitatum maximè inſignis: tāquam illius ſtudij & animi remunerationē petit a Deo tēpli ædificationē, & dicit ex Salomonis perſona; Quoniā ab eo genus duxi, & quoniam cū tibi fuiſſet acceptum eius ſtudiū, & diligētia, dixiſti te eius genus, & regnū erecturū: propterea hæc pacta cōuēta nunc a te exigimus.*

Manſuetudo pro afflictione. ענוה

David corporis afflictione obtinens reuelationē loci pro Templo. Chryſoſt.

28 Quintò, Dauid quamuis delinitus, prophetæ, ex Dei nomine, ſermone & promiſſione; tamē videtur ingenti animi ſenſu tuliſſe, quòd impediretur ab illo promptiſsimo animi obſequio perficiēdu; atque, vt ſaltem futuri templi rationem aliquam, & facultatem cognoſcendi, præparandi, & qua fieri poſſet ratione iuuandi, ſibi Deus concederet, nouo obſequio, & corporis maceratione à Deo poſtulaſſe, laudemque obtinuiſſe. Quod videtur eſſe illud votum, & iuramentū Pſal. 131. 2. *Sicut iurauit Domino.* Quamuis enim Theodoretus & alij non aliud intelligāt, quam illud ipſum primum votum, quod expoſuit Nathan prophetæ 2. Reg. 7. 2. tamen leniſsimus ipſe Pſalmi contextus, & hiſtoriæ decurſus, is videtur eſſe, vt poſtquam accepit fieri non poſsit, vt ipſe templum perficeret; at ſaltem pro ſuo ſolatio templi aliquam curam & partem ſibi communem fieri poſtulauerit, indicato templi loco, & deſcriptione; quā poſtea à Deo obtinuit: & alijs neceſſarijs ad templi fabricam. Quare eleganter Theodoretus eo Pſalmo: *Poſtquā* (inquit) *per Nathan Deus prohibuit, prædixitq; templi ædificationem à Salomone faciendam, diſtulit quidem ædificium, non autem ſegnitiam amplexus eſt, ſed aurum, argentum, &c. coaceruauit.* Atque adeo Salmeron ſuo illo Prolegom. 42. non dubitauit aſſerere, templum non minus ad Dauidem quam ad Salomonem ſpectaſſe, cùm ille materiam, formā, locum, & quietum fabricandi tempus Salomoni reliquerit. Chryſoſtomus verò in eum Pſalm. 131. apertè ait, ideo potiùs ibi fieri mentionem Dauidis, quam Salomonis, *quia Dauid potius eſt, qui ædificauit, quam filius. Dauid enim pollicitus eſt; at Salomon iuſſus eſt.* Ego verò quamuis agnoſcā multum Dauidis voto, labore & ſollicitudine, atque impenſis ad templum collatum eſſe, non omnino auſim ex æquo vtrique templum attribuere, quod Deus Dauidi negauit, Salomoni conceſsit.

Quale Dauidis votū & iuramentum ædificandi Templi.

Theodoret.

Salmeron.

Chryſoſt.

29 Sextò, hæc videtur formula concepta voti & iuramenti; *ſi introiero in tabernaculum domus meæ: ſi aſcendero in locum ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitionem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Nam agere de loco ædificandi templi; non verò de loco, in quo tabernaculum eſſet conſtituendum, apertè colligitur, tum ex promiſsione, quæ hoc eodē Pſalmo ſubijcitur. verſ. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum. De fructu vētris tui ponam ſuper ſedem tuam.* nō enim prius Salomonis promiſsio facta eſt Dauidi, quàm is conceperit votū ædificandi templi, vt conſtat 2. Reg. 7. Tum ex alluſione ad illa verba dicta ad Nathan Prophetam: *Vides quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit in medio pellium.* Cū quo videtur opportuniſsimè necti hoc votum; *Si introiero in tabernaculum domus meæ.* Rem enim indignam arbitrabatur, ſibi quā arcæ magnificentius & ſplēdidius domicilium eſſe. Ergo iuramento ſe obſtrinxit non prius ſe inhabitaturum domum illā pretioſam cedrinam, ſed vel in veteri, vel in viliori domo interim verſaturum. Tum prætereà non conſcenſurum lectum ſuum molliſsimè inſtratum, fortè, vt abſtineret à conſuetudine vxoris, ſicut legit Kaldæus: *ſi acceſſero ad vxorem meā, & ſi aſcēdero ſuper lectum ſtraminis mei.* Et quidem vox originalis *lecti*, de lecto dormitorio, & vxorio accipitur, Cant. 1. 17. *Lectulus noſter floridus*, & Amos. 6. 4. *Laſciuitis in ſtratis veſtris.* Neque aliena eſt vox *ſtrati*, ferè enim pro eodem ſumitur, Gen. eſ. 69. 4. Pſ. 62. 7. Iſai. 28. 20. Atque eodem videtur ſpectare quod additur: *ſi dedero ſomnū oculis meis.* quamuis enim in hoc voto exponēdo de non captando ſomno interpretes hæreant; quoniam, vt Hilarius ait: *Humana natura vna hæc eſſe non poſſunt: & conditio ſacramenti infirmitatem terrenæ neceſſitatis excedit:* Tamen non videtur ſimpliciter accipiendum de ſomno nulla ratione, aut in loco nullo captando: ſed ſub tecto domus regiæ cedrinæ denuo exædificatæ; vt integrum votum cum proportione quadā reſpondeat ſuo deſiderio domus Dei extruendæ, aut certè cognoſcēdi, vbinā tandē Deus illā conſtruere & ædificare vellet; ita vt ſit prioris verſiculi quaſi amplificatio quædā, Neq; die neq; noctu fruar domo pretioſa, nō ſolùm nā ad vſus diurnos, ſed neq; ad nocturnos. Ac iā tūc ſine vlla hy-

Formulæ cōcepti voti à Dauide

Kaldæus. ערש

יצע Stratū, vel lectus.

Hilarius.

perbole dictum erit ; non priùs dormiturum, quàm Deus illi locum templi deſignaret. Sic non iurauit temere ſe inſomnem peruigilaturum ſub dio.

Votum Dauidis abſque vlla temeritate.

Supplendũ verò aliquid, quod in his iurandi formulis boni hominis gratia, reticeri ſolet; veluti, Pereã, aut, aliquid ſimile, ſi hoc fecero, &c. Atque adeo ex ipſa loquendi formula non obſcurè colligitur verum fuiſſe Dauidis votũ, verũmque iuramentum. Quamuis enim Hilarius per iuramẽtum & votum, nihil aliud intelligere videatur, quàm ardentiſſimam & promptiſſimam voluntatem: *Sacramenti* (inquit) *mẽtio ad profeſsionem voluntatis aſſumitur, & ita geſsit, & loquutus eſt omnia, vt ſacramento religionis ſatisfacere videretur.* Nihilominus tamen ipſa illa loquutio imperfecta & cum reticẽtia fere ſemper iuramenta, & promiſſiones imprecatorias comitatur, Exẽpla omnia cùm iurãt homines Geneſ. 14. 23. & 21. 23. & 33. 29. Iudic. 5. 8. Pſal. 130. 2. & cùm iurat & promittit Deus, Deut. 1. 34. 1. Reg. 3. 13. Iſai. 22. 14. Ierem. 5. 11.

Hilarius.

Iuramẽta Imprecatoria cũ reticentia.

30 Septimò, Huic prõptiſſimi Dauidis animi obſequio videtur annuiſſe Deus atque ingenti ſolatio cũ cumulaſſe, oſtendens abſolutam, perfectámque totius fabricæ deſignationem deſcriptam; vel prophetæ Nathani miniſterio, vel Angeli, vel, vt Dionyſius indicat, Gad prophetæ; aut vt Hebræi volunt, neque reijcit Lyra, & admittit Dionyſius, reuelatione facta per Samuelẽ, coniectura facta ex 1. Paral. 9. 22. vbi Leuitæ, & ordines miniſteriorũ templi ſcribuntur *Quos* (inquit) *conſtituerunt Dauid, & Samuel Videns in fide ſua*, vel, vt ex Hebræo legitur: in munere, aut officio ſuo perpetuo & conſtãti. Sed hoc reijcit Abulenſis, & meritò; cùm nihil aliud velit is locus, quàm illos templi & tabernaculi miniſtros primũ fuiſſe à Samuele ordinatos; deinde à Dauide; vel ſanè illa templi futuri deſcriptio reuelatione peculiari ipſi Dauid facta & cõmendata fuerat; vel alia denique ratione 1. Paral. 28. 19. *Omnia venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris.* Vbi duo indicantur Dauidi à Deo tradita, primùm, exemplar aliquod futuræ fabricæ, quod tabula, lapide, aut mẽbrana aliqua deformatũ eſſet, conſtãs veſtigijs fabricæ, atque tota edificij facie, vniuerſaque ortographia. nam vox originalis *exemplaris Banith*, quæ dicitur à radice *Bana*, quod eſt, ædificare, videtur propriè accipi pro exẽplari, aut ſimilitudine deformata alicuius futuri ędificij, vt Exod. 25. 9. dicitur, oſtenſa Moyſi à Deo, *ſimilitudo tabernaculi*; & inferiùs verſ. 40. dicitur *monſtratum exemplar*; & eadem originali voce 4. Reg. 16. 10. ſcribitur *Acaz vidiſſet altare Damaſci miſiſſe ad Vriam ſacerdotem exemplar ad ſimilitudinem iuxta omne opus eius*, videlicet ad extruẽdũ. Secundum verò, vt rectè obſeruat Abulenſis. 1. Par. 28. q. 7. fuit ſcriptura & quaſi cõmentarius, vt Dauid intelligeret *vniuerſa opera exemplaris*. Vox enim originalis *ſcribendi*, de propria ſcriptura & libellis dicitur paſſim, & Vatablus eò pertinere exiſtimat, quod Deus *ſcripſit manu ſua, & digito ſuo, vt Dauidem ea familiarius doceret*. Quamquam Theodoretus in fine 1. Paral. innuere videatur, ipſam deſcriptionem non eſſe traditam Dauidi à Deo, ſed reuelationem, & ſcientiã deſcribẽdi: *Dedit* (inquit) *Salomoni filio ſuo exemplar templi, docens, quod ea non humana deſcripſit ratione: ſed gratia ſpiritus erat cum eo; ſubiunxit etiam exemplar omnium, quod erat in ſpiritu eum ipſo.* Quæ verba fere deſcripſit Procopius. Ergo appellabit *ſcripturam de manu Dei*, quam ipſe Dauid Dei ſpiritu deſcripſiſſet. Sed ſanè paulo durius; quamquam ad eam intelligentiam poſſet trahi, quod LXX. eo loco legunt: *Omnia in ſcriptura manus Domini dedit Dauid Salomon ſecundum aſſiſtentem ſibi intelligentiam confectionis exemplaris.*

Deſcriptio Templi cuius manu deſcripta.

Dionyſius.

Lyra.

An per Samuelem facta aliqua reuelatio Dauidi.

Abulenſis.

Exemplar quid.

בנת

Abulenſis

כתב

Scribere, ſcriptura.

Vatablus.

Theodoret.

Procopius.

V. Templi locus, & impenſæ comparatæ à Dauide.

31. *David diligenter requirens à Deo locum templi ædificandi. Hic quando illi commonſtratus, & in quo loco verſanti. Explicatus David.*
32. Ephrata *quid & in qua tribu.* Gabaa *propriè & appellatiuè.*
33. Ephrata *pro regione Ieroſolymitana. An area Areunæ ſyluoſa, an aperta, & perflabilis. An inſignis & fertilis.*
34. *David facultate donatus parandi templo neceſſaria. Ex prælijs prædas conſecrans.*
35. *Salomonis celeritas in ædificando. Dauidi acceptã deberi. Talentum Hiſpanum Quintal.*
36. *Ex quo tempore Dauid præparaui impenſas fabricæ.*

Primo quidem in illa, ſiue reuelatione, ſiue deſcriptione, & delineatione futuri templi Dauidi tradita, videtur indicatus locus ad ædificandum opportunus, & ab ipſo inhabitaturo Deo præſcriptus, quem tã ardenter ſcire cupiebat Dauid propter id Deuter. 12. 5. 11. de loco eligendo, in quo Deus perpetuò manſurus eſſet, non iam in tabernaculo notorio. Quod ad loci dignitatem, & ſanctitatem ſingularem, & ad Tribus, cuius intereſſet, honorem ſpectare videbatur: vt idem Dauid celebrat eo Pſal. 131. 14. & Pſ. 77. 67. 68. Tum præterea facit ad commendationem ſingularis pietatis Dauidis. *Nolebat* (ait Chryſoſtomus) *ſolummodo extruere, ſedetiam in loco aptiſſimo, & Domino valde conuenienti, & opus ei erat inquiſitione; tanta erat ei animi vigilantia.* Videtur igitur demonſtratus illi locus, in quo ædificandum eſſet templum, mons Moria, & area Ornam Iebuſæi, iuxta id 2. Paral. 21. *Cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem in monte Moria, qui demonſtratus fuerat Dauid in area Ornam Iebuſæi.* 31

Locus Templi deſignatus Dauidi.

Chryſoſt.

Sed controuerſia eſt, quando fuerit Dauidi à Deo demonſtratum, fore ut in area Ornam Iebuſæi templum ædificaretur. nam Nicolaus & Dionyſius 1. Paral. 22. & 2. Paralipom. 3. exiſtimant, tunc inſtructum fuiſſe Dauidem de templo ibi ædificando, cùm admonitus eſt à propheta Gad de altari eo loco ſtruendo poſt viſum Angelum euaginato gladio 2. Reg. 24. 14. 15. 16. quæ fuit Ioſephi ſententia lib. 7. Antiq. c. 10. in hæc verba: *Dauid enim animaduertiſſet ſe exauditum & gratum fuiſſe ſacrificium, decreuit totum illum locum, altare vniuerſi populi appellare, & Deo templum ibi exædificare: quam eius vocem Deus in futurum ratam eſſe voluit. Mox enim propheta ad eum miſſo, illic templum extruendum prædixit à filio, quem regni ſucceſſorem eſſet relicturus.* Reſpexit nimium Ioſephus ad locum 1. Paral. 22. 1. vbi poſt oblatum ſacrificium in area Ornam Iebuſæi ſubiungitur: *Dixitque Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtũ Iſrael, & præcepit,*

Quando eius loci reuelatio facta.

Ioſephus.

cepit, vt congregarentur omnes proſelyti ad cædendos
lapides, vt ædificaretur domus Dei. Quo loco idē a- (Abulenſis.)
gnoſcit Abulenſis, nimirū tunc reuelatum fuiſ-
ſe Dauidi locum ædificandi templi.

Sed hic locus nihil cogit, vt intelligamus tūc
primùm factum eſſe illi demonſtrationem tēpli
in eo ædificandi; ſed potuiſſe quidem, quem an-
tè iam per reuelationem agnouerat, tunc demū
populo exponere, quòd iuſſus eſſet à Gad pro-
pheta publicum huius rei argēium præbere ex-
tructo altari, vt iam tunc vniuerſus populus ſci-
Cōmodior quæſtionis reſponſio. ret locum eſſe ſanctificatum, & ædificando tem
plo deſtinatum. Quare potiùs dicerem cum eo-
dem Abulenſi 2. Paral. 3. q. 8. peculiari alia reue
latione antea fuiſſe demonſtratum illum locum
Dauidi, tunc videlicet quando tradita eſt illi
deſcriptio vniuerſæ fabricæ, & exēplaris, quod
contigit ſtatim poſt votum conceptum ædifi-
candi templum. 2. Reg. 7. & longè ante numera-
tionem populi, & peſtem graſſantem Ange-
lùmque cædentem 2. Reg. 24. 16. Locum itaque
non ſtatim emit cum illi demonſtratus eſt, ſed
poſtea proceſſu temporis, & occaſione. Et eò
Iſidorus. Montanus fortè reſpicit poſt Iſidorum Clarum Montanus
ſic elucidans; Id mihi fuerat Ephratæ dictum,
domum Dei ædificandam eſſe per meam fami-
Genebrardus. liam. & idē clarius expreſſit Genebrardus, qui
illud ſequentis verſiculi; *Ecce audiuimus eā in Ec-*
phrata, referri poſſe exiſtimat ad Dauidem con-
ſiſtentem in Ephrata, id eſt, in Bethlehem: cùm
accepit reuelationem loci futuri templi. Quam
Pſ. 131. 6. Vatablus. uis argutius Vatabl. alia ratione ad Dauidem re
ferat Ephratam, & *campos ſylua,* vt denotetur ho
mo Ephratæus, Bethlehemiticus. Montanus, *è*
campis ſylua, id eſt, Dauid paſtoritiam vitam a-
gens, cui reuelatus fuit locus, vt notetur pietas
& ſubmiſſio animi Dauidis: *Vino Dios a deſcru-*
brir el lugar de ſu templo aun al decano de Bethlem. De
quo ſtatim, ſed ſiue hoc, ſiue illo modo, elegan-
ter eam intelligentiam expreſſit Luſitanus no-
Crucius. ſter.

Enphrataa vagus dum fortè cacumina luſtro,
Et nemorum ſaltus, accepit ex æthere ſignum,
Vnde pater noui vellet quo in vertice templum.

Atque huc fortè referri poteſt quod ſequitur
Pſ. 131. 6. *Ecce audiuimus eā in Ephrata, inuenimus*
eam in campis Sylua, vt *eam;* ſiue arcam, cum O-
rigene, Chryſoſtomo, & Græcis, id eſt, locum ar
Hieronym. cæ fixum & ſtabilem; ſiue *eum,* vt Hieronymus
legendum volt in Epitaphio Paulæ, vt referatur
ad locum templi, & habitationis Dei; ſiue id ne-
gotium totum de ædificando templo: nam non
habent Hebræi genus neutrum: ſed pro illo v-
Genus fœmininum pro neutro apud Hebræos. tuntur fœminino, aut maſculino, omnia tamen
recidunt in locum templi, qui primum auditus
fuerit acceptuſque per reuelationem à Dauide;
poſtea vero re ipſa *inuentus,* & Angelo ibidem
conſiſtente *monſtratus.* Nam *audiri* etiam dicun-
tur in ſacro ſermone quæ à Deo per internā re-
Audire ad reuelationem. uelationem accipiuntur: & *inueniri* ea etiam di-
cuntur quæ occurrunt, aut ſeſe in alicuius con-
ſpectum præbent.

32 Ephrata quid. Caietanus Sed, vt ſemel de Ephrata & de campis Syluæ
dicamus, mira eſt interpretum varietas. nam Ca
ietanus accipit pro tribu Ephraim, & pro Silo
oppido Ephraimitico, in quo fuiſſe Dei arcam,
& tabernaculum conſtat, Ioſue 18. 1. & auditu
tantùm accepit Dauid. nam poſt Heli aliò tranſ-
קריתיערים latum ipſe Dauid tandem inuenit in Cariathia-
rim 1. Paral. 13. 5. 6. 2. Reg. 5. 1. 2. 3. Porro *Caria-*
thiarim, dicitur *vrbs ſyluarum* Ioſ. 15. 9. Nam ad-
iacebat oppido mons *Iegharim,* quæ vox pro-

A priè ſignificat numero multitudinis *ſyluas,* con-
denſa, aut nemora, quòd ille mons multa mate-
ria obſitus eſſet. de quo vide Maſium Ioſ. 9. verſ. (Maſius.)
17. Adrichom in ſorte Dan. num. 17. Zieglerum (Adrichom. Zieglerus.)
in ſua Deſcriptione terræ ſanctæ, qui ſubtiliter
obſeruat, quod 2. Reg. 6. 3. dicitur fuiſſe antea in
Gabaa, non debere intelligi propriè pro ciuita- (Gabaa propriè & appellatiuè. גבע גבעה)
te Gabaa, quę erat tribu Beniamin, Ioſ 18. & 21.
ſed appellatiuè pro mōte illo ſyluoſo *Iegharim.*
nam Gabaa montē, aut collē ſignificat: quare ſic
tranſlata eſt Arca de Cariathiarim, id eſt de Ga-
baa, id eſt, de colle, aut monte nemoroſo dicto
Iegharim. Hęc exponendi ratio proculdubio cō
gruit cum re tota: ſed hoc ſolum habet contra
ſe, quòd quamuis nomen originale *Ephrati,* ali-
B quādo ſumatur pro homine ex tribu Ephraim, (Ephrati, & Ephratæus. אפרתי)
Iudic. 12. 5. *Nunquid Ephratæus es.* & 1. Reg. 1. 1.
Similiter autem de tribu Iuda, aut de Bethlehē,
1. Reg. 17. 12. proptereaque *Ephrata,* vnde dici-
tur *Ephrats,* oporteat etiam eſſe nomen anceps
ad Ephraim, & Bethlehem: Tamen Ephrata nū-
quam inuenitur pro Ephraim, aut re Ephraimi-
tica. Tum præterea quòd Patrum & aliorum in-
terpretum conſenſus accipiunt de loco tribus
Iuda, aut de Bethlehem.

Alij Ephratā pro regione illa Hieroſolymita- (33 פרח פרה)
na fertili & amœna, vt deducāt nomen a radice
Parah, quod eſt creſcere & multiplicare, aut à ra
dice *Parahh,* quod eſt florere & germinare. Alij
per Synecdochē pro Bethlehē. Deindeque pro
C Ieruſalē quæ erat caput Bethlehē, aut pro tribu (Origenes. Chryſoſt.)
Iuda, vt volūt Origenes, & Chryſoſtomus: nam
tribui Iuda & arci Sion accenſebatur templum.
Sed diſplicuerunt hæc omnia Hilario: *Quid* (in-
quit) *commune Ieruſalem & Ephrata; quia area ad*
campos Sylua: Nihil hic conueniens eſt. Nihil nō diſ-
ſonans eſt. Et quidem parum congruere videtur,
quòd plerique cāpos ſyluæ interpretantur areā (An area Ornā eſſet cāpus ſyluoſus.)
illam Ornam Iebuſæi. nam potius area illa vide
tur fuiſſe nouale, aut ager planus, nullíſque im-
peditus arboribus. Nā *terebat in area triticum,* a-
reæ autem locus ex rei ruſticæ præcepto, nō ſo-
lū debet eſſe ſublimiori loco, ſed etiam vndecū-
que perflabili ad expurganda frumenta. Propte (Areæ locus qualis.)
rea alij *campos ſylua,* referunt ad montē Sion, in (Varro de re Ruſt. lib. 1. cap. 5. Pallad. li. 1. tit. 36.)
D quo eſſent ſyluæ & nemora. Theodoretus, alia
ratione, id eſt, figurata *campos ſylua,* aut campos
nemoroſos accipit pro loco deſerto, & ſine vl-
lis ædificijs: *Campos* (inquit) *ſylua, nuncupat locum*
templi, qui Ieroſolymæ erat quideſertus erat, & ædifi (Theodoret.)
cium minimè habebat. Iſidorus Clarius eādē Areunę (Iſido. Clar.)
areā appellatā vult *Ephratam, & campos Syluæ,* nō
tā ob nemora, quā ob fertilitatem, quòd ibi fru
menta ſyluſcerent, ſicut eadem fertilitas ſigni
ficatur Pſ. 71. 16. *Superextolletur, ſuper Libanū fru-*
ctus eius. Sed ego ex his omnibus huiuſmodi ido
neum ſenſum elicio & compono. Deſiderans lo
cum cognoſcere futuri templi, & fortè etiā ver-
ſans in hoc ipſo tractu & regione Ephratæa, &
Ieroſolymitana, accepi à Deo in ea ipſa regione
E ſigēdum templum, & peculiariter quidā, atquè (Deus eligens Templi locum in agro deſerto.)
deſignatè in deſerto illo, & ſine habitatore, lo-
co agri Ornan. quippe nolle Deum in peculiari
aliqua alicuius hominis, & quaſi cōductitia do
mo habitare, non iā in domo Obededom, nō in
domo Dauid: ſed in nouo domicij loco, & in
quo nondum quiſquam habitaſſet, neque ædifi-
cium prius aliquod erectum fuiſſet.

Nonò, ſimul cū Templi, & vniuerſæ ſuę ſupelle- (Dauid accipiens facultatem præparandi tēpli impenſas.)
ctilis ſacrę deſcriptione, videtur Dauid accepiſ-
ſe facultatē, vel ipſe quidē pro ſua inſigni animi
pietate petijſſe, atq; obtinuiſſe, vt ſibi liceret o-

pem, & operam aliquam ſuam in templi fabricam conferre. nnam qui iam ſemel accepiſſet à Deo fieri nõ poſſe, vt ipſe templum ædificaret, videtur non auſurus neceſſaria templi præparare, quàm ea de re obtéta priùs facultate; niſi velis Dauidem pro illius pietatis, & charitatis ardore nimiùm anguſte, & ſtrictè diuinam illam prohibitionem accepiſſe de non ædificando tẽplo; neque potuiſſe ſeſe cõtinere, quin vota ſua, facultates & operam in templum conferret, tãtum non ædificando.

Dauidis pietas.

Dauid præparans impenſas.

Ergo cùm edoctus eſſet ex deſcriptione, quãtum auri, argenti, æris, ferri, marmoris impendi oporteret, ſtatim comparare & præparare incipit inter bellorum curas, metalla ex prædis & victorijs de regibus, & prouincijs contermi nis, reportatis, lapides ex lapicidinis; ligna ex Libano & Tyro. Adde etiam, cùm æſtuaret erigendæ ſacræ domus deſiderio, curauit ne filius Salomon diutius retardaretur ab ædificando, ſi impenſæ neceſſariç ad manum illi non ſuppeterent. vide 1. Paral. 23 3.4.5.6. Cõſtituit latomos ad cædendos lapides, & præparat metalla & li-
35 gna cedrina ex Tyro, & Sidone: *Et dixit David; Salomon filius meus puer paruulus eſt, & delicatus: domus autem, quam ædificare volo Domino, talis eſſe debet, vt in cunctis regionibus nominetur. Præparabo ergo ei neceſſaria. & ob hanc cauſam ante mortem ſuam omnes præparauit impenſas.* Et inferius. verſ. 14. *Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum; æris verò & ferri non eſt pondus. vincitur enim numerus magnitudine; ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia.* Ruſus. c. 28. 2. 14. *Aurum in pondere per ſingula vaſa miniſterij, argenti quoque pondus pro vaſorum, & operis diuerſitate,* &c. Ruſus. c. 29. 2. 3. *Totis viribus meis præparaui impenſas domus Dei mei: aurum, ad vaſa aurea: & argentum in argentea: æs in ænea: ferrum in ferrea: ligna ad lignea: & lapides Onychinos, & quaſi ſtibinos diuerſorum colorum, omnemq; pretioſum lapidem, & marmor Parium abundantiſſimè, & ſuper hæc de peculio meo tria millia talenta auri de auro Ophir, & ſeptem millia talentorum argenti probatiſſimi ad deaurandos parietes templi.* Dauidi etiã

Populi oblatio.

ſumma impenſarum Auri.

accepta referri poſſunt, quæ fecit, vt à populo offerrentur, & à principibus *auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia; argenti talenta decem millia, æris talenta decem, & octo millia, ferri quoque centum millia talentorum.* Ex quibus conſurgunt centum & octo millia talentorum auri quæ redacta ad ſummam ducatorum Hiſpanicorum efficiunt mille ſexcentos tres milliones, & octingenta millia ducatorum plus minùſve. Argenti verò conſurgunt mille millia. & decem & ſeptem millia talentorum, quæ efficiunt Hiſpanicę monetæ mille ducentos, & octo milliones, & centum nonaginta ſex millia ducatorum. nam *Talentum* dico, quod appendit duodecim mille drachmas, ter mille ſiclos, minas centum viginti, ex computatione & probatione diligentiſſima Villalpandi: quæ proculdubio omnium certiſſima videri debet, tantum non maleuolo, & inuido, neque proteruo. Quanquam ſanè Hebræi Hiſpanienſes in ſuis illis Biblijs vulgaribus *Talentum* interpretantur quod vulgo appellamus *Quintal*; Quintal autem continet quatuor *arrouas*. Arroua autem vigintiquinque libras: porro libra Hiſpana ſedecim vncias, ex qua cõputatione appendebat talentum decies nouies mille ducentas drachmas. Quæ ſi ſint auri, efficiunt decies nouies mille ſcuta auri, id eſt, du-

Argenti.

Talentum Siclus. Mina.

Quintal Hiſpanũ.

12900.

13760.

catorum viginti tria millia & ſeptingentos ſexaginta; ſi verò talentum & drachmæ ſint argenti, efficiunt mille ſeptingentos quadraginta quinque ducatos plus minùſve. Sed diſputatio de Numiſmatis & ponderibus, vt eſt incredibiliter controuerſa, & dubia, ita non eſt mei inſtituti: illum adiri velim qui fuſiſſimè atque diligentiſſimè rem totam explanaret, Villalpandus ſuo tomo 2. Apparatus in Ezechielem, antiquorum atque recentiorum ſententijs bene perpenſis atque examinatis. 1745.

Villalpandus.

36 Hinc ingens Dauidi cura diuitias cõgregandi non ſibi, ſed Deo, & ſacris vſibus templi, vt dicebamus lib. 4. cap. 1. ſect. 1. Quomodo autem Dauid præparauit omnes impenſas futuri templi, id eſt materiam vaſorum, & aliorum Templi vtenſilium: tum præterea plurima ligna, & lapides, quamuis alia plurima ad templi expenſas relicta fuerint præparanda Salomoni, explicabamus eodem illo loco, & prætera cap. 2.

Secundò hinc colligo, quod ſuperiùs indicabamus, multo ante numerationem populi cœpiſſe Dauidem templi ſtudio prædas & ſpolia conſecrare Deo, vt colligitur 1. Paralip. 18 11. *Omnia vaſa aurea, conſecrauit Dauid rex Domino cum argento & auro, quod tulerat ex vniuerſis gentibus, tam Idumæa, & Moab, & filijs Ammon, quam de Philiſthijm, & Amalech.* & 2. Reg. 8. 11. *Vaſa aurea, & argentea, & ærea Adarezer ſanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ ſanctificauerat de vniuerſis gentibus quas ſubegerat de Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philiſthijm & de Amalech & de manubijs Adarezer.* Hæc autem fuiſſe dedicata ad vſum & ſupellectilem futuri templi, non tantùm ad vſum tabernaculi, fere communis interpretum obſeruatio, Nicolai, Caietani, Abulenſis, Dionyſij.

Ex quo tempore cœperit Dauid præparare impenſas.

VI. Priuatus Templi locus in area Areunæ; & illius coemptæ pretium.

37 *Dauid nuſquam præter adulterium rei alienæ appetitor. Nolens gratuitò aream Areunæ.*
38 *Areuna magnanimus & vrbanus. An olim rex Iebuſæorum. Proprietas Hebraicæ linguæ.*
Dauidis amicus & genere Iebuſæus Areuna.
39 *Pretium areæ coemptæ à Dauide. An tota area coempta, an etiam boues & plauſtra.*
40 *Sicli de argento an eſſent aurei.* Argentum *pro pecunia. Explicati Iſaias & Sophonias.*
41 *An pretium areæ collatum ab omnibus tribubus.*
42 *Veriſimiliter difficultatis ſolutio: quinquaginta ſiclos auri æſtimatos ſexcentis argenti.* Siclus *abſolutè ſumptus an auri, an argenti intelligendus.*
43 *Veroſimillima locorum pugnantium conciliatio. Repetitio eiuſdem vocis ad augmentum. Regia Dauidis liberalitas & pietas.*

37 IAm ſenior, & poſt aſſidua bella atque numerationẽ populi occaſione Angeli viſi in area Areunæ & accepto præcepto de ædificando altari, intellexit Dauid facultatem ſibi fieri vrgendi rem templi & emendi aream ab Areuna. Et mirum, quòd nondum priùs de illa emenda, aut comparanda egiſſet, neque vt videtur de

Areę coemptæ hiſtoria.

præparan-

Dauid non qui alienæ rei innaſior.

præparandis lignis, aut lapidibus: tantùm ſanctificabat prædas quibus reliqua omnia facilè comparari poterant. Nam nuſquam legitur rẽ alienam tetigiſſe, aut appetiuiſſe, ſemel tantùm aduerſus raptorem ouiculæ illius hominis pauperis, id eſt, aduerſus ſe ipſum acriter exarſit. Ergo ſtatim agit cum Areuna de area emenda. 2.Reg.24.23.24.& 1.Paralipom.21.22.23.25. neque vult *offerre ſacrificia gratuita*, id eſt, quæ nõ ſint de *ſua re & ſubstantia*, ſed ex aliena. Quàm

Prouer. 3.9

altius Achab, qui & vineam alienam ſibi, non ſacris vſibus, & titulo quodam religionis ab innocente rapuit, & gratis emiſſe gloriatus, *gratis venundatus eſt, vt faceret malum* 3.Reg.21.20. Offe-

Areunæ liberalitas.

rente vero Areuoa apparatum omnem neceſſarium ad ſacrificium, offert per liberaliter non ſolùm locum; ſed boues in victimam, triticum in oblationem; plauſtrũ, aut aribulas in ligna, quibus conſummaretur ſacrificium: vt videlicet non ſolùm locus, ſed quidquid continebatur loco, ſanctificaretur Deo, & cederet ſacris vſibus.

38

Dauid per ſeipſum agens de rebus ad Tẽplum neceſſarijs.

In quo duo obſeruanda. Alterum, Dauidis regis pietas; qui poſt acceptum oraculum de ædificando altari, ſubitò ſe contulit ad aream Ornam, vt ipſe per ſe, non per alium de re ad religionem ſpectante ſeriò ageret: tum præterea, vt ea beneuolentiæ ſignificatione Areunæ beneuolentiam captaret, non vi, non minis ad vẽdendam aream. Id quod mirabatur Ornan cõſpicatus Regem. 2.Reg.24.20. *Conſpiciens Areuna, animaduertit regem & ſeruos eius tranſire ad ſe: & egreſſus* (ex loco in quem metu Angeli viſi ſe abſconderat) *adorauit regem pronus vultu in terrã, & ait: Quid cauſæ eſt vt veniat Dominus meus ad ſeruum ſuum? cui Rex ait: Vt emam a te aream & ædificem altare Domino*. Alterum, liberalitas & vrba-

Areunæ comitas.

nitas Areunæ reſpondentis, *Accipiat & offerat Dominus meus rex, ſicut placet ei. Habes boues in holocauſtum, & plauſtrum et iuga boum in vſum lignorum: Omnia dedit* (obtulit dabat) *Areuna rex Re-*

Præteritũ perfectum pro imperfecto Offerre, p dare.

gi. vbi ſanè inuenitur regia quædam liberalitas Areunæ erga Dauidem qui (vt Ioſephus ait) *gratiam & ſimplicitatem, ac magnanimitatem illius profeſſus eſt*. qui videtur apertè aſſeri rex, quæ eſt

נתן

An Areuna rex.

Abulenſ.

Hebræorum perſuaſio, fuiſſe regem Iebuſæorum, eorum videlicet, qui Ieruſolymis fuiſſent, ſed iam tributarium. Quæ Hebræorum ſententia omnino diſplicet Abulenſi 2.Reg.24. q. 44. tum quòd non videtur credibile, quod permitteretur rex Iebuſæus eſſe in Ieruſalem; tũ quod ſi rex eſſet, non verſaretur in area, neque in tritura cum filijs ſuis. Propterea quod in Hebræo eſt, & in vulgata lectione: *Dedit Areuna rex Regi*; referendum exiſtimat ad Dauidem, qui*bus voce-*

Vox repetita per improprietatem linguæ Hebraicæ.

ארונה

Marinus.

tur rex per improprietatem ſermonis Hebraici. Sed ſanè hanc vel proprietatem vel improprietatẽ ſermonis Hebraici non expoſuit: neque quidẽ hoc loco locum habet illa vulgatiſſima Hebraicæ linguæ repetitio eiuſdem vocis quæ ad auxeſin ſolet fieri. Marinus dum proprium *Areunæ* nomen exponit, aſſerit illud primum nomẽ *Rex* appellantis eſſe in quinto caſu. quaſi dicat, *ò Rex*, Sed fieri non poteſt cùm nunc non loquatur Areuna, ſed ſacer Scriptor. Senſus igitur videtur neceſſarius & planus, Areunam vocari regem, fortè quod eſſet de ſemine regio Iebuſæorum, & captus à Dauide ſupplex ſe illi ſubmiſerit; atque in veram religionem tranſierit. Ioſe-

Ioſephus.

phus lib.7.cap.10. vocat *genere Iebuſæum, ſed inter præcipuos amicos Dauidis: quæ cauſa fuit vt capta vrbe nihil illi moleſtum accideret*: cap. autem 3. vo-

A cat eundem *Orphanum virum inter Iebuſæos opulentum, cui in expugnatione Ieroſolymorum parcitum eſt a Rege propter perpetuam eius erga Hebræos beneuolentiam*. Ideo aliqui vocant *regulum*. R. Kimhi *regem*. Kaldæus ſic legit, vt nullum dubitationi locum relinquat: *Dedit Areuna rex quæcumque petiuit, ab eo Rex*. ſic fatetur Vatablus fuiſſe *regem Iebuſæorum antequam Ieruſalem caperetur, verum eſſe tributarium*. Similiter Iſidorus Clarius, qui addit Iebuſæos tunc inter Iudæos commorantes fuiſſe à cultu idolorum ſemotos, & Areunam fuiſſe eorum regulum ſeu præfectum. Neque verò indignum tunc temporis viris opulentis atque nobilibus agricolationi & familiæ ſuæ ruſticæ adeſſe *& inſtare*.

Kimhi.

Kaldæus.

Vatablus.

Clarius.

Iudith 8 1

B Sed in illa de pretio areæ quæſtiuncula torſit interpretes, quod ſic ſcribitur. 1. Reg 24.24. Emit Dauid aream & boues argenti ſiclis quinquaginta. at verò 1.Paralip.21.24. *Argentum dabo quantum vales. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos*. vt videantur vix conciliari poſſe *quinquaginta* cum *ſexcentis*, & *aurum* cum *argento*. Sed hæ potiſſimum interpretum reſponſiones, quibus duplex conciliandæ pugnantiæ ratio continetur.

39

Areæ pretium.

Prima eorum qui exiſtimant pretium omnino diuerſum, ac rei diuerſæ duobus illis locis aſſignari, videlicet 2.Reg. quinquaginta ſiclos argenti pro bobus, at verò 1. Paralipom. ſexcentos ſiclos auri pro loco areæ. Hæc eſt ferè com-

C munis interpretum reſponſio, Magiſtri Hiſtoriarum 2.Reg. vltimo, Nicolai, Abulenſis, Caietani, Dionyſij, Hugonis, Emanuelis Sa. 2.Reg.24. Sebaſt. Barradas tom.2. Concor. lib.3.cap.11. Gloſſæ Rabani. 1.Paralip. 21. quam ait eſſe Hebræorum expoſitionem.

Comeſtor.

Gloſſa.

Nicol.

Hugo.

Caiet.

Dionyſ.

Abulenſ.

Emanuel Sa.

Barrad.

Vatab.

Montan.

Salmeron.

Sed in hac quoque exponendi ratione, iterum duplex varietas. Prima quam affert Gloſſa 1. Paralipom. 21. & ſequitur Iſidorus Clarius 2.Reg.24. & placet Vatablo. paulo etiam latius exponit Montanus in ſuo Apparatu in Tabalcain c. de ſicli partibus. Sequitur Salmeron Proleg.42. in loco Regum, non ſolùm emptos boues, ſed præterea anguſtum illum areæ locum, in quo terebatur triticum, & qui ſatis erat altari

D extruendo, quinquaginta ſiclis. At verò in lib. Paralipom. iterum alia emptione emptum eſſe ſexcentis ſiclis totum montem Moriah ad ædificationem templi. Probat Montanus: quoniam triginta illis aut viginti quinque ſiclis argenteis tetradrachmis, id eſt, centum, plus minúſve, argenteis, æſtimari poterat vnum par boum, & ſitus areæ. Tum præterea quoniam, cum 2.Reg. tantùm ageret Dauid de placanda diuina ira & detinenda peſte, tantùm opus habuit emere ſitum altaris, & boues ſacrificij; at verò in Paralipom. hiſtoria, vbi agitur de templo ædificando non reſpicit ſolùm ad ſitum altaris, ſed ad totius loci neceſſarij ad templum pretium & emptionem. Quare 2.Paralip. 3. 1.

E manifeſtè videtur ſeparari locus templi ab area altaris, cùm dicitur, *Salomonem cæpiſſe ædificare domum in loco*, videlicet totius montis *quem parauerat Dauid*, cùm eſſet ſacrificans, *in area Ornam Iebuſæi*. Tum præterea 1. Paralipom. 22.1. vtrumque ſeparauit Dauid dicens: *Hæc eſt domus Dei* (indicato ambitu totius montis) *& hoc altare in holocauſtum Iſrael*, indicato tantùm ſitu altaris. Quam exponendi rationem tribuit Kimhi 2.Reg.24.

Hæc Montani opinatio; quod pertinet ad ea quæ ipſe peculiariter addit, non video qua ratione

Montanus expoditur

tione admitti poſſit. Primò, quod 1. Paralip. 21. non potiùs agitur de Templi loco, quam 2. Regum 24. neque omnino alia hiſtoria, ſcribitur vtroque loco, neque poſt appoſitos ſexcentos illos auri ſiclos aliud ſubiungitur quàm altare & ſacrificium. Deinde, quoniam non videtur ſitus ille ædificandi Templi tantùm æſtimari debuiſſe, id eſt, ſexcentis auri ſiclis tetradrachmis, hoc eſt, auri ſcutis bis mille quadringentis. præſertim eo tempore cùm agri non tanti fiebant, neque tam cari.

40 Secunda varietas in hac ipſa exponendi ratione, vt quinquaginta ſicli ſoluti pro bobus, quamuis dicantur de argento, fuerint tamen ſicli aurei, pondere ſiclorum argenti, quòd aliquando *argentum* quamcumque pecuniã ſignificet, etiam auream, ſicut Iſai. 55. 1. *Qui non habetis argentum* (id eſt, pecuniam, aut pretium aliquod) *properate*, &c. Similiter etiam Geneſ. 17. 12. 13. Sophon. 1. 11. *Inuoluti argento*: id eſt, mercatores, *que ſiempre andan tratando de dineros y rebueltos en plata y oro*. Hanc dicendi rationem videtur ſequi Abulenſis 1. Reg. 24. q. 44.

Argentum pro quacumque pecunia.

Abulenſ.

Sed non videtur credibile quod boues tantùm neceſſarii pro ſacrificio, quinquaginta auri ſiclis æſtimarentur, id eſt, ducentis ſcutis auri. quamquam enim abſque vllo ſolido fundamento videatur dixiſſe vnum tãtùm par boum emptum fuiſſe a Dauide, fortè quòd 1. Paralip. 21. 23. numero ſingulari dicatur in Hebræo: *Bouẽ do in holocauſtum*. & ſimiliter 2. Reg. 24. 22. & verſic. 24 *Dauid emit aream & bouem*. Tamen frequẽtiſſimo Scripturæ vſu ſingulare illud numero multitudinis explicant Lxx. & Vulgatus: & tum in Hebræo tum in Vulgato numero multitudinis dicuntur *iuga boum & plauſtra*, aut *tribula*, quibus fiebat tritura: & quamuis fuerint quatuor, aut ſex boues, non videntur tanto pretio æſtimati.

Singulare pro plurali. Lxx. Vulgatus.

41 Secunda exponendi ratio vult omnino idem pretium ſcribi 2. Reg. & 1. Paralipom. ſed diuerſo modo numeratum; in quo etiam eſt ſua numerandi & exponendi varietas. Nã kimhi apud Vatablum, & Abulenſem, vult quinquaginta illos ſiclos à ſingulis tribubus collocatos fuiſſe ad emptionem areæ: quinquaginta autem duodecies pro numero tribuũ efficiunt ſexcentos. Expoſitio ſanè vt digna auctore, ita indigna rege piiſſimo, atque profuſiſſimo in diuinos vſus, & qui gratuita ſacrificia, id eſt, alienis impẽſis, omnino offerre nolebat.

1 Kimhi.

Secundò Mõtanus citatus, & Stanislaus Grepſius ſuo libello de *Siclo & Talento*, indicant idem omnino pretium conſtare, ſi conſtituatur vnus ſiclus decuplo minor, quàm alius maior, vt vno loco dicatur emptio celebrata quinquaginta ſiclis maioribus; in alio verò ſexcentis minoribus. Sed merito hæc diuerſorum ſiclorum, & diuerſorum ponderum ſub eodem nomine æquiuocatio & confuſio iam à doctoribus exploditur recentioribus & cordatioribus.

Montanus. Grepſius.

42 Tertiò noſter Villalpandus tom. 3. ſui Apparatus, Ioannes Azorius lib. 6. Inſtit. Moralium c. 54. volunt quinquaginta illos ſiclos auri fuiſſe numeratos 2. Reg. 24. & æſtimatos fuiſſe ſexcentis ſiclis argenti 1. Paralip. 21. Nam aurũ excedit argentum in duodecupla proportione, æſtimatione & pretio, vt etiam Plato in Socrate docet. Quinquaginta autem ſicli auri tetradrachmi, id eſt, ducentæ auri drachmæ efficiũt bis mille & quadringentas drachmas argẽti, id eſt, argẽti ſiclos tetradrachmos ſexcẽtos. Quod

Villalp. p. 2. d. 4. c. 14. Auri valor decuplo maior quã argenti. Plato.

A ſanè videtur idoneum pretium totius areæ & boum, immo & frumenti, & hordei, in quod iã frumentum purgatum conditum eſt. nam vox originalis propriè dicitur à grano: q. d. granarium, quod indifferẽs eſt ad horreum, vel areã. His fauet Ioſeph. lib. 6. Antiq. c. 10. qui tantùm quinquaginta ſiclorum meminit.

גרן Areæ nomen. Ioſephus.

Si his obiicias 1. Paral. 21. 25. expreſſis verbis ſcribi *ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos*: Reſpõdent *ſexcentos* non coniungi cũ *auro*, ſed cũ *pondere*. Pondus verò referri ad ſexcentos ſiclos argẽti, qui nõ exprimuntur; aurũ verò coniugi cũ ſiclis quinquaginta. q. d. *cinquenta doblones de oro de a quatro pagados en plata, o en ſeiſcientos reales de* B *a quatro*. Huic expoſitioni, ne videatur quæſita & repugnãs, videtur fauere lectio Hebraica ex interpretatione Regiæ: dedit Dauid *ſiclos auri pondere ſexcẽtorum*, vbi vides ſexcẽtos nõ cõſtrui cũ ſiclis. Fauit itẽ Grepſij obſeruatio, qđ Lxx. cũ intelligunt *ſiclos auri*, id eſt, valorẽ ſiclorum aureorũ in tali vel tali numero; quamuis materia, in qua ille valor ſoluitur vel appenditur, ſit argentũ: tunc dici tot ſiclos in argẽto. at verò ſi ſicli intelligantur ſecũdũ valorem ſiclorum argenteorũ, tunc ſimpliciter dicere ſiclos argenteos. In loco autem Regum ſic loquuntur Lxx. *Acquiſiuit Dauid areã & boues in argento ſiclorum quinquaginta*. vt intelligere liceat quinquaginta C ſiclos auri. Sed quid, qđ ſimili phraſi. 1. Paral. 21. dicũt illos ſexcẽtos ſiclos auri fuiſſe *in argento*, vt colligere liceat fuiſſe ſexcentos vere aureos?

Lxx. Pagninus. Tigurina. Caietan. Tremell.

Sed præterquã quòd, quãuis Hebraica phraſi diceretur *ſiclos pondere ſexcẽtorum*, idẽ eſſet quod *ſiclos ſexcentos ponderatos*, certè vniuerſi alii ſiue interpretes ſiue expoſitores, numerũ cum ſiclis auri cõponunt legentes, *auri ſiclos ſexcentos*. Lxx. Pagnin. Tigur. Caieta. Tremell. Neque ſi velles dicere ſexcẽtos ſiclos auri i auro, aliter dici poſſet ſtrictiùs & veriùs: Præterea nõ mira eſt huius expoſitionis varietas in acceptione horũ numerorũ. nam voluntaria & gratis quod in loco Regum dicitur, *Argenti ſiclis quinquaginta*, volunt D *quinquaginta* referri ad aurũ, vel ad valorẽ auri; cùm tamen numerus ille abſolutè dictus deberet accipi pro frequentiori moneta, nempe pro ſiclo argenti. nã ſiclus auri erat infrequens, etiã ſi nõ præceſſiſſet *argenti* mentio. Et quis audeat quod 2. Reg. 18. 11. ſcribitur: *Ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos*, quod in Hebræo & Lxx. eſt: *Ego dediſſem tibi decem argenti*, non intelligere de ſiclis argenti in argento & valore, ſed illud *decem* referre ad auri valorem, argentum verò ad materiam, vel è contrario, *argentum* ad aurum, & *decem* ad numerum & valorem reſpondentis argenti? Denique ſi ſemel admittitur ille modus interpretandi & inueniendi in argento aurum, E & ſeparandi numerum ab ipſa materia ibi expreſſa, nihil erit conſtans in Scriptura.

Sed in re incredibiliter incerta & dubia, atque ad diuinandum expoſita, tertia via hanc locorum contrarietatem auferẽdi illa videtur, vt in altero tantùm loco, id eſt, in libro Regum, pretium areæ iuſtum numeretur, quantũ valebat: quod indicatur illa loquutione: *Emam pretio a te. Quereuolo comprar por lo que vale*. Quod eleganter iuxta proprietatem Hebraicam dixerũt Lxx. *Acquirens acquiram a te in permutatione*. cùm enim datur pro re iuſtus valor & dignum pretium, fit quædam permutatio, & inde habet pretium ſuum nomen à permutando, vel à reſpondendo, quia pretium eſt quaſi reſponſio, & permutatio iuxta exigentiam rei. At 43

Cõmodior & verior quæſtionis elucidatio. Pretiũ vnde dictum.

verò

verò 1. Paralipom. quamuis dicatur rex emiſſe; tamen non ſolùm numeratur iuſtus valor rei, ſed præterea, quod ex liberalitate Rex dedit Ornan vltra iuſtum valorem. Cuius rei conie-ctura fieri poteſt ex eo, quòd cùm priùs dixerit: *emendo eam abs te*; poſtea tamen dicitur: *Dedit Dauid pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos*. illud enim verbum *dandi* ad liberalitatem quandam donandi referri poteſt. Et licèt quidem in vtroque loco dicatur, *emendo emam abs te*, quæ repetitio affert peculiarem in emendo affectum & proprietatem, poteſt ſanè ad eam, quam diximus liberalitatem referri. q. d. Tantùm abeſt, vt gratis accipiam, vt nullo modo ſine iuſto pretio accepturus ſim; quin etiam multo plus adijciam, non ſolùm ſemel emam, ſed pretio duodecuplo maiori duodecies videbor emere. In hac dicendi ratione oportet quidem vtrobiq; numeratos eſſe ſiclos auri. Ergo dedit Dauid pro regia liberalitate duodecies plus quàm valebat ager, id eſt, *auri ſiclos ſexcentos*, cùm tãtum valeret ſiclos auri quinquaginta. Eſt verò duodenarius numerus plenitudinis & perfectionis, qui ab Hebræis peculiari honore colebatur, propter ſuum illum Patriarcharum & tribuum numerum.

Dare pertinet ad liberalitatem.

Repetitio eiuſdẽ vocis.

Duodenarius numerus in honore apud Hebræos.

VII. Præter regias impenſas, ſtips etiam à principibus collecta.

44 *Principum & vulgi ſtudium ad iuuandum impenſas futuri Templi.*

45 *Cur Dauid ſtipem colligens à populo ad Templi fabricam. Cur pretioſa monilia ad Tabernaculum & ad Templum corrogata à populo.*

46 *Orientales viri vſi inauribus. Religio & pietas communis principi & vulgo.*

47 *Minora vulgi dona non minùs Deo grata. Illuſtratus Marcus.*

44 Principes & populares iuuãtes fabricæ impenſas.

NON ſolùm primores populi pretioſa quæque pro ſua virili ad Templi fabricam contuliſſe, hortante & excitante Dauid; ſed populares etiam alios inferioris ordinis, conſtat ex illo 1. Paralipom. 29. 8. *Apud quemcumque inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini. Lætatuſque eſt populus cùm vota ſponte promitterent.* quod ſtatim fuſiùs exponemus.

Sed illud tamẽ videtur obſeruatione & quæſtione digniſſimum, cur opulentiſſimus paritèrque liberaliſſimus rex in tanta diuitiarum & impenſarum præparatione, vti etiam voluerit diuitijs populi: præſertim cùm ipſe dixerit 1. Paralip. 29. 2. *Ego autem totis viribus meis præparaui impenſas domus Dei mei, aurum ad vaſa aurea, & argentea, &c. vbicumque eſt aurum de auro, & vbicumque opus argentum de argento:* his tamen non contentus, quidquid erat pretioſum in populo, allicere etiam voluerit ad impenſas, & ornamẽtum templi. Quare ſubdit: *Si quis ſponte offert, impleat* (veluti ſacrificio & oblatione, qua implebantur manus ſacerdotum) *manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino. Polliciti que ſunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Iſrael, tribuni quoque & centuriones, & principes poſſeſſionum regis. Dederunt itaque in opera domus*

Implere manum.

A *Dei auri talenta quinque millia* (id eſt, ſexaginta milliones auri) *& ſolidos decẽ millia* (id eſt, drachmas. id eſt decem millia aureorum) *argenti talenta decem millia*, (id eſt, vndecim milliones, & octingenta octoginta millia ducatorum argenti) *& æris talenta decem & octo millia, ferri quoque centum millia talentorum* (id eſt, totidem quintalia Hiſpanica) *& apud quemcumque inuenti ſunt lapides dederunt in theſauros domus Domini.* Adde quod quæſtionis difficultatem auget, magis piũ magiſque regale videri, ſi nihil ex aliorum ſubſtantia, quam ex propria Deo offerat, ſicut ipſe idem Dauid in illo altari areæ Areunæ dicebat: *Non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita.*
B 2. Reg 24. 24. 1. Paral. 21. 24.

Sũma oblata à Principibus
Auri 60000000
Argenti 11880000

An ergo nondum præparauerat Dauid omnes impenſas domus Domini? oportuit ergo iuuari à populo? atqui ipſe omnes à ſe præparatas teſtatur. An volebat non ſolùm neceſſaria præparare, ſed etiam vt ſuperabundaret? ſicut etiã contigit in fabrica tabernaculi; cùm plus *offerebat populus, quàm neceſſarium erat, & quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent*. Exod. 36. 5. 7. An cum templum ad tabernaculi ſimilitudinem extruendum eſſet; voluit, vt ſicut ad tabernaculi fabricam, Exod. 25. & 35. & 36. ita etiam ad templi ſuam opem opéſque conferret populus? An vt religio & ſacra templi magis commenda-
C ta populo eſſent, vt quæ ſuis etiam opibus & expenſis confecta fuiſſent? ea enim magis diligimus, quæ pluris nobis conſtant, ſicut & inſana illa idololatrandi libido tunc exarſit, cùm pretioſa monilia, & inaures aureas tam fœminarum quàm virorum obtulit populus ad conflandum vitulum, Exod. 32. viri enim nobiles pro more Orientis, vtebantur etiam inauribus, vt ait Plin. lib. 11. c. 37. Contulerunt etiam viri ad vitulum ſuos annulos, vt ait Tertullianus aduerſ. Iudæos c. 1. ita factum eſt vt ſuas opes, & ſua monilia adamarent & adorarent in vitulo conflato, vt ait Clemens 2. Strom. c. vltimo. An
D quòd religio & pietas communis debeat eſſe Regi cum popularibus? ſimul ergo pro ſua quiſque virili iunctis viribus *& humero vno*, religionem & pietatem curare debeat, Soph. 3. 9. *vt inuocent omnes in nomine Domini & ſeruiant ei in humero vno?* An ad doctrinam & inſtructionem principum, ne putent ſuas tantùm opes, atque magnificentiam Deo placere, non item minora obſequia ſubditorum? fortè etiam hæc fore gratiora? Expedire igitur, vt princeps ſua vota coniungat cum votis & oblationibus popularium. ſic vides Luc. 21. 2. & 2. Mar 12. 42. 43. *Vidua pauper plus omnibus miſit in gazophylacium, mittens duo minuta* (quod eſt quadrans) quàm diuites qui multa mittebant. An tandem quòd
E hac ratione volebat populũ deuincire ad deinceps preſtandum obſequium & operam Salomoni filio, tum in alijs ad regni bonum, tum verò ad templi fabricam ſpectantibus? Illud aliud quòd collatis opibus in rem ſacram populus infirmior manebat ad rebellandum; & adoleſcens Salomon munitior, eiúſque pax firmior, iudicatum eſt à nobis, lib. 2. & dicemus li. 6.

45 Multiplex quæſtionis reſponſio.

Religio popularibus cõmẽdata.

Fœminæ & viri conferẽtes monilia ad vitulum.

Orientales vſi inauribus.

Plinius.

46 Tertullian. Clemens. Alexand.

Religionis & pietatis cura cõmunis principum populo.

47 Princeps coniugens vota ſua cũ votis populi.

VIII. Quid

VIII. Quid Salomonem ante fabricam curare & agere oportuerit.

48 *An Salomon peculiari Dei & parentis præcepto obſtrictus ædificando Templo.*
49 *Cur Salomon per quatuor priores annos cunctatus Templi fabricam.*
50 *Quid ante fabricam curatum à Salomone.*

48

Salomon duplici præcepto obſtrictus ad templi ædificium.

Parenti ſanctiſſimo in templo curando ſuccedit Salomon promptiſſima voluntate; ſed an præterea ædificandi templi neceſſitate & præcepto obſtrictus eſſet, quæri poteſt. Et quidem non ſine ratione dubitandi: non enim videtur Deus præce B piſſe Dauidi, aut Salomoni ædificium templi; tantùm prædixiſſe fore vt à Salomone ædificaretur. Chryſoſt. in Pſal. 131 in eo conſtituit diſcrimen; quòd Dauid *pollicitus* eſt ædificare templum; at Salomon *iuſſus*. Ergo Abulenſis 1. Paralip. 22. q. 26. & 2. Paralip. 3. quæſt. 4. rectè exiſtimat Salomonem duplici præcepto, videlicet & Dei & parentis Dauidis, obſtrictum fuiſſe ad templi ædificationem. exiſtimat enim vim præcepti habere illa verba: *Filius qui naſcetur tibi, ipſe ædificabit mihi templum*, &c. Quæ cùm ex diuina reuelatione exponuntur Salomoni à Dauide, præcepto parentis cõfirmantur 1. Paralip. 22. 6. *Vocauit Salomonem filium ſuum, & præcepit ei, vt ædificaret domum Domino Deo Iſrael*. Præterea vi- C detur Salomon cũ eo onere ædificandi & curandi templi ſuſcepiſſe regnum. Nam Salomonis in regnum ſucceſſori promiſſio fere ſemper coniungitur cum prædictione templi 2. Reg. 7. 1. Paralip. 22. & 29. ſed de diuino præcepto ille videtur illuſtris locus Sap. 8. 9. *Tu dixiſti* (iuſſiſti, ex frequenti vſu ſacri ſermonis, quo Diuinæ mentis decretum & imperium ſignificantur) me (mihi) *ædificare templum in monte ſancto tuo*, &c. & quidem cùm Deus illud ſuum apertum decretum de futuro templo ædificando à Salomone exponebat Dauidi; ſimul etiam imperiũ ſuum rei totius agendæ exponebat; præſertim accepta iam deſcriptione templi, & reuelatione Gad, & Natham prophetarũ 2. Reg. 24. & 7. D Accedit eodem Dauidis præcepto ex Dei nomine videri etiam obſtrictos à Dauide cunctos Principes populi, vt adiuuarent Salomonem. *Præcepit igitur Dauid cunctis*, &c. 1. Paralip. 22. 17.

Abulenſ.

dicere quid

Principes præcepto obſtricti ad iuuandam templi fabricam.

49

Abulenſ.

Secundò dubitari poteſt de quadriennali illa Salomonis cunctatione ante iacta templi fundamenta, quæ nimia videri poſſet poſt accepta mandata, & regni adminiſtrationem, atque paratas à parente impenſas. Abulenſ. 2. Paralip. 3. quæſt. 4. exiſtimat, Salomonem debuiſſe moxà ſuſcepto regno manum admouere operi ex Dei & parentis præcepto; tamen minimè potuiſſe, quouſque res regni componerentur, & ſtabilirentur, ſublatis perturbatoribus illis, Adonia, E Ioab, Abiathar. 3. Reg. 2. Confirmatur ergo in regno poſt tres annos regni exactos 3. Reg. 3. & iacit fundamenta templi anno quarto.

Salomon mox à ſuſcepto regno agens de templo.

Sed ex certa hiſtoriæ ſerie apertè colligitur nihil prius fuiſſe Salomoni, quàm vt ſtatim à ſuſcepto regno de templi fabrica ſeriò ageret. itaque nullis diſtrahebatur curis aut rebellationibus ſubditorum. quippe illos Adoniæ conatus, Ioabi atque Abiathar ſacerdotis tacitas machinationes, ſi quæ erant, priùs extinxit, quàm ſe proderent, aut regni tranquillitatem perturbarent. Ergo ſtatim à parentis morte, agit cum A Hiram de accerſendis fabris, & cædenda atque comportanda materia ex Libano, vt patet ex mutuis litteris inter Hiram & Salomonem, quę proculdubio gratulatoriæ erant & in ipſis regni auſpicijs. Statim enim vt Hiram audiuit Salomonẽ literis, quod oportuit eſſe intra paucos menſes, aut fortè dies, poſt Dauidis mortem, de hac re inter illos conuenit: tum etiam & cũ Rege Aegypti, vt ex illis mutuis Suronis Tyrij, & Vaphris Aegyptij, quas Euſebius lib. 9. de Prępar. ex Eupolemo refert, conſtare poteſt, atque ex hiſtoria 3. Reg. 5.

Ergo quatuor illi prioris regni anni in præparanda materia inſumpti videntur; ante præparandam verò materiam, in conuocandis ex Ae- B gypto & Tyro & populo Iſrael operarijs. Indiguit enim non paucis menſibus ingentis illius exercitus operariorum delectus, vt qui fieret ex pluribus prouincijs & regnis; ipſum verò opus cædendi, & dolandi ligna, & lapides, indiguit etiam longiori tempore. Tum præterea Labor conuehendi tum ex libano in mare, tũ deinde per mare in Ioppẽ; ex Ioppe verò terreſtri itinere Ieroſolymam, vt ex eodem 3. Reg. 5. & Eupolemo & Ioſepho conſtat. Adde etiam profectionem Salomonis in Libanum ad vrgendum opus. Quare quamquam magna pars impenſarum, quod ad ligna & lapides pertinet, præparata eſt à Dauide; maiorẽ verò procurauit & congeſſit Salomon. de quo vide, quæ ſuperiùs dice- C bamus. Adde pręterea propter templi impenſas ſtatim egiſſe Salomonem de adornanda & mittenda claſſe in Tharſis, & in Ophir, & fortè expectaſſe primum reditum poſt triennium, vt abundantiſſimè ſuppeterent impenſæ.

50 Quatuor regni prioribus annis quid circa templum actum.

IX. Quo loco, id eſt, in qua tribu ædificatum Templum.

51 *Templum attributum monti Sion, tum etiam & monti Moria, & tribu Iuda, atque tribus Beniamin.*
D 52 *Appellatione montis Sion contineri alios colles circumiacentes, tum præterea ipſam vrbem Ieruſalem. Nomen Sion appellatiuè & propriè.*
53 *Area templi in quam ſortem ceciderit. In Ieruſalem habitaſſe filios Iuda & Beniamin.*
54 *Qui aſſerant Templum cecidiſſe in ſortem Beniamin. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*
55 *Ieruſalem ad vtramque tribum indiſcriminatim pertinuiſſe, aut ad ſolum Beniamin. Aliorum opinio. Secundùm diuerſas partes ad diuerſas tribus pertinuiſſe vrbem Nophet. Explicatus Ioſue.*
56 *Ieruſalem ſecundùm diuerſas partes ad diuerſas tribus pertinuiſſe veroſimilior ſententia.*
E 57 *An ſanctuarium & area in media linea duarum tribuum conſtiterint.* Huberti Beniamin *qui.*
58 *Totius controuerſiæ explicatio. Sion pro Ieruſalẽ. Templum potiſſimum in ſorte Beniamin.*
59 *Templum an in ſummo vertice montis Moria; an in decliui. Explicati Iſaias & Ezechiel.*

Diximus ſuperiùs de area Ornan Iebuſæi, quæ ædificando templo cõparata fuit à Dauid rege. Fuiſſe verò illam aream in monte Moria apertè ſcribitur 2. Paralip. 3. 1. *Cœpit Salomon ædificare* 51

ſicare domum in monte Moria, in loco, quem parauerat. Dauid in area Ornam Iebuſæi. Hinc duplex oritur dubitatio.

Templum fuiſſe in mõte Sion prima ſententia.

Prima, quòd templum tribuatur potiùs monti Sion, non ſolùm cùm de ſolo tabernaculo, & arca Dei habitante in monte Sion ante ædificatum templum ſermo eſſe videtur, Pſalm. 9. 12. Pſal. 73. 2. & 83. 8. ſed prætera poſt ædificatum templum. Pſal. 77. 68. 69. *Elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit, & ædificauit, ſicut vnicornium ſanctificium ſuum*, &c. Quod eo loco agnoſcunt Theodoret. Baſil. Caiet. Nicol. Genebrardus. ſimiliter id Pſal. 42. 4. *ipſa me adduxerunt in mõtem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.* De templo & de monte Sion in quo templum erat, exponit Theodoretus dictum à Dauide prophetice. Origenes in id Ioan. 4. *Patres noſtri adorauerunt in mõte hoc*, &c. Iſai. 8. 18. *Dominus exercituum, qui habitat in monte Sion.* Quod item propter templum dictum eſſe agnoſcunt interpretes. Et Iſai. 31. 9. *Dominus cuius ignis eſt in Sion*, propter altare ſacrificiorum, & ignem perpetuum. Idem agnoſcit Procopius ſuper id Iſa. 22. 5. *In valle viſionis*, quod Lxx. legunt. *In valle Sion: Sion* (inquit) *eſt mons peraltus, in quo conſtructum templum Domini fuerat: vnde legitur, In montem excelſum aſcende, qui euangelizas Sion. Deinde: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ad vrbem Dei viuentis, cæleſtem Ieruſalem.* Et Nicolaus ſuper id Iſa. 10. 32. *Agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion*: ait enim ſermonem eſſe de Sennacherib minanti deſtructionem templo, quod erat in monte Sion. Abulẽſis in expoſitione benedictionis Beniamin, Deut. 33. Forſterus in radice, propter locum Pſal. 47. 3. *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis.* dicens, Templum fuiſſe in latere montis Aquilonari. ſic etiam Auenarius, Marinus, Mercerus. Deniq; clariſſimè 1. Mach. 4. 38. *Aſcenderunt in montem Sion, & viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum*, &c. Vide etiam 1. Mach. 5. 54. & cap. 7. 33. Porro mons Moria & mons Sion diuerſi ſunt, & hos inuicem, & ab alio monte, qui vocatur Acra, atque inter ſe latis vallibus diuidit Ioſephus lib. 6. de Bello c. 6.

Theodoret. Baſilius. Caietan. Nicolaus. Genebrar. Forerius. Procopius. Sion quid ſignificet. Nicolaus. Abulenſ. Forſterus. Auenar. Mercer. Marinus. Ioſephus.

52 Mõtis Siõ appellationem vicinos colles comprehẽdere.

Huius contrarietatis duplex, aut triplex cõciliatio. Prior, vt appelletur *mons Sion*, non ſolùm collis ille, in quo Dauid arcem regiam & ciuitatem ſuam conſtituit; ſed prætera etiam comprehendat colles alios adiacentes, id eſt, montem Moria, & montem Caluariæ: ſic fiet ædificatum eſſe templum in aliqua montis Sionis parte, id eſt, in adiacente colle Moria. Hæc reſpondendi ratio colligitur ex Genebrardo lib. 1. Chron. anno mundi 3150. Brochardo in deſcriptione Terræ Sanctæ, indicat Montanus in Nehemia, id eſt, de ſitu Ieruſalem. Cum quo etiam facit, quòd appellatio Sion videatur aliquando vſurpata non propriè, ſed appellatiuè. Hieronymus enim Ierem. 31. ſuper id. *Statue tibi ſpeculam*, ſic ſcribit: *Miror, quid ſibi voluerit vulgata editio vt pro tſijunim, hoc eſt, pro ſpeculatoribus, Sion poneret, turbaretque lectoris intelligentiam.* Sed ratio illius antiquæ lectionis hæc eſt, quod Sion ex proprietate vocis originalis ſignificat aceruum, tumulum, ſpeculam: quare vocẽ Sion appellatiuè ſumpſit pro ſpecula, quę etiam appellatio conuenire poteſt omnibus illis montibus, qui ſunt intra & extra Ieruſalem in circuitu: tum etiam toti vrbi. quæ propter ſitum editiſſimum dicitur, *viſio pacis*, inſtar ſpeculæ.

Genebrar. Brocard. Montanus. Hieronym. ציון Sion appellatiuè.

Secundum reſpondendi rationem colligo ex Adrikomio in ſua Ieruſalẽ, nu. 53. in deſcriptione montis Moria, quẽ ait appellari *Mõtẽ filiæ Siõ*. Reſpicit nimirũ ad id Iſa. 10. 32. *agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion collem Ieruſalẽ.* Quod non accipit intranſitiuè, vt Nicolaus, pro ipſo monte Sion ſed tranſitiuè, vt mons Moria dicatur, *mons filiæ Sion*, id eſt, mons vrbis ſubiectæ monti Sion. Et ſimiliter Iſa. 16. 1. Ergo cùm dicatur templum ędificatum in monte Sion, accipit tranſitiuè pro *monte filiæ Sion*, id eſt, pro monte Moria, qui erat vnus ex collibus Ieruſalem.

Adrikom.

Tertia, eaque ſimpliciſſima, vt cùm dicitur ædificatum templum in monte Sion, aut in Sion, ſynecdochicè, accipitur *Sion*, pro, Ieruſalem, nõ tantùm pro monte illo vbi erat arx Dauid. Sion autem accipi frequentiſſimè in Scripturis pro Ieruſalem demonſtrauimus in Commentarijs nostris Eccleſ. 1. 1. interim videndus Auguſt. ſuper Pſal. 98. 2. Chryſoſt. Pſ. 49. 2. Baſilius & Theod. Pſal. 72. 18.

Synecdochicè Siõ pro Ieruſalem. Auguſt. Theodoret. Chryſoſt. Baſilius.

Quarta, & ſubtilior noſtri Villalpandi excogitata & quæſita conciliatio, vt Sion propriè & ſtrictè ſumatur, vt ab alijs collibus & regionibus vrbis diſtinguitur, ſed ita tamen, vt etiam ſumatur pro ipſo montis latere vſque ad voraginem & vallem interiacentem inter hunc montem, & montem Moria; & quia Salomon ad laxandam aream templi, partem huius vallis aut voraginis altiſſimis aggeribus æquauit cum ipſo monte Moria: ideo verè & propriè templũ ædificatum eſt in monte Sion, id eſt, pars tẽpli: quoniam pars alia propriè etiam & verè in montem Moria cecidit. Sed de tota hac re iterum & cum maiori lumine diſputatione ſequenti.

Villalp. Sion pro vniuerſo tractu vſque ad voraginem.

53 Templum in cuius tribus ſorte.

Ergo dubitatio ſecunda, in quam ſortem ceciderit templi area & locus. Et ſanè ex eo acrior dubitatio, quòd non omnino certo conſtet ad quam tribum Ieruſalem pertinuerit. Iam enim videtur attribui filijs Iuda, Ioſ. 15. 63. Iudic. 1. 8. Rurſus eadem iiſdem fere verbis tribuitur filijs Beniamin, Ioſ. 18. 20. & 21, 28. vtriſque verò, id eſt filijs Iuda & Beniamin attribuitur Nehem. 11. 4. *In Ieruſalem habitauerunt de filijs Iuda, & de filijs Beniamin.*

Ieruſalẽ in qua tribu.

Hinc natum videtur, vt templum iam videatur cõſtitui in tribu Iuda, Pſal. 77. 67. & 75. 2. 3. Zach. 1. 12. cum quo etiam faciunt loca à nobis nuper adducta, quæ templum attribuunt monti Sion, qui ſemper tribui regiæ, id eſt, Iuda, attribuitur. At vero idem templum pertinere ad ſortem Beniamin colligitur ex illa benedictione Gen. 49. 27. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia*, quod pertinere ad ædificationem templi in poſſeſſione Beniamin, & ad ſacrificia, quæ in altari conſumebantur, exponit Kaldæus in hæc verba: *Beniamin in terra eius quieſcet præſentia diuinitatis, & in poſſeſſione eius ædificabitur ſanctuarium: mane & veſpere offerent ſacerdotes oblationes, & in tempore veſpertino diuident reſiduum portionum ſuarum de reliquis quæ ſanctificata ſunt.* Quam quoque intelligentiam referri ex Hebræis, & ſequi videtur, Hieronymus in Tradit. Auguſt. de Benedict. tom. 3. Alcuinus in Geneſim, Lippomanus, Pererius, Iſtella, qui omnes affirmatiuè docent, altare & templum extitiſſe in ſorte Beniamin. Cum quo etiam conſonat Deuter. 33. 12. *Beniamin amantiſſimus Domini habitabit confidenter: in eo quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.* Vbi iterum Kaldæus: *In terra eius habitabit maieſtas diuina.* & diſertis verbis Theodoretus q. 45. *Illius tribus erat metropolis, in qua ædificatum*

54 Hieron. Auguſtinus. Pererius. Lippom. Iſtella. Theodoret.

Procopius. *ficatum eſt templum*. Paulo luculentiùs Procop. *Vaticinium de gloria Ieruſalem eſt. In ſortem enim Beniamin cadit: eſt vero Ieroſolyma templum, et Dei ſedes: de qua Dauid inquit: Elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi.* Idem repetit Theodoretus q.17.& 18. in Ioſue. Rem omninò eandem agnoſcunt Gloſſa ordinaria Rabani, & docent docti recentiores Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius, Hugo, Caietanus, Iſidorus, Vatablus, Oleaſter, Sà, & Vatablus, *inter humeros*, id eſt in medio tribus Beniamin ædificatum fuiſſe templũ Domini. Alij, *inter humeros*, quod Ieruſalem quę erat metropolis Beniaminitarum, & templum in loco editiſſimo, erat velut caput ipſius tribus; quod humeris impoſitũ toto corpore eminet, vt exponit R. Salomon.

Abulenſ. Hugo. Caiet. Vatab. Oleaſter. Sa.

R. Salomon.

55
Ieruſalē ad vtrãque tribum.

Multiplex ergo huius ſiue contrarietatis, ſiue varietatis conciliandæ ratio. Prima, vt Ieruſalem pertinuerit ad vtramque ſortem & tribũ, id eſt ad Iudam & Beniamin, proptereaque iam vni iam alteri attribui, indicat Montanus Ioſ. 18. 20. cùm videtur cõmunes terminos vtrique tribui aſſignare: Rupertus quoque licèt paulo obſcuriùs lib. 2. in Deut. c. 18. loca habitationis trium illarum tribuũ Leui, Iuda, Beniamin permiſcet. In quo potuit quidem ſubeſſe peculiaris alicuius arcani ſignificatio, inferiùs indicandi: ſed impoſſibile eſſe, vt eadem vrbs duarũ eſſet tribuum; tunc enim ſortes & poſſeſſiones cõfunderẽtur, & ex tribu in tribum tranſirent. Abulẽſis & Villalp. inferiùs adducendi conantur demonſtrare ex Num. 36. 2. 5. Leuit. 25. 10.

Montan. *Rupertus.* *Abulenſ. Villalp.*

Ieruſalē ad ſolũ Beniamin.
Gloſſa. Procopius. Theodoret.

Secunda, vt tota Ieruſalem pertineat ad Beniamin, Gloſſa Rabani. Ioſ. 18. qui diſertis verbis ait, Beniamin accepiſſe in ſorte ſua Ieruſalẽ, & montem Sion, Proc. ad finem libri Ioſue, ſoli tribui Beniamin, concedit Ieruſalem. Teodoretus q. 16. & 18. in Ioſue, & alijs locis nuper adductis, idem docet Abulenſ. Ioſ. 18. q. 10. quòd penitus pertineat ad Beniamin; cæterum ex cõceſſione quadam filiorum Beniamin habitaſſe filios Iuda in Ieruſalem: tum quia in expoſitione vrbis ſtrenuè inuenerunt Beniaminitas: tũ propter alias cauſas. qđ accepit Abul. ex Magiſtro Hiſtoriarũ in Ioſue c. 13. & videtur ſequi Dionyſius c. 15. Ioſue. Probat autem, quia cùm Ieruſalem ponatur in ſorte Beniamin, nunquam tamẽ numeratur in ſorte filiorum Iudæ, tum quia funiculus ſortis Iudæ tranſit ad latus Meridianũ Ieruſalem incomprehenſa ciuitate.

Abulenſ.

Comeſtor. Dionyſius.

Maiorẽ partẽ Ieruſalẽ in Beniamin, minorẽ in Iuda.
Nicol.

Tertia, reſpondendi ratio, vt Ieruſalem ſecũdùm diuerſas partes ad diuerſas tribus pertinuerit, ſed potiſſimùm & ſecundùm illam partem, in qua templum ædificatum eſt, ſpectaſſe ad Beniamin, hoc docent Nicolaus in Ioſue 18. & 15. additque, templum & altare holocauſti, *ſecundum omnes expoſitores*, fuiſſe in ſorte Beniamin. Caietan. Ioſue. c. 5. 10 fine, qui addit propterea Ieruſalem ſimpliciter & abſolutè cõputari in ſorte Beniamin, quia principaliter cadebat in illius ſortem. Idem ferè Vatablus Ioſ. 18. maiorẽ partem attribuens Beniamin, minorem Iudæ.

Caietan. *Vatablus*

Eadẽ vrbe an duarũ tribuum.
Nopheth.

Eandem autem vrbem oportuiſſe diuidi, propterea potuit ex numero menſurarũ & funiculorũ, qui cuique tribui tribuuntur. Potuit itaq; iuſtũ ſpatium vnius tribus in mediã aliquã vrbẽ incidere: vt vna pars attribueretur vni tribui, altera alteri, cuius exẽplũ legitur Ioſ. 17. 11. vbi tribui Manaſſe aſſignatur, *tertia pars vrbis Nopheth*; reliqua autẽ pars tribui Iſachar, & ſic quoque legũt LXX. *Tertiam partem ipſius Nopheta.* Quod, vt ſonat, accipiẽdum eſſe acriter contendit Abu-

Abulenſ.

leoſis cõtra aliorũ Hebræorum lectionẽ. Sed fieri non poteſt, vt vnius ciuitatis ſpatium variaret funiculos, & debitã ſortiũ partitionẽ. Præterquã quòd vniuerſi Hebraizantes *Nopheth* ſumunt appellatiuè, ita vt ſignificet regionẽ, tractũ, prouinciam; atque adeo ipſe Latinus interpres eandẽ vocem vertit *prouinciam*, Ioſ. 12. 23. Quare illũ locum Ioſ. 17. legunt non quidẽ, *tertiam partem vrbis*, ſed tria climata, aut tres regiones, vel prouincias. Ego verò video *Nopheth*, ſiue *Nopheth* omnino neceſſariò accipi propriè pro vrbe, ſiue prouincia certa 3. Reg. 4. 11. Neque fieri poſſe, vt cùm minutatim deſcribuntur, cõfuſè & ſine diſtinctione tribuerẽtur vni tribui tria climata, aut tres regiones, vel prouinciæ. Ergo *tertiam partem vrbis Nopheth, & viculos eius*, ita accipio, vt vrbs Nopheth ſit nomẽ metropolis alicuius prouinciæ, quę cũ tertia parte ſuorũ viculorum & agrorum, attributa fuerit vni tribui, reliquis oppidis cadentibus in aliã ſortem. Niſi velis lectionẽ illã Hebraizantium cum Latina lectione conciliare, vt *tertia pars vrbis Nopheth*, ſit triplex pars totius illius prouinciæ ſubiectæ vrbi metropoli Nopheth, Cuius oppida quaſi tripartita eſſent: nam tertium pro triplici, aut tribus: & quartum pro quadruplici, aut pro quatuor aliquando in ſacro ſermone, Prou. 30. 18. Atque neutro explicandi modo ſequitur vt vna ciuitas inter plures tribus diuideretur.

Nopheth appellatiuè & propriè.

prouincia & vrbs Nopheth.

Tertiũ pro triplici.

Rem eandẽ videtur ſequutus Maſius, ſed peculiari quadã ratione. nã Ioſ. 15. nu. 63. aſſerit q̃ poſtea vnico nomine appellata eſt Ieruſalem, priùs fuiſſe duas vrbes, quarũ altera alterius eſſet tribus; poſtea tñ mutationem paſſas, & vnis mœnibus incluſas, atque vno vnius ciuitatis nomine oportuit poſſeſſam fuiſſe à duabus tribubus; ideo quæ poſtea appellata eſt Ieruſalẽ, indiſcriminatim iã vni iã alteri attribui: & in ea vtroſque iiſdẽ mœnibus incluſos permiſtim habitaſſe Iudæos cum Beniaminitis. Poſtea verò Ioſ. 18. nu. 16. cũ ſuã cuique tribui partẽ aſſignat, relinquit montẽ Siõ, in quo Regia: & mõtẽ Moria, in quo templũ tribui & ſorti Iuda; reliquũ vt videtur, id eſt, quod pertinebat ad veterem Salẽ & ad montẽ Bezetha, relinquit tribui Beniamin.

56
Maſius.
Ieruſalẽ duplex vrbs.

Aliam eiuſdẽ vrbis Ieruſalẽ inter duas tribus diuidendæ rationẽ inuenit noſter Villalp. 10. 3. ſui Apparatus in Ezech. par. 1. c. 15. & 10. licet enim, vt Maſius, veterẽ Salẽ tribuit Beniamin, at verò ciuitatẽ Iebuſæorũ, id eſt, montẽ Sion & ciuitatem Dauid, tribui ſorti Iuda. Tamen ita partes has eiuſdẽ vrbis diuidit, vt mons Moria maneat medius, ac nulli tribui totus attributus, ſed pars tribui Iudæ, pars tribui Beniamin. nã Ioſ. 15. 7. 8. Linea Iudæ ducitur ex parte Orientali Iordanis, peruenitq; vſque ad fontẽ Rogel, aſcenditque per conuallẽ filiorũ Ennon, ex latere Iebuſæi ad Meridiẽ, id eſt, per montẽ Oliueti & torrentẽ Cedron tranſit verſus partẽ Occidẽtalẽ, relinquẽdo ad latus ſiniſtrum montẽ Sion Meridianũ, & ad latus dextrũ Bezethã & mõtẽ Salem Aquilonarẽ, tranſitque voraginẽ illam, quæ diuidebat montẽ Sion & Salẽ a reliqua vrbe. Sed quia mõs Moria manebat medius inter montẽ Sion & Salẽ, rurſus Ioſ. 15. 8. Dicitur *funiculus Iudæ ſe erigere ad verticem montis, qui eſt contra Gehennon ad occidentẽ in ſummitate vallis Raphaim contra Aquilonem, deſcenditque ad montem aqua*, qui vertex montis videtur certè eſſe ipſe mons Moria, qui eſt proximus valli Gehẽnon, per quẽ mediũ tranſiret funiculus Iudæ, ſecãdo partem ad tribũ Iuda, partẽ ad tribũ Beniamin.

Noua quæſtionis reſponſio.
Villalpãd. Maſius.
An mons Moria pertineat ad duas tribus.

A-

Sic

Sit cùm in monte Moria ædificatum ſit têplum, videtur neceſſario cecidiſſe in vtramque ſortê Iudæ & Beniamin, niſi templum ſit ædificatum non in medio monte & vertice, ſed in vno latere, de quo dicemus inferiùs. Sed de hoc nô ambigo, quòd videatur fœliciter excogitatum, & ſolide probatum.

57 Illud paulo argutius, & minùs ſolidum, quòd præterea conjectura ducatur Arcam in Sancto ſanctorum, ita mediam conſtitiſſe inter terminos duarum tribuum, vt duo Cherubini ex latere Aquilonari Beniamin; duo alij ex latere Meridionali Iudæ cecideri[n]t, ita vt duæ illæ tribus quaſi ſuppoſitis humeris Arcam ſuſtinuerint, proptereaque dictum videatur Deû *inter humeros* Beniamin cômorari; id eſt, inter terminos illarû tribuum. In quo id mihi videtur inanitum & repugnans: quod cùm Moyſes *humeris eius*, id eſt, ſutius Beniamin, loquatur, tamen interpretêtur *eius* pro *eorum*, id eſt, de humeris vel terminis duarû tribuum. Præterea quia illo modo nihil peculiare côtinebit hæc benedictio Beniamin, cû eodê modo dici poſſit de Iuda, videlicet Deum habitaturû inter humeros illius. videlicet, quia partim in ſuo termino partim in alieno. Tû quia ſi illud *commorabitur*, dicatur de Deo, *humeri* verò de Beniamin, procul dubio Hebraica phraſis vnû de duobus ſignificat; alterû, Deum eſſe in medio tribus Beniamin, & inter terminos illius; aut ſecundum, quòd Beniamin *antrorſum inter humeros*, hoc eſt, inter brachia appreſſum quaſi pectori côplectitur Deû. Quod quid aliud eſt quàm templû integrum futurum ex vtraque parte côprehenſum in medio ſortis Beniamin? Si verò quieturus, vel habiturus dicatur Beniamin inter humeros Dei, vt Hebræi interpretantur, certè etiâ nihil peculiare habebit hæc benedictio, quod non poſſit etiam Iudę conuenire, immò neque vera videbitur. nâ quomodo inter humeros & brachia Dei, id eſt, templi, dicetur requieſcere Beniamin, ſi templû ex vtraque parte terram Beniamin nô tangit? Adde quod quamuis hæc exponêdi ratio inueniat quomodo templum in vtraque tribu, quaſi ex æquo conſiſtere potuiſſet, tamen nôdum explicat quomodo dicatur extitiſſe in monte Sion. Quamuis enim ſors Iuda ſe extenderet ad partem montis Moria, tamen mons Moria valle ſeparabatur à Sion.

Dilutio ſententiæ præcedentis.

Humerus pro termino.

Humeri pro brachiis.

58 Ergo vt iam tandem vnicam idoneam & integram totius côtrouerſiæ explicationem ex illis virorum doctorum reſponſionibus componamus; videtur ſanè illa Maſij conjectura recipiêda, videlicet, poſterius nomen *Ieruſalem*, comprehendere duas illas partes priùs ſeparatas; alteram, Sionis in ſorte Iudæ; alteram, Salê & Moriæ in ſorte Beniamin: rectè ergo ſcriptum eſſe poſteriori ſæculo ab Scriptore ſacro filios Iudæ & Beniamin habitaſſe Ieroſolymis. Accedit quòd quamuis loci & ſitus funiculus & lineæ nunquam abolerentur; tamen oportebat vtramque poſtea tribum iiſdem mœnibus comprehenſam permiſtim viuere.

Idonea quæſtionis elucidatio.

Maſius.

Præterea, appellationem non tam môtis Siô, quàm Sion, non addito nomine montis, in vniuerſâ ciuitatê extendi, tanquã à parte ſuprema, fortiſſima, præſtantiſſima; cui reliquæ vrbis partes ſubiectæ erant. Sic Pſal. 86.1. dicitur *Dominus dilexiſſe portas Sion* (Ieruſalem) & ipſe mons dicetur *Sanctus, & mons Dei, & mons coagulatus.* Pſal. 67. 16. 17. id eſt, ex multis alijs montibus veluti côpoſitus, q.d. *vna piña de montes*. Sed præ-

Synecdoche, Sion pro Ieruſalem.

A cipuè Sioni cum templo & Moria videtur communis fuiſſe appellatio, propter Tabernaculû & Arcam, quæ in vtroque loco fuerunt: vt non ineptè poſtea nomine Sionis in quo priùs fuit, appellari potuerit quicunque locus, aut quicûque alius mons in quo arca côſtitueretur. ſicut propter ſimilem analogiam Cælum appellatur Sion, in quo ſe Deus præſentem exhibet, ſicut ſe præbebat in Sion, Pſal. 13.7. *Quis dabit ex Sion* (ex cælo) *ſalutare Iſrael?*

Siô pro cælo, quo analogia.

Tertiò, ſiue totus Moria tribuatur Beniamin, ſiuè pars tantùm, videtur certè potiſſimùm cecidiſſe templum in ſortem Beniamin, cùm mons Sion, qui potiſſimos limes cenſebatur ſortis Iu-

B dæ, voragine omnino diuiſus fuerit à Moria. Pars ergo montis Moria per quam tranſibat funiculus ſortis Iudæ, potiùs cû ſorte Beniamin coniungebatur, quàm cum terra Iudæ. Hinc nihil mirum, quòd ſæpe dicatur cecidiſſe templû in ſortem Beniamin. Rurſus quoniam ſors illa extrema & limitanea Beniamin ſubijciebatur & defendebatur à Iuda & Sione cum reliquis partibus vrbis, nihil itê mirum quòd têplû dicatur fuiſſe in Sion, præſertim cùm ille funiculus per partem Moria aſcendens, & partê retrahens ad ſortê Iudæ, videatur, rite & rectè ductus.

Templû diuerſis rationibus diuerſè attributum.

59 Sed circa id quod de têplo diximus, futuro inſtar capitis erigêdi ſupra humeros Beniamin,

C id eſt, ſupra partê editiſſimam illius tribus, dubitatio eſt, in qua parte montis Moria ædificatû eſt templum. Eſt autem hic mons, vt ſcribit Ioſephus lib. 15. Antiquit. cap. 14. *Tumulus petroſus, arduus, a vertice ſenſim verſus Orientale vrbis latus reſupinus, cui verſus Auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda*. Nicolaus Deuteron. 33. in benedictione Beniamin ex ſententia Hebræorum affirmat, templum ædificatum fuiſſe non in ſummitate montis Moria, ſed in decliui per ſpatium viginti quatuor cubitorum à ſummitate montis. Idê recipit Abulenſis eodê loco, aſſerens templum fuiſſe in medio deſcen-

In qua parte montis, ædificatum eſt têplum.

Ioſephus.

Nicolaus.

Abulenſis

D ſu montis in planitie quadam, quæ ſe habet reſpectu verticis, ſicut humeri in corpore humano reſpectu capitis. Admiſit hoc quoque Pererius Gen. 49. in benedictione Beniamin.

Pererius.

Sed hanc ſententiam graui nota inurendam cenſet Villalpandus extremo capite lib. 1. Apparatus vrbis ac templi: exiſtimat enim omnino aduerſari Ezech. 43. 12. dicenti. *Iſta eſt lex domus in ſummitate montis; omnis finis eius in circuitu Sanctum ſanctorum eſt*. Tum etiam Iſa. 2. 2. vbi prædicitur fundatio Eccleſiæ cum alluſione manifeſta ad ſitum templi Salomonici; *Erit in nouiſſimis diebus mons domus Domini in vertice montium.* Quaſi priſtina domus Domini fuerit in vertice ſui montis. Accedit quòd Hieronymus ſuper id

Villalpâd.

Templum fuiſſe in vertice môtis.

Hierony.

E Iſa. 28. 1. *In vertice vallis pinguiſſimæ*, ait, ſuper vallis verticem templum Domini ſitum fuiſſe, & Ioſephus 15. Antiq. cap. 14. ſcribens illius *tumuli petroſi, & ardui, verticem muro circundatum a Salomone, & ſummo conditum ſupra dcciſſimum eodem.*

Ioſephus.

Sed hæc quamuis vera, conſentire poſſunt cû illa Hebræorum, & virorum ſapientum opinatione, quæ ſanè nullam grauiorem notam meretur. nam præterquam quòd locum Ezechielis non omnino de Salomonis templo accipiendû aliqui arbitrentur, videlicet referentes ad nouum ſpiritale templum Eccleſiæ fundandum in monte Sion; vt intelligatur de templo Salomonico, tamen non ita rigidè accipiendum, vt in ipſo ſummo vertice montis erectû fuerit. Sępè enim

Benignior interpretatio

Montiû in gaudificijs ineptia.

A ſumma faſtigia ædificijs inepta ſunt, quæ tamen in paulo decliuiori parte commodè cõſtituuntur. quamuis totus ille tractus editior verticis appellatione comprehẽdi poſſit; vt qui per ſummas Alpes iter fecerit, verè dicat ſe conſtitiſſe in Alpium vertice, quamuis ſcopulos illos Alpium inacceſſos minimè conſcenderit. Iſaiæ autem locum Vniuerſi interpretes exponunt, vt exponi oportet, de Eccleſiæ maieſtate & dignitate, omnem aliam religionem ac priſtinum & Synagogæ cultum longè ſuperaturam. Ac ne ipſi quidem Hebræi aut templum Salomonicum, aut montem Moria agnoſcunt in hoc loco, cùm tamen comminiſcantur neſcio quam aliorum montium mutationem futuram tempore Meſſiæ, vt montes Sinai, Tabor, Carmelus conueniant, & cohæreant, atque illorum verticibus inſideat mons Sion. De quo vide Nicolaum eo loco, Galatin. lib. 5. c. 3.

Hebræorũ traditio.

B *Nicolaus. Galatinus.*

Sed illud vltimò addendum, quod obſeruat Theodoretus q. 18. in Ioſue. Vbi quærit, *Cur in tribu Iuda, Beniamin, & Simeon vrbes conceſſit ſacerdotibus.* in reſponſione verò etiam addit, *in deſerto quoque dum iter facerent Sacerdotes, adiuncti ſunt tribui Iuda.* Cenſet præterea tribum Leuiticã & Regalem permiſtas fuiſſe. Totam verò huius rei rationem ad illud myſterium reuocat, quòd is, qui ſecundùm carnem è tribu Iuda naſciturus eſſet, non Rex ſolùm ſed etiam Pontifex appellatus eſt. Templum ergo quod Chriſti figura erat, atque regni Chriſtiani, id eſt, Regni ſacerdotalis, opportunè in eum locum incidit, qui ſacerdotum eſſet, itemque Regiæ tribus. Sed de illa Tribuum Regalis & Sacerdotalis permiſtione aliàs a nobis dicendum.

Theodoret. Sacerdotales vrbes in alijs etiam tribubus.

C *Chriſtus Rex & Sacerdos.*

Templi ædificandi materia.

TRiplex omnino materiæ genus tam fabricæ templi, quàm aliarum rerum vtenſiliũ, vaſorum, atque vniuerſæ ſupellectilis, nimirum Metalla, ligna, lapides, de quibus dicendum ſigillatim.

X. Metalla, & primò Ferrum.

60 Ferrum pretio vltimum, neceſſitate primum. An vllus vſus in tabernaculo, & templo.

61 Ad quos vſus ferrum in templo. Claui quia propriè ex Hebræo, quid iuncturæ & commiſſuræ. Explicatus locus Paralip.

62 Cur altare non ædificandum ex ſectis lapidibus. Templi ſupellex ferrea gladiorum & vncinorum, tripodum, & clerorum. Explicatus Ezechiel.

63 An cultri ſacrificiorum ærei. Cultri ærei tonſorij Sacerdotum profanorum.

60 *Aniu templo vaſa ferrea. Abulenſis.*

METalla enumerat Dauid, 1. Paral. 22. 14. & 29. 2. Aurum, Argentum, Aes, Ferrum. Atque vt à ferro incipiamus, quod pretio vltimum, neceſſitate verò primum eſt; Abulenſis 1. Paralip. 29. q. 4. refert quorundam ſententiam, exiſtimantium, nulla fuiſſe in templi miniſterio vaſa ferrea: atque adeo hac etiam in re templum Salomonicum reſpondiſſe tabernaculo, quòd in hoc quoque nullus videatur fuiſſe ferri vſus: quare neque fuiſſe oblatum à populo, Exod. 28. & 35. Quamuis verò Abulenſis exiſtimet omnino ferrum fuiſſe neceſſarium tam in tabernaculo quam in Salomonis templo: vt conſtare poteſt Ioſue 6. 19. cùm præcipitur populo expugnaturo vrbẽ Iericho, *Quidquid auri & argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius*, tamen cenſet tam in tabernaculo, quàm in templo non fuiſſe ferrum neceſſarium ad aliquam ſacram miniſtrationem; ſed tamen ad quoſdam templi vſus, videlicet ad inſtrumẽta *cædendi lapides & ligna* pro templi ædificio: ædificato verò templo, *ad ſecanda ligna pro ſacrificijs, & multa alia huiuſmodi.*

B Sed non dubium quin fuerit immenſa ferri copia neceſſaria in templo: quod enim neceſſarium fuerit, præparatum eſt à Dauide tantùm, vt *æris & ferri non eſſet pondus: vincitur enim numerus magnitudine*, 1. Paral. 22, 14. eodem verò cap. verſ. 3. vſus ferri deſignatur: *Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commiſſuras, atque iuncturas præparauit Dauid.* vbi pro *clauis*, Tigurina legit, *ſeras*, alij legunt *valuas*, certè vox originalis ſemper vertitur a Latino interprete *clauus*, & ſic exigit res ipſa Eccl. 12. 11. *Stimuli & claui in altum confixi.* & Iſa. 41. 7 de idolo ligneo: *Confortauit eum clauis, vt non moueretur*, & Ierem. 10. 4. *Clauis & malleis compegit.* Semperque fuit is ferri opportuniſſimus vſus. Quamquam non dubium; quin etiam ad ſeras ferrum adhibitum fuerit, ſicut *claui*, qui à claudendo, & coniungẽdo Latinè dicti ſunt. Quod verò deinde dicitur ad *iuncturas & commiſſuras*, ſimplex eſt in originali vox; quam alij *catenationes* vertunt, ſed ex proprietate fontis ſignificatur quæcumque cõiunctio, aut colligatio, quæ potuit eſſe multiplex: videlicet aut lignorum inter ſe, & trabiũ diuerſarum: aut parietum vel lapidum idque vel clauis, vel catenis, vel alijs ferramentis; præſertimque ad lapides fundamentorum, & murorum ſine vllo medio cæmento ferreis vinculis colligandos intrinſecus, exceptis meridionalibus, quos plumbo nexos, ne ferrum Auſtrali vento corrumperetur, ſuſpicatur Villalpandus.

61 *Ferri copia immẽſa ad templum.*

Clauis quid in ſacro ſermone. 700

C *Claui à claudendo dicti.* 222

Ligna & lapides ferro colligati.

D *Villalp. to. 2. par. 2. lib. 3. d. 4. c. 60.*

Quod verò Theodoretus in Exod. q. 44. de non ædificando altari ex ſectis lapidibus, de ferro ad ſacros vſus adhibito ſcribit, opportunè nunc ſubijciemus: *Nemo credo negabit, quin vterentur ferro, qui ligna Tabernaculi concinnabant: iidem qui aurum, argentũ, aut æs fabrefaciebant. Quod autem & ſacerdotes gladiorum auxilio, victimas immolabant, excoriabant, & diuidebant, nemo in dubiũ reuocat.* Quãta igitur, & quàm copioſa ſupellex gladiorum & aliorum inſtrumentorum parandarum victimarum! Quibus etiam addere licet ferreos vncinos ad ſuſpendendas victimas iuxta menſas victimarium in laniena, ſic enim Ezech. 40. 43. vbi nos legimus. *Menſa ad holocauſtum, ſuper quas ponant vaſa, in quibus immolatur holocauſtum & victima; & labia earum palmi vnius reflexa intrinſecus per circuitum.* Quem locum ſic legit Kaldæus: *& vncini egrediebantur longitudine vnius palmi defixi in columnis domus macelli intra veſtibula per circuitum, & ſuper menſas erat caro oblationis.* Quem imitatur Pagninus legens: *vncini ferrei ad ſuſpendendam carnem menſura quatuor digitorum præparati intrinſecus.* Quod ipſe Pagninus confirmat auctoritate R. Dauidis & R. Salomonis, aſſeritque tres fuiſſe ordines horum vncinorum iuxta quamlibet menſam, idẽ placuit

62 *Theodoret.*

Inſtrumenta ferrea ad parãdas victimas.

Vncini ferrei ad ſuſpẽdendas victimas.

E

Pagninus. R. Dauid. R Salomon.

Villalp. in c. 40. vbide menſarum ornamentis & inſtrumentis. Vatablus. Aurearius. R. David.

A placuit Iſidoro Clario, & Villalpando. Sed hanc interpretationem Vatablus cenſet parum probari doctis. Eodem ferè recidit lectio Tigurina; *claui palmares depicti fuerunt per circuitum*. Quod placuit Aureario. At R. David, quem ſequuntur Vatablus, & Marinus, *Tripodes* interpretantur, nimirum ſedem illam ferream, cui imponitur olla, quæ à LXX. vertitur, *Cleros* Pſal. 67. 14. Vtcũque ſit, vides magnam ferreorum inſtrumentorum copiam neceſſariam fuiſſe in templo. Nam

Montanus. Notatus nouitatis. ypepaidpa. Cremathra quid.

quod Montanus illo Ezechielis loco voluit legere, aut *labia reflexa* cum vulgato, aut *vncinos* cum kaldæo, aut *tripodes* cum alijs Hebræis, & Hebraizantibus, ſed *cremathra*, videtur procul-dubio nouitatis ſtudio longiùs diſceſſiſſe. *Cremathra* enim, quamuis ſit repoſitorium penſile ci- B bi, & obſonij reliquiarum, & dicatur à ſuſpendẽdo; ſed tamen non eſt repoſitorium carnis crudæ, aut victimarum, quale neceſſarium erat ad ſuſpendendas victimas in laniena. Multo verò longiùs abierunt, qui tomeo loco, tum Pſal. 68. 14. legunt, *lapides focarios*; quippe in illis victimarum ioenſis importunos.

63 *Theodoret. Villalpan.*

Illud tandem non ſine operæ pretio indicandum, quod de ferreis cultris, & alijs ſacrificiorũ inſtrumentis dictum eſt à Teodoreto, poſſe ſub controuerſiam cadere, quod Villalpandus in c. 42. Ezech. lib. 5. diſp. 3. dubitat an cultri ſacrificiorum templi ærei fuerint, an ferrei, propterea

An cultri templi ærei

quòd profanos æreis cultris vſos fuiſſe ad ſacrificia, certò ſibi perſuadeat, ex cultro quodã æreo C peruetuſto duos fere palmos longo, non ita pridem Romæ inuẽto, & ad aram Plutonis effoſſo; quem apud ſe habet, & mihi aliquando oſtendit cum voluptate videndi & conſiderandi. Colligatur præterea eam cultri ſacri formam & materiam profanos à ſacris Hebræorum mutuatos. Sed neque neceſſariæ, neque omnino firmæ hæ

Arma ærea

coniecturæ. Fuiſſe enim in vſu priſcis arma ferrea certum eſt, & nominatim æreos gladios, vt obſeruabamus ad eum Iobi locum c. 20. 24 *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum*, ex Heſiodo, Athenæo, & Latinis poetis, Virgilio, Ouidio, Tibullo. Vbi autem ſuppeteret ferrum, planè contemnebatur æs ad armorum vſum, vt de D armorum materia diſſerit Lucretius lib. 5.

Lucretius.

Poſterius ferri vis eſt, ærisque reperta,
Et prior æris erat, quam ferri cognitus vſus.

Suſpicor autem cultrum illum æreum non tam fuiſſe ad victimas, quàm ad ipſorum ſacerdotũ

Carminius Cælius.

tonſuram: & quidem in Italia. nam Carminius lib. de Italia 2. apud Cælium lib. 29. c. 6. ſcribit, *in Sabinis fuiſſe ex ære cultros, quibus ſacerdotes tonderentur*. Credo, quia vulnus (ſi fortè accideret) ære quàm ferro minùs noxium.

XI. Aes.

E

64 Aes quale metallum, & an a ferro diuerſum.
65 Aeris materia religioſa ad templa. Aeris vſus in profanis idolorum ſuperſtitionibus. Nehhuſtan *vnde dictus.*
66 Aes an ſimplex metallum, an arte compoſitum. Aes Corinthium.
67 Aes Corinthium poſterius Salomone, ſed ante Vrbem. Aurichalcum, & æs Cordubenſe.
68 Aenea templi regula, & columna ærea, cuius ponderis.

A Diſputaui aliquãdo exquiſitiùs de ære, quod quale ve metallum eſſet, & an à ferro aut chalybe omnino diuerſum, aduerſus quoſdam Hebræos, & Hebraizantes: ac licèt *æris* nomen etiam apud Latinos aliquando comprehendat ferream materiam, tamen in ſacro vſu fere ſemper diſtingui, & tũ chalybem referri ad ferrum, tum æs ſumi pro ære Cyprio aut cupreo, diſtinguique colore, duritie, ſonitu, & opportunitate ad res varias. Actũ egero, ſi nunc agam iterum. 64 *Comment. in Iob. 12. verſ. 14.*

65 *Aeris materia religioſa.*

Illud huius loci proprium, plurimum atque frequentiſſimum æris vſum in Salomonis tẽplo fuiſſe, non ſolùm ad vaſa & ſuppellectilem, ſed etiam ad ipſam fabricam, vt iam videbimus. Por- B ro æream materiam religioſam habitam fuiſſe, & ad rem diuinam pleraque ænea adhiberi ſolita ſcribit Cœlius, & in illis maximè ſacris, quib⁹ delinire aliquos, aut deuouere, aut exigere morbos volebant. Aeris tinnitu, & cymbalorum crepitantium ſonitu occurrere ſolitos Lunæ laborãti vulgatiſſimum eſt. Hæc enim illa ſunt *æra auxiliaria Lunæ*. cuius rei meminit quoque Liuius li. 26. Plutarchus in Aemilio, Plinius li. 2. c. 12. Hieronymus Magius li. 4. Miſcellaneorum c. 14. Macrobius lib. 5. Cuius rei cauſam quandam phyſicam contendit reddere Alexander Aphrodiſienſis Problem. 33. lib. 2. Manes etiam & ſilẽtes vmbras æris frequenti crepitu arceri exiſtimatum eſt in priſca ſuperſtitione; atque adeo æris nomẽ

Cœlius Rhodig. lib. 29. c. 6. Aera auxiliaria lunæ. Ouid. 4. Metam. Liuius. Plutarchus Plinius. Macrobius Aphrodiſiẽ.

C originale cum ſuperſtitione & augurando colludere videtur, nã *æs* dicitur *Nehuſtan*, deduciturque a radice *Nahhas*, quod eſt augurari, aut obſeruare curioſè, & quaſi ſuperſtitioſè, Leui. 19. 26. 4 Reg. 21. 6. 2. Paral. 23. 6. & aliis etiam locis, & inde etiam habet nomen *ſerpens*, qui incantari ſolebat, & ſeruire auguriis, & certè parum abludit à verbo *lahhas*, quod eſt muſſitare, ſuſurrare, murmurare, quod incantationes & auguria ſuſurrationibus & murmurationibus fierent, & fortè æris & cymbalorum crepitaculis. Ergo materiam ſeruientem falſæ religioni non mirum in tanta copia ad ſacros templi vſus adhibitam.

Aes dictũ ab augurãdo. נחש נחשתן *Serpens vnde dictus.* לחש

66 *Aes tẽpli foſſile an cõpoſitum. Villalpand.*

D Sed id æs, cuius tam frequens in templo vſus, fuitne foſſile metalli genus, & natiuum, an arte confectum & compoſitum ex alijs metallis? Villalp. ſuo tom. 2. diſputans de ære, ex quo altare conflatum eſt, & de quo ſcribitur 1. Paral. 18. 8. *Dauid tulit de vrbibus Adarezer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vaſa ænea*: inter quæ vaſa vel in primis numerandum cenſet altare æneũ: exiſtimare videtur huiuſmodi fuiſſe æs Corinthium, ex Ioſephi teſtimonio, qui lib. 7. Antiq. c. 6. ſcribit: *In illis ciuitatibus Adarezar magnam vim auri & argenti repertum eſſe, & præter hæc æris genus, quod auro pretioſius eſt habitũ: ex quo poſtea Salomon fecit magnum illud vas, mare appellatum, & pulcherrima polubra, cum templũ ador-* E *naret*. Fuiſſe autem eiuſmodi æs auro pretioſius nõ aliud quàm Corinthium, colligi poteſt ex Plinio lib. 34. c. 1. *Proximum* (inquit) *eſt pretium æris argentum, ac pene etiam ante aurũ, Corinthio*: & c. 2. *æs confuſum auro, argentoque miſcebatur, & tamen ars pretioſior erat: ex illa autem antiqua gloria Corinthium maximè laudatur*. Ergo ſi Corinthium fuit artis opus, fuit non naturale: ſicut idem Plinius eodem loco ait: *Hoc caſus miſcuit, Corintho, cum caperetur, incenſa: miraque circa id multorum affectatio fuit*. De cuius æris temperaturæ inuentione Lucius Florus lib. 2. capitu. 16. ſic quoque ſcribit, *Aeris notam pretioſiorem ipſa opulentiſſima*

Ioſephus. Aes Corinthium. Plinius. Florus.

verbis fecit iniuria: quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis, atque ſimulachris, æris, auri, argentique vena in commune fluxere: quamquam alij aliter huius temperaturæ ſiue caſum, ſiue inuentionem aſſignent. De quo vide Plutarchum Commentario de Pythijs oraculis. Leonicum lib. 1. c. 58. Mellerum in Spicilegijs, Sabellicum in Commẽ. Suet. in Auguſto cap. 71. & eodem loco Beroaldum. Muretum lib. 5. Variar. c. Hieron. Magium lib. 3. Miſcellaneorum c. 3. noſtrum Pontanum ad id 2. Georg.

Tẽperatura æris Corinthij. Beroaldus, Leonicus, Sabellicus, Suetonius, Pontanus, Cicero.

Illuſaſque auro veſtes Ephyrtaiaque æra.

Corinthus enim Ephyra dicta eſt. Meminit Cicero in orat. de ſignis, cùm vas nullum Corinthiũ fuiſſe in Sicilia, quin id quæſierit, inſpexerit, abſtulerit Verres, proclamat. Suetonius quoque loco indicato notatum fuiſſe Auguſtum, vt pretioſæ ſuppellectilis, Corinthiorumque præcupidũ, proptereaque appellatum Corinthiarium.

67 Ego tamen cenſeo, & æs illud Corinthiũ, quãuis ante vrbem in vſu & pretio fuerit, vt oſtendunt Leonicus, Mellerus, Pontanus, poſterius tamen Salomone, atque adeo æs illud laudatiſſimũ naturale fuiſſe, & ſapienter eò reſpexiſſe Latinũ interpretem, cùm 3. Reg. 7. 45. dixit: *Lebetes & ſcutras & hamulas, omnia vaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni, de aurichalcho erant.* Porro aurichalcum æs naturale eſt, vt Plinius loco indicato dixit: tẽperaturam illam, & mixtionem æris indicatura ſacra hiſtoria, ſi aliqua fuiſſet. Mirum verò eſt quãtum ſemper vel in cultu vel in veſtitu Scriptura commendet rerum ſimplicitatem, & profanam ducat permiſtionem & confuſionem. Fuiſſe autem ſummo etiam in pretio aurichalcum, & æs Marianum, quod & Cordubenſe dicitur, ex eodem Plinij loco conſtare poteſt.

Aes Corinthium ante Vrbem, poſterius Salomone. Plinius. Aurichalchum naturale.

68 Ergo ad templi fabricam ſeruiuit æs, vel aurichalcum, conflatis ex illo atque fuſis tegulis æneis ad tegendum templum, vt teſtatur Eupolemus apud Euſebium lib. 9. de Præp. c. 4. quarum pondus ſua computatione reuocat Villalp. ad talenta quingenta mille, centum quadraginta vnum, & libras præterea centum tres. Reliquum vero æs, cuius non erat pondus, aut numerus, oportuit eſſe infinitum, ex quo altare æneum, quod habuit palmos cubicos, triginta nouem mille ſexcentos quinquaginta duos; pondere autem nouemdecim millia ducenta quadraginta quatuor talẽtorum. Columnæ verò illæ Iachim & Booz, quamuis non omnino ſolidæ eſſent, ſed craſſitudine vnius palmi, hoc eſt, quatuor digitorum; conſiderata verò mẽſura & inanitate, atque craſſitudine, colligit pondus ſingularũ colũnarũ fuiſſe talentorum quatuor mille quingentorum decẽ & octo, & aliquot præterea librarũ. Mare æneum cum bobus & baſibus pendebat talenta duo millia octingẽta triginta ſex cũ libris centum viginti quatuor. Conchæ decẽ 2. Paral. 4. 6. cũ ſuis baſibus æneis, ſingulæ pendebant talenta ſexcenta viginti vnum, & libras præterea quinquaginta duas. Quòd ſi baſes & alia ornamẽta ænea addas, colligit fere duo talẽtorũ millia. Quia autem 3. Reg. 7. 47. & 2. Paral. 4. 18. *Erat multitudo vaſorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris*, nimirum lebetes, forcipes, fuſcinulæ, & ignium receptacula, batilla, ſcutræ, ſiue creagræ, phialæ, hamulæ, thuribula, ollæ, quæ omnia vt ait Ioſeph. 8. Antiq. c. 2. *ex ære auri pulchritudinẽ referebant*, non computantur in Scriptura, præ pondere, & præ multitudine, credendum eſt, nõ ſolùm centies, ſed pluries ſuperaſſe pondus altaris, maris, columnarum, tecti, & concharum.

Pondus talentorum. 500141. Palmi cubici altaris. 39652. Pondera talenta altaris. 19244. Columnarum ærearum ſingularum pondus, talenta 4518. Maris ænei pondus talẽt. 2836. Ioſeph us.

XII. Argentum.

69 *An templi laminæ aureæ ex argento deaurato, variabiles Paral. expoſitio.*
70 *Argentum vilius Salomonis tempore, cuius rei ſymbolum.*
71 *Quæ vaſa in templi ſuppellectili argentea. Fuſcinulæ an muſica inſtrumenta. Vnde dicta.*
72 *Thuribula & tuba argentea.*
73 *Qui argentei leones in templo.* Leonis *nomen vnde dictũ, & cur conueniens in phialis ſacrificiorum.*
74 *Menſa & fores Templi ex argento.*

NON valde frequens argenti mẽtio in templi miniſterio, quamquam ingẽs illius copia fuerit. Et quidem Abulẽſis 1. Paral. 29. 9. 7. vult, laminas tẽpli, quæ dicuntur *de auro mundiſſimo* 3. Reg. 6. 21. & 2. Par. 3. 4. fuiſſe ex argento deauratas, vt aureæ totæ viderentur, proptereaque dictum eſſe 1. Paral. 29. 4. dediſſe Dauid *ſeptem millia talentorũ argenti probatiſſimi ad deaurandos parietes templi.* Quò videtur ſpectare argutiæ Caiet. qui cùm quod nos habemus *ad deaurandos parietes templi*, dicat ex Hebr. legi, *ad agglutinandos parietes*, exponit, *inſinuari per modum glutini apponendum aurum*: quod non alio modo videtur fieri poſſe, quàm deaurato argento per modum glutini.

69 Abulenſis. An templi laminæ deauratæ, an aureæ. Caietanus.

Dionyſius non coniungit cum argento proximè præcedenti illam *deaurationem*, ſed refert ad aurum, quod paulo antè præceſſerat. Atque eodem fere pertinet illa aliorum cõciliatio, quòd cùm in Hebræo propriè legatur, *ad deaurandos parietes domorum*, aiunt reſpectiuè intelligi debere, auru ad veſtiendum parietes templi: argentum verò ad incruſtandos parietes aliorum ædificiorum adiunctorum templo. Quod videtur indicare ſentẽtia, quæ ſtatim ſubiungitur 1. Par. 29. 5. *vbicumque opus eſt aurum de auro, et vbicumque opus eſt, argentum de argento.* Quod cum præcedenti ſententia coniungunt Septuag. in hæc verba; *Ter mille talenta auri & ſeptem mille talenta argenti ad linendum in eis parietes templi in aurum auro, & in argentum argento.*

Dionyſius.

Sed res incerta. Duo tamen certa. Alterum, illa ſeptẽ millia talentorum argenti ſeruiſſe non tam templi expenſis, quàm ornamẽto & ſuppellectili. nam non ad aliũ vſum cõuertere licuiſſet, quàm ad eũ, quẽ præſcripſerat Dauid, id eſt, ad obducẽdos parietes. Tum præterea vaſa alia argentea legata a Dauide & templi vſibus deſtinata, tanquã ſancta, eadem ipſa repoſita fuiſſe in theſauris templi 2. Paral. 5. 1. *Intulit Salomon omnia, quæ vouerat Dauid pater ſuus: argentum, & aurũ, & vniuerſa vaſa poſuit in theſauris domus Dei.* Alterum vero, Salomonis tempore, vt frequentius, ita minori pretio habitũ argentũ, ideo pauciora vaſa argentea in ſuppellectili ſacra. Quò referri poteſt illud 2. Paral. 9. 20. 21. *Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur*, atq; nulla fit æſtimatio computatioue argenti quod ex claſſibus prouenicbat, neque ex tributis annuis 2. Paral. 9. 33. 3. Reg. 11. 27. quamuis immenſum & infinitũ eſſet. Hoc enim ſignificat id 3. Reg. 10. 22. *Non erat argentum: nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis.* Et potuit ſane hoc aliquam arcanæ ſignificationis rationem habere: vt indicaretur, in diebus veris Salomonis Christi, ea quorum ſymbolũ eſt argẽtum, eloquentiam, generis claritatem,

Argentum legatum à Dauide. 70 Argentum vile habitũ tẽpore Salomonis.

Argentum in eccleſia non magni quid.

ritatem,& minora talenta, non magni faciĕda, nisi decantentur pietate, & ſanctitate obducantur, atque omnia in charitate fiant, fine qua *nihil ſunt, nihil proſunt*, 1. Corinth. 13. 1 A

71 Argentea templi ſupellex.

Hæc tamen in ſupellectili templi argentea fuiſſe conſtat; Candelabra 1. Paralip. 28. 15. inter ea quæ Dauid dedit, *Argenti pondus pro vaſorum, & operum diuerſitate*, ſcribitur: *In candelabra argenti & in lucernas eorum, pro diuerſitate menſuræ pondus argenti tradidit*. Quot autem hæc candelabra fuerint, Scriptura non definit: Ioſephus autem lib. 8. Antiq c. 2. ait feciſſe *Candelabrorum decem millia*. ſed non ſtatuit quot aurea, quot vt argentea: fortè duplo plura ex argento eſſent, quæ per atria diſpoſita facerdotibus noctu laborantibus, aut aliquid operis agentibus, populove etiam noctibus orantu prælucerent. Nocturnæ verò in templo orationis meminit Ioſeph. lib. 6. de Bell. c. 12. & lib. 7. c. 15. B

Ioſephus. Cādelabra Canthari

Hydriæ item argenteæ, quamuis Scriptura aureas tantùm deſignet 3. Reg. 7. 50. Ioſephus tamē Cantharorum vinariorum octoginta millia cōparata à Salomone ſcribit: ſi tot, plures fuiſſe argenteos veriſſimile fit.

Vatablus. Villalpand tom. 2. c. 4. Ezech ſuo etiam c. 41. Ioſephus. argentei. Fuſcinulæ quid.

Fuſcinulas item. Has exiſtimat R. Dauid, quem ſequitur Vatablus, eſſe *Pſalteria*; idē fere R. Mardochai, Mercerus, Marinus, Villalpandus, eſſe muſica inſtrumenta illa, de quibus Ioſephus 9. Antiq. cap 2. inſtrumentorum muſicorum, quæ nabla & cinnyræ vocantur, in vſum hymnodiarum ex electro confecit quadraginta millia. ſed eſſe inſtrumenta nō muſica, ſed vel candelabrorum aut lucernarum, vel ollarum concors eſt interpretum ſenſus; quibus vel aliquid emungatur, aut demetatur, aut extrahatur tanquam falce, aut vncino, & in Hebræo dicitur à radice *Mazar*, quod eſt, putare, vnde falx, ligo, vomer, Iſai. 2. & 18. Ioel. 3. Forſterus vult eſſe forcipes, quibus lychni vſti præſciduntur, *deſpauiladeras*. & ſanè nomen *fuſcinularium* deduxit interpres à Latina fuſcina, quod erat nomen tridĕtis, aut iaculi gladiatorij. Quare potiùs exiſtimarē fuiſſe inſtrumentum tecturum, non tam, vt voluerunt Nicolaus, Abulenſis, Dionyſ. ad extrahendum immunditias, aut ſordes lucernarū, ſi quid in oleum incidiſſet, ſed ad extrahendas carnes, vt ſentit Gloſſa, atque etiam inclinat Abulenſis, qui deducit nomen fuſcinulæ à fuſco, quòd vaſa coquinaria fuſca ſint. ſed præſtat quod diximus. Erant tandem ex argento, ſi ſeruiebant candelabris argenteis: Tum etiam ſi ollis, nō enim oportuit ſimiles fuiſſe æreis ollis, ſed argenteis phialis. C D

מזר מזמרות

Fuſcina apud Latinos. Nicolaus. Gloſſa Rabanus. Abulenſis.

Phialæ argenteæ, lances, crateres mortariola. Ioſephus. Villapād. כפר

Phialarum autem argentearum decem millia numerat Ioſephus, quæ videntur fuiſſe vaſa ad accipiendum & inſpergendum ſanguinem ſacrificiorum. Lancium autem argentearum centum ſexaginta millia ſcribit Ioſephus. & craterarum, in quibus ſimilā oleo ſubigebant, ſexaginta millia. *Mortariola* verò, quæ vulgatus appellat, Villalpandus cum Ioſepho intelligit fuiſſe menſuras quaſdam Hin, & Aſſaron dictas, in Hebræo à curuitate, illaſque fuiſſe quadragies mille ex argento. Alij cum vulgato, quod ipſa vox ſonat, inſtrumentum ad contundenda aromata. Alij volunt eſſe cochlearia, quæ etiam curua ſunt, & ſæpe in nominibus proprijs exponendis ludunt quia vulgato recedunt. E

Pagnin. Rega.

72 Ioſephus. Cur thuribula aurea, non argentea.

Thuribula argentea non lego in ſacra hiſtoria, neque in Ioſepho, tantùm aurea; nam cùm horum vſus familiarior eſſet, & proximior numini ſacris odoribus colendo, oportuit fuiſſe ex pretioſiſſima materia.

Sed tamen lego *Tubas*, ſiue ex argento, ſiue ex auro 4. Reg 12. 15. & cum Num. 10. 2. iuſſus fuerit Moyſes facere duas tubas argenteas ductiles, Ioſephus ſcribit, facta fuiſſe a Salomone *ducenta millia tubarum, quales Moſes præſcripſit*.

73 Leones argentei quales. Abulenſis.

Lego item 1. Paral. 28. 17. Dauidem *ſeparaſſe argenti pondus diuerſum in leones argenteos*. Sed quid rei leones illi? Abulenſis illo loco q. 5. videtur errorem in transferendo impingere Hieronymo, qui vocem æquiuocam ad leonem, & ad vas aliquod vinarium ſiue aquarium, videlicet *cephor*, vertit leonem, cùm vertere debuiſſet vas: ſed eſſe tamen deſcrimen, quod cum iod, *cephir*, eſt leo; cum vau, *caphor*, eſt vas. Idem fere dixerat Nicolaus, agnoſcens diuerſitatem aliquam vocum ſignificantium *leonem*, & *vas*. Sed ait diſſentire Latina ab Hebræis. Septuaginta Complutenſes, *Cyathum & Cyathum aureorum argentorum*. Vaticani correctiores retinent vocem originalem ex Græco, *pondus aureorum, & argentorum, & Thuribulorum Cephure*. Sanè quod ad lectionem attinet, plus tribuendum Latino interpreti, quā Nicolao, & Abulenſi, atque quàm vniuerſis Hebraizātibus, qui *crateres* aut *phialas*, aut *vaſa*, aut *pelues*, aut *ſcyphos* vertunt; R. Dauid etiam *cochlearia*. Ergo interpres eandem vocem *caphor*, aut *cephor*, nunc reddit leonem, vt hoc loco: nunc *craterem*, 1. Eſdr. 8 10. Quod verò ad rem ipſam, Dionyſius exiſtimat verè fuiſſe in templo leunculos aliquos argenteos, ſimiliterque Hugo Cartenſis: qui duo referunt hos leones ad illos, qui vel inſculpti parietibus templi, vel adiecti throno Salomonis. atque adeo Rabanus in Gloſſa, miratur eiuſmodi leunculos: neque agnoſcit in templo alios, quàm illos decem baſium, vel quadrigæ gloriæ Dei apud Ezechielem. Sed ſanè re ipſa fuiſſe crateres, aut pelues, vaſave alia ſacrificijs & templo opportuna, tum ex illo Eſdr. 8. 10. tum ex hoc loco, vbi catalogus fit vaſorum templi, colligi poteſt.

Leonis nomen. Nicolaus. כפיר כפור

Vn garide ſenſo.

R. Dauid.

Dionyſius Hugo Carrenſis.

Vtramque tamen rem, id eſt, & vaſa fuiſſe, & præterea verè habuiſſe inſculptam aliquam vel expreſſam leunculorum ſimilitudinem, non ineptè ſuſpicatur Villalpandus. Ego ſatis exiſtimo huic loco fieri, ſi ab officio & vſu hanc leunculorum appellationem deſumamus. Nam cùm verbum *caphar* ſignificet, expiare, placare, propitiare rogare, vnde dicitur *cephir*, aut *cephor*, id eſt leo: certè potuit illud vas appellari leo, aut leoninum, propter ſolam alluſionem ad illam radicalem ſignificationem: ſeruiebant enim in ſacrificijs expiatorijs ad numen placandum diuinum. Adde etiam ludere poſſe hanc appellationem cum ipſa leonis natura, qui placabilis eſt, & deprecatione atque lacrymis proſtratorum flecti ſolet, atque à cæde & ſanguine abſtinere, vt ſcribit Plin. lib. 8. cap. 16. *Credit* (inquit) *Lybia intellectum peruenire ad eos precum*. Elegan-ter igitur phialæ illæ expiatoriæ, & quaſi deprecatoriæ, quibus placabatur Deus, & flectebatur ad miſericordiam, appellabantur quaſi ab effectu leones, aut leunculi, ſicut & altare ſacrificiorum appellatur *Ariel*, id eſt, *leo Dei*. Iſai. 29. 1. 2. quod ibi agnoſcunt Euſebius & Polycronius in Catena Niſi malis iam ad leonis cruenti & prædam diſcerpentis, ſanguinemque exugentis, ſimilitudinem referre; quod eſſent vaſa quibus acciperetur ſanguis ſacrificiorum, aut, vt alij volunt, in quibus abſtergeretur culter à ſanguine, ſicque vaſculum cruentatum exiſteret. Nam quod alij dicunt radicem originalem idem eſſe quod regere, aut prote-

Vaſa cum leonina figura. Villalpan. כפר

Vaſa expiatoria leonina. Leo placabilis. Plinius. Metonymia. Altare leo Dei. Euſebius. Polycronius. Forſterus.

gere, atque inde dici *cephor*, id eſt, vaſculum tectum, quod haberet operculum, frigidum eſt: neque peculiare vni tantùm vaſorum generi.

74 Menſæ argenteæ. Ioſephus.

Menſas argenteas fuiſſe cõſtat. 1. Paral. 28. 16. *Similiter & argentum in alias menſas argenteas.* De numero tacet Scriptura, atque ſimiliter Ioſephus. Fuiſſe autem plurimas in quibus reponerẽtur vaſa aurea & argentea, certa coniectura eſt.

Abulenſis. Nicolaus.

de quo videndus Abulenſ. 1. Paral. 17. q. 4. Quãquam Nicolaus in illis menſis argenteis velit parari ea quæ erant offerenda.

Tandem Ioſephus *fores templi omnes ex argento fabricatas* ſcribit. Atque tum ex his tum ex alijs vaſis immenſum tandem conſurgit argenti pondus ſupra omnem æſtimationem, non ſupra fidem.

B

XIII. Aurum.

75 Ipſius templi Salomonici fabrica partim ex auro.
76 Altare aureum an intrinſecus ligneum. Ligna paradiſi qua, & an ignem concipiant. Thuribulũ & menſa coram Domino.
77 Menſa panum. Menſa Ptolomæi regis qualis. Reliqua ſuppellex aurea proceſſu temporis imminuta. Explicatus locus Regum & Eſdræ.
78 Clauorum aureorum pondus & forma. An etiam ſera aureæ. Explicatus locus regum.
79 Cardines oſtiorum qui. Tectum templi inſtructum aureis verubus.

C

75 Suppellex aurea.

TAM fuit diues Salomonia tẽplum, vt bona pars nõ ſolùm ornamentorum, quod in tanta opulentia parum eſſet, ſed ipſius etiam fabricæ videatur ex auro confecta.

Ac primò quidem illud eſt 3. Reg. 6. 20. 21. 22. *Oraculum veſtiuit auro puriſſimo, domum quoque ante oraculum operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis. Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur: ſed totum altare oraculi texit auro.* & verſ. 30. *ſed & pauimentum domus texit auro intrinſecus & extrinſecus.* His adde cæturas aureas cherubinorum & palmarum tam parietum quàm oſtiorum *prominentes de pariete & egredientes, & anaglypha,* id eſt, quaſcumque ſculpturas valde prominentes.

D

Anaglypha.

76 Altare quo modo ex cedro.

Secundũ fuit altare thymiamatis, quod 3. Regum 7. 48. 49. vocatur *altare aureum.* Cùm autem dicitur 3. Reg. 6. 20. veſtitum fuiſſe altare cedro, indicat propter ſui magnitudinem habuiſſe fulcra ex cedro; rurſus cedrum iterum conueſtitũ auro, ſicut verſ. 22. dicitur: *Totum altare oraculi texit auro.* ſed cùm metalla ingentem ex igne ardorem cõcipiant, quærit Hieronymus Ezec. 41.

Hierony.

Quomodo hoc altare in quo ignis ſuccendendus erat, menſa videlicet thymiamatis, nihil ab igne pateretur. Reſpondetque, *Altaris ligna, quæ de lignis paradiſi ſunt, non cremantur igne vicino, ſed puriora redduntur. Nec mirum hoc de ſanctuario, & interioribus templi, & altaris thymiamatis credere; cum etiam asbeſton, quod genus eſt ligni, vel ligni maioris ſimilitudinem, quanto plus arſerit, tanto mundius inueniatur.*

E

Ligna paradiſi ignẽ non concipientia quæ. Tota

Idonea reſponſio.

Sed reſponſio in promptu, ignem impoſitum ſolere in craticula etiam aurea, cui nullum lignum ſubijciebatur. tum præterea ſi craticula aurea ex quatuor angulis pendebat, nũquam ſic ignesceret aurum reliqui altaris, atque adeo ligna ſubiecta nihil detrimẽti acciperent. Deniq; hoc altare reſpondet illi Moſaico, de quo dictũ eſt, Exod. 30. 3. 4. *veſties illud auro puriſſimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. faciesque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera.* Hoc autẽ altare appellatur a Paulo *aureum thuribulũ.* Heb. 9. 4. Græcè *thymiaterion*, ex quorundam expoſitione, & Ezech. 41. 22. *menſa coram Domino.* de quo non nihil inferiùs.

Thuribulũ quid.

77 Menſa aurea Propoſitionis. Ariſteas.

Sed menſa panum propoſitionis aurea item erat, vt cõſtare poteſt Exod. 25. 24. 26. 27. neque vna, ſed multiplex, vt conſtat 2. Paral. 4. 19. quarum opus, atque opulẽtiam, intelligere licet ex Ariſtæa lib. de Lxx. interpret. Cùm menſæ illius meminit, non ſolùm ex auro, ſed ex pretioſiſſimis lapillis conſtantis, quam Ptolomæus Ieroſolymam dono miſit: cuius non ſolùm materia diues, ſed opus & artificium omnino mirabile. *Nam lamina totius menſæ ſolida altitudine quatuor digitorum: mẽſa verò ſuperficiem Mæander curuatis ſinibus influere videtur, in cuius verticibus alueoque pretioſi lapides, carbunculi ſmaragdi, onychini, & cuiuſcumque generis plures: decora ſpecie fulgent. Coronulam omni fructu contextam artificis manus ita expoliverant, vt in ipſis coronæ thyrſis colligatas vuas, ſpicas, palmulas, mala, oleas, roſas, & ſimilium plura oſtẽderent. In quibus nexi auro lapides, qui colore ſpecieq; fructus quoſque redderent, mira arte illigabantur;* & plura in hanc rem.

C

Aurea candelabra, & alia vtenſilia.

Numerantur deinde *aurea candelabra, lucerna, & florentia quædam, & forcipes, omnia de auro mundiſſimo.* 2. Paral. 4. 20. 21. additur *menſa aurea, ſuper quam ponerentur panes propoſitionis.* 3. Reg. 7. 48. & verſ. 49. & 50. numerantur *candelabra aurea quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram contra Oraculum ex auro puro, & lilij florũ, & lucernæ, & forcipes, & hydriæ, & fuſcinulæ, & phialæ, & mortariola, & thuribula de auro puriſſimo.* Quæ omnia ſic numerat Ioſephus: *Phialæ & pateræ aureæ vigeſies mille Candelabrorum decem millia. Canthararum vinariorũ octuaginta millia, & phialarum aurearũ decem millia. Lanciũ aurearum, ad offerendã in eis ſimilã maceratã, octuaginta millia. Craterarũ, in quibus ſimilã oleo ſubigebant, aurearũ ſexaginta millia. Menſurarum, quales Moſi Sin vocantur & Aſſaron, viginti millia. Acerræ, quibus odoramenta in templum inferri ſolent, vigeſies mille, & aliæ, quib' deferebant ignes a magno altari ad paruum intra templum ſitum, quinquagies mille.*

Ioſephus.

D

Tẽpli theſauri cur imminuti.

Qui ſanè vaſorum pretioſorum numerus imminui poſtea cœpit, tum fortè propter minùs fidam cuſtodiam, tum quòd reges ijs aliquando vterentur ad redimendam Vrbis & Tẽpli obſidionem, vt cùm 4. Reg. 12. 18. Ioas, *omnia, quæ conſecrauerant Ioſaphat, Ioram, & Ochozias, & vniuerſum argentum quod inueniri potuit in Theſauris domus Domini, & in palatio regis, miſit Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Ieruſalem.* Quare poſtea multo pauciora inuenta ſunt, cùm 1. Eſdr. Cyrus *protulit vaſa templi, quæ tulerat Nabuchodonoſor aurea, & argentea, & inuenta ſunt quinque millia quadraginta.* Et poſtea comparuerunt quædam alia de præda eiuſdem Templi 1. Eſdr. 8. 25. quæ obtulerat rex, & conſiliatores eius, *vaſa argentea cẽtum, auri eatum talenta, & crateres aureæ viginti, qui habebant ſolidos millenos, & vaſa æris fulgentia optimi duo, pulchra vt aurum.*

E

78 Partes ædificij ex auro. Eupolemus. Euſebium.

Sed illa quæ ſequuntur, non tam ornamenta, quàm partes ædificij 3. Reg. 6. 21. *Domũ ante oraculũ operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clauis aureis.* Iuxta quod corrigãdus eſt Eupolemus apud Euſeb. lib. de Præp. c. 4. ſic ſcribẽs; *Templũ intrinſecus*

A *fecit laterculos quinque cubitorũ aureis opere fuſorio deaurauit, atque quaternis argenteis clauis confixit, talent ſpendere, in papilionum ſpeciem ordine diſpoſites.* Corrigẽdus, inquam. nam 2. Paral. 3.9. *clauos fecit aureos; i. a vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos appenderent,* id eſt, vncias viginti quinque, id eſt vnciam ſupra duas Romanas libras. *Florentia* autem illa, & quaſi *lily flores* erant ipſa clauorum capita.

Clauorum pondus.

Florentia in templo, quæ Seræ aureæ.

Seras, veſtes, repagula omnia item fuiſſe aurea videtur colligi ex lectione Hebrea 3. Reg. 6. 21. quod enim nos legimus *affixit laminas clauis aureis* Propriè Pagniu. legit: *Clauſit peſſulis aureis parietem, qui erat ante oraculum.* Tigurina; *Traduxit repagula auro obducta, ante adytum, & obduxit parietem illum auro.* Regia; *vectauit in catenis auri ad facies oraculi.* B quod Vatablus refert ad eã partem, quæ diſtinguebat oraculum à reliqua parte domus: cuius ſeptum catenis aureis claudebatur vice peſſulorum. Caietanus verò, quod ſepiũ illud erat coſtis ligneis deuinctis vectibus aureis, qui totum tegebant murum ligneum. Alij ad funiculum aureum, vel ad virgam auream tranſeuntem ex vna parte in alteram, ex qua pendebat velum, quod erat ante oraculũ. mira interpretum varietas; ſed mira omnium conſenſu opulẽtia & maieſtas, quocumque modo intelligas.

Vatablus

Caietanus.

97 De *cardinibus* verò ſic ſcribitur 3. Reg. 7. 50. *Cardines oſtiorum domus interioris Sancti Sanctorum, & oſtiorum domus templi ex auro erant.* Per C *cardines* verò Villalpandus intelligit, ornamenta quædam quæ iuxta cardines foribus apponi ſolent, quæ noſtrates appellare ſolent. *Viſagras, ò abracaderas,* alij vertũt, *cardines fœminas,* nos vocamus *quicios,* videlicet ferramenta illa ſiue metas cauas, circa quas cardines voluuntur. Abulenſis non ſolùm cardines fœminas inferiores, ſed etiam cardines ſuperiores vult fuiſſe ex auro, ſic verò explicat; *Vocantur cardines quadam armilla fixa in luminaribus domus, in quibus vertebantur ianua: et iam erant alia circumpoſita ipſis pedibus ianuarum, qua infigebantur cardini, & vtraque armilla erant de auro.* Idem fere alij. Dionyſius: *In quibus oſtia ſuſpenduntur atque voluuntur.* Forſterus; D *a quibus valua pendent.* Marinus, *ſuper quibus cardines inniteuntur.* Vulgo, *Bertanella.* nam cardines maſculos, quos Itali appellant *gangheri* ait appellari *eſidim,* quæ vox propriè ſignificat *latera.* David de Pomis vult eſſe Italos *gangheros.* Et ſanè hi omnes ſequuti ſunt R. kimhi, qui *cardinem* deſcribit, *in ſpeciem parua crumena ferrea, ſuper quã circum agitur cardo ianua.* & affert ex Miſnah, *Phot hab eſſe ſubt ſid,* id eſt, ſub cardine maſculo. Ego itaque tum propter conſenſum omnium fere interpretum, tum propter coniecturam alterius tranſlatitiæ ſignificationis, Iſa. 3. 17. huic exponendi rationi me adiungo, atque cenſeo ad amplificationem opulentiæ & ſanctitatis Sancti ſanctorum dictum eſſe, vt non ſolũ externa quæ videbantur, ſed etiam caui cardines, qui videri non poterant, ex auro eſſent. Q̃d E etiam alio loco probauerat Villalpandus.

Cardines, quid. Villalp.

Abulenſis.

Dionyſius. Forſt. Marinus.

צירים

David de Pomis. R. Kimhi.

פתות צירים

Ioſephus ad Templi tectum æneum fulgentiſſimum addit verua aurea, quæ non dubiũ quin ex ſimilitudine prioris templi Herodiano poſtea adiecta fuerint. ſic enim ſcribit. 6. Belli, c. 6. *Deſuper* (inquit) *verubus aureis acutiſſimis vndique horrebant, ne ab inſidentibus auibus pollueretur.*

Villalp. in cap. 41. Ezech li. 4. c. 63. Ioſephus.

XIIII. Ligna.

80 *Duplex pretioſi ligni genus ex Libano. Illuſtratus locus Regum.*

81 *Abies quod genus ligni, & ad quos vſus. Illuſtratis Nahum & locus Regum. Eadem qua apud prophanos abies ſacra.*

28 *Ligna Arceuthina qua Iuniperi vſus ad rem ædificatoriam.*

83 *Trabes Templi mirabilis magnitudinis. Vt conuecta ex Libano Ieroſolymam.*

Lignorum genus duplex ex Libano: alterum quod Hebraicè dicitur *Arzim* vulgatus vocat *Cedrum,* de quo diximus ſuperiùs, vbi de ijs, quæ ex Ophir afferebantur ad Salomonem, cùm diſputaremus de lignis Libani: alterum quod Hebraicè dicitur *Beros,* aut *Beroſim,* & fere ſemper à vulgato vertitur *Abies,* quem ſequuntur L x x. R. David, Mardochai, Pagnin. Regia, Vatabl. de quo dicitur 3. Reg 5. 8. in litteris Regis Hirã ad Salomonem: *Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis.* quod Hebræi Hiſpanienſes in Biblijs ſuis vulgaribus ſic legebant. *yo fare toda tu volunt ad con madera de Alerzes, e cõ madera de Boxes.* Poſtea etiam abietum meminerunt legentes; *Cubrio la caſa de fayas, ò teglada con alerzes.* quamquam non omnes Hebraizantes conſentiant. nam Tigurina potiùs eſſe arborem *piceam* vult. Alij Hebraizantes *fraxinum.* kimhi vocat *buxum,* aut *abietem.* Ioſephus lib. 8. c. 2. *cupreſſum,* conſentiente voce ſimili *Boroth,* aut Broth, quæ ab interprete vertitur *cupreſſus.* Cant. 1. 17. & hæc propter ſimilitudinem nominis, & rei ipſius, videtur eſſe illa arbor, quæ à Plinio appellatur *Bruta, cupreſſo fuſa ſimilis ex albidis ramis, iucundi odoris, & proxima cedro.*

80 ארזים Cedrus. Abies.

ברוש ברושים

Hebræi Hiſpanienſes.

C

Forſter. Marin. Auenarius

ברות Cupreſſus. Plin. lib. 12. c. 17.

81 Sed quæcumque tandem ſit, has notas habet in Scripturis. Prima vt ſit arbor nemoroſa Iſa. 41. 19. & 60. 13. & 55. 13. & Zach. 11. 2. quibus locis coniungitur cum *cedro* & cum *quercu.* Secundò, eſt arbor *virens,* proceta, & recta, Oſeæ 14. 9. D Iſa. 37. 24. ideo conficiebantur ex illa haſtæ & lanceæ, Nahum. 2. 3. vbi vulgata habet: *Agitatores conſopiti ſunt,* vbi Vatablus legit: *lancea abiegna veneno infecta ſunt.* Alij intelligunt *currus,* qui ex abietibus conficiebantur. Alij *abietes:* ſic etiam Pagninus poſt R. David. Fiunt preterea muſica inſtrumenta 2. Reg. 6. 5. vbi nos habemus: *David & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis.* L x x. *in organis modulatis:* propriè in Hebræo; *in lignis Beroſim.* abiegnis; aut fraxineis. Denique ex eadem materia fiunt trabes, aut tabulæ, quibus tegebatur paulmentum templi, & præterea eodem loco verſ. 34. fiunt *oſtia* in templo. Ex quo proculdubio videtur neceſſariò colligi fuiſſe materiam pretioſam, odoratam, ſolidam. E

Motæ & vſus abietis ſacræ.

Abies Plinij, eadem quæ ſacra.

Et ſanè conſideratis his quæ de abiete à bonis Scriptoribus traduntur, & notis huius arboris, quæ in ſacra hiſtoria ſcribuntur, eadem videtur eſſe quæ abies, cui folia non decidunt, Plinius libr. 16. cap. 21. eſt altiſſima, ac rectiſſima. cap. 39. apta ad ſuſtinendum pondus, ad recta valuarum, repagula, & ad quæcumque libeat inteſtina opera, aptiſſima. Denique ad conficiendos currus d. 42. His adde ligna illa thyina; quæ afferebantur ex Ophir, ex quibus facta ſunt fulcra templi, & citharæ 2. Paral. 9. 10. 11.

& fortè ea in illa regione calida, erãt odorata. A

82 *Ligna Aceuthina.* *Nebriſſenſis.* *Iuniperus ad ædificia.* *Vitruuius.*
Sed præterea poſtulat Salomon ad Hiram ligna *Algumin*, 2. Paral. 2. 8. quæ à vulgato dicuntur *ligna Arceuthina*, quæ fuiſſe *iuniperos* contendit Nebriſſenſis c. 1. ſuæ quinquagenæ. & rectè quidem ex proprietate vocis Græcæ, ἄρκευθος, quæ eſt iuniperus; tum etiam ex re ipſa: nam ad rem ædificatoriam commẽdatiſſima eſt iuniperus propter imputribilitatẽ: vt docet Vitruuius lib. 2. c. 9. quod eſt *de materia cadenda*. & fere eaſdem vtilitates & virtutes tribuit Cedro, Iunipero & Capreſſo: quas arbores, potiſſimum Cretæ, Africæ, & Syriæ, cõmendat Plinius lib. 16. c. 39. & 40. experimento templi Dianæ in Hiſpania, cõtignati trabib[9] Iuniperinis, ædificati aliquot ſæculis ante Troianum bellum, & durantis adhuc ætate Plinij, id eſt, per mille ſexcẽtos annos plus minùſve. & Theophraſtus li. 1. de ſtirpibus potiſſimùm probat *Iuniperum ad rem ædificatoriã, tum ſubdialem, tum obruendam ſub terra*. Sed quidem dubium eſſe nõ debet eſſe aliquam pretioſi ligni materiam & cedri ſpeciem. Vide quæ de lignis *Algumim* ſuperiùs diſſerebamus lib. 4. B

Plinius. *Theophraſt.*

83 *Villalp. to. 2. p. 2. de poſtrema viſione c. 60.* Trabium templi magnitudo.
Fuiſſe verò ex huiuſmodi lignis trabes mirabilis omnino magnitudinis ex ſuis illis templi menſuris colligit Villalpandus. nam communes trabes habebant longitudinem duodecim cubitorum cum dimidiato, id eſt, palmos Hiſpanos, quadraginta ſeptem; craſſitudinis verò cubitũ cũ quarta ipſius parte, id eſt, Hiſpanos palmos quatuor: latitudinis verò cubitum cum ſeptem octauis, id eſt, palmos Hiſpanos ſeptem. at verò maiores illæ, quæ colligabant latitudinem domus, habebant longitudinem cubitorum quinquaginta quatuor: id eſt, Hiſpanos palmos ducẽtos quatuor; craſſitudinem verò cubitorum duorum cum dimidiato, id eſt, palmos Hiſpanos nouem; latitudinis verò cubitos tres cum tribus quartis, hoc eſt, palmos Hiſpanos quatuordecĩ. C

Porro trabes *operiuntur laminis auri probatiſſimi*. 2. Paral. 3. 7.

Ratio conuehendi ligna ex Libano.
Ratio autem immenſam lignorum copiam & magnitudinem conuehẽdi ex Libano, exponit Hiram 3. Reg. 5. 8. 9 *Ego faciam omnem voluntatẽ tuam in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari vſque ad locum, quem ſignificaueris mihi: & applicabo ea ibi, & tu tolles ea.* Fere eadem ratio poſtea ſeruata eſt in reędificatione Templi 3. Eſdræ 5. 55. *Dederunt Carra Sidonijs & Tyrijs, vt tranſueherent de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu.* Rates illas nos vocamus *balſas*, quæ ex colligatis lignis componuntur, & more ſcapharum aguntur. D

XV. Lapides.

84 Marmor Parium cuius coloris. An ex Paro inſula aduectum Ieroſolymam.
85 Mos Latini interpretis. Illuſtrati Iſaias & Nahum.
86 Lapidis nomen diſtinctum à marmore. Pretioſus lapis *quid in Scriptura.*
87 Lapis diuerſorum colorum. Iaſpis maculoſus.
88 Lapides ſtibini *qui. Stibium cuius coloris, & virtutis. Illuſtratus Iſaias.*
89 Lapides Onychini. An gemmis diſtincti parietes templi. Lapides impletionis *qui.*
90 Non ſolum Dauid, ſed Salomon cõparator lapidum.
91 Lapides templi an natura ſua & miraculo politi. A
92 Hebræorum figmentum de vermiculo Samir ad poliendos lapides. Illuſtratus locus Ezechielis.
93 Templi lapides prius in monte dolati. Sine malleo & ſecuri ferrati.
94 Templum abſque ſtrepitu. Prima rerum creatio abſque vllo labore. Illuſtrati loci Reg. & Moyſis.
95 Lapidum magnitudo. Priſca ſtatua ex diuerſis partibus coagmentata.

84 Quadruplex lapidũ genus.
FRequentiſſimum, maximeque neceſſarium materiæ genus, lapides qui præparati fuerant à Dauide in quadruplici differentia. 1. Paralipomen. 29. 2. *Marmor Parium*: quo etiam modo legerunt Lxx. *Parios lapides*. Sed cũ marmor Parium nomen habeat ex Inſula Paro, ex qua poſterioribus ſæculis educebatur marmor pretioſiſſimum, neque videtur Dauidis tẽpore illa Inſula frequẽtata, aut lapidicinæ exercitatæ, meritò de hoc lapide dubitari poteſt. Et primùm excludendus eſt error Nicolai, Dionyſij, & Hugonis, exiſtimantium ſignificari marmor varij coloris, nomen habens à Paro inſula, vbi primùm fuit repertum. Certum enim eſt, Parium marmor fuiſſe candidiſſimum, ac nulla varietate maculoſum, vt tum ex Varrone tum ex Plinio conſtat lib. 36. cap. 5. Ergo cùm in originali tantùm ſit ſimplex vox *ſes*, aut *ſajis*, tantùm intelligi in communi *marmor*, volunt Caietan. R. Mardochai Pagnin. Vatabl. & alii Hebraizãtes, quibus videtur ipſe Latinus interpres fauere, cùm eandem vocem originalem vertit *marmor*. Cant. 5. 15. *Crura illius columnæ marmoreæ.* Sed ſanè ſapienter vertitur nunc ab interprete Latino, *marmor Parium*, ſicut & Eſth. 1. 6. Eodem modo, vbi vulgatus habet Cant. 5. *Columnæ marmoreæ*, Aquila & Theodotio dixerunt: *Columnæ Pariæ*. ſciendum eſt enim nomen originale affine eſſe, aut fere idem quod ſignificat *byſſum*, quod eſt genus lini candidiſſimi: quare ſignificat materiam candidiſſimam, quæ ſi ad veſtem referatur, ſignificat id quod in veſtibus candet, quale eſt byſſus. Si autem ad pauimentum, vel ad rem ædificatoriam, ſignificat marmor, ſed candidũ. cùm enim ſponſi crura cum marmore comparantur, certum eſt cum marmore candido comparari.

Nicolaus. *Dionyſius.* *Hugo.*
שש שיש *Caiet. R. Mardoc. & alij Hebraizantes.*
Byſſus quid habeat cõmune cum marmore.

85 Mos Latini interpretis.
Quia verò marmor candidum iam tunc, cùm Bibliorum interpretatio vel à Lxx. vel ab interprete Latino fiebat, & marmor Parium erat famoſiſſimum, ideo voce iam tũc clariori & communiori vſi ſunt. qui mos eſt Latini interpretis. vt cùm Iſa. 45. 9. quod in originali eſt *teſta*, aut vas figulinum, interpres dixit *teſtam Samiam*, quoniam iam tunc vaſa Samia famoſa erant, licèt multo poſteriora Iſaia propheta. Similiter etiam Nahum 38. vocat *Alexandriam populorum*. cùm tamen ea vrbs dicta fuerit à Propheta, quæ multis poſtea ſæculis ab Alexandro reædificata nomen ab illo accepit. *Marmor* itaque *Parium* hoc loco candidiſſimum quodcumque marmor ſignificat. cum quo facit Ioſephus lib. 8. cap. 2. cùm fabricam vniuerſam deſcribit: *Conſtabat* (inquit) *è lapidibus candidis firmiſſimis, magnitudine viginti quinque cubitorum in longum; octo in altum; latitudine verò cubitorum duodecim.* E

Teſta Samia.
Marmor Parium, quodcũque candidiſſimo. *Ioſephus.*

86 יקר *Plinius.*
Secundum genus erãt *lapides magni pretioſi* 3. Reg. 7. 10. 11. 1. Paralip. 29. 2. *Lapidem à marmore* diſtingui auctor eſt Plin. lib. 36. c. 6. auctoritate

Homeri,

Lapis à marmore diſtinctus. Homeri, vt marmor ſit ſaxea materia, non item
lapides. Porro cùm *lapides pretioſos* dicit, non ſo-
lùm intelligo ex proprietate vocis, qui in hono
Pretioſum. re & pretio eſſent propter bonitatem, ſed etiam
qui rari eſſent & exquiſiti. ea enim eſt ſignifica-
tio *pretioſi*, frequentiſſima in ſacro ſermone.
Quidquid ergo inueniri potuit rarum & exqui-
77 ſitum, ad templi ſabricam collatum fuit.
רקמה Tertium genus, lapides *Diuerſorum colorum*,
qui in Originali dicitur, *Lapis variegatus*, à verbo
Raka quod eſt, variegare, & quaſi depingere,
aut intexere opere vario & diuerſorum colo-
rum. de quo verbo ſemel latè diſputauimus
Pſ. 44. verſ. 16. cùm autem illa ſiue pictura, ſiue
B variegatura ex proprietate vocis indifferens ſit
ad veſtem, vel ad lapidem videtur ſanè Latinus
interpres dixiſſe, Eſth. 1. 6. in deſcriptione paui-
menti illius pretioſiſſimi: *Pauimentum ſmaragdo*
& Pario ſtratum lapide; quod mira varietate pictu-
ra decorabat. potiùs enim refero ad variegatum à
ipſorum lapidum, quàm ad ſtragula picta, quæ
importunè occultarent pulchritudinem, & va-
סחרת rietatem pretioſorum lapidum. quo loco in ori
ginali eſt *Sohheret*, quod ad negotiationem per-
tinet, quaſi diceretur *lapis negotiationis*, aut mer
caturæ, vel mercatorum; quòd eſſet ea materia
Pagninus et alij Hebrazantes. pretioſa, & per manus mercatorum comparare-
tur. Et Proculdubio Pagninus in Theſauro, Cõ-
C plutenſes in Lexico, Marinus in Arca, Reuchli-
nus in ſuis expoſitionibus vocum, Munſterus
in Dictionario, falluntur, putantes hoc lapidis
genus redditum eſſe à Hieronymo *Parium*. nam
Latino interpreti *ſes*, aut *ſays*, quod ibi præceſſe
rat, eſt marmor Parium; at verò quod vltimo lo-
co ibi eſt *ſohhereth*, vltimo etiam loco vertitur,
mira varietate & pictura decoratum. quod idẽ eſt,
Iaſpis. Plinius. quod in noſtro loco dicitur, *diuerſorum colorum*.
quod vulgo iaſpidem vocamus: quamquam *ia-*
ſpis propriè non ſit marmor, ſed gemma paruu-
la. de qua Plinius lib. 37. c. 9. erant verò marmo-
ra maculoſa, quibus licèt Plinius dixerit li. 36.
Marmora maculoſa in pretio. cap. 6. nõ fuiſſe priſcis ſæculis auctoritatem; ſed
D tamẽ ex ſacro loco facilè reuincitur. Vbi vides
cum pretioſis marmoribus comparati lapides
diuerſorum colorum, quos ſuſpicari licet fuiſſe
Ophites, id eſt, lapides ſimiles ſerpentium macu
lis, aut *Porphyrites*, qui rubent candidis interue-
nientibus punctis, & ſimiles alios, vel candican
tes, vel nigricantes criſpanti varietate in verti-
Marmora maculoſa ex Aegypto ces, aut vndas, aut alios aliter colligentes macu
las, qui potiſſimùm in Aegypto proxima Palæſti
næ inueniuntur. vnde etiam ad Romæ ornamẽ-
tum, & luxum aduehebantur, vt auctor eſt Pli-
nius lib. 36. c. 7. Vt vel hinc colligere liceat om-
nem poſteriorum ſæculorum opulentiam & va
rietatem iam Salomonis & Templi ſæculo præ-
88 ceſſiſſe.
E פוך Quartum, lapides *Stibini*, qui in originali di-
Stibium, quid. cuntur *lapides fuci*, cõſentiẽnte etiam voci ori-
ginali *Phuk*; quod ſemper vertitur ab interpre-
te *ſtibium*, illud videlicet, quo mulieres & Ieza-
bel pingebat oculos. 4. Reg. 9. 29. Eſt verò con-
trouerſia de colore lapidis ſtibini, qui venãdus
Nicolaus. Dionyſ. Vatab. eſt ex colore ſtibini, & quidẽ Nicolaus, quẽ ſe-
quuntur Dionyſius. 1. Paral. 29. Auenarius in le
xico, Vatablus Iſa. 54. not. 12. exiſtimant eſſe vn
guentũ, quo mulieres faciẽ tingunt, & vitia oc-
Burgenſis. cultant, rubore aut candore inducto. Sed insrũ
& euideos erratũ, quod ſapienter agnoſcit Bur-
Stibium ad oculos, non ad faciem. genſis in Addit. ad illud 1. Paral. 29. Nam cùm
Scriptura tribuat huiuſmodi medicamen, non
quidem faciei, ſed oculis, oportet fuiſſe nõ qui

A dem coloris albi, aut rubri, ſed nigri; quo Ara-
biæ & Syriæ mulieres ad oculorum venuſtatem
vtebantur, & adhuc in pretio & vſu habent Ara
biſſæ & Africanæ: & opportunè quidẽ ad ſani-
tatem oculorum: nam dicitur fluxiones oculo-
rum ſiſtere propter naturam exſiccantem, &
aſtringentem, tum etiam extergentem, quare
minimè ad faciem, ſed ad oculos quidem appli- Galenus.
cabant. Quod agnouit Galenus li. 6. de ſanit. tuẽ
da. c. 12. & eleganter deſcribit; *Oculis ipſis robur*
adijcies, ſi ſicco collyrio, quod ex Phrygio lapide compo
nitur, vtare, ac ſic palpebras ſpicillo inducas, ne oculi
membranam intus contingas: ita namque mulieres
quotidie faciunt cum ſtibio oculis gratiam conciliant. Hierony.
B vnde Hieronymus ad Furiam Epiſt. 1. vocat *or-*
bes ſtibio fuliginatos. Et in Epitaphio Paulæ ele-
ganter opponit fontes lacrymarum ad eluen-
dum ſtibium: quo ſæpe oculos depinxit. Vide Agricola.
Georgium Agric. lib. 10. de Nat. Foſſilium, Geor Fabricius.
gium Fabricium de rebus metallicis c. 9. Ex vſu
igitur oculorum certiſſimè conſtat fuiſſe nigri R. David,
coloris, quod & agnouit R. David, & R. Abra- & R. Abraham.
ham apud Pagninum. *Lapides* igitur *ſtibini* erunt Pagnin.
nigricantes, nitentes, & veluti ferruginei colo- Lapides ferruginei.
ris, ac fortè ille ipſe, de quo ſcribit Plin. lib. 35.
c. 7. inter marmora; *inuenit Aegyptus in Aethio-*
pia, quem vocant Paſalten. ferrei coloris atque duri-
tia; aut ille in eadẽ Aegypto, *quem Drepbiam ap-*
C *pellant*. quorum etiam fortè cum alluſione ad tẽ Alluſio ad templi lapides.
pli lapides ſtibinos, videtur Iſaias dixiſſe c. 54.
11. promittens Eccleſię fundationem: *Ego ſternã*
per ordinem lapides tuos. quod propriè in Hebræo
in kaldæo legitur: *Ecce ego ſternam in ſtibio lapi-*
des pauimenti tui. & ſimiliter *omnes præter* LXX.
tranſtuliſſe, teſtatur Hieronymus, id eſt, *lapides*
ſtibinos, qui proculdubio, & cum alijs pretioſis
numerantur, & idonei erant ad ædificij funda- 89
mentum ſempiternum. Onychini lapides an gemmæ.
Quintum denique genus, *lapides Onychini*, שהם
quos rerẽto originali nomine LXX. dixerunt *la-* Abulenſis.
pides Soham quod à Latino vertitur *Onyx*. de qui
D bus cum Onyx ſit gẽma à ſimilitudine & colore
vnguis humani, dubitari põt, an iſti lapides gẽ-
mæ fuerint, an verò lapides ad ædificia. nã Abu-
lenſis. 1. Paral. 29. q. 5. lapides *Onychinos & ſtibi-*
nos, opinatur fuiſſe gẽmas, non quidẽ ad ædifi-
cium tẽpli, ſed ad ornãdas veſtes ſacerdotales,
quas fuiſſe gẽmatas, & numero mille, ſcribit Io
ſephus 8. Antiq. fortè etiam inquit Abulenſis
fuiſſe in parietibus templi incluſas multas gem
mas p̃tioſas. Sed fuiſſe huiuſmodi lapides Ony-
chinos & ſtibinos, non lapillos, aut gẽmas, ſed
præ grandes lapides, & marmora ad templi ædi Burgenſis.
ficiũ, probè indicauit Burgenſis Additione ſua Theodoret.
ad cap. 29. 1. Paral. quod etiam agnouit Theodo
retus; *Quod marmore* (inquit) *variatũ ſit templum*
E *dicit Hiſtoria: lapides enim dicit Onychinos & lapi-*
des repletionis, lapides ſumptuoſos & varios, & omnẽ
lapidẽ pretioſum, & lapides Parios magno numero: Plinius.
ſed rem indubitatã efficit teſtimonium Plinij lo Onyx marmor.
co nuper indicato, Onychem inter marmora
numerantis: *Onychem* (inquit) *in Arabiæ monti-*
bus, nec vſquam alibi naſci putauere noſtri veteres.
atque ex eo lapide columnas *amplius triginta*
duorum pedum longitudine ſe vidiſſe ſcribit eodem
loco Plinius.
His oĩbus additur ĩ originali, quod à Latino
interprete videtur prætermiſſum, aliud nomẽ,
quod ex Hebræo propriè dicas, *& impletionum* Lapides impletionis.
LXX. dixerunt *& plenitudinis*. Pagninus, Caieta
nus, Vatabl. interpretantur *gẽmas*, quod nomen מלאים
veris gemmis tribuitur Exod. 25. 7. pro *gemmis*

A

enim in Hebræo habetur, *lapides plenitudinum*; & ſimiliter Exod. 17. 19. quod Complutenſes, Pagninus, Marinus, Auenarius poſt R. Dauid referunt ad palas, vel capſellas argenti & auri, quas gemmæ incluſæ implent. q. d. *Piedras de engaſte.* Alij verò referunt ad veſtem ſacerdotis, aut ad Rationale, quod illis gemmis implebatur: q. d. *las piedras de que auia de eſtar lleno el pecho del ſacerdote.* Quid autem in ædificio præſtare deberent lapides impletionis, incertum eſt. An implere deberent inteſtina parietum. An, quod veroſimilius videtur, propter pulchritudinem coloris, & opportunitatem materiæ, erant ad inſerendum inter alia marmora: quod nos diceremus: *Piedras para hazer embutidos.* quod indicauit Tigurina, legens *lapides, qui inſeruntur*, aut *lapides inſititios.* Cū quo facit quod Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 2. deſcribens Regiā Salomonis domū ſcribit, *Totum ædificium è marmore candido, & cedro et auro atque argento conſtabat, diſpoſitis per parietes & laquearia varijs lapillis auro incluſis, quemadmodum & in ornatum templi factum fuerat.*

R. Dauid et Hebræi aliqui.

B

Templi & Regiæ Salomonis parietes gemmati.

Ioſephus.

90

Sed vnde hæc materia lapidum collecta, & à quo, à Dauide ne an à Salomone? Certè, quę hactenus diximus ex 1. Par. 29. ad Dauidem pertinent, & collecta videntur ex illis prouincijs, quas bello ſubegerat. Sed præterea etiam Salomoni ingentē lapidum copiam parari curauit 2. Par. 2. 2. cùm conſtituit *octoginta millia, qui cæderent lapides in montibus.* Montes autem fuiſſe ipſius Palæſtinæ, non verò alicuius alienæ prouinciæ, docet Abulenſ. 2. Paral. 2. q. 1. ideo tantùm poſtulaſſe à rege Tyri cæſores lignorū 2 Par. 2. 8. 3. Reg. 5 6. Cæſores autem lapidum ex ſuis popularibus deſignauit, & Hiram nihil ſanè pollicetur Salomoni, quàm ligna 3. Reg. 5. 8. Cæterū obliuiſcitur Abulēſis, non ſolùm proſelytos ex Iſrael, ſed præterea cæmentarios Hiram, & Giblios, lapides dolaſſe, & quadraſſe: quare coniectura eſt, non ſolùm ligna ex Libano, ſed præterea ex regno Tyri lapides etiam, ſi quæ erant lapidicinæ pretioſæ, ad templum poſtulaſſe.

Salomon etiam lapidum præparator. Lapidicinę Palæſtinæ. *Abulenſis* Lapides ex prouincijs vicinis aduectos.

C

An ſint lapides Templi ſine ferramentis elaborati.

91

SEd quænam ratio cædendi & elaborandi lapides ad ſacrum templi ædificium? de illa enim, tanquam de re peculiari & exquiſita, loquitur ſacra hiſtoria 3. Reg. 6. 7. *Domus, cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur.* & iterum 3. Reg. 7. 9. *Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normā quandam atque menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant.*

Cuiuſmodi lapidum tēpli elaboratio & politura.

D

Rei huius atque politturæ lapidum non vna tantùm expoſitio. Prima Theodoreti 3. Reg. q. 21. & 22. quē imitatur Procopius & S. Ephręm tom. 3. ſerm. de *Margarita pretioſa*, ad finem, volunt, templi lapides nulla humana arte dolatos, atque politos, ſed diuina prouidentia inuētos, & præparatos, quales ad templi fabricā omnino requirerētur. Ideo malleū & ſecurim & omne ferramentum minimè fuiſſe neceſſaria. Verba autem Theodoreti, quæ ſequuntur, *Diuina prouidentia factum eſſe, vt inuenirentur eiuſmodi ſua ſponte nati lapides, adeo vt ad eos compingendos nullo ferro opus fuerit, ſed abſque vlla arte ædificandi inter ſe aptè coniungerentur; ſectis autem lapidibus extructus fuit templi ambitus, & regia, & murus metropolis.* Ideo ad ambitum templi & alia ædificia adhibitos fuiſſe à Dauide & Salomone tot lapidum cæſores. Huic opinationi anſam aliquam præbere potuit lectio LXX. quæ in correctione Vaticana, ſic habet; *Domus cùm ipſa ædificaretur, lapidibus ex rupe excisis illaboratis, ædificata eſt.* quare eum locum legunt Pagninus, & Tigurina: *ex integris lapidibus, vt allati erant, ædificata eſt.* Iſidorus Clar. *De lapidibus perfectis vt allati erant.* nam perfectum & integrum, aut completum pro eodem ſumuntur, & propriè ex Hebræo legitur, de lapide integro, vel perfecto *perfectionis*, vel *progreſſionis*, vel *extractionis*, aut *egreſſionis*: *de las piedras enteras como ſalian del monte, y como ſe partian de la cantera.* Quamuis enim LXX. Complutenſes eum locum legerint: *lapidibus integris dolatis ædificata eſt*; illam tamen alteram lectionem, *non dolatis*, aut *illaboratis*, correctiſſimam eſſe conſtat. Sed miraculum ſine neceſſitate hi Patres quærunt, quamuis cum pietate.

Theodoret. Procopius. Ephræm.

Templi lapides ſine manibus elaborati.

E

A

Iſid. Clar.

פרה

B

Secunda Hebræorum commentatio plena curioſitate, comminiſcentium, artifices illos & præparatores lapidum vſos fuiſſe ſanguine cuiuſdam vermiculi, qui dicitur *Samir*, cuius virtute ſcindebantur lapides mirabili facilitate, ſicut ſine illo ſcinditur vitrum. itaque ſanguine illo liti lapides molleſcebant, & ſua ſponte findebantur. Addunt verò fabulam fabulæ, illam vermiculi virtutem caſu quodam & experimēto à Salomone compertam fuiſſe, cùm ſtruthionis pullus, quem habebat vitreo vaſe incluſum, non alia arte recuperari à parente potuiſſet, quàm priùs vermiculo illo de deſerto adducto, atque illius ſanguine delinito & confracto vitro. Inde igitur experimento datum fuiſſe locum, & initium nouo artificio ſcindēdi lapides & marmora. Meminit Lyra ſuper id Ezech. 3. 8. *vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam*, quod propriè in Hebræo legitur: *vt Samir fortiorem ſilice dedi frontem tuam:* quo loco ſic ſcribit Nicolaus: *vt vermem fortiorem rupe dedi faciem tuam. Et per vermem ſecundum eos intelligitur hic ſanguis cuiuſdam vermis, quo ſine ſonitu incidebantur lapides in ædificio templi Salomonis.*

92

שמיר Hebræorū commētum de vermiculo Samir

C

Nicolaus.

Sed quot in vno mendacio difficilia & malè cohærentia? Nam quot vermiculi? quantum ſanguinis ad tot lapides findendos effundi oporteret? quod ſi ſemel ea artificio vſus fuiſſet Salomon ad templi fabricam, cur non etiam ad cōpendiariam ſuæ domus & aliorum ædificiorum extructionem? Neque minùs ſanè commentitia aut ridicula illa alia paulo diuerſa eius vermiculi facultas, quam ſcribit R. Moyſes Mammonius: *Samir eſt reptile paruū, quod lapides ſecat cum per eos tranſit.* Si enim nihil potuit ſuo ſanguine efficere: multo minùs potuiſſet breui tranſitu & leui contractu. Præterea contradicit Scripturæ ſtatim producendæ de lapidum elaboratione, & expolitione. Et ſane *Samir* in Hebraico ſermone eſt, adamas; quo fortè vſus eſt Salomon ad alios lapides & gemmas poliendas & elaborandas. Hic enim vſus eſt duriſſimi adamantis, vt alio loco diximus.

D

R. Moyſes.

Samir apud Hebræos adamas.

E

93

Ergo certum eſt tēpli lapides humana arte & labore exciſos, quadratos, & dolatos fuiſſe à cæmentarijs Salomonis & Hiram 3. Reg. 5. 18. *Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & Hiram*, &c. In monte igitur & in lapidicinis mallei, & ſecures, & omnia ferramenta audita ſunt; ſed in *domo, cum ædificaretur, non ſunt audita.*

Lapidū excisio & elaboratio ferreis inſtrumentis.

Sed quòd 3 Reg. 6. 7. dicuntur lapides fuiſſe

dolati,

dolati, atque *perfecti*, & malleum, atque ſecurim & omne ferramentum non eſſe audita, cohærent inuicem, ita vt fuerint dolati atque perfecti, ſed ſine malleo, ſine ſecuri, ſine omni ferramento. Duplex modus exponendi. Prior cómunis ferè omnium interpretum, politos & elaboratos fuiſſe lapides omnibus ferreis inſtrumentis in monte, ſed ita perfectè ad menſuram & normam traditam à Salomone, vt poſtea nihil inſtrumentis opus fuerit, vt aptiſſimè inter ſe ſe conuenirent, & cohęrerent. Ioſephus per hyperbolem quàdam videtur accepiſſe. *Tota* (inquit) *ſtructura ex lapidibus politiſſimis conſtabat, ita ad vnguem inter ſe quadrantibus, & commiſſuris oculos fallentibus, vt intuentibus nullum vſquam mallei, aut cuiuslibet fabrilis inſtrumenti veſtigium appareret, ſed connata potius omnia, quam arte congeſta viderentur*. Tertia etiam exponendi ratio, vt illud quod cap. 7. 9. dicitur: *Tam intrinſecus, quam extrinſecus ſerrati erant*, ſit expoſitio eius, quod dicitur cap. 6. Ideo perfectiſſimè dolatos, & ſine malleo, & ſecuri elaboratos fuiſſe, quia non elaborabantur malleo & ſecuri; ſed ſerra. itaq; non ſunt audita malleus & ſecuris; & omne eiuſmodi ferramentum. *No ſe labraron a golpe, ni a boca de eſcoda, ni con martilo, y ſinzal, ſino con aſſierra*. Quę ſanè non videtur inepta exponendi ratio. Sed tandem illud, quidquid laboris & operæ fuit, in ipſis latumijs, & monte fiebat: vt ipſa etiam fabrica repræſentet incredibilem illam Salomonis pacem ab omni tumultu alieniſſimam: tum etiam haberet aliquid delicatum ab omni ſtrepitu & ferro alienum, quale exigit templum & locus orationis, atque conſuetudo & familiaritas cum Deo. tunc enim importuniſſimè audiuntur ferramenta, fragor, ſtrepitus, perturbat omnes, tum mentis, tum corporis: nam *non in ſpiritu Dominus, non in commotione, non in igne, ſed in ſibylo auræ tenuis*. 4. Reg. 19. 11. 12. Tum præterea cùm templum imago fuerit totius mundialis machinæ, quæ ſine inſtrumentorum ſtrepitu, ſine vllo operarum labore à ſummo architecto Deo ædificata eſt ſolo verbo: *ipſe enim dixit, & facta ſunt*. oportuit ſanè vt ratione optima & cómodiſſima templum ædificaretur, quæ illius primæ mundi creationis imaginem aliquam repræſentaret.

Triplex politurę lapidum interpretatio.
Hyperbole
Ioſephus.
B
Subtilior exponendi ratio.
94
C
Templi ſiges & ſilétium.
Templū inſtar mundi
D
Pſal. 148. 5

Magnitudo verò horum lapidum mirabilis quoque fuit: dicuntur *Grandes*. 3. Reg. 5. 17. & peculiariter fundamenta *de lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorum, & deſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ*. 3. Reg. 7. 10. Ioſephus lib. 15. Antiquit. c. 14. Herodiani templi ſtructuram deſcribit *de lapidibus candidis firmiſſimis magnitudine viginti quinque cubitorum in longum, octo in altum, latitudine vero cubitorum duodecim*. & 6. de Bello cap. 6. meminit *ſaxorum quadragenûm cubitorum magnitudinis*; id eſt, palmorum Hiſpanorum centum quinquaginta & vnius. Huc etiam pertinent ſaxeæ columnæ ſingulæ è ſingulis ſaxis altitudine cubitorum quindecim, id eſt, Hiſpanorum palmorum ſex & quinquaginta.

95
Magnitudo lapidū.
Ioſephus.
Saxeæ columnæ.
E

Sed pro coronide atque confirmatione ſummæ artis, qua lapides in monte ad normam & menſuram ſecti & exacti ſunt, ita vt poſtea nullo amplius labore aut expolitione indigerent, cùm in templi fabrica conſtituebantur, exemplum parallelum ſit quod de ſummis illis ſculptoribus apud Aegyptios & Grecos, ſcribit Diodorus lib. 2. c. 6. ad finem: *Sculptores antiqui maximo in honore fuerũt Teledeus, ac Theodorus Rhœci filij, a quib. Samij Pythij Apollinis ſimulacrũ extat ſculptum. Huius ſtatuæ medietas fertur Teledei opus fuiſſe, reliqua pars a Theodoro in Epheſo perfecta. Hiis ſimul poſitis ita conuenieba totum corpus, vt ab vno artifice ſculptum videretur. Genus artis Græcis ignotum; ſed apud Aegyptios erat vſu cognitum. Nam ſoli Aegyptij non oculis totius ſtatuæ compoſitionem metiebantur, ſed dimenſione, vt ex varijs multiſque lapidibus in vnum corpus ad certam menſuram redactis ſtatua perficeretur. Res profecto miranda diuerſos artifices varijs in locis ita in vnam menſuram conuenire, vt quandoque ex viginti, quandoque ex quadraginta partibus vnica ſtatua componeretur. Quod in Samo lignum ſimile operi Aegyptio a capite vſque ad pudenda ita pari forma diuiſum conſtat vt vnius opus appareat*.

Diodorus.
A
Sculpturæ ars Aegyptiorum.
Eiuſdē corporis plures partes à plurib. artificibus.
B

XVI. Quæ Templi ædificandi ratio, & forma.

96 *Templi Architectus Deus. Idem exemplaris deſcriptor.* Fabrica *vnde dicta. Illuſtrati Iſaias & Ezechiel.*

97 *Templum opere Corinthio & Dorico, forma quadrata. Menſura humani corporis.*

98 *Vniuerſi templi area ſumma arte diuiſa in partes æquales.*

99 Rotundum *in Scriptura quid. Explicatus locus Regum.*

C

Totius fabricæ architectura planè diuina, vt cuius architectus Deus; qui etiam primus ſupremuſq; architecturæ præceptor & magiſter in mundi fabrica, cuius imaginem templum repræſentauit. Videtur quoque Deus ſua manu graphidis ſcientiam nó ſolum docuiſſe, ſed etiam exercuiſſe, atque templi ichnographiam, orthographiam, ſcenographiam, id eſt, deſcriptionem veſtigij, & faciei ſiue frontis deſcriptionem, & laterum à frontibus abſcedentium repræſentationem, dicente Dauide 1. Paral. 28. 19. *Omnia venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris*. quare quod Iſaias 49. 16. ait: *Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper*. videtur de illa templi deſcriptione Dei manibus facta, accipiendum. Quo reſpondet Deus grauiſſimæ populi querimoniæ, & abiectioni animi propter templum dirutum, diſperſos lapides ſanctuarij, incenſa ligna, direptam ſupellectilem; iubetque Deus animi æquiores eſſe. nam qui primas templi menſuras, & vniuerſas deſcriptiones non ſolum inuenit, ſed etiam manibus ſuis perfecit, poterit denuo eadem ratione & dimenſione templum, atria, muros inſtaurare. Quare tanquam rem diuinam omni attentione conſiderandam, obſeruandamque in templi reſtauratione, præcipit Deus, Ezech. 43. 11. *Figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnes deſcriptiones eius & vniuerſa præcepta eius, cunctumq; ordinem eius, & omnes leges eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum. vt cuſtodiant omnes deſcriptiones eius, & præcepta illius*. Nihil enim tam leue tamque minutum in templi fabrica, quod myſterio plenum non eſſet. Quare *fabrica* nomen habet à verbo *Thacan*, quod eſt, appendere, ordinare, numerare, diſponere, componere, quòd templi fabrica ſummo ſit ordine diſpoſita, & perpenſa, atque ſuis omnibus numeris abſolutiſ-

96
Deus ſupremus architectus.
Sciẽtia graphidis.
D
Deus tẽpli architectus inſtaurans illud.
E
Fabrica vnde dicatur.
[illegible]

ſolutiſſima: neque vnquam de alia fabrica dicitur, quàm de Templi Ezec.43.10. & fortè etiam de cælo, Iſai.40.12. *Cælos palmo ponderauit*, id eſt, compoſuit, ordinauit, perpendit, inſtar ſummi architecti. *Tracolos y hizolos muy de penſado*. ſic quoque de templi fabrica.

Cælorum fabricatio.

97 Corinthia & Dorica forma. *Ioſephus. Villalpand.*

Porro fuiſſe opere Corinthio fabricatum tẽplum teſtatur Ioſephus. Doricam item illi proportionem non defuiſſe, demonſtrat noſter Villalpandus, omnia ad Architecturæ regulas exigens exactiſsimè.

Figura Tẽpli quadrata. *Vitruuius.*

Sed illud ad formam pertinet, quòd quadrata fuerit: ad quod reſpicit procul dubio, quod Apoc.21.16. dicitur, *Ciuitas in quadro poſita*. eſt enim ipſa eadem templum: & ſanè perfectiſſimã pro templis figuram *quadratam* eſſe, ſicut & *circularem*, docet Vitruuius li.1.c.1. vtraque enim, id eſt, circularis & quadrata, reſpondet corpori humano. *Nam ſi a pedibus imis ad ſummum caput menſum erit, eaque menſura relata fuerit ad manus panſas, inuenietur eadem latitudo, vti altitudo, quemadmodum area, quæ ad normam ſunt quadrata.* Si verò in vmbilico tanquam in centro collocetur circinus, circumagatur, tanget procul dubio extremitates pedum & manuum panſarum. Alioquin figura quadrata in vrbium ædificatione minimè probatur Vitruuio lib.1.cap.5. quòd procurrentibus angulis hoſtes ſeſe occultare poſſunt.

Quadrata & circularis figura in corpore humano.

Figura quadrata vrbi incõmoda.

98 *Vitruuius.* Diuiſio partium Templi per partes quadratas.

Fuiſſe verò in diſtribuendis totius ædificij partibus ſummam artem, atque rationem, vt in area quadrata quingentorum cubitorum in ſingulis lateribus diuiſa in octoginta æquales partes calamo illo Angeli dimenſas, ductis lineis per omnia latera ſe interſecantibus tota area diuiſa fuerit in ſex mille quadringenta quadrata, quæ muris, colũnis, feneſtris, cubiculis, atrijs locum certum atque indicium dederint; ſubtiliter oſtendit Villalpandus: atque etiam ſolidè in Ezech.c.40.lib.3. ſuo cap.17. vt incredibilis totius operis ſymmetria etiam veritatis rei, quam ibi demonſtrat ex architecturæ præceptis, certiſſimum efficiat argumentum: tum illud, omnes ædificij partes, membraque tanta proportione ſibi mutuò reſpondere, vt ſi quis eam apprimè calleret, qualibet illius parte inuenta, exempli gratia, baſi aliqua capitello, vel trabis alicuius parte, modo non ignoraret, ex quo nam ordine eſſet, poſſet facillimè demonſtrare totam ædificij magnitudinem, & omnes illius partes. Vtor libẽter mutuatis à Villalpando verbis; atque rẽ ipſam libenter mutuarer, niſi vererer nullam à toto illo opere partem ita poſſe diuelli, quin totius rei, aut pulchritudinem, aut ſymmetriã, aut exiſtimationem, ſi non perire, obſcurari tamen & imminui neceſſarium ſit.

Villalpand.

Villalpand.

99 Rotundum quid.

Sed perpetuæ illi figuræ quadratæ templi & vniuerſarum eius partium, obijcis illud 3.Reg. 7.11. *Atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis*, vt iam videatur aliquid circulare fuiſſe ſaltem atrium illud ampliſſimum exterius Iſrael. Reſpondeo ſignificationem *rotundi* in ſacro ſermone non eſſe petendam ex profanis, ſed ex ſacris, & ex vſu linguæ Sanctæ. perinde enim eſt, ac ſi dicas atrium circum circa, aut circumquaque aut per circuitum quod nos dicimus, *al rededor*. & ſanè non indicat figuram circularem, ſed eam, quæcunque illa ſit, quæ ex omni latere circumducatur. Exempla in ſacro ſermone obuia.

סביב

XVII. Templi fundamenta.

100 *Celebritas & lætitia in Templi fundamentis iaciendis.*
101 *Ioſephus bis notatus Menſis Zio vnde dictus, & quis anni menſis.*
102 *Varia annorum computatio regni Salomonis ante iacta fundamenta.*
103 *Varia annorum numeratio à Templi fundamentis ad mundi initia & priora ſecula.*
104 *Cur tantum comparata templi fundamenta cum exitu ex Aegypto.*
105 *Notatus Ioſephus in area Templi aſſignanda, & a ſe ipſo correctus.*
106 *An ſubſtructiones profunda vallis pertineant ad Templi fundamenta. Subſtructionum menſura. Area ſuis gradibus diſtincta ad Templi dignitatem.*

100 Templi fundamẽta cũ inſigni lætitia.

Cvm prima Templi fundamenta coniuncta fuerint cum ſumma regis, regnique lætitia, tum etiam exterarum prouinciarum acclamatione & expectatione, ex quib. operæ, & artifices collecti fuerant; peculiarem eius rei mentionem facit ſacra hiſtoria 3.Reg.6.1. *Factum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Aegypti, in anno quarto, menſe Zio (ipſa eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificari cœpit domus Domini.* Hæc vero eadem ſic ſcribuntur 2.Paral.3.1.2.2. *Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem in monte Moria, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius in loco quẽ præparauerat Dauid in area Ornan Iebuſæi: cœpit autem ædificare menſe ſecundo, anno quarto regni ſui. Et hæc ſunt fundamenta, quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in menſura prima ſexaginta, latitudinis cubitos viginti.* Sed hęc quoque lumen accipient ex ſubiectis notationibus.

101 *Ioſephus.*

Et primò quidem vt de tempore aliquid dicamus, ſic paulo explicatiùs tradit Ioſephus: *Exorſus eſt Salomon fabricam anno regni ſui quarto, ſecundo menſe, (hunc Macedones Artemiſium vocant; Iar verò Hebræi) annis ſexcentis decem duobus poſtquam Iſraelitæ ex Aegypto exceſſerant: mille & viginti annis poſt Abrahami ex Meſopotamena regione in Cananæam migrationem: poſt diluuium verò annis mille quadringentis triginta. Quod ſi ab Adamo creato vſque ad templi ædificationem tẽporum ratio ſubducatur, comperientur anni ter mille centum duo. Initium verò fabricandi templi in annum vndecimum regni Iromi incidit, apud Tyrum regnantis, quæ condita eſt ducentis quadraginta annis antequam templum extrueretur.*

Tyrus quã do cõdita.

In quo Ioſephi teſtimonio duo videntur à ſacra hiſtoria diſſentire. Primum, quòd menſis ille ſecundus, qui appellatur, Zio, & incidit in finem noſtri Aprilis, & initium Maij, ſuum hic habeat Hebraicum nomen, at aliud etiam Hebraicum aſſignet Ioſephus. Sed ſane nomen, quo vtitur Ioſephus, eſt ex illis vulgaris poſt captiuitatem Babylonicam: at verò illud nomen Zio eſt ex primogenijs ante captiuitatem, de quo dicemus aliquid inferiùs cùm de menſe Ethanim in dedicatione templi.

Ioſephus. Duplices menſiũ appellationes.

Porrò cùm nomen *Zio* ſiue *Ziu*, vt eſt in Originali, non poſſit eſſe nomen kaldaicum, neque ante captiuitatem kaldaicam ſit huius nominis aut radicis alius vſus preterquam in hoc loco & hoc eodem capite verſ.37. Tamẽ à poſteriori venari

Mẽſis Zio, quod nomẽ ייו

poſſumus

A poſſumus propriam nominis ſignificationẽ, id eſt, à lingua kaldaica, in qua idem nomen ſignificat ſplendorem, & amœnitatem, Dan. 2. 31. vbi nos habemus, *ſtatura ſublimis*. Tigur. legit *forma eximia*. Alij *ſplendor excellens*, ſiue abundans aut *præſtans*, vt Regia; at verò Pagninus *gloria*, ſic ét Dan. 5. 10. quod noſter dicit *faciem immutari*, alij legunt, *ſplendorem* immutari. Sed ſane vtrumque eodem redit; licet enim vtrumque cõiungere, & dicere *faciem ſplendidam*.

Compluten ſ. Complutenſes volũt nomen ductum ab aperiendo, vel ab apertione florum.

kaldæus. *Aprilis & Maius mẽſes apertionum.* kaldæus ſanè ſic vocat *Mẽſem apertionis florum*. ſicut etiam Latini Aprilem dicunt ab aperto tempore, cùm tempore ſuo terram, & gẽmas atque germina explicat atque is ſanè eſt ille, quem diximus Aprilis, vel initium Maij, quo tempore emicant ſemina, ſplendent cuncta cõſpectu iocundiſſimo. Hanc eãdem nominis notionem in ſua lectione volgari agnoſcebant Hebræi illi Hiſpànienſes, qui ſic legebant; *E nel año quarto ſe cimento la caſa del ſeñor e nel mes claro, e en el año onZeno en el mès llevioſo, que es el mes ochavo ſe acabo*. Cùm autem ferè omnes interpretes menſem hunc, vel in maximam partem Aprilis,

Beda. vel ſaltem in finem illius conijciant; Beda & Pe-

Pet. Comeſ. trus Comeſtor Maiũ appellant. Ioſephus tamen

Scaliger. Scaliger lib. 5. de emendatione temporum. reijcit in vigeſimam octauam Maij & te tiam feriã; vult autem Salomonem noluiſſe opus inſtruere ipſa vigeſimaoctaua Maij, & feria tertia: ſed vigeſima nona Maij, feria quarta, eo quòd omnis C Neomenia menſium ſacra erat, atque adeo ab

102 omni opere & labore immunis. At Beda c. 5. de

Beda. tẽplo Salomonis vult, *mox peracto paſcate*, quod incidebat in Aprilem, id eſt, decima quinta, vel decima ſexta Luna cœptum ædificari templum, *vt populus conſecratus myſtica ſolennitate manus ad opus myſticum mitteret*.

Incidẽs queſtiuncula de anno quarto regni Salomonis. Sed illud ſuam quoque habet quæſtiũculam, num menſis ille ſecundus anni ſacri incipiendo à menſe *Niſan*, fuerit quoque menſis ſecundus anni quarti regni Salomonis. ita enim aſſerit Abulẽſis, Salomonem tunc regnaſſe ſolùm tribus annis & vno menſe, quando cœpit templum ædificare.

Abulenſis. *Nicolaus.* Eadem eſt Nicolai ſententia dicentis in D prædicto illo numero quadringentorum octoginta annorum non includi annum quartũ Salomonis, quia de illo tranſierat tantùm vnus

Richardus *Ribera.* *Dionyſius.* menſis. Fortè is idem ſenſus fuit Bedæ & Richardi, quos affert & ſequitur Ribera adde etiã Dionyſium. quanquam nimium obſcurè loquũtur. Iuxta quod dicendum eſſet Salomonem inijſſe regnum menſe Niſan, id eſt, ipſo initio anni ſacri: vt iam tunc, cùm cœptum eſt ædificari templum, tres expleuiſſet regni annos, & menſem vnũ. Quod ſanè non niſi diuinando dici poteſt, cùm de tempore mortis Dauidis aut inaugurationis Salomonis nihil certò conſtet.

Queſtionis certior ſolutio. Ego ſanè menſẽ ſecundum minimè conſtruo cum quarto anno regni Salomonis, ſed cũ anno E currente: annum verò quartum regni Salomonis ſine completum, ſiue inceptum: nam de hoc minimè conſtat. *Por el mes de Apryl, y al año quarto de Salomon*. itaque quot menſes ſupra tres annos habuerit, ſciri non poteſt.

103 Quod ad annorum cõputationem attinet, diſ-

Ioſephi cõputatio incommoda. ſentit etiam Ioſephus & à Græcis & à Latinis & Hebræis. & in ipſa vera Ioſephi lectione magna eſt dubitatio, legẽtibus alijs in Ioſepho *ſexcẽtos decem duos*, alijs *quingentos duos*. quę, vt rectè ex a-

Ioſephus. *Ribera.* liorum locorum collatione colligit Ribera, verior eſt Ioſephi lectio: & confirmata ex eodẽ lib. 11. Antiquit. c. 4. & 5. Antiq. c. 1. quam etiam Ioſepho tribuunt Petrus Comeſtor, & Carthuſienſis; ſed in re ipſa & annorũ numero mirabilis eſt auctorum varietas, atque adeo ea omnia quę ad Chronologiam ſpectant, in ſumma ſunt computandi & numerãdi cõtrouerſia & varietate. Hic enim vides *quadringentos octoginta* annos computari in Scriptura ab Exodo; at verò LXX. legunt; *Factum eſt in quadrageſimo & quadringenteſimo anno exitus filiorum Iſrael*. quæ lectio correctiſſima eſt nempe Vaticana, quamquam LXX. Complu-

Iudicũ numeratio deficiẽs apud Septuaginta. tenſes legant, *annum quadringenteſimum octuageſimum*. Et ſanè vnum Iudicem, ſcilicet Ahialon prætermittunt Græci, qui tamen in Hebræis & Latinis voluminibus ponitur inter Abeſſan, &

B Abdon. Ruſus de annis, quibus iudicauit Ioſue, ingens eſt controuerſia, præterea de interregno decem & octo annorum, quibus Iſrael oppreſſus eſt ab Ammonitis, Iud. 10. Sed ijs prætermiſſis, quæ in hiſtoria Iudicũ controuerſa ſunt; hæc eſt vera & germana computatio ab Exodo aduſque Templi iacta fundamenta, ex Ioanne

Ioã. Lucid. *Gerardus.* *Galliſardus* *Contius.* Lucido, Gerardo, Galliſardo, Antonio Contio, & alijs Neotericis.

Moyſes iudicat annos quadraginta Deut. 29. XL.

Euſebius. *Beroaldus.* *Abulenſis.* Ioſue annos triginta duos ſecundum quoſdã: at verò ſecundum Euſebium, & Græcos. 27. at vero ſecundum commodiorem computationem, decem & ſeptem: ſecũdùm Beroaldum, C decem & octo. Denique Abulenſis hoc Regũ locoq. 4. annos Ioſue ferè nullos agnoſcit, claudens illos ſub quadraginta annis Othonielis Tanta varietas inde nata, quòd nõ præſcribatur in Scriptura certus annorum numerus, quibus iudicauit. XVII.

Othoniel, annis quadraginta, Iudic. 3. Alij octo tantùm numerant, quibus præfuit Othoniel, ſed tribuunt illis annis quadraginta quibus terra à bellis quieuit. XL.

Aioth, annis octoginta, Iudic. 3. LXXXI.

Debora propheti ſſa, & Barac, annis quadraginta, Iudic. XL.

quibus annumerantur ſeptem anni quibus ſeruiuit Iſrael regi Madian. Iud. 6.

D Gedeon annis quadraginta, Iudic. 8. cui accenſetur Iahel Iudic. 4. XL.

Abimelech tribus annis, Iudic. 9. III.

Thola anni viginti tribus, Iudic. 19. XXIII.

Iair, annis viginti duobus, Iudic. 10. XXII.

Iephthe annis ſex, Iudic. 12. 7. VI.

Abeſſa, annis ſeptem, Iudic. 12. VII.

Elon, ſiue Ahialon, annis decem, Iudic. 12. X.

Abdon, annis octo, Iudic. 12. VIII.

Sampſon, annis viginti, Iudic. 15. XX.

Heli, annis quadraginta 1. Reg. 4. XL.

Samuel & Saul, annis quadraginta. Actor. 13. XL.

Dauid rex, annis quadraginta 3. Reg. 2. XL.

E Salomon, anno quarto regni. 3. Reg. IIII.

Ex quibus omnibus conficitur illa annorum ſumma ab Exodo. CCCCLXXX.

Sed cur ſacra hiſtoria prçteritorum temporũ 104

Cur numeratio annorũ ab Exodi tẽpore. computationem conficiat in Templi fundamẽtis: aut cur potiùs non iã à mundi initio, neque ab Abrahamo, quàm ab Exodo; illa videtur ratio idonea quòd tunc primùm ſuum populum redigeret Deus ſub forma reip. ac certis legibus certiſque ſanctæ religionis & fidei legibus communiret. Ideo vbi illiuſmet religionis templũ ampliſſimum atque ſanctiſſimum ædificabatur; & cuius erectione & opportunitate alia, vel al-

taria

A ſtaria vel loca religioſa ceſſare deberent, deniq; incrementum maximũ vel religio & reſpublica perceptura eſſent, oportuit eiuſdemmet religionis & reipubl. initia deſignari. Videndus Abul. 3. Reg. 6. q. 2. Beda c. 5. de Templo: ideo eius computationis mentionem fieri dicit: *vt admoneretur lector quot annorum tempus inter ædificationem vtriuſque domus exſtiterit.*

Beda. Abulenſis.

105 Sed quod ad opportunitatem loci in quo tẽpli fundamẽta iaciuntur, pertinet, illud repetẽdũ eſt ex Ioſepho 6. de Bello c. 6. quod de laxata area pro tẽplo in hæc verba ſcribit: *Initio quidem vix templo atq; areæ ſufficiebat iacens in ſummo planities, quòd vndiq; præceps erat atque decliuis: cùm autem rex Salomon, qui etiã templum ædificauerat, muro eius partem ab Oriente cinxiſſet, vna porticus in aggere eſt impoſita, & manebat ex alijs partibus nudum, quo ad ſeculis poſterioribus, ſemper aliquid aggeris accumulãte populo, coæquatus collis latior effectus eſt*; Sed à veritate, & à ſacra Scriptura diſcedit hac in parte Ioſephus. nam non ſolùm ex parte Orientali ſubſtructionẽ illam fecit Salomon ad dilatandam templi aream, ſed multo magis ex parte Meridiana cùm ædificauit Mello, & *impleuit voraginem ciuitatis* patris ſui Dauid. 3. Reg. 11 17. Quare multo ſobriùs ipſe Ioſephus 17. Antiquit. c. 14. de templo & de monte Moria loquutus ſic ſcribit: *Tumulus erat petricoſus, arduus, à vertice ſenſim verſus Oriẽtale vrbis latus reſupinus. Huius verticem primus Salomon rex noſter inſtinctu Dei muro circumdedit. Radices quoque eius alio muro cinxit, cui verſus Auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda. Hic murus conſtat ſaxis grandibus, plumbo inter ſe vinctis, complectens interius ſpatium, & in profundum deſcendens, vt miranda ſit magnitudo & altitudo ſtructuræ forma quadrangulari. Saxorũ n. magnitudo à fronte eſt conſpicua; interiora ferro vincta, iũcturas continent contra omniũ temporũ iniurias firmiſſimas. Hoc opus poſtquã æquatũ eſt vertici, cauitas quæ intererat muri inter & tumulum, expleta eſt, vt cõplanatis omnibus fieret area, & circũ quadriporticus*: Rùrſus idẽ Ioſephus lib. 8. c. 2. *Dici non poteſt, ac vix etiam oculis credi, quã mirandum fuerit illud exterius fanum: vallibus enim expletis ita profundis, vt ad proſpectum oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eam vertici montis, in quo tẽpluũ extructum eſt, æquauit. Atque hoc modo factum eſt, vt area fani cum ſolo templi æquaretur.*

Ioſephus. Ioſephi error de tẽpli area. Ioſephus ſobrior. Ioſephus.

106 Sed an hæ ſubſtructiones ab imis vallibus ad laxãdã aream cenſeantur nomine fundamentorũ templi, incertum eſt. Si enim à fundamentorũ ratione excludas, poſſet eiuſmodi exædificatio reijci in triennium illud Salòmonis ante iacta templi fundamenta, ne videretur toto triennio cum duobus menſibus à templi fabrica curãda ſuperſediſſe. Si verò cum alijs tẽpli fundamentis coniungas, non incommodè etiã facies. quippe ſuam habent fundamenti rationem, cũ iactæ fuerint ſubſtructiones illæ ad ſuſtinendas ſublimes alias tẽpli ſubſtructiones: & Ioſephus *fundamenti* nomine illas comprehendit li. 15. c. 14. Illud certum ex architecturæ præceptis omnia illa ſeruata fuiſſe tam *in amplitudine congeſtionis, quam in craſſitudine ſtructuræ*, ne vlla poſtea fierent vitia: quæ Vitruuius ſeruanda præcipit, lib. 6. c. 11. In vniuerſum autem de fundamentis ſic ſcribit Ioſephus li. 8. c. 2. *Iecit Rex in altiſſimã terra profunditatem fundamenta templi è ſaxis validiſſimis, quæ contra omnium temporum iniurias reſiſtere poſſent, ita vt contigua terra coalita ſolum ac firmamentum imponendis ſubſtructionibus præberẽt. & propter inconcuſſam ſoliditatem facile molem ædificij cũ paratu ornamentorum ſumptuoſiſſimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quã quæ ſupernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices elaborata ſunt.* Sed ita tamen area, quam diximus, totius templi complanata fuit, vt tamen partes huius ædificij, pro dignitate graſſatim aſcenderent. Nam ex veſtibulo ad portam Orientalem aſcendebatur per ſeptem gradus portæ Oriẽtalis atrij exterioris: deinde per alios octo gradus aſcendebatur per portam Oriẽtalem atrij interioris. Deinde octo alij erant ante veſtibulum ſanctorum, duo item alij in ipſo veſtibulo, vt videas paulatim aſcẽdere & locum & ſanctitatem loci, vt ẽt agnoſcit Ioſephus li. 6. de bello c. 6. de quo videndus Villal B pandus in Ezec. c. 40. li. 3. ſuo c. 47. & Vitruuius li. 3 c. 2. & 3. qui etiam in profanis templis illam graduum celſitudinem ad dignitatem & ſanctitatem obſeruandam præcipit:

An ſubſtructiones tẽpli, cẽſeantur nomine fundamentorum. Ioſephus. Vitruuius. Aedificij partes gradatim aſcẽdentes vſque ad Oraculum. In templis gradus. Villalpãd.

XVIII. Breuis Templi fabricæ deſcriptio & Periboli totam domum cingentis.

107 Templi & domus appellatione vniuerſi templi ambitus comprehenſus. Quatuor eius partes. Explicat Ezechiel. Paralip. Matthæus.
108 Murus forinſecus in circuitu domus quis.
C *109 Altitudo periboli & Stylobatarum, quibus diſtinguebatur.*
110 Quis periboli vſus. Locus celeberrimus: Illuſtrat Moyſes. Ezechiel, Liber Machabæorum.
111 Quantum ſpatij inter peribolum & atrium gentium.

VNiuerſam tẽpli fabricam breuiſſimè deſcripturi, primũ ſtatuamus oportet, quamuis quædã templi partes peculiaria quædam & frequentiora nomina habere ſoleant, vt D ſtatim videbimus, tamẽ *templi & domus* nomina toti ædificio vſq; ad extimam & extremam partem attribui ſolere. Exempla obuia. Chriſtus Dominus eijcit *ementes & vendentes de templo*, quę erat prima & extima tẽpli pars, Matt. 21. 12. Mar. 11. 16. & murus ſiue peribolus, cingit totam domum, Ezec. 40. 5. & tẽplum erat *domus orationis*, orantes aũt erant, ſiue Iſraelitæ, ſiue etiam gentiles. vt conſtat Ioã. 12. 20. 21. 22. hi autem *in templo oraturi* dicũtur 2. Paral. 6. 13. 22. 32. 33. at gẽtiles non ingrediũtur, ſed cõſiſtunt in prima templi & extima parte; deniq; cũ *domus impletur caligine*, fumo, nebula, vniuerſa atria implẽtur caligine Iſai. 6. 1. 4. Ezec. 10. 4. 3. Reg. 8. 11. 2. Paral. E 6. 1. Nõ aliter ſanè vniuerſi templi ambitus *ſanctorum* nomine ſignificatur, Ezech. 43. 12. *Iſta eſt lex domus in ſummitate domus; omnis finis eius in circuitu Sanctum ſanctorum eſt.* & 1. Mach. 14. 26. dicitur *Peribolus ſanctorum.*

107 Templi & domus nomina de vniuerſo ædificio.

Cùm aũt tres huius fabricæ partes omnino aſſignari ſoleant, Sãctum, atrium interius; atrium exterius, nũc & quartã addamus claritatis gr̃a.

Quatuor Tẽpli partes.

Ergo vt ab extremis ad intima ꝓcedamus, in area illa cõplanata & coæquata ſubſtructionib. ad ſummã montis & reliquæ areæ planiciem peribolus fuit: qui, Ezec. 40. 5. appellatur *murus forinſecus in circuitu domus vndique.* Et Ezec. 43. 12. 108

108 Murus in circuitu.

appellatur

appellatur *finis domus in circuitu* & poſtea abſolu te appellant *ædificium*. Ezech.40.5. *Menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno; altitudinem quoque calamo vno.* cùm autem *calamus* ſit menſura *ſex cubitorum & palmi*, & cubitus habeat ſex palmos, cõſequens eſt, vt peribolus ille habuerit triginta ſeptem palmos latitudinis & totidẽ altitudinis. Quia verò fuit ædificium inferius alijs templi muris & vniuerſa fabrica ſublimiori, videtur appellari à LXX. *antemurale*, vbi nos legimus *ædificium*; vt communi illo nomine non quidem vniuerſum ædificium, ſed prima illa & imperfectiſſima templi pars ſignificaretur.

Calamus.

Aedificii nomen dictũ de imperfectiſſimo.

109 Quia verò altitudo periboli & ſtylobatarum, quibus peribolus diſtinguebatur, quas nos appellamus *Pedeſtales*, erant elatæ calamo vno: cumque ad reliquum templum per gradus quoſdam aſcenderetur, inde fit vt ſtylobatæ & altitudo periboli æquarent ſupremam latitudinem pauimenti templi; & illa calami vnius altitudo inſumeretur in ſeptem gradibus portæ Orientalis, & octo gradibus portæ atrij interioris, & octo alijs ante veſtibulum, & duobus in introitu veſtibuli, qui sũt omnino viginti quinque gradus, qui erant in vniuerſo ædificio, vt apertè colligitur. Ezech.40.6.22.26.31.34.37.49.& c.43.17.

Vigĩti quinque gradus in templo.

Porrò cùm peribolus hic vniuerſam fabricam ambiat, videtur longiſſimus fuiſſe: de quo Ezec. 46.16. *Eduxit me & menſus eſt eam* (domum) *vndique per circuitum. Menſus eſt autem contra ventum Orientalem calamo menſuræ quingentos calamos per circuitum*, &cæt. quod Villalpand. ſubtiliter expendit, & probat debere ſumi eos quingentos calamos non pro ſingulis lateribus: ſed pro omnibus ſimul quatuor per circuitum periboli; ita vt ſingula latera habuerint centum viginti quinque calamos, id eſt, cubitos circiter octingentos.

Mẽſura periboli.

Villalp. to. 2. in c. 42. pag. 369.

110 Periboli huius primus & neceſſarius vſus idẽ, qui in priuatis ædificijs, Deut.22.8. *Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti.* Hebraicè, *Maghakah*, Complutenſis *paruum murum*, aut, *antemurale*, LXX. *ceronam*. R. Salomon, *ſepimentum* aut monumentum Alij claustra, cãcellos. Noſtrates *pretslante pecho*. Ital. *parapette*) *ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſit reus labẽte alio, & in præceps ruẽte*, erant enim in terra Iſrael tecta plana, quę dicuntur *domata*. Quare Chriſtus Dominus aliquando dixit *prædicandum in tectis*. Ergo cùm templum vndique cingeretur profundis vallibus, vt teſtatur Ioſephus 8. Antiq. c.2. oportuit vndique antemurali quodam cingi ad tollendum lapſus & præcipitij periculum.

Murus qd & cuius vſus.

מַעֲקֶה

Luc. 12. 3.

Ioſephus.

Secundò præbebat vſum iucundiſſimũ deſpectandi in valles ex immenſa illa altitudine per cancellos, quibus peribolus clathratus, aut feneſtratus erat. quod videtur agnoſcere Hieronymus ſuper id Ezech.41.16. *lumina & feneſtras obliquas & ethecas in circuitu per tres partes.*

Hieronym.

Tertium etiam, ac nõ vltimum vſum præbuit figendi & ſtatuendi, atque exponẽdi quæ ad publicum & diuturnum monumentum conſeruata vellent. Erat enim locus maximè publicus, & maximè celebris, ſicut 1. Mach.14.26. actum legimus in teſtimonio illo quod præbuit populus Romanus fœderis initi cũ Simone & Iudæorum populo, *ſtatuerunt ei libertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion* quod exponitur inferius verſ.48. *Scripturã iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribulo Sanctorum in loco celebri*: vbi vides totũ illum cum peribulo appellari *ſanctum*: quod ali-

In peribolo conſtituta publica monumẽta.

A quo modo ad templum pertineret. Tum præterea rectè dictum eſſe tabulas illas conſtitutas in titulis, id eſt, in ſtylobatis, ſiue baſibus quadratis, opportunis ad ſuſtinenda & oſtentanda quæ publicè populo proponenda viderentur.

Inter hunc peribolum, & murum atrij gentium interiacebat neceſſario via aliqua; & hanc Villalp. vult fuiſſe latam cubitos triginta ſeptẽ cum dimidiato, id eſt, palmos Romanos centum triginta tres; Hiſpanos verò centum quadraginta vnum. Quamuis enim neque huius, neque atrij gentium menſuræ conſtent ex Scripturis, at cùm conſtet longitudo periboli; tum etiam & muri atrij Iſrael, non potuerunt viæ, parietes, B porticus, qui interiacebant, alia meliori latitudine, aut ratione diſponi, vt etiam ex dicendis confirmari poterit. 111

Villalp. to. 10. p. de poſtr. menſione in. 5. d. 4. c. 60.

XIX. Atrium gentium, & Porticum Salomonis.

112 *An atrium gentium à Salomone conſtructum. Aliorum ſententia negatiua.*

113 *Vera de atrio gentium ædificato à Salomone ſententia. Quatuor atria ab antiquioribus aſſignata.* Atrium *vnde dictum.*

C 114 *Nullam re manus Templum Herodianum Salomonico. Gentiũ confluxus ad orandũ in Templo.*

115 *Menſura atrij gentium. Illuſtratus Ezechiel.*

116 *Cur huius atrij ſub obſcura mentio. Templum etiam gentibus domus orationis. Illuſtrati Iſaias, & Marcus, & Lucas.*

117 *Chriſtus frequenter verſatus in atrio gentiũ. Nunquam admiſſos gentiles in atrium Iſraelitarum.*

118 *Vbi porticus Salomonis. Varia aliorum ſententia.*

119 *In atrio gentiũ Chriſtus dominus frequenter verſatus, & operatus miracula. Vnde Salomonis denominationem habuerit.*

120 *Ex atrio gentium Chriſtum eieciſſe ementes, & vendentes, & prohibuiſſe ſarcinas. Quæ huius atrij porta & exhedra.*

D HVius atrij non leuis difficultas apud interpretes, an à Salomone conſtructũ fuerit. Nam ſunt qui velint non niſi ab Herode idque perſuadere conantur: primò, quòd nulla huius atrij, aut menſurarum eius mẽtio in ſacra hiſtoria, neque alterius quam duorũ atriorum, *interioris* videlicet quod Leuitarum erat, & *exterioris*, quod Iſraelis, vt cũ 4. Reg. 21.5. dicitur Manaſſes *extruxiſſe altaria vniuerſæ militiæ cœli in duobus atrijs tẽpli Domini.* numeranda profectò tria atria, ſi plura duobus fuiſſent; nihil enim fuit, quod non ille pollueret. Et confirmatur ex Ioſepho 8. Antiq. c.2. qui tantùm atriorum *interioris & exterioris* meminit. Tũ præ- E terea 6. de bello c.6. Salomonis tẽpore anguſtior fuit illa Tẽpli area, quàm vt plura duobus atrijs capere poſſet, id eſt, duobus illis interiori & exteriori, ſacerdotum & laicorum. Sic.n. ſcribit Ioſephus: *Initio vix templo atque areæ ſufficiebat iacens in ſummo planicies, quod vndique præceps erat atq; decliuis. Cum autem rex Salomon, qui etiam templum ædificauerat, muro eius partẽ ab Oriente cinxiſſet, vna porticus aggeri eſt impoſita, & manebat ex alijs partibus nudum, quoad ſæculis poſterioribus ſemper aliquid aggeris accumulante populo, coæquatus collis latior effectus eſt.* Atque hæc videtur fuiſſe porticus poſtea

112 Quæ probẽt atrium gentiũ nõ fuiſſe ædificatum à Salomone.

Ioſephus.

ſtea appellata *Salomonis*, quæ ſola & ſine atrio fuit.

Adde, ſicut nullus fuit peculiaris locus, atriùmue deſtinatum ſacerdotibus immundis; qui ſuum proprium atrium ingredi prohibebantur; ita nullum oportuit eſſe atrium gentium, & immundorum, vt pote qui templum ſanctum, aut vllam eius partem ingredi prohiberentur, dicente Deo, Ezechielis 44. 6 7. *Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra Domus Iſrael, eo quod inducitis filios alienos incircumciſos corde, & incircumciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam.*

Demum, quoniam licèt 1. Paralipom. 28. 11. legamus: *Dedit Dauid Salomoni deſcriptionem omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exhedrarũ*, &c. Et vox *omnia* non poſſit dici, niſi minimùm de tribus, vt docet Ariſtot. 1. de cœlo c. 1. Tamen, tum ex textu Hebræo, tum ex Græco, illud *omnium*, non debet cõſtrui cum ſolis *atrijs*, ſed cum rebus alijs omnibus quæ ſequũtur *exhedris*, &c. atque adeo LXX. tollunt illud *omnium* legentes: *Exemplar quod habuit in ſpiritu ſuo atriorum domus Domini & omnium paſtophoriorum*, &c. In Hebræo autem ex verbo: *Exemplar omnis quod fuerat in ſpiritu cum eo in atrijs domus Domini, & in omnibus cubiculis.*

Ariſtoteles.
Vox omnia quot comprehẽdat.

Montanus.

Hæc videtur fuiſſe ſententia Montani in Ariel, ſiue de Templi fabrica, qui poſterioribus Salomonis temporibus tribuit atrium profanum, in quod gentes & immundi conuenire ad orandum poſſent. quod videtur deſumpſiſſe ex libro Miſnaioth, id eſt, antiquarum traditionum. Sequutus eſt poſtea noſter Ribera libro primo, de Templo capit. 16. Barradus, tom. 2. Concord. lib. 3. cap. 29. Franciſcus Lucas in Matth. 21. verſ. 12. qui paulo lucidiùs explicat, quantum, ac quale illud atrium fuerit: *Atrium* (inquit) *extimum, quod vocabatur atrium profanum & atrium gentium: quod poſterioribus temporibus extra Iſraelis ac fœminarum atrium conſtructum fuit amplitudine, quod quidam tradunt, ſtadiorum quatuor, in quod exteri, id eſt, gentes quæ Iſraelis nomen non profitentur, conuenire ad orandum poſſent, nec non Iſraelitæ, qui ceremoniali ritu puri non eſſent. Nam quamquam diceretur atrium profanum, non tamen ſeruiebat ad tractandas res profanas, ſed ad excipiendum orationis cauſa perſonas, quæ a Iudæis habebantur profanæ, ſeu immundæ: quamquam & mundi eò quoque frequenter conuenirent, & Ieſus ſæpe doceret illic, ac miracula operaretur.* Fauet Ioannes Maldonatus, Ioann. 10. 23. & qui porticum Salomonis vnicam agnoſcunt, quam ſolummodo poſt ædificatum templum Salomon addiderit ad partem Orientalem, ita vt ſi quæ aliæ porticus fuerint extra templum ad alias partes, adiectæ fuerint à populo, non à Salomone. Idem ſentit Ioannes Maior in cap. 21. Matth. qui non alia atria agnoſcit, vnde eiecerit Chriſtus ementes & vendentes, quàm illa atria Orationis Iſraelitarum, ſiue virorum ſiue fœminarum: quo etiam modo Caietanus loquitur.

Ribera.
Barrada.
Franc Lucas
Maldonat.
Ioã Maior.
Caietanus.

113 Sed mihi tamen certum eſt, Atrium gentium, ſi vnquàm fuit, (id quod fuiſſe aliquando, ſaltem Herodis tempore, negat nemo) à Salomone fuiſſe conſtructum, neque priùs dedicationem templi factam quàm atrio perfecto, & vniuerſa templi fabrica omnibus ſuis partibus abſolutiſſima. Rem hanc ex recentioribus diſertè docent Villalpandus ſpaſſim multis locis ſui operis, ſed præcipuè in caput Ezechiel. 40. lib. 3. cap. 27. Ioannes Azorius tom. 1. Inſtit. Moral. lib. cap. 6. 53. ſed ex antiquioribus re ipſa idem docuerunt Caſſiodorus, quem citat & ſequitur Beda, de templo c. 16. Magiſter hiſtoriæ 3. Reg. c. 14. & 15. Abulenſis 3. Reg 6. quæſt. 21. & 4. Reg. 12. q. 9. & 1. Paralipom 28. quæſt. 28. in expoſitione textus. Dionyſius 3. Reg. 6. in fine. Hugo Carrenſis eodem loco, imò & Gloſſa Rabani, quæ teſtatur ſic depictum, repertum fuiſſe in pictura Caſſiodori: *Hæc* (inquit) *vt in pictura Caſſiodori diſtincta reperimus, breuiter annotauimus, quæ eum ab antiquis Iudæis didiciſſe: neque virum tam eruditum voluiſſe in exemplum legendi proponere, quæ non prius vera eſſe cognouiſſet*: Hi inquam omnes diſertis verbis agnoſcunt in Salomonis templo atria quatuor; primum, ſacerdotum: ſecundum Iſraelitarum virorum mundorum: tertium, mulierum mundarum; quartum, immundorum & gentilium: quæ ſe inuicem amplitudine excedebant, & è contrario pulcritudine & excellentia excedebantur maiora à minoribus. Agnoſcunt præterea in his atrijs non ſolùm ſubdiales areas: ſed etiam tectas porticus: nam quamuis atrium videatur eſſe locus ſubdialis & apertus, vt ex ipſa voce Græca colligi poteſt: ſiue enim *aula* Græco dicatur vt ſæpè dicitur, *aula* eſt locus perflabilis & apertus: ſiue atrium dicatur à Græco *aithrion*, ſemper ſonat aliquid apertum & ſub dio. Quare. 1. Machab. 4. 38. *viderunt in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu vel in montibus.* Tamen etiam Vitruuius libro 6. cap. 3. & 4. agnoſcit partem aliquam atrij ſub tecto. quo loco videndi Philander & Barbarus.

Atriũ gentiũ a Salomone conſtructum.
Villalpand.
Azor.
Caſſiodorus
Beda.
Abulenſ.
Comeſtor.
Dionyſius.
Hugo.
Quatuor atria.
Aula.
Atrium an locus apertus.
αἴθριον
Vitruuius.
Philander.
Barbarus.

114 Sed iam probemus, atrium gentium fuiſſe à Salomone extructum primo: nam Ioſephus ipſe octauo Antiquitat. capit. 2. poſtquam de ſepto ſacerdotum dixit, quo excludebatur profana multitudo, & de alio ſepto, quod erat porticibus magnis ac latis cinctum, quod mundis ac caſtis patebat, ſtatim ſubdit aliud fanum ſiue atrium, cuius *aream* (inquit) *cinxit Salomon duplicibus porticibus, quas columnæ natiuo ſaxo ſuſtentabant & laquearia cedro expedita tegebant.*

Ioſephus.

Præterea, quoniam nõ eſt credibile, vlla in re maius, aut magnificentius, aut exquiſitius fuiſſe templum Herodianum, illo Salomonico: & fuiſſet ſanè, ſi peculiari atrio, quod non ſolũ ad pulchritudinem, ſed ad templi ſanctitatem, & orandi opportunitatem, atque ſeparationem immundorum & gentilium à ſanctis & mundis, potiùs ab alio rege, quàm à Salomone ædificatum fuiſſet, atque in alia quam in ipſa Dei deſcriptione Dauidi & Salomoni tradita deſignatum: quaſi exemplar illud diuinum, aliqua ex parte defeciſſet, aut maiorem alicuius alterius regis potentiam & opulentiam expectaſſet, vt perfici potuiſſet: aut maior gentilium & aduenarum numerus ad inuiſendum & colendum Ieroſolymitanum templum vllo vnquam tempore confluxiſſet, quo atrij gẽtium ſeparatio & conſtructio magis neceſſaria, quàm Salomonis tempore viſa fuiſſet. Quibus omnibus vim & robur addẽt, quæ Salomon in illa ſua oratione & templi dedicatione precatur 2. Paral. 6. à nu. 32. præſciẽs fore vt multi ex gentibus oraturi confluerent ad templum Ieroſolymitanum: *Externum quoque, qui non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robuſtam, & brachium tuum extẽtum, & adorauerit in loco iſto, tu exaudies*, &c. & 3. Reg. 8. 41.

Nihil defuiſſe Salomonico templo quod in Herodiano fuerit.

8.41. *Inſuper & alienigena, cum venerit & orauerit*
in hoc loco,&c.
Adde, quòd Hebræi, vt erant ſuarum rerũ ama-
115 tores,& Salomonici templi, vt par erat, admira-
tores, nihil quod ad templum ſpectaret probatũ
haberẽt, quod primo illi templo non responde-
ret: quare neque probarent nouum illud opus
atrij gentium; quod ab Herode inſtituebatur, ſi
nihil eiuſmodi in Salomonico præceſſiſſet.

Nihil i Herodiano fuiſſe, quod non reſpõderet Salomonico.

Accedit, quod menſuræ quædam tum ab Scri-
pturis ſacris, tum à Ioſepho traditæ non poſſunt
in aliud quadrare quàm in hoc atrium gentium.
Nam quod Ezech.42.20. dicitur, *Per quatuor ven-*
tos menſus eſt murum eius vndique per circuitum, lon
gitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem
quingentorum cubitorum diuidentem inter ſanctua-
rium & vulgi locum, videtur non poſſe in aliud
quadrare quàm in murum atrij Iſrael. Rurſus ad
dit, *quinquaginta cubitos ex vna parte & quinquagin*
ta ex altera, quod pertinet ad latitudinem areæ
ſubdialis atrij gentium, quæ erat circa parietem
extimum atrij Iſrael. nã Ezech.45.2. dicitur. *Erit*
ex omni parte ſanctificatum quingentos per quingẽtos,
quadrifariam per circuitum, & quinquaginta cubitos
in ſuburbana eius per gyrum. ſi inſuper addas pro
porticibus & muro ex ſingulis lateribus quadra
ginta cubitos, efficiuntur ſingula latera muri ex-
timi atrij gentium longa ſexcentos octoginta cu
bitos, plus minùſve. Nam alios quadraginta cu-
bitos plus minùſve dãdos porticibus atrij Iſrael
colligi poteſt ex Ezech.46.22. Tũ præterea quod
Ioſephus 6. de Bello c.6. porticus illas Herodia-
nas in gyrum ſex ſtadiorum menſura concludit,
id eſt, ſingulas ſeſquiſtadio, id eſt, nongentis pe-
dibus: qui, detracta tertia parte, reuocantur ad
ſexcentos cubitos; reſpondet profectò eidem mẽ
ſuræ Ezechielis, vt videatur, Herodianum atriũ
ad ſacram aliquam & priſcam menſuram, id eſt,
Salomonicam, ædificatum fuiſſe.

Menſuræ atrij gentiũ.

Ioſephus.

Sed, vt ad obiecta pro illorum ſententia, qui
116 atrium gentium Salomoni negant, Herodi tri-
buunt, reſpondeamus. Primum quidem dicen-
dum eſt, tenuem, aut ſubobſcuram ſed tamen non
nullam mentionem illius fieri in ſacra hiſtoria,
cuius ratio videtur petenda ex Apoc. 11. verſ.2.
vbi cùm Ioannes iubetur *metiri templum Dei*, hoc
quoque accipit in mandatis: *Atrium, quod eſt foris*
templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam da-
tum eſt gentibus.&c. Quia enim ethnicis & profa-
nis expoſitus erat locus ille, non dignatur illum
nomine Templi, neque labore & cura menſuran
di, & quoniam tum templum illud, tum Eccleſia
per illud ſignificata, multa à gentibus damna eſ-
ſent acceptura, *quoniam* (inquit) *datum eſt gẽtibus,*
& ciuitatem ſanctam calcabunt. &c. tum præterea
cùm repræſentaret gentes ad finem conuertẽdas
innumerabiles, non mẽſuratur illud atrium, ne-
que numerantur eius calami, aut cubiti, vt repræ
ſentaretur Eccleſia *habitanda abſque muro*, & abſ-
que menſura.

Vbi mencio atrij gẽtium.

Zacha. c.4

De Ioſephi verò ſentẽtia, qui diuerſis locis di-
uerſa dixiſſe videtur, ita cẽſendũ eſt, vt illa quæ
de Salomone in vniuerſũ dixit, & de templo ædi
ficato, ab illo retineantur, cætera quæ deinceps
ſequẽtibus temporibus mutationem ſunt paſſa,
multiplici ratione, & interdum contraria à Ioſe
pho ſignificentur.

Ioſephus qua ratione exponendus.

Quod deinde additur, nullum fuiſſe locum de
ſtinatum gentibus ad orandum, ex his quæ ſupe-
riùs diximus, falſum eſſe conuincitur. Quod enim
Herodis tempore allicere potuit gentiles ad orã
dum, hoc multo maiori iure Salomonis tẽpore

A fuiſſe credẽdum eſt. Et cùm templum etiam pro
illa parte, quæ erat atriũ gentium, dicatur à Chri
ſto Domino: *Domus Dei, & domus orationis, omni-*
bus gentibus. Marc.11.17. profectò eodem modo
fuit locus ille orationis gentibus aduentantibus
ad templum Salomonicum, cùm manifeſta fiat
alluſio à Chriſto Domino ad locum Iſai. 56. 7.
Quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis
populis; alioquin reſpondere potuiſſent illi *emen*
tes & vendentes in atrio gentium, ſe non eſſe in
domo orationis, de qua loquutus fuiſſet Iſaias, vt
qui non de illo atrio profano & communi, ſed
de alio vlteriori & sãctiori, id eſt, de atrio ſolius
Iſrael loquutus fuiſſet. Fuiſſe autem tunc, cùm
Chriſtus Dominus id dicebat, in atrio gentium,
B qui locus ab illo frequentabatur, iam nũc expo-
nemus, ex quo etiam quæ diximus, lucem capiẽt
vberiorem.

Salomonis tẽpore quã Herodis, plures gentes cõfluxiſſe ad orandum. Alluſio.

Chriſtus frequentãs atrium gẽtium.

Porrò quod dicitur, Deum grauiter conque-
ſtum de Iudæis apud Ezechielem, quòd incircũ-
ciſos & gentiles introducerent in templum, ex
quo faciunt coniecturam, nullum tunc fuiſſe
gentibus locum deſtinatum ad orandum; nihil
omnino efficit. nam etiã Herodis tempore, cùm
illorum ſententia erat atrium gentium, ſimilis
fuit Pauli accuſatio Act.21.28. à Iudæis concitan
tibus omnem populum, & clamãtibus; *Viri Iſrae-*
litæ, adiuuate: hic eſt homo, qui aduerſus populum &
legem, & locum hunc; omnes vbique docens, inſuper
& gentiles induxit in templum, & violauit locum ſan
C *ctum iſtum. viderant enim Trophimum Epheſium in*
ciuitate cum ipſo, quem æſtimauerunt, quoniam in
templum introduxiſſet Paulus. Ergo Ezechielis cõ-
queſtio non de ingreſſu incircumciſorum in a-
trium gentium, ſed in atrium Iſraelitarum acci-
pienda eſt.

Obiectionis ſolutio & redargutio.

Porro Chriſtum Dominum eum locum fre-
quentaſſe, qui palam eſſet, & tum Iſraelitis tum 117
gentibus communis & expoſitus ad audiẽdum,
apertè colligitur ex Ioan.12. 20. 21. 22. propte-
rea enim *obuiam veniebat ei turba, quia audierunt*
eum feciſſe ſignum Lazari ſuſcitati à mortuis, & in
turba *erant quidam gentiles ex his, qui aſcenderant,*
vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Phi-
D *lippum qui erat a Bethſaida Galilææ, & rogabant eum,*
dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Venit Phi-
lippus, & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus
dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis dicens; Venit
hora vt glorificetur filius hominis, &c.

Chriſtũ operatũ miracula in atrio gentium.

At inquies, etiam ſi gentiles eſſent, ſi tamen
bono animo honoris cauſa & Deum Iudæorum
adorandi, & admirabundi venerabundique
templum ingrederentur, ipſáque atria Iſrae-
litarum, non ſolùm Iudæos æquo animo paſ-
ſos, ſed vehementer etiam lætatos fuiſſe. Sic
cenſet Ioan. Maldonatus Ioan. 12. verſic.20. vi-
detúrque ſenſiſſe Foretius ſuper id Iſai. 56. 7.
Domus mea domus orationis vocabitur cunctis popu-
lis. *Nam* (inquit) *& ſi ad templum liceret accedere*
gentibus ad deprecandum Deum, vt apparet ex verbis
E *Salomonis in dedicatione Templi 3. Reg c.8. admitte-*
bantur tantum vt hoſpites. Ergo non fieri argumẽ
tum ex illo gentilium acceſſu ad Chriſtum,
eum fuiſſe in atrio gentium extra atrium ſacer-
dotum.

An gentes aliquando admiſſæ in atrium Iſrael.

Maldonatus.

Foretius.

Sed ſanè perpetam & inuiolatam religionem
illam Iudæorũ fuiſſe, vt nemo alienæ religionis
templum; id eſt, atrium illud Iſraelitarum ingre
deretur, idque ſub pœna capitis & *inſcriptione* Græ
ſi muro affixa, ſcribit Ioſephus l. 5. Antiq. cap.14.
& 6. de Bello cap.6. *qua vetaret tranſgredi alienige*
nam ſub interminatione pœna capitis. & rem abun-
dẽ con-

Ingreſſum in atrium Iſrael gentibus prohibitum.

dē confirmat id quod diximus ex Act. 21. A 28. 13.

Porticus Salomonis.

118. Porticus Salomonis.

HInc iam certiò colligēdum, cùm Chriſtus Dominus frequenter *deambularet in Porticu Salomonis*, illum ſanè fuiſſe in atrio gentium. quare & Apoſtoli illum eundem locū frequentabant. Act. 5. 12. Sed in hoc quoque ingēs varietas, tum de ipſo loco porticus Salomonis, tum de illa appellatione.

Prima ſententia. Abulenſis. Titelmannus. Gagneius. Ianſenius.

Atque in primis omnino reiecta illa ſententia B Abulenſis 3. Reg. 6. Titelmanni, Ioan. 10. vbi Gagneius Ianſenij in cap. 93. Concordiæ, exiſtimantium, Porticum quamdam, quæ erat ante domum, id eſt, ante Sancta, viginti cubitorum longitudinis, & decem latitudinis, 3. Reg. 6. 3. fuiſſe porticum Salomonis; nam proculdubio hæc porticus alijs quàm ſacerdotibus, inacceſſa erat. Eſt horum frequentior exiſtimatio vnicam porticum Orientalem extructam fuiſſe à Salomone; poſterioribus autem ſæculis adiectas fuiſſe alias porticus ad alias partes, illam tamen Orientalem ſemper à ſuo primo auctore nomen Salomonis retinuiſſe, atque de hac loquutum Ioſephum 6. de Bello cap. 6. *Cùm rex Salomon, qui templum ædificauerat, muro eius partem ab Oriente cinxiſſet, vna porticus aggeri eſt impoſita, & manebat ex alijs partibus nudum, quoad ſæculis poſterioribus ſemper aliquid aggeris accumulante populo coæquatus collis latior effectus eſt.* quari Ioſephus indicet poſterioribus etiam ſæculis adiectas porticus alias. In hoc conueniunt Franc. Ribera lib. 1. de Templo c. 16. Ioan. Maldonatus, Ioan. 10. nu. 25. Barradas to. 2. Concor. lib. 3 c 31. Ioan. Azor. to 1. lib. 6. q. 3. Toletus Cardinal. Ioan. 10 Quamquam hic hác porticū non conſtituat in ipſo atrio, ſed prope atriū virorum. Sed hi auctores non ſatis ſe explicant, an ea porticus fuerit verè pars atrij Iſrael, an præter atrium Iſrael fuerit porticus alia.

Secūda ſent. Porticū Salomonis fuiſſe Orientalem. Ioſephus. Ribera. Maldonatus. Azorius. Barradas. Toletus.

Tertius dicendi modus eſt eorum qui aſſerūt, eam porticum verè fuiſſe partem atrij Iſrael; nēpe in quo rex Salomon orationem ad Deum & ad populum habuit in dedicatione Templi, qui proculdubio locus erat, in quo vniuerſus Iſrael D conuenit: ſic videtur dicere Alcuinus apud D. Thomam in catena. Ioan. 10. & D. Thom. in commentarijs: vel locus in quo aliàs Salomon orare ſoleret, ita Nicolaus, Dionyſ. Hugo, Emanuel Sa: & Salmeron tract. 42. Prolegom. qui quamuis dicat fuiſſe eam porticum in atrio Iſrael, tamen vult pertinuiſſe ad Meridiem. & in ea fixiſſe Salomonem & alios reges ſubſellia ſua: Intelligit enim illud atrium habuiſſe tātùm porticus ad Meridiem & Aquilonem non ad Orientem neque E ad Occidentem.

Tertia. ſent. Alcuinus. D. Thomas. Nicolaus. Dionyſius. Salmeron. Sà.

119. Verior ſententia.

Sed ex illis quæ ſuperiùs dicebamus, multo veroſimiliùs colligemus fuiſſe eam porticum in atrio gentium, qui locus celebrior erat, & Chriſti Domini prædicationi, & miraculorum operationi & glorificationi opportunior, vt qui omnibus indifferenter eſſet expoſitus. Et quamuis non ſolùm illa porticus eſſet à Salomone extructa, ſed quadri porticus in templi circuitu; tamē peculiarem Salomonis appellationem multis de cauſis habere potuit. In quo multo probabiliùs diuinare illi mihi videntur, qui vel ex regia Salomonis columna & ſubſellijs; vel ex loco ad A orationem deſtinato, illam appellationem deſumptam arbitrantur, quæ fere omnium ſententia eſt: vel quòd illa porticus, aut ſaltem magna illius pars, non eſſet à Kaldæis euerſa: quare ſēper retinuerit primam illam ſui auctoris denominationem, vt arbitrabatur Ioan. Maior in Euang. Ioan. 10. Lorinus Act. 3. verſ. 2. verius inquam, quàm qui comminiſcūtur porticum quādam multo poſt ædificatum templum à Salomone ædificatam. nam porticum illam ad templum pertinuiſſe, dubium eſſe non poteſt; ſiquidem Chriſtus ambulabat in templo cùm ambularet in porticu Salomonis; & tamen ſimul cum reliqua templi fabrica, oportuit illam porticum ædificatam fuiſſe, cùm ſcriptum ſit: *In anno vndecimo perfecta eſt domus Domini, in omni opere ſuo, &* B *in vniuerſis vtenſilibus ſuis, ædificauitque eam annis ſeptem.* 3. Reg. 6. 38. illi verò proculdubio volunt templi opus poſt ſeptennium, atque adeo multo pòſt tempore manſiſſe imperfectū vſque ad adiectam à Salomone porticum; immo neque tunc quidem perfectum ſuis omnibus partibus fuiſſe templum, vſque ad adiectas alias porticus ſæculis poſterioribus, quæ ſimul cum illa Salomonis, templum cingerent circumquaque.

Cur appellata porticus Salomonis. Ioā. Maior, Lorinus.

Sed omnium incommodiſſimè mihi videtur Vatablus Act. 3. & quidam alij non boni auctores, rem interpretati, qui per Salomonis porticum nullam peculiarem atrij Iſrael partem intelligunt, quàm vel templum in vniuerſum, vel C quæ appellatur atrium populi, & *baſilica grandis.* Cùm enim certum eſſet non deambulaturum Chriſtum Dominum, neque Apoſtolos, in atrio ſacerdotum, quorſum attinebat dicere, ambulaſſe in templo in porticu Salomonis, niſi porticus illa fuiſſet peculiaris aliqua templi pars?

Vatablus & Tremellius reiecti.

Secundò colligitur ex dictis, ex hoc ipſo atrio gentium Chriſtum Dominum eieciſſe ementes & vendentes in templo; *& non ſinebat* (inquit Marcus 11. 15. 16.) *vt quiſquā transferret vas per templum, dicens, quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Quamquam enim ille locus communis & profanus eſſet, ſed non tamen profanis vſibus expoſitus, tantum hominibus profanis, aut immundis, ſed ad ſanctos vſus & D orationis opportunitatem. Atque eadem ratione *vendentes & ementes de templo eiecit*, id eſt, de ea prima & communiſſima tēpli parte, qua prohibuit transferri ſarcinas, aut vaſa alia profana: nam qui ex inferiori vrbe, præſertim Aquilonari, geſtabant ſarcinas, aut quidpiam oneris tranſlaturi ad partem Vrbis vel Meridianam, vel Orientalem, compendium viæ facere poterant, ingreſſi per viam illam, quam diximus Periboli, & deinde per porticum & atrium gentium, aut etiam per medium atrium Iſrael. Chriſtus ergo interdicebat tranſitum per media atria, & cogebat alia diuertere, aut ire per diſpendium il- E lud viæ Periboli circa templum extra atrium gentium.

120. Ex porticu Salomonis eiectos ementes & vēdentes.

Prohibitas ſarcinę trāſferri per porticum Salomonis.

Tertiò colligi quoque poteſt, quamuis hoc atrium ſuas quoque ianuas haberet verſus quatuor mundi partes, quæ rectà reſpicerent alias portas atrij Iſrael è regione conſtitutas; tamen nullos habuiſſe thalamos, id eſt, nulla ianitorum cubicula, quæ in ipſis veſtibulis portarum conſtituta ſunt portis atrij Iſrael, Ezech. 40. 6. 7. 10. quæ aliàs etiam appellari ſolent *Gazophylacia.* Cuius ratio in promptu, quia atrium quod commune erat mundis & immundis, non videbatur vlla perpetua ianitorum cuſtodia indigere. Sed quia illo facili ingreſſu abutebantur, qui ſarcinas

In atrio gētium portæ ſine thalamis.

nas portabant, & illum locum ad ſanctos vſus A deſtinatorum in profanos conuertebant, Chriſtus Dominus ianitorem & cuſtodem domus patris ſui ſe conſtituit. Cum autem dicitur *euertiſſe cathedras vendentium columbas, & menſas nummulariorum*, videtur indicari, illas fuiſſe cathedras alienas, id eſt, non templi proprias, ſed aliunde inuectas. Dixi portas atrij gentium, nulla perpetua thalamorum & ianitorũ cuſtodia indiguiſſe: nam aliquam ſaltem cuſtodiam ad illas portas aliquando adhibitam Ioſephus vult libro 2. contra Appioné. vbi de tépli ſanctitate loquens ſic ſcribit: *Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum ſingula propriam ſecundum legem habuere* B *cuſtodiam. in exteriorẽ* (intellige ſane atrium gentium) *itaque ingredi licentia fuit omnibus, etiam alienigenis: mulieres tantummodo menſtruæ a tranſire prohibebantur*, &c.

Chriſtus rẽ phanauor. — Ioſephus.

Exhedræ in atrio gentium. — Vitruuius.

Fuiſſe autem exhedras templi proprias, & in illo etiam atrio gentium diſpoſitas in circuitu: ſicut ſcriptum eſt, 1. Paral. 28. 11. 12. *Dedit Dauid Salomoni deſcriptionem omnium quæ cogitauerat atriorum & exhedrarum per circuitum*. Erãt autem exhedræ ſedilia opportuna, in quibus, vt dicebat Vitruuius lib. 5. c. 11. Philoſophi, Rhetores, ac reliqui, qui ſtudijs delectantur, ſedentes diſputare poſſint. Quamquam & celluiæ quoque ad meridianum opportunè exhedrarum nomine intelligantur, quas & fuiſſe circumquaque D in atrio gentium veroſimile eſt; ad aliquos vſus vel diſputationes opportunas.

Cellulæ in circuitu atrij adquos vſus.

XX. *Atrium Iſrael, & multa illius area ſiue atriola.*

121 *Baſilica vnde dicta. Varia huius atrij nomina. Explicatus ſemel & iterum locus Reg.*

122 *Hoc atrium cinxiſſe omni ex parte domum ſanctam. Quot atriolis diſtinctũ. Quæ illius menſura. Explicatus Ezechiel.*

123 *Tres in hoc atrio portæ, tres item cuſtodiæ. Quæ porta fundamenti & ſcutariorum. Explicati* C *ſæpe libri Regum & Paralipom.*

124 *Pulpitum Regis, & baſis ænea ad partem Orientalem. Hebræorum & Montani traductio rejecta.*

125 *Cur ad partem Aquilonarem carcer. Quæ porta ſuperior. Cur laniena victimarum ad Aquilonem. Explicati Ieremias, & Ezechiel.*

126 *Varia portæ Orientalis nomina. Ex qua materia illarum fores.*

127 *Poſt Salomonis tempora hoc atrium diuiſum pro viris & fœminis. Culina ſubterranea, &* E *turres.*

121 VT de hoc atrio nulla poteſt eſſe controuerſia; ita quale fuerit, grauis eſt inter Interpretes diſſenſio. Et primò quidem hoc illud atriũ eſt, de quo ſcriptum eſt 2. Paral. 4. 9. Fecit Salomon baſilicam grandem, & oſtia in baſilica, quæ texit ære. vbi in Hebræo Baſilica habet nomen à verbo Ghazar, quod ſignificat auxiliari: ſic dicta ſecundum Hebræos, vt aiunt Complutenſes in Lexico, quòd in illa baſilica, ſiue in illo atrio imploraretur auxilium diuinum. vnde Montanus vult appellatum vulgari nomine

Baſilica vnde dicta. עזר Compluteñ. Montanus עזרה

Ghazarah, id eſt, auxiliatorium, aut oratorium. Sed cum de nominis etymologia non videatur dubitandum; at de illo vulgari nomine dubitari poteſt, & debet. Si enim eſſet illud nomen atrij Iſrael vulgare, procul dubio frequẽtius vſurpatum inueniremus in libris Regum, & Paralip. cum tamen non niſi bis reperiatur, videlicet 2. Paralipo. 4. 9. & cap. 6. 13. vbi ſemper vertitur à vulgato *baſilica*. Quamquam apud Ezechielem (vbi tamen Montanus, & alij illius aſteclæ nolunt eſſe ſermonem de templo Salomonis) quater ſcribatur, Ezech. 43. 14. vbi vertitur à vulgato crepido, & iterum verſ. 17. & iterum 20. & cap. 45. 19. Illud certius, quòd appellatum fuerit *atrium exterius*, Ezech. 40. 7. videlicet reſpectu atrij interioris, quod erat atriũ ſacerdotum 3. Reg. 7. 36. & *atrium maius*. 3. Reg. 7. 12. *Atrium maius rotundum* Oportuit enim eſſe maximæ capacitatis propter immenſam multitudinem eò ter in anno confluentium.

Oratoriũ. — Atriũ exterius, ſeu maius.

Sed iam hic propter illam *rotundi* appellationem quæſtio eſt, vtrum hoc atrium (idemque de atrio gentium) ex omni latere cingeret interiorem templi partem. nam fuiſſe quadratum dubium eſſe non poteſt; nam Ezech. 42. 20. eadem longitudo & latitudo quingentorum cubitorum illi attribuitur; & præterea Ezech. 46. 21. deſcribuntur quatuor anguli; *eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrij, & ecce atriolum erat in angulo atrij. atriola ſingula per angulos atrij*, quę niſi in area quadrangulari diſpoſita fuerant, vix, ac ne vix quidem conſtare poterunt. An verò domus in medio huius atrij contineretur, Ribera lib. 1. de templo c. 16. negat; affirmat verò ab Oriente tãtum fuiſſe hoc atrium Iſrael. nititur verò *manifeſtiſſimo*, vt ipſe exiſtimat, Ioſephi teſtimonio, 6. de Bello c. 6. qui diſertis verbis ſcribit, Salomonem Orientalem tantum templi partem muro, & templo cinxiſſe. 122

An atrium Iſrael quadrilaterum in circuitu domus. — Ribera. — Ioſephus.

Sed vniuerſam domum cinxiſſe docent Caſſiodorus in Pandectis, citatus & probatus a Beda cap. 16. Petrus Comeſtor 3 Reg cap. 19. Nicolaus ibi, cap. 7. Abulenſis quæſt. 21. Vatabl. Annotat. 22. idemque clarè præfert lectio Tigurina illo loco, Dionyſius, Montanus, Barradas cap. 28. Azorius capitol. 53. quæſtiuncula. 2. Villalp. tom. 2. in Ezech. 40 cap. 25. Quam ſententiam non ſolum veram, ſed etiam exiſtimo propter aperta verba Scripturæ 3. Reg. 7. 12. *Atrium maius rotundum*, quod ſuperius diximus ex vniuerſorum interpretum conſenſu, idem eſſe quod *per circuitum*, aut *vndequaque*. Tum prçterea propter maniſeſtiſſimum Ioſephi teſtimonium 8. Antiq. cap. 2. Extra hoc ſeptum (videlicet extra atrium ſacerdotum) *erat fanum porticibus magnis, ac latis cinctum, & portis altis patens, quarum ſingulæ ſingulos ventos ſpectabant, & foribus auratis claudebantur. In hoc fanum cuilibet è populo, mundo ac caſto, & præſcriptorum legis obſeruanti acceſſus patebat.* Adde quod cum templum fuerit ſpecies quædam & imago tabernaculi, & caſtrametationis populi in deſerto, per gyrum tabernaculi fœderis, ad omnes quatuor mũdi plagas, Numer. 2. 2. videtur ſanè poſtulaſſe, vt arca Domini, & Sanctum ſanctorum ex omni etiam parte cingerentur atrio Iſrael, in quod confluebant ex omnibus tribubus. Porro quod de illo altero Ioſephi teſtimonio obijciebatur, expoſuimus ſectione ſuperiori, vbi de atrio gentium.

Magiſter hiſtoriæ. — Nicolaus. — Abulenſis. — Dionyſ. — Barradas. — Azor. — Villalp. — Montanus.

Sed ita tamen hæc intellige, vt quoniam Sancta,

ĉta, & Sancta ſanctorum cum atrio ſacerdotum multo longiora erant, quàm lata; ex latere Occidentali Sanctorum nulla eſſet area ſubdialis, ſed tantum *tres illi ordines lapidum politorum per circuitum*, 3. Reg. 7. 12. i. porticus triplex. Cæterum vniuerſum atrium ſtratum erat pretioſo marmore, & multis *gazophylacijs*, aut *paſtophorijs*, aut *theſauris*, vt appellantur 1. Paral. 28. 11. 12. 13. in circuitu diſtinctum, id eſt, cubiculis, ſiue alijs minoribus locis, in quibus vel pecuniæ, vel res maioris molis pretioſæ aſſeruabantur. Nam de gazophylacijs minoribus, id eſt, arculis, mentio fit 4. Reg. 12. 9. de maioribus autem, id eſt, cubiculis, Ezech. 41. 1. 8. 9.

In atrio Iſrael Occidentali nulla area ſubdialis. Gazophylacia maiora & minora.

Atrij menſura.

Huius atrij maioris, ſeu grandis baſilicæ, ex ſingulis lateribus longitudo fuit quingẽtorum cubitorum, id eſt, palmorum Hiſpanorum mille octingentorum nonaginta duorum: de quo videtur intelligendum id Ezech. 42. 20. *Per quatuor ventos menſus eſt murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum*, quæ itẽ menſura minutatim colligitur Ezech. 40. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & inferius, vbi Angelus in medio atrio exteriori deſignat aream atrij interioris quadratam centum cubitorũ. Deinde adiungit illi duas alias areas æquales ad Meridiem, & ad Aquilonem; & præterea ex quolibet latere deſignat duas portas, aut duo veſtibula, alterum proximum ipſi atrio interiori; alterum extimum ad partem exteriorem atrij gentium alteri reſpondens & ſingula quinquaginta cubitorum, quanta eſt latitudo porticus, in qua limen, aut porta aperitur. Cum autem ex vtroque latere ſint binæ portæ quingentorum cubitorum, efficiunt omnes quatuor portæ cubitos ducentos, qui ſupra trecentos illos tertiarum arearum efficiunt omnino quingentos.

123 Quot portæ atrij Iſrael.

Et quamuis de numero portarum huius atrij non conſentiant interpretes, nam alij ſeptem, alij quatuor alij pauciores, plures ve conſtituũt tamen videntur tres omnino portæ in hoc atrio Orientalis, Meridionalis, & Aquilonaris: deficiebat enim in Occidentali porticu porta; ſic enim exigebat dignitas, & ſitus loci Sancti ſanctorum, quod illi parti Occidentali proximum erat ſola porticu interiecta. Idque Ioſephus 6. de Bello cap. 6. docuiſſe videtur, quamuis de ſecundo templo; occidua pars nullam portam habebat, ſed perpetuus ibi murus erat extructus. Atque adeo 1. Paral. 26. 14. 15. Cuſtodes portarum aſſignantur Orientalis, Septentrionalis, Auſtralis, nulla Occidentalis facta mentione, ſicut & Ezech. 40. 6. 20. 24. Cum quo facit quod vbi Ioiada ſacerdos iubet cuſtodiri templum pro Ioas legitimo regni hærede contra Athaliam, templi militiam Leuiticam in tres partes pro tribus portis cuſtodiendis, diſtribuit, 4. Reg. 11. 6. *Tertia pars veſtrum obſeruet excubias domus regis; tertia autem pars ſit ad portam Sur: & tertia pars ſit ad portam, quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorum; & cuſtodietis excubias domus Meſſa.* Appellatur autem *porta ſcutorum*, per quam a templo deſcendebatur in regiam, ſicut ſcriptum eſt 4. Reg. 11. 19. Deduxerunt regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ ſcutariorum in palatiũ, quę etiam reſpectu domus regiæ appellatur porta ſuperior, ſiue ipſa porta domus regię inferior habeat denominationem ſuperioris, quia per illam aſcendebatur in templum ſuperius. 2. Para. 23. 20. *Fecerunt deſcendere regem de domo Domini,*

Nulla porta Occidentalis.

Ioſephus.

Porta ſcutariorum.

A *& introire per medium portæ ſuperioris in domum regis*. Quam eandem appellari *portam fundamenti*, vult Villalp. in Ezech. 40 lib. 3. c. 32. quia cum pars domus regię caderet in inferiorem Mello, quæ coæquata fuerat voragini, & ex illa aſcendebatur ad templum, primum ante extructum Templum, in ipſis templi fundamentis, & ſubſtructionibus deſignata fuerat.

Villalpād.

Porta fundamēti dēſignata ante tēplum.

Sed video ſanè interpretes aduerſari Villalpando. nam portam hanc fundamenti volunt eſſe portam præcipuam, eſſeque eandem cum *porta Sur*, id eſt, Orientalem. Nam ſicut fundamentum eſt primum in ædificio; ita pars Orientalis, & porta Orientalis erat prima, & præcipua. Et quod, vt ait Kimhi, in *Sur*, in ea porta Orien-
B tali iacerentur fundamenta doctrinæ, & ritus docerentur. ita doctores Hebræorum, quos affert & ſequitur Pagninus, & Mercerus in Sur. Abſolutè etiam eſſe Orientalem, docent Vatablus 4. Reg. 11. 6. & 2 Paralipom 23. 5. Caietanus ibidem, Marinus in *Iaſad*, neque inuenio, qui aliter ſentiat diſertis verbis. Sed non ideo improbo Villalpandi coniecturam, potius, mutata tamen illa fundamenti notione, confirmo & roboro, ex 1. Paralipom. 26. 15. vbi cuſtodia portæ Meridionalis dicitur fuiſſe, in qua parte domus erat ſeniorum concilium, nimirum vbi congregabantur ſeniores conſultaturi de negotijs templi, vt inquit Vatablus, in Hebræo autem fundamentum dicitur de concilio, & de
C conſilio. nam conſilium eſt fundamentum rei agendæ, Geneſ. 49. 6. Pſalm. 63. 3. Ioſ. 15. 8. Prouerb. 15. 22. Ergo commode intelligemus appellari portam fundamenti, quæ in alio loco eſt porta domus concilij, aut conſilij. Quam eandem Regia, & alij appellant domum collectionum, nam vox originalis, ſignificat concilium, aut collectionem hominum: tum etiam ſignificat congregationem aliarum rerum, quare alij intelligunt ad eam porticum etiam pertinuiſſe ærarium, quod eſt, collectio pecuniarum, diceturque non leuis coniectura ex eo, quòd cum 1. Paralipom. 26. 15. dicatur Obededom fuiſſe ad Auſtrum, in qua parte domus erat ſeniorum concilium. 2. Paralipomen. 25 24. dicitur, Au-
D rum, & argentum, & vaſa fuiſſe in domo Dei apud Obededom. Vides igitur ex parte Auſtrali in atrio Iſrael fuiſſe domum ſcutariorum, domum, concilij ſeniorum, & ærarium.

An porta fundamēti ſit Orientalis.

Pagnin. Mercer. Vatabl. Kimhi. Caietan. Marin.

סוד
יסד

Conſilium inſtar fundamenti.

אסף

Porta cōſilij & collectionis.

Aerarium in porta cōcilij.

In hac item Meridionali parte huius atrij Montanus, quem ſequitur Salmeron conſtituit pulpitum lapideum, ſiue ſubſellium Iſraelis regi paratum, cum ſede ad ſedendum commoda; Nulli enim (inquit) Iſraelitarum in templo ſedere licebat, præterquam Regi & Pontifici. ex illo etiam velut ſuggeſto rex populum deſpiciebat, curabatque auctoritate, exemploque ſuo in cultus dignitate ac decore continere;
E interdum etiam, cum opus eſſet, alloquebatur. Sed pro his traditionibus neque ſuos Hebræos citat Montanus. Ergo pluſquam incerta omnia. Et quod de pulpito dixit, potius conſtituo ad Orientalem portam, vt ſuperius diſputabamus de porticu Salomonis. Quamquam enim dicatur Salomon conſtituiſſe baſim æneam in medio baſilicæ. 2. Par. 6. 13. multo opportunius hæc appellatio conueniet cum parte Orientali, quæ reſpiciebat medium atrium ſacerdotum, & mediam etiam partem domus Domini, quæ mediam baſilicam grandem, id eſt,

124 *Montanus. Salmeron.*

Montani & Hebræorū traditio incerta.

Pulpitum in medio Baſilicæ.

eſt, atrium Iſrael interſecabat. Quod dicit non ſediſſe quemquam in templo præter Regem & ſummum ſacerdotem, non eſt credibile: cùm in exhedris non ſolùm eſſet locus ſedendi, ſed etiam recumbendi; niſi fortè velit, non fuiſſe cuiquam deſtinatam ſedem præterquam Regi, & Sacerdoti. A

Exhedræ ad ſedēdū & recumbēdum.

115 Ex parte verò Aquilonari porta contraria Meridionali videtur eſſe illa, de qua Ierem. 20. 2. ſcribitur, *Phaſſur miſit Ieremiam in nervum, quod erat in porta Beniamin ſuperiori in domo Domini*. Nam quod aliqui exiſtimant illam eſſe portam ſuperiorem, per quam patebat acceſſus ad domum regis Meridianam, prorſus falluntur. Erat ergo porta, quæ pertinebat ad ſortem Beniamin verſus Bezetam, & ciuitatem inferiorem Salem. nam mons Sion & ſors Iuda Auſtralis erat. Et bene quidem *neruus*, ſiue locus ille ſubterraneus, id eſt, vt kaldæus ait, *carcer*, erat ad partem Aquilonarem, quæ in ſacro ſermone non bene ſonat, & ad calamitates refertur. Potuit autem hæc porta dici ſuperior, ad diſtinctionem portæ Aquilonaris atrij gentium, & alterius portæ periboli, quæ erant inferiores; nam per gradus aſcendebatur ad atrium gentium. Tum etiam quia quo aliquid eſt interius, ſolet appellari ſuperius: ſicut & illud quod exterius eſt, dici ſolet inferius. Ad hanc portam Aquilonarem videtur Ezechiel conſtituere menſas victimarum capit. 40. 39. *In veſtibulo portæ duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto, & ad latus exterioris duæ menſæ, & ad latus alterum duæ menſæ: quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde; per latera portæ octo menſæ erant ſuper quas immolabant, de lapidibus quadris extructæ, longitudine vnius cubiti & dimidij &c. ſuper quas ponant vaſa, in quibus immolatur holocauſtum & victima*, Neque credendum ſine myſterio lanienam victimarum conſtitutam ad Aquilonem: quod ſuperiùs indicabamus. Erant præterea vaſa, in quibus lauabantur holocauſta, verſic. 38. Tum etiam erant gladij ad mactandum, lebetes ad recipiendum ſanguinem victimarum: vncini, ex quibus pendebant carnes, de quibus copiosè & diligenter Villalpandus Ezechiel. 40. cap. 37. 38. 39. & nos ſuperiùs, vbi de ferro in materia Templi. B C D

Tremel. — Neruus ſiue carcer quo templi por te Aquilo na malum. — Interius pro ſuperiori. — Villalpād.

116 Iam porta Orientalis ab illis auctoribus, quos ſuprà adduximus, aſſeritur eſſe porta *Sur* 4. Reg. 11. 6. quam kaldæus appellat *portam Baronum*, ſiue *Principum*. & quam *porta prioris* nomine ſignificari intelligit Hieronymus Ezech. 40 verſic. 20. Habuiſſe verò ſeptem omnino nomina ex Hebræorum traditione, & præſertim Dauid kimhi, docet Pagninus, apud quem illa videre licet, ſicut apud Mercerum illorum nominum rationes, & notiones. Sed illud tamen colligere licet, ex ipſis appellationibus, fuiſſe portam frequentiſſimam, & quæ per excellentiam quandam porta exitus, aut ingreſſus, diceretur: tum etiam ad eam potiſſimùm portam conſtitutum fuiſſe delectum mundorum & immundorum, vt illi admitterentur; hi verò arcerentur ab ingreſſu, & iuberentur recedere. Cum quo conuenit ipſum nomē *Sur*, quod in Hebræo propriè eſt, auertere, declinare, aut recedere. Eodem loco Hebræi conſtituunt, qui docerent ritus & ceremonias, & traditiones ſeniorum. Denique quòd per eam Solis radij ab Oriente rectà tenderent in ſanctuarium; ſicut etiam oraturi ingredientes rectà intendebant E

Porta Sur, quæ. — Hieronym. — Septem nomina portæ Orientalis. — kimhi. — Mercerus. — סור Sur quid propriè.

in oraculum; non ſolùm nomen, ſed etiam peculiarem cognationem habebat cum Sole, & cum Oratione, vt diceretur *porta Solis*, & *porta Oratorij*. Sed neſcio quid aliud de hac porta *Sur* philoſophatur Villalpandus in cap. 40. Ezech. lib. 3. cap. 32.

Porta Solis & Oratorij. — Villalpād.

Et, vt de portis huius atrij hoc tantùm addamus, ſi quando de porta Occidentali videatur ſermo eſſe, fortè erit porta atrij gentium, vt illud 1. Paralipomenon. 9. 24. per quatuor ventos erant Oſtiarij, id eſt, ad Orientem, & ad Occidentem, ad Aquilonem, & ad Auſtrum. ſicut & illud Ioſephi 15. Antiquit. capitol. 14. Occidentalis porticus quatuor portas habebat: harum ab vna tranſitus erat in regiam, per vallem in mediò interiectam: duæ ferebant in ſuburbia, poſtrema in vrbem, gradibus multis vſque ad imam vallem diſpoſitis, & inde alijs ſurſum per accliue tendentibus. Fores harum portarum ex ære conſtituit ſacra hiſtoria 2. Paralipomenon. 49. at verò Ioſephus iam facit auratas, iam argenteas. Sed argenteas intelligo pro atrio gentium; pro atrio verò Iſrael *æreas*, ex pretioſo illo ære Corinthiaco, quod colore & pretio auro proximum erat.

Porta Occidentalis atrij gentiū. — Ioſephus. — Fores argēteæ & areæ.

Porro in veſtibulis harum portarum cubicula Ianitorum erant, quæ deſcribuntur, Ezech. 40. 2P. Thalami portæ ad Orientem & ad Aquilonem, tres hinc, & tres inde, & ad viam Auſtralem verſic. 24. & *feneſtras obliquas*. quæ prolixè deſcribuntur à Villalpandos, ad cap. 40. Ezech.

Thalami, & feneſtræ.

Illud addendum, hoc atrium Salomonis tempore indiuiſum fuiſſe, poſtea Peribolo quodam, aut Interſtitio muri alicuius non nimis alti, diuiſum in partem, quæ fœminas contineret, partem, quæ viros. R. Salomon voluit atrium fœminarum in ſuperiori tabulato fuiſſe; virorum verò in inferiori pauimento: potuit enim tempore procedente turbari ordo à Salomonis tempore inſtitutus, quem indicare videtur Ioſephus lib. 2. contra Appionem. Erat enim ſuus limes, & ſuus locus fœminis mundis, & viris cum ſuis coniugibus, atque maribus etiam Iudæis mundis atque puris. Ergo poſtea hominum licentia, & vel legis, vel conſuetudinis ſanctæ negligentia indiguit muro diuidente fœminas à viris. Quare non ineptè exiſtimant atrium fœminarum ſignificari 2. Paralipomenon. 20. 5. nomine *atrij noui*, Montanus, Salmeron, Genebrardus, Barradas & alij. 127

Diuiſio atrij Iſrael in duo. — R. Salomō. — Ioſephus. — Atrium nouum quod. — Montanus. Salmer. Genebr. Barrad.

Habuit verò hoc atrium in quatuor angulis ſubterraneas culinas, quas ſic deſcribit Ezech. 46. 21. 22. Eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce atriolum erat in angulo atrij; atriola ſingula per angulos atrij; & paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum: Et dixit ad me; Hæc eſt domus culinarum: in qua coquent miniſtri domus Domini victimas populi. Has verò culinas nullos habuiſſe caminos ſublimes ad difflandum fumum, ſed tantùm pro more antiquo feneſtras in pariete apertas, tum pro admittendo lumine, tum pro emittendo fumo, quæ Scriptura appellat *fumaria*, Oſeæ 13. 3. oſtendit Villalpandus in Ezech. 46. cap. 73. iuxta quas erant triclinia vel cubicula in quibus comedebantur carnes à ſacrificantibus, vt Hieronymus, eo loco ſcribit; *Culina*

Culinæ ſubterraneæ. — Camini culinarum cuiuſmodi. — Villalp. — Hieronym.

propinqua habebant accubita, vt vbi cibi, ibi & menſarum præparatio.

Turres & Caſtella. Ioſephus.

In angulis huius atrij turres ſiue caſtella conſtituit Ioſephus 5. de Bello cap. 9. & 6. de Bello cap. 7. & 9. præterea in hac exteriori æde fuiſſe duas baſes, in quibus phialæ victimarum ſanguine plenæ collocabantur certis ſacrificiorum ritibus, tradit Montanus ex ſuo libro Miſnaioth, ſiue Traditionum, cuius rei fides penes auctorem.

Montanus.

Quia verò 3. Reg. 7. 9. cùm de ædificijs domus regiæ ſermo eſt, ſcribitur: *Omnia lapidibus pretioſis à fundamento vſque ad ſummitatem parietum & extrinſecus vſque ad atrium maius*. videtur ſanè fuiſſe tranſitus aliquis à domo regia vſque ad hoc atrium Iſrael, per quem Salomon ſecretò in templum ingrederetur. Si is ſubterraneus eſſet, Montanus & alij *cochleam* volunt fuiſſe; per quam aſcenderet Salomon. Aliter rem conſtituit Villalpandus. Miratam fuiſſe reginam Saba, aſcenſionis Salomonis eo loco, vbi nos legimus 3. Reg. 5. *& holocauſta quæ offerebat in domo Domini*, dicemus inferiùs, vbi de regina Saba. quod quidam accipiunt de eo ſingulari artificio, & ædificij parte, qua regi patebat ad templum acceſſus. Sed quacumque ratione tandem id fuerit, ædes regias aliqua ex parte pertinuiſſe ad hoc atrium, certum videtur.

Tranſitus à regia in atrium Iſrael. Villalpãd.

XXI. Atrium interius Sacerdotale, ſeu Leuiticum.

128 *Atrij interioris frequens mentio. Quæ illius menſura.*

129 *Aliorum deſcriptio, & muri cuiuſdem tricubitalis conſtitutio minimè probata.*

130 *Quæ aliarum ſententiarum probationes, & illius atrij ornamenta & diſpoſitio.*

131 *Vera ſententia conſtitutio: & confirmatio. Explicatus locus Reg. & Paralip.*

132 Ordo *quid propriè in Hebræo. Tres atrij Leuitici contignationes.*

133 *Vnus ordo de dolata credo quomodo accipiendus. Numerorũ permutatio frequens in Scripturis. Illuſtratus Eſdras.*

134 *An atrium Leuiticum circumſeſſum templo omni ex parte. Vera ſentẽtia aſſerens. Illuſtratur Ezechiel. Locus orationis ſacerdotum.*

135 *Tres tantùm illius portæ, quatuor porticus. Cuſtodes ignis perpetui.*

136 *Altare holocauſtorum quorſum conſtitutum in medio. Salomonicũ, magnificentius Moſaico, & vtriuſque menſura. Mare æneum. Tres tẽpli pinnæ.*

128 FRequentiſſimum hoc nomen, *Atrij interioris*, 3. Reg. 6. 36. Ezech. 10. 3. & 40. 19. 23. 27. 28. & 42. 3. & 43. 5. & 44. 17. & ſæpe alibi apud eundem Prophetam: appellatur verò *Atrium ſacerdotum*. 2. Paralipomen. 4. 9. Atque hoc cum altero atrio Iſrael, frequentiſſimè nominantur *duo atria*, aut multitudinis nomine, *atria Domini*, 4. Reg. 21. 5. & 23. 12. 1. Paralipomenon. 28. 6. vbi cura ædificandi atria ſimul cum ipſa domo Domini, ex Dei nomine commendatur Salomoni, & verſ. 12. dicitur cogitatione & reuelatione fuiſſe accepta diuinitus Dauidi. Sed *Atrium interius*, vt pote Leuiticum, & vicinus ſanctuario, ſacratius fuit; eius tamen ratio & fabrica non valde apud interpretes explorata & conſtituta. Ergo illuſtranda nonnullis quæſtiunculis.

Sed priùs tamen ſtatuenda menſura huius atrij, quæ videtur definiri ab Angelo, Ezech. 40. 47. *Menſus eſt atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum; & altare ante faciem Templi*: loquitur enim ibi de atrio interiori: & colligitur neceſſariò ex dimenſionibus atrij Iſrael, eſſeque omnino media inter vndecim areas quadratas centenum cubitorum, quibus vniuerſa area atrij Iſrael diuiditur.

Menſura atrij interioris.

129 Iam ergo primò quæritur, quo termino aut muro hoc atrium limitatum fuerit. Prima & frequentiſſima interpretum ſententia, hoc atrium diuiſum & definitum fuiſſe muro quodam humili diuidente ſacerdotes à laicis, tres tantùm cubitos alto, ita vt laici videre poſſent ſacerdotes & ſacrificia. Sic aſſerit Gloſſa ordinaria, quæ affert Bedam lib. de Templo cap. 16. Petrus Comeſtor 3. Reg. cap. 14. Richard. quamuis hic multo inferiorem efficiat hunc murum, vt ſtatim dicemus. Dionyſius, Hugo, Iſidorus Clarius 3. Reg. 6. vbi Abul. q. 21. Noſter Ribera lib. 1. de Templo c. 16. Barradius Tom. 2. Concord. lib. 3. cap. 27. Azorius lib. 6. cap. 53. quæſt. 4. Emanuel Sa 3. Reg. fauet Caietanus inferiùs adducendus, & ex parte etiam Salmeron. Tom. 1. Prolegom. 42. Ac ne quis exiſtimet hanc ſententiam tantummodo eſſe Latinorum, ac non valde antiquorum, quos recenſuimus: ſciat etiam fuiſſe Græcorum antiquorum, Theodoreti, atque Procopij. quorum ille 4. Reg. q. 22. in hæc verba ſcribit: *Quomodo interna (videlicet Sancta, & Sancta Sanctorum) erant bifariam diuiſa, ita etiam quæ erant ſub dio: ex ijs enim erant alia quidem omnium populorum: alia verò erant deſtinata Sacerdotibus & Leuitis. Hos autem ab illis arcebat ſeptum non admodum altum. Habebat autem ea quoque ſeparationes eorum qui erant intus, ne extrinſecus cernerentur ſacrificiorum operatio.* Procopius autem paulo diuerſus: *Quemadmodum templum in duas partes diſtinctum fuit, ita etiam ὕπαιθρα, hoc eſt, loca ſubdialia. In quorum altero quidẽ omnis populus ingredi poterat; in alterum autem Leuitæ duntaxat & Sacerdotes. Hos autem paries vel ſeptum non altum ab illis arcebat, ita vt ſeminꝰ foris ſacrificiorum oblationẽ ſpectare poſſent. Per tres autem ſtructuras, trabes: quæ parietes continet cedrus intexit.* Vbi vides à Theodoreto & Procopio aſſeri, hoc atrium apertum & ſubdiale, rurſus à Theodoreto minimè expoſitum vulgi proſpectui; à Procopio verò patens populo ſpectanti ſacrificia.

Quis murus limitaneus atrij Iſrael. Gloſſa. Beda. Comeſtor. Richardus. Dionyſ. Clarius. Ribera. Azorius. Abulenſis. Theodor. Procopius.

Atque vt ſemel ex eorum auctorum ſententia hoc atrium deſcribamus, conſtituunt plateam quandam magnam ex parte Orientali, quæ breui muro cingebatur, conſtante *tribus lapidum politorum ordinibus, & vno lignorum Cedri*. In lapidibus autem diſponendis triplici ordine triplex quoque eſt varietas, nam Caietanus, quamuis diuinare non audeat; tamen inquit;

Deſcriptio muri atrij Leuitici ex ſi quenti ſententia. Caietanus.

Si planum erat atrium, facile eſt intelligere, hos quatuor ordines fuiſſe tanquam ordines ſubſelliorum hinc & inde: tres quidem pro populo, quartum autem pro optimatibus ex lignis Cedri, Quæ eſt explicādi ratio improbabiliſſima. Neque enim nomen *ædificij* ſoli illi lapidum vel ſubſelliorum diſpoſitioni rectè conueniret: neque item ſatis videretur atriū ſacerdotum à vulgo diuiſum. Richardus verò intelligit tres lapidum ordines, *duo ſuperficie alium, & tertium interiacentem*. Ergo diſponit tres illos ordines in latum, ita vt ſeptum illud tantum eſſet vnius cubiti altitudinis. Quæ item ſententia minùs idonea videtur, neque ſatis pro dignitate diuidere atrium ſacerdotum à reliquo vulgo.

Richardus.

Tertia fere omnium aliorum expoſitio, vt tres illi ordines altitudinem efficerent trium cubitorum, quæ eſt Bedæ, Comeſtoris, Abulenſis, Nicolai, Dionyſii, Vatabli, Iſidori, & poſteriorum. Quamquam neque ſic omnino inter illos ſedata controuerſia. nam quidam tribus illis lapidum ordinibus, è tribus cubitis, quartum ordinem, & quartum cubitum lignorum Cedri imponunt. Alij imponunt quidem, ſed ita, vt ordo lignorum cum lapidibus non excedat altitudinem trium cubitorum, quæ eſt fere cōmunis opinatio; at verò Comeſtor, Abulenſis Richardus Dionyſius, Hugo, dicunt ordinem lignorum conueſtiuiſſe murum ex parte interiori.

Beda. Abulenſis. Comeſtor. Richardus.

Et quia peculiares huius atrij circumſtantiæ, & ornamenta, quæ afferunt Abulenſis, Dionyſius, Hugo, acceptæ ſunt à Magiſtro Hiſtoriarum; Magiſter verò ex aliqua Hebræorum traditione accepiſſe videtur, præſtat ex illo pauca deſcribere: *Pauimentū* (inquit) *vario marmore ſtratum erat, & diuerſis imaginibus venuſtatum hoc atrium cingebat murus breuis in altitudine tantum trium cubitorum: & erat vnus cubitus lapidum vnius coloris, ſecundus lapidum alterius coloris, & tertius tertij coloris, intus autē erat veſtitus cedro. ad hunc ſe appodiabant Pſalmiſtæ, & conuerſi ad populum loquebantur. In eodem muro ſtabant columnæ æquis interuallis diſpoſitæ populum extra ſtantem ad legem ſanctimoniæ præmonentes, aliæ litteris Hebræis, aliæ Græcis, aliæ Latinis, & ne in locum ſanctum tranſirent, prohibentes. Vnum ſolum habebat introitum ab Oriente viginti quinque cubitorum ſine foribus. Vſque ad hunc introitum aſcendebant viri, & mulieres per quatuordecim gradus deferentes oblationes ſuas ad miniſtros ſibi occurrentes, nec licebat eis, niſi in quibuſdam caſibus, vlterius tranſire.*

Hebræorū traditio.

Hæc tamen qualiacumque ſunt, tum ipſa huius tricubitalis ſepti excogitatio. has quæ ſequūtur probationes habent. Prima, quòd non aliter videatur poſſe intelligi locus 3. Reg. 6. 36. *Ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum Cedri*. Secunda, quod videatur res eadem diſertis verbis ſcribi à Ioſepho 8. Antiq. c. 2. *Circumdedit* (inquit) *tēplo ſeptum quoddam trium cubitorum altitudine, quod noſtra lingua Giſon vocamus, excluſionum profanam multitudinem, & ſolos ſacerdotes admiſſurum.* Videtur itaque tres illos ordines interpretari, tres altitudinis cubitos. Nihil prætere a affetūt quod pro ſe faciat.

Ioſephus.

131 *Villalpād.*

At vero Villalpandus, aut ridet, aut ringitur, & grauius ſtomachatur aduerſus hanc ſententiam, quam proculdubio pauciorum eſſe, ac minùs antiquorū, exiſtimauit: ergo ſuadet reijciendam, & meritò; tum ab incommodo; nam valde incommoda eſſet ſacerdotum ſtatio illa ſubdialis omnibus cœli iniurijs expoſita. Præterea quoniam ſi illi tres lapidum ordines trium cubitorum quidquam efficerent, probarent ſimiliter murum ambientem atrium Iſrael, atque cæteras altiſſimas ædificii partes, non amplius quàm tres cubitos altas fuiſſe. Similiter enim non de porticu & de atrio Iſrael atque de atrio ſacerdotum ſcribitur 3. Regum 7. 12. *Atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis, & vnius ordinis de dolata cedro: nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus:* quorum murum & ambitum fuiſſe tantùm triū cubitorum incredibile eſt. Tandem quoniam certò videtur ex ſcriptura colligi in circuitu atrij ſacerdotum fuiſſe exbedras, id eſt, cubicula ſacerdotum, theſauros, cænacula, atque manſiones alias & domicilia ad vſum, tum miniſtrorum, tum ipſius templi, ſicut ſcriptum eſt 1. Paral 28. 12. *Dedit Dauid Salomoni deſcriptionem porticus & templi, & cellariorum, & cænaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum, & exhedrarum per circuitum, in theſauros domus Domini, & in theſauros ſanctorum. diuiſionumque Sacerdotalium, & Leuiticarum in omnia opera domus Domini, & in vniuerſa vaſa miniſterij templi Domini.* & apothecæ etiam, & Gazophilacia omnium fructuū commemorantur 2. Eſdr. 10. 37. 38. 39. quæ omnia nulla ratione conſtare poſſent, ſi hoc ſacerdotum atrium ſubdiale fuiſſet, ac non altiori quàm tricubitali ſepto munitum.

132 Ergo proculdubio videtur propter vrgentiſſima Scripturarum loca hoc atrium eadem ædificii ratione muniendum, & cingendum, qua atrium illud Iſraelis, & qua reliquæ huius ædificii partes; ita vt porticus & columnationes habuerit triplici columnarum ſerie, ex tribus ordinibus lapidum politorum, & præterea vno ordine lignorum cedrinorum, quibus ſinguli columnarum ordines colligabantur, diſtinctas.

Atrij Leuitici ſeptum eiuſdem altitudinis cū reliquo ędificio.

Quod ſic exponendum. Tres erant contignationes, ſeu trabeationes templi, ſeu dicas tres ordines, nos dicimus, *tres altos, o tres ſuelos*. & ſanè vox illa originalis ſignificans *ordinem Tir, aut Tur*, ordinem propriè ſignificat; deinde etiam palatium, ædem, propugnaculum, caſtellum, domum, porticum, aut quodcumque aliud ædificium ordine partium diſpoſitū. neque eſt quòd hac in re ſe maceret Villalpandus. neque quòd refugiat admittere, vocem originalem ſignificare ſimplicem aliquem rerum, aut lapidum ordinem, quales in Rationali. Exod. 28. *Pones in eo quatuor ordines lapidum:* & 3. Reg. 7. *quatuor ordines columnarum cedrinarum*. Ergo nunc cùm atrium interius Leuiticum dicitur habuiſſe *tres ordines lapidum politorum*, ſignificabit tres columnationes, vnam alteri ſuperſtructam & quaſi tres porticus, ſeu triplicem porticum. *tres hileras como de corredores, en tres altos, o tres ſuelos, de columnage.* ſicut Ezechiel. 42. 5. exponitur, *erant Gazophilacia in ſuperioribus humiliora: quia ſupportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij*. Sed ita tamen videntur hi tres ordines lapidum, vel columnarum diſpoſiti, vt quamuis ordo inferior columnarum nulla habuerit gazophylacia, ſed fuerit totus in poſtes & columnas tributus, & perflabilis vndequaque; tamen ordines ſuperiores nempe medianus & ſupremus, ſuas habuerint frontes columnationibus inſtructus cum ſumma ſymmetria & pulchritudine, & cum ex proportione, quā Vitruuius

Ordo lapidū quis. & quomodo. טיר טור

Villalpād.

Proportio colũnarum inter ſe. Vitruuius. Kaldæus.

truuius exigit lib.5.c.1. vt *columnæ ſuperiores quarta parte minores, quàm inferiores conſtituantur*. Ergo hi videntur fuiſſe *tres ordines lapidum politorũ*, ſiue vt Kaldæus legit, *tres ordines lapidis boni*, nimirum ex marmore Pario, candidiſſimo, ſectato, politiſſimo atque terſiſſimo.

133 Porro quod additur, *& vno ordine de dolata cedro*, iuxta commodam diſtributionem accipiendum eſt, vt vnus ordo trabium cedrinarum ſingulis lapidum aut columnarum ordinibus imponeretur. non enim ob aliud dixit Vulgatus, *vnus ordo*, quàm quòd ordo in originali eſſet numeri ſingularis, ita vt ex verbo legas, *Tres ordines de lapide, & ordo trabium*. quæ numerorũ permutatio, ſingularis pro plurali, aut è conuerſo, pluralis pro ſingulari, & conſtructio numeri ſingularis cum nomine plurali, aut è conuerſo, frequens eſt Hebræis & exemplis demonſtrata à Pagnin.lib.2.Inſtitut.Hebr.c.4. Globus Canon. li 3.c.3. Bellarm.c.3. vbi de numeris nominum. Et qui Scripturæ phraſes tradunt: atque in noſtris nos commentarijs paſſim. Sicut igitur Textus originalis dixit, *tres ordines lapidis*. cùm intelligatur, ordines non vnius lapidis, ſed lapidum, ita è contrario dixit, *ordo trabium*, aut lignorum, cùm eodem ſenſu potuiſſet dicere, ordines trabium. Quod lucem capiet ex templi inſtauratione ſimili ſtructura 1.Eſdr.6.3.4. *Cyrus rex decreuit, vt domus Dei ædificaretur, & vt ponant fundamenta ſupportantia altitudinem cubitorum ſexaginta, & latitudinem cubitorum ſexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & ſic ordines de lignis nouis*. qui ordo idem fuit, qui in templo Salomonico, quamuis menſura minor.

Numerorũ permutatio. Pagninus. Bellarm.

Ex dictis reſponſum eſt ad primã prioris ſententiæ probationem. Ad ſecundum verò Ioſephi reſpondebitur ex ſubijciendis.

Ioſephus.

134 Secunda quæſtio, an Atrium ſacerdotum circum iectum fuerit templo, id eſt, ex omni parte templum cinxerit. Prima ſententia tantùm agnoſcit plateam quandã magnam & quadratam ad Orientalem templi partem, neque templi cinctum eiuſmodi atrio ex alijs partibus. Sic aſſerit Abulenſis loco citato q. 21. quem ſequitur Ribera lib.1.cap.16. & fere Barradas citatus cap.27. Et probari poteſt, quoniam cùm hoc atrium Leuiticum potiſſimùm ſeruiret ſacrificijs offerendis, quæ non niſi ante faciem templi Orientalem offerebantur, non videtur atrium alia parte quàm ex Orientali templum cinxiſſe.

Atrium ſie nitcum an cingeret Oraculum. Abulenſis. Ribera. Barradas.

Verior ſententia.

Sed frequentiſſima eſt omnium aliorum interpretum ſententia, fuiſſe hoc atrium ex omni parte circumiectum templo, & oraculo. quòd aſſerunt Caſſiodorus, Beda, Eucherius, Petrus Comeſtor, Nicolaus, Dionyſius, Hugo. id quod confirmari videtur ex illo Ioſephi ſepto, quod ſuperius dicebat tres cubitos altũ per quatuor partes templum cinxiſſe. Erat enim peribolus, qui quadratam aream atrij ſacerdotum centenorum cubitorum ambiebat, & ex parte Meridionali, Orientali & Aquilonari vulgus ſeparabat à ſacerdotibus, prohibebàtque aditum; tum etiam præbebat opportunitatem cubiculis & manſiunculis circa atrium; ex parte verò Occidentali verſus templum ſimplex erat peribolus, quo interiecto inter atrium ſacerdotum & veſtibulum templi, remanebat platea lata viginti cubitorum, quæ porrigebatur ex omni parte circa templum, id eſt, circa ſanctuarium eadem latitudine; propter quod dicitur Ezech. 42.10. fuiſſe *peribolum atrij in faciem ædificij ſeparati*, Et

Caſſiodorus Beda. Eucher. Comeſtor. Nicol.

A inferiùs, fuiſſe *gazophylacia ex omni parte ædificij ſeparati*, quia nimirum ſicut in atrio illo quadrato centenorum cubitorum ex peribolo in craſſitudine muri porticus infimæ primi ordinis lapidis politorũ efficiebantur cubicula & gazophylacia; ita etiam vlterius circa omnem partem templi circumiecta erant peribolus & gazophylacia, interiacente platea; ita vt à primo pariete vel peribolo atrij ſacerdotum Orientalis vſque ad extremum Occidentalem à tergo ſanctuarij eſſent ducenti quinquaginta cubiti, latitudo autem nunquam maior quàm centum cubitorum, à peribolo Meridionali, vſque ad Aquilonarem; & à ſingulis lateribus vſque ad parietem domus viginti tantùm cubiti ſubdiales: Sed hæc
B prolixiùs perſequitur Villalpandus non vno loco; atque operæ pretium eſſet in vnum locum, quæ rem vnam tangunt, cum perſpicuitate & lumine conferre. Locum illum viginti cubitorum indicauit prætereа Ezechiel.c.41. verſ.10. *Inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique*. Sed addit ſtatim hunc fuiſſe locum orationi deſtinatum: *oſtium lateris ad orationem, & oſtium vnum ad viam Aquilonis, & oſtium vnum ad viam Auſtralem; & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu*. Sed an hi quinque cubiti ſpacij ad orationem fuerint deſignati, & definiti in illa platea viginti cubitorum, quæ vniuerſam domum cingebat, an verò vlteriùs circa ipſam domum in interſti-
C tio duorum murorum quibus cingebatur, non omnino conſtat. In hoc medio ſpatio vicenorum cubitorum inter peribolum atrij, & veſtibulum domus, ſolebant ſacerdotes orare, ſicut ſcriptum eſt Ioel.2.17. *Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicent: parce Domine parce populo tuo*, &c. Quo atrij loco impijſſimè profanato abuſi ſunt, quos Ezechiel. notat. cap. 8.16. *Introduxit me in atrium domus Domini interiùs: & ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulum & altare quaſi viginti quinque viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum ſolis*. Reſpondet verò ſupplicium tanto ſceleri, quia loco orationis abuſi ſunt: *Non par-*
D *cet oculus meus, nec miſerebor, & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos*.

Villalpãd.

Locus orationi deſtinatus.

In hoc atrio quatuor portas conſtituit Montanus, ſed nunquam ille Occidẽtalem inueniet, neque aperiet; vt cuius nulla fiat in ſacris mentio, ſed tantùm Orientalis, Meridionalis, Aquilonaris, Ezech.40.28.32. in quibus portis erant ſeni thalami pro ianitorum cuſtodia, & manſione. In gazophylacijs autem lateris Aquilonaris erant ſacerdotes cuſtodiẽtes ignem perpetuum altaris. Leuit.6.12.13. de quo Ezech.40.46. *Gazophylacium, quod reſpicit viam Aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubant ad miniſterium altaris*. pro-
E prié in Hebr. & kald. *qui cuſtodiunt cuſtodiam altaris*. Ex quo ſuas cuſtodias Veſtalis ignis mutuata eſt deluſa antiquitas.

135 Quæ atrij portæ. Montanus. Nulla porta Occidentalis.

Cuſtodes ignis perpetui altaris.

---Vigilemque ſacrauerat ignem
Excubias diuum æternas ---.

Virg.4. Aeneid.

Quod quidem munus fuit maximè honorificũ in Salomonis templo, vt quod filijs Sadoch, qui vnxit Salomonem in regem, demandatum fuerit, ſicut dicitur eodem loco Ezechielis: *Iſti ſunt filij Sadoch*, &c.

Gazophylacium autem cantorum erat ad partem Orientalem, verſus meridiem. eodem loco Ezechielis.

Porro

Porto in media illa quadrata area erat *Altare holocauſtorum*, de quo Ioſeph. 8. Antiq. cap. 2. *Altare aneum ſtatuit ante templum contra ianuam, vt ea aperta ipſum eſſet in conſpectu, & ſacra miniſteria cernerentur, & ſacrificiorum magnificentia* Cùm autem ait, aperta porta cerni potuiſſe ſacrificiorum magnificentiam, fortè intelligit portam Orientalem quæ præcipua erat; & nomine portæ abſolutè intelligebatur. Vel intelligit quamlibet portam tam atrij interioris, quàm atrij Iſrael, & atrij gentium. Cùm enim fortè omnes ſibi è directo reſponderent, potuit in media illa area atrij ſacerdotum ita altare holocauſtorum conſtitui, vt ex parte Meridionali, Orientali, & Aquilonari poſſet ſacrificiorum magnificentia cerni, etiam ex atrio gentium, niſi graduum, quibus atrio in atrium aſcendebatur, humilitas obſtitiſſet.

136 *Ioſephus.*

Porta; nomen de Orientali.

Altaris Salomonici magnificētia.

Et quidem altare fuit peculiare Salomonis opus, magnificentius illo Moſaico, & quod peculiariter ſibi à Deo demandatum, prædicat ipſe Salomon Sap. 9. 8. *Dixiſti me ædificare templum, & altare ſimilitudinem tabernaculi tui, quod præparaſti ab initio*, &c. cùm enim altare Moſaicum eſſet longum & latum quinque cubitos, altū tres; Exod. 27. 1. at Salomonicum habuit viginti cubitos latitudinis, totidem longitudinis, decem altitudinis, 2. Paral. 4. de cuius forma & fabrica diligenter Villalpand. in cap 40. Ezech ſuo cap. 45. & in c. 43. ſuo c. 75. 76. 77. & an gradus aliquos habuerit, per quos ad altare aſcendebatur, ſuo c. 78. & 79. eruditè & preſsè, & ſuo cap. 80. vſque ad 84.

Villalp.

Mare æneū.

Fuit item in hoc atrio *Mare æneum*: de quo & de eius vſu ad lauandum pedes & manus ſacerdotum, déque eius materia & pondere, atque magnitudine idem Villalpandus ſuo cap 38. lib. 5. Sed præterea ex ſuo Miſnaioth tres alios puteos in hoc atrio conſtituit Montanus, neque certò ſtatuit an à Salomone effoſſi fuerint; quamquam exiſtimandum ſi nihil à Salomone prætermiſſum, neque à Dauide, immo & à Deo, vniuerſas templi particulas minutatim deſcribente. Duos itaque dicit aquas aliunde hauſtas conſeruaſſe ad vſum ſacrificiorum; tertium verò pertuſo canali per montem vſque ad torrentem pertinuiſſe, per quem ſanguis cum aqua elutus deflueret.

Villalp.

Montanus.

Tres putei in atrio Sacerdotum.

XXII. Domus Domini.

137 *Quæ oraculi appellationes & veſtibulum.*

138 Templum *vnde dictum in Hebræo. Cur eo nomine vocentur Sancta.*

139 Oraculum *vnde dictum, & quomodo à Sanctis diuiſum. Et quæ illius menſura, atque fundamenta. Explicatus locus Paralip. Angelus reſpondens in Oraculo.*

140 *Tres domus Dei partes ſuis nominibus & notis diuiſæ. Illuſtrati Ieremias & Zacharias.*

141 *Quanta oraculi altitudo.*

142 *An vlla feneſtra oraculi. Verior ſententia negans. Tenebræ oraculi ad ſanctitatem & dignitatem. Nulla tabernaculi Moſaici feneſtra.*

143 *Quid in circuitu oraculi, & quæ interiora ornamenta.*

144 *An duplex in oraculo area. Exploſa Montani opinio.*

145 *An domus exterior feneſtris inſtructa.*

146 *Thuribulum aureum an idem cum altari thymiamatis. An hoc nouum à Salomone conſtructum. Certa ſententia aſſerens.*

147 *An altare aureum Moſaicum cōſtitutum intra oraculum, & ad quem vſum.*

HAEc, vt pars totius fabricæ potiſſima, & propter quam omnia atria, & circumſtantia ædificia conſtructa fuiſſent, tum minutatim deſcribitur in ſacra hiſtoria, tum proprio & peculiari nomine appellari ſolet *Domus*, aut *Domus Dei*, aut *Domus interior*, aut *Templum*, *Sanctuariumve*. Sed tres potiſſimū partes in illa diſtinguendæ, quæ vt ſuis notis, mēſuris, vſibus ſeparantur; ita etiam paucis à nobis attingendæ. 137

Ergo ingredientibus vltra veſtibulum, quo ex parte Occidentali claudebatur quadrata area atrij ſacerdotalis, & poſt plateam illam viginti cubitorum inter veſtibulum & altare, de qua diximus, erat *Veſtibulum*, quod Hebraice vocatur *Ealam*, ſiue *Vlam*, à vulgato verò *Porticus*, 3. Reg. 6. 3. 2. Paral. 3. 4. ſiue *Veſtibulum* Ezech. 40. 49. à Symmacho verò dicitur Propylæum, id eſt, templi aditus, ſiue quod ante portam eſt: & Hieronymus Ezech. 8. putat exprimi poſſe, *veſtibulum atrium, quod inter templum & altare erat*. Huius longitudo erat *viginti cubitorum iuxta menſuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi*. Ezech. 41. 4.

אלמאול

Veſtibulū.

Hieronym.

Poſt veſtibulum erat ea pars quæ ſtrictiſſimo nomine appellatur templum, quod Hebraicè dicitur *Hecal*, à Latino autem frequenter vertitur *Templum*; cùm de *domo Dei* dicitur; cùm verò de alijs profanis ædificijs, vel ædibus dicitur, *palatium* 3. Reg. 21. 1 4. Reg. 20. 18. Iſai. 39. 7. Daniel. 1. 4. Et *domus* Pſal. 44. 9. & *ædes regia* Prouerb. 30. 28. cùm verò dicitur de templis idolorum, vertitur *delubrum*, Iſa. 13. 22. Ioel. 3. 5. Oſee. 8. 14. Numquam ergo dicitur niſi de amplìſſimo, atque regali ædificio. Cur autem hæc vox tribuatur huic mediæ Templi parti, potiùs quàm Sancto ſanctorum, aut veſtibulo, vera & genuina ratio non liquet. Marinus dicit fuiſſe hanc partem nobiliorem. Sed non, credo, dicet nobiliorem Sancto ſanctorum. Illud certum, hanc partem fuiſſe ampliorem alijs duabus, id eſt, veſtibulo & Sancto ſanctorum: & fortè propter amplitudinem inſtar regalis palatij hoc nomen obtinuit. vt indicarunt Pagnin. & interpres Concordant. R. Mardochai, poſt R. Dauid. Nam quod alij deducunt a radice *Iacal*, quod eſt, præualere, quod in ſuo palatio regali Rex præualeat, & ſimiliter Deus in ſuo templo, tanquam in aula peculiarem ſuæ maieſtatis præſentiam ac potentiam exhiberet, declararetque, frigidum eſt: non enim potiùs peculiariter ſe præſentem exhibebat Deus in Sancto, quam in Sancto Sanctorum. Quod alius potius refert ad *Calah*, quod eſt conſummare, aut perficere; quod ea pars eſſet ornatiſſima, & perfectiſſima, & ad miraculum ſplendida, non omnino abſonat. quippe intima pars oraculi obſcura erat, & ſine feneſtris. Denique hæc pars proprio & peculiari nomine appellatur Sancta, quæ Ezech. 41. 2. eſt *longa quadraginta cubitos, & lata viginti*: quod etiam exprimitur 3. Reg. 6. 17. *Quadraginta cubitorum erat ipſum templum* (Hecal) *profo-*

138

היכל

Teplum vnde dictum.

Cur nomē Templi potius dictum de Sancto, quā de Sancto ſanctorum.

Marinus.

Pagn. & alij Hebraizantes.

Forſt.

יכל

Mercer.

Auenar.

כלה

Sancta.

ribus

ribus oraculi. Porro Templi Latinum nomen, A quod & à *tuendo*, id eſt, ab aſpiciendo, vel à curando, dictum eſt, vt Varro ait egregiè in illam Dei domum quadrabat, quam Deus apertis oculis, vt Salomon precabatur intuebatur, & propitius etiam ad eam confugientes, tuebatur.

Templum dictū à tuēdo. Varro.

139 Intima verò pars: Hebraicè vocatur *Debir*, à *Dabar*, quod eſt loqui. q. d. *oraculum* vbi Deus loquebatur, & oracula reddebat: quam vocem Hieron. Epheſ. 2. fine interpretatur *oraculum, ſiue reſponſum, ſiue loquutorium*. Nam & verè loquebatur Deus ex arca, vel propitiatorio, id eſt, vere audiebatur vox, ſicut ſcriptum eſt Num. 7. 89. *Cùm ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret Dominum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio*. Et Chryſoſt. orat. 3. contra Iudæos: *Si quando* (inquit) *cognoſcendum erat aliquid, ex propitiatorio, vox quapiam è media Cherubin prodibat, prædicens futura*. Idémque agnoſcit Abulenſis q. 22. in cap. 25. Exodi, & q. 29. & Leuit. 1. q. 4. quibus locis adſtruit, vocē illam formatam fuiſſe in corpore aereo denſato aſſumpto ab Angelo, & inſidente in propitiatorio, operto que alis Cherubinorum expanſis, de quo loco reddebantur oracula. Hæc propriè pars Sanctuarium, Sancta ſanctorum, & locus ſanctiſſimus vocabatur erátque. Et à Paulo tantum dicitur *Sancta*. Hebr. 13. 11. ſicut & à Moyſe Leu. 10. 18. ſed triplici nomine inſignitur 3. Reg. 6. 16. *Fecit interiorem domū oraculi Sanctum Sanctorum*.

Hieronym. Oraculum vnde dicatur. דְּבִיר *Angelus loquens de Propitiatorio. Abulenſ. Varia Oraculi nomina.*

Porro pars hæc muro quodam ſeparabatur à C *templo*, id eſt, ab *Hecal*. de cuius tum craſſitudine tum altitudine dubitatur apud interpretes. nam Hebræi apud Nicolaum, Ezech. 41. 3. dicunt fuiſſe craſſum tres cubitos; at ipſe Nicolaus cum R. Salomone, immo cum ipſo Ezechiele, eo loco, duos tantùm tribuit craſſitudinis cubitos. Vſus enim illius non maiorem requirebat. Villalpandus eigidè exigit ad menſuram duorum cubitorum cum dimidio; quamquam ea menſura nunc poſſit comprehendi numero duorum cubitorum, nunc trium. Indicari autem ab Ezechiele 41. 3 cùm ait. *Introgreſſus intrinſecus menſus eſt in fronte porta duos cubitos*, vt eo loco agnoſcit Iſidorus Clarius.

Murus oraculi. Nicolaus. Villalpād.

Altitudinem verò Petrus Comeſtor. 3. Reg. D 10. definit viginti cubitorum, vt decem alios cubitos. vſque ad tectum oraculi non impleret, ſed fumus aromatum de altari athymiamatis, quod erat in templo, vtramque partem domus impleret & peruagaretur. Sed ſanè, & ad dignitatem loci, & ad pulchritudinem pertinet, vt vniuerſam oraculi frontem murus ille impleret, quem fuiſſe cedrinum, & pretioſis lapillis diſtinctum, colligunt nonnulli ex voce originali, quo murus ille appellatur apud Ezechielem, *Tarbeſiu*, quod genus eſſe lapidis pretioſi voluit Hieronymus. Obſeruat verò Iſidorus Clarius Ezech. c. 41. ex Hebræorum traditione, quod nominatim ſcribit R. Salomon in Commentarijs, Parietem hūc E tantùm fuiſſe in templo Salomonis, non verò in templo ſecundo, ſed illius loco fuiſſe velum. id quod potiori iure cenſeri poteſt de templo Herodian, cùm iam inſtabat *propalatio Sanctorum* diſrupto velo in Chriſti morte. Nondum enim ſatis propalata viderentur Sancta, ſi ſciſſo velo adhuc interiectus partes Sancti ſanctorum conſpectum prohiberet: & ita Paulus Heb. 6. 20. Sancta ſanctorum vocat *interiora velaminis*. & de tabernaculo teſtimonij, vel templi Domini, ſic ſcribit Origenes, Hom. 9. in Leuit. *Duplex ædes eſt tabernaculi, vel templi Domini: prima, in qua altare holocauſtorum, &c. ſecunda, interior eſt, ſolo ab hac diſcreta velamine*.

Iſidorus. Comeſtor. Altitudo Oraculi. Murus cedrinus altus viginti cubitis. בְּרשׁ יָסִין *Hierony. R. Salomō. Nullus murus Oraculi in ſecundo Tēplo. Origines.*

A De ipſa verò interiori aula dicitur 3. Reg. 6. 19 *Oraculum in medio domus, interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam Domini*. menſura verò ſtatim ſubiungitur; *Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos altitudinis*. & 2. Par. 3. 8. *Fecit domum Sancti ſanctorum, & longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti: & latitudinem ſimiliter viginti cubitorum*. vtramque autem partem, id eſt, mediam & intimam, quæ frequenter appellatur domus, metitur ſimul ſacra hiſtoria 3. Reg. 6 2. *Domus quam ædificabat rex Salomon, habebat ſexaginta cubitos in longitudine*. Ex quibus quadraginta ſunt, aulæ ſanctæ; viginti verò, oraculi.

Menſuræ oraculi.

B De hac verò menſura illud peculiare addit liber Paral. 2. 3. 3. *Hæc ſunt fundamenta, quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in menſura prima ſexaginta, latitudinis viginti*. Quid autem eſt menſuras longitudinis & latitudinis iactas fuiſſe in *prima menſura*, ſiue in priori dimēſione? certè placet Vatabli reſponſio & expoſitio: *Hæc dicit quòd iacta ſunt fundamenta hecal, & debir. q. d. quando deſcripſerunt prima fundamenta, non ſeparauerunt adytum, ſiue oraculum à templo, id eſt, hecal, ſed poſtea ſeparauerunt, ac poſtea dederunt dimenſionem, templo ſuam, & oraculo ſuam: Vna deſignatione deſignarunt primum fundamenta duarum primarum partium templi, nempe hecal & debir, quæ fuerunt ſexaginta cubitorum. Cæterum ex LX. illis* C *cubitis, XX. oraculo, & XL. templo attributi ſunt. Templi longitudo ſpectatur ab Occidente ad Orientem: & latitudo à Septentrione ad Meridiem*. Quia verò craſſitudo illa muri interiecti diuidentis ſanctum à Sancto ſanctorum, poterat perturbare longitudinem illam ſexaginta cubitorum, debent neceſſariò illi duo cubiti includi in quadraginta cubitis Sancti, vel in viginti Oraculi, vel partim in vno, partim in alio; non enim ideo non erunt abſolutè viginti, aut quadraginta.

Fundamenta Sācti ſanctorū quomodo iacta. Vatablus.

140 Has tres domus Dei partes ſuis proprijs adpellationibus indicat ſeparàtq; ſacer textus 3. Reg. 6. 3. nam quod ibi nos habemus; *Porticus erat ante templum*, propriè eſt in Hebræo *Porticus*, (viam) D *ante templum* (Hecal, domus.) diſtinguuntur itaque, veſtibulum, templum, domus. Tom præterea Hebræi. poſt R. Ioſeph, quorum coniecturam probare videntur Complutenſes in Lexico, propter has tres huius ædificij partes, volunt ter repetitum apud Ierem. 7. 4. *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini eſt*. Ad quod fortè alluditur Zachar. 6. 12. 13. 15. Cùm de Eccleſia ædificanda à Chriſto ſub Templi nomine dicitur; *Ipſe ædificabit templum Domino; & ipſe extruet templum Domino, & qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini*. Sed vt hæ coniecturæ non omnino reſpuendæ, ita non valde E ſolidæ, neque magnopere faciendæ, cùm alia firmiora Scripturarum teſtimonia ſuppetant.

Tres Tēpli partes proprijs appellationibus diſtinctæ. R. Ioſeph. Cōplutēſes. Cur ter repetitū Tēpli nomē.

141 Porro de altitudine oraculi ingēs difficultas, & nunquam ſatis ſedata inter interpretes cōtrouerſia. Nam 3. Reg. 6. 20. ſcribitur oraculum habuiſſe *altitudinis viginti cubitos*, at verò eodē loco ver. 2. dicitur *tota domus habuiſſe triginta cubitos in altitudine*. de quo legendi noſtri Ribera lib. 1. de Templo cap. 6. Barradas to. 2 lib. 12. ca. 13. Azor lib. 6. c. 52. Villalpandus in Ezech. ca. 41. ſuo cap. 12. His nihil habeo quod addam, ſed neque qd detraham de Scriptoribus diligētiſſimis. Id ſanè

Altitudo Oraculi. Ribera. Barrada. Azor. Villalpād.

videri

videri poteſt in ea controuerſia veriſſimũ & opportuniſſimum ad cõciliandum, oraculum fuiſſe omni ex parte quadratum intrinſecus, at extrinſecus ornamento aliquo adiecto, vel aliqua alia ratione aſſurrexiſſe ad altitudinem triginta cubitorum in quod inclinat Azorius. vel muros oraculi & domus fuiſſe altitudinis viginti cubitorum; ſed illis impoſita fornix cedrina tam in oraculo quàm in templo, quæ cœlorum, vt poterat, formam, atque rationem imitabatur, ſupra muros addebat decem alios altitudinis cubitos quod acutè & ſolidè videtur oſtendere. Villalpandus. Aliorum reſponſiones & conciliationes vel Rabbinicæ ſunt, vel non ſatis difficultatis faciunt.

Elucidatio controuerſiæ. *Villalpan.*

142 Sed, vt ordine retrogrado de his ipſis domus Dei partibus, & ornamentis aliquid dicamus; oraculum ſiue domus interior non videtur habuiſſe feneſtras: quod diſertis verbis affirmat Abulenſis Leuit. 1. q. 4. quamquam enim ea de re cõtrouerſia ſit, & iam in domo exteriori quàm in interiori à pleriſque collocentur, eo quòd cũ 3. Reg. 6. 4 dicitur; *Fecit in templo feneſtras obliquas* in originali non ſit *becal*, id eſt, domus exterior, ſed *bayth*, id eſt, *domus*, quæ ſimpliciter & nullo addito, accipitur pro interiori; ſicut Lxx. legerunt: *Fecit domus feneſtras*: Sed tamen cũ certum ſit, ex originali. 3. Reg. 6 3. 4. & 2. Paral. 3. 8. nomen *domus* aliquando pro vtraque domo interiori, & exteriori aliquando verò pro altera tantùm ſumi; certè Latinus interpres conſultò dixit: *Fecit in templo feneſtras*. vt eam partem indicaret, quæ *Templi* nomine ſignificata feneſtris & lumine indigebat; non verò domum interiorem, quæ neque feneſtris, neque lumine indigebat, vt quæ ſemper inacceſſa, & clauſa, & occulta, vt pote intima, eſſe deberet, ac non-niſi ſemel in anno ſummo ſacerdoti peruia: Et tunc, vt Philo lib. de legatione ad Caium ait: *Pontifex ingrediebatur ieiunij tempore, tantùm odores incenſurus, & ex more vota facturus, vt fœlix annus & pax contingat omnibus hominibus. De cætero ſi quis, non dico plebeius Iudæus, ſed Sacerdos, vel à ſummo proximus, immo is ipſe Pontifex, ſi duobus anni diebus, aut eadem die ter quatèrve introierit, capite luit abſque venia: tantam religionem adytorum voluit eſſe Legiſlator, vt hæc ſola inacceſſa intactaque ſeruarentur:* Cùm verò ingrediebatur ſacerdos, vt ne ex aula ſancta & ex candelabro lumen acciperet, iubebatur ſacerdos thymiama offerre, & fumo ac nebula totum oraculum implere; Exod. 16. 12. 13. *Aſſumpto thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit & hauriens manu cõpoſitum thymiama in incenſum, intra velum intrabit in Sancta, vt poſitis ſuper ignẽ aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur.* Quod quamuis Abulenſis dicat ideo fieri, ne ſacerdos videre poſſit Angelum corpore aëreo viſibilem & præſidentem, atque loquentẽ de Propitiatorio; certè tamen hoc eſt incertum; illud verò certum, voluiſſe Deum, vt neque Propitiatorium aut arca apertè & clarè videri à Sacerdote poſſet. Quod eleganter elucidauit Origen. Hom. 9. ſuper Leuit. *Ingrediebatur* (inquit) *ſemel in anno habens vtramque manum repletam, vnam batillo carbonum, & aliam compoſitionis incenſo, vt cùm fuiſſet ingreſſus ſtatim ſuppoſito incenſo carbonibus fumus aſcenderet: totamque ædem repleret, vt aſpectum Sanctorum, quem ingreſſus Pontificis reuelauerat, nubes velaret incenſi.* Ac ne per occaſionem aliquis poſſet ad ingreſſum Pontificis curioſiùs introſpicere, ſic præcipitur Leu. 16. 17. *Nullus hominum ſit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur*, &c. Ergo tantùm aberat Oraculi Sanctitas à feneſtris. per quas alij minores ſacerdotes oculis emiſſitijs introſpicere potuiſſent, vt neque ipſi ſummo Pontifici ingredienti fas fuerit clarè aſpicere.

Nullæ Oraculi feneſtræ. *Abulenſis.* *Domus abſolutè dicta pro oraculo.* *Templum pro Sãctis.* *Domus interior clauſa, & inacceſſa.* *Philo.* *Fumus thymiamatis ne Oraculũ conſpiceretur à ſacerdote.* *Abulenſis.* *Origenes.*

Sed eiuſdem quoque rei coniectura fieri poteſt ex tabernaculo Moyſis, cuius nullæ legũtur feneſtræ, aut aperturæ in aſſeribus, vel in integumentis, introitus verò multiplici velo clauſus omnẽ prohibebat aſpectum, lucémve. Adde quòd Apocal. 21. 23. videtur fieri alluſio ad hanc ipſam templi partem intimam obſcuriſſimam: *Dominus Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus, & ciuitas non eget ſole, neque luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt agnus, & porta eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.* quaſi oppoſitionẽ facta ad Sanctũ ſanctorũ, in quo per diẽ porta clauſa nox erat, & perpetuæ tenebræ; ſed tamen repræſentabat *lucem* Dei *inacceſſibilem, quam nemo hominum vidit; ſed nec videre poteſt*. illius enim lux nobis ſunt tenebræ.

Nullæ feneſtræ in Tabernaculo. *Alluſio.* *1. ad Tim. 6. 16.*

143 Denique quod in circuitu Oraculi, id eſt, ex parte Meridionali, & Aquilonari, erant cubicula, & cænacula, quæ omnem feneſtrarum vſum impedire potuerunt, quod videtur indicari Ezech. 41. 16. 17. vbi dicuntur *feneſtræ clauſæ vſque ad domum interiorem, & forinſecus per omnem parietem in circuitu intrinſecus*, &c. q. d. nullas in domo interiori, neque in illius lateribus apertas fuiſſe.

De reliquo verò libet illa Pauli verba Hebr. 9. 4. vſurpare: *Tabernaculum quod dicitur Sancta ſanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, ſuperque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula.* Sed peculiarem Cherubinorum & palmarum habitum & diſpoſitionem deſcribit Ezech. 41. 18. 19. 20 *Fabrefacta Cherubim & palmæ, & palma inter Cherub, duaſque facies habebat Cherub. Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expreſſam per omnem domum in circuitu. De terra vſque ad ſuperiora portæ, Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi.* Eadémque ratio ornamentorum portarum oraculi. 3. Reg. 6. 31. *In ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis oliuarum, & ſculpſit in eis figuras Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia: & texit ea auro, & operuit tam Cherubim, quàm palmas auro.* Adeóque ipſi cardines intimi de auro erant. 3. Reg. 7. 50. Clariùs hęc omnia Ezec. 41. 23. 24. *Duo oſtia erant in templo & in ſanctuario. Et in duobus oſtijs ex vtraque parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inuicem plicabantur: bina enim oſtia erant ex vtraque parte oſtiorum: & cælata erant in ipſis oſtijs templi Cherubim & ſculptura palmarum ſicut in parietibus quoque expreſſa erant.* Erant autem bina oſtiola in ipſis ianuis, quia cùm portæ eſſent altæ viginti cubitos, latæ decem, & prætereà auro grauiſſimæ, conueniẽs fuit, vt oſtiola aperirentur ad vſum facilia, nos dicimus, *que cada vna de las puertas tenia ſu poſtigo.* Conſonat cum hoc, quod de templo Herodiano ſcribit Ioſephus 7. de bello c. 12. *Orientalis porta templi cùm eſſet ærea atque grauiſſima, & ſub veſperam vix à viginti hominibus clauderetur, ferriſq; ferro vinctis obſeraretur, peſſuliſque altos haberet in ſaxeum limen demiſſos vno perpetuo lapide fabricatum*, &c. Et in hoc quoque mira varietas de numero

Cur oſtiola oraculi. *Ioſephus.*

mero foriũm ſeu ianuarũm templi: de quo Vil- A
Villalpãd. lalpandus, in Exech.41.ſuo cap.r.46.& 63.64.ſi-
cut & de numero velorum, an vnum tantùm, &
illud ante oraculum, an alterum etiam ante fo-
res Sancti fuerit. de quo Barradas c.23.
Beroaldus. Secundò notandum Montanum ex ſuo Mi-
144 ſnaioth. p.6.c.1. aſſerere duplicem fuiſſe arcam
Montani traditio de duplici arca. in oraculo, nimirũ præter antiquam illã à Moy-
ſa conſtructam, in qua tantùm erant legis tabu-
læ concloſæ; alteram, quam fecit Salomon, au-
ream, etiam ſeorſum reponendis virga Aaron,
vaſi manna, atque oleo vnctionis ſacro. Sed in-
auditum apud Catholicum aliquem doctorem
duplicem fuiſſe arcam in Sancta ſanctorum.
Quare illa Montani traditio merè Rabbinica
nullam meretur fidem. An autem in arca illa pri- B
ma & Moſaica fuerint virga, & manna, an extra
in aliqua parte oraculi, indicabimus inferiùs
ſect. ſequenti.
145 Quod ad ſancta pertinet, & ad domum exte-
An in ſanctis feneſtræ. riorem, nullas quoque habuiſſe feneſtras, Villal
Villalpãd. pand. contendit: propterea candelabrum ſem-
per lucens, ac multiplici lucerna inſtructum,
neque vnum quidem candelabrum, ſed decu-
plex luxit in ſancto, ſicut ſcriptum. 2. Paral. 4.7.
8. *Fecit candelabra aurea decem ſecundum ſpeciem, quæ iuſſa erant fieri, & poſuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris.* Cùm enim hæc lu-
mina lucernarum & candelabrorum ſymbola
Cãdelabra quorũ ſymbolum. fuerint cœleſtium luminum, quæ non aliunde
lumen emendicant, non debuerunt ſanè exter- C
no aliquo feneſtrarum lumine, vel iuuari vel
offuſcari.
146 Tertium. De *thuribulo aureo*, cuius Paulus me-
Multæ controuerſiæ de thuribulo & altari. minit, quod qualeve fuerit, & an idem fuerit cũ
altari thymiamatis; an hoc à Salomone denuo
constructum; an Moſaicum illud vnicum in tem
plo collocarit, & an in domo interiori, an in ex-
teriori, video vehementer controuerſam à ple-
riſque; à noſtris verò luculenter diſputatum, ſed
aliam alio ſingulæ quæſtionis rationem & ex-
Ribera. poſitionem reddente, vt videre eſt in Ribera li-
Barradas bro 2.c.8. Barrad.c.19. Azorio c.46. Villalp. in c.
Azorius. Ezech.41. ſuo c.47.48. Et quidem Ribera & Azo
Villalpãd. rius exiſtimant, altare aureum nouum minimè
à Salomone conſtructum; tantùm verus illud D
Moſaicum à Salomone exornatum magnificen-
tiùs, & cõueſtitum cedro & auro 3. Reg. 6. quod
autem veſtitur, nõ fit, quia iam erat, ſed tegitur.
Ioſephus. Et ſanè Ioſephus 8. Antiquit. c. 2. nullam altaris
Thymiamatis denuo à Salomone conſtructi mẽ
tionem facit, ſed altaris holocauſtorum. Vetus
autem illud ea ratione potuit magnificentiùs &
ornatius reddi, ſi partes illius minoris include-
rentur nouo altari, deſupérque nouo opere con
ueſtirentur auro & cedro. Cuius ſententiæ cùm
neminem ex antiquioribus patronũm inueniã;
Comeſtor. at inuenio Petrum Comeſtorem in Exodo ſuo
cap.67. ſcribentem, *in templo omnia ampliata fuiſſe præter altare aureum.* Quod ſanè indifferens eſt, E
vt intelligas altare aureum Moſaicum non fu.ſ-
ſe immutatum, aut, ſi certè factum eſt nouum à
Salomone, non fuiſſe maioris menſuræ.
Nouum altare thymiamatis à Salomone conſtructũ. Cæterùm antiquior eſt perſuaſio, alterum
thymiamatis altare à Salomone conſtructum vt
nouũ, ita magnificentius, & opulentius. Id quod
ſonare videtur locus 3. Reg. 7.148.49. *Fecit Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureum & menſam, &c.* ſed ais, *fecit*, id eſt, *refecit*. An etiã re-
fecit menſam? an refecit candelabra aurea, non
fecit denuo? Fecit ſanè, & quod fecit deinde
perfecit, inſtruxitque auro, & cedro. & 1. Paral.
A 28. *Altari in quo adoletur incenſum, aurum puriſſimũ dedit Dauid; nimirum vt nouum altare fieret.* Certũ
& perſpicuum exiſtimat Villalpandus: nihil cla Villalpãd.
riùs dicit Barrad. pro certo ponunt Theodoret. Barradas.
3. Reg. q. 22. & Procopius eodem loco. Beda c. Theodoret.
12. Nicolaus. 3. Reg. 6. Abulenſis quæſ. 16. imo & Procopius Beda.
fuiſſe altare Moſaicum non ſolùm diuerſum à
Salomonico, ſed & ab illo quod in templo ſecũ-
do factum eſt, agnoſcit R. Dauid in Commenta- R. Dauid.
rijs Ezech. 41. verſ. 22. & quidem diuerſæ menſu
ræ, diuerſa quoque altaria indicant: nam Exod.
30.2. deſcribitur altare incenſi *habens cubitum lõgitudinis, & alterum latitudinis, id eſt, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine.* At verò altare Sa Vtriuſque altaris menſura.
lomonicum duplo ferè maius eſt Ezech. 41. 22.
B *Trium cubitorum altitudo, longitudo eius duorum cubitorũ:* & ſubaudit Hieron. quod exprimunt LXX. Hieronym.
latitudo eius duorum cubitorum.
Ego omnibus, aut ſaltẽ plurimis, quæ de hoc
altari thymiamatis quæſtionibus inſtituuntur,
vnica reſponſione ſatisfactum iri exiſtimauo, Controuerſiæ idonea explicatio.
videlicet, Altare thymiamatis nouum & magni
ficentius quã illud Moſaicum (qualia erant om-
nia, quæ facta ſunt à Salomone in templo maio-
ra & ampliora, vt quæ iam non eſſent mutato- 147
ria, ſed perpetua & fixa) conſtructum à Salomo-
ne, conſtitutúmque in domo exteriori, id eſt. in
ſancto: quorum neutrum negare auſim. Deinde
verò altare illud Moſaicum thymiamatis, vt po- Vetus Moſaicum altare collocatum in Oraculo.
te minus, relictum fuiſſe, & collocatum à Salo-
C mone intra oraculum, id eſt, in Sancta ſancto-
rum, & hoc ſiue ad vſum aliquem, vt ſemel in
anno ingreſſurus Pontifex ſuper illud impone-
ret acerram, ſiue thuribulum cum prunis & thy
miamate, ſiue tantùm vt res pretioſa, & valde ſa-
cta aſſeruaretur ſumma in veneratione: ſicque
perfectè reſpõdebit templum tabernaculo. nam
de tabernaculo loquutus Apoſtolus dixit, fuiſ-
ſe ibi *thuribulum aureum*, cùm tamen extra velũ;
& extra tabernaculum fuerit altare thymiama-
tis. Pari ergo proportione in domo exteriori Sa
lomonica fuit magnificentiſſimum quoddam al
tare thymiamatis, & in domo interiori fuit al-
tare minus Moſaicum loco antiqui thuribuli.
Sic ſanè ſibi non repugnabunt, qui aſſerunt alta-
D re thymiamatis fuiſſe in Sanctis, & in Sancto ſan
ctorum; & qui aſſerunt noui altaris vſum fuiſse
in templo Salomonis, & qui antiqui & Moſaici.
Cui hæc ſentiendi & conciliandi ratio minimè
arriſerit, non prius, quæſo, reijciat, quàm me-
liorem afferat.
Sed ecce præter intentionem, præter opinio-
nem, longiùs quàm voluiſſem aut cogitaſſem, in
Templi res & conſiderationem ingreſſus, pe-
dem refero, atque ab innumeris alijs, quæ
de Templo templique ſuppellectili & or
namentis controuerſa ſunt, prudens
& ſciens abſtineo. Noſtros de his
rebus differentes, ſed potiſſi-
mùm Villalpandum, adire
ſuadeo lectorem ſtudio-
ſum; cui ille tantùm
patientiam habi-
ta in legen-
do & e-
uo-
luendo red-
det om-
nia.

XXIII. Templi Salomonis diuturnitas.

148 *Veſtibuli domus menſura. An templum habuerit formam leonis. Illuſtratus Moyſes & Iſaias.*
149 *Columnæ veſtibuli materia & nomine ſignificantes diuturnitatem.*
150 *Peccatum eneruaſſe omnem templi fortitudinem: Illuſtrati Ieremias & Ezechiel.*
151 *Tum Salomonis, tum populi peccatis templum deſtructum. Explicatus ſemel & iterum locus Regum.*
152 *Annorum quibus templum perſtitit, enumeratio.*

148 Veſtibulũ plenũ myſterio.

TEmpli, id eſt, domus exterioris, veſtibulum magnificentiſſimum fuit, totumque arcana ſignificatione pleniſſimum. nam tum menſuræ tum ornamenta minutatim ſcribuntur propter myſterium. De menſura 3. Reg. 6. 3 & Ezech. 40. 49. 2. Paral. 3. 4. *Viginti cubitorum longitudinis iuxta menſuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis.* Quia verò veſtibuli facies Orientalis exornabatur turri pulcherrima, atque fortiſſima, cuius fundamenta maiorem latitudinem requirebant, oportuit, vt ex ea parte templum eſſet latius quindenis cubitis, vt Rabbini tradunt, ex vtroque latere veſtibuli vltra latitudinem templi, aut vicenis, vt vult Ioſephus; aut iis tandem, quos turris altitudo exigebat, quæ centum viginti cubitorum erat, ſecundùm triplicem columnationem, & columnarum triplicis ordinis proportionem, & ſymmetriam; quæ altitudo pro toto templo aſſignatur 2. Paral. 3. 4. *Porticum ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta menſuram latitudinis domus cubitorum. Porro altitudo centum viginti cubitorum erat.*

Turris Orientalis.

Ioſephus.

Atque hinc ſanè confirmari & elucidari poterit illa multorum ſiue perſuaſio, ſiue traditio, quam ex ſuo Miſnaioth profert Montanus, & quam fere Latini admittunt, Beda, Richardus, Comeſtor, & poſteriores alij, templum retuliſſe formam leonis: qui pectore quam tergo multo eſt latior: quamuis enim Hebræorum fabula videatur, vt rectè cenſet noſter Barradas, quod Montanus exiſtimat omnium atriorum ſpatiũ latius fuiſſe ab occaſu quàm ab ortu: tunc enim periiſſet profectò ſymmetria templi, & atriorũ proportio partium rectilinearum: tamen fieri potuit, vt non ſolùm propter altare, quod *Ariel* dicitur, id eſt, Leo Dei, aut Leo fortis. Ezech. 43. 13 templum ipſum eandem appellationem obtinuerit; ſed etiam propter ipſam formam; ita vt turris cum veſtibulo amplitudine fuerit quaſi caput Leonis cum ſuis iubis toti templo. Sicut igitur Iſa. 29. 1. dicitur *Ariel*, id eſt, Leo Dei, *ciuitas quam expugnauit Dauid*, propter altare quod ibi conſtructum fuit, & inſtar leonis diſcerpebat & vorabat ſacrificia; ita etiam templum propter idem altare: accedente etiam illa peculiari ratione, quòd templum fuerit locus orationis, leo autem proſtratis & precantibus parcit, vt ſcribit Plinius lib. 8. cap. 16. *Et credit* (inquit) *Libya, intellectum peruenire ad eos precum.* Quamquã illa leonis fortitudo ſignificari mihi videtur, quæ indicatur Geneſ. 49. 9. *Catulus leonis quaſi leæna, quam ſuſcitare quis audebit?* Ergo ſignificabatur templi cuſtodia fortiſſima cuſtodiente Deo prædam ſuam, & partem ſacrificiorum & cultus,

Beda.
Comeſtor.
Richardus.
Barradas.
Montanus.

Altare cur vocetur Leo.

Plinius.

Leo preces ſuſcipit.

A quam nemo auderet ab illius cuſtodia, & quaſi vnguibus extorquere. Quod conuenit cum eo quod ſequitur de columnis.

Ad ornamentum verò illud pertinet 3. Re. 7. 21. 2. Paralip. 3. verſ. 15. Ezech. 40. 49. *Statuit duas columnas in porticu templi, dextram vocauit Iachin, & ſecundam vocauit Booz.* Quæ nomina vt alias dixi, firmitatem ſignificant & fortitudinẽ, eandemque precantur à Deo, vt ex vtroque nomine videatur effici hic ſenſus: vtinam Deus diutiſſimè domum hanc ſeruet, atque confirmet. Et opportunè ex ære fecit, vt quaſi propheticè ſignificaret robur pluſquam æneum & muro pluſquam aheneo confirmatam iri à Deo. Vide quæ ſuperiùs ſectione prima dicebamus de templi
B fortitudine & firmitate, & de diuinis promiſſionibus templum tuendi & conſeruandi.

149 Columnæ Iachin & Booz.

Aes ſymbolum diuturnitatis.

Sed quod dolendum mirandumque vltra modum omnem, tantam ædificij fortitudinem, materiæ diuturnitatem, firmitatem pollicitationũ diuinarum, peccatum emolliuiſſe, ſubruiſſe, penitus deleuiſſe, propterea Ier. 7. 4. dicebat: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes; Tẽplũ Domini, Tẽplũ Domini, Templum Domini eſt.* Qua eiuſdem verbi trina repetitione proculdubio indicare vũ Propheta templi diuturnitatem & firmitatem, quam illius ſæculi corruptiſſimi homines ſibi pollicebantur, vt omnes tres differentias temporis templo darent, futurum nimirum ſicut tunc erat, & olim fuerat, ſemperque permanſurum.
C quare addit Propheta; *ſi bene direxeritis vias veſtras; habitabo vobiſcum in loco hoc vſque in ſeculũ:* ſin minùs, & templum, & quidquid in templo erat, deletum iri. Quare ad deteſtationem peccatorum, quæ tantam templi fortitudinem debilitauerat, atque proſtrauerat & tantum ſplendorem obſcurauerat, excitabat Ezechiel ſola templi deſtructi recordatione c. 43. 10. 11 *Oſtende domus Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis; propter quod conſumpſi eos, &c.*

150 Peccati robur aduerſus omnem fortitudinẽ.

Trina repetitio eiuſdẽ vocis ad tres tempõris differentias.

Sed ecce Montanus, de Templi fabrica, vbi de aris, & apparato templi, aſſerit, dictum fuiſſe, *Salomonis templum*, vt probari Dei nominis auctoritate ſanctius haberetur. Nihil enim ſiniſtri in ædificante fuit illo tempore:
D *Deinde etiam ob eam cauſam, vt cum poſtea deſtrueretur, populus, ſua non auctoris culpa, id accidiſſe intelligeret.* Sed aio tamen (Montani enim verba, ſenſumque, plerumque ex Hebræis accepta, non valde curo) non ſolùm populi ſceleribus & impietate, ſed primùm ac potiſſimùm Salomonis culpa tẽplum deſtructum, & redactum in cineres, ſic comminante Deo, 3. Regum 6. 12. poſt abſolutũ templum: *Si cuſtodieris omnia mandata mea firmabo ſermonem meum tibi, quem loquutus ſum ad Dauid patrem tuum, & habitabo in medio* (in templo) *filiorũ Iſrael*; & cap. 9. 3. 4. *Si ambulaueris coram me, ponã thronum regni tui in ſempiternum: ſi autem auerſione auerſi fueritis, templum quod ſanctificaui nomini meo, proijciam a conſpectu meo; & domus hæc erit in exemplum.*
E Quòd ampliùs explicatur cap. 11. 10. 11. vbi regni diuiſi, & aliorum, quæ cum diuiſione regni coniuncta videbantur, in Salomonem culpa conijcitur, & illud ipſum diuinum oraculum cap. 6. repetitur. Vbi ſanè obſeruandum cum Salomone tunc pactum iniri de templo conſeruando, ſi pietatem coleret, de deſerendo verò, ſi ipſe pietatem & religionem deſereret: & cùm in ſecunda parte dicendũ videretur, *ſi auerſione auerſus fueris*; ſic exigente contextu ipſo prioris partis, in qua dicebatur: *ſi ambulaueris coram me, &c.* tamen numero multitudinis dicitur, *ſi auerſione auerſi*

151 Templum an Salomonis, an populi peccatis deſtructum.

Montanus.

Pactũ cum Salomone de templo ſeruando aut deſerẽdo.

auerſi fueritis, quia totius populi, ac poſterorum [A] etiam peccata & impietas, ex vnica Regis Salomonis impietate, & exemplo pendere videbatur. Quare cum templi euerſione & populi captiuitate coniungitur verbum (id eſt, comminatio) *Domini*, & mentio Salomonis 4 Reg 24. 13. Atque ita numerabamus *trecentos illos nonaginta annos iniquitatis domus Iſrael*, vſque ad euerſionẽ Ieruſalem, & populi captiuitatem, ab impietate & corruptione Salomonis, vbi de illius idololatria agebamus, lib. 7. cap. 9. Quamquam alij aliter numerent, & velint quadringeotis ſeptuaginta annis templum perſtitiſſe. Tot enim Ioſephus numerat lib. 10. Antiquit. c. 11. *Incenſum* (inquit) *eſt templum annis ex quo extructum fuerat elapſis* [B] *Ccccl xx menſibus ſex, & diebus decem additis, exactis a tranſmigratione ex Aegypto annis M l xij. menſibus ſex, diebus decem. A diluuio vſque ad templi deuaſtationem interceſſerunt anni M dcccl. menſes ſex, dies decem. Ab Adamo item condito, vſque ad hunc tẽpli caſum tria millia annorum elapſa ſunt, & inſuper Dxiij. menſes ſex, dies decem.* Quamquam hæc ſupputatio à pleriſque deſeritur; & potiori iure illa alia Hebræorum numerantium 483. Strictiùs Euſebius numerat 442 alij Chronologi, vt Annius ioan. Lucidus, Nauclerus, 440. Chriſtianus Maſæus numerat. 429. & menſes tres. Nos numerantes illos 390. annos Ezechielis à vigeſimo ſeptimo vel vigeſimo anno Salomonis recurrendo ad quartum regni annum, in quo ædificatum [C] eſt templum, tantùm eliciemus annos 413. ab incepto tẽplo; à perfectò verò & dedicato 406. Sed iam dedicationis celeberrimæ ſolemnitatem; quę propria Salomonis eſt, aggrediamur.

[Margin: 152 Quot annis perſtiterit templum. — *Euſebius. Annius. Lucidus. Nauclerus. Maſæus.*]

XXIII. Latiſsima perfecti Templi dedicatio, atque concepta Regis Salomonis preces.

Notationes ad Cap. 8. Lib. 3. Regum.

[D]

153 *Ius conuocandi Eccleſiam magnam ad regem.* Maiores natu *qui. Formula congregandi Eccleſiam per præconem. Menſis* Tiſri *nomen Kaldaicum Illuſtratus locus Canticorum.*

154 *Menſis* Ethanim *vnde dictus, & an September. Septembris maxima celebritates.*

135 *Aliorum varia expoſitiones reiecta.*

136 *Templi multiplex fortitudo, & firmitas. An facta dedicatio perfecta omni ſupellectile templi. Illuſtratus ſemel & iterum David & Zacharias.*

157 *Odoramenta in arca pompa. David Salomon ante arcam ornamentis pretioſis. Illuſtratus Samuel.*

[E]

158 *Arca deductio & pompa. Pſal. 118. decantatus. Canticum graduum reſpondens templo iam abſoluto. Illuſtratus David.*

160 *Hebræorum traditio reiecta. Quid fuerit aſſeruatum in arca* Nebula *quid. Gloria Domini. Illuſtrati Moyſes, locus Machab. & Paulus.*

161 *Suggeſtum Salomonis, & ſolemnes preces. Manuum eleuatio ex priſco ritu.*

162 Capere *quid in ſacro ſermone. An Deus extra calum. Illuſtrati Iob. David. Amos, Iſaias.*

163 *Templum calum Dei, ſacerdotes Angeli.*

164 *Varia peccati nomina. Peruerſi, grauitas: Deus ex* [A] *templo proſpiciens in orantes. Illuſtrati David & Iſaias.*

165 *Cur Ieruſalem in medio gentium. Templi pulchritudo, & velut fundamentum orbis.*

166 *Alienigena orantes in templo.* Fornax Aegypti *quid. Illuſtrati Samuel, Ezechiel. locus Machab.*

Verſiculus I.

153 [Margin: Eccleſia magna conuocata à rege, & qua de cauſa.]

Congregantur *omnes maiores natu, principes, duces familiarum, & vniuerſus Iſrael*, & verſu 65. *multitudo magna ab introitu Emath vſque ad riuum Ae*[B]*gypti*. Non potuit ab alio quàm a rege, cuius erat ius conuocandi concionem, cogi *Eccleſia magna*, & concio celeberrima. Et quidẽ rectè, & ritè coacta. Quæ vt nunc, propter religionem, quæ erat cauſa potiſſima, tum propter alias cauſas conuocabatur: de quo vide Sigoniũ lib. 6. de Hebræorum republ. cap. 4. & nos de Cõcionum origine apud ſacros & profanos initio noſtri Eccleſiaſtæ.

[Margin: Maiores natu qui.] Porro *maiores natu*, ſunt Septuaginta illi ſeniores delecti ex omnibus tribubus Iſrael: *principes* autem erant magiſtratus ciuitatum; *duces* autem *familiarum* erãt capita tribuum, ſeu patriarchæ, de quorum diſtinctione & gradu alibi à nobis latius. Nunc tantùm ex hoc Dei populo cum re[C]ge confici integrum corpus regni Iſraelitici.

[Margin: Integrum regnum ex quibus conſtaret. Ioſephus. Præco ad conuocandum. kaldæus.] Formulam conuocandi ex vniuerſo regno aſſignauit Ioſephus lib. 8. cap. 2. *Salomon rex per litteras iuſſit, magiſtratus ac ſeniores Hebræorum totũ populum Ieroſolyma congregare, ad ſpectandum templum, & ad transferendum illuc Arcam Deo ſacratã.* kaldæus etiam *præconem* addit ad conuocandũ, & iam conuocatum populum excitandum, vt intenderet, diximus c. præcedẽti, & illo Cant. 3. 11. quod videtur eſſe ipſum ſolemne & conceptum præconium: *Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem*, &c.

Verſiculus II.

[D]

[Margin: Septẽ menſes elapſi à prima conuocatione. Ioſephus.] A Prima denuntiatione & indictione conuẽtus, quæ facta eſt menſe Martio, qui erat Hebræis anni principium Exod. 12. 2. vſque ad coactam vniuerſam Eccleſiam Ieroſolymis fluxerunt mẽſes ſeptem. Hunc enim habet ſenſum id quod dicitur: *Conuenit ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe Ethanim, ipſe eſt menſis ſeptimus.* Quod ſic elucidat Ioſephus: *Septimo demum menſe conuenerunt, qui noſtratibus eſt Thuri, Macedonibus Hyperberetæus.* Qui menſis incidit io noſtrum Seprembrem, & aliquando in principium Octobris; non eoim lunationes pari currunt pede cum menſibus ſola[E]ribus.

[Margin: Ioſephus. Mẽſis Tiſri. Ribera. Pradus. Pererius. Minerua. Scaliger.] Porro quod Ioſephus vocat eum menſem *Thuri*, reponendum videtur *Tiſri*, vt poſteriores Hebræi appellant, niſi velis illud nomen eſſe kaldaicum. De nominibus autem menſiũ Hebræorum præter alios, noſtri, Ribera, Aggæi 2. Pradus, in cap. 1. Ezechielis. Serarius ad cap. 4. lib. 2. Machabæorum, Pererius in cap. 12. Exodi. diſp. 1. quibus addendus Paulus Minerua, lib. 1. de Neomenijs Salomonis cap. 18. poſt Burgenſem Exod. 12. & Sigonium lib. de Hebræorum republ. c. 2. Ioſephum Scaliger. de Emendatione temporum lib. 4. & 8. Ioannes Chriſt-

manus

mannus in kalendario Hebræorum, ſuper Alfagran, ex quibus diſces Hebræorum nomina, ante captiuitatem nominari ſolere a numero primus, ſecundus, &c. alia verò peculiaria nomina, poſt reditum ex captiuitate fuiſſe impoſita. nam ante captiuitatem ſolum habemus menſem Zio, qui erat menſis ſecundus 3. Reg. 6. 1. qui reſpondet extremo Aprili, & initio Maij: & menſem Bul, qui erat octauus 3. Reg. 6. 38. & reſpondet extremo Octobri & initio Nouembris: & menſem Ethanim, qui eſt menſis ſeptimus. hoc tantum loco, de cuius ſignificatione grandis quæſtio; hæc verò eſſe nomina appellatiua, & quaſi Epitheta illorum menſium, nó propria, exiſtimat Pererius loco citato.

Nomina menſium Kaldaica. — *An nomina menſiũ propria, vel potius epitheta.*

In Menſe Ethanim.

154 *Initium anni vulgaris.* HVnc eſſe ſeptimum menſem in anno ſacro; primum autem in anno vulgari, qui incipiebat a Septembri, diſertis verbis docet kald. hoc loco: *Conuenerunt ad Salomonem in menſe Fortium feſto die, quem vocabant olim primum menſem, at nũc eſt ſeptimus.* Secundum pleroſque autem *Ethanim* deducitur à voce *Ethan*, quod eſt durum, aut forte eſſe: quare eadem ratione, qua vertitur, *Menſis fortium*, verti poſſet, menſis fortitudinum, vel aſperitatum, aut horridorum, vel robuſtorũ, quę omnia complectitur vox originalis. Sed ratio nominis non eodem modo aſſignatur ab omnibus.

Ethanim vnde dict. — איתן

Caietan. Primò Hebræus apud Caietanum, neque videtur diſplicere Pererio, ſuſpicatur ideo Septembrem appellatum eſſe *menſem fortium*, quia, *propter fortitudinem vitalis virtutis fortes duntaxat reſiſtunt ægritudinibus Autumni, quæ ſeptimo mẽſe præcipuè nos vexant.* Sed proculdubio hæc notio nominis vel voluntaria eſt, vel inuſita & morbida.

Hebræi & Pagninus. Secundò, Non magis ſapiunt alij Hebræi apud Pagninum, qui longiſſimè petunt nominis rationem ab ipſo mundi initio, quem dicunt Septembri creatum cum fortiſſimis ſuis fundamentis, quæ dicuntur *fundamenta terræ*. Sed ſanè eo temporis initio non ſolum fortia, & dura terræ creata ſunt, ſed etiam tenera & mollia.

Vatabl. — *Feſta mẽſis Septembris apud Hebræos.* Tertiò, Vatablus & Pagninus veroſimiliter referunt ad ſolemnitates menſis Septembris, quæ apud Hebræos, & plurimę erant, & celeberrimę, & quidem nos ſolemus huiuſmodi feſta vocare *Fortia*, q. d. *el mes de las fieſtas rezias*: & ſic appellatur *celeberrimæ atque ſanctiſſimæ feriæ*, menſis ſeptimi, Leuit. 23. 37. vbi *feſtum Tubarum*, verſ. 24. & 25. *Ieiunium expiationis*, 27. *Tabernaculorum* 34. 35. *octaua Tabernaculorum*. 36. Sed ſanè non inuenio in Scripturis nomen illud originale fortitudinis ad rem lætam & ſanctam relatum, & vix vnquam in bonam partem tranſlatum, præterquã ad ipſam duritiem, vel durationem.

155 Quartò, Alij vocem originalem in malum accipiunt pro ſqualore, & aſperitate, quo etiam modo Deut. 21. 4. cùm ab eadem radice dicitur: *vallis aſpera atque ſaxoſa, quæ nunq̃ arata eſt, nec ſementem accepit*, vertunt itaque *menſem aſperitatũ*; videlicet, quòd collectis fructibus aſperitate quadam & ſqualore inhoreſcant agri. Sed hæc item notio nominis paulo horridior eſt, & diſcedit ab illa receptiſſima nominis ſignificatione & *fortitudine*, quam etiam agnoſcebant & retinebant Hebræi Hiſpanienſes in ſuis illis vulgaribus Biblijs, legentes: *Allegaron ſe con el Rey Salomon todos los homes de Iſrael en el mes de los fuertes.*

Autumno ſqualleſcẽs tellus.

R. Ioſeph. Quintò, R. Ioſeph, quem videntur probare

A Vatablus & Pagnin. illam Septembris fortitudinem ducunt ex fructibus arborum, & frugibus collectis eo menſe in horrea, quibus confirmatur cor hominis & humana vita roboratur. Et peruulgatum eſt in ſacro ſermone *robur panis aut baculus*. Hæc ratio quamuis prima ſpecie idonea, ſed attentiùs conſiderata, non valde reſpondet proprietati vocis originalis.

Iſai 3. 1. Leuit. 26. 26. & Ezec. 4. 16. & 5. 16. — *Fortiorus. Auonar.*

Sextò. Nonnulli lexicographi referunt ad rẽ propriam huius dedicationis & menſis in quo *Fortes*, id eſt, Proceres, *ac potentiores Iſrael geſtarunt Arcam in Templum, vbi efficaces quoque factæ ſunt preces, & multa ſacrificia, coram potenti Arca fœderis.* Sed hæ rationes ſicut communes videntur fuiſſe ſolemnitatibus aliorum menſium, B ita non valde propriæ nominis originalis *Ethanim*.

156 *Idonea nominis expoſitio.* Ego verò, quoniam in re dubia & incerta, ſuſpicionibus & conjecturis veroſimilibus non negatur locus; in ſuſpicionem adducor, eius nominis, quod hoc tantùm loco legitur, rationem petendam ex ipſo loco, & re dedicationis & templi: & quoniam *Ethanim* nomen eſt plurale quęri oportere, non vnam ſed plures eius fortitudinis rationes. Si priùs tamẽ illud ponamus, eiuſmodi fortitudinem, aut duritiem, nomine originali afferri, quæ cum duratione & perennitate quadam coniuncta ſit. Quare, quod Pſal. 73. 15. dixerunt Septuag. *Tu ſiccaſti flumios Ethan*, & Hieronym. *flumina fortia*, alij *perennia*, alij, dura, ſiue C durantia; nam quod durum eſt, durat.

Durũ à durando.

Tẽpli fortitudo. Ergo prima fortitudo ſeu duritjes a templi firmitate, fortitudine, duratione, nam ab eadem origine dictum eſt, num. 24. 21. *Robuſtum habitaculum*; quippe in petra poſitum. Igitur cùm templi fortitudo & firmitas maxima fuerit, vt de illa dictum ſit Pſal. 43. 14. *Ponite corda veſtra in virtute* (propugnaculo, turri, quæ erat ad portam Orientalem) *eius*. Tum præterea a tribus lateribus, id eſt, à parte Orientali, Meridiana, Occidẽtali, munitiſſimum erat muris & aggeribus ſubſtructis, vt in Templi & Vrbis deſcriptione apertè perſpicitur. Quapropter & templum cum cornu Monocerotis, quod fortiſſimum & firmiſſimum eſt, comparatur. Pſal. 77. 69.

D *Diuturnitatis fortitudo.* — *Repetitio vocis ad ſtudiũ & ſedulitatem.* Secunda fortitudo eſt, illa perennitas, quam affert vox originalis, & quam ſibi de ſuo templo pollicebatur Salomon, à qua auſpicatur ſuas preces verſ. 13. *ædificans ædificaui* (ſtudioſiſſimè, diligentiſſimè) *domum in habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum* Quare Pſal. 77. 66. dicitur *fundatum in ſecula*, & ideo vocat *partem ſuam*, id eſt, hæreditatem nunquam ad aliũ transferendam. Zachar. 2. 12. *Poſſidebit Dominus partem ſuam in terra ſanctificata, & eliget adhuc Ieruſalem* Quæ res frequentiſſima in Scripturis, & indicata duabus illis columnis erectis a Salomone in templi porticu, Iachin, & Booz, quæ ipſis nominibus, ipſaque materia, robur & perpetuitatem pollicebantur. nam *Iachin*, idem eſt E quod, *confirmet*; at *Booz*, fortitudo & ſtabilitas, 3. Reg. 7. 21. vide quæ diximus Sect. 2.

Iachin & Booz.

Fortitudo diuinarum promiſſionum. Tertia fortitudo & firmitas diuinæ promiſſionis nunquam fruſtrandæ, ſed in Dauidis poſteritate iugiter implendæ. Quod & ſæpius precatur Salomon, & cœptum in ſe cõfirmari fatetur, verſic. 20. 25. 26. 56.

Fœdus denuo initũ. Quarta fortitudo & perpetuitas fœderis cum Deo denuo initi & ſtabiliti in ipſa tẽpli dedicatione, tum precibus ad Deum fuſis, tum ſacrificiis oblatis, ſed præſertim verſ. 61.

Ergo menſis ſeptimus, in quo templi fortiſſimi,

A mi perſonis, dedicatio, diuinæ promiſſionis cō-
firmatio, fœderis ſtabilitio facta eſt, meritò &
hoc die, & non niſi ſemel appellatione illa *Ethanim*, inſignitus eſt, & appellatus à Salomone mē
ſis fortitudinum, firmitatum, perpetuitatum.
Cui hæc non placuerint, per nos licebit melio-
ra aut eligere, aut adferre.

Quòd autem hic menſe ſeptimo Salomon de-
dicauerit templum, cùm tamen verſ. 38. dicitur:
*Fundatum menſe Zio, qui eſt menſis ſecundus, & in
menſe Bul, (ipſe eſt menſis octauus) perfectum in omni opere ſuo*. nihil repugnantiæ eſt: nam etiam ſi
omnia templi vtenſilia omnino perfecta nō fuiſ-
ſent menſe ſeptimo, quia tamen & breue & fa-
cile erat quod perficiendum ſupererat; & ad a-
lias menſis ſeptimi ſolemnitates, præſertim ad
feſtum tabernaculorum, (quod, vt ait Ioſephus)
in idem tempus incidebat, & erat apud Hebræos ſanctiſſimum & maximum: quod indicatur cum di-
citur verſ. 2. *in ſolemni die*, & cùm verſ. 65. dicitur,
celebratum feſtum ſeptem, & ſeptem diebus, nimi-
rum ſeptem dedicationis, ſeptem tabernaculo-
rum) cogenda erat vniuerſi regni, & procerum
concio, quo adfieri potuit, dedicationem templi
accelerauit Salomon, perfecturus, ſi quid deſi-
deraretur, ſequenti menſe, vide Abulenſis 3.
Regum 8. q. 2.

In menſe ſeptimo an in octauo dedicatum Templum.

Feſtum Tabernaculorum.

Abulenſis.

Verſ. 3. 4. 5.

157 TRansfertur Arca ſolemni pompa; præferun-
tur omnia Sanctuarij vaſa; præit Rex cum
populo. immolantur victimæ innumeræ, de qui-
bus dicebamus cap. præcedente. Illud peculiare
addit Ioſephus; quòd, *libaminibus, & multo beſtiarum ſanguine viam perfundentes, infinitam vim odoramentorum adolebant, vt circumquaque totus aer ſuauitate repletus, etiam longè remotis ſentiretur, conſtanti omnium opinione, aduentare Deum ad inhabitandum recens extructum ac dedicatum ſibi locum; nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus, laſſitudo eſt oborta, dum ad Templum peruenirent*.

Ioſephus.

Nulla laſſitudo in deferēda arca.

Sed illud deſiderari videtur in Salomone,
plenū in Dauide fuit animus exultatione, & in-
ſolita deuotione, cùm ante Arcam in pompa il-
la ex domo Obededom *ſubſiliebat, atque ſaltabat
totis viribus, accinctus Ephod lineo*. 2. Regum 6. 14.
16. Sed minimè ſanè deſiderabit, qui recolet,
quæ cap. præcedenti diximus de inſigni lætitia
& gaudio Salomonis in hoc die. Quod verò ad
peculiarem illam veſtiendi rationem ſpectat,
non decuit tunc opulentiſſimum ac fœliciſſi-
mum regem, animi triumphum & exultatio-
nem aliter oſtentaſſe, quàm lautiſſimis atque
pretioſiſſimis ornamentis; præſertim cùm eo lo-
co 2. Regum 6. 16. pro eo quod nos habemus:
Vidit Michol Regem ſaltantem, alij legendum ve-
lint: *Regem topaziatum*, vel auratum, id eſt, pre-
tioſiſſimis gemmis & auro fulgentem: quod in
Hebræo dicitur *Mipezaz*, à verbo *pazaz*, quod
eſt, aureſcere, vel, fulgere in modum auri; quòd
videlicet, licèt depoſuerit ſolemnia veſtimenta
regalia; propter quod viſus eſt Micholi nudus;
tamen alia inſolita gemmarum & auri orna-
menta ſumpſerit. In quo cùm Salomon maiora
diuitiarum & pretioſi cultus argumenta præ-
buerit, non minorem etiam animi lætitiam ſi-
gnificaſſe credendus eſt.

Cur nō veſtitus Salomō Ephod inſtar Dauidis.

פזז
מפזז

Pompæ ordo, & ſolemnia ex 2. Paral. 7. 6.

ADdenda, quæ licèt vltimo loco numerentur 158
2. Paralip. tamen in ipſa via, & deductione
arcæ geſta videntur: *Sacerdotes ſtabant in officijs
ſuis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ
fecit Dauid rex ad laudandum Dominum: Quoniam
in æternum miſericordia eius; hymnos Dauid canentes per manus ſuas. Porro ſacerdotes canebant tubis
ante eos, cunctuſque Iſrael ſtabat*, id eſt, is erat pom-
pæ ordo. Præcedebant tubis ſacerdotes: ſeque-
bantur cantores cum organis, ſæpius repetito il-
B lo verſiculo intercalari. *Quoniam in æternum miſericordia eius*. Illis cantantibus conſiſtebant Ar-
ca & populus. Nam quod de concentu eorundē
Sacerdotum dicitur, 2. Paralip. 5. 13. proculdu-
bio finita pompa & collocata iam Arca, factum
eſt; nam egreſſis de Sanctuario Sacerdotibus,
cunctis pariter & tubis & voce & cymbalis, & organis, & diuerſi generis muſicorum concinentibus, & vocem in ſublime tollentibus, longè ſonitus audiebatur.

Pſalmus in ipſa pompa decantatus.

C TRadunt Hebræi veroſimiliter, in ipſa via, à Hebræorū traditio veroſimilis.
ciuitate Dauid in templum, decantatum
Pſalmum 118. qui videtur de ipſis ſacerdotibus
deferentibus Arcam: *Beati immaculati in via, qui
ambulant in lege Domini*. Qui videlicet ſanctè &
immaculatè non ſolùm per viam deferunt Ar-
cam, immo potius diuinam legem Arca inclu-
ſam; ſed præterea diuinæ legis præcepta, corde
potiùs & opere geſtarent. Quare totus Pſalmus
diuinas legis laudes prædicat; atque Dauid vi-
detur hunc pſalmum compoſuiſſe tradidiſſeque
filio Salomoni decantandum in pompa Arcæ
transferendæ in Templum. In quo conſiderare Proprium munus ſacerdotum
licet Sacerdotes potiſſimùm diuinæ legis onus
geſtantes humeris, illàmque populo adorādam
D proponere, illius laudes & præconia concinere,
demque de illius cultu, & ſumma apud popula-
res exiſtimatione, diligentiſſimè curare. Quod
proprium, & peculiare ſacerdotum munus.

Pſalmi cantati in templi ingreſſu.

POrro cùm ad Templum iam acceſſerunt, 159
in quod quindecim gradibus aſcendeba-
tur; opportunè in ſingulis gradibus ſingulos
pſalmos, quos appellant *graduum*, decantatos
E fuiſſe coniectura non leuis eſt: tum ex eo quod Origenes.
ſcribit Origene libro tertio Periarch. cap. pri-
mo, Cantica graduum Salomonis eſſe. Quod ſi Ad Cātica graduū cōpoſita à Salomone.
verum eſt, proculdubio à ſapientiſſimo Salomo-
ne compoſita fuerunt pro ſingulari atque lætiſ-
ſima templi dedicationis ſolemnitate, in qui-
bus Aegypriacæ captiuitatis ærumnas comme-
morat, ex qua emergens tandem Iſraeliticus po-
pulus & lucem libertatis aſpiciens, tunc demum
ad optatiſſimum fœlicitatis faſtigium peruenit,
cùm templo extructo magnificētiſſimo, Deum,
iam non in tentorio & ſub papilione habitātem
ſicut catenus à die qua exierat ex Aegypto, ſed ī
domo ſtabili & firma colere cœpit, ſicut ſcriptū
eſt,

A eſt, 3. Regum 8. 16. *Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua adduxi filios Iſrael ex terra Aegypti vſque in diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca, quæ tranſiui cum omnibus filijs Iſrael*, &c. Ergo dedicationis lætitia reſpiciebat priſci ſæculi ærumnas.

Templũ finis peregrinationis. Iere. 14. 8.

Ergo vltimus illius peregrinationis exitus, quo iam omnis tabernaculorum & tentoriorum, quæ facilè transferuntur, memoria abolita eſt, fuit templum à Salomone exædificatum: Deo iam *non ſicut colono* exiſtente in terra Iſrael; neque *ſicut viatore declinante ad manendum*, ſub tabernaculo. Quàm autem opportunè materia

Ordo & materia Cãtici graduũ.

quindecim Canticorum graduum, id eſt, à Pſalmo 119. cum hoc fœliciſſimo fine Taberna- B culi, Arcæ, & feſto Tabernaculorum, quod tunc temporis etiam celebratum fuit, connectiat; vt pote in quibus vel in Ægyptiacæ ærumnæ & diuinæ opis ſpes decantentur, vel ſpes etiam aliquando fruendi & habendi Dei templi, qua ſe videbatur populus conſolari, vt indicatur Pſalm. 121. *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus*, &c. vel etiam templi iam exædificati diuina cuſtodia, ſicut Pſalm. 126. dicitur: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam*: quo Salomon demiſſiſſimè de ſe ſentiens, nihil ſuæ ædificandi induſtriæ, ſed totum diuino præſidio tribuendum vult: Videas quæſo Villalpandum tom. 2. in Ezech. p. 2. libr. 3. capit. 34. qui C eleganter rem indicaſſe, atque adeo dixiſſe, viſus eſt.

Villalpãd.

Verſ. 6. 7. 8.

160 INſertur Arca in locum ſanctiſſimum, deſcribitur Cherubinorum & veſtium habitus. Vt de his, quæ ad templum, & templi vaſa vniuerſa, ſpectant, nihil nunc dicamus ampliùs, quòd tantùm diei lætitiam, & Salomonis pietatem in templi dedicatione conſiderandam propoſuerimus: Certè Hebræi, vniuerſi populi lætitiam inſigni quodam miraculo mirificè amplificatã D tradunt, nimirum quòd & templi fores primùm

Mirabilis Hebræorũ traditio.

diuinitus clauſæ fuerint accedente Arca. Deinde verò precante Salomone, & illa verba fundẽte, ex 2. Paral. 6. 41. *Conſurge Domine Deus, in requiem tuam* (vt quieſcas in domo propria, iugiter maneas, non ampliùs in tentorio) *tu & Arca fortitudinis tuæ* (tuæ potentiæ & roboris ſymbolum: atque adeo nunc te oſtende miraculorum potentiſſimum patratorem) *ſacerdotes tui Domine Deus induant ſalutem* (benignè & ſalutariter a te accipiantur, tuiſque beneficijs circummuniantur) *& ſancti tui lætentur in bonis. Domine Deus ne auerteris faciem* (meam) *Chriſti tui: memento miſericordiarum Dauid ſerui tui*. Hac inquam precatione, Salomoni & vniuerſo populo diuinitus reclu ſis foribus, facilem ad templum patuiſſe aditum. Hanc traditionem libenter ſuſcipiunt

Nicolaus. Dionyſius. Abulenſis.

Nicolaus & Dionyſ. Reijcit, & meritò, Abulenſis, vt quæ ſine idonea ratione & fundamento excogitata videatur: præſertim cùm eo tempore, quo beneuolentiſſimum ſe præbebat Salomoni Deus, iuſſeratque, templum ad ſui & Arcæ cultum ædificari, non repulſurus quidem Arcam ab ingreſſu clauſis ianuis, aut vlla ab alienati animi ſignificatione videbatur.

Verſ. 9.

A IN Arca nihil aliud fuiſſe quàm duas tabulas lapideas. At Paulus Hebr. 9. 4. *In qua* (inquit, arca) *vrna aurea habens manna, & virga Aaron*. Res quidem illius, magis quam huius loci propria; interim adeundus noſter Ribera eo Pauli

Ribera.

loco, & lib. 2. de ijs quæ erant in templo capit. 2. qui aliorum opinionibus recitatis hanc ſuam præfert. *In qua*, id eſt, cum qua, vel iuxta quam, aut coram qua arca erat vrna, &c. vel vt ſit generis pro genere poſitio, id eſt, *in quo*, ſupple tabernaculo, erat vrna, &c. nam Exod. 16. 34 non in arca, ſed in tabernaculo aſſeruatur manna; &

Genus pro genere.

B ſimiliter, Num. 17. 10. virga Aaron aſſeruatur in tabernaculo. Barradius cap. 14. Salomonis tempore, aut Moyſis, & virgam & mãna in arca fuiſſe, ſed poſtea ſublatam de tempore quo Paulus loquebatur. Montanus arcam quandam aliam comminiſcitur auream, in qua ſeorſum aſſeruaretur manna. Sed refutauimus ſuperius.

Barradius. Montanus.

Verſ. 10. 11. 12. 13.

IMpletur nebula domus Domini. Tunc ait Salomon: *Dominus dixit* (Moyſi Leuit. 16.) *vt habitaret in nebula* (nimirum ſuæ præſentiæ ſignum daturum ſe in nube, tabernaculo incumbente) C & appellarunt nebulam, gloria Domini, quòd inaſpectabilem ſui præſentiam caliginoſo velo ſæpius conteſtetur. Pſalm. 17. 10. 12. Pſalm. 96. 2. Sed hæc hiſtoria plenius habetur 2. Paralip. 5. 14. Similem autem ſe præbuiſſe Deum Salomoni, ſicut & Moyſi, docetur 2. Machab. 2. 8. *Apparebit maieſtas Domini, & nubes erit: ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut cum Salomon petijt, vt locus ſanctificaretur magno Deo*. Exponit autem Ioſephus, cuiuſmodi fuerit nubes, quæ impleuit tẽplum; *Poſtquam* (inquit) *ſacerdotes Sanctuarium exinerunt, repentè globus nebulæ non aſper, nec qualis hyberno tempore grauidus, pluuia condenſatur; ſed diffuſus ac temperatus in templum influxit, & primo ſacerdotum viſum, vt vix ſe inuicem cernerent, obſcura-* D *uit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit, quòd Deus in templum deſcendens, præſens ac libens hoc domicilium ſibi optaret.*

Nebula quid.

Deus in tẽplo ſicut in Tabernaculo.

Nebula qualis.

Et quidem ſiue nubes fuerit denſior & caliginoſa, vt indicauit Ioſephus; ſiue lucida, qualis in transfiguratione, & cum luce perſtringeret humanos oculos, non minus quàm ſi tenebroſa eſſet, vocetur nebula & caligo, iam nunc templum inſtar cœli, nubes generat, & magnificè contegitur velut ſolium Dei nubium ſtragulis; vt cum inferius videas templum appellari cœlum, rationem nominis agnoſcas.

Ioſephus.

Tẽplũ cœli inſtar, nubes generans.

Mirum & ſingulare illud quod Theodoret. 3. Regum q. 27. longè aliter legat, & intelligat: So- E lem ſtatuit in cælo, & dixit vt habitaret in caligine, quod videlicet non vacet myſterio, quod voluerit Deus homines frui liberiori & clariori cœlo; at ipſe ſe quaſi in obſcuriorem ſui templi partem condiderit: Exiſtimo (inquit Theodo.) enim tacitè ſignificare: templum habuit enim feneſtras admodum paruas. Nos nullas omnino in Sanctuario & in Sanctis conſtituimus.

Theodoret.

Verſ.14.15.16.17.18 19.20.21.

161 EXponit rei vniuerſæ rationem diuino iuſſu & reuelatione commendatam Dauidi, ac ſibi vt perficeretur, demandatam: vt vniuerſa Eccleſia intelligat, diuina eſſe illa omnia, regnum, regem, templum, religionem, tot iam miraculis confirmata.

Sed hæc exponit ex ſuggeſto 2. Paralip. 9. 13. *Stetit ergo coram altari Domini ex aduerſo vniuerſa* (margin: 2. Par. 13. 16.) *multitudinis Iſrael, & extendit manus ſuas.* (primùm quaſi *manu ſilentium indicens* habiturus concionem: nam de eleuatis manibus inter orandum, inferius concione finita) *ſiquidem fecerat Salomon baſim æneam, & poſuerat eam in medio Baſilicæ, habentem quinque cubitos latitudinis: ſtetitque ſuper eã,* &c. Fuiſſe autem non ſolùm ſacerdotum, ſed prætereà Regum & Imperatorum, habere ad populum concionem, ex ſacris & profanis oſtendimus initio noſtri Eccleſiaſtæ.

Verſ. 22.23.24.25.26.

ORditur preces *flexis genibus*, quod enim verſic. 22. dicitur: *Stetit ante altare domini*; exponitur 2. Paralip. 6. 13. *Stetit ſuper baſim, & deinde flexis genibus, contra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cælum leuatis, ait: Domine,* &c. Solemnis vterque precantium habitus: quamquã non ſolùm *flexis genibus*, ſed vel *ſtando*, Ierem. 18. 20. vel *cadendo* & *proſternendo* ſe Iſa. 49. 23. preces peragebantur. Sed illud minùs frequens 2. Regum 7. 18. Dauidem ſeſſitaſſe inter orandum: *Ingreſſus eſt rex, & ſedit corã Domino*, meminit Tertul. lib. de orat. *Cum perinde* (inquit) *faciant nationes adoratis ſigillaribus ſuis, reſidendo*; meminit quoque Plutarchus in Numa, inter illius inſtituta. Neque verò geniculatio valde frequens: quamuis illa frequentiſſima expanſio, aut tenſio manuum, & erectio vultus in cœlum: & gentiles immodicè ac nimis:

(margin: Orantium habitus. — Sedere ſiet orandum, Tertull. — Plutarch. — Manuũ tẽſio inter orandum. Mart. li. 12 78)

Multis dum precibus Iouem ſalutat
Stans ſummos reſupinus vſque in vngues.

Sed *cum modeſtia* (inquit Tertull. de orat.) *& humilitate adorantes magis commendamus Deo preces noſtras, ne ipſis quidem manibus ſublimius, ſed temperatè ac probè elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto.* Sicut qui præ animi demiſſione *nec audebat oculos in cælum leuare.* (margin: Tertull. — Luc. 18 13)

Verſ 27.

162 ORditur preces ab admiratione diuinæ immenſitatis, quam *cum cælum & cæli cælorum* (id eſt, ſupremus cœlorum ambitus) *capere non poſſint: quanto magis domus hæc non capiet*, quãto maiori iure non capiet? quod idem eſt cum Latina phraſi quanto minùs capiet. *Capere* autẽ idem eſt quod continere, claudere, & dicitur de vaſibus continentibus, capientibuſve tot vel tot rerum menſurabilium menſuras 3. Regũ 7. 26. & cap. 8. 64. 2. Paralip. 4. 5. & per tranſlationem de gladio multarum cædium capaci, Ezec. 21. 28. *Mucro, vt interficias & fulgeas*, propriè ex Hebræo. *Terſus ad capiendum*. Complut. *vt capias, ſiue vt contineas*. Nos, *para que quepan en ſi tantas muertes*, eleganter Vatablus, *vt ſufficias multis interficiendis*. Atque eodem recidit, quòd alij vocẽ originalem vertunt, *ſuſtinere*. Quod & de vaſi-

(margin: Geminatio vocis odit'n precantatũ. Capere qd כלכל בזיל — Quid ſit Deum non capi cælo.)

A bus aut menſuris dicere ſolemus: *llena, o ſufre tantas arrouas*, &c. Quare hoc loco vertunt: *cali calorum te non ſuſtinent. no llenan, ni pueden con tanta grandeza*. Vides igitur quam Theologicè, quàm ſincerè & exactè ad veriſſimam de diuina immẽſitate naturam philoſophetur Salomon, qui immenſurabilem immenſitatem nulla menſura contineri docet. Eleganter Athanaſius vim verbi & rei ipſius callens, orat. de Aeterna ſubſtantia filij, & SS. cum Deo: *Cæli calorum non ſufficiunt tibi*, (inquit Salomon) *magno argumento mortales docens, nihil locorum Deitatis eſſe capax, Non igitur opera intra ſe continent opificem ſuum, qui & ante opera exiſtebat. Aufer iam mihi locales capacitates cùm de Deo cogitandum putes: neque requiras magnitudinẽ* B *loci tam ſpatioſam, quæ capere poſſit Dei magnitudinem. non enim quod immenſurabile eſt, in menſurato contineri poterit.* Accinit Cyrillus, & ipſe quoque Alexandrinus, in Concil. Epheſ. 2. tom c. 4. *Deus ab omni loco & menſura, omnique circumſcriptione & menſurabili magnitudine ſuperior a nullo capi comprehendiue poteſt.* (margin: Forſterus. Auenar. — Athanaſ. — Deus incõprehenſus loco. — Cyrillus.)

Sed qui maior eſt omni loco habetne aliquid, quod extra locum exiſtere debeat? Deus igitur (inquies) extra cœlum exiſtit, & in immenſo illo inani conſiſtens, immenſitatem ſuam protendit per infinitum ſpatium, nullis terminis circũſcriptum, vt illud tandem non ſolùm de creatis rebus, ſed & de imaginario illo ſpatio veriſſimè dictum ſit, diuinæ immenſitatis centrum eſſe C vbique; circunferentiam nullibi. Apage quorundam Philoſophorum atque Theologorum *manes* (Auguſtini verbo vtor) *cogitationes, qui*, cùm de Deo agunt, *infinita imaginantur loca, cum locus nullus ſit præter mundum*. Immenſa Dei magnitudo neque capitur loco, & mundo: neque quod non capitur, eſt in loco aut extra mundum. Audi Auguſtinum 1. Confeſſ. c. 3. inani huic cogitationi Deum in imaginario ſpatio conſtituentiũ, pulchrè reſpondentem: *Capiunt ne ergo te cælum & terra, quando imples ea? An imples, & reſtat, quoniam non te capiunt? Et quò refundis, quidquid impletur cælo & terra, reſtat ex te? An non opus habes, vt a quoquam contine aris, qui contines omnia, quoniã quæ imples, continendo imples? An quia te totum non poſ*D*ſunt capere omnia, partem tui capiunt. & tandem partem ſimul omnia capiunt? An vbique totus es, & res nulla te totum capit?* Vides diuinæ magnitudinem virtutis cõtinentem omnia; virtutem, inquam, non extenſionem aliquam per ſpatium aliquod procurrentem; nõ exiſtentem in inani, ſed in ſe ipſa. Quapropter & ſedere dicitur *in cælo*, Iſa. 66. 1. Amos 9. 6. & *excelſior cælo, ac profundior inferno*, Iob. 11. 8. & *tenere cælum palmo*, Iſa. 40. &c. vt ait Hieron. Iſa. 6. 66. eſſe *forinſecus, & intrinſecus, infuſus & circumfuſus, dum & ſolio ambiente non concluditur, & pugillo concinditur*. Sed non ideo erit, vbi nihil ſit. *Amentia* (inquit Auguſt. lib. de Fid. contra Manich. c. 37.) *Manichæorum eſt inquirentium, vbi Deus erat, antequam eſſent cælum & terra.* Qua-E re idem ipſe ad id Pſal 122. *Qui habitas in cælis*, eleganter ait, *Antequam faceret Deus cælum & terrã, vbi habitabat? Apud ſe habitabat, & apud ſe Deus eſt.* Accepit ab Auguſtino, Bern. lib 5. de conſid. & reddidit aliquando locupletius. *Quæris, ſi in ipſo omnia, ipſe vbi? Nihil, non minus inuenio. Quis capiet locus? Quæris vbi non ſit? Ne hoc quidẽ dixerim. Quis ſine Deo locus? incomprehenſibilis eſt Deus; ſed non parum de eo apprehendiſti, ſi hoc tibi de eo compertum eſt, quòd nuſquam ſit, qui non clauditur loco, & nuſquam tamen non ſit, qui non excluditur loco. Denique in mundo erat. Alius verò, vbi erat, antequã mundus*

(margin: An Deus exiſtat extra cælum. — Aug 11. de Ciuit. c. 5. Nullus locus extra mundum. — Cur dicatur Deus ſedere in cælo Hierony. — Auguſt.)

dus

dur fieret? Præter ipſum nihil erat. Ergo in ipſo erat. Sed vt breuiùs, ita & elegantiùs, & priùs Tertul. contra Praxeam c. 1 *Deus erat ſolus, & ipſe ſibi, & mundus, & locus, & omnia.* Deus ergo non extra mundum, neque in inani.

Tertull.

Nullum ergo ſibi perfugium parare poſſunt ex hoc loco, qui aſſerunt Deum extra mundum, & cœlos cœlorum exiſtere, quamuis quidē tum hoc loco vtantur, tū illo Iob. 11. 8. *Excelſior cœlo eſt, & profundior inferno*, &c. & alij, quæ eo loco indicauimus. Sed ſanè oppoſitā ſententiā cū ſanctiſſimis Patribus, & cordatiſſimis Theologis mihi ſemper, iam inde ex quo illā in Philoſophia docui, perſuaſam habeo, nimirū in inani, quod nihil ſit, nihil eſſe, & neque Deum quidem verè & reipſa cōſiſtere poſſe, neque ea nomina, ſpatij imaginarij, capacitatis, aut nō repugnantiæ, quā vocant, quidquam veri entis afferre aut ſignificare, præter inanem aſſerentium cogitationem.

Antiſiod. l. 1. Sum. cap. 16. Bonau. 1. d. 37. vbi Sco. Durā. Cap. Marſ. q. 39. Noſter Vaz. quæſt. 1. p. q. 8.

Expoſui, quid Salomonis ſententia contineat quid non contineat; videlicet, Deum nullo contineri loco, non definiri, non exæquari vlli creaturæ, vlli menſuræ, neque ideo eſſe vbi nulla ſit creatura, nullus locus, præterquam apud ſeipſū. Et verò Salomonis ſententia hanc habet vim; Quem ſupremus cœlorum ambitus non continet, multo minùs continebit anguſtiſſima hæc domus: & tamen, quæ tuæ magnitudinis immenſæ bonitas eſt, hoc domicilio contentum te præbebis, & hic te, tanquam in proprio & conſtituto loco, præſentem exhibebis.

Verſ. 28. 29. 30.

163 Audire & reſpicere ſolennia verba.

SAEpius precatur vt *audiat*, & *reſpiciat* Deus precantes in templo, quod item in ſacris frequentiſſimum, & profanis etiam ſolemne in inuocatione Deorum. vide Briſſ. lib. 1. de formulis pag. 87. & 89.

Quod verò ait: *Quodcunque orauerint in loco iſto, tu exaudies in loco habitaculi tui in cœlo*. Quod etiam repetit verſ. 32. 34. 36. 39. 43. 49. appoſitiuè explicandum eſt: quippe templum ipſum, quod domus Dei eſt, *cœlum* vocat, quod, vt nuper dicebamus, nubibus, tanquam cœleſtibus ornamentis impleuit: Et quidem exilis verbis verſic. 13. ſatis conſtat: *ædificans ædificaui domum in habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum*. Quod 2. Paralip. 6. 29. iiſdem verbis appellatur cœlum. *Si quis de populo ſuo fuerit deprecatus, cognoſcens plagam & infirmitatem ſuam, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies de cœlo firmiſſimo habitaculo tuo*. Significanter illi priſci Hebræi Hiſpanienſes: *Todo home que ſapiere cada vno la llaga de ſu coraçon, e endiere ſus palmas en eſta caſa, e tu oyras delos cielos del aderecamiento de ſu eſtadi*. Ex qua analogia Sacerdotes, qui in templo miniſtrant, ſunt Angeli, & dicuntur *militia cœli*, Iſa. 24. 21. *viſitabit Dominus ſuper militiam cœli in excelſo: & ſuper reges terræ, qui ſunt ſuper terram*, id eſt, ſuper Principes, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue laicos, & ſimiliter Iſai. 34. 4. *Tabeſcet omnis militia cœlorum*, &c. Quare & ſacerdotes aliquando ſtellæ dicuntur, quòd *militia cœli* aliquando pro cœli luminibus vſurpatur, & quod ſidera ī cœlo, hoc ſunt ſacerdotes in templo; & ſicut in Angelis & in ſtellis eſt ordò ſtationum, & miniſteriorum; ita ſanè & in officijs ſacerdotum. Quapropter vtrobique nomē, reſque militiæ inuenitur. Sed de hoc plura alio loco.

Cœlum pro templo.

Hebræi Hiſpanienſes.

Sacerdotes Angeli & ſtellæ.

Verſ. 31. vſque ad 50.

164 Pro quibus in templo orandum.

ENumerat ea omnia, pro quibus vel obtinendis vel auertendis preces fundendæ ſint in templo. Ad *confirmanda iuramenta*, verſ. 31. Et ne quid ex periurio detrimenti accipiat, qui iniuriam patitur, verſ. 32 *Facies & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificanſque iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam*. Ex alterius enim damnatione declarabatur alterius innocentia, quod priſco illo idiomate dicebant Hiſpanienſes. *Iudgaras a tus ſieruos para enmalecer al malo*, &c. Pro *reditu in patriam* ex bello, verſ. 34. *pro pluuia* verſ. 36. pro auertēda *fame*, & alijs terræ calamitatibus, verſ. 37. pro deprecandis *morbis*, & alijs animi ægritudinibus. verſ. 38. & 39. pro *victoria* contra hoſtes, verſ. 44. 48. pro redimenda *captiuitate*, & reditu in patriam, verſ. 47. Quibus ſanè velut capitibus ærumnæ omnes, quas deprecamur, bona item quæ precamur, continentur; cuius vel precationis vel deprecationis faciēdæ proprius & conſtitutus locus templum eſt.

Sed illud non prætereundum, quod præcipit Salomon, non ſolùm in templo orandum, ſed ſi quando contingat in hoſtium remotiſſimis regionibus captiuos detineri, tunc precandum hac formula: *Peccauimus, iniquè egimus, impiè geſſimus* (quę tria *peccatum* triplici ratione exprimūt, quam antiquiores Hebræi Hiſpanienſes ſic in ſuis Biblijs vulgaribus explicabant; *Peccamos, è a*[illegible]*ercimos, è enmaleamos.*) Et orare quidem *contra Ieruſalem*, & contra templum verſ. 48. quod ſæpe etiam factitatum à viris ſanctis nimirum à Dauide Pſal. 62. 3. *In terra deſerta, in via, & inaquoſa: ſic in ſancto* (ſicut in ſanctuario, & templo) *apparui tibi* (id eſt te hinc ex deſerto contemplor in templo commorantem, ad templum ipſum conuerſus) & ab Ezechia Iſa. 38. 2. *cum conuertit faciem ſuam ad parietem* (quæ reſpiciebat templum) *& orauit ad Dominum*; & à Dan. 6. 10. *Qui ingreſſus domum ſuam & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo*. Ergo videtur Salomon Deum quaſi centrum mundialis ſphæræ, & omnium animorum conſtituere, vt lineæ & orationes ab hominibus ducantur in templum vbicunque tandem exiſtant; & Deus in templo, tanquam in centro ſe præſentē exhibēs, ſingulorum precibus intendat, audiat, reſpiciat. Quod videtur indicaſſe Ioſephus, qui ſic orantem Salomonem inducit. *Cum omnia videas, audias omnia, nihil obſtabit hæc ædes, quominus vbicumque dignum eſt, habites, à nemine alienus, & omnibus proximus.*

Hebr. Hiſp. Triplex peccati nomē.

Orare contra templū.

Tēplum in ſtar centri.

Ioſephus.

Neque mirum id quidem: erat enim Ieruſalē & templum *in medio terræ* habitabilis, ſicut ipſe Deus per Prophetam dixerat: *Iſta eſt Ieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras*. Ezech. 5. 5. ex qua tanquam ex centro lucis ſplēdor in omnem terram, tanquā corde ſpiritus vitales; tanquā ex capite aliarum prouinciarum & gentium ſenſus, notio, & concitatio ad ambulādum in via Domini, denique tanquam ex cētro linearum deductio, omnis boni, & precum ac votorum perfectio expectanda erat & tanquam ex fonte deductio riuulorum in alias regiones, & tanquam ex fundamento ſtabilitas aliarum prouinciarum: vt non immeritò dictum fuerit, Pſal. 47. 2. *Fundatur* (ſtabilitur velut fundamentum, cui innititur reliquum orbis: propriè in Hebræo: *Pulcher regione, aut climate*, vel termino: *Is hermoſo y viſtoſo del mundo*; idque propter ſanctuarium quod fuit in monte Sion, & poſtea fuit in Templo. kaldæus. *Pulcher vt ſponſus mons Sion*; videtur enim facere vniuerſam terram ſpōſam allectam tanta pulchritudine ſanctuarij

165 Ieruſalē & templū in medio terræ

Tēplū, caput, cētrū, fundamentum, fons, ſpōſus, cor.

kaldæus.

5 *Materia domus regiæ. Qui lapides pretioſi. An domus regia pluribus contignationibus ſublimis.*
6 *Optima domus urbana conſtitutio. Diuerſa partes regia domus. Armamentarium. Explicatus ſemel & iterum lib Paralip.*
7 *Regia ſplendor & ornamenta. Parallela aularum prophanorum Principum. Ornamenta armamentarijque.*
8 *Quot in armamentario haſta & ſcuta. An lancea ſcuti genus. Propria rerum nomina incerta.*
9 Clypeus haſtatus, *unde in Hebræo dictus. Conciliatio loci Regum cum Paralipom. Pelta lunata.*
10 *Vulgati interpretis defenſio. Haſta aurata inſolentes. Vter bello opportunior color auri, an argenti.*
11 *Auri bonitas. An clypei toti ex auro. Illorum pondus.*
12 *Mina auri quot ſiclorum. An illa ſcuta tantum ad oſtentationem non item ad vſum. Aurei & argentei cuius ponderis. Illuſtratus locus Machab.*
13 *Cur ſeruus perfecta fabrica domus regia. Alacritas ædificantium templum. Explicatus Sophonias.*
14 *Deus liberaliter cumulans Salomonis obſequium.* Cur templum *dictum domus Dei. Illuſtratus locus Paralip.*

Magnificẽtia regię. PRoxima Templo domus regia, & quæ inter Salomonicæ opulentiæ opera & argumenta nõ vltimum. *Quamuis enim* (vt Ioſephus ait) *regia multum magnificentia templi cederet; hac tamen pro dignitate fortunarum regis ac*
Ioſephus. *gentis eſt exædificata.* Quare cum priuatam magnificentiam Salomonis regis ſcribimus, ab illius domo & familia, tanquam ab ædificio ornamentoque magnificentiſſimo auſpicamur. De quo ſic ſcribitur 3. Reg. 7.

1 *Domum ſuam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit.*
2 *Aedificauit quoque domum ſaltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.*
3 *Et tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram, qua quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur.*
4 *Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra ſe inuicem poſitas.*
5 *Et è regione ſe reſpicientes æquali ſpatio inter columnas & ſuper columnas quadrãgulata ligna in cunctis æqualia.*
6 *Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus, & columnas & epiſtylia ſuper columnas.*
7 *Porticum quoque ſolij, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem.*
8 *Et domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum, erat in medio porticu, ſimili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.*
9 *Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normam quandam atque menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant: à fundamento vſque ad ſummitatem parietum, & extrinſecus vsque ad atrium maius.*
A 10 *Fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorum.*
11 *Et deſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ ſecti erant, ſimiliterque de cedro.*
12 *Et atrium maius rotundum trium ordinum.*

Sed hæc lucem poſtulant, quam ſubiectis quæſtiunculis & notationibus afferemus.

I. *Fuitne triplex domus regia, cuius hoc loco mentio.*

FEre omnes interpretes tres diuerſas domos conſtituunt; Primam *regis*, nu. 1. ſecundam, An tres domus regiæ.
B *ſaltus Libani*, nu. 2. tertiam, *reginæ*. nu. 8. tres ergo loco ac ædificij ratione diuerſas volunt Nicolaus, Comeſtor, Dionyſius, Abulẽſis, Caietanus, Hugo; poſt quos alij recentiores, Genebrardus, Vatablus. Sed vt cõcedamus plures domos à Salomone cõſtructas regali magnificẽtia & cultu, teſtatur enim ipſemet Eccleſiaſt. 2. *ædificaui mihi domos*, vt eo loco latiùs exponimus: At, quod ad domum regis, reginæ, & ſaltus Libani pertinet, coniectura veroſimili aſſequor, nõ diuerſas fuiſſe, ſed vnam ampliſſimam continentem ex pluribus partibus, quæ eas diuerſas appellationes habeant, domus regis, domus reginæ, & ſaltus Libani. Quod apud nos in eadem regali domo vulgatiſſimum eſt nominare; *El quarto del Rey, el quar*
C *to de la Reyna, y el patio de los conſejos.*

Dionyſius. Abulenſis. Nicolaus. Caietanus. Genebrard. Hugo Vatablus.

Vna regia ex tribus partibus.

Omnes verò tres vnica *domus regis* appellatione contineri videntur. Primò, quia dicitur Salomon *domum ſuam ædificaſſe tredecim annis, et ad perfectum vſque perduxiſſe*; quod (vt etiam ipſe Abulenſis q. 3. fatetur) intelligi neceſſariò debet de omnibus tribus ædificiis, quæ illo tredecim annorum ſpatio perfecta fuerunt; & vigeſimo tandem anno ab incepto templo ceſſauit ab ædificando. Quare quod dicitur Salomon, *ad perfectum vſque perduxiſſe*, propriè ex Hebræo legitur, *compleuit totam domum ſuam*. Quaſi diceret, omnes eius partes; nimirum illam propriè ſuam, & reginæ, & ſaltus Libani, ſeu Prætorij abſoluit. Idemque indicatur 2. Paral. 8. 1. & 2. *Expletis vi*-
D *ginti annis, poſtquam ædificauit Salomon domum Domini, & domum ſuam*, conuertit nimirum ſe ad externa ædificia.

Abulenſis.

Secundò, quoniam nõ alia fit mentio, deſcriptioue domus Salomonis, quã deſcribẽdo *domũ ſaltus Libani, & reginæ*; vt certũ argumentũ inde fiat *domum regis* per ſuas illas partes deſcriptam.

Tertiò, quoniam ipſa *domus reginæ* eſt eadem cum *domo regis* 3. Reg. 3. 1. *Accepit filiam Pharaonis, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum ſuam*, id eſt, donec compleret, & omnibus ſuis partibus abſolueret ædificium domus regiæ; illud enim *ſuam*, non debere referri
E ad reginam, ſed ad ipſum regem, conſtat tum ex ipſo Hebræo affixo, quod eſt generis maſculini; tum ex eo, quod 3. Reg 9. 1. poſt ædificiũ templi, non aliud ædificium Salomonis ſubditur, quàm ædificium regis, nimirum quia ſub eo ædificio aut domo Regis continebatur domus reginæ, & domus ſaltus Libani. Quo loco cùm propriè ex Hebræo habeatur *domus regis*, vt etiam retinuerunt Septuaginta; neſcio cur Pagninus, Regia, Vatablus, potiùs dixerint *domum regiam*, & Tigurina etiam *ædes regias*, quod indifferens eſt, ad domum regis vel reginæ; niſi fortè vt ſub nomine *ædium regiarum*, earondem comprehendere voluerint tam domum regis, quàm reginæ.

Pagninus. Regia. Vatabl. Tigurina.

no, id eſt, in templo: quam eandem *Libani* interpretationem docet idẽ Hieron. initio c. 17. Ezechielis. *Euſebius.* Euſeb. lib. 8. demonſtrationis Euangelicæ c. 4. Ergo ipſi domui regiæ, templo, & magnificẽtiſſimis alijs ædificijs Ieroſolymitanis pominari Zacharias, *Zach. 11* cum ait ad Ieruſalem; *Comedat ignis cedros tuas; vlula abies, quia cecidit cedrus, vlulate quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus, quia vaſtata eſt magnificentia eorum.*

Sed non omnino conuellenda, neque repudianda illa de circumiectis viridarijs, & ſyluis *Nicolaus.* Nicolai opinatio, vt diximus ad caput 2. Eccleſiaſtæ, cùm de Salomonis hortis & nemorib. diceremus. *Forerius.* Nam quod Forerius, Iſai. 22. num. 8. ſuper id, *Videbis in die illa armamentarium domus ſaltus*, *3 Reg. 7.* arbitratur, ideo eum locum dici *domum ſaltus*, aut, *domum ſylua*, vel *quod reges illic haberent arma, quibus vtebantur in venatione; vel ob denſitatem & multitudinem armorum*: alienum eſt ab Hebraica phraſi, & proprietate *domus*, vt propterea tantùm dicatur eſſe ſylua, quia habebet inſtrumenta ad venãdum in ſylua. Illud melius, quod non ex ſe, ſed à Forſtero mutuatum deſcribit Forerius, *Forerius.* (quod ſæpicule ſolet) armamentarium illud domus Libani habuiſſe panopliam, id eſt, omnis generis armaturam, de quo quæſtiuncula quinta. Multo verò longius & coactius, quod alij illo Iſaiæ loco putant vocari arma, ſiue armamentarium domus ſaltus, quoniam ex ſaltibus, & ſyluis, miſſilia, tela, haſtæ, machinæ omnes bellicæ & tormenta comparabantur.

IIII. Quæ fabricandi domus regias materia & ratio.

Lapides & ligna pretioſa domus regiæ. 3. Reg. 7. 9.

OMnes illæ tres ædium regalium partes conſtabant quidem pretioſis tum lapidibus, tũ imputribilibus lignis. neque enim ſolum de reginæ domo, ſed de vniuerſa domo regia accipiẽdum, quod ca. 7. verſ. 9. dicitur, *Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normam quandam atque menſuram tã intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant, a fundamento vſque ad ſummitatem parietum; fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decẽ, ſiue octo cubitorum.* *Lapides pretioſi.* Vbi *lapides pretioſos* intelligo, inſolentia, & rara marmora ex prouincijs exteris commendatiſſima, vt Ioſephus ſcribit. *Theodoret. Procopius.* Quòd autem *ſerratos* dicit, Theodor. 3. Regum q. 21. & Procopius eodem loco, indicant dictum eſſe ad diſcrimen lapidum, ex quibus templum cõſtructum fuit, de quibus dicitur 3. Regũ 6. 7. *Domus cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt, & malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cũ ædificaretur.* Quaſi lapides templi, non item domus regiæ, humana arte & labore politi fuerint. Sed de hoc dicebamus ſuperius, vbi de templo, lapides templi elaboratos fuiſſe in monte; & ſine malleo ſecuri ve læuigatos ſerra. Ergo cùm lapides etiam domus regiæ ſerrati eſſent, hoc habuerunt peculiare, quòd in ipſa domo regia ſerrati fuerunt, non itẽ lapides templi in templo.

Quod verò ad materiam cedrinã attinet, præter *columnas cedrinas, & ſuper columnas quadrãgula ta ligna*. verſ. 3. dicitur, *totam cameram veſtiuiſſe tabulatis cedrinis: porticum verò, in qua tribunal erat, texiſſe lignis cedrinis a pauimento, vſque ſummitatẽ.* Quod licèt in omnes domus regiæ partes conueniat, *nam ſimili opere*, id eſt, ex marmore & cedro videntur omnes extructæ; tamen potiſſimum in domum ſaltus: vt quæ plus haberet materiæ cedrinæ, quàm aliæ partes.

A De forma autem non omnino conſtat. nam cùm ſimplicem tantum & ſub vnica cõtignatione illam videatur deſcribere ſacra hiſtoria; at Abulenſ. 3. Reg. 7. q. 4. cenſet domum regis fuiſſe eiuſdem figuræ, & numeri columnarum cum domo ſaltus Libani; ac ſolummodo differre, quòd domus regis vna fuerit, & ſub vnica contignatione; at domus ſaltus fuerit duplex, ſuperior, & inferior, & ſub duplici contignatione. *An domus regiæ plures contignationes. Abulenſis: Domus ſaltus an duplex.*

Quod ex Hebræorum traditione Petrus Comeſtor 3. Regum cap. 22. ex quo Abulenſ. Dionyſius, Hugo, deſcribunt, ſic elucidat; vt duplicem faciant domum ſaltus Libani, nimirum inferiorem, quam aiunt eſſe lapideam, *quæ dicebatur nechota, id eſt, pigmentaria, in qua reponebantur* *Comeſtor. Abulenſis. Dionyſ. Hugo.* B *aromata & pigmenta ad vſus templi & domus regiæ vt ex beneficio terræ & muri, diu vigerent quaſi recentia*, & in ſuperiorem quæ erat lignea, in qua reponebantur arma, vt cedrorum beneficio & virtute rubiginem non ſentirent. קסר Quare & Hieronymus *Hieronym.* in Tradit. in Geneſ. 41. ſcribit: *Vbi in noſtris Codicibus habetur thymiama: in Hebræo eſſe* נכאת *nechota, quod Aquila ſtoracem tranſtulit, ex quo domus nechota, quæ in Iſaia legitur, manifeſtiſſimè cella thymiamatis, ſiue ſtoracis intelligitur, quòd in illa aromata diuerſa ſint condita.* Iſaiæ autem locus eſt c. 39. Caietan. *Caietan.* verò hoc duplici ordine minimè contentus, tres in altitudinem habitationes & totidem contignationes diſtinguit, infimam, C mediam, ſupremam, totidemque feneſtrarum ordinibus diſtinctas. Sed in eo quoque ab alijs interpretibus diſſentit, quòd vniuerſam hãc domum, quam *ſyluestrem* appellat, ita vniuerſam ex ſylua, id eſt, ex materia lignea componit, vt nihil prætetea alienæ materiæ admittat; eòque Salomonis magnificentiam oſtenſam. Ipſos præterea parietes ligneos fuiſſe, id eſt, ſpatia columnarũ tabulatis cedrinis impleta, parietis vicem præſtitiſſe.

Idonea cõtrouerſiæ explicatio. Ego certiora propono & probo. Primum, veroſimile videri, vnum aut alterum cœnaculum fuiſſe tum in domo regis & reginæ; tum in hac domo ſaltus Libani. Sic enim videtur exigere altitudo cubitorum triginta, quæ verſ. 2. traditur. D Ioſephus *Ioſephus.* nominatim commendat elegantium aulæum, quæ in aerem attollebantur.

Secundum, etiam inferiorem domũ ligneam fuiſſe, id eſt, non ſolum cedrinis columnis erectam, ſed & præterea cedrinis tabulis totam conueſtitam, vti verſiculo 9. apertè ſcribitur.

Tertium, alioqui parietes lapidei erant, & lapideis fundamentis erecti; ne fundamentorum opera, materies, labor, niſi eiuſdem materiæ, & operis parietes ſuſtinerent, fruſtra ſuppoſita viderentur. Quod enim Abulenſis ait, quòd licèt *Abulenſis reiectus.* aliæ domus haberent ligna de Libano, tamẽ habebant lapideos parietes & pauimentum item ſtratum lapide: at domus Libani tota erat cedrina parietibus, columnis, tecto, pauimento, hoc *An domus ſaltus tota ex cedro.* E inquam credibile non eſt: ſatis enim, ſi tota eſſet conueſtitè cedro.

Quartum, partem etiam marmoream fuiſſe, auream aliquam, atque argenteã, Ioſephus ſcribit, paulo poſt adducendus.

V. Quæ domus regiæ, præcipuarum partium, & aularum diſtributio.

QVamuis tres illæ partes ſummæ atque præcipuæ ſint domus regis, reginæ & ſaltus Libani: tamẽ in his aliæ quoque peculiares, & varijs 6

vſibus opportunæ ſi parandæ ſunt. de quibus in A vniuerſum ſic ſcribit Ioſephus, *Difficile eſt enume rare amplitudinem ac varietatem aularum: tam maio rum quam mediocrium, tum quæ ſub terra latebant, quæve in aerem elegantiſſimè attollebantur.* Et cùm *acuminis* in architecto *propriũ ſit*, (vt ait Vitruu. lib. 6. c. 2.) *prouidere ad naturam loci, aut vſum, aut ſpeciem*: dubitandum non eſt, acutiſſimè atque prudentiſſimè peruidiſſe, atque prouidiſſe Salomonem in regia ſua ædificanda, illa omnia ad ſuos vſus neceſſaria. Quædam igitur ad habitationis & valetudinis opportunitatem erant cõparata, & ad eam fortè regulam, quam videtur præſcribere Columella lib. 1. c. 6. *In vrbana domus poſitione cuius membra in hyberna & æſtiua ſic dirigantur, vt ſpectent hyemalis temporis cubicula brumalem Orientem; cœnationes æquinoctialem Occidentem, rurſus æſtiua cubicula ſpectent Meridiẽ æqui noctialem, ſed cœnationes eiuſdem temporis proſpectẽt hybernum Orientem. Balnearia Occidenti æſtiuo aduertantur, vt ſint poſt meridiem, & vſque in veſperũ illuſtria. Ambulationes meridiano æquinoctiali ſubiectæ ſunt, vt hyeme plurimum Solis, & æſtate minimũ recipiant. nam & ſapiens architectus cæli regiones ſpectat, & vſui atque ſalubritati propria loca diſponit; & ſiue balnearia, ſiue triclinia, ſiue horrea & apothecas ad ſolem, ventum, lumina opportuniſſimè diſtribuit.* Vitruu. lib. 6 c. 7. & 8. Alia verò ad voluptatem Ioſephus, *præter hæc erant & alia cubicula ad voluptatem facta, & porticus adornatum regia longiſſima.* B C

Ioſephus. — Architecti acumẽ quale — *Vitruuius.* — *Colum.* — Domus diſpoſitio ad valetudinẽ — *Vitruuius.* — *Ioſephus.*

Cœnationes item, & triclinia in domo ſaltus Libani videntur diſpoſita, quòd in ea agitaſſe non rariora, ſed quotidiana conuiuia, ſcribit Ioſephus; nam de regina Saba: *Nihil magis mirata eſt, quam aulam, cui nomen ſaltus Libani, & quotidianos conuiuiorum ſumptus tam dapſiles, apparatũque miniſterij.* Idemque indicat 3. Reg. 10. 21. *Omnia vaſa quibus potabat Rex Salomon, erant aurea, & vniuerſa ſuppellex domus ſaltus Libani de auro puriſſimo.* Quaſi vaſa, quibus quotidie potabat, de ſupellectile eſſent domus Libani. Quod 2. Paral. 8. 20. dicitur *Omnia vaſa conuiuij regis erant aurea,* (& per expoſitionem) *vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſſimo.* Porro ad Salomonicam magnificẽtiam pertinebat non eadem ſemper frequentaſſe triclinia: lautiſſimum enim eſt, non ſolùm cænacula, ſed etiam cœnationes non eaſdem habere hyeme atque æſtate; *Neque enim* (vt Lucullus dicebat) *deterioris ſortis hominem ingenuum, & cũ regem oportet eſſe, quàm grues, atque hirundines: denique* hæc pars domus regiæ *propria eſt* regis. Et inter ea quę domus regis propria ſunt, refert Vitruuius; *Ad quæ non eſt poteſtas omnibus introeundi, niſi inuitatis, quemadmodum ſunt cubicula, triclinia, balnea, cæteraque quæ eaſdem habent vſus rationes.* D

Quotidiana conuiuia in domo ſaltus. — Cœnationes pro tẽpore diuerſæ. — *Lucullus* — *Vitruuius.*

Alia item aula propria etiam ac minimè communis, eſt *armamentarium*, quod item Rex in domo ſaltus Libani conſtituit; quem domus vſum teſtatur 2. Paral. 9. 16. *Poſuit ea ſcuta & haſtas Rex in armamentario, quod erat conſitum nemore.* quod idem omnino eſt in Hebræo quod 3. Reg. 10. 17. dicitur *in domo ſaltus Libani*. cuius armamentarij iterum fit mentio 2. Paralip. 12. 9. 10. 11. & Iſa. 22. 6. 7. 8. *Reuelabitur operimentum Iuda, & videbis in die illa armamentarium domus ſaltus*, videlicet, quòd quæ in theſauris, & armamentarijs regijs incluſa erant, iam tunc aduentante hoſte, & regiam inuadente, recludenda eſſent. Vel antea quàm hoſtis ingrederetur vrbem, aperienda eſſent armamentaria regia, & exponenda cuiuis, quod erat vltimum in obſidione & diſcrimine E

Armamentarium.

conſugium. Durabat quippe adhuc illud ipſum Salomonis armamentarium, vel aliud ſimile, qđ priſcam appellationem retinebat. Quãuis enim Seſac Rex Aegypti diripuiſſet theſauros regios, & ſcuta antea Salomonis, tamen Roboam alia ærea ſcuta ſubſtituit, atque in eodem vel in ſimili armamentario repoſuit, 3. Regum 14. 26. 2. Paralip. 12. 10.

Erat præterea locus theſaurorum regalium, & aromatum, quæ ſimul coniunguntur in Scriptura. 4. Reg. 20. 13. *Oſtendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vaſorum ſuorũ, & omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis,* vt poſſis dicere hãc domum: *el quarto del guardaropa.* Hi autem theſauri coniungũtur cum ſcutis aureis, quæ fecit Salomon 3. Reg. 14. 26. *Theſauri.*

Erant item apothecæ & cryptæ ſubterraneæ, quas nominatim ſcribit Ioſephus. *Cryptæ.*

Tandem aulæ & cubicula, quò *ſe negotijs peractis animi cauſa conferebant*, vt ait Ioſephus, neq; ſolùm Rex, ſed etiam, vt Adrikomius addit, nobiles; atque ibidem epulis, luſibus, & ob ambulationibus animum oblectabant. *Adrik. in Ieruſal. n. 4.*

Loca verò cõmunia, *quibus* (vt ait Vitruuius) *etiam inuocati ſuo iure de populo poſſunt venire*, ſunt *veſtibula, caua ædium, periſtylia*: tum illa *forenſibus*, & litibus tractandis *elegantiora & ſpatioſiora ad cõuentus excipiendos*. In quem potiſſimùm vſum videtur Ioſephus domum ſaltus Libani accepiſſe. Cum enim tãtùm commemoret Scriptura. 4. Regum 7. 7. *Porticum ſolij, in qua tribunal erat, & domunculam, in qua ſedebatur ad iudicãdum:* Ioſephus ſic deſcribit; *Baſilica erat magna & pulchra multis columnis ſuffulta, quam ad cauſas forenſes agitandas & lites decernendas condidit, capacem multitudinis, quæ conuenitura eſſet, longam cubitis centum, latam quinquaginta, altam triginta. Hanc ſexdecim columnæ quadrangulæ ſuſtinebant tectam opere Corinthiaco, additis parilibus poſtibus: cum valuis cælatis adornamentum loci ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis ſuffulta, & in ea tribunal magnificũ, vbi Rex iura ſolebat reddere.* Vide Villalpand. tom. 3. p. 201. & 202. de Turribus regiæ Salomonis: & de Carcere, tum ibi tum p. 209. quæ ad Tribunal. & Prætorium ſpectare videntur. *Vitruu. li. 6. c. 8.* — Loca forenſibus deſtinata. — *Ioſephus.* — *Villalpãd.*

VI. Quis regiarum ædium ſplendor atq; ſupellex.

DE tota regia in vniuerſum Ioſephus: *Regia tamen ſi multum magnificentia templo cederet,* 7 *Ioſephus.*
quod neque materia eius tanto ante præparata fuiſſet, & Regi, non Deo extrueretur domicilium: Sed hæc tamen pro dignitate fortunarum regis ac gentis eſt exædificata. Quod autem Scriptura ait, *Omnia lapidibus pretioſis ad normam quandã atque menſuram tã intrinſecus quam extrinſecus ſerratis ex ædificata; & lignis cedrinis intrinſecus conueſtita*, his verbis elucidat Ioſeph. *Omnes aulæ cedrinis tabulis conſtructæ, partim ſaxo quadrato decẽ cubitalis conſtructa, partim vita, vt ſolent regiæ vel templa, incruſtata pretioſo marmore, quod & locis eo nomine celebribus apportatur.* Addit aulæa, picturas, & quidquid oculis leoocinatur; *Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur, quartus verò ſculptorũ admirabile artificiũ oſtentabat, in quo efficta erant varia arborum & plantarum ſpecies, frondibus & floribus tãta ſubtilitate expreſſis, vt agitari quodammodo viderentur. Reliquum verò, quod ſupererat vſque ad Lacunar, opere albario tectum, & diſcoloribus picturis erat variegatum.* Tandem poſt pauca; *In ſumma to-* *Marmora peregrina.*

tum ædificium & marmore candido, & cedro, & auro atque argento conſtabat, diſpoſitis per parietes & laquearia varijs lapillis auro incluſis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat.

[Gēmæ per parietes diſpoſitæ.]

De ornamento vero tricliniorum illud peculiare addit: *ſplendidiſſima triclinia referta auro, vt quæ aurea ſupellectile ad omne regij conuiuij miniſterium erāt inſtructa.* nimirum quòd vniuerſa ſupellex ſaltus Libani, *& vniuerſa vaſa potatoria, erant aurea.* 3. Regum 10.21. 2. Paral 9.20. Et verò vaſa, quibus potabat Salomon, nō ſolùm aurea, ſed gemmea fuiſſe ſcribit Ioſephus. quod poſterioribus poſtea ſeculis, & in vſu & in luxu fuit: *Turba* (inquit Plinius) *gemmarum potamus, ſmaragdis teximus calices.* de quo diximus ſuperiùs li. 4. & c. 2. Eccleſiaſtæ.

[Tricliniorū ornatus.] [Vaſa potatoria gemmata.] [Plinius.]

Porro tantam domus magnificentiam ſiue imitatus Salomon ex Perſarum regijs domibus, ſiue alij etiam ingenti luxu æmulati. Parallela igitur accipe. Nero ex Suetonio. c. 31. *In ceteris partibus domus cuncta auro lita, diſtincta gemmis, vnionúmque conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, vt flores ex fiſtulis, & vnguenta deſuper ſpargerentur.*

[Parallela cultus domus regiæ Salomonis] [Suetonius.]

Perſepolitana verò regia multa cedro ædificata fuiſſe ſcribitur à Curtio lib. 5. *aurea & argētea ſuppellectili, non tantum ad vſum, ſed ad oſtentationem luxus comparata.* Et, vt Ariſtoteles libro de Mundo ad Alexandrum, ſcribit: *Tecta fulgebant eboris, argenti luce, flammea auri, vel electri claritate.* Et quidem Philoſtratus libro 2. *Auream* regis Perſarum domum appellat, ac Dio Chryſoſtomus oratione. 2. de Regno, non alia comparatione amplificari Menelài habitationem ab Homero lib. 4. Odyſſeæ quam conferendo cum Perſica aut Medica Regum Regia. Suppellectilis item aureæ non diſſimilia illa vaſa coquinaria ex argento & pretioſa materia, quę ex Plinio & Iuuenali ſuperiùs adducebamus.

[Regia Perſepolis.] [Curtius.] [Ariſtoteles.] [Philoſtrat.] [Chryſoſtom.] [Homerus.] [Plinius.]

Quod verò videtur ad tricliniorum & cœnationum etiam, atque conuiuiorum lautitias & ſplendorem pertinere, nimirū *ordines miniſtrantum, & pincernas*, quorum fit mentio. 3. Reg. 10. 5. expoſuimus ad caput. 2. Eccleſiaſtæ, vbi ipſe Salomon ex profeſſo.

[Pincernæ.]

Ornamenta verò armamentarij non alia quā *arma*, quæ non ſolùm ea fuerunt, quæ referuntur nominatim, haſtæ, & ſcuta, de quibus ſtatim; ſed etiam vniuerſitas armorum. Verbum enim originale *Naſak*, quod *arma* ſignificat, quę illi afferebantur per ſingulos annos. 3. Regum. 10. 25. 2. Paral. 9. 24. armaturam & panopliam comprehendit, id eſt, vniuerſitatem armorum. itaque videre erat non ſolū ſcutis & haſtis ſcintillantes parietes, ſed prætereà gladiis, arcubus, pharetris, & vniuerſi generis armis quæ apud alias gentes in vſu & in pretio, ornatos atque diſtinctos, quod indicat illud Iſai. 22. 6. *Parietem nudauit clypeus*: conueſtiunt enim parietem pendentes clypei.

[Arma.] [נשק] [Arma pro vniuerſa panoplia.]

VII. Quis in armamentario domus regiæ haſtarum & ſcutorum numerus.

8 SEd illud paulo difficilius, quòd non ſatis conſtat haſtarum & ſcutorum aureorum numerus, quibus ſuum armamentarium exornauit Salomon, neque quantum auri pondus, quod in ſingula expenſum fuit. Ergo de numero ſic ſcribitur 3. Regum. 10. 16. *Fecit Rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo; ſexcentos auri ſiclos de-*

A *dit in laminas ſcuti vnius, & trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri vnam peltam veſtiebāt* At verò 2. Paral. 9. 15. ſic habet; *Fecit ducentas haſtas aureas de ſumma ſexcentorum aureorum, qui in ſingulis haſtis expendebantur; trecenta quoque ſcuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur ſingula ſcuta.*

Primum ponendum pro elucidatione, in textu Hebraico nullam eſſe ambiguitatis occaſionem, vtrobique enim habētur *ducenta Tſinnah*, & *trecenta maginim*. tantùm de vulgati lectione, & mente, cōtrouerſia eſt. quod *ducenta Tſinnah*, verterit in libro Regum, *ſcuta*; in Paral. *haſtas*. Qui eam difficultatem vident, non eodem modo reſpondent, nam Dionyſius 3. Regum 10. aliud atque aliud intelligit in libro Regum, & Paral. neque idem narrari in vno & altero loco, ſed diuerſū eſſe armorum genus vt ipſa Latina lectio ſonat. Et in vniuerſum tria armorum diuerſa genera, ſcuta, peltas, lāceas, ex vtroque loco colligi facta à Salomone; id quod etiā ſentit Petrus Comeſtor 3. Regum. c. 22.

[An eadem ſcuta, quæ haſtæ.] [צנה] [מגנים] [Dionyſius.] (B)

Abulenſis. 2. Paral. 9. q. 9. idem vtroque nomine ſiue *ſcutorum* ſiue *haſtarum* nomine ſignificari aſſerit. Tamen veras fuiſſe ducentas lanceas ſiue *haſtas*, ſicuti nominatur. 2. Paral. & nonniſi impropriè & abuſiuè vocatas eſſe *ſcuta* in libro Regum ab interprete Latino. Et poſſet hæc ſententia confirmari ex Septuaginta, qui. 3. Regum *lanceas* legunt pro *ſcutis* noſtris; tum etiam ex Ioſepho, qui 8. Antiq. cap. 2. vt idem Abulenſis refert, ſic habet: *Conflauit Salomon aurum, vt ducentas lanceas faceret, quæ ſexcentos ſiclos continerent, fecitque ſcuta trecenta, vno quoque habente auri minas tres.*

[Comeſtor.] [Abulenſis.] [Scuta abuſiuè pro lanceis, ſeu haſtis.] [Abulenſis:] (C)

Tertiò denique Hebraizantes plerique, cùm vtrobique rem eandem ſignificari exiſtiment, ſicut & Abulenſis; at in eo contrarij ſunt, quòd dicant vtrobique intelligenda eſſe *ſcuta* aut clypeos; itaque *haſtas* ſiue lanceas volunt potiùs abuſiuè poſitas pro *clypeis*: ſic legunt quos ſtatim indicabimus.

[Abulenſis.] [Haſta abuſiuè pro ſcuto.]

Ego verò vna aut altera aſſertione controuerſiā dirimendā arbitror, qua & rei ipſi, & vulgatæ lectioni lucem afferamus. Primam; vocem *Tſinnah*, apud interpretem *armorum* aliquod genus ſignificare, ſed incertum. Ideo vno in loco. *ſcutum* vertit, in altero *haſtam*, ſiue *lanceam*. Hoc me ipſe Vulgatus non obſcurè docet, cùm eandem illam vocē originalem communi *armorum* nomine vertit, Prouerbiorum. 22. 5. & *armiger*, ferens arma; *Tſinnah.* 1. Reg. 17. 7. 41. videlicet quòd certa armorum ſignificatio minimè exploraта eſſet. quod frequenter quoque euenit in aliorum Hebraicis nomenclaturis rerū proprijs. Aliquando igitur, vt rei preſenti cōuenire videbatur, vertitur *clypeus*, 1. Par. 8. 25 Paral. 2. 3. 4. & 25. 6. Ezec. 26. 8. Ierem. 46. 3. 5. 13. & 34. 2. *ſcutum*, Pſal. 91. 4. 2. Par. 14. 7 *loricam*, Ezech. 23. 24. *haſta*, 38. 4. & 39. 9 *contus*, quod ferè idem eſt cum *haſta*, Amos. 4. 2. cùm enim alia aliorum *armorum* nomina concurrunt, ſic ea ad noſtrum vſum & intelligentiam accommodat, prout armando militi, & alijs armorum Latinis ſignificationib. conuenientius iudicat. Itaque ex mente Vulgati., cum ſcutū haſtàve dicitur ex originali *Tſinnah* locis iā indicatis, hoc pro certo eſt accipiendū, eſſe armorum aliquod genus; ſed incertum, quod nomine ſit: poſſe igitur ſine vllo errore aut *haſta* aut *ſcutum* veroſimili coniectura, verti.

[Idonea dubitationis explicatio.] (D) [Vulgatus defenſus & illuſtratus.] [Nomina propria incerta.] [Ierem 46. 3] (E)

Secundum mihi item non liquet, an id armorum genus potiùs ad *ſcuti* & clypei, quàm ad lā-

A ceæ formam & vſum referendum ſit: atque affir-mo, neminí liquere poſſe, credibili & perſpicoa coniectura facta ex locis, in quibus inuenitur.

Vox originalis inexplorata adhuc certa ſignificatio.

Nam hæc videntur probare eſſe lanceæ & miſſilis genus. Primò, quòd vox originalis ſiue ducatur à *tſanin*, quod eſt ſpina, ſiue à *tſanahh*, quod eſt defigere, ſignificat aliquid acutum aptum ad configendum. quare & ad gladium, aut *ſpadam* extendit Forſterus.

צן

Quæ probét eſſe haſtam.

צנה

Forſterus.

מגן

Præterea quòd Pſalmo 34. 2 dicitur; *Apprehendere arma, & ſcutũ: Tſinnahh*: vbi ſi pro *armis*, ſit clypeus, vt exigit vox originalis alia; *tſinnah* non poterit eſſe ſcutum, ſed aliud armorum genus opportunum ad geſtandum & vtendum dextra. niſi duplici ſcuto velis ducem militémve armare, non quo ſe tueatur, ſed quo hoſtem profliget, & expugnet impu- B gnantes ſe.

Hieronym.

Nebienſis.

Quare coactus eſt Hieronymus vocem hanc ipſam reddere *haſtam*, legens. *Apprehende ſcutum & haſtam*. Nam quod Nebienſis ex Hebræo & Chaldęo dicit; *Apprehende ſcutum. & parmam*, abſonum eſt. quod verò alius dixit, *Apprehende ſcutum, aut clypeum*, neqoe conuenit cum originali; neque cum affectu vehementiori accelerantis & vrgentis auxilium, non tam ad ſe protegendum duplici clypeo, quàm ad repellendum hoſtem:

9

Villalpãd.

Polybius.

Suetonius.

Liuius.

Tertiò, quod Num. 33. 55. *lancea in lateribus*, nõ poteſt eſſe aliquid, quod protegat, ſed quod transfigat. Namque Villalpandus, vt Forſteri coniecturam promoueat de *clypeo haſtate*, id eſt, vmbonem & cuſpidem habente, affert ex Poly- C bio *vmbone poſſe auerti vehemẽtiores hoſtium ictus*. & Suetonio in Iulio, c. 68 *poſſe impelli hoſtem*; & ex Liuio lib. 10. hoſtem etiam *ſterni*; hæc tamen quam non efficiunt voce originali *tſinnah* potuiſſe commoda alia ratione ſignificari, quàm ea quam diximus. quamuis enim his ſcutis aliquid tribuatur acutum, & præacuminatum; ſed tamen cum illa perforandi & transfigendi ſignificatione & radice non omnino quadrat. Quare neque videtur idoneè conuenire id nomen in ſcutum quantumuis acutum.

Quæ probent ſignificare ſcutũ.

Pro alia parte res ipſa circumdandi aut protegendi in circuitu exigit, vt intelligatur *clypeus*, Pſalm. 90. 5. *Scuto circumdabit te veritas eius*. D quod haſta commodè fieri non poteſt. Difficultatem & incertitudinem rei propoſui, certus à nemine adhuc ſublatam, fore etiam non cito auferendam: ſed tamen commoda à nobis ratione moliendam.

Scutum & pelta pro eodem.

Forſter.

Auenar.

Magiſt. Hiſtoriæ.

Manutius.

Lipſius.

Pontanus.

Quòd verò ſecundo loco in libris Regum legantur *trecenta peltæ*; at verò in Paralip. *trecenta ſcuta*, cùm vtrumque ſit ex eodem armorũ protegentium genere, perinde refert; neque curioſiùs diſtinguendum eſt inter *ſcutum*, & *peltam*, vti facit Petrus Comeſtor. 3. Regum. c. 22. volens ex proprietate Latina, quædam ſcuta fuiſſe rotunda, quædam breuiora in figura ſemiplenę Lunæ, quæ dicuntur peltæ lunatæ; de quarum tamen tum materia tum forma diſputant, ex anti- E quitate, Aldus Manutius lib. 1. de Quæſitis per epiſtolam. c. 6. Lipſius lib. 3. de Militia, dialogo. 1. Noſter Pontanus ad id 1. Aeneidos.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Pelta cuiuſmodi.

Et conſentiunt omnes eſſe genus breuioris ſcuti, quod ex Hebræorum ſententia Mercerus quoque indicare videtur, volétiom in priorem illam vocem *Tſinnahh* eſſe genus maioris ſcuti, qui totum hominem protegat, vt colligitur Pſ. 90. *Scuto circumdabit te veritas eius*: (*te cubrira de* A *pies à cabeça*) vt remanet vox *Maguinim*, à radice *ganan* quod eſt *protegere*, pro ſcuto, aut parma breuiori.

Vero ſimilior reſponſio.

Quæſtionis vero ſimilior reſponſio.

Tandem cenſeó, quãois nulla certa huios rei cõiectura duci poſſit ex ſignificatione nominis, & vtrumque fieri potuiſſe, vt in armamentario ſuo reponeret Salomon, ſcuta & haſtas; ad cuios imitationẽ poſtea Roboam *fecerit in ſingulis vrbibus armamentarium ſcutorum & haſtarum* 2. Paral 11. 12. Tamen quę hic dicuntur *ducenta ſcuta*, fuiſſe propriè *ſcuta*, ita vt cũ aliis trecentis peltis quingenta fuerint ſcuta, aut clypei, nõ vnius rãtũ formæ, & vſus ſed multiplicis.

Ioſephus.

Primò quoniam nunquam *haſtarum* meminit Ioſephus, vt credebat Abulenſis: immo potiùs tam in veteri B quàm in recentiori & correctiori Ioſephi tranſlatione ſic lego: *Fecit ducenta ſcuta fuſilia, & trecẽtos clypeos*.

Haſtæ aureæ inſolentes.

Hieronym.

Secundò quoniam rarior eſt apud gẽgentem vllam haſtarum aurearum mentio. Inuenies quidem apud Herodotum libro primo. Creſſum donaſſe Amphiarao clypeum ex auro totum, totamque ex auro ſolido haſtam, & haſtile cum ſuis ſpiculis, quæ repoſita fuerunt apud Thebas in Iſmenij Appolinis templo. Tum præterea cùm Antiochus Syriæ Rex bellum Romanis illaturus, exercitum opulentiſſimè inſtruxit, & pleroſque aureis & argenteis haſtis atque ſcutis: vt & Annybal diceret, ſatis ea fore Romanis.

Clypei aurei frequentes.

Sed frequentiſſima tamen *Clypeorum* mentio *aureorum*. 1. Machabæo. 6 39. & Nahum. C 2. 3. & *clypeum aureum* pendentem mille minas, miſit Simon Romam. 1. Machabæorum. 14. 24. & *arma aurea*. Adarezer, quæ tulit Dauid; propriè ex Hebręo ſunt *ſcuta* 2. Regum. 8. 7. & 1 Par. 18 7. quæ dicũtur *peltæ regis Dauid*. 2. Paral. 23. 9. & *pharetra aureæ*. 1. Paralip. 18. 7. quæ ex eadem voce ſunt, propriè *clypei*.

Plinius.

Argẽti quã auri color bello opportunior.

Quamuis ſcribat Plinius lib. 33. cap. 9. *argenti colorem, vt pote clariorem, magiſque dici ſimilem, militaribus ſignis eſſe familiariorem, quam auri, quoniam ille longius fulget*.

Tertiò, quia cùm Seſac diripuit Theſauros regios, 3. Regum. 14. 26. tantùm dicitur *abſtuliſſe ſcuta aurea, quæ fecerat Salomon, pro quibus Rex Roboam fecit ſcuta area, quæ reponebantur in armamentario ſcutariorum*; nulla autem mentio *haſtarum*. D Ergo cùm Vulgatus interpres poteſtatem nobis fecerit intelligendi, vel *ſcuta*, vel *haſtas*; his ego coniectutis adducor, vt intelligam *ſcuta* tantùm aurea facta ducenta quidem, *Tſinnah*, id eſt, certæ formæ & figuræ; & eſto quidem cum prominentibus vmbonibus acuminatis; at trecenta alia ſcuta *maguinin*, alia forma ad protegendum computata. Ergo *haſtas* abuſiuè dixit; non ob aliud, quàm vt vocis ambiguitatem, & clypei incertitudinem formæ ſignificaret.

VIII. Quod qualève aurum, ex quo lanceæ, & ſcuta regalia. E

11

Pagn. Regia Caiet.

QVod verò ad materiam ſcutorũ attinet, in lectione Vulgata dicũtur fuiſſe de *auro puriſſimo*, aut *probatiſſimo*: Septuaginta verò de *auro ductili*. Ioſephus dicit fuiſſe *fuſilia ex auro*. Alij ex Hebræo, legunt fuiſſe *ex auro tracto*, quod alij dicunt, *de auro malleato*, aut extenſo malleis, nos dicimos, *de oro de martille*; nam aurum, quo magis obedit malleo artificis, atque facilius ſe præbet ad tractandum, eo melius & probatius eſt: potuit ergo fuerit dicere *aurum puriſſimũ*; aut

aurum

Vatablus.

aurum ductile. Vtrúmque coniunxit Vatablus, vocans aurum *optimum & ſequax*, quod ductum mallei & artificis ſequitur, atque eius bonitatis inter alia metalla hoc argumentum præbet Plinius libro.33.c.4. quòd nec aliud *metallum laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur*.

Plinius.

Fuiſſe autem intrinſecus de materia alia, quæ aurea lamina operiretur, Vulgo ſcribitur ab interpretibus, Abulenſi, & Dionyſio, & probari poteſt ex eo quod dicitur. 3. Regum. 10.17. *Trecenta mina auri vnam peltam veſtiebant.* qui locus in Hebræo ſic legitur. *Sexcentos aureos fecit aſcendere ſuper ſcutum vnum, & tres minas auri aſcendere fecit ſuper clypeum vnum.* Ioſephus tamen indicat integrum clypeum de auro fuiſſe ſolido nulla ſubiecta materia indigentem.

Abulenſis. Dionyſius.

Ioſephus.

Quod auri pondus in ſingulos clypeis.

Sed iam hic ſublucet de auri quantitate expẽſa in ſingulos clypeos non omnino facilis dubitatio; nam *trecenta mina auri* dicuntur expenſæ in vna tantùm pelta. 3. Regum. 10.17. at verò 2. Paral. 9. tantùm dicuntur impenſi *trecenti aurei*. Tractauit rem hanc Ioannes Villalpandus tomo. 3. parte. 2. lib. 2 diſputatione. 4. cap. 32. dum de *mina* Hebræorum diſputat. ac rectè ille ſtatuit *minam* aliquando nomen eſſe monetæ aut ponderis, ſed incerti; Ergo Grepſij & quorumdam ſententia videtur in libris Regum non eſſe accipiẽdam *minam*, pro eo pondere, aut moneta, quæ plures ſiclos valet, & continet, ſed tantum pro ſiclo, auri, vt 2. Paral. 9. reſtringitur & exponitur. Porro *Siclus* auri ſemunciam pendet. quare ſingulæ peltæ ſingulas pendebant auri vncias cẽtenas quinquagenas. quæ ex noſtris ſcutis valebant ſingulæ 1275. cum autem ſcuta illa maiora duplo maius pondus auri haberent, id eſt, ſexcẽtos auri ſiclos, id eſt, Romanas auri libras quinque & viginti, vel trecentas auri vncias; valebãt ſanè ſingula ſcuta auri 2550. & in vniuerſum in ducenta ſcuta erogatas auri libras quinque mille, & quadraginta auri talenta certa numeratione colligi poteſt.

Villalpãd.

Grepſius.

Mina pro ſiclo.

Quantum auri in omnia ſimul ſcuta.

Sed idem Villalpandus, tum loco ſuperiùs citato, tum tomo. 2. libro 5. diſputatione. 3. cap. 55. *aureorum nomine* non vult intelligi ſiclos ſed minas. quare quod 2. Par. 9. 15. dicitur, *trecenta ſcuta trecentorum aureorum*, exigit & exponit ex loco. 3. Regum. 10. 16. *trecenta mina auri vnam peltam veſtiebant*. Porro cum *mina* variæ fuerint, & vel quindecim, vel viginti, vel viginti quinque ſiclorum, vt indicatur Ezech. 45. 12. vult minas intelligendas. 20. ſiclorum ſingulas; vt in vniuerſa hęc ſcuta expendi opportunè potuerit, illa ſumma ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum, quæ. 3. Reg. 10 16. dicũtur allata à Salomone: poſt quod ſtatim ſubditur: Fecit quoque Rex Salomon ſcuta de auro puriſſimo. quaſi ex eodem illo auri põdere vniuerſo confecta fuerint. Ergo trecentæ minæ viginti ſiclorum multiplicatæ per trecentas peltas efficiunt minas 90000. nonagies mille, & ſiclos centum octoginta mille, & talenta ſexcenta, conſtantia ſingula ex centum quinquaginta minis, & ter mille ſiclis. Iam ſi quadraginta illa talenta ducentorum ſcutorum cõiungas cum ſexcentis talentis, tantùm ad ſummam 666. talentorum deficient. 26. talenta, quæ in artificum mercede, & aliorum ornamentorum elaboratione attinentium ad ſcuta, erogari potuerunt.

12 *Villalpãd.*

Variũ. minæ pondus.

666. Talenta auri expẽſa in ſcuta.

Sed vt priorem illam numerandi rationem multo veriorem fuiſſe credam, his adducor. Primo: quoniam nemo credat ducenta illa ſcuta pretioſiora fuiſſe quam trecentas peltas; imo numerus ipſe minor maiorem valorem, maiuſque pondus manifeſtè arguit; namque eiuſmodi pauciora ſunt: ſicut è contrario nulla ſatis idonea ratio reddi poteſt, cur fuerunt peltæ plures, niſi quia viliores & leniores.

Prioris ſententiæ probatio.

A

Ducẽta ſcuta grauiora & pretioſiora peltis.

Secundo accedit, quòd eadem ratione qua illa ducenta ſcuta pauciora fuerunt, & pretioſiora, videntur etiam fuiſſe maiora, vel ex ipſa Hebræorum ſententia, aſſerentium *Maginim* eſſe minores & breuiores peltas. at verò *Tſinnah*, ſcutum maius. Quòd ſi obijciatur *Maginim* dici à *Ganam*, quod eſt protegere; quare oportere, vt ea ſcuta ſint magna, & quæ totum hominem protegere poſſint: obijciemus nos locum Pſal. 90. 5. *ſcuto* (tſinah) *circũdabit te veritas eius*. Ergo *tſinah*, vt circundet & coronet hominem, maius debet eſſe: Tum præterea; *ſohherah* quod Septuaginta dixerunt *circumdabit*, aut proteget; Kaldæus, Nebienſis, & alij dixerunt, *Parmulam*. itaque ex verbo circundandi, aut protegendi nullum eius rei, aut magnitudinis firmum argumentum fieri poteſt.

Scuta maiora peltis.

B

Kaldæus. Nebienſis.

Tertiò: Quoniam vbi nullo addito dicuntur *aurei* in ſcriptura, intelliguntur *ſicli*, in quo nulla eſt ambiguitas, neque æquiuocationis occaſio, ſicut cùm *argentei*, dicuntur, ſicli item intelliguntur. at vero cùm minæ nominantur, res ſolet eſſe incerta; quoniam non vnius ſemper ponderis fuit; & aliquando etiam ſumitur pro ſiclo; ſicut cùm ſcribitur Gen. 37. 28. Ioſephus Patriarcha venditus viginti argenteis; Ioſephus Hiſtoricus ſcribit, viginti minis. nimirum, minis pro ſiclis. nunquam verò ſicli pro minis vſurpati inueniuntur. Ergo pronum eſt, vt cùm 2. Paral. 9. dicuntur ſcuta trecentorum aureorum, intelligamus etiã de aureis ſiclis locum Regum; in quo legimus trecentas minas.

Aureus pro ſiclo, ſicut & argẽteus

C

Ioſephus:

Quartò: Quoniam cùm alia ducenta ſcuta ſiclis numerentur, & appendantur, non videtur credibile, vt non etiam trecentæ aliæ peltæ ſiclis numerentur, & expendantur.

Eadem ratio numerãdi ſcuta & peltas.

Denique quoniam res eſt ſupra omnem fidem, immo ſupra humanas vires, vt ſcutum quod ab homine ſiniſtro brachio geſtandum cõficiatur, pendat trecentas minas viginti ſiclorum, id eſt, ducentas quinquagenas libras. id eſt, ex noſtris ponderibus *Arrouas* decem, *Quintales* verò, duos cum dimidio: tuttum proculdubio onus validi burdonis. Sed ſcuta (inquies potiùs ad pompam & magnificentiam ſunt facta, quàm ad militiæ vſum. Cùm autem ad magnificentiam aliquid fit, vſus fere ineptum fit, vti videre eſt in illo clypeo aureo pondo minarum mille, quem Simon Romanis miſit, 1 Machabæorum. 14. 24. Sanè. Sed tamen is clypeus, ad nullum vſum; illa tamen ad geſtandum non in bello, ſed in pace, fuerunt; nã illis armabãtur Salomonis cuſtodes, quoties in publicum proceſſurus eſſet Salomon, vt colligitur 2. Paral. 12. 10. 11. vbi ſcutarij Roboã expromunt ex armamentarijs ſcuta, comitaturi regem in templum, iterúmque referunt. idem que exiſtimat Abulenſis & Villalpandus. ex eo, quod Ioſephus ſcribit de Salomonis equitibus comitantibus Salomonem ad pomaria egredientem; *armatis & arcus ferentibus, pharetrâque ſuccinctis*. Sed ego tamen ex hoc loco oppoſitum colligo: quippe non eſt vſus pharetræ ſimul cum ſcuto; ergo res certa, ſed ex alio loco, illis ſcutis vſos fuiſſe Salomonis ſatellites.

Intolerabile pondus ſcuti ſi ex trecẽtis minis maioribus

D

E

Villalpand. Abulenſ. 3. Reg. 9. 5. Villalp. to. 2. li. 5. diſp. 3. ca. 55.

IX. *Quot annis ædificium domus regiæ perfectum.*

13 TRedecim omnino 3. Regum 7. 1. nam additis ſeptem annis ædificij templi 3. Regum 6. 38. complentur viginti anni vrbanorum ædificiorum. 3. Regum. 9. 10. 2. Paralip. 8. 1. quibus abſolutis conuertit ſe ad externa ædificia.

Cur breuiùs confectum Templũ, quam regia. Ioſephus.

Sed cur fere plus duplo temporis in regijs ædibus extruendis & inſtruendis inſumpſerit, quam in templo, illas omnino rationes alij interpretes reddunt, quas ſcripſit Ioſephus lib. 8. B Antiquitatum. c. 2. in hæc verba; *Abſoluta autem templi fabrica, quæ ſeptennio, vt dictum eſt, durauit, regiæ ſtructuram eſt aggreſſus, quam vix tertiodecimo anno conſummauit: neque enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licèt, & plus quam credi poſſit, celebre cooperanti Deo intra iam dictum tempus perfectum eſt: Regia verò tametſi multum magnificentia templi cederet, quod neque materia eius tam antè præparata fuiſſet, & regi, nõ Deo, strueretur domicilium, eo tardius ad finem eſt perducta. & hæc tamen pro dignitate fortunarum regis ac gentis eſt exædifica*

Materia domus regiæ nõ antè præparata.

Adde etiam, quòd 1. Paral. 22. non ſolùm materiã, ſed etiam omnes impenſas, domus Domini ædificandæ dicitur præparaſſe Dauid verſic. 6. quod C qua ratione accipiendum ſit, ſuperiùs eſt à nobis expoſitum; at verò impenſas domus regiæ ædificandæ comparauit ipſe tum ſua induſtria, & frequenti claſſium nauigatione; tum amicorum etiam beneuolentia & liberalitate, quam non ſemel, ſed ſæpe & per multos annos experiebatur, præſertim Hiram regis Tyri. de quo ſic Ioſephus ſuperiùs indicatus: *Hæc opera Salomon viginti annis perfecit, conferente magnam auri vim, maiorem argenti, Iromo Tyriorum rege, & præter hæc cedri, atque pinus materiem.* Vltima illa ratio, ſed non in vltimis ponenda, operarum & artificum deuotio & alacritas in laborando, & vrgendo Dei opere, atque peculiaris etiam Dei fa-D uor in ſuo opere promouendo.

Ioſephus. 3

Ædificãtiũ templũ deuotio & alacritas.

Circa quæ notandum primùm, quod indicat Ioſephus, Deum peculiari prouidentia & beneuolentia opus illud templi acceleraſſe; nimirũ ſubminiſtratis viribus, alacritate, & induſtria, artificibus popularibus, ac regi ipſi; Mirum enim eſt, quantum diuina gratia & bonitas laborantes in ſuo opere & vinea tuuer, atque promoueat; & mirum etiam vt ſeſe ipſi homines ſi in cauſa pietatis & publicæ rei conſilijs & animo conueniant, quàm facilè, quam breui, quæ ardua & difficilia videbantur, fœliciſſimè conficiantur. Propterea poſtulat Sophonias ca. 3. 9. vt ſeruiamus Deo, humero vno. (*que põgan todos a vna el ombro al ſeruicio de dios*) nam *vnus humerus* omnium, mirum quãtum valeat ferre, nihil E enim recuſat: & ſicut vnus plurimorum hominum humerus, conſenſum animorum & voluntatum cum alacritate portantium onus ſignificat; ita, ſi vnus ſit impiorum humerus, mirum quanta cum celeritate & alacritate proficiant in malum, ſicut ſcriptũ eſt, Oſeæ. 6. 9. Quaſi participes ſacerdotum in via interficientium. propriè ex Hebræo; quaſi participatio, vel ſocietas, figurina, conſpiratio; Vatablus; cõgregatio; Pagninus, collegium; Alij, ſodalitium; nam ſi plures ad rem aliquam perficiendam cõgregentur

Deus cõſenſ vires laborantibus ĩ ſua vinea.

Humerus vnus, cuius rei ſymbolum.

Vatablus. Impiorum ſocietas in malum.

A & conſpirent, nihil non perficient; ac nulla maior impietatis exaggeratio, quã quæ plurimorũ conſenſu & conſilio, vno humero fit. Idemque propheta iubet *conuenire, & congregari gentem non amabilem*, ad impetrandam ſcelerum veniam, quòd in conuentu & congregatione multorum, ardẽtiùs oretur, & efficaciùs obtineatur.

Efficax multorũ ratio.

Secundò hinc etiam colligi poteſt, quãta fuerit Dei, quaſi grati animi remuneratio, vt pro ſeptem annorum ſpatio ſuæ domoui ædificãdæ impenſo, duplo maius ſpatium Salomoni conceſſerit ad ſuos priuatos vſus & commoditates parandas domus, ſupellectilis, ornamentorum, & quidquid ad vitæ & voluptatum opportunitates facere potuiſſet. 14

Diuini ingenij bonitas, & grati animi ſignificatio.

B Tertiũ hinc tandem colligi poteſt, incredibilis magnificentia Salomonis; nam cũ Deus optimus Dauidis tantũ voto ædificandi templi poſt ſuam domum ędificatam (dixit enim, *Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis Domini ſub pellibus eſt.* 2. Reg. 7. 2. 1. Paral. 17. 13.) tam liberaliter reſponderit, dicente Nathan; Annuntio tibi, quod ędificaturus ſit tibi Dominus domum. 1. Paral. 17. 10. 2. Reg. 7. 11. quid credendum eſt & promiſiſſe & præſtitiſſe Salomoni, non tam deſideranti ſed re ipſa perficienti domũ, Deo? Et quidem quãuis Deus promittens *domum* Dauidi, & Salomoni pro templo ſibi ædificato, nõ tam polliceatur magnificentiſſimum aliquod ædificium, quàm familiam & poſteritatem am-C pliſſimam; tamen proculdubio res rei reſpondet, & templum filijs & poſteritati; nam ex eo nomine *domus* ſignificantur, filij, quòd domi naſcantur, alantur, contineãtur; ergo cùm Domus Deo, idemque templum ædificatur, non ſolùm templum ſed etiam filiorum domũ Deo faciunt Dauid & Salomon, quòd videatur in templo Deus tãquam in domo propria & priuata, filios ſuos ſpiritualiter gignere, alere, continere, & in Altari, tanquam in proprio & nuptiali thalamo, ſpirituales nuptias celebrare; ex quibus numeroſam filiorum ſobolem ſuſcipiat; atque illud ſit non leue argumentum, eſſe aliquem Dei filium, ſi templum, id eſt, ſupremi Dei parentis domum, frequẽter. Vice ergo verſa gratiſſimus D Deus, tum magnificentiſſimũ regiæ domus ædificium extruendum, & fruendum, tum numeroſam poſteritatem pollicetur ac præſtat.

Diuinę promiſſiones reſpõdẽtes Dauidis & Salomonis meritis.

Domus pro filijs.

Templũ, & altare, in quo Deus filios ſpirituales generat.

Frequentare Templa propriũ filiorũ Dei.

CAPVT VII.

Eius Prætorij, & Regalis ſolij locus, an in domo Saltus.

E *Ad locum 3. Reg. 7. 8. Porticum quoque ſolij, in qua tribunal eſt, fecit, & texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem. Et domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum, erat in media porticu, ſimili opere.*

1. *An porticus ſolij in ipſa regia & domo Saltus.*
2. *Porticus ſolij quot columnis fulciretur. Quot haberet deambulacra.*
3. *Abulenſis incommoda ſententia.*
4. *Domus Saltus magnificentiſſimis porticibus exornata.*

nata. Tres illius potiſſimæ porticus. Quæ illarum menſura.

5 *Interior diſpoſitio domus Saltus, & totius fabricæ deſcriptio.*

6 *Quænam domuncula ſolij. Quid apud Latinos ſolium.*

7 *Domuncula ſolij ædicula tribunalis vndique clauſa, & capiens regis conſiliarios. Principes regni ſedentes cum rege. Illuſtrati David & Matthæus.*

1 PArs hæc proculdubio regalium ędiū, quam petebat Salomon, ius dicturus, & lites dirempturus: ſed in eo non conſentiunt interpretes, an ipſa domus ſaltus Libani, eſſet ipſiſſimus locus ſolij, & domunculę, in qua ſedebatur ad iudicandum. Ioſephus non aliam videtur agnoſcere domum porticumve ſolij, vel iudicij. propterea eandem longitudinis & latitudinis menſuram tribuit Baſilicæ iudiciariæ, quam domui ſaltus Libani tribuit Scriptura: *Baſilica* (inquit) *erat magna & pulchra, multis columnis ſuffulta, quam ad cauſas forenſes agitandas, & lites decernendas condidit, capacem multitudinis, quæ eò ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta; altā triginta. Hanc ſexdecim columnæ quadrangulæ ſuſtinebant, ſectam opere Corinthiaco, additis paribus poſtibus cum valuis cælatis ad ornamentum loci ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia quadrata, lata triginta cubitos, columnis validis ſuffulta: & in ea tribunal magnificum, vbi Rex iura ſolebat reddere.* Conſonat Vatablus ſic annotans; *In inferiori parte domus erant quatuor ordines columnarum, vt poſſent ſuſtinere pondus: in ſuperiori verò, erant tres tantum ordines, quia futurum erat, vt multi conuenirent ad regem; oportebat præterea locum eſſe capaciorem, impediebant autem columnæ.* Idem videtur ſenſiſſe Villalpandus, dum delineat veſtigium domus ſaltus Libani, & porticus columnatum; ſed ea tamen ratione delineat, vt quatuor porticus columnarum efficiat ex triginta quatuor columnis; duas porticus maximas & longiſſimas ex tredenis columnis: duas autem frontes longitudinis, id eſt, latitudinem, ornat quatuor columnis, ita, vt ſingulæ tredenæ columnæ adiunctis duabus alijs ex frontibus & latitudine periſtylij, efficiant duos illos ordines columnarū quindenarum, de quibus ſcribitur. 3. Regum 7. 4. 5. *Vnus ordo habebat columnas quindecim contra ſe inuicem poſitas, & è regione ſe reſpicientes, æquali ſpatio inter columnas.* deinde verò in Occidentali parte conſtituit domunculam ſolij cum minori periſtylio, cuius longitudo ſit illa quæ erat latitudo in maiori periſtylio: ita vt ſenæ columnæ eſſent in longitudine, ternæ in latitudine: omnino autem in hac domuncula cōſtituit quatuordecim columnas, interiecto pariete inter domunculā & maius periſtylium. Itaque in vniuerſum in domo ſaltus Libani non ampliùs quàm quadraginta quatuor columnas agnoſcit, quæ omnino cōſurgunt ex prioribus triginta, & quatuordecim domunculæ; cum tamen apertè. 3. Reg. 7. numerentur *quadraginta quinque columnæ ſuſtentantes totam cameram ſaltus Libani.*

Sed ſanè quamuis diligēs mathematicus ſuas illas columnas ſui veſtigij numerare velit, nunquam, credo, eliciet quadraginta quinque; ſed vel quadraginta quatuor, ſi ſingulas ſemel numeret, vel plures quadraginta quinque, ſi angulos bis numerare velit. Obijcio præterea, quòd cùm Scriptura dicat *vnum ordinem* habuiſſe colum-

A nas quindecim, id eſt, vnumquemque ordinem; ipſe ex columnis. 45. efficit duos tantùm ordines quindenos, & alias extra eum ordinē reijcit in domunculam; cùm tamē apertè indicet Scriptura tres fuiſſe columnarum quindenarum ordines ſe reſpicientium. Nam quod ex Hebræo legunt Pagnin. Regia, *feneſtellarum tres ordines, & feneſtra contra feneſtram tribus vicibus*, eleganter legit Caietanus: *Reſpectionum tres ordines*. quaſi eſſent tres ordines columnarum quindenarum è regione poſiti, & ſe mutuò reſpicientes, quod Interpres ſatis à ſe exponi arbitratus, tantùm dixit, *vnus* (id eſt, quilibet ordo, triplex ex.

B 45. columnis) *habebat quindecim columnas contra ſe inuicem poſitas*. Adde quòd ex quatuor deambulacris vult ille conficere duos ordines, cum triginta ſolummodo columnis: cùm tamen mihi non obſcurè loquatur Scriptura quatuor deambulacra fuiſſe inter columnas, & eas non pauciores quàm quadraginta quinque. itaque hæc ſe inuicem petunt, quatuor deambulacra inter columnas, tres columnarum quindenarum ordines & columnæ quadraginta quinque. Denique vix bene dicerentur quatuor deambulacra inter columnas, ſi in formam periſtylij diſpluuiati diſpoſitæ eſſent. Mitto minutiora alia; quòd domum Saltus conficit non ex alijs aulis, cubiculiſve, quàm ex quatuor porticibus diſpluuiata

D & ſubdiali area, & parietibus feneſtratis; quæ deſeruiebat excipiendis conuentibus, & forenſibus cauſis, vt pote locus publicus, & cōmunis, ad quem etiam non inuitatis neque vocatis, vt dicebat Vitruuius, licet accedre; vbi nam erant aulæ illæ tricliniorum & conuiuiorum quotidianorum? vbi habitacola ſeruorum, & miniſtrātium? vbi armamentarium, & cubicula ſupellectilis aureæ? vbi ſecretiores illæ aulæ quò ſe Rex & Principes, peractis forenſibus, recipiebant? nā hæc omnia in ſaltu Libani fuiſſe, & Ioſephus ſcribit, & Villalpandus fatetur, & alij interpretes conſentiunt. Vides quanta incommoda ex vno illo principio non ſeparandi domum ſaltus Libani, à porticu ſolij, & Prætorio.

Abulenſis verò. 3. Regum 7. quæſt. 4. ſeparat quidem, vt debuit, ſed, quod non debuit, collo-

C cat porticum ſolij & tribunalis in domo ipſa regis, atque in ipſa media domo conſtituit domunculam. Non piget illius verbis vti; *Alia* (inquit) *erat domus regis, de qua tangitur in principio literæ, & iſta diſtabat à domo ſaltus Libani aliquanto ſpatio, interiacente viridario. & erat iſta domus eiuſdē figuræ & numeri columnarum, cum domo ſaltus Libani. In medio totius amplitudinis erat domuncula habens latitudinem triginta cubitorum, & in ea erat ſolium regis, in quo Rex ſedens iudicia proferebat.*

E Hæc Abulenſis expoſitio hoc habet incommodi, quòd præcipuam ædium regalium partem, quæ propria & priuata regis eſſe debet, & cubiculis atque aulis ad priuatos & proprios vſus conſtans, minimè agnoſcit; ſed tantùm partem illam communem, in quam, vt Vitruuius dixit, *etiam inuocati ſuo iure* de populo poſſunt venire; cuiuſmodi ſunt *veſtibula, caua ædium, periſtylia; tum illa forenſibus*, & litibus tractandis *elegantiora & ſpatioſiora ad conuentus excipiendos*. Adde, quod Scriptura vocat *porticum ſolij*; at Abulenſis non *porticum*, ſed totam ipſam domum regis deſtinat ſolio regis ius dicturo. ac, ni fallor, duplicem domunculam excogitauit Abulenſis, alteram in ipſa regis domo, de qua agitur. q. 4. alteram, in ſeparata porticu, de qua agitur, quæſtio. 5.

An locus ſolij in domo Saltus. Ioſephus.

Prior ſententia eandem eſſe domū Saltus cum prætorio.

Vatablus

Numerus & diſpoſitio columnarum.

Villalp.

2 Obiecta ad ſuperiorē ſententiam

Vnus pro vnoquoque.

Pagninus. Caietanus.

Abulenſis.

Vitruuius.

Abulenſis.

Ergo

Abulēſis a ſeipſo correctus. Alia porticus ſoli deſcriptio.

A Ergo ſiue ſenteotiam corrigens ſuam, ſiue exponens, idem Abulenſis quæſt. 5. aſſerit *porticum ſolij* oon fuiſſe ante domum aliquam, ſed ędificium per ſe ab alijs ſeparatum: vocari autem *porticum*, quòd oullum habet et ſuperius cœnaculom, immo oeque parietes, ſed columnas tantummodo in quadrum diſpoſitas, quibos impoſitum incumbebat tectum; in media autem porticu domuncula erigebatur itidem quadrata, æque à lateribus & columnis vndequaqoe diſtans, in qua Rex, regijque conſiliarij, de more ſedebant, cauſas vel audituri vel dirempturi: porticus autem vndequaque patebat ad excipiendos eos, qui forenſia tractaturi ex diuerſis partibus confluebant; huius verò porticus atque domunculæ, nullas aſſignat menſuras. B

4 Totius domus Saltus ſpecies.

Sed, vt iam nunc tandem vniuerſam domum ſaltus Libani conſtruamus, atque ſuis omnibus partibus perficiamus, mihi non dubium, quin numeroſiſſima æquè ac ſpecioſiſſima columnarum multitudine & proceritate ad miraculum, tam intrinſecus quàm extrinſecus exornata fuerit, vt & procul ſtantibus videretur erectis columnis, quaſi arborum truncis, ad ſpeciem ſyluеſcere; & ingredientibus ſimilem quoque aſpectum obijceret. Omnes igitur porticus, quarum Scriptura meminit, proculdubio adiunctæ erāt domui ſaltus Libani; ſic exigebat domus amplitudo, ſic numeroſa ac nemoroſa illa columnarum multitudo; tum præterea longitudo porticus, quæ omnino reſpondet latitudini domos, vt oeceſſariò videatur porticus cum ipſa domo connexa.

Plures porticus pertinentes ad domū Saltus. D

Poſticum ante domum maior.

Omnino autem numerantur tres porticus, duæ num. 6. Porticum columnarum *fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis.* Quæ quidem porticus erat ante ipſam domum ſaltus Libani; cùm enim ianua domus ſaltus Libani videretur eſſe in latere Orientali latitudinis domos: domus autem cùm eſſet quinquaginta cubitorum latitudinis, oportuit, vt porticus ante ianuam domus eſſet tam longa, quàm lata erat domus, id eſt, quinquaginta cubitorum: erat autem porticus ſpatioſiſſima, nimirum lata triginta cubitos, ſic exigente optima architecturæ ratione, vt huiuſmodi communia loca ampliſſima & ſpatioſiſſima ſint. C

Secūda porticus minor.

Ante porticum iſtam, quæ vocatur *maior*, erat illa alia porticus prior ingredientibus domum, de qua dicitur eodem loco, *Et alteram porticum in facie maioris porticus, & columnas, & epiſtylia ſuper columnas.* Quod proculdubio intellexit Volgatus referri debere ad aliam anteriorem, & minorem porticum: cùm tamen in Hebræo nulla fiat huius magnitudinis mentio: nam ex verbo tantùm legitur, *Porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudine, & triginta cubitorum latitudine, & porticus ante eas.* Iam vides magnificentiſſimum ingreſſum ampliſſimę domus, ex duplici porticu, moltiſque pulcherrimis columnis inſtructiſſimum. E

Tertia porticus ſolij ad quā pertinet domus

Tertia porticus, cuius fit mentio eodem loco, verſ. 7. quæ dicitur *porticus Solij, in qua tribunal*, proculdubio pertiouit ad domum ſaltus Libani: nam erat ſimili opere, atque materia, & tota à pauimento vſque ad ſummitatem, tecta lignis cedrinis, quæ materia efficiebat deoominationem illam domus ſaltus Libani. Hanc porticum colloco vel ad latus Meridionale domos ſaltus Libaoi, vt habeat totidem cubitos longitudinis, quot habebat domus, id eſt, centum, latitudinis autem non plures quàm magna illa porticus ad ianuam domus, id eſt, triginta. Alii porticum hanc collocānt paulo ſeiunctam à domo regis, nimirum intercedente atrio. Sic enim ex Hebræo legi volunt num. 8. *Domui ſua, vbi habitabat, alterum atrium interius iſta porticu opere huic ſimile erat:* Vel colloco ad latus Occidētale domus, vt reſpondeat doabus porticibus Orientalibus. Tunc autem do illi eandem longitudinem, atqoe latitudinem, quam dedimus porticui maiori, facio item porticum per viam ex triplici latere Meridionali, Occidentali, Septemtrionali: nam ex latere Occidentali erat paries ipſius domus: oportet enim ex aliqoa parte parietem aliquem adiacere, vt illod poſſit verè dici: *Tectu lignis cedrinis a pauimento vſque ad ſummitatem.* in hac autem media porticu conſtituenda domuncula Iudicij, de qua ſtatim.

5 Totius domus Saltus idonea diſtributio.

Sic vides cooſtare totam domum ſaltus Libani oullis communibus vſibus deputatam, ſed proprijs ac priuatis: deinde forinſecus inſtructam communibus illis ædificijs: tum ad reipubli. vſum, tum ad ædium regalium magnificentiam & amplitudinem, veſtibulis, & ambulationibus laxioribus, in quibus & publici coouentus, & publica conſilia, & priuata iodicia confici commodè potuerint. Domos autem illa intrinſecus oullas habuit porticus, neqoe periſtylia, ſed tantùm quatuor in inferiori parte deambulacra, quæ in Hebræo propriè dicuntur, *quatuor ordines columnarum cedrinarum*; non quòd quatuot ordines aut ſeries columnarunt fuerint, ſed tres tantùm, vt ſtrictius etiam videtur legiſſe kaldæus, *Vectium erant tres ordines, & angulus e regione anguli tribus vicibus:* Singuli quindenarum columnarum, efficientes vniuerſas columnas quadraginta quinque.

Kaldæus.

Quatuor deambulacra ex triplici ordine colūnarum

Sed ita vt ex triplici columnarum ſerie cum duplici extremo pariete fiant deambulacra quatuor, longitudine ab Oriente in Occidens ceotum cubitorum; latitudine à Meridie in Septemtrionem quinquaginta; altitudine vſque ad primam contignationem triginta cubitorum; cuius tectum concameratum fuiſſe vult Abulenſis. neqoe ineptè ex eo colligitur, quod interpres dixerit: *Tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur;* quod propriè in Hebræo legitur: *Tecta cedrina deſuper ſuper trabes, quæ ſuper columnas quadraginta quinque.* Quod tectum fuiſſe coocameratum fornicibus incumbeotibus ſuper quadratas trabes impoſitas epiſtylijs columnarum: itaque ſingula deambulacra ſingulas habebant cōcamerationes cedrinas. Porro domus parietes frequeotibus feneſtris totam domum illuminabant, atqoe cùm opus erat, perflabant; quippe oullum in hac domo videtur aut diſpluuiatum aut periſtylium; Feoeſtras verò indicat ipſe textus originalis verſ. 4. vbi eoim nos legimus, *contra ſe inuicem poſitas, & è regione ſe reſpicientes, æquali ſpatio inter columnas,* propriè legitor; *& feneſtrarum tres ordines, & feneſtra ad feneſtram tribus vicibus.*

Tectum cō cameratū. *Abulenſis.*

Kaldæus.

Videtur autem aſſignare kaldæos portas tres huius domus; nam legit verſ. 5. [Et omoes portæ & poſtes erant quadrata, & operiebant vectes è regiooe anguli contra angulum tribus vicibus.]

Regiæ fabricā reſpōdiſſe Tēplo

Denique tribus ordinibus cōtignatioonū fuiſſe diſtinctum hoc ædificiū ſaltus Libani; tribus

item

item feneſtrarum ordinibus parietes inſtructos infimis, medijs, ſupremis, tum ex architecturæ lege, tum vt templo reſponderet ſymmetria huius domus, oſtendit Villalpandus, (*Villalpãd.*) loco citato c. 12. & 13. totamque ædificij rationem, ſymmetriam, proportionem, trabeationes, coronationes, ornamenta copioſiſſimè perſequitur; atque omnia, diligenter ac verè; dum tamen hoc nobis gratiſſimum velit facere, vt aliam ichnographiæ & veſtigij rationem tum domus tum porticuum, vt à nobis fieri debere oſtenſum eſt, pro ſua ipſe dexteritate, & Mathematicarum Graphidis Architecturæque peritia, poſterioribus curis deſignet. Sed iam de domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum, tum etiam & de ipſa ſede aut ſolio.

Domuncula ſolij, in qua ſedebatur ad iudicandum.

6 *Nicolaus.* CONtrouerſiam & dubitationem habet, quę nam dicatur *domuncula ſolij*. Nam Nicolaus nihil aliud intelligit, quàm thronum ipſum vel ſolium, (*Solium quid.*) quod erat inſtar domunculæ; nam & Latini propriè ſolium appellant, armarium, ſeu capſulam ligneam ex prædura, & ſolida materia, in quo reges ob corporis ſui cuſtodiam ſedebant. Et eo melius conueniet hoc nomen in illam domunculã, ſi erat ex cedro, quaſi capſula vel Salomonis, vel ipſius throni aurei, & eburnei. Vide Iſidorum (*Iſidorus.*) lib. 20. c. 11. inferius adducendum.

Villalpand. Villalpandus to. 2. iam adducto, c. 12. videtur intelligere, domũculam fuiſſe locum apertum, aut excauatum in pariete porticus, capacem tribunalis, inſtar illius quod Vulgo appellant Nichio. Idemque ipſe auctor à me per epiſtolam quæſitus idem reſpondit, ac meum hac de re expectare iudicium.

7 *Ioſephus.* **Domũcula ædicula quadrata.** Ego cum Ioſepho & cæteris interpretibus intelligo, domunculam fuiſſe minorem quãdam ædiculam compactam ex materia cedri, & vndequaque clauſam, cum idoneo oſtió, quæ regẽ regiſque conſiliarios de rebus grauioribus decernentes, aut audientes, contineret, minimè quidem capacem totius multitudinis; nam hæc vagabatur per totam porticum. Fuiſſe autem minorem exigebat ipſa opportunitas loci, aut cubiculi ad audiendum & ſine arbitris conſilium capiendum, & decernendum, præſertim de grauioribus cauſis; quamquam etiam patere interdum potuiſſet quibuſcumque ingredi volentibus. Et verò ſic deſcribit Ioſephus: In medio eius fuit ædes alia quadrata, & in ea tribunal magnificum. Quod in aperturam illam parietis minimè quadrare poteſt, quamquam enim pro noſtra *domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum*, alij ex Hebræo propriè legant: (*Varia lectio.*) *porticum ſolij quo iudicabat, porticum iudicij fecit, quod tectum erat cedro à pauimento vſque ad pauimentum, & domus ſua qua habitabat, atrium aliud intra porticum, ſecundum opus illuderat*. quæ originalis lectio multo dilucidior habetur apud Iſidorum Clarium: (*Clarius.*) *Fecit, & porticum ſolij, vbi iudicabat, quæ porticus erat iudicij; contignauitque eam cedris à pauimento ad pauimentum. Domus autem eius, in qua ipſe manebat, & quæ erat in atrio alio extra veſtibulũ domum, facta eſt ſimili opere*. Quod Caietanus (*Caietanus.*) ita exponit, vt in domo regia, in qua habitabat Salomon, aliud atriũ deſcribatur ſimili opere factum: *Et erat* (inquit) *ſitum intrinſecus, relatiuè ad porticũ iudicij, ita quod* A *porticus iudicij erat foris reſpectiuè ad hoc atriũ, quòd erat internum atrium domus regiæ. Et neutrius tectum erat ſub dio, ſed vtriuſque tectum erat pauimentum alterius habitationis, vt ſæpe videmus fieri in palatijs principum*. Sed quod alij in alius ſenſus accipiunt, potuit ſanè à Latino interprete idoneè accipi in eum quem lectio Latina exprimit, qui & debet à nobis ſuſcipi, &, vti fecimus, exponi. **Defenſus Vulgatus.**

Verum enimvero cùm non ſolùm ſederet rex ad iudicandum, ſed principes illi aſſiderent; ſicut ſcriptum eſt, Sederunt ſedes in iudicio, & (**Rex ſedens cum Principibus.**) iterum: ſtetit Deus in Synagoga Deorũ, in medio autem Deos diiudicat, & iterum; de ſtercore erigens pauperem (Dauidem in ſublime regni tribunal) vt ſedeat cum principibus, & ſo- (*Pſ. 121. 5.* *Pſ. 81. 1.* **Alluſio.** *1. Reg. 2. 8.*) B lium gloriæ teneat. Quò alluſum eſt à Chriſto domino dicente ad Apoſtolos: Cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & (*Mat. 19. 28*) vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et inter Principum ſedes, illæ videntur honorificentiſſimæ quæ Regi propiores eſſent, vna ad dexteram, & vna ad ſiniſtram, vt colligitur ex Matth. 20. Itaque viſum eſt interpreti rem ita debere exponi, vt de loco idoneo ad regium tribunal, & principum aliorum ſedes capiendas acciperetur. nam de hoc Prætorij loco nunquam aliàs mentio: neque videbatur ſanè à Salomone, aut ſacra hiſtoria prætereundus. Propterea in vniuerſum dixit, *Domuncula, in qua ſedebatur ad iudicandum*, (**Vulgatus interpretis ſolertia.**) C & acutè & ſapienter ex origine elicuit: *Porticum ſolij* (regij) *porticum iudicij* (aliorum iudicum, & principum etiam regi aſſidentium) fecit.

Sed an id ſolium ſit thronus, qui deſcribitur. (**An ſolium idem cum throno.**) 3. Regum. 10. 18. & alia quæ ad throni materiam & formam ſpectant, fuſius à nobis exponetur libro 6. vbi de regalibus Salomonis ornamentis cap. 1. & 7.

CAPVT VIII.

D

Quanta domus regiæ Salomonis familia, & quotidianum dimenſum.

Ad locum Eccleſ. 2. 7. Habui ſeruos, & ancillas & familiam multam nimis, & 3. Reg. 4. 22. Erat cibus Salomonis per dies ſingulos, &c.

E

1. *Seruorum habitacula circa regiam. Quotidianum familiæ regis dimenſum. Panis quid in Scriptura. Illuſtratus Moyſes.*
2. *Corus quæ menſura. Simila delicatior farina. Bos ſaginatus. Explicati Dauid & Iſaias.*
3. *Bubalus quale animans. Caprini generis. Explicatus Moyſes.*
4. *Aues & altilia menſæ Salomonis an certi generis. Auiaria Salomonis. Capi, Anſeres, Galli ſylueſtres.*
5. *Procuratores menſæ Salomonis.*

Non

1 **Habitacula ſeruorũ in domo regia.**

NON dubium tum regias ædes ſeruorum habitaculis, ac priuatis cubiculis fuiſſe inſtructiſſimas: tum præterea circa regiam multorum regalium miniſtrorùm ſtationes fuiſſe diſpoſitas incredibili cultu, & elegantia, atque apparatu etiam magnificentiſſimo. nam vel imprimis Regina Saba vſque ad ſtuporem mirabatur *habitacula ſeruorum*. 3. Regum. 10. 4.

Fuiſſe autem familiam ampliſſimam, tum ipſe teſtatur Eccleſiaſtæ. 27. Habui ſeruos, & ancillas, & familiam multam nimis: tum certò colligi poteſt ex annona quotidiana, de qua ſcribitur. 3. Regum. 4. 22. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ; & ſexaginta cori farinæ: decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprarum, atque bubalorũ & auium altilium. Quod Hebræi Hiſpanienſes vulgo legebant: *Treinta medidas de Adargama, & ſeſenta medidas de farina, e diez vacas ceuadas, e vein te vacas de paſto, e cien ouejas, a fuera de cieruos, e corzos, e gamos, e pauones ceuados, que el enſeñoreaua en toda la parte del rio.*

Hebræi Hiſpanienſis.

Vbi primò notandum in Hebræo dici, *panem Salomonis: fuiſſe* iuxta vulgatam illam Scripturarum loquutionem, qua *panis* nomine ſignificantur vniuerſa eſculenta, & poculenta, quibus vita humana ſuſtinetur. Atque adeo panis ſignificat terram ipſam ex qua panis, & cætera ad vitam humanam neceſſaria procreantur. Gen. 49. 20. Aſer pinguis panis (hæreditas, terra, ſors) *eius*. pro carnibus & quacũque victima, Leu. 22. 21. Num. 28. 2. Oſeæ. 9. 4. Malach. 1. 12. Pro integro, opiparo & lauto conuiuio, & delicijs menſæ regalis, Gen. 31. 54. 2. Regum. 13. 5. & c. 9. 7. 10. Iob 42. 11. & ſæpe alibi.

Panis. **Pro terra.** **Pro carne.** **Pro alijs delicijs.**

Porro *corus* maxima quædam menſura eſt tum liquorum, tum aridorum, continens metretas decem; amphoras quindecim, modios quadraginta quinque, ſata triginta, decem ephi, medimnos ſeptem cum dimidio; de quibus diligenter diſputauit Villalpandus tomo 3. de Hebræorum menſuris libro 3. c. 9 10. *Simila* verò delicatior & tenuior farina eſt, & ad cupedias & delicias. Adduut Septuaginta *ſexaginta coros farinæ ſubactæ*. quod dixiſſe videntur, vt indicarent ſimilam deſeruiſſe conficiendis delicatioribus ſorbitiunculis, & placentulis, aut dulciarijs.

a **Corus quæ menſura.** **Villalpād.** **Simila qd.** **Sorbitiunculę eſ ſimila.**

Quod *pro bobus ſaginatis*, Septuaginta legunt vitulos, quamuis cum re ipſa & delicijs faciat, non tamen cum voce originali *bacher*, quæ propriè vaccam, aut bouem ſignificat, & diſtinguitur à vitulo, qui in Hebræo vocatur *Par*, cùm iã laſciuire incipit, & fructificare, aut fæcundus eſſe rum etiam cùm petulanter cornibus impetit; ſicut dictum eſt, Pſal. 21. 13. Circũdederunt me vituli multi Porro boues ſaginati propriè dicũtur *abuſim*. quaſi diceret, præſepiati, vel ſtabulati, quibus in ſtabulo & præſepi de vberiori alimento prouidetur, & etiam pabulum in os inditur: qui neque emittuntur ad laborem, neque ad communia paſcua. vnde dictum eſt Iſai. cap 1. v. 3 *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui*. id eſt, quibus herus diligenter de cibo & de ſagina prouidet; fuiſſe autem frequentē vſum ſaginandi armenta apud Hebræos, ex quibus conuiuia lautiora, & delicatiores cibi, vocantur *pinguia*, paſſim occurrit in Scriptura, præſertim Iſai. 5. 17. 3. Regum. 1. 9.

בקר פר **Saginati.** אבוסים **Armēta ſaginata apud Hebræos.**

Pro *arietibus, oues* legũt Septuaginta; Ioſephus centum agnos ſaginatos: erat quippe agnina in delicijs apud Hebræos: ac propterea dicũt, ægyptios, qui ab agnis abſtinebant, exoſos habuiſſe paſtores, indiſcriminatim ouibus & agnis vtentes. Et quidem vocem originalē cùm interpres ſemper *oues* reddat, nimirum cùm de gregibus loquitur; hoc tantùm loco cum de cibo agebatur, ſapienter reddit, *arietes*; quippe arietina, quàm ouilla, multo ad cibum opportunior.

Ioſephus. צאן **Agnina hebræis in delicijs.**

Quod interpres dixit *bubalos*, fere idem nomē frequenter redditur ab interprete Latino, *aſinus*. & quidem clitellarius. quamquam addito, Iod, *bubalus* vertitur tum hic tum Deuteron. 14. 5. ita vt *Iod* additum poſſit eſſe ſignum diminuens, quaſi diceres, paruus aſinus, aut paruus chamor. Quod multo opportunius cēſendum, quàm quod Montanus in Obſeruationibus Naturæ. 303. Cabaliſtica quadam ratiocinatione autumat eſſe animal ſubruffum, ꝓpterea quod nomen *Iahhmur* referat, *hhomer*, quod eſt lutum, & *hhemer*, quod eſt *vinum rubrum*. quaſi diceretur, aſinus coloris vini rubri, miſti cum luto; quod Hebræi dicunt eſſe genus ceruorum, alij *hircum ſyluestrem*. Tigurina, *Ibicem*. Vatablus. *bouem ſyluestrem*, Alij *damam*. Alij verò, vt Forſter. ex proprietate nominis vocant, *aſinum ſyluestrem, & ferum*. quem ſic deſcribunt, magnitudine, forma, & colore aſini. vngulas habēs bifidas, miræ velocitatis, cornua lanugine obducta, ſed tamen humiliora ceruis. & ramis rarioribus. Sed proculdubio genus eſſe animalis ceruo & capreæ ſylueſtri non abſimile, colligi poteſt, ex eo, quòd bis (non enim ſæpius occurrit in Scriptura) annumeratur ceruo & capreæ, & cenſetur animal mundum, & quo liceat veſci: Deut. 14. 4. 5. Hoc eſt animal quod comedere debetis, bouem, & ouem, & capram, ceruum, capream, bubalũ. Ex quo item intelligi poteſt, Latinum interpretem pro ſua eruditione idoneo nomine *Bubali* vſum fuiſſe; non quidem vt intelligeretur, quem Vulgo appellant *buffalum*, aliudve animal bouis aſſimile, quem dicunt *bubalum bouem*; non enim numeraretur inter delicatiores cibos menſæ Salomonis: ſed bubalum de caprearum genere. Hunc enim intelligere cēſendi ſunt Septuaginta Deuton. 4. & Ioſephus, cùm *bubalum* quoque legunt, quos imitantur Pagnin. Regia. & doctiores. nam capreæ, id eſt, *bubalis*, & *bubalo* apud Græcos nomina ſimillima ſunt. & R. Ionah dicit eſſe *Iachmur*, *capream magnam* & quidem bubalum eſſe Dorcadum, id eſt, caprearum generis Oppianus ſcribit lib 2. de venatione. Plinius vero lib. 8 ait, Africam gignere bubalos, vituli, ceruique potiùs quadam ſimilitudine. bobus autem ſylueſtribus imperitum vulgus nomē bubalorum imponere. inter quos Iſidorus referendus venit, qui li. 12. c. 1. *bubali* nomen à *boue* deducit; & in Africa procreari tradit. cæterùm Diodorus lib. 3. Tragelaphos (qui etiam numerantur inter munda animalia, Deut. 14.) & bubalos, ait naſci in Arabia, non dubium quin in Syria etiam.

3 **Iod notãs minuens.** חמור יחמור חמר *Montanus.* *Tigurina.* *Vatablus.* *Forſter* **Deſcriptio bubali ex Hebraizantibus.** **Bubalus de genere caprearum.** *Ioſephus.* **R. Ionah.** *Oppianus.* *Plinius.* **Bouis nomen ſū à bubalo.** *Iſidorus.* *Diodorus.*

Pro *auibus & altilibus*, in Hebræo legitur, tũc, & nuſquam aliàs *Barburim*, incertum auis genus, ideo communi appellatione ab interprete expoſitum. ſicut etiam Kaldeus, Ioſephus, Tigurina, & recentiores quidam *altilia*, aut *aues* ſolummodo auſi ſunt dicere. Hebræi & Hebraizantes plerique *Capos pingues* aut. *gallinaceos impinguatos* deſignarunt, Pagninus, Regia, Vatablus,

4 **Nomē à Hebręū incertum.** ברברים *Ioſephus.*

R. Dauid.

A blus, poſt R. Dauid: qui dicit eſſe aues *Sariſim*, ideſt, caſtratas vel eunuchas. Marinus fortaſſe eſſe *anſeres*. Auenarius *gallos ſylueſtres*. Thalmud, poſt quod alij, vult eſſe *aues barbaricas*, id eſt, adductas ex Barbaria. Sed cùm hoc tantùm loco ea vox reperiatur, præſtat intelligere eſſe communem auium ſelectarum appellationem. ſicut etiam videntur Septuaginta intellexiſſe legentes *electas*. quod nõ ad capreas, ſed ad aues refero. & congruit cum radice *Barar*, quaſi geminatis duabus primis litteris, vt *Barbar* ſignificet lectiſſimam, nitidiſſimam, & delicatiſſimam quamcumque auem, id eſt, pinguiſſimam; congruit enim cum radice *Bara*; nam quæ pinguia & nitida ſunt, longè abſunt à ſorditie & ſqualore, qui proprius eſt macici & tenuitatis; quare B altilia pinguia, &, *barburim*, erunt quæcumque aues delicatiſſimæ, &, vt R. Dauid dixit, *manentes ingiter iuxta præſepe*, id eſt, domeſticæ & opportunæ, vt idoneo pabulo pingueſcant ad menſæ delicias. Nam, vt nuper dicebamus, quod interpres dixit *abuſim* propriè dicas præcipiatas, vel ſtabulatas in ſuis aularijs, ſeu gallinarijs, ſiue ornithonibus. Et regalis aliquando magnificentiæ eſt, domum altilibus ſaginandis deſtinatam habere, quam Granatenſes Reges aliquando habuerunt. & nunc extat, *La caſa de las gallinas*. præſertim cùm ſua ſit ars, ſuaque ſapientiæ pars, in huiuſmodi auibus farciendis, vt rei ruſticæ magiſtri ſuis præceptis & naturæ obſerua- C tionibus docent, tum in gallinarijs, & in columbarijs, tum etiam in turturibus, turdis, pauonibus, anſeribus, farciendis & ſaginandis. Quòd ſi peculiare aliquod auis genus nomine *barburim* ſignificatur, habet proculdubio peculiarem cognationem ſingulare nomen, *Barbur*, ſeu *Barbar*, cum anſeribus, aut anatibus, quos eodem ſere nomine ab illorum cantu per onomatopœiã efficto, illarum auium curatores alliciunt ingeminantes *par*, *par*.

Thalmud.

ברר

Geminatio ſyllabæ.

ברא

R. Dauid.

Regalis magnificentia in ſagina altilium.

Peculiares ars farciendi aues.

Onomatopœia.

5 Tantam verò menſæ magnificentiam, atque lautitias, non ex vna tantùm prouincia colligi potuiſſe indicat ſacra Scriptura. 3. Regum. 4. 24. cùm poſt tantæ ciborum varietatis mentionem factam, ſubiungitur; *Ipſe enim obtinebat regionem quæ erat trans flumen à Thaphſa vſque ad Gazan*, D *& cunctos reges illarum regionum*, neque potuiſſe tantùm hæc curari ab vno vel altero; ſed à pluri mis, hiſque diligentiſſimis Salomonis domus vel œconomis vel procuratoribus, eodem loco nu. 7. ſcribitur: *Habebat Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael, qui præbebant annonam regi & domui eius: per ſingulos enim menſes in anno ſinguli neceſſaria miniſtrabant*. & inferiùs nu. 27. *Supradicti regis præfecti neceſſaria menſæ Salomonis cũ ingenti cura præbebant in tempore ſuo*. quod in ſonte legitur, *Alebant præfecti regem Salomonem, & omnem appropinquantem ad menſam regis, & non ſinebant deficere quidpiam*. Ergo non immeritò mirata eſt Regina Saba *cibos menſæ eius, & ordines* E *miniſtrantium, atque pincernas*; de quibus ſuo loco à nobis plura dicenda, id eſt. cap. 2. Eccleſiaſtæ.

Cibus menſæ regiæ ex diuerſis prouincijs collectus.

Præfecti curandæ menſæ regiæ.

CAPVT IX.

Eius in publicum proceſſus. & ſuſcepta itinera.

A *Ad locum Sap 8. 15. In multitudine videbor bonus, & in bello fortis.*

1 *Principes ne familiaritate vileſcant. Qui nunquam conſpicerentur in publico. Qui humaniores. Illuſtratus locus Eſther Princeps eſto inſtar Solis per vices conſpicui.*

2 *Salomonis proceſſus ad templum.*

3 *Illius ruſticatio & venatio. Illius ſatellitium & equites. Longior in Libanum & in mare Rubrum profectio.*

4 *Salomonis ſatellites comati. Coma non ſemper eodem in honore. Fuit olim principum. Explicari Nahum, Ioan. Moyſes.*

B 5 *Salomonis ferculum quale, & vnde dictum. Columna non ſemper fixa. Illuſtratus locus Cantic. & Exodi.*

6 Reclinatorium *quid. Quid* medium. *Pauimenta templorum olim ex margaritis. Quadriga pulcherrima.*

7 *Virgines vnguentaria in pompa publica. Explicatus locus Canticorum.*

INTER ea, quæ ſapientiæ beneficio fœliciſſimè caſura ſibi pollicebatur Salomon, tria potiſſimum indicare videtur; Primum, proceſſum in publicum populi conſpectum. Secun- C dum, profectionem, aut expeditionem aliquam aduerſus hoſtes. Tertium, regreſſum fœlicem in domum: *Intrãs* (inquit) *in domum meam conquieſcam cum illa*. quare quod proximè proceſſerat ad exitum & proceſſum publicum proculdubio pertinet, vt iucundiſſimus eſſet illius proceſſus, & conſpectus foras exeuntis; atque multitudini populari *bonus*, id eſt, lætus & fauſtus accideret; fœlix item & fortunatus in bellum proficiſcentis.

Sap 8. 16.

Bonũ pro læto.

1. *Proceſſus ex Regia in publicum.*

ET quidem id veriſſimum eſt, Principem, vt pote reipubl. Solem, aliquando debere D ſe ſubtrahere ex oculis hominum; &, vt imbrẽ, cum ſerenitate ſua vices permutare; ne conſuetudine vileſcat, aut ne inutilis reddatur terræ, ſicut ſapienter dictum eſt à Valerio; Quidquid in excelſo faſtigio poſitum eſt humili & trita cõſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit. Et quod Liuius, Continuus aſpectus minùs verendos magnos homines ipſa ſatietate facit. Et quod Tacitus; Maieſtati maior ex longinquo reuerentia. Tamen aliquando barbari Principes ſic ſe ſuis arcibus continuerunt, vt à nemine viſi, omnibus potiùs inuiſi, neminem viderent; quorum meminit Herodotus in Clio. nam primus Medorum *Deioces, cauit, ne cui ad regem ingredi liceret, adeo vt ne conſpici regem à quo-* E *quam fas eſſet; quin potius quiddam à reliquis hominibus diuerſum ipſis eſſe videatur, ſi coram ipſum non intueantur*. Fere mos idem apud reges Arabiæ Fœlicis; vt enim Agatarchides ſuo libro. 1. de Mari Rubro. cap. 50. ſcribit: *Regi Sabæo accepta regni cura, regale egredi palatium nefas. Secus ſi fiat, lapidibus à populo obruitur. ita enim antiquum iubet oraculum. honorum igitur eminentia illis nociua*. Ac Athenæus libro. 11. aliquanto poſt initium de eadem re ſic ſcribit; *Heraclides Cumanus Perſicorum auctor, in libris quos Præparantes nuncupat, cum dixiſſet, in regione Thurſfera, voluntatem regis eſſe* illi

Princeps inſtar ſolis & imbris nõ ſemper præſens.

Vale Max. lib. 2 c. 6.

Liuius.

Tacit. lib 1

Barbari Principes latitantes.

Herodotus.

Agatarchides.

Athenæus.

Sabæorum regũ mos.

illi pro lege, nec tamen legibus vllis obſtringi; addit, per quas ignauum, negligentem & luxurioſum eſſe; in balneis ſemper verſari; ſummo ſumptu molliem vitam agere; nihil rerum gerere: paucos in ſui conſpectum & familiaritatem admittere; iudices decernere, ac conſtituere: quos ſi qui non recte iudicaſſe putet, feneſtram in ſuprema palatij parte catena reuinctam, apprehenſa catena trahit & reſerat. Tunc rex hoc vbi reſciuerit, eo qui conqueſtus eſt, accerſito, ius dicit.

Solitudinis appellatio, de regia maieſtate. Quàm difficilis, quàmque arduus regis conſpectus, catena quadam moroſitatis & inſolentiæ dumi alligati. Atque adeo *ſolitudinis* appellatione, non minus quàm maieſtatis atque amplitudinis ſplendore condecorati ſe gaudebant priſci Principes, vt in Aſſuero illo ſiue Artaxerxe Medorum atque Perſarum rege Eſther. 16. 14. videre licet: reum enim læſæ maieſtatis Aman his verbis traducit, vt inſidiaretur (inquit) noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas. Sed ille quoque terribilis, qui ſiue domi ſolus ſe contineret, ſiue furas comitatus procederet, ſolus erat Domitianus, de quo Plin. in ſuo illo Traiani Panegyrico, *In occurſu quoque viſuque terribilis, ſuperbia in fronte, ira in oculis, fœmineus pallor in corpore; in ore impudentia multo rubore ſuffuſa; non adire quiſquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper ſecretumque captantem, nec vnquam ex ſolitudine ſua prodeuntem, niſi vt ſolitudinem faceret.* Quanto ille melior, qui ſolitudinis impatiens, & inuiſi & inuiſere gaudens, non ſe ſibi, ſed omnibus factum ſingulari humanitate profitebatur, *cuius ex commictu ciuium mutua voluptas, prouocando reddendoque ſermones: & cuius non ſolum datur videre cubiculum; ſed ipſum principem cernere, in publico.* Is ergo ſolis inſtar, egrediatur ex Thalamo ſuo, vt inuiſat ſuos populares, & luce iucundiſſima compleat: ſi in cælo ſit, molleſcat & liqueſcat, quaſi imber ſuper herbã, & quaſi ſtillæ ſuper gramina, quia in hilaritate vultus regis vita: & clementia eius, quaſi imber ſerotinus. ſi fons ſit de cuius plenitudine ſubditi accipere debeant, at non ſemper haurituros expectet, exundet ipſe, & indigentibus occurrat: nam ſicut Diuiſiones aquarum ſunt; ita & cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud, & ad pauperum indigentiam regios riuulos perducat. Quæ omnia cùm à Salomone dicta ſint, proculdubio in Salomonem etiam, procedentem in publicum, & ſua hilaritate exhilarantem populares ſuos, mirificè conueniunt. Ad quem ſpectatum conueniebant in tectis, & in feneſtris Ieroſolymitanæ fœminæ, multo meliori iure quàm Aegyptiæ illæ ad Ioſephum: de quo ſcriptum eſt Geneſ. 49. 22. Decorus aſpectu, filiæ diſcurrerũt per murum, & Ieroſolymitanæ quidem ſe cohortabantur, *Egredimini & videte Regem Salomonem.*

Plinius. Teter Domitiani cõſpectus. Traiani cõſpectus familiaris. Princeps in ſtar ſolis, & imbris. Deut. 32. 2. Prou. 16. 15. Inſtar fontis Prou. 21. 1.

II. Proceſſus ad Templum.

Ergo Salomon ſæpius procedebat in publicum; ſed nominatim ad duo loca, id eſt, ad templum, & ruſticationem: ad templum egredientem ſummo mane, & ad ſacrificium matutinũ, vt ſuperius indicauimus ex Hebræorum traditione, non tam equites quàm pedites comitati videntur, illique inſtructi aureis ſcutis, & peltis quæ aſſeruabantur in armamentario domus ſaltus Libani, id quod colligitur ex 2. Para. 12. 9. vbi deſcribitur proceſſus Roboami regis in templum, exemplo quidem Salomonici proceſſus. *Seſac tulit clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus fecit Rex æneos, & tradidit illos principibus ſcutariorum, qui cuſtodiebant veſtibulum palatij; cumque introiret Rex domum Domini, veniebant ſcutarij, & tollebant eos, iterumque referebãt eos ad armamentarium ſuum.* Qui regis cuſtodes deſcribuntur item 4. Reg. 11. vbi de Ioas. Cur autem huiuſmodi cuſtodes & ſcutarios velit Villalpandus fuiſſe equites, non video.

Salomõ in Templum comitatus ſatellitio pedituum. Villalpãd.

III. Ruſticationes & venationes.

Alter proceſſus extra vrbem ad hortos & pomaria non procul a Ieruſalem; & tunc quidem curru vehebatur Salomon; comitabatur equitum numeroſa perinde ac pulcherrima turba. De his Ioſephus; *Equis pulcherrimis, & ad curſum exercitatiſſimis decus addebant equites, flos iuuentutis, procera ſtatura, promiſſoque capillitio conſpicui, & tunicas è Tyrrana purpura induti; ad hæc ramentis auri capillum quotidie ſpargebant, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgor in capitibus eorum reflecteretur. Hi armati, & pharetris ſuccincti regium currum ſtipabant, quo ſublimis inuectus, & amictus, veſte candida, mane ſolebat vrbem egredi. Aberat ad Ieroſolymis duorum ſchœnorum ſpatio prædium nomine Hettam, hortis & inductis fontibus amœnum ſimul ac opulentum; in eum locum vectari delectabatur.* Et hæc quoque nonnullis obſeruationibus illuminanda.

Ioſephus. Satellitium & cultus equitum.

Prima equos & equites, qui ad cuſtodiã & magnificentiam regis pertinebant, non omnes fuiſſe in Ieruſalem; ſed præterea etiam alijs in locis 3. Reg. 10. 26 *Facti ſunt ei mille quadringenti currus & duodecim millia equitum, & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ieruſalem.* Ioſephus quidem mediam partem, id eſt, ſex millia circa regem verſari ſolitos in Ieruſalem, ſcribit; neq; credendum his omnibus Salomonem ſtipatum ſemper proceſſiſſe in publicum: præſertim ſi nõ longius ab vrbe diſceſſurus eſſet.

Equites Salomonis nõ omnes Ieroſolymis. Ioſephus.

Secunda; Non vna tantum Salomonis fuiſſe ex vrbe diſceſſionem longius ab Ieruſalem: nam Dius, cuius teſtimonium affert Ioſephus libr. 8. c. 2. ſcripſit, Hiram conſcendiſſe Libanum, & materiam ad ſtructuram templorum cecidiſſe. Sed cum ambiguitate quadam; vt referri poſſit ad Salomonem, qui pro ſua pietate, & ardentiſſimo ſtudio in vrgenda templi ſtructura, aliquando ad Libanum profectus, operas inuiſerit, & laborantibus in opere Domini vires & animos addiderit. Sed ea tamen res diſertis verbis habetur apud Euſebium li. 9. de Præp. c. 4. ex teſtimonio Eupolemi ſcribentis in hæc verba: *Salomon paternis amicis comitatus, ad montem Libani profectus, Sidoniorum ac Tyriorum opera cæſam antè a ſuo parente materiam in Ioppen mari tranſuexit, atque inde terra Ieroſolymam.*

Dius. Ioſephus. Profectio in Libanũ. Euſebius. Eupolemus.

Illud tamen certũ, profectum fuiſſe in Aſion gaber, quæ eſt in terra Edom, in littore maris Rubri, vel fruiturum iucundiſſimo illo ſpectaculo adornatæ magnificentiſſimæ claſſis nauigaturæ in Ophir & Tharſis; vel certè vt claſſem vrgeret, & certam adornandæ, inſtruendæ dirigendæque ipſe per ſe Rex ſapientiſſimus rationem præſcriberet. 2. Parali. 8. 17. Tunc abijt Salomon in Aſion gaber, & in Aylath, ad oram maris Rubri, quæ eſt in terra Edom. de quo dicebamus lib. 5. vbi de mari Rubro. Quod autem dicitur, tunc, videtur indicare conſequutionem temporis, vt eam profectionem obierit ſtatim abſoluto templi ædificio, aut domus regiæ; quamquam

Profectio in Aſiongaber quo tempore.

Caieta-

manusCai. Abulenſis.

Caietanus tantum deſignat templum perfectū; Abulenſis verò nullam temporis conſequutionem agnoſcit, neque vnicum hiſtoriæ filum, ſed quaſdam hiſtoriæ particulas & fruſta minimè inter ſe colligata. Illud ſanè videtur, non potuiſſe commodè differri huiuſmodi profectionem ad inuiſendam claſſim, poſt annorum viginti moram, in templo & in domo regia inſumptorum. Ergo cùm primùm de prima claſſe adornanda & inſtruenda deliberatum, & decretum eſt inter Hiram & Salomonem, eiuſmodi iter ſuſcepit.

Ad ſe, vel per ſuos miniſtros profectus in Aſion gaber. Dionyſius. Caietanus.

At verò ne eò ipſe profectus eſt, an, quòd eò ſeruos ſuos nautáſque direxerit, dicitur ipſe Salomon profectus? Sic cenſet Dionyſius, neque *perſonaliter* illuc profectum. Caietanus tamen *perſonaliter* iuiſſe vult. Et quidem cùm res ipſa nihil abſurdi habeat, dignáque fuerit Rege ſapientiſſimo, & quæ multum profectura eſſet vel ad claſſim dirigendam, vel ad experimentū rei nouæ & inſolentis capiendum; vel denique ad fruendum ſpectaculo ampliſſimo, pariter ac iucundiſſimo; res, vt ab Scriptura narratur, accipienda eſt, ſimplici, & plana intelligentia. Iuit itaque Rex Salomon in Aſion-gaber.

An aliàs Ieroſolymas digreſſus. Dionyſius.

Tertia; Aliarum etiam profectionum, ſeu expeditionum occaſiones tres Dionyſius aſſignat, ad viſitandum ſuum ſocerum Pharaonem; aut prælij alicuius cauſa, vel ratione ſolatii. Adde quartam ad ædificandas nouas ciuitates, vel ad inſtaurandas veteres. Quod ad bellicam profectionem attinet, clariùs ſcribitur. 2. Paralip. 8. 3. *Abijt quoque in Emath-Suba, & obtinuit eam.*

IIII. Comitatus ampliſſimus.

4 Equites Salomonis comati. Comeſtor.

PRimò, vt ad proceſſum illum, vel vrbanum, vel ruſticanum dixeris, redeamus, duo potiſſimùm in comitatu obſeruanda; Alterum in capillitio pulcherrimorum iuuenum, alterum in armis. De *coma* Petrus Comeſtor 3. Regum. cap. 22. ſcribit adeo fuiſſe promiſſam, horum iuuenum cæſariem, *vt vſque in equorum ſeſſionem diffunderetur*. Abulenſis paulo aliter legit, quod ex Ioſepho vterque mutuatus eſt; *longam diffundentes in equorum ſeſſione cæſariem*. Sed vera Ioſephi lectio eſt illa, quam propoſuimus, nimirum *promiſſo capillitio fuiſſe conſpicuos*; addidiſſe quoque *auri tincturam*, ſiue ramenta. Scio promiſſam comam minus virilem habitam fuiſſe; immò effeminatam, mollem, turpem, ignominioſam;

Abulenſis.

Coma virorum olim turpis. 1. Cor. 11. 14 Adrianus Coma horrida. Orpheus.

dicente Paulo, *Vir, ſi comam nutriat, ignominia eſt ei*. qua de re ex omni antiquitate Adrianus huius lib. de Coma. cap. 4. oſtendere conatur, aut turpem, aut barbaram fuiſſe in viris comam, aut in poetis mollem, & cinædicam; Cilices immanes, & piratica viuentes, à Tibullo; Getæ truculenti & barbari ab Ouidio *intonſi* appellati; ab Orpheo item Gigantes illi, & in Iouem iniurij;

Titanéſque comati, immania corda ferentes.

Ariſtophanes.

Atque illud etiam agreſte, & præter moré, quod de Socratis diſcipulis, aut in vniuerſum de Philoſophis ab Ariſtophane in Auibus dicitur;

Comabant, eſuriebant, ſqualebant, Socratiſſabant.

Martialis. Theſeus.

Sed ad mollitudinem, quòd laſciui pueri à Martiali *capillati*, à Perſio *cirrati*; & Theſeus ab Athenienſibus, *quòd comatus eſſet*, non adoleſcés, *ſed virgo matura virgo*, appellatus eſt; tum pugillatu, & virili virtute indignus, qui comatus in certaminis locum ingredi voluit, à Laertio iudicatus, ex Phauorini ſententia, à Philoſtrato etiam, ſeu potiùs ab Antonino imperatore Alexander ille ſophiſta comæ ſtudioſus, vnguentarius & leuigator dētium, mollitudinis notatus: Paris item fractus & eneruis ab Homerico Hectore, quòd capillitium comeret. Denique Plauto *Calamiſtrati*, cinedi ſunt: & hi quidem omnes Deæ illi turpitudinis Cotyi effeminatorum præſidi, apud Corinthios, vt Suidas refert, capillati & calamiſtrati ſupplicant.

Philoſtrat. Plautus. Cotyi capillati ſupplicantes. Suidas.

Coma etiā virilis.

Sed cū in hac re temporum potiſſimū conſuetudo obſeruanda ſit, tum & capillitij alendi aut comendi ratio & modus, proculdubio ad virilē etiam pulchritudinē curata eſt coma, vt ab Abſalone: ad virilem item & verè maſculā pulchritudinem in Sāſone; ex cuius hiſtoria potuit occaſioné ſumpſiſſe vulgata illa Niſi fabula, apud Pauſaniā, lib. 1. capillū purpureum habuiſſe, cuius beneficio fuiſſet immortalis, Niſi filia crinem patri detondiſſet. Denique elegantiſſimi iſti Salomonis cuſtodes tam militiæ idonei quā togæ & paci, quòd comati, & quòd auréſcentes.

Niſi fabula alludens ad Samſonem Pauſanias.

Capillorū auri tinctura. Greg. Nyſſ. Lucan 6. Pharſal.

Sed quòd *auri tinctura* comam inficerent, nō inſolens; hunc enim auri vſum inter alios, vt auro coma niteat, aſsignat Nyſſenus Hom. 4. in Eccleſiaſten, vt toti flauéſcerent, & tam flauos gererent crines.

Vt nullas Cæſar Rhene ſe dicat in aruis
Tam rutilas vidiſſe comas.

1. Reg. 16. 12. & 17. 42. Cant. 5. 11

Quod ſanè elegātiæ & pulchritudinis fuit, addo etiam ex cultu & notitia illius gentis: nā neque commendaretur Dauid à cæſarie ruffa: neque ſponſus ab *aureo* capite, neque Salomonis adoleſcentes comam tingerent auri ramentis, niſi is capillorum color in delicijs, & in pretio apud illos eſſet. Sed de re hac dicendum nobis, vbi de Salomonis pulchritudine lib. 6.

Coma apud Hebræos honoris. נזר Forſter. Mercer. Auenar.

Et quod ad comam attinet, cū Nazaræi intonſi fuerint, ijdemq; in maximo cultu & veneratione habiti apud Hebræos, non potuit apud illos coma nō eſſe honoris & dignitatis: cuius rei cōiectura fieri poteſt ex verbo *Nazar*, quod eſt, ſeparari ab alijs, quaſi inſigni aliquo honorifico, & ſecerni à cæteris vel profeſsione, vel cōſecratione & ſanctificatione, vel, vt viri Hebraicè docti obſeruāt, dignitatis alicuius gratia. Itaque ſi Nazaræus ſeparatus erat propter cæſarié, videtur cæſaries dignitatis nota fuiſſe. Quòd aūt cæſaries fuerit vel prima ſeparationis ratio, colligi poteſt ex eo, quod *Nezer*, ſit corona aut diadema, quaſi ea ſit potiſsima ſeparatio, & quaſi excellētia præ cæteris, & cæſaries in viro ſit, quaſi corona dignitatis. Atq; inde apud Hebræos *Minezir*, eſt idem quod princeps. quare Nahum. 3. 17. vbi nos habemus: *Cuſtodes tui, quaſi locuſta*. R. Dauid legit: *Principes tui*. Pagn. *maiores*, alij *coronati*, ſiue *diademati tui*. Sed elegāter Tigurina, *comati tui locuſtas referunt*. vt intelligas principes & maiores fuiſſe comatos, atque ipſa coma & cæſarie, velut corona & diademate ab alijs fuiſſe quaſi dignitate ſeparatos. & deinde qđ ſequitur: *Paruuli tui quaſi locuſta locuſtarum*. Alij legūt: *ingenui tui*, vel *optimates*, vt Tigurina & Vatablus. Alij *duces*, vt Forſter. Alij, *principes*, vt Pagn. & Regia, vt cōparet principes minores cum locuſtis nimirū comatis, aut capillatis, quales deſcribūtur Apoc. 9. 7. *Similitudines locuſtarum, & habebāt capillos ſicut capillos mulierū, & ſuper capita eorū tā-*

Nazaræus propter cæſariem ſeparatus à cæteris.

Principes olī comati.

Cur principes comparati cum locuſtis.

Cur Ioſeph dictus Nazaræus.

quam corona ſimiles auro. Quare propter huiuſ- A modi cæſariem pulcherrimã videtur bene precatum Ioſepho filio à Iacob parente, Gen. 49. 26. *Benedictiones patrum eius fiant in capite Ioſeph: & in vertice Nazaræi* (comati, cincti, coma, quaſi diademate redimiti, & coronati) *inter fratres ſuos*.

Kimhi.

Kimhi: *Coronati ſuper caput fratrum eius*. Thargũ, R. Salomon, *Vertice ſeparati a fratribus eius*. vbi præclara fit alluſio ad comam quam in carcere nutrierat. Quæ quamuis in Aegypto non fuerit Principibus in honore, nam illum *eductum ex carcere totonderunt*. Gen. 41. 14. at apud Hebræos & alias gẽtes Aſſyrias videtur fuiſſe honorifica; & vtcumque fuerit intonſio illa carceris in principatus inſigne, & veluti diadema cõmutata. Aſſyrijs & Babylonijs videtur idem fuiſſe dignitatis B

Babylonii comati.

Petrus Gregorius.

inſigne, coma, & cæſaries, vt ſcribit Petrus Gregorius li. 6. de republica c. 16. & illis minatur Dauid Pſ. 67. 22. *Confringet capita inimicorum ſuorũ, verticem capilli* (verticem capillatum, caput crinitum, cincinnatum) *per ambulãtium in delictis ſuis*.

Herodotus.

Plutarchus.

Tum præterea & apud Lacedæmonios comam nutriendi conſuetudo fuit, vt ſcribit Herodotus lib. 1. & libro item 7. & Plutarchus in Lyſandro, cùm diſſerit, *Vnde capitis intonſi conſuetudo fluxerit*. atque Spartanorum Rex Leonidas fortitudinis cauſa comam alebat, qua amicis modeſtior rem, hoſtibus verò terribiliorem videri ſe gaudebat; & apud eoſdem Lacædemonios ingenui

Serui capillo tonſi.

Alexander.

Ariſtophanes.

Suetonius.

ſoli alebant comam: nam ſeruile fuit radi, vt ſcribit Alexander. lib. 5. c. 28. Quò illud ſpectat Ari C ſtophanis in Auibus: *ſeruus cùm ſies, portas comã?* vide eũdem Alexandrum, & Gregorium citatũ, Sueton. in Veſpaſiano c. 24. Atque eò pertinere poterit illud Pſ. 131. 18. *Inimicos eius induam confuſione* (raſitato vertice capilli) *ſuper ipſum autẽ efflorebit* (germinabit) *ſanctificatio* (Hieronymus ex

Sãctificatio

Hebræo & Kaldæo, *corona*, propterea etiã cæſaries, qua ab alijs ſeparetur, velut res ſancta) *mea*. Quæ

Corona germinãs, coma.

eſt autem alia corona germinans, vel naſcens de capite, quàm cæſaries ipſa, & coma capitis? Reſpondet igitur ex oppoſito parti præcedenti; ſeruiẽt hoſtes meo populo, meæ Eccleſiæ; illi enim incedent detonſi, raſitati; Chriſtus verò meus & illius fideles comati, coronati; reges, ſacerdotes

Coma flaueſcens.

effloreſcentibus & germinantibus capillis. Sed D de hoc aliquando plura. Illud certè veriſſimum eſt, omnibus rationum omnium, niſi ſolis iubar & ſplendentem comam reformident, refugiantve, placuiſſe, quod Poetæ illi;

Ouid. 2. Faſt.

Forma placet, niueuſque color, flauique capilli.

Procedentis in publicum Lectica Regia.

5

Ferculum quid.

QVinto, quod ad ipſum Salomonem attinet, magnificentiſſima illa lectica geſtabatur, de qua Cant. 3. 9. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum aſcenſum purpureum, media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem*. Et quidem E controuerſia de voce *ferculi*, cui in Hebræo re-

אפריון

AbenEzra.

ſpondet *Epirion*; & mirificè inter Hebræos, & Hebraizantes lis ditur de illius ſignificatione. Aben Ezra exiſtimat ſignificari *ædem* aliquam egregiã,

Agathius.

Maximus.

Ambroſius.

& ſumptuoſam. Alij *ædificium*. Agathius, Forſterus, Mercerus, Maximus, poſt R. Salomonẽ, Pagninus item, immo Ambroſius lib. 3. de virginibus, *lectum genialem*, interpretantur, aut *thalamum*, & cubile ſecretũ. Genebrardus, *Thronum*

Genebrard.

An ferculũ geſtatoriũ, vel firmum.

regium cum ſuo tabernaculo, etiam ſi non eſſet motorium, quaſi Salomon eiuſmodi ſedem fixerit Ieroſolymis, aut certè in templo, vt in eo ſeſſitans ſpectaretur, & affulgeret cum ſua regia dignitate, maieſtate, & gloria; ex eo confirmat; quòd dicatur habere *columnas* ſtãtes, & erectas, quod lecticis & vehiculis minimè conuenit. Ideoque plerique deducunt à radice *Para*, quod

פרה

eſt fructificare, & fœcundum eſſe, vt ſic ipſum nomen genialis lecti fœcunditatem affectat. Sed his omnibus coniecturis vnica Latini Interpretis præcellit lectio, vt ſit *ferculi*, & vehiculi genus aliquod, lecticáve geſtatoria. Sic agnoſcit R. Dauid eſſe lectum, quò deferuntur ſponſi,

R. Dauid.

quem nonnulli *Carrucam* vocant; & placet illa bona, licèt non boni auctoris coniectura; quòd vox deducatur à radice *aphaph* quod eſt, circun

אפף

Ioſephus.

B dare, aut circumrotare, quod ſit genus aliquod currus; quò pertinet illud Ioſephi ſcribentis, *Salomonem curru vectari ſolitum extra vrbem*: atque cum eo etiam faciat Græcum *Phorion*,

Delrius.

quod ſapienter obſeruauit noſter Delrius, opportuniùs verti *ferculum*, quàm *lectum*. Denique illa non eſt poſtrema coniectura, *lecticam* fuiſſe geſtatoriam, atque motoriam, cùm poſt *ferculi* mentionem factam, ſtatim inuitentur fœminæ Ieroſolymitanæ ad ſpectandum Salomonem procedentem in publicum, vectum magnificentiſſimo illo pompatico ferculo, quod quatuor angulis fortè in columnarum figuram effictis

Genebrardi coniectura leuis.

conſtabat. Neque quidem illud quod Genebrardus volebat, conſtans eſt in Scriptura; vt colum- C næ conſtantes & fixæ ſint, ac non motoriæ, cùm

Columna etiã de motoria.

præcederet Angelus *in columna ignis per noctem*, Exodi. 13. 22. & dicatur etiam de *columna* fumi, Iudic. 20. 40. quo nihil mobilius, aut inconſtantius. Cæterùm illud columnarum proprium, vt tectum ſuſtineãt, vel integumentum; quod hoc in loco dicitur aſcenſus, vt AbenEzra ex voce

AbenEzra.

originali oſtendere conatur, quamquam alij intelligant ipſam regalem ſellam, quæ aſcendebat paulo ſublimior, fuiſſe opertam purpura, quod erat regium inſigne; de quo aliàs plura.

6

AbenEzra.

Genebrard.

Reclinatorium aũt quod R. Salomon, & Aben-Ezra, & poſt hos, Genebrard. & Mercerus, *Pauimentum* legũt, & a re & à veritate diſcedit; nam oportet ex præſtantiſſimo metallo, id eſt, auro, D præſtantiſſimam lecticæ partem, & in primis cõſpicuam fabricatam fuiſſe, vt quæ Salomoni ſu-

Reclinatorium quid & vnde dictum.

ſtinendo propiùs inſeruiret, nimirum illã in quã humeris & capite, aut etiam cubitis opportunè incũbere poſſet, & quæ hominem acclinantem cõmodè exciperet ex proprietate originali, vnde eſt illud; *ſtipate me malis*. quod alij dicunt, *ſternite mihi in pomis*. ſed meliùs, fluentem ſpiritum præ amore, *ſtipate* comprimite, detinete, roborate, admotis pomis odoriferis fulcite.

Interiora ferculi gemmata.

Sed ferculi pars potiſſima, &, vt media, ita magis conſpicua, mirifica arte elaborata & exornata erat. Septuaginta; *Interiorum eius lapidibus cõſtratum, charitatem a filiabus Iſrael*. Vel, vt propriè ex E Græco verti poſſet; *interiora erant ex opere teſſelato*, & minutiſſimorum lapillorum mirabili artificio, & multiplici emblemate variegatum: vox

λιθόστρωτος

enim Græca *lithoſtrotos*, huiuſmodi muſiuum opus indicat. Quod enim Ambroſ. Theodor. Nyſ-

Ambroſius Theodoret. Nyſſenus.

ſen. intelligunt, *Gemmis, & lapidibus pretioſis variatum, quidquid erat intus*: nihil mirandum. nam

Philoſtrat.

& Philoſtratus. lib. 2. de vita Apollonij c. 11. ſcribit. *Aliquando etiam pauimenta margaritis conſtrata; vt de templo illo ſolis in quo ſuſpenſus erat Aiax eburneus, & Alexandri aurea ſtatua; ex aduerſo*

Templum Solis quale.

autem Regis Pori ſtatua ex ære nigro poſita erat. Parietes verò templi rubris marmoribus ignis fulgorem

imi-

imitantibus veſtiti; quibus congruè interpoſitum aurum radiantis fulminis fulgorem referebat. Pauimentum multis cæmento margaritis ſtratum erat, quod Barbarorum plerique ſeruant.

In medio cunctis delectus Salomon.

In medio autem erat *Charitas*, quaſi ſponſa diceret, *Amor meus*; quem amo, quem depereunt fœminæ Ieroſolymitanæ, mirificè erga Salomonem affectæ. Vide non ſolùm quantum elegantiarum, ſed quantum opulentiæ & magnificentiæ in Salomonis ferculo & geſtatoria lectica. Huius autem lecticæ quadrigæ quàm pulchræ, quã opulenter ornatæ fuerint, dici non poteſt, dici tamen poteſt, meliori iure appellari potuiſſe *currum gloriæ*, quàm illum Sobnæ Iſa. 22. 18. & quàm illum Rheſi apud Homerum Iliad. 10. B

Homerus.

Huius pulcherrimos equos vidi, & maximos
Candidiores niue ad currendum, ventis ſimiles,
Currus autem ei auroque & argento bene fabricatus.

Monilia gemmata equorum. Plinius.

Adde equorum collis monilia, & mundum gemmatum, quem equis regum in Oriente appendit Plinius.

VI. Virginum in proceſſu comitatus.

Virgines thuribulariæ.

PRocedentem Salomonem videntur proſequutæ virgines & puellæ Ieroſolymitanæ, cum thuribulis, pyxidibus, & alijs vaſis odoriferis, vicos, & loca, per quæ deducebatur Salomon, pretioſis odoribus perfundentes: vt colligi poteſt ex illo Cant. 1. 2. *Oleum effuſum nomen tuum; ideo adoleſcentulæ dilexerunt te; Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*; nimirum, quòd non ſolùm ſponſus vnguentatus incederet fragrans ſuauiſſimè, ſed præterea adoleſcentulæ illum vnguentis ſuauiſſimis proſequerentur, ſpirantibus amorem; alij verò ſuſpirantes & deſiderantes Salomonem, indicio odorum & vnguentorum poſt illum currerent: *por el raſtro del olor y delos balſamos*. Et fortè ſuffumigando, vnguentando, & thurificando regi procedenti in publicum, nobiliſſimæ fœminæ ſeruiebant. de quibus ſimulque de Salomone, in Chriſti domini figuram dictũ videtur Pſal. 44. 9. *Vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis; Myrrha & gutta, & caſia a veſtimentis tuis; a domibus eburneis; ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* quaſi diceret; ex regali palatio, eburneove tabernaculo proceſſiſſe inclytas illas vel *honorabiles fœminas*; vt ex Hebræo legitur, portantes odores, & aromata in honorifica Salomonis pompa.

Fœminæ vnguentariæ Regum Hebræorum.

Neque mirum, cùm etiam 1. Reg. 8. 13. in iure regis & regni dicatur. *Filias quoque veſtras faciet vnguentarias.* Athenæus quidem li. 5. c. 5. in pompa illa Ptolomæi Philadelphi, *produxit thuribula: recenta quinquaginta aurea; vaſa vnguentis apta magna decem; hydrias duodecim poſtea aromatum plauſtra octingenta.* Plurimas huiuſmodi odoratarum aquarum ſparſiones, & nimbi, vnguentorum fluxiones, odorum in altum per latentes fiſtulas expreſſiones, vide in Lipſio de Amphitheatro capit. 16. Tum præterea Alexandro Babylonem ingreſſuro pompa inſtruitur quàm magnificentiſſima, atque ad luxuriam etiam comparata: Quã his verbis Curtius lib. 4. deſcribit: *Mazæus, quadrato agmine, quod ipſe ducebat (velut in aciem irent), ingredi ſuos iubet. Magna pars Babyloniorum conſtiterat in muris auida cognoſcendi nouum regem: plures obuiam egreſſi ſunt, inter quos Bagophanes arcis, & regiæ pecuniæ cuſtos ne ſtudio a Mazæo vinceretur, totum iter floribus, coronisque conſtrauerat, argenteis altaribus ab vtroque latere diſpoſitis, quæ non thure modo, ſed omnibus odoribus cumulauerat. eum dona ſequebantur, greges pecorum equorumque: leones quoque & pardales caueis præferebantur. Magi deinde ſuo more patrium carmen canentes. Poſt hos Chaldæi, Babyloniorumque non vates modo, ſed etiam artifices cum fidibus ſui generis ibant: Laudes ij regum canere ſoliti. Chaldæi ſiderum motus & ſtatas temporum vices oſtendere. Equites deinde Babylonij ſuo atque equorum cultu ad luxuriam magis quam ad magnificentiam exacto, vltimi ibant. Rex armatis ſtipatus, oppidanorum turbam poſt vltimos pedites ire iuſſit: ipſe cum curru vrbem, ac deinde regiam, intrauit.*

Athenæus. Pompa Ptolomæi plexus odorum. Lipſius. Pompa Alexandri odorata. Curtius.

CAPVT X.

Eius equitatus magnificentiſſimus.

Ad locum 3. Reg. 4. 26. Habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium.

C
1 *Summa equorum Salomonis. Equi curriles ad quos caſus.*
2 *An greges equarum tantum ad fœturam. Equæ etiam ad certamina.*
3 Præſepium *vnde dictum. Numerus denarius aliquando prætermiſſus in Scriptura.*
4 *Equi curriles certi generis non ſolum ſeruientes curribus, genus frequentiſſimum in Syria.*
5 *Equites certum equorum genus militare, vnde dictum in Hebræo. Illuſtrati Ezechiel & Ioel.*
6 *Mulorum genus in Syria. Equarum greges ad fœturam. Illuſtratus locus Canticorum.*

Locorũ pugnantiũ conciliatio.

NON dubium, quin inter alia Salomonicæ domus & magnificentię argumenta clariſſima, Salomonis equitatus præferẽdus ſit, atque duo vel tria loca vel imprimis concilianda; D alter, quem initio capitis propoſuimus; alter verò 2. Paralip. 9. 25. *Habuit Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis, & curruum equitumque duodecim millia; conſtituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat Rex in Ieruſalem.* Iterum 3. Reg. 10. 26. & 2. Paralip. 1. 14. *Congregauit Salomon currus, & equites; & facti ſunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum.*

Villalp. to. 2. li. 5. d. 3. c. 52. Equi curriles qui. Vatablus.

Pro explanatione primò notandum, ſi tria indicata loca ſemper de diuerſis equorum nume- E ris accipiantur, ſummam efficere equorum 53400. ſi verò ſinguli currus quadrigæ ſint, ſummam efficiunt 57600. Ego verò non ſeparo mille & quadringentos currus ab illis quadraginta millie equis, cùm dicantur fuiſſe *equi curriles*, nõ quidem tantùm ad curſum apti, & velocitate præſtantes, ſed præterea ad trahẽdos currus idonei, vt 2. Paral. 9. 25. obſeruauit etiam Vatablus. Nam non poſſunt ſeparari hæ quadrigæ ab illis equis quadraginta mille, cùm diſertis verbis dicatur 3. Regum 4. fuiſſe illa *quadraginta millia præſepia equorum currilium*, non quidem ad curſum, ſed ad currum; vt ex Hebræo propriè & ex verbo legitur. Quare mihi tantùm numero, quadraginta millia præſepia equorum currilium; & duodecim mille equites, vt ſtatim exponam: nã

ſic reſpondebit locus Paralipom. vbi non nume A

למרכבות tantur niſi *equites* & *currus*, loco tertij Regũ: vbi non numerantur niſi equi *curriles* & *equeſtres*.

2 Secundò, Quòd dicuntur fuiſſe *quadraginta millia equorum in ſtabulis*, 2. Paralip. & *quadraginta millia equorum*. 3. Reg. cum tamen 2. Paralip. in Hebræo tantum habeatur; *quatuor millia ſtabula pro equis*: quidam, quos nuper indicabamus, non equorum ſed equarum fœcũdarum quadragin-

An Salomoni greges equarũ.

ta millia numerãt: vt potiùs ea quadraginta millia ad greges, & armenta, quàm ad ſtabula pertinere videantur Sed ad vſum curruum, aliumve vrbanum potius, quam ad fœcunditatem fuiſſe non obſcurè ſignificat ipſa hiſtoria ſacra. Neque item inſolens equas potiùs quam equos, requiſi-

Equæ adhibitæ ad currus.

tas ad currus fuiſſe, & à curſu & certamine com- B mendatas. Sicut 1. Georgic. Poeta nõ equos, ſed *equas* Epyri à victoria commendat.

Eliadum palmas Epyros equarum.

Pontanus. Turnebus.

Quòd licet Pontanus noſter cum Turnebo lib. 3. c. 14. *equas* pro *equos* more Græcorum poſitum exiſtimet, tamen non niſi equas, Seruius antiquitatis eximius obſeruator, intelligenda vult. *Epyrus* (inquit) *creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in Iouis Olympici curruli certamine.*

Fœmininũ pro maſculino more Græcorum

quod idem fatentur, atque ex Gratio confirmat Turnebus loco citato: itaque potuit etiam bonã partem quadraginta millium equorum ingens equorum iugalium numerus complere, licet nõ ad fœturam. Quamquam vtroſque confundere

Athanaſ.

videatur Athanaſius in ſynopſi Scripturæ li. 10. C vbi de hoc Salomonis equitatu ſic ſcribit: *Habuit equarum, quas fœturæ gratia alebat, quadraginta millia*:

Cedrenus.

& ſimiliter Cedrenus in Compendio; *Equas fœcundas quadragies mille*. Sed ſi tot equas fœturæ habebat, quorſum educerentur illi de Aegypto & Choa tot equi quotannis præter innumeros alios quos dono accipiebat?

3 Stabulum. ארוח ארה Præſepe qd.

Ergo ſic concilianda ſunt, vt *ſtabulum* accipiatur pro equili duodecim, aut eo amplius equorum capaci. Nam *Vroth*, id eſt, *præſepia*, dicũtur, ab *Arah*, quod eſt, colligere, quod ibi colligantur pecora, aut armenta ſtabulentur, aut certè eſt locus præſepius, quod *præſepium* dicitur, vbi pabulum animalibus porrigitur: quæ vox indifferens eſt ad locum vnius animalis, vel plurium D nam ſcriptum eſt, *Cognouit aſinus præſepe domini ſui*: Ergo fuerunt Salomoni quatuor mille ſtabula, quorum ſingula ad minus capiebant decem equos *quatro mill cavallerizas de a dies peſebreras cada vna*. Quòd ſi in his ſtabulis ſtabulanda quoque ſunt duodecim illa millia equitum, oportet ſingula ſtabula quindena minimum habuiſſe præſepia equorum. de quo vide Abulenſem 2.

Vatablus. Abulenſis Dionyſius. Reiecta aliena reſponſio.

Paralipom. 9. quæſt. 16. & eodem loco Vatablũ, Dionyſium 3. Regum 10. Sic enim à non nemine ſic aſtruitur horum locorum conciliatio, vt dicatur Salomon habuiſſe quadraginta millia præſepia equorum, non quod habuerit tot equos, ſed habuerit tamen ſufficiens pabulum E præſtandum illi tot æquorũ numero, ne in quacumque neceſſitate numeroſiſſimi equitatus alimenta equis deficerent: at verò re ipſa nõ habuiſſe niſi quatuor millia equorũ ad currus, quis (inquam) non videt hoc ſine vllo ſolidæ veritatis fundamento dici; tantùm ad inanem quandam nouitatis ſpeciem? nam neque illi equi curriles quatuor mille ſufficiebant ad quadrigas mille ſexcentas: neque item oportebat exiguum equorum numerum ad argumentum magnificentiæ Salomonis produci. Tum præterea ille apparatus alimentorum & pabuli equorum ad neceſſitatem aliquam belli ſine vlla neceſſitate à pacifico Salomone fieret. Illud fortè ad Scripturæ

phraſim opportunius, quod aliquando per eclipſim numerus denarius iacetur, propterea que Eclipſis.

ſub intelligi debeat in aliquibus minoribus numeris, vt ſi dicantur quatuor millia, intelligi debeant quatuor millia numerorum denariorũ, vel quatuor denarij millium, ex quibus efficiuntur quadraginta millia. cuius exempla aliquãdo dabimus. Sed nunc minimè opus, vbi illa prior & ſimplicior expoſitio ſua ſe ſimplicitate ac veritate commendat. Illud verò in his equorum ſtabulis indicari facile mihi perſuaſerim, ſingularem etiam Salomonis regis peritiam in præcipienda & docenda equorum ſtabulatione, & diſciplina. quæ neque facilis eſt, neque ſapientiſſimo Principe indigna.

Numerus denarius aliquãdo ſubintellectus.

Salomonis peritia equeſtris.

4 Tertiò, cùm ad mille & quadringentos currus videantur ſufficere quinquies mille ſexcenti equi, difficultatem facit, quòd dicantur fuiſſe equi curriles quadragies mille. Quam Abulenſis, ea ratione diſcutit, ſi dicatur, quamquã omnes illi equi fuerunt deputati ad currus, non oportuiſſe tamen omnes ſimul ſeruire, ſed tamẽ omnes fuiſſe neceſſarios, vt in ſeruitio ſuis vicibus fungerentur. Abulenſis.

Sed ego tamen totam controuerſiam facilè dirimendam cenſeo, ſi intelligamus, equos curriles, non vnum tantùm vſum ad currus indicare, quàm certam equorum ſpeciem & naturam, C tum ad vehendos currus tum ad alios vſus opportunam. Ergo nomen *Sus* aut *Suſim*, procul dubio eſt certum equini generis nomen; atque illud fortaſſe, quod Aegypti proprium eſſet. nam frequentiſſimè eo nomine ſignificatur equitatus Aegypti, Exodi 15. 1. Iſa. 13. 3. Habac. 3. 14. 3. Reg. 20. 21. Pſal. 75. 7. atque cum ſimili alluſione, Prouerbiorum. 21. 31. Deuteron. 17. 16. Gen. 47. 17. 3. Regum 10. 28. Denique frequentiſſimus tum in Prophetis tum in alijs ſacris libris eſt huius nominis vſus: atque adeo videtur ſignificare maximè idoneum equorũ genus, ſiue ad *currus* ſiue ad *equitandum*. 4. Reg. 5. 9 Eſther. 6. 9. ſiue ad *currendum*, & *fugiendum* Iſa. 30. 16 Ierem. 4. 13. Haba.. 8. ſiue ad *portanda onera* 4. Reg. 14. 20. itaq; D quadraginta millia equorum currilium non ſolùm ſeruiebant curribus; quare plures erant quã pro quadrigarum vſu.

Equi curiles et currũ genus. סוס סוסים Equi Aegypti curriles

5 Quartum, quòd dicantur *duodecim millia equitum*, rem eandem confirmat; nimirum *ſuſim* fuiſſe frequentiſſimum equorum genus, propterea que numeroſiſſimum. quare aliud genus equorum magis rarum & infrequens notatur appellatione *equitum*. Quanquam enim Vatablus *equitũ* nomine ſignificari exiſtimet agitandorum equorum magiſtros, quos vulgo vocamus *picadores*, & quidem opportunè ad ſignificationem radicis; nam P*haraſim*, qui Hebraicè dicuntur *equites*, & a radice *paras*, quod pungere ſignificat, quòd equites calcaribus equorum illa pungant: Alij ve- E rò Ezech. 27. 14. interpretentur vel *mancipia militaria*, vel *generoſos ſeruos*, vt ait Vatablus, qui etiã militare poterãt, vel *ſtipendiarios milites* in equorum agitatione exercitatiſſimos. tamen procul dubio hoc fuit diuerſum non hominũ ſed equorum genus. Quare qui dicuntur *equites* in Paralipomenis dicuntur *equi equeſtres*, in libro, Regũ. Et præterquam quòd *equitis* appellatio etiam in Latino vſu non rarò pro ipſo equo accipitur; quale illud Poetæ eſt,

Equites rarius equorum genus. Vatablus. פרשים Pharaſim. פרש

Eques pro equo.

Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Virg. 3. Georg. 116.

Quod

Gellius. A Quod quidem ex antiquiſſimo Ennio, Ennianiſta ille apud Gellium. lib. 13. c. 5. confirmat, dicente 70. Annalium:

Vt magna quadrupes eques, atque Elephanti,
Proyciunt ſeſe.

Quare & ipſum equum in curſu equitare dicebat Lucilius: idemque ex Auieno & Seruio docet Macrob. lib. 6. c. 9. *Macrobius.*

Sed certè idē illud certius eſt in vſu ſacri ſermonis, vt indicatur Ezech. 27. 14 *Equos, & equites & mulos adduxerunt in forum tuum* vbi in Hebræo legitur, *Suſim, Pharaſim & Peradim*, quæ profectò ſunt tria equorum genera. *Tria diuerſa equorū genera.* Primum illud frequentiſſimum, de quo diximus: B ſecundū, quod ex quadā vocis annominatione poſſemus dicere, *Phriſones*, quia ad bellicos impetus ſuſtinendos idonei ſunt; quos alij cataphractos interpretantur; & apertè ſumitur pro equis militaribus 1. Reg 13. 5. *Triginta millia curruum, & ſex millia equitum*. id eſt, *equorum militarium*, vt legit Forſterus & 2 Reg. 16 fit manifeſta diſtinctio in Hebræo; *Forſterus.* nam pro *quibus* propriè legitur, *domini Pharaſim*. quod opportuniùs legas, domini, vel aſcenſores equorum, quàm *domini equitum*, vt dixit Regia; *Regia.* licet & Septuaginta eo loco agnouerint neſcio quam præfecturam inter equites; legūr enim: *Præfectus equitum* Pex erea loelis 2. 4. *Quaſi aſpectus equorum*, Suſim. curtilium) *& quaſi equites* (Pharaſim, in plano currentes, & minimè C alligati curribus) *ſic current*: nam *par* נרו non ſolū eſt pungere, ſed etiam explanare: vt huiuſmodi equi, qui punguntur calcaribus, in plano diſcurrant & explicent ſe ſe; nam equi curriles, non punguntur, ſed flagellantur; ſicut dictum eſt Nahum. 3. 2. *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equites aſcendentis*. vbi iterom *aſcendentis*, id eſt, *ſubſultantis* & incurrentis cum hinnitu & fremitu: itaque *pharas*, diſtinguitor ab alio equo, *ſus*, hinnienti *Crugidos del acote, ruydo de las ruedas, relinchos de las pias, y de los de mas cauallos de armas.*

6 Tertium genus *Peradim*, id eſt, *mulorum*, dixi meis commentariis in Iob, eſſe equi genus proprium Syriæ; *Mulorum genus.* quod procreat in ſuo genere, aptū ad belli vſum, & portanda onera, & ad curſum, D ex Ariſtotele de hiſtoria Animalium lib. 6. c. 24. *Ariſt.* & 36. qui etiam erant familiares in pompis, & in magnifico apparatu ad vehēdos reges, & principea viros adhibebantur. 2. Reg. 13. 3. Reg. 18. Iſa. 66. 20. *Adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Dominus.*

Quintò, inter alia armenta & greges habuiſſe etiam Salomonem equas procreantes & oberrantes in paſcuis, nōdum ſtabulis ſeptas, plurimas, *Equarum greges.* E credibile eſt: itaque Scripturam locutam tātum de ſtabulis, vt vberrima alimenta de quibus illis prouidebant quos menſæ perfectos habebat, indicaret Scriptura. Itaque de gregibus armentorum & equorum potiſſimùm loquutum Eccleſiaſten cap. 2. at verò de equis tam vel ad bellum inſtructis, vel ad alios vſus depotatis potiſſimū loquutam hiſtoriam ſacram Regum & Paralipom. Quam intelligētiam antiqua illa Hebræorum Hiſpanica huius loci lectio indicabat; *E apañò Salomon en caualgaduras è cauallos, è guiò los en las villas de las encaualgaduras*: ibi vides illa *duodecim millia equitum*, equorum nomine exponi. Rurſus: *E tenia Salomon quarenta mil eſtablias de cauallos para ſu encaualgadura.*

Sextò tandem equorum & equitum appellatio ac equas quoque contineri dubitandum nō A eſt; præſertim cùm ex quorundam ſententia, vt ſuperius dicebamus, equæ potiſſimùm ad currus haberentur; quippe elegantiſſimæ; quò illud vocant, Cantic. 1. 9. ſponſæ dictum a Salomone: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te*; quod alij ex Hebræo legunt: *Equæ meæ in curribus Pharaonis*. quòd originale nomen equitatus ſit feminini generis. quod alij cum Septuaginta ex Hebræo legunt. Sed hæc minutiora ſunt & incertiora. *Equæ electiores.* Quare ad meliora contendēdū. Interim vide quantā equitum & ſtabulorum Salomonis magnificentia, cui quadraginta millia præſepio B rum: cum ſatis ſuperque commendatam regis Latini opulentiam exiſtimaſſet Maro lib. 6. Aeneid. cum dixit de illius equitatu, *Maro.*

Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis.

Deſcribit verò ornatos,

Inſtratos oſtro alipedes pictiſque tapetis.
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.
Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

Quòd ſi regilium camelorum colla ornamētis ac bullis ornari ſolebant apud Orientales, vt ſcribitur Iudic. 8. 22. multo ſanè maiori iure equis, vt ſcribit Plinius, lib. 37. cap. 12. ex gemmis *equitregum in Oriente frontalia atque pro phaleris penſilia fieri*. *Plinius.* Quantus igitur & quàm exquiſitus C ornatus & cultus equorum Salomonis Regum Orientalium opulentiſſimi.

CAPVT XI.

Aedificia per eum vrbana.

Ad locum 3. Reg. 9. 15. Summam expenſarum obtulit Salomon ad ædificandum Mello, & murum Ieruſalem.

D 1 *Quo tempore ædificatus murus a Salomone. Triplex vrbis murus.*
2 *Primi muri ædificator David. An in eo aliquid effecerit Salomon.* Secunda *quid.*
3 *Secundus murus ex qua vrbis parte. Noua vrbs, ſiue Bezæ: a muro cincta à Salomone.*
4 *Tertius murus vrbis Salem. Muri vniuerſi inſtaurator & exornator Salomon.*
5 Mello *quid, & vnde dictum. Vrbis Sichem, an proprium nomen loci.*
6 *An Mello idem quod Vorago ciuitatis David. Quomodo æquata vorago à Salomone.* E
7 *Hebræorum de Mello ſententia. Illuſtratus locus Paralipom.*
8 *Mello aliud à voragine. Fortè munitio aliqua fortiſſima, nondum tempore David.*
9 *Ea munitio bona ex parte terra oppleta: fortè plena armis ſagittarijs.*
10 *Implere de ſagittis & ſagittariis. Explicati Moyſes & Zacharias.* Lapides plenitudini *qui.*
11 *Princeps curans vias publicas. Illuſtratus David.*

I. Murus Ieruſalem primus.

POſt priores & pietatis & templi curas, poſt neceſſarias regelium ædium, & quæ ad magnificentiam ſpectabant ædificiorum impen-

A ſas & operam, id eſt, poſt viginti annos adepti regni, animum ſtatim adiecit tum ad vrbana tũ ad externa alia ædificia. Qoem ordinem Montanus lib. de Templi fabrica ſic partitur, vt poſt tẽplum ſtatim ædificaret domum ſuam, tertio loco æſtiuam regiam domum, id eſt, domum ſaltus Libani; putat enim eſſe hanc aliam domum ab illa regia Ieroſolymitaoa: poſtremò tandem vrbis muros conſtrueret, quaſi perpetuæ pacis & tranquillitaris certa ſpe, & fote vt oon tam multis indigeret ciuitas ad defenſionem & præſidium; quàm ad pulchritudinem & ornamentum. Quamquam Abulenſis. 3. Reg. 3. q. 1. ſtatim B poſt abſolutum templum, velit ædificatum à Salomone murum ante ædificium domus regiæ. ſic eoim videbatur exigere ratio publicæ veritatis. Quid ſi ſimul vtrumque?

Montanus.

Ordo ædificiorum Salomonis.

Abulenſ.

Ergo primùm *ædificauit murum Ieruſalem per circuitum*. 3. Regum 3. 1. & cap. 9. 15. de quo ſic ſcribit Insephus; *Rex cùm videret mœnia Ieroſolymorum turribus & propugnaculis adſecuritatem egere, nec ea dignitati vrbis ſatis reſpõdere; & muros inſtaurauit, & turres magnas in eis erexit*. Qno nomine ſuum principem illum ad publicam rem attentiſſimum commendat Plinius, quòd *tam parcus eſſet in ædificando diligens in tuendo*. quaſi diceret tam magnificnm in ædificando, quàm in conſeruando diligentem. Sed vti tamen poſſumus ijs C quæ in eodem Plinio ſequuntur: *At quam magnificus in publicum eſt? Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, vt non conſummata, ſed tantùm commutata videantur.*

Ioſephus.

Plinius in Panegyr. Traí.

Sed, vt quis murus ædificatus fuerit à Salomone, perſpici poſſit, ponendum eſt, triplicem vrbis murum cõmemorari à Ioſepho li. 6. de Bello cap 6. *Ciuitas* (inquit) *triplici muro circũdata erat, niſi qua vallibus inuijs cingebatur; ex ea namque parte vnius muri habebat ambitum. Trium verò murorum vetuſtiſſimus quidem propter valles imminentemque his deſuper collem, quo erat conditus, facilè capi non poterat; ad hoc enim quòd loco præſtabat, etiam fortiſſimè ſtructus erat, Dauidis & Salomonis, aliorumque interea regum largiſſimis impenſis operi inſumptis.*

Triplex murus vrbis.

Ioſephus.

D Itaqne, primus & vetuſtiſſimus hic murus, qui vniuerſum montem Sion complectebatur, in cuius medio erat ciuitas Dauid, ex Meridiano Orientali & Occidentali lateribus vnicus & ſimplex erat: non enim iſti tres muri ſe complectebantur, ſicut circuli inæquales; ſed per vrbis ſpatium medium diſpoſiti, & varijs modis ſe interſecantes aut contingentes, varias vrbis partes continebant, & muniebant. Secundus murus, cingebat montem Bezetam ex latere Aquilonari templi. Tertius murus ex latere etiam Aquilo E nari totam vrbem ioferiorem, id eſt, Salem, & Bezetam etiam complectebatnt. Primus murus habebat nonaginta turres ſeparatas interuallis ducentorum cubitorum. Medius verò murus in quatuordecim turres; & antiqnns in gyro ſpatium triginta tribus ſpatijs finiebatur. Vbi manifeſtè vides Ioſephum nullum vnicum murum aſſignare, qui vniuerſam ciuitatem ambiat, ſed tantùm ciuitatis ambitum, qui ex diuerſorum murorum partibus ſe ioterſecantium componebatnr, triginta tribns ſtadijs definire; contra quàm alij ex Ioſepho conijciunt, & Villalpando obiicinnt, vt triplicem illum murum ſubruant. ſed tentant tandem conatu irrito, non efficiunt. Quod facile fuiſſet Villalpando oſtendere, ſi ea in re, tanquam in ſalebra hæſuros aliquos ſuſpicari potuiſſet. Quos hæſitantes & conſpitantes iam nunc videmus. Sed de muris Ieruſalem ſatis ille diligeoter ſcribit tomo 3. p. 1. libro 7. cap. præſertim 3. 8. 10. 13. 15. 17. 18. Hoc dixiſſe ſatis, hominem doctum & Templi ac Vrbis Scriptorem diligentiſſimum, atque in mathematicis bene exercitatum, ab alijs minùs exercitatis, minuſque diligentibus, & non tam ſcriptoribus quàm adlatratoribus in pleriſque ſui operis vel deſcriptionibus, vel computationibus calumniam paſſum; ſed paratum eſſe, de ea, quæ in ipſo eſt, doctrina ratiooem reddere palam poſtulanti, ac tantùm noo clanculum mordenti. Debebatur hæc admonitio huic loco: debebatur amicitiæ, & veritati. Sed iterum ad muros.

Tres muri quales, & ex qua vrbis parte.

Ioſephus.

Villalpãd.

Primi ergo ac vetuſtiſſimi muri auctor Dauid. 2. Regum 5. 9. *Vocauit eam ciuitatem David, & ædificauit per gyrum a Mello & intrinſecus*. & 1. Paralip. 15. 7. *Ædificauit vrbem in circuitu a Mello vſque ad gyrum. Ioab autem reliqua vrbis extruxit*. In ergo muro aliquidne operæ & impenſæ poſuit Salomon? Abulenſis 3. Regũm. 3. quæſt. 1. vult non ob aliud ædificatum à Salomone murum, quàm quòd quæ *corruerãt vel non bene facta erant*, meliora reddiderit. At Dionyſ. ait Ieruſalem muro ſimplici à Dauide munitam, à Salomooe tamen triplici muro circumdatam, in quorum primo Templum, Regia, ſerui regis, & Sacerdotes habitarent & continerentur; ſecundo, Principes, nobiles, Prophetæ, iuxta id quod ſcribitur 4. Regum 23. *Holdam* prophetiſſam *habitaſſe in ſecunda*, Tertio verò fabri & reliquum vulgus.

2

Quid egerit Salomõ in primo muro.

Abulenſis.

Dionyſius.

Abul. 3. Regum 9.

Sed ſi Salomon *ædificauit murum per circuitum*, vix intelligi poteſt, quomodo alios duos muros in circuitu ædificauit, niſi eſſent minores circuli, qui continerentur illo maximo Dauidis muro. quod tamen minimè eſt admittendnm, cùm ex parte Orientali Meridionali, & Occidentali vnico tantùm & ſimplici muro, vt Ioſephus dixit, vrbs muniretur. neque templum poſſet habere ex latere Orientali tres illos muros; vt apertè conſtabit montium & vrbis ſitum & deſcriptionem intuenti. Porro de *Secunda*, & de illo loco 4. Regum ſatis dicebamus lib: 3. cap. 28. *Secundam* non murum, ſed ſuperiorem ciuitatem Dauid intelligendam.

Ioſephus.

Ioſephus autem, quem Villalpandus explicat, & ſequitur loco indicato cap. 8. videtur aſſerere, primum illnm Dauidis murum, quamuis ab ipſo Dauide firmiſſimo opere extructum, tamen à Salomone aut nouis mœnibus, ant noua aliqua prudenter excogitata ratione magis firmũ magiſque munitum effectum. Sed non videtur ſane ſatis fuiſſe hęc antiqui muri noua munitio, vt diceretur *Salomon ædificaſſe murum per circuitum*. preſertim cùm murus recẽs eſſet, vtpote vix ante quadraginta annos ædificatus: neque à Dauide nuper defuncto, & ſemper in bellis verſanti videretur tam malè materiatus relinqui debuiſſe, vt nona ſtatim inſtauratione indigeret. Ergo non de eo muro intelligendus noſter hic locus.

Ioſephus. Villalpand.

II. Murus vrbis ſecundus.

SEd an in ſecundo muro plus aliquid habeat Salomon nunc videndum. Et quidem cùm mons Sion ex parte Meridionali ſeparetur à templo altiſſima voragine, ex parte verò Occidentali profundiſſima valle, ex parte tantũ Aquilonari patebat ad Templum aditus. ex qua parte mons erat, quem altiſſimum vocat Ioſephus, & Tem- 3

Fabrorum habitacula ex parte A. quilonari templi. Bezeta. Ioſephus.

A &Templo obſtitiſſe. atque ex ea parte videntur Templi fabri, & ædificatores quos ad ducenta hominũ millia numerat Villalp. habitacula ſibi paraſſe. Hæc eſt Bezeta de qua Ioſephus lib. 6. de bello c. 6. *Nominata eſt pars addita ciuitati, voce indigena Bezeta, quod Latino ſermone dicitur, Noua ciuitas.* & iterum c. 9. *Vbi noua ciuitas, lanæ venditores erant, fabrique ærarij, veſtiumq; mercatores, & ad murum anguſta via tranſuerſa tendebant:* & iterũ li. 6. de bello c. 24. in media Bezeta fuiſſe materiarũ, vel *trabium*. fuiſſe autem in hac noua vrbe forũ pecuariũ pro templi vſibus, & ſacrificiis, & *Probaticam piſcinam*, quæ à Ioſepho appellatur, *ſtagnum Salomonis*, & Hebraicè vocatur Betſaida, colludentibus etiam nominibus *Bethſaida*, & *Bezeta*, Villalpandus capit. 14. ſcribit.

Probatica piſcina.

Bezetã muro munitã à Salomone. Villalpãd.

B Hanc nouam vrbem nouo muro circumdatã à Salomone non temere conijcere videtur Villalp. c. 15. ex eo, quòd nõ ſit credibile Dauidem nõ curaſſe ac muniſſe diligentiſſimè tum illum murum vetuſtiſſimum quẽ ipſe ędificauerat circum montem Sion, tum prętereà illum alterum murum inferiorem ciuitatis Salem, quæ vtporè inferior multo infirmior multóq; hoſtibus aditu facilior ſine muro firmiſſimo periclitaretur. Adde etiam, quòd nouum illud templi ædificiũ immẽſis diuitijs locupletatum, & illam nouam vrbem infinita etiam ciuium & artificum copia inhabitatam oportebat muniri nouo muro tam ad templi ſecuritatem & fortitudinẽ, quam ad

C ornamentum & amplitudinem. Tandèmque cõfirmatur ex eo, quod cùm ex Ioſepho lib. 14. Antiquit. c 8. ex parte Septemtrionali tẽpli fuiſſẽt *turres altæ, & foſſa manu facta*, prætereàque *murus*, tamen non conſtat à quo alio potuiſſet murus iſte extrui opportuniùs quàm ab ipſo Templi ædificatore Salomone; nam & murum hunc Bezetæ, fuiſſe antiquiorem Rege Agrippa idoneis coniecturis idem Villalpandus confirmat c. 18. Quamuis enim Ioſephus ſcribat Agrippã muro cinxiſſe vrbem; intelligi tamen debere de inſtauratione muri inferioris vrbis Salem vetuſtate collabentis.

Ioſephus.

Villalpãd.

Reiicitur præcedens ſententia.

D Sed quod huic ſententiæ obijci poteſt, illud, eſt, etiam ſi monte Bezeta & noua vrbs muro circumdata fuiſſet à Salomone, attamen non videri propterea dici potuiſse *ædificaſſe murum Ieruſalem per circuitum*. ille murus enim non erat in circuitu Ieruſalem. Ergo ad tertium murum confugiendum.

III. Murus Ieruſalem tertius.

4

A Salomõ tertiu mari ædificator.

DEnique tertius murus erat ille inferioris vrbis Salem, quem à Dauide vel ædificatum, vel inſtauratum, cùm primùm vtram que vrbem, id eſt, inferiorem & ſuperiorem cõiunxit; dubitandum eſt, & ſicut primus ille murus deſcribitur *vſque ad voraginem & intrinſecus*, ita iſte tertius videtur ſignificari 2. Paral. 32. 5. cùm dicitur Rex *Ezechias agens induſtriè ædificaſſe omnem murum qui fuerat diſſipatus, & forinſecus*

E *alterum murum*. Salomonem autem fuiſse huius muri auctorem, nulla idonea coniectura intelligi poteſt.

Idonea dubitationis explicatiõ.

Propterea adducor, vt certò exiſtimem Salomonem, murum, qui vniuerſam Ieruſalem muniebat, ædificaſse, non tam quòd à fundamentis erexerit, quam quòd nouam formam toti induxerit, nouamque pulchritudinis ſpeciem, ac nouis mœnibus, nouis munitionibus per circuitum auxerit.

IV. Et Mello.

AEdificauit prætereà Mello. 3. Regum 9. 24. & 3. Reg. 11. 17. *ædificauit Mello & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui*. de quo quid ſit, & vbi in Ieruſalem, non eadem eſt omnium ſententia, ſicut neque in deducenda vera nominis notione. Quãquam enim videatur procul dubio naſci ex radice *malle*, quod eſt, implere; ita vt *Mello* ſonet plenitudinem, tamen cuius rei ea plenitudo fuerit, an terræ, an hominum, an domorum & ædificiorum, an armorum & ſagittarum, non eodem modo ab omnibus traditur.

5

Namẽ Mello vnde dictum.

מלא

Et primò quidem cùm mentio fiat, Mello, Iudic 9. 6. & 20. cùm dicuntur congregari omnes viri *Sichem* & familiæ vrbis Mello, vel oppidi Mello, quod in Hebræo neque dicitur vrbs, neque oppidum, ſed tantùm *domus Mello*: quapropter Septuaginta legerunt retinentes vocẽ originalem, addẽtes prętereà interpretationem domus *domus Beth Maalo*; intelliguot quidam *Mello* appellatiuè ſumi pro congregatione; quæ eſt quaſi virorum plenitudo conuenientium ad tractanda & decernenda negotia publica: deinde verò contentum pro cõtinente, Mello ſit locus comitiorum publicorũ, quo principes, ad quos negotia publica referebantur, congregari ſolebant, Hæc fere eſt Vatabli, de Mello ſententia, Iudic. 9. nu. 13. & 3. Reg. 9. num. 21. vbi alterum Mello, id eſt, alterum locum comitiorũ ſic deſcribit: *Locus erat in Ieruſalem, in quem populus Iſraël conueniebat, cum de rebus ad publicam vtilitatẽ pertinentibus, erat conſultandum; a verbo Hebraico* Malle, *id eſt, plenus, quòd locus populo repleretur. locus erat ſine tecto & ædificio*. Et quidem huiuſmodi Mello interpretationem videtur hauſiſſe Vatablus ex R. Dauid: quem imitatur Pagninus, ſequũtur Mercerus, Marinus, Auenarius. Sed his repugnat aperta interpretis Latini & Septuaginta ſententia, exiſtimantium Mello eſſe proprium nomen populi aut vrbis.

Maalo vel Mello appellatiuè.

Vatablus.

Metonymia. Mello locus comitiorum.

R. Dauid. Hebraizantes reielli.

Secunda ſententia Adrikom in Ephraim nu. 68. dicẽtis, illud Mello Sichimitarũ Iudic. 9. fuiſſe ciuitatem quam poſtea ędificauit Salomon 3. Reg. 9. 11. quę cauſa extitit rebellionis Ieroboã. Sed mirum eſt tam diligentem Terræ ſanctæ deſcriptiorem tam turpiter confudiſſe terræ ſanctę loca & Sichimitas cum Ieroſolymitanis; quã quam potuit anſam ſumere ex Hieronymo de locis Hebraicis, qui ait *Mello eſſe ciuitatem quam ædificauit Salomon*.

AdriKom.

Mello eſſe vrbẽ inſtauratam à Salomone. Hierony.

Quare tertia ſentẽtia eiuſdẽ Adrikomij, ſed melioris notæ in ſua Ieruſalem n. 16. Mello fuiſſe voraginem, quæ montem Sion a ciuitate inferiori & a monte Moria ſeparabat, & à porta Aquarum Occidentem verſus vſque ad portã Piſcium extendebatur, ab hac igitur voragine vniuerſum montem Sion Dauid muro cinxit, ſicut dicitur 2. Reg. 5 9 *ædificauit per gyrum a Mello & intrinſecus*. at Salomon impleta voragine plateã peramplam reddidit, & ædificijs exornauit, ſicut dicitur 3. Reg. 11. 17. *ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui*. Sed nõ eſſe idem opus, neque idem ædificium *voraginis coæquatæ*, & Mello ædificati; ſed quamuis loco propinqua, diuerſa tamen, cenſet Abulenſis. 3. Regum. 9. q. 8.

6

AdriKom. Mello fuiſſe voraginem.

Non idem vorago coæquata & Mello ædificatum.

Abulenſis.

Quarta ſentẽtia Hugonis, de S. Victore, interpretantis *Mello*, id eſt *locum illũ, partẽ ſcilicet infe*

Hugo.

A *viorem ciuitatis, qui prius vorago, & quaſi ſentina e-rat ciuitatis Dauid, quam Salomon coæquauit, vt æqualis ſcilicet eſſet parti eminentiori ciuitatis; in quo iniuriam patri facere videbatur, viliſſima & abiecta ſummis operibus illius coæquans.* Eandem ſententiã indicat Iacobus Zieglerus in ſua Palæſtina; qui ſic definit Mello: *Quòd ſit ambitus montis Sion interior, quem Reges incluſerant muro*: quamuis in eo quod dicit, *interiorem ambitum*, videatur intelligere ſpatium illud montis Sion citra voraginẽ: tamen proculdubio ad murum illum reſpexit extructum à Salomone, & alijs regibus in Mello. Atque fere eodem modo Villalpandus tom. 3. par. 1. lib. 2. c. 8. qui vult Mello fuiſſe *præexcelſum murum ad ſuſtinendos aggeres, quibus ipſa vallis Meridiana ciuitatis Dauid concludebatur, & ciuitatem totam muniebat.* quod cùm inter magnificẽtiſſima Salomonis opera referatur, oportuit fuiſſe ædificium ampliſſimum & impenſarum maximarum; atque illud ipſum, de quo videtur Ioſephus 15. Antiquit. c. 14. loquutus, cùm de Tẽpli porticibus & muro loquitur; *Tumulus* (inquit) *erat petricoſus, arduus, à vertice ſenſim verſus Orientale vrbis latus reſupinus. Huius verticem primus Salomon Rex noſter inſtructo muro circumdedit: radices quoque eius alio muro cinxit, cui verſus Auſtrum ſubiecta eſt vallis profunda. Hic murus conſtat ſaxis grãdibus plumbo inter ſe vinctis, amplectens internum ſpatium, & in profundum deſcendens, vt miranda ſit magnitudo & altitudo ſtructuræ, forma quadrangulari.* C *Saxorum enim magnitudo à fronte eſt conſpicua, interiora ferro vincta iuncturas continens contra omnium temporum iniurias firmiſſimas. Hoc opus poſtquam æquatum eſt vertici, cauitas, quæ intererat murum inter & tumulum, expleta eſt, vt complanatis omnibus fieret area, & circum quadriporticus quatuor ſtadiorum circuitu.*

Vorago inſra mõtem Sion.

Zieglerus.

Murus Mello.

Villalpãd.

Ioſephus.

Sed quod ad hanc ſententiã peculiariter ſpectat; ãio non poſſe hunc Ioſephi locum intelligi de Mello. nam ille monticulus & murus, & quadriporticus, ſpectant omnia ad templum, & ad abſolutionem eorum quæ circa templum erãt; quare non poteſt fieri, vt de Mello accipiatur, quod ædificatũ eſt poſt templum, &, vt videtur, poſt domum regis, & reginæ, & poſt murum Salomonis: Immo iam translata filia Pharaonis in D domum ſuam, *Tunc ædificauit Mello*. Quid quod ille tumulus, & murus, & area, quam deſcribit Ioſephus, non ſunt in ciuitate Dauid, immo potiùs ſpectant ad aream, & vlteriorem partẽ voraginis: at Mello eſt in ciuitate Dauid 2. 4. Reg. 32. Inſuper neque murus aliquis circa voraginem poteſt eſſe Mello: nam *Dauid ædificauit murũ Sion à Mello & intrinſecus per gyrum*: Ergo ſi murus aliquis adiungi potuit à Salomone, ille fuit extrinſecus: quod ſi extrinſecus, ille erat extra ciuitatem Dauid, intra quam erat Mello.

Præcedẽtis ſententiæ improbatio. Ioſephus.

Mello ædificatum poſt alia ædificia.

Ioſephus.

Ioſephus.

Mello non murus.

Quinta opinatio multo rigidior Mello, & coæquatæ voraginis, interpretatio eſt Dionyſii. 3. Regum. 11. Mello quidem ipſam eſſe voraginẽ E altiſſimam vt ſuperius 2. Reg. 5. ipſemet ſcripſerat; ſed minimè oppletam, neque aliter coæquatam, quàm quia *muros à radice illius voraginis, præcipitij, ſeu foueæ excidit & exaltauit, vt eos æquaret ciuitati Dauid ſeu arci Sion in altũ*. In vniuerſũ autem ſic ſcribit idem Dionyſius de Mello 2. Reg. 5. & 1. Paralip. 11. *Mello fuit præcipitium quoddam profundũque vallis, &, vt alij dicunt, vorago ante caſtrũ ſeu fortalitium prope murum eius ſituata, fuit autem & ſpatium inter voraginem illam, & caſtrũ, in quo ſpatio per fortalitij gyrum Dauid conſtruxit aliquas domos; atque, vt aliqui ſcribunt, à Mello vſq;*

Mello eſſe voraginẽ.

Dionyſius.

A *ad ſurſum ædificauit Dauid murum per circuitum arcis Sion, faciens vnum murum intrinſecus, alterumque extrinſecus.* Ergo indicare videtur Dionyſius, cũ Dauid ædificauerit murum Sion à Mello intrinſecus, partem illam, quæ circa voraginem extrinſecam erat ſine muro & mœnibus. Salomonem cingere voluiſſe, & reliqui muri altitudini coæquaſſe. Niſi velis murum alterum extrinſecus ædificatum à Salomone. Sed opus hoc immẽſi laboris & incredibilium expenſarum, fuiſſet præterea inutile, quòd ex latere Septentrionali templum ſatis protegeretur vi be Bezeta; & niſi vorago impleretur, ipſa vorago pro muro futura eſſet fortiſſima, & pro foſſa munitiſſima.

Superioris ſententiæ refutatio.

Ergo iam Hebræi volũt Mello fuiſſe ſpatium B quoddam medium inter montem Sion & montem Moria, in quo fuerit area Areunæ Iebuſæi 2. Regum 23. quam Dauid apertam, & ædificijs vacuam reliquerit, pro excipiendis peregrinis aduentantibus ad viſitandum templum religionis cauſa. Salomon verò plateam illam, quæ apud domum filiæ Pharaonis erat, multis ædificijs exornarit, priuatiſque domibus famulorum reginæ. Quæ res poteſt promoueri, ducta coniectura ex illo 3. Regum. 9. 24. *Filia Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domum ſuam, quam ædificauerat ei Salomon; tunc ædificauit Mello.* videtur enim cum reginæ domo ædificium quoque Mello coniungere, quaſi ad reginæ domum pertinuerit. Hanc Hebræorum traditio-C nem probant & ſequuntur Nicolaus 2. Regum. 9. Abulenſis, Forſterus, Marinus, & ex parte etiam Complutenſes in Lexico, Reuchlinus in *Mello*. Sed res creditu indigna, vt quam aream Dauid deſignauerat ad excipiendos peregrinos templo vicinam, Salomon, eo præſertim tẽpore cùm ſanctiſſimus erat, & templi, atque eorum quæ ad templum ſpectabant, ædificium diligentiſſimè procurabat, in alios vſus conuerteret, & religionem imminueret.

7 Hebræorũ ſententia de Mello.

Nicolaus. Abulenſis. Hebræizantes. Hebræorũ traditionis refutatio.

Vltima ſentiendi & interpretandi ratio, & quæ fortè propiùs ad veritatem accedit, eſt Salmeronis tomo. 1. proleg. 41. Mello eſſe illos colles aut monticulos Iebuſæorum, quos expugnata arce cepit Dauid, conſtructoque per mon-D tis extrema muro muniuit. Itaque Mello ferè confundit cum arce Sion, aut cum ciuitate Dauid. Sed hæc, vt iacent, difficilia multa continent.

Salmeron.

Ego, quòd ſentio de Mello, non obſcurè ex ipſa ſacra hiſtoria, & idoneis coniecturis perſuaſũ iri crediderim. de Mello enim ſic ſcribitur 2. Paral. 32. 5. *Ezechias ædificauit agens induſtriè omnem murum, qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres deſuper, & forinſecus alterum murum, inſtaurauitque Mello in ciuitate Dauid, & fecit vniuerſi generis armaturam, & clypeos.* Ex quo primùm colligo, Mello non fuiſſe voraginem; quippe vorago terminus extrinſecus erat ciuitatis Dauid, quæ vndecumque ſuo muro cingebatur. Itaque in ipſo E ſpatio montis Sion erat Mello. Vides iã hic non habere locum illud Ioſephi teſtimonium.

8 Verοſimilis de Mello ſententia.

Secundũ. neque Mello erant ſubterraneæ aut profundæ illę ſubſtructiones ad ſuſtinendos aggeres; neque aggeſtio illius voraginis, pręterquam in. quòd aggeſtiones, & quæ in ima valle extructa erãt, quib. opplebatur vorago, firmiora ſunt, & diuturniora, vt quæ ex vtraque latere muniãtur terra ipſa & ſolo; quippe aut parũ aut nihil eminerent; atq; ideo non indiguiſſe inſtauratione illa Ezechiæ; illud tamem pręterea obſtat, quòd inter turres & muros, & loca munitiora perinde ac eminen-

Ioſephus.

Mello locũ eminẽtiorẽ ad pugnãdũ & propugnãdũ fuiſſe.

ac eminentiora, ex quibus pugnandum & pro-
pugnandum erat pro vrbe, numeratur Mello
quare neque hic habent locum plateæ illæ, ne-
que habitacula ſeruorum filiæ Pharaonis, ne-
que ea, quæ in pace potiùs quàm in bello & in
obſidione vſum & opportunitatem habent.
Ergo proculdubio videtur Mello fuiſſe mu-
Mello munitio aut turris. nitio aliqua à Salomone extructa in inferiori
monte Sion fortiſſima, atque ingentibus expen-
ſis, tum ad pulchritudinem, tum ad ſecuritatem
ſuperioris arcis, & templi, ac domus regiæ ædifi
cata, & quæ tempore labeſcens, ab Ezechia re-
ge aduerſus hoſtium obſidionem inſtaurata fue
rit. Hæc autem munitio proprio nomine appel-
lata eſt Mello; quamquam enim 2. Regum. 5.
Mello non extitiſſe tẽpore Dauid ſcribatur Dauid ædificaſſe murum Sion à Mello
intrinſecus, non fit inde neceſſariò Mello tem-
pore Dauid fuiſſe, aut ante Salomonem illius ap
pellationem iam vulgatam & notam in ciuita-
te: potuit enim ſacer Scriptor vti nomine *Mello*
Erroris occaſio ſublata. per anticipationem quādam, vt ſignificaretur,
Dauidem duxiſſe ſuum murum ab eo loco, in
quo poſtea extructum eſt Mello. Quæ occaſio
deceptionis multis extitit, vt exiſtimaretur
Mello eſſe antiqua illa vorago, quæ ædificio Sa-
lomonico impleta fuerit, & profundo ædificio
ædificata: cùm tamen longe aliud ſignificetur
in Scriptura per Mello, & per voraginem co-
æquatam.

9 Si autem nominis *Mello* rationem exigas, ni-
Propriorũ nominũ notio ſæpe incerta. hil incommodi (quod in pluriſque alijs proprijs C
rerum nominibus contingit) ſi ingenuè neſcire
fateamur, quam leuiter diuinare. Sed ſi diuinā-
dum tamen eſt, & ad radicem *malle*, implendi
recurrendum, fortè ea munitio bona ex parte
erat terra plena, quod in turribus & caſtris non
Ratio nominis Mello multiplex. vltima ſolet eſſe firmitatis pars: quare potuit ha
bere nomen plenitudinis aut impletionis; quo
nomine appellatiuè vſi ſunt Septuaginta. 2. Para
lip. 32. legentes Firmauit plenitudinem ciuita-
LXX. tis Dauid. An etiam potuit eius appellationis ra
tio ſumi ex eo, quod ea munitio plena fuerit ar-
mis omnis generis? cum his enim coniungitur
loco indicato: ædificauit Mello, & fecit vniuer-
ſi generis armaturam. An quod ille locus eſſet
Implere, & ſagittarijs & ſagittis. opportunus ſagittarijs, ad procul arcendos ho- D
ſtes? nam ſagittarijs, atque ſagittis & pharetris
neſcio quæ implendi ratio tribuitur in ſacro ſer
mone; quod enim eſt arcum tendere 4. Reg. 9.
24. eſt in Hebræo *implere manum arcu*. & iterum
10 Zach. 9. 13. *Impleui Ephraim.* quod id eſt, quod
Implere manum. ſuperiùs dixerat, Extendi mihi Iudam quaſi ar-
cum. Et Deuteron. 32. 23. Sagittas meas comple
bo in eis. quod ex Hebræo eleganter dixit Tigu.
Complere ſagittas. Sagittas meas euacuabo in eos. quod licèt ad ex
hauriendas & immittendas ſagittas vniuerſas
pertineat; at in ſagittando & configendo neſcio
quæ plenitudo inuenitur, quam etiam nos vul-
go dicere ſolemus, *hazer vn terolleno. Et fortè im*
plere arcum, eſt, fortiter cornua arcus adducere,
quoad fieri poſſit; à qua dicendi phraſi non ab- E
horrent Latini; nam & Vegetius lib. 1. de re mi
Vegetius. litari. cap. 15. ſic inſtruit tyrones vt arcum ſcien
ter teneant, vt fortiter impleant, vt ſiniſtra fixa
ſit, & dextera cum ratione ducatur. Atque à
contrario ſenſu Statius libro. 9. Thebaidos de
Statius. illo ait.

Nondum tela procax arcùmque implere valebis.

Ioh. 16. 14. Facit huc quod ſagittæ & ſagittarij appella-
Sagittarij appellātur multi. tione multitudinis aut multorum ſignificari ſo
lent in ſacro ſermone, vt aliquando latiùs expo
ſuimus. Ergo Mello vnde ſagittarij fortiter xim

A plebāt arcus opportunè potuit plenitudinis ap-
pellationem habere. An tandem, quod eiuſmo-
di ædificiū multis pretioſis marmoribus reſper-
ſum, aut diſtinctum fuerit, habuit appellationē
plenitudinis? nam in Hebræo ſermone lapides Plenitudo pro lapide pretioſo.
pretioſi ſuis proprijs ſedib. & locis incluſi, ple-
nitudines dicuntur; Sicut Exodi. 25. 7. dicun-
tur fuiſſe in rationali quatuor ordines lapidū;
pro quo propriè ex Hebræo legitur: *lapides pleni-* מלוים
tudinū, Miluim: & ſimiliter dicitur Templi paui
mentum conſtratum lapidibus impletionis de
quo diximus ſuperiùs, vbi de materia templi.
Sed de Mello ſatis hoc loco: nam an peccaue-
rit Salomon ædificando Mello, vt nonnulli He-
bræi exiſtimarunt, exponemus, cùm de illius
B peccatis dicemus, libro. 6.

V. Strata publica.

STratas etiam, & vias publicas non ſolùm
ſumptuoſè, ſed pulcherrimè inſtruendas 11
curauit, de quo hæc Ioſephus: (Diuina qua Ioſephus li. 8. c. 2.
dam diligentia & prouidentia rebus in omni- Salomō elegantiarū amator.
bus vtebatur; & cùm eſſet elegantiarum ama-
tor, ne viarum quidam curam prætermiſit: ſed
& harum, quotquot Ieroſolymam regiæ ſedem
ducebant, ſilice conſtrauit, tum vt vltro citro-
que commeantibus eſſent faciles, tum ad oſten
tandam hac quoque parte principatus ſui ma-
C gnificentiam.) Non vltima verò Principis cura
ad vias publicas vel inſtruendas, vel cuſtodien- Princeps curator viarū publicarū.
das incumbere debet: ſicut à Dauide dictum eſt,
Pſal. 16. 5. Propter verba labiorum ego cuſtodi-
ui vias duras. quod propriè ex Hebræo legit Ne
bienſis: obſeruaui vias directas. Kaldæus: obſer
uaui viam audacis. Hieronymus: vias latronis.
Symmachus: tranſgreſſoris. quod pertinet ad Hierony. Simachus.
cuſtodiam & ſecuritatem itinerum, & viarum
publicarum, quæ demandata eſt Principi à ſu
premo rerum omnium Domino. Sed illud etiā
optimi Principis eſt, facilem ad ſe parare adi-
tum, & viam expeditam, quæ nulla difficultate Princeps viā facilem ſternēs ſubditis ad ſe.
deterreat ſubditos, immo potiùs facilitate in-
D uitet, & alliciat.

CAPVT XII.

Externa per eum ædificia.

Ad locum 3. Reg. 9. 15. 19. 2. Paralip. 8. 2. 3.
ædificauit Salomon quodcumque ei
placuit in Ieruſalem, & in omni
terra poteſtatis ſuæ.

1 *Multarum vrbium ædificator Salomon.*
E 2 *Heſer, vrbs regia ubi.*
3 *Maggedo regni caput. Nobilis morte Ioſiæ.*
4 *Gazer vrbs regia. An eadē quæ in ſorte Ephraim.*
Quomodo & quando a Pharaone expugnata? Ex
plicatus Ioſue.
5 *Olim ſponſa indotata a parentibus. Dotata a vi-*
ris. Dos pro munere. Illuſtratus Moyſes.
6 *Bethoron duplex. Balaath in qua tribu. Thamar*
cur nominata Palmyra.
7 *In pace urgens ædificandi ſtudium. Pax Salomonis*
non iners.

A *vibus* huiuſmodi diſcrimine, tam ex priſco ritu quam ex proprietate vocis Hebraicæ, diximus plura, vbi de nuptijs Salomonis ſuperiùs c. 2.

IV. Bethoron.

BEthoron ſuperior, & inferior, ſi non regiæ vrbes at certè munitiſſimę; & cùm in libris Regum tantùm inferioris fiat mentio, hæc videtur fuiſſe prima, atque potiſſima; ſuperior verò in tribu Ephraim, inferior in Beniamin.

V. Baalath. VI. Palmyra.

בעלת *Maſius.*

Vulgore nomen Tamaras ex Hebræo.

Hieronym.

B DE Baalath dubium, an ceciderit in tribum Iuda, an in tribum Dan. de quo Maſius Ioſ. 19. nu. 40. Palmyra autem ſatis deſcripta à Ioſepho; neque ſolùm vt aliæ vrbes à Salomone inſtauratæ, ſed condita & fundata; quæ cùm Hebraicè appelletur *Thamar*, Latinè ſonat palma, aut Palmyrena, vel palmata: vnde apud nos fructus palmarum appellamus *Tamaras*. Videtur nomen habuiſſe à palmis, quarum eſt eò loci ingens copia: illam autem, vt ait Hieronymus in Ezech. cap. 47. Salomō miris operibus extruxit; &, vt erat ſapientiſſimus, eo ſitu ac regione vrbem condidit, quæ poſtea duorum ſummorum imperiorum media in vtriuſque ſemper cura fuit, vt eleganter de illa ſcribit Plinius lib. 5. ca. 15. [Palmyra vrbs nobilis ſitu, diuitijs Sole, & aquis amœnis, vaſto vndiqne ambitu arenis includit agros: ac veluti terris exempta à rerum natura priuata ſorte, inter duo imperia ſumma Romanorū, Parthorùmque, & prima in diſcordia, ſemper vtrinque cura.]

Vrbs media inter duo imperia.

Plinius.

C

7 *Res ædificatoria vigēt in pace.*

Denique vrbes alias vel ædificaſſe, vel inſtauraſſe, vel muniuiſſe, vt erat rex pacificus, & potuit & voluit. Mirum enim eſt quantum in pace vigeat tum aliarum artium, tum ædificandi ſtudium.

Pax Salomonis non ſupina.

Sed illud tandem obſeruaodum hoc loco, pacem Salomonis nō fuiſſe inertem & languidā, immo potiùs ab omni rerum neceſſariarum ad pacem tuendam apparatu munitiſſimā, ab equi- D tatu numeroſiſſimo, à curribus, à munitionibus, à muris, ab vrbibus natura loci & arte firmiſſimis. Hæc vera & ſolida pax.

CAPVT XIII.

Officia per eum aut excogitata, aut dignis viris attributa.

Notationes ad cap. 4. lib. 3. Reg. Erat rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael, &c.

1 *Salomon viris dignis attribuens publica munera. Ieroboam qualis.*
2 *Salomon publicæ res prouidens. Regni principes an conſiliarij, Illuſtratus locus Eſther.*
3 *Princeps dignitatis nomen, interdum viri, aut iudicis. Illuſtratus Samuel & Salomon.*
4 Filius *pro nepote. Sacerdotis nomen an aliquando laica dignitatis. Azarias quo functus munere.*
5 Scriba *vnde dictus. Quod illius munus. Scientia, legendi & ſcribendi Hebraicè, exquiſita.*
6 *Eſdras lector legis. Puncta Hebraica quando, & à quibus inuenta. An apices Chriſti tempore & quid fuerint.*
7 *Scientia ſcribendi per notas ſingularum litterarum aut per alias arcanas. Alphabetum Hebraicum.*
8 *Arcana ſcientia & intelligentia ſententia conſtātis vulgaribus partibus. Illuſtratus Daniel.*
9 *Taph quod ſignum. Numerus beſtiæ. Illuſtratus Iſaias & Ioannes.*
10 *Notarius ſcriba velox. Illuſtrati David & Paulus.*
11 *Scribarum munus interpretandi ſcripturas. Secta Scribarum & Phariſæorum ex quo tempore.*
12 *Scribæ item iudices. Decani & Grammatis agogai. Explicatus locus Paralipom.*
B 13 *Scribæ an tantum generis Leuitici. Sanedrin an ex omnibus tribubus.*
14 *Scriba regis. Secta ſcribarum. Deuterota.*
15 *Munus à commentariis quod. Munus ſuggerendi regi bene de illo merentes. Explicati Samuel, Eſth. Malach.*
16 *Princeps exercitus. Munus comitis ſtabuli. An duplex ſimul Pontifex. Varia reſponſio.*
17 *Aſſiſtentes regi qui. Illuſtratus Iob, David. Locus Regum.*
18 *Sacerdos honoris nomen. Amicus regis quodnam munus in aula regia. An ſocer Ioſephi patriarchæ ſacerdos Idolorum.*
19 *Amicus regis à conſiliis. Princeps prophetiæ quid. Illuſtratus locus Paralip. & Ieremias.*
C 20 *Quis princeps quietis. Præfectus ſacrarum largitionum. Thuribularius. Illuſtratus locus Paral. & Daniel.*
21 *Præpoſitus domus. Præfectus prætorij.*
22 Tributum *quid propriè in Hebræo. Indictio hominum, aut pecuniarum. Sepulchrum Adoniram in Hiſpania.*
23 *Pater regis quæ dignitas in aula regia. Pater ætatis & ſapientiæ nomen.*
24 *Pater regis dignitas in aula Pharaonis & Regis Tyri, non item apud Hebræorum reges. Explicatus ſemel & iterum Moyſes.*
25 *Præfectus ærarij quis. Præpoſitus templi laicum munus quod. Explicati Zachar. & Iſaias.*
D 26 *Sub præfecto prætorij ſexaginta fortes. An hi Gigantes & ex Hebræo genere.*
27 *Quæ illorum arma: qui illorum gladii, quæ propria ſtatio. Explicatus Samuel ſemel & iterum.*
28 *Sexagenarius numerus an certus, an indefinitus. Triginta fortes Davidis. Sexagenarius numerus religioſus.*

1 *Munera & honores dignis viris attributi.*

TVM officia priuata regiæ domus tum publica regni munera, non niſi ſanctè & ſapienter dignis atque idoneis viris à Salomone rege demandata fuiſſe, tum ex regis pietate & ſapientia, tum vnico illo exē- E plo conſtare poteſt, eum 3. Regum. 11. 28. conſtituit Ieroboam ſuper tributa, eius animi virtute, corporis ſpecie, & induſtria omnino priùs conſideratis; *Erat Ieroboam vir fortis & potens: videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.* Quod Hiſpanienſes Hebræi dicebant; *Ieroboan era barran de fuerça, en que vido Salomon, que era fazedor de toda obra.* Ergo idoneos viros muneribus quærebat Salomon, non munera viris. atque ad eam rem vſum fuiſſe coniecturis phyſiognomicis exiſtimat Dionyſius hoc loco; tum etiam optimam corporis compoſitionē

Hebræi Hiſpanienſes.

Dionyſius.

præter

præter alias animi dotes cōſideraſſe, docet Abulenſis. Promouiſſe item Ieroboamum in melius ex inferioribus ad ampliora munera, quod etiā optimi Principis munus eſt, docēt poſt Hebræos Petrus Comeſtor, Abulenſis, Dionyſius, vt inferiùs exponemus, lib. 7. vbi de cauſis rebellationis Ieroboam contra Salomonem. Primaria verò illa principum virorum munera, ſiue ad domus regiæ, ſiue ad publicæ rei adminiſtrationē, numerantur 3. Reg. 4. à num. 2. vſque ad 20. quæ cum ipſo textu ſacræ hiſtoriæ ſigillatim à nobis percurrenda & enarranda.

I. Erat rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael.

Salomonis regnū quo præceſſit Dauidi.

AD laudem ſanè Salomonis hoc dicitur, & ad reddendam rationem eius, quod ſequitur. Cùm enim Dauidi nō contigerit, vt ſtatim à principio regni ſuper totum Iſrael regnaret; ſed exactis ſeptem annis, quibus regnauit in Hebron ſuper tribum Iuda ſolam, at Salomō filius magno totius populi conſenſu *ſuper vniuerſum Iſrael* regnauit: ſtatimque domus regiæ munera dignis viris attribuit, & inter principes diſtribuit, quippe ad nihil aliud intētus, quàm vt publicæ ac priuatæ res in ſumma pace conſtitutæ creſcerent, & florerent.

II. Et hi principes, quos habebat, Azarias filius Sadoc Sacerdotis.

Principis appellatio de conſiliariis. Conſiliarios & miniſtros principes ſibi adſciſcunt.

QVos habebat, vel in comitatu, vel in domo regia, vel in regni adminiſtratione; quantum ad comitatum videatur ſpectare. quod propriè eſt in Hebræo, & Græco: *Hi principes qui ei.* niſi potiùs velis ad conſiliariorum ſenatum referre. Perpetuum enim fuit, vt Princeps ſuſceptum onus adminiſtrandi regni in aliquos adminiſtros partiretur, & rei gerendæ conſiliarios ſibi adſciſceret, ne *ſtulto labore conſumatur*, vt Ietro ille Moſi genero ſuggerebat, Exodi. 18. Non enim tantùm vnus quamuis ſapientiſſimus princeps proſpicere poteſt, audire ve tantùm, vt inſtar illorum principum Perſarum, non indigeat *pluribus auribus pluribuſque oculis*, quorum lumine & attentione ad perſpiciendum & cognoſcendum vtatur, vt Xenophon ſcribit lib. 8. Pædiæ. Apuleius lib. de Mundo. Ariſt. 3. Polit. Dio Chryſoſt. oratione 3. de Regno; & alij, quos affert Briſſonius lib. 1. de regno Perſarum; Quo ſanè efficiebatur, vt rex plurimis item auribus inſtructus eſſet. Hinc illud Aſſueri, Eſter. 1. 13. *Sapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant*; quod hic dicitur, *principes, quos Salomon* [illegible] *& illorum faciebat cuncta conſilio ſcientium leges ac iura maiorum.*

Xenophon. Apuleius. Ariſtoteles. Briſſonius. Dio.

Princeps nomen dignitatis.

Porrò *princeps*, dignitatis, poteſtatis & officij nomen eſt, potiùs quàm ſanguinis, aut antiquæ nobilitatis; Eſter 1. 22. *miſit epiſtolas, vt quæque gens audire & legere poterat eſſe viros principes, ac maiores in domibus ſuis (que los varones han demandar y gouernar en ſus caſas, y no las mugeres)* penes quos ſit gubernandi domum, & res adminiſtrandi officium, & poteſtas; Prou. 2. 17. *Deſerit ducem pubertatis ſuæ*; propriè *principem, ſiue pueritiæ* (*a ſu legitimo ſeñor y marido*) Exod. 2. 14. *Quis te conſtituit principem*? (quem vocet principem, ſtatim exponit) *& iudicem ſuper nos*? 2. Reg. 3. 38. *Num ignoratis quoniam princeps & maximus* (el mejor miniſtro que tenia el reyno) *cecidit hodie in Iſrael*? Quia autem ab eadem radice dicitur *Meſurah*,

Principis nomen à menſurando.

A vnde etiam dicitur Latinè, *menſura* aliqui cuſtodiùs *Sarim*, id eſt hos principes dictos volunt quaſi menſuratores, vel gubernatores victus, & aliorum, quæ in domo regia neceſſaria ſunt. quod videlicet adhiberentur à regibus ad præſcriptam & menſuratam gubernationem aulæ ſuper pictores, pincernas, lanios, captiuos, tributa, pecora, militiā. Sed nimiùm anguſta eſt hæc nominis notio & ſignificatio, cùm videatur nomen comprehendere alios etiam principes viros grauioribus & ſubtilioribus conſultationibus ſeruientes, legibus, iudicijs, & ſacrificijs præfectos. Iſa. 32. 1. 1. Paral. 15. 22. Num. 16. 2. 3. Atque in hoc ipſo noſtro loco ad vniuerſa regalia munera ſe extendit, & Sacerdotes comprehen-

משורה Forſterus. Menſuratores victus & menſæ domus regiæ.

B dit, vt conſtabit ex dicendis. Hebræi antiquiores in Hiſpania, ſuis vulgaribus Biblijs ſic hoc caput inſcribebant *De los mayorales que tenia el Rey Salomon*. Quamuis illud certum ſit nos ipſos noſtros ſupremis honoribus conſtitutos nobiliſſimos extitiſſe, aut minimè vulgares, obſcuroſue, vt quorū ſanguinis claritas in maiora quoque ſplendorem reſunderet, & ſplendor munerum & honorum auitam nobilitatem illuminaret. Sic de priſcis principibus ſcribit Dionyſius Halicarn. *Conſilium habebant ex optimatibus, neque vt ſit noſtro ſæculo veteres illi reges e animi ſui tantum ſententia poteſtatem exercebant*. Perſarum Regum conſiliarij non ſine regni ſpe regibus

Hebræi Hiſpanienſes.

Principum nobilitas ſuis muneribus conferens ſplendorem.

Dion. Hal.

C aderant, vt ex Plutarcho, in Themiſtocle. Cicerone, de diuinat. Laertio, in principio, conſtat. denique aliqui ex his Salomonis Principibus digni, qui regis filias vxores ducerent. Neque tantum ex optimatibus aſcitos huiuſmodi regni adminiſtros, ſed ex locupletioribus, vt in agendo opibus remp. iuuare poſſent delectos, obſeruat Guillielm. Barclaius contra Monarchomachos lib. 4. c. 14.

Plutarchus. Cicero. Laertius.

Barclaius.

III. Azarias filius Sadoch Sacerdotis.

CVm 2. Regum 15. 36. & 18. 19. & 1. Paralip. 6. 8. dicitur Azarias genitus ab Achimaas, rurſus Achimaas genitus a Sadoch; quod hic di-

Filius pro nepote.

D citur Azarias filius *Sadoch* oportet intelligi nepotem. quod frequens in vſu ſacro & profano, vt dicebamus in noſtro Dictionario ſacro.

Quod verò ad munus attinet, nullum illi officium videtur attribui. quare ex eo, quòd primo loco numeretur, Vatablus elicit fuiſſe primum principem ex principibus aulæ Salomonis. Caietanus & Abulēſis neque *Sacerdotis*, neque alio peculiari munere donant Azariam, quàm eo quod ſequitur. coniunguot enim cum alijs duobus ſcribis ſequentibus. Sed procul dubio in diſpunctione Hebraica, vt benè obſeruant Nicolaus, tum etiam in Latina apertè ſeparatur Azarias ab ſcribis ſequentibus; quamquam in diſpunctione Græca & Latina Septuaginta, apertè

Vatablus. Caiet. Abulenſ.

E coniungatur cùm illis. Sed non videtur conueniens vt tot ſibi Salomon ſcribas aſciuerit. Ergo quærendum eſt Azariæ munus aliud idoneum. Alij *Sacerdotis* nomen nōn officij Eccleſiaſtici, ſed laicæ dignitatis volunt hoc loco, neque hunc Azariam eſſe filium, aut nepotem illius ſacerdotis; ſed alterius Sadoch, laica dignitate fulgentis. Quare legunt: *Azarias filius Sadoch præſes*. nimirum aliorum principum Princeps, & vice regis, regni totius adminiſtrationi præfectus. Nam ſucceſſio & poſteritas Sadoch ſacerdotis multo aliter ordinatur. 1. Paral. 6. 8. 9. 10. *Sadoch genuit Achimaas, Achimaas genuit*

Sacerdotis appellatio de laica dignitate.

A

genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan. Iohanan, genuit Azariam, ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo, quam ædificauit Salomon in Ieruſalem.

Veroſimilior dubitationis explicatio.

Ego verò ſic cenſeo Azariam hoc loco filium eſſe illius eiuſdem Sadochi Pontificis, qui ſemper iuuit, & ſequutus eſt Salomonis partes. Cũ autem ex locò Paral. adducto conſtet fuiſſe filium Achimaas, filij Sadoch, oportet *filium* pro *nepote* accipi ex conſuetudine ſacri ſermonis: Tum præterea deſignari hoc loco nullum laicũ officium, ſed ſacerdotale miniſteriũ. Cum enim etiam referantur Sadoch & Abiathar ſacerdotes, ſanè illos omnes voluit ſacer ſcriptor principes recenſere, qui Salomon aderant; & illius latus claudebant, ſiue laicos ſiue Eccleſiaſticos, Cùm antè nullus ſeruetur in hoc principum cenſu ordo temporis: nam non ſtatim à principio regni illi duo Salomonis generis qui duas illius filias duxerant; videntur ad munera regia vocati; ita ſanè neque videtur hic Azarias nepos Sadoch ſtatim à principio regni & ante ædificatum templum ſacerdotio functus; præſertim viuente adhuc parente Sadoch: tamẽ per anticipationem, ſtatim ante alios principes huius ſit mentio, quòd iam tunc ab eo tempore ſtatuerit Salomon Sadoch parentis erga ſe merita in filio illius Azariæ gratificari, atque ſummi ſacerdosij ſucceſſionem per Azariam filium Sadoch, exauctorato iã Abiathare, perpetuò ducere. Et verò ſatis habuit ſacer Scriptor dixiſſe, Azariam fuiſſe filium ſacerdotis, vt ſignificaretur munere ſacerdotali inſignitum fuiſſe, & à Salomone deſignatum inter eos principes, qui illi aſſiſtebant: quod procuLdubio videntur intellexiſſe qui legunt: *Azarias filius Sadoch ſacerdos*. oportuit etiam fuiſſe filium ſacerdotis. Illam autem lectionem habent Septuaginta Complutenſes, & illam ex Hebræo probant Nicolaus; ſequuntur etiam Dionyſius & Iſidorus Clarius.

Sacerdotis nomen Eccleſiaſtici muneris.

Anticipatio hiſtoriæ.

Compluten. Dionyſius. Nicolaus. Iſidorus.

IIII. *Elioreph, & Ahia filij Siſa ſcribæ.*

5

Scribæ appellatio. סופר

SCribarum officium & dignitas, quod qualéve eſſet, aut quanam in re miniſtrarent regibus, quamuis honorificentiſſimum eſſet, non eſt facile conſtituere. Et quidem cùm nomen originale ſignificet librum aut ſcripturam aut notam, aut litteram, videtur ex proprietate vocis ſignificare litteratorem, aut ſcriptorem litterarum, aut librorum; quod tamen non vna ratione præſtari poterat; nam *ſcribam* fuiſſe *ab epiſtolis*, exiſtimat Vatablus, atque eum, quem vulgo dicimus, *el ſecretario de las prouiſiones, o del ſello*; ſicut Eſther. 3. deſcribitur, *Vocati ſunt ſcribæ regis, & ſcriptum eſt ad omnes ſatrapas ex nomine regis, & litteræ ſignatæ ipſius annulo*, &c. Alij verò exiſtimant proprium munus ſcribæ fuiſſe, in regum & principum aulis res geſtas, acta publica, cenſus, redditus, genealogias tribuum, potiſſimùm autem tribus regiæ, conſignare. Vulgo vocamus *notario, ſecretario, chanciller*. Dicunt ergo hoc munus paulatim in honore creuiſſe; quare aſcendiſſe ſcribas ad iudicium & ſacrarum Scripturarum interpretandi officium. Alij verò appellationem deſumi arbitrantur à libris & litteris ſactis, in quibus intelligendis, euoluendis, explicandis, tum etiam incorruptis & integris conſeruandis ſcribæ ſe exercebant; ſicut de Eſdra dicitur fuiſſe *velox ſcriba in lege Moyſi*. 1. Eſdr. 7.6. Eſdræ. 8.

Vatablus.

Forſterus in סופר Maldonat. Matth. 14.

Scribarum nomen, & munus legendi & ſcribendi.

SEd quid de Scribarum appellatione, origine, officio, genere, ſucceſſione, cẽſeã, breui exponã. Fuit quidem rectè legendi, rectèq; ſcribendi, & intelligendi ſacras literas, iam inde à Moyſis tempore ſcientia exquiſita; cùm enim propter defectum vocalium litterarum, aliter atque aliter legi poſſent ſcripturæ Hebraicæ, videtur tota ciffris vel abbreuiaturis, quas vocant, aut notis breuiſſimis conſtare: ergo qui legendi atque ſcribendi periti erant, ijdem quoque cenſebantur legis intelligendæ periti: quare in ipſa grammatica ſacrarum Scripturarum illarum intelligentiam magna ex parte ponendã arbitrabantur; vt propterea non immeritò dixerit Epiphanius lib. 1. contra hæreſes tom. 1. Hæreſi. 15. Scribas fuiſſe expoſitores legis velut grãmaticam quandam ſcientiam exponentes. & Auguſt. lib. 18. de ciuit. c. 29. ab ipſiſmet characteribus Hebraicis eos magiſtros appellatos eſſe ſcribit; Quos Moyſes in populo Dei conſtituit, qui docendis litteris præeſſent, priuſquam diuinæ legis vllas litteras noſſent; hos appellat Scriptura Grãmaton Iſagogos, qui Latinè dici poſſunt; Litterarum inductores, eo quod eas inducant quodammodo in corda diſcentium, vel in eas potiùs ipſos quos docent. Sic Auguſtinus. quo loco Ludouicus Vives exiſtimat eo diſtingui Scribas à Phariſæis, quòd ſcribæ ex proprietate ſui nominis ſacrorum librorum litteram tantùm docerent, ſenſùmque hiſtoricũ; Phariſæos verò, qui res altiores atque ſecretas traderent: ſed hoc diſcrimen minimè certum, aut conſtãs; quinpotiùs & legere & intelligere ſcripturas ſublimiori etiam intelligentia omnino profitebãtur ſcribæ vt inferiùs conſtabit.

Scientia exquiſita legendi & intelligendi Scripturã Hebraicã.

B

Epiphanius

Auguſt.

Litterarũ introductores.

C

L. Vives.

Diſcrimen Scribarũ à Phariſæis.

6

Quòd autem legendi rectè, certò, expeditè (quæ erat non omnino facilis facultas) ſcribæ eſſent periti, illud argumento eſt, quòd ſæpe vocatur Eſdras Lector legis Domini. 3. Eſdræ 8. 9. 10. & cap. 9. 34. 42. Quamuis enim is liber non ſit de Canone, at eſt magnæ auctoritatis: & ab hoc legẽdi officio, & peritia cõmẽdatur 2. Eſdr. 8. 3. *Et legit in lege apertè in platea in cõſpectu virorũ & mulierũ & ſapientium. & aures omnis populi erant erectæ ad librum*. & Philo in eo libro, *Omnes probos eſſe liberos*, docet ſcribas in Synagogis ſabbathò legiſſe legem, & aliquando etiam vnus ſcriba legebat quod aliis ſapientior & antiquior interpretabatur: quare Lucæ 10. 26. ad *legis peritum*, dixit Chriſtus dominus; *In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?* quaſi ex illius officio eſſet rectè Scripturam & Legem legere.

Tertius liber Eſdr. magnæ auctoritatis.

D

Eſdr. legis lector.

Philo.

Cum hoc coniuncta erat illa altera *ſcribendi* facultas, ex quo Eſdras commendatur 1. Eſdræ 7. 6. cùm dicitur eſſe *Scriba velox in lege Moyſi*; vt qui promptè, facilè, expeditè ſcribendi & legẽdi facultate inſignis eſſet. Quare Scribæ, deficiẽte iam apud ipſos vera legendi facultate, inuenerunt puncta, nam vſus illarum quatuor litterarum, quas Grammatici Hebræi appellant Ehevi; ſanè difficilis eſt, ſemperque fuit, cùm eadem littera poſſit eſſe vocalis aut conſonans, atque diuerſum ſonum ſenſùmque poſſit efficere, vt docet Hieronymus epiſtola ad Euagrium. Ergo docti quidam Rabbini, Iacob filius Neptali, & Aaron filius Aſer, puncta loco vocalium inuenerunt ad Tiberiadem Palæſtinæ, anno ſalutis 476. Et quia illam legendi ſine punctis peritiam traditio-

Inuentio punctorum in Scriptura Hebraica. Vſus quatuor litterarũ Hebraicarum. *Hieron.*

E

Inuẽtores punctorum Maſſoretha.

traditione quadam conſeruabant à Moyſe ad Eſdram; & ab Eſdra ad Doctores poſteriores, qui traditionem illam legendi in puncta reduxerunt, dicti ſunt Maſſorethæ, vel magiſtri Maſſoreth; id eſt, traditionis: ſed ſanè traditionis humanæ, & cui poſſit ſubeſſe falſum; quippe retentis iiſdem litteris, mutatio punctorum verum ſenſum immutare poteſt. Non enim cœperunt puncta in monte Sina, ſimul cum ipſa lege tradita Moyſi à Deo, vt vnus Catholicus Marinus Brixianus in Præfatione ſuæ Arcæ, ſed plures hæretici, Ceuallerius, Hugo, Munſterus commi niſcuntur. Neque cœperunt ab Eſdra, vt alij exiſtimarunt. Neque quidem inuenta fuerunt tempore Chriſti domini, vt videtur ſenſiſſe Galatinus libro 1. cap. 8. de quo videndus Genebrardus in Iſagoge, & præfatione in Pſalmos, & in Chronologia, Anno 3690 & 3638. Globus canonum lib. 1. cap. 9. Giraldus de Poeſi dialogo 1. Hieronymus Vallenſis, Caninius, & noſtri viri doctiſſimi & eruditiſſimi Bellarm. & Serarius, in ſuo Rabbino priori cap. 12. quod eſt *de Maſorethis*: Quamuis quidem illud videatur cõcedi poſſe, propter difficultatem legendi & ſcribendi, forte poſt primæuam litterarum Hebraicarum inuentionem & vſum, apices fuiſſe appictos, & additos, ad dignoſcendas litteras; quorum meminit Chriſtus Math. 5. 18. cùm ait: *Iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege*. Apices autem Auguſtinus ait eſſe particulas in ſummo litterarum poſitas. Iſidorus, *lineolas in cacuminibus litterarum*. Diuus Thomas, *Virgulas in ſummitate litterarum dictas*. alij, puncta, ex quibus efficiuntur litteræ, & quibus ſanè litteræ ſimiles diſtinguantur, vt *Res* & *Daleth*, quarum litteratũ confuſionem non ſemel in Septuaginta interpretibus notat Hieronymus, & rectè aliquam priſcorum apicum rationem agnouiſſe videtur noſter Serarius, cùm ad veram illam de punctorum Hebraicorum inuento nouiſſimo ſentẽtiam, ſic adiecit; [Non tamen hæc vera ſentit ſententia, non fuiſſe in Hebraici textus pronuntiatione ac ſono vocales: ſed tantùm, eas non fuiſſe hodiernis hiſce ſignis notatas, & ſigna hæc eo quo nunc apponuntur loco & modo.] Ex quo tandem facilè conſtat, quanta fuerit neceſſitas rectè ſcribendi & legendi ad rectam Scripturarum intelligentiam, quam *Sopherim*, ſcribæ, litterarij, grammatici Hebræorum profitebantur, velut peritiam non omnino facilem, ſed exquiſitam atque minimè vulgarem.

Brixianus. Hæreticorũ commẽtorũ. Galatinus. Genebrard. Glo. canonũ Vallenſis Bellarm. Serarius.

Apex litterarum Hebraic. quid

Auguſt. Iſidorus. D. Thom.

רד

Hieronym.

7 Sed cùm ex ipſa originali voce, *Sopher*, videatur deduci, quod nos vulgo dicimus, *cifras*, videlicet modũ varium ſcribendi aut legendi per litteras ſiue nouas, ſiue de nouo impoſitas ad ſuam peculiarem poteſtatem & ſonum, vt in ſua polygraphia oſtendit Trithemius; dubium oritur, An ſcribæ præter] cõmunẽ illã legẽdi & ſcribendi peritiam, aliam peculiarem callerẽt; videlicet vt in ſingulis litteris alphabeti Hebraici agnoſcerẽt ſingulares res, & vim ſingularũ dictionũ: atq; ita arcano modo ſcirent ſcribere & intelligere. v. g. per ſolã א *Aleph* ſignificatur *doctrina*; & per ב *Beth*, domus, vt Hieronymus interpretatur in præfatione Threnorum, & Epiſtola ad Paulam Vrbicam. Euſebius lib. 9. de Præparatione cap. 4. & lib. 10. cap. 2. atque alij ſuper Threnos Ieremiæ, qui alphabetarij ſunt, ſicut & aliqui Pſalmi, & cap. 31. Prouerbiorũ, quod vocãt Alphabetũ Salomonis, quòd ſingulæ ſententiæ ſingulis litteris prænotentur. In quarum litterarum ſignificatione intelligenda & exponẽda

Trithemius. An ſcribæ ſingularũ litterarũ aliquam ſciẽtiam callerent.

Hieronym. Euſebius.

Pſalmi Alphabetarij

A non ſolùm labor & eruditio poſita ſunt, ſed potiſſimùm in nectenda ſententia & quaſi ſermocinatione ex pluribus illis litteris, vt oſtendit Hieronymus loco citato.

Potuit prætereà eſſe alia polygraphiæ & cifrarum ratio, vt retenta illa ſimplicium litterarum ſignificatione, quarum ſingulæ verbum & dictionem facerẽt, componerentur deinde in vnicam dictionem arcana & exquiſita arte. ita vt ſicut littera faciebat verbum; ita verbum & dictio iam faciat orationem & ſententiam integram. Huius rei exempla illa ſunt quæ adducimus, cùm de teſtamento Dauidis agimus, lib. 6. c. 14. cùm illam *Maledictionem peſſimam* appellant Hebræi *Nimrezeth*; & cùm ſententias integras agnoſcunt in nominibus *Machabæi*, *Iehoua*, *Nephtali*, & reſpondent ſingulis litteris ſingulæ dictiones. Ad quod reduci poteſt ſcientia imponendorum nominum propriorum, & conficiendi ſignificationem ſententiæ integræ ex pluribus partibus decurtatis in vnicum nomen coeuntibus.

Peculiaris alia dictionũ Hebraicarum ſciẽtia Cabalica.

Maledictio peſſima.

B

8 Tertia item alia ſopheritica ſcientia legendi & ſcribendi valde arcana eſſe potuit apud ſcribas, per ſingulas conſuetas dictiones ſimplices, arcanam aliquam intelligentiam & ſenſum ſignificando, eruendo, exponendo quale videtur fuiſſe illud Danielis 5. 25. (licèt hoc non ſcientia humana, ſed reuelatione Diuina intellectum fuerit à Daniele) *Mane, Thecel, Phares*, licèt enim Chaldaicè, aut Hebraicè ſcriptæ fuiſſent in pariete dictiones illæ tres, vt rectè cenſet noſter Pererius: tamen dicitur *Kaldæos, Magos, & aruſpices legere non potuiſſe*, quia neſciebant interpretari, aut legere cum intelligentia verborum certam aliquam ex ipſis verbis ſententiã exprimendo, aut cõnectere & copulare partes ad certum aliquem ſenſum eliciendum. Quod apertè indicat quod ſcribitur apud Danielem, *Hæc eſt ſcriptura quæ digeſta eſt*. Septuaginta; *Hæc eſt ſcriptura ordinata*. quaſi diceret *Eſtaua eſcrito por eſte orden*. Potuit itaque eſſe cõpendioſa aliqua huiuſmodi apud Scribas ſcientia legendi & ſcribendi, & cum certo ordine dictiones diſponendi ad arcanum aliquem ſenſum.

Tertiũ genus ſciẽtiæ litterariæ.

C

Pererius.

Legere pro intelligere

I 11,

D

9 Sed an prætereà quarta alia arcana litterarũ hieroglyphicarum, aut inſolentium notarum ſcientia ſcribæ pollerent, in quam ſingulæ extraordinariæ figuræ & litteræ ſingulas dictiones aut nomina ſignificarent; quale hodie dicitur eſſe Alphabetum Sinarum, & antiquæ illæ Romanorum veterum notæ, quibus littera verbũ facit, & quæ tribuuntur Tullio Tyronis Ciceronis liberto, & Annæo Senecæ, nunc tandem ex tenebris erutæ & lucidatæ iuſto volumine; & quarum ſanè ſcientia exquiſita erat; nam Fulgentius. 3. Mythologiarum præter puerilem illã artem primam alphabetariam, ſecundam conſtituit, quam appellat *artem notariam*; & Auguſtus, referente Suetonio c. 64. *Nepotes, & litteras, & notare*) id eſt, notarum artem, aut notariam ſcripturam, ſic enim legit & intelligit Lipſius) *aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit, ac nihil æquè laborauit, quam vt imitarentur chirographum ſuum*. An inquam ſimiles fuerint notæ & cifræ aliquæ apud Hebræos, & eorum *ſopherim*, & ſcribas, non conſtat. Sanè nonnulla huius rei veſtigia dicuntur eſſe in libris quos Magi Salomoni ſupponunt, quos vocant *Annulum*, aut *Clauiculam Salomonis*, qui toti portentoſis characteribus ſcatent: & aliqua etiam apparent in ſacris; nam eò videtur pertinere illud Ezechielis, *ſigna Thau*

Quartũ genus ſciẽtiæ litterariæ. Alphabetũ Sinarum.

Cicero.

Fulgentius.

E

Suetonius. Lipſius in Elect. & de recta pronunt. c. 11 & Cẽt. ad epiſt. ad Belgas 27.

Clauicula Salomonis inſolentib. characteribus plena.

Ezech. 9. 4.

ſuper

T. ſignum ſalutis.

ſuper frontes. Ille enim character qui nō eſt vt videtur, ex alphabeto Hebraico, erat ſignum ſalutis. etſi forte illæ apud Danielem, erant extraordinariæ & inſolentes aliquę notæ parieti impreſſæ. Atque ad eandem ſcientiam notarum videtur pertinere illud Apocalypſis. c. 13. 16. 17. *Character peculiaris alijs, & numerus beſtiæ eſt hoc intelligentia*. nam etiam Cabaliſtæ, Pythagorici, & Platonici per numeros, tanquam per notas, ſcribebant arcanè & myſticè. Cum quo facit quòd idem verbum originale *ſaphar* ſignificat ſcribere & numerare. Denique huiuſmodi videtur liber ille Iſa. 29. 21. *Sicut verba libri ſignati, quem cū dederint ſcienti litteras, reſpondebit, nō poſſum: ſignatus eſt enim.* quod quamuis communem aliam legendi rationem per communes litteras ſciat, tamen niſi arcanam notarum artem calleat, non poterit intelligere. Qua ratione exponere videtur Origenes Hom. 13. in Numeros, *ſignatus* (inquit) *liber dicatur pro eo, quòd figuris perplexus eſt, & ænigmatibus inuolutus*. figuras enim & ænigmata appellat notas. & characteres reconditæ ſignificationis: & fortè illud Danielis. 8. 26. *ſigna viſionem*; vt iubeatur ſcribere prophetiā, ſed notis arcanis; Cuiuſmodi videtur etiam fuiſſe *liber*, Apocal. 5. qui erat *in dextera ſedentis, ſignatus ſigillis ſeptem*. quaſi ſeptem characteribus arcana quædā myſteria continentibus, quæ deinceps exponuntur cap. 6.

Litteræ notæ numerorum.

Origenes.

Signare & ſcribere ſigna.

10 Atque hæc de legendo & intelligendo notas ſacras; nam de ſcribendo per eaſdem, videtur illud Pſalmi. 44. a *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*. aut, quod idem eſt, *ſcribæ velocis*, & ſcribentis per notas. de quo cùm ſcriptum ſit:

Martialis. li. 14. 179.

> *Currant verba licèt, manus eſt velocior illis:*
> *Nondum lingua ſuum dextra peregit opus.*

Et ſimiliter fœlicem ſcribam deſcribit alius:

Manilius lib. 4. Aſtronomic.

> *Hic & ſcriptor erit fœlix, cui littera verbum eſt:*
> *Cumq́; notis linguam ſuperet, curſumq́; loquentis,*
> *Excipiens longas noua per compendia voces.*

Idem quoque de ſe Pſalmographus; Non aliter cùm loquor, myſteria loquor; in ſingulis verbis ſingulæ delitescunt ſententiæ & myſteria; & eodem breuiſſimo ſpatio temporis, non pauciora attingit lingua mea quàm notarij calamus. Atque adeo Paulus rem ſcribendi per notas, ad ſermonem per breuiſſima & arcana ſymbola tranſtuliſſe videtur, cùm 1. Corinth. 1. 19. ait *Verbum crucis* alijs ſonare *ſtultitiam*, alijs *ſapientiam*, & *virtutem Dei*. Quare cùm ſcribæ, qui notas ſe arcanæ ſignificationis intelligere profitebantur, myſterium crucis & figuræ illius abiectiſſimæ non intellexerunt, illos ridet: *ſcriptum eſt enim; Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? (donde eſtan los que ſaben de cifras; y no han acertado con eſto, ni que ſe entiende per la crux?)* An inquam hæc efficiant, ſcribas Hebræorum peculiarem aliquam notarum artem calluiſſe; mihi non liquet. Ideo alijs iudicandum in medio relinquo, illud ſatis ad rem præſentem fuerit, ſcribarum munus & ſcientiam ſcribendo, ac legendo, quæ & ſcribere & legere difficillimum erat, contentam fuiſſe. Ac, vt qui rem illam Notariorum, & artis Notariæ probauerit, iuuari poſſit, ijs quæ de priſcis notis apud Latinos & Grecos inueniūtur, adeat Lipſium Centuria 1. ad Belgas, epiſtola. 27. quæ eſt ad noſtri ordinis præclarum Theologū Leonardum Leſium; vbi quid *Notarius*, quid Notæ; quis Notarum inuentor ex Auguſtino, Hieronymo, Auſonio, Suida, Fulgentio, Laertio, Plutarcho, Dione, Caſſio, Seneca, Manlio, Plinio, Prudentio luculenter tractat; Tum etiam Raderum noſtrum ſuis in Martialem commentarijs, li. 14. 179. ex Guiacio, Briſſonio, Sauaro, Bernartio, Scaligero. apud quos alij.

Dauidis lingua inſtar calami notarij.

Crucis inſtar litteræ arcanæ. 1. Cor. 1. 19

Qui ſcriptores de priſcis notis. Lipſius.

Auguſt. Hierony. Prudētius. Fulgentius

Scribarum munus interpretandi Scripturas.

11 Scribæ interpretes Scripturarum

Moyſes ſcriba magnus

CVm legendo & ſcribendo erat quoque cōiunctum officium intelligendi, & exponēdi legem apud ſcribas; quare ſcribæ dicuntur *ſediſſe ſuper cathedram Moyſi*. Matth. 23. 2. & quòd Moyſes dediſſet & docuiſſet primus legem, videtur Chaldæus vocare illum *ſcribam magnum* ſuper id Cant. 1. *Oſculetur me*. Quare pro ſuo munere Eſdras legit, & docet, & interpretatur. 1. Eſdrę 7. 10. *Eſdras parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum & iudicium*. Vide etiam 2. Eſdræ. 8. fere per totum. quod interpretandi officium reſpexit Chriſtus dominus, Matth. 17. *Quid dicunt ſcribæ? quòd Eliam oportet primum venire*. & Lucæ. 10. dicitur *legis peritus*, is, ad quem Chriſtus dixit; *quid eſt ſcriptum in lege? quomodo legis?* Vide etiam Lucæ 7. 30. & 11. 46. Vnde Chriſtus dominus appellat ſe, aut doctorem Euangelicum, *ſcribam doctum in regnum cælorum*; id eſt, prædicatorem & interpretē Euāgelij, Matth. 13. 51. Et 7. 20. *Erat docens ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum*. Ideo Epiphanius lib. 1. contra Hæreſes tom. 1. c. 15. ait ſcribas fuiſſe expoſitores legis. Vide Maldonatum, Matth. 2. 4. Cardinal. Toletum, Ioan. 18. Annotatione 1. qui rectè infert ſcribas ſimul cum lege cœpiſſe; & de ſcribarum officio accipiendum illud, Leuit. 10. 10. *Vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, doceatisq́; filios Iſrael omnia legitima mea*, & illud, quod Scribæ & Phariſæi dicunt, Actorum 6. *Stephanum deſtruere traditiones, quas illis tradidit Moyſes*. Quod enim Hieronymus. Iſai. 8. ait non multo ante Chriſti aduentū ſectas illas Scribarum & Phariſæorum in Iudæa exortas, pertinet ad ſuperſtitioſas quaſdam ſcribarum traditiones, non verò ad munus illud exponēdi legem, quod ſimul cum lege natum eſt.

Maldonat. Toletus.

Scribarum munus ex quo tēpore.

Hierony.

12 Cum intelligentia legis, quaſi cum Iuris prudentia, officium etiam iudicandi, & diſcernendi in rebus dubiis coniunctum videtur fuiſſe: quare & ſcribæ, Iudices erant. 2. Paralip. 23. 4. de Leuitis eligit Dauid *ſex millia ad iudicandum*, & 26. 29. *ad docendum & iudicandum*. Vtrumque etiā munus iudicandi & docendi, Deut. 1. 15. *Decanos, qui docerēt vos ſingula*. Septuaginta; *Magiſtros* (grammatiſagogæos, ſcribas, litteratos, *Iudicibus veſtris*. id eſt. *de Iudicibus veſtris*, id eſt, vt grammatiſagogæi, & ſcribæ eſſent Iudices, 2. Paral. 9. 11. *Magiſtri* (Septuaginta *ſcribæ*, pprié ex Hebræo, Iudicés, executores) *& Leuitæ*: Quare Scribæ Ioan. 8. ſiſtunt adulteram coram Chriſto, requirentes, quid iudicato opus eſſet. & ijdem condemnant eam morti, Matth. 10. Vide Sigonium lib. 6. de rep. Hebræorum cap. 6. de *Iudicibus & Grammatiſagogæis*.

Scribæ, Iudices.

Sigonius.

13 Er, vt ſemel etiam dicamus, veroſimile videtur id quod Annius ſcribit fere ad finem Breuiarij de Temporibus, ſcribas & legis doctores, & ſacerdotes, niſi ex tribu Leui, & genealogia eius, non fuiſſe. quod ipſimet probabant, ex illo Deuter. 33. 10. *Leuitæ docebunt iudicia tua, Iacob, & legē tuam, ò Iſrael*. E contrario autem Ionatham quidam dicebat, quòd etiam genealogia Iudaica poterat docere, propter illud, Gen. 49. quod legit

Annius. An Scribæ tantùm ex genere Leuitico.

Thar-

A Thargum: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & ſcribæ de filijs filiorum eius, donec veniat Meſſias.* qui verò erant de tribu Iſſachar, pro ſe afferebant illud 1. Paral. 12. *De filijs Iſſachar erant viri eruditi, qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum, quid deberet agere Iſrael.* Denique Herodem poſuiſſe legis doctores, & Sanhedrin, ex omnibus tribubus, ex neophytis & proſelytis, tradunt Hebræi in Thalmud. & R. Moyſes AEgyptius: propterea que Hymenæum & Alexandrum oppoſuiſſe ſe, ſe Paulo prædicanti Euangelium; quòd eſſet de tribu Beniamin, & non de tribu Leui. Paulum verò ad Titum, 3. 9. de hac ipſa re dixiſſe, *Non attendendum genealogijs interminatis, & quæſtionibus,* fabulisque Thalmudicis. quæ omnia latiùs proſequitur Ioan. Annius.

R. Moyſes.

Annius.

Toletus Cardin.

B Sed harum traditionum fides penes illum ſit, & penes Thalmud. Sanè Cardinalis Toletus loco indicato ſcribit, ſicut apud nos in omni hominum genere & ſtatu plures reperiuntur, qui ſapiẽtes ſint; propterea quòd in litteris progreſſus fecerint, ſic apud Hebræos ex quacũq; tribu eſſent, ex quacumq; ſorte & ſecta, ſi tamen in lege & ſcripturis periti eſſent, ſcribæ dicebantur: vnde & inter principes, & inter ſacerdotes, inter Leuitas, inter Phariſæos; & inter ipſos plebeios plures repertos ſcribas. Ex ſcripturis elici poſſe exiſtimarẽ ſcribas frequentiores fuiſſe Leuitici generis, tum propter locum nuper indicatum, Leuit. 10. tum propter benedictionem Leui, Deuteron. 33. 8. *Perfectio ſua; & doctrina ſua viro ſancto tuo.* Tũ prætereà ex illo, Malach. 2. 7. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirẽt de ore eius.* & 2. Paral. 19. 11. ait Ioſaphat rex, *Habetis magiſtros Leuitas coram vobis.* Septuaginta, *Scribæ,* & (per expoſitionem) *Leuitæ coram vobis;* Græcè; *Grãmatici.* Et peculiariter Scribæ, qui aſſiſtebãt regibus, videtur fuiſſe de genere Leuitico, vt colligi cũ illo Deuteron. 17. 18. *Poſtquã ſederit in ſolio regni, deſcribet ſibi Deuteronomium legis, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus.* Quippe hi, vt potè potiſſimũ ſcribæ, haberẽt exẽplar incorruptiſſimum: ſed de hac re plus ſatis.

Plures Scribæ Leuitæ.

Scribæ aſſiſtẽtes regi, Leuitici generis.

Illud nõ omittẽdum, fuiſſe quidem ſcribas per omnes tribus & per omnia loca Iſraelitarum diſperſos; quod obſeruarunt Chryſoſtomus, Euthymius, Leontius, Teophylactus, Maldonatus initio Matth. 15. Sic 2. Par. 17. 7. Ioſaphat, *Miſit de principibus ſuis,* (qui videbantur eſſe Scribæ) *vt docerent in ciuitatibus Iuda, docebantque populũ habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda atque erudiebant populum.* Sed prætereà ex loco, in quo docebatur, denominationem ſumere ſolebãt; nam ſi in tẽplo, dicebantur *Scribæ templi.* 4. Regum 23. ſi in Synagogis, dicebantur *Archiſynagogi.* vel, *principes ſynagogæ,* Ioan. 18. 20 *Docui in ſynagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt* Actorum, 24. 12. *Neque in tẽplo, neque in ſynagogis, neque in ciuitate.* ſi aſſiſtebant regi, dicebantur *Scribæ regis.*

Scribæ per vniuerſum populum.

Chryſoſto.

Theophyla.

Euthemius.

Leontius

Maldonat

Scribæ denominati, à loco in quo docebant.

Scriba Regis.

SEd iam tãdem, vt ad ſcribas regis Salomonis redeamus, profectò Rex ſcribas habuit, nõ vt illorum opera vteretur ad publica ſcribenda monumenta; nam hoc ſcribarum munus non inuenio in ſacra Scriptura; ſed vt illum docerent legem, & cum illis de legis corrupta intelligentia conſultaret; tum etiam vt illorum opera vteretur in iudicandis & diſcernendis litibus: fortè etiam in arcanis regum ſcripturis per notas; ac ſi diceremus, *los ſecretarios de la cifra.* Quare 4. Regũ. 8. 17. Saraias dicitur, *ſcriba regis;* & Daniel, quòd ſcripturam arcanam legere & interpretari noſſet, annumeratus eſt Principibus aulæ Nabuchodonoſoris; Quòd ſi quando Rex ad populum verba habiturus eſſet, ſcriba regis ad pedes regis ſedens, concionantem audiebat; ſicut inferiores ſcribæ de more habebãt; ſeniori alio verba faciẽte. Sic Gen. 49. 10. vbi nos habemus; *Dux de femore eius.* propriè ex Hebræo legitur; *ſcriba de inter pedes eius,* quòd ſi legendum aliquid eſſet, ſcriba regis ſtans legebat.

Quibus in rebus Scribæ miniſtrarẽt regi.

Scriba regis inter Principes.

Sed cùm Dauidis & Salomonis tẽpore, & iam inde à Moyſe ſcribæ floruiſſent, & in legis incorrupta interpretatione & lectione atque incorrupti B controuerſiarum iudicijs ſe exercerent, tamen procedẽte tempore, corrupti quoque ſunt auaritia, ambitione, hypocriſi, legis intelligentiam detortis expoſitionibus & traditionibus humanis corrumpẽtes. Ergo peculiaris ſecta ſcribarum huiuſmodi corruptiſſimorum inſtituta eſt. de qua eſt id Hieronymi, Iſai. 8. *Sammai, & Hillel, ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi, non multo prius quam dominus naſceretur, diti ſunt in Iudæa; quorũ prior diſſipator interpretatur; ſequens, profanus, eo quod per traditiones, & deuteroſes ſuas legis præcepta diſſipauerint, atque maculauerint.* Hos bellè deſcribit Epiphanius lib. 1 c. 15. *Scribæ expoſitores legis fuerũt, ſuperfluam quãdã ſophiſticã expoſitionem inducentes, non ſolum ſecundum legem viuentes, ſed etiam abundantius vrceorum demerſiones ac purificationes ſeruantes, habebant autem fimbrias ſignificatiuas politiæ ipſorum; & phylacteria pallijs addebant, hoc eſt, latas notas purpuræ.* Vbi Epiphanius tatè de phylacterijs, & nos alibi; ne nunc plura de ſcribis ſcribamus.

Scribarum deprauatio

Hieronym.

Epiphanius

V. Ioſaphat filius Ahilud à commentarijs.

IStpræterea fuit parẽti Dauid in eodem miniſterio. 2. Regum. 8. 16. Nonnulla verò in huius officij appellatione varietas; nam Chaldæus vertit, *Præpoſitus ſuper monimenta* Septuaginta & Regia. *commonefaciẽt.* alij *Memorator* ſiue *cõmemorator.* Pagnin, in theſauro, *commonefactor,* vel *à ſecretis.* Caietanus, *recordãs* aut, *faciens recordari,* ſeu, *à memoria.* Vulgatus, Pagninus, Tigurina, & in re ſimili Procopius ex 2. Reg. 20. *reuocãs in memoria.* Quare Vatabl. definit, fuiſſe *Hiſtoriographũ, qui mãdabat literis res geſtas Salomonis.* Paulo aliter Forſterus: *qui negotia regalia referri curat in annales, & cõmemorat præteritas hiſtorias.* Pagninus i Theſauro. *commonefactor, qui negotia gerenda commemorat, & ſupplices porrigit libellos.* aliter etiã R. Salomon apud Nicolaum. cuius ſententiã exprimit Abulẽſis 2. Regũ. 8 fine, q. 17. nimirũ. *eſſe relatorẽ cauſarũ, quæ veniebãt ad regem, vel rememoratorem & ordinatorem,, vt ſuo ordine, & ſeruato antiquitatis tẽpore, cauſæ & negotia ad regem delata expedirentur.* ſequitur Petrus Comeſtor, Gloſſa, & E Dionyſius 2. Regum. 8. & 3. Regum. 4 fine, ait, Iudæos vocare hunc *relatorem* Sed in Biblijs illis vulgaribus Hiſpanienſibus, vocabãt, *Coroniſta.* quod idem eſt cum illo *Hiſtoriographo* Vatabli. Nicolaus ait ſecũdùm quoſdam hunc fuiſſe *Cancellarium;* ſecundùm alios fuiſſe officium *dictandi leges.* Iſidorus Clarius; *conſtitutus ſuper librum memorabilium verum.*

15 *Quod munus regiũ, à commentarijs.*

Vulgatus.

Tigurina.

Pagninus.

Varia lectio & interpretatio.

R. Salomõ.

Nicolaus.

Abulenſis.

Comeſtor.

Gloſſa.

Dionyſius.

Sed quidem vox originalis *Mazchir* à radice *Zacar,* quod eſt, recordari, aut recordari facere, aut meminiſſe, vel in monumentũ aut memoriã reducere, ad ea omnia referri poteſt. id eſt ad monumẽta hiſtoriarum; cuius & vocabuli & rei exem-

Germanior rei expoſitio.

Recordari aut meminiſſe.

A

exemplum eſt Eſther.6.1. *iuſſit afferri hiſtorias, et annales veterum temporum.* Septuaginta, propriè & eleganter ex Hebræo: *litteras memoriales dierũ.* Quare qui huiuſmodi memorialibus aut coſcribendis, aut aſſeruandis præerat, dicebatur, commemorator, aut *a commentarys*. Poteſt etiam pertinere ad perſonas, quibus aliquid præmij rependi oporteret pro aliquo merito, ita vt reges grati animi ergo, ne perirent per obliuionem præclara ciuium merita, haberent huic muneri Principem deſtinatum, qui res & perſonas priuatas præmio dignas, notatas haberent, & regi ſuo tempore ſuggererent. quod factum videmus in illis Aſsueri annalibus, in quibus, vt videtur, ordine ſuo priuatorum hominum merita relata erant, vt ex illis verbis colligi poteſt: *Ventum eſt ad illũ locum, vbi ſcriptum erat quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias regis.* Cuiuſmodi fere eſt officium, quod præſtitit Siba ſeruus Saul, à quo requiſiuit Dauid 2.Reg.9.3. *Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei? Dixitque Siba regi. ſupereſt filius Ionathæ.* Ad quod officium reducendi in memoriam, quibus oporteret beneſacere, videtur fieri manifeſta alluſio, Malac. 3.14. poſtquam enim dixerunt impij: *Vanus eſt, qui ſeruit Deo; & quod emolumentum, quia ſeruiuimus ei, & cuſtodiuimus præcepta eius,* ſobiungitur verſ. 16. *Tunc loquuti ſunt timentes Dominum, vnuſquiſque cum proximo ſuo* (nimirum, vt interpretatur Hieronymus, bene ſibi de Diuina prouidentia, atque de illius remuneratione promittentes) *& ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius.* Ecce liber memoriæ, in quo priuata iuſtorum opera conſeruantur ſuo tempore remuneranda. eſt enim propriè pro *monumento*, eiuſdẽ radicis vox, quæ hic redditur, *a commentarys*. Quid autem præmij in illo libro memoriæ decretum ſit, ſtatim ſequitur; *Et erunt mihi ait Dominus in peculium.* Atque ad hũc ipſum librum memoriæ & regalium commentariorum reſpicit id Ezech.3.20. *Si iuſtus fecerit iniquitatem: non erunt in memoria* (non memorabuntur, non ſcribentur in commentariis, neq; in libro monumẽti. *borraranſe, e remperanſe los memoriales de ſus buenos ſeruicios.*) *iuſtitiæ eius quas fecit.* Quare ad imitationem eorum, qui erant regib. a commentarijs, videtur Iſaias dixiſse cap.62.6. *Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, donec ponat Ieruſalem Laudem in terra.* pro quo ex Hebræo legit, Pagninus, *Qui reminiſci facitis.* Regia; *commemorantes.* Furſterus: *qui commemoratis*, vel, *qui facitis, vt alij reminiſcantur.* Tigurina. *qui in memoriam reuocatis:* Vatablus, *qui recenſere ſoletis* (*los que teneis por officio acordar le a Dio, que haga mercedes.*) ſollicitate illum aſsiduis precibus, & frequẽter illi adducite in memoriá, aſſiduè illum interpellate, vt adimpleat promiſsa, & maximo illo beneficio, patribus antiquis promiſſo, mittendi ſuum Chriſtũ, proſequatur Ieruſalem. Hoc autem eſse officium ſacerdotum, qui videntur eſse Deo à commentariis, clariùs indicat illud 1. Paralip. 16.4. *Conſtituit coram Arca de Leuitis, qui miniſtrarent, & recordarentur operum eius.* propriè ex Hebræo; Pagninus, & Regia; *ad recordandum*, vel, ad recordari faciendum diuina beneficia Deo, vt liberaliter ea conferret in homines: hominibus verò, vt ea à ſolo Deo petenda & expectanda intelligerent. Ex quibus omnibus, quod fuerit proprium munus Principis, qui erat Regi *a commentarys*, conſtare poterit.

זכר

מזכיר

Commemorator homini præmio dignorum apud Regẽ.

זכרון

B

Alluſio illa ſtris.

Hieronym.

C

Iuſtorum merita apud Deum cõſeruata.

D

Pagninus.

Vatablus.

E

Sacerdotũ munꝰ Deo ſuggerere vt Eccleſiæ benefaciat.

VI. Banaias filius Ioiada ſuper exercitum.

De Banaia, qui erat dux regiæ cuſtodiæ, & ſuper legiones regias Cerethi & Phelethi, plura diximus li.2.c.4. videtur enim fuiſſe Dauidis tempore, quam nos dicimus *Capitan de la guardia*; cùm Ioab erat ſuper exercitum. At cũ Ioab extremo ſupplicio affectus fuerit, promouetur Banaias ad illius munus, vt ſit *ſuper exercitum*. Cùm autem hoc loco nulla mentio fiat de illo munere ſuper Cerethi, & Phelethi, videtur ſanè vtrumque demandatum fuiſſe Banaiæ, præſertim quod oporteret raras expeditiones fieri Salomonis tempore, in quo ſumma pax conſopierat iam omnem bellicum tumultum. Quod autem quale ve munus fuerit Imperatoris ſuper exercitum, apertè colligitur ex geſtis Ioab.2.Regum 10.& 11.18.& fuiſſe maximã atque ampliſſimam dignitatem ex eo conſtat, quod 1.Paralip. 11.6. cùm dixiſſet Dauid. *Omnis qui percuſſerit Iebuſæum imprimis, erit princeps, & dux. aſcendit primus Ioab, & factus eſt Princeps.* Quid autem ſit *ſuper exercitum* exponit Vatablus Gallicè, *le connestable*; Similitérque Hebræi Hiſpanienſes in ſua illa vulgari legerunt, *conde eſtable.* quod mirũ videri debet, cùm longè diuerſa ea munia fuerint; nã *ſuper exercitum* erat Imperator militiæ. at Comes ſtabuli, qui vulgo appellatur, *conde eſtable*, erat peculiare officium in domo regia, nimirum præfectus regalium equorum & ſtabulorum; de quo in regia Gothorum aula, vide Ioannem Marianam li.6. de rebus Hiſpaniæ c.10. In regia verò Galliæ vide Guillelmum Barclaium. lib.4. de Regno & regali poteſtate.c.17.

16

Dux regiæ cuſtodiæ.

Super exercitũ ampliſſima dignitas.

Vatablus.

Hebræi Hiſpanienſes.

Comes ſtabuli diuerſũ munus ab Imperatore.

Mariana.

Barclaius.

VII. Sadoch autem & Abiathar ſacerdotes.

Difficile ſanè, quomodo Sadoch & Abiathar, ſimul fuerint magno ſacerdotio functi. quomodo item Abiathar fuerit ex Principibus aulæ Salomonis, & Magnus ſacerdos cũ electus fuerit à Salomone, & interdictus, habitatione Ieruſalem.

Duæ quæſtiones de Abiathar.

Ad primam quæſtiunculam eadem ferè reſpõſio cum illa, quæ reddi ſolet 2. Regum 8. vbi ſimiliter habuit Dauid in ſua aula hos ipſos duos ſacerdotes magnos: quippe de minoribus non erat cur ea peculiaris mẽtio fieret, vnum autem ſummum ſacerdotem lex conſtituebat, non plures, Exodi.29. Leu.8. id quod vniuerſi fere interpretes obſeruant, cùm de Principibus Anna & Caipha, & eorum ſacerdotio diſputant. Atque nullum Reip. Iudæorum tempus iam perturbatum fuiſſe, vt duo ſimul ſummi eſſent ſacerdotes, ſapienter aſſerit Maldonatus, Lucæ.3. vide eundem Matt.2.4. & probat Abulenſis.2. Regũ. 8.q.24. ex eo, quòd non niſi primogenitus, qui vnus erat, fiebat ſacerdos maximus. Numero. 20. Leuit.6.& 21. tum ex vnis & ſingularibus veſtibus, Exodi.18. ex redditibus vni ſummo ſacerdoti aſſignatis, & ex officio, quod non niſi ab vno præſtari poterat.

An Abiathar ſimul cũ Sadoch ſacerdos Maximus.

Maldonat.

Abulenſis.

Vnicus ſacerdos magnus.

Ergo reſponderi primò poſſet, non niſi vnum fuiſſe ſummum ſacerdotem, alterum verò minorem. Sed ſanè pari & ſimili dignitate fuiſſe, apertè colligitur ex 3.Regum.2. cùm Abiathar accedit ad partes Adoniæ, Sadoch verò ad Salomonis, quos æqualiter ſcriptura *ſacerdotes* nominat in aula Dauid. & 1. Paralip.24. vbi æquales vices vtrique tribuuntur.

Prima reſponſio reiecta.

Secundò Abulenſis 2.Reg.8.q.20. & 21. & 3. Reg. 4. q.2. concedit ſimul quidem ſacerdotio

Abulenſis.

ſummo vtrumque functũ fuiſſe, ſed ex peculiari Dei diſpẽſatione, & peculiari etiã cauſa; cùm enim videretur diuiſum regnum tẽpore Saul, ille habuit ſummũ ſacerdotẽ Sadoch de ſtirpe Eleazar, primogeniti Aaronis; Dauid autem habuit ſecum Abiathar, qui ad ſe cõfugerat de ſtirpe Ithamar, & Heli. Mortuo autem Saule videtur pertinuiſſe ad pietatem Dauidis, vt ſacerdotẽ ſummũ Saulis honorificè exciperet, & illius dignitatem ſimul & Abiatharis tueretur; præſertim cũ fortè diuina reuelatione agnoſceret nõ multo poſt Abiatharem exauctorandum eſſe, ne ſacerdotio fungeretur; quod initio regni Salomonis accidit. 3. Regũ 2. Quapropter videtur etiam Dauid duas quaſi factiones ſacerdotum diuiſiſſe, alteram Sadoch, alteram Abiathar. 1. Paral. 24. Probabilis ſanè Abulenſis opinatio, neque reijciẽda abeo, qui meliorẽ non afferat. Interim de illa linea Eleazari fortè propter aliquorum ſummorum ſacerdotum peccata intercisa, & tranſlata ad ſucceſſionem Ithamar, ex quo fuit Heli; deinde iterum reducta à poſteritate Heli ad Sadoch, qui fuit de genere Eleazari, vide Dionyſium. 1. Regum. 1. & 2. Regum 8. vbi Abulenſem. q. 20. & 3. Regum. 4. q. 2.

Duo ſimul ſacerdotes magni ex diſpenſatione Dei.

Duæ ſacerdotũ factiones inſtitutæ à Dauide.

Dionyſius.

Ad ſecundam quæſtiunculam, duplicem reſpondendi rationẽ Caietanus indicat, vel quòd Abiathar primùm eiectus à Salomone, poſtea reuocatus, ſimul cum Sadoch, ſummi ſacerdotis officio functus fuerit; vel quòd deiectus ſummo ſacerdotio, ſupplex impetrarit nõ ſummũ, ſed ſaltem inferius illud & commune ſimplicis Leuitæ miniſterium. Primam partem ſequitur Nicolaus, reijcit & meritò Abulenſis; neutra enim rem conſiderãti facit ſatis. Vatablus aliũ fingit Abiathar, qui ſacerdos fuerit ſimul cum Sadoch, non illum, quem Salomon exulare Ieroſolyma iuſſit. Sed ſolutio quidẽ videtur quæſita, & pro libito ficta, præſertim cùm de eodem Abiathar ſemper loquatur ſacra hiſtoria à Dauide vſque ad Salomonem. Abulenſis reſpondet, poſtquã ſemel eiectus fuit Abiathar, nunquam iterum ad ſacerdotale miniſterium rediſſe, neque ampliùs verſarum in Salomonis aula. Ergo diſtinguenda tempora, ita vt aliquãdo, & valde breui tempore, Abiathar ſuo ſacerdotio functus, fuerit ſocius Sadoch ſacerdotis, & inter reliquos aulæ regalis principes. Sed cùm ipſo ſtatim initio regni Salomon Ioabũ interfecerit, Abiathar eiecerit, Semei cõtinuerit intra Ieruſalẽ, & fere ſimul hæc omnia, credi non poteſt propter paucos dies, quibus potuit in aula Salomonis verſari, relatũ eſſe à ſacra hiſtoria inter aulæ Salomonis principes. Theodoretus cùm q. 15. in 3. Regũ ſic quærat; *Cùm Abiathar mouiſſet à ſacerdotio quomodo eum rurſus conſtituit in dignitate & ordine ſacerdotij.* Reſpondet; *Hoc habuit ex maiorũ ſuorũ ſucceſſione.* Indicat itaque Abiatharmanſiſſe in ſacerdotio, quo ex generis ſui ſucceſſione fungebatur, vt explicatiùs tradidit Procopius eo loco: *Depoſuit* (inquit) *Abiathar à principatu, nõ a ſacerdotio. Hoc enim nõ ex ſuffragijs & electione populi habebat, ſed ex ſucceſſione generis.* Sed quidem neque hæc reſpõdẽdi ratio ſuſtineri poteſt, diſertis verbis Scripturæ reſtante; *eiectum fuiſſe Abiatar, ne eſſet ſacerdos.*

An Abiathar relatus inter principes Salomonis.

Nicolaus. Abulenſis. Vatablus.

Abulenſis reiectus

Theodoretus.

Procopius.

Ergo, quod mihi veroſimillimũ ſit propono; ſẽper, quoad vixit Abiathar, retinuiſſe ſacerdotis nomen & titulum, atque adeo etiam, quod ſũmo ſacerdotio annexũ erat, nominis & tituli honorifici prærogatiuas aliquas, quamuis quidẽ eiectus fuerit, ne ſacerdotio fungeretur. Numeratur itaque inter principes, & fuiſſe ſacerdos, quãuis ſacerdotij exequutione & miniſterio interdictus: itaque prohibitus potiùs ſacerdotij miniſterio, & functione, quàm principatus & dignitatis alicuius nominatione.

VIII. Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant regi.

19 HVnc vocant Septuaginta, *Orniam*, potuit eſſe binomius. Tota verò ſententia breuior in Hebræo & Græco: Azarias verò ſuper præfectos; vt legunt, Pagninus, Vatablus, Regia, Tigurina, Iſidorus, Clarius, Caietanus. qui inſuper addit in Hebræo nihil haberi de *aſſiſtentia.* Quare hunc fuiſſe ſuper illos duodecim præfectos, qui per vniuerſum regnum diſperſi procurabãt annonam, & cibos mẽſæ regiæ, qui ſtatim nominatur, & numerantur. Sed fallitur apertè Caietanus, cùm Septuaginta propriè ex Hebræo legãt; *Filius Nathan ſuper aſſiſtentes.* atque ſic etiam Hebræi Hiſpanienſes in ſua illa vulgari lectione, dicebant, *Sobre los eſtantes.*

Pagninus, & Hebraizantes.

Caietanus reiectus.

Adhuc autem poſſet quis dicere, *aſſiſtentes* intelligi illos præfectos, qui per ſtationes ſuas per vniuerſum regnum diſperſi erant; nam verbum *Iatſab*, quòd propriè ſignificat *ſtare*, aſſiſtere, conſtituere, aut quid ſimile, vnde dicitur *ſtatua*, aut *titulus* erectus; non incommodè poſſet referri ad præfectos illos ſtationarios, qui quaſi Proreges eſſent, ſuo quiſque loco regis conſiſtens, ſicut 3. Regum. 22. 48. dicitur ab eadem radice; *Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom.* quod ex Hebræo interpretantur: *Non erat præfectus loco regis aſſiſtens.* & aliquando *ſtare* pertinet ad habitum iudicis, Iſa. 3. 13. *ſtat* (certo loco, erecto & ſublimi) *ad iudicium Dominus.* quare ab ea radice dicitur *ſtatio* id eſt, locus ſublimis, certus & conſtitutus alicuius Principis, aut Iudicis Iſa. 22. 19. *Expellã te de ſtatione tua.* & Pſal. 2. *aſtiterunt* (more iudicum) *Reges terræ.* Nihilominus ex frequẽtiori & veriori vſu verbi originali *aſſiſtentes* ſunt, qui peculiariter regibus aſſiſtebãt, & in aula regia miniſtrabant. Cùm per reſpectum regis, aut principis, dicatur aſſiſtẽs, pertinet ad miniſteriũ. & aliquando locutione ſynonima dicitur, *eſſe coram aliquo;* vt de Ioanne; *Magnus coram Domino.* de Angelis reſpectu Dei, Iob. 12. 15. Luc. 1. 19. Iſa. 3. 15. vnde manauit illa Angelorum aſſiſtentium appellatio, & diſtinctio, apud Danielem. vide etiã Luc. 1. & Prouerbiorum 22. 29 *Coram regibus ſtabit.* id eſt, miniſtrabit. Pſal. 40. 13. *Confirmaſti me* (cõſtituiſti, feciſti vt aſſiſterem, vt tibi miniſtrarem. *Que os ſirvieſſe de grande y de rey*) *in conſpectu tuo, in æternum.* Ergo ex proprietate vocis & ex conſuetudine tot exemplis confirmata, certè is Azarias erat Princeps, & præſes aliorum regaliũ miniſtrorum.

Qui dicantur Aſſiſtentes.

25 Aſſiſtere, qui ſtare dicũ de præſidibus.

Statio quid in ſacro ſermone.

Luc. 1. 15.

Angeli aſſiſtentes.

Stare.

Confirmare in cõſpectu Dei, quid.

At hi *aſſiſtentes* qua in re miniſtrabant Salomoni? Certè videntur fuiſſe à conſilijs, iuxta id quod dicitur. 3. Regum. 12. 16. *Init conſilium rex Roboam cum ſenioribus, qui aſſiſtebant coram Salomone patre eius, cùm adhuc viueret.* qui fortè erant ſeptem numero, quales videntur fuiſſe *ſeptem illi Perſarum duces atque Medorum, qui ex more regio ſemper Aſſuero aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio; ſcientes leges ac iura maiorum.* Eſther. 1. 13. 14. Quanuis de hoc ſeptenario principum numero, ad cuius imitationem dicuntur ſeptẽ Spiritus ſtare in conſpectu Throni Dei, Apocal. 4. 4. & 5. 6. & 15. 16. Zachariæ 3. 9. & ſeptem

Aſſiſtentes conſiliarij.

Aſſiſtentes an ſeptẽ numero.

Prin-

Principes angeli Tob. 12. 15. aliàs à nobis plura. A Interim ſuadeo legas virum peterudirum Seraríum noſtrum ad caput. 12 Tobiæ per plures quæſtiunculas. Quod Dionyſius vult hos *aſſiſtẽtes* fuiſſe cuſtodes regis, minùs placet, & quod kaldæus legit, *Præpoſitus ſuper anteſignanos*, non ſatis aſſequor quid ſibi velit.

Serarius. Dionyſius. kaldæus.

IX. *Zabud filius Nathan, ſacerdos amicus regis.*

CVm Nathan ille propheta neque ſacerdos fuerit, neque de genere Leuitico: at præterea filij eius neq; potuiſſent eſſe ſacerdotes Maximi, quippe iam alij recenſiti, neque minores ſimiliter, & neque propterea inter *principes* recẽſendi; oportet ſanè nomẽ ſacerdotis hoc loco honoris & dignitatis alicuius laicæ eſſe, non verò miniſterij Eccleſiaſtici. Vnus tamen Abulenſis in re ſimili. 2. Regum. 20. cùm præter alios duos ſacerdotes dicatur *Ira fuiſſe ſacerdos* Dauid, intelligit ſanè fuiſſe ſacerdotem aliquẽ minorẽ, per quẽ Dauid ſua ſacrificia priuata offerebat: & Theodoretus. 2 Regũ. q. 33. intellegit, *fuiſſe ſacerdotẽ, qui degebat intra regiam, & Arcæ Diuinæ ſemper aſſidebat regia ſacrificans ſacrificia.* Quæ ſententia cu nullũ magnũ videatur habere incõmodum, tamẽ loquutio illa *ſacerdos amicus regis*, laicum aliquod munus & dignitatẽ indicat, inexplicandam.

Sacerdos hoc loco ad munus laicum. Abulenſis. Sacerdos ex minoribus offerens priuata regis ſacrificia. Theodoretus.

Sed magna varietas in eo miniſterio, aut dignitate laica deſignãda. Et primò quidem cùm. 1. Regũ. 8. 18. dicantur *Filij Dauid ſacerdotes fuiſſe*, qui 1. Paral 18 exponuntur fuiſſe *primi ad manum regis*; hoc loco commodè dicitur is Zabud fuiſſe primarius ad manum regis; nimirum quo Rex primario, atque familiariſſimè vtebatur. atque cùm. 2. Regũ. 20. 26. dicatur *Ira Iairites ſacerdos Dauid*, Vatablus exponit, *Principem conſiliarium & amicum intimum:* Alij *Præſidem regij conſilij*; vnde volunt ſocerũ Ioſeph Patriarchæ *ſacerdotem Heliopoleos*, non fuiſſe quidem ſacerdotem idolorum, quod videbatur indignum filiã illius aſſuetã paternæ ſuperſtitioni, duci ab homine ſanctiſſimo: ſed præſidem & Magiſtratum laicũ ex primoribus Pharaonis, vt eo loco legit kaldæus *Princeps*.

Vatablus. An Putiphar fuit ſacerdos idolorum.

Sed illam ſanè *ſacerdotis* appellationem, quamuis in munere laico, cum aliqua ſimilitudine & aſpectu ad dignitatẽ ſacerdotalem ſumere oportet. Quare Caietanus, ait *vocari ſacerdotem, quoniã tanquam Pontifex honorabatur eo quod proximus eſſet regi.*

Caietanus. Car primarij Principes dicuntur ſacerdotes.

Et poſſet eam ſimilitudinem promouere; nã cùm reges ſint Dei imagines, & figuræ, cõſequẽs eſt, vt qui regibus proximi ſunt, ſint velut ſacerdotes, per quos ad reges pateat inferioribus aditus, deferantur mandata, expoñatur regalia decreta, placetur regũ ira: denique beneficia impetrentur. Hæc ſi Principes regibus familiares & proximi præſtẽt, ſacerdotum honorificẽtiſſima appellatione condecorabũtur; ſin minùs, lõgiſſimè aberũt à ſimilitudine & dignitate ſacerdotũ; atque regũ, regnique negotia non digno & diuino, ſed humano & indigno tractabũtur modo. Abulẽſis vult propterea dictũ fuiſſe *ſacerdotem*, quòd peculiaris illi cura fuiſſet de ſacerdotibus & ſacrificijs, & neceſſaria tũ ſacerdotibus, tũ ſacrificijs miniſtrãdi, hoc. n. inter ea recenſet quę cũ ingẽti admiratione ſpectabat Regina Saba 3. Reg. 10. 5 *Holocauſta, q offerebat in domo Domini.*

Priuati regũ familiares quales. Abulenſis.

Sed ex illo appoſito quod ſequitur, *Amicus regis*, tota huius laici ſacerdotij, & muneris regalis dignitas & ratio illuminabitur; non enim iã tùm ſignificat regis erga hunc principẽ beneuolentiam ſingularis amicitiæ, vt appellatiuè ſumatur illud *Amicus regis*; ſed ſumẽ. In ti eſt propriè, ita vt ſit appoſitu propriũ illius dignitatis aut officij. Quare quod de Ira Iairite dicitur 1. Regum. 20. 26 fuiſſe ſacerdos Dauid, intelligendum eſt illum eundẽ fuiſſe qui dicebatur. *Amicus regis*; ſicut poſtea 1. Paral. 27. 33 dicitur *Cuſai Arachites amicus regis*; & ſubiũgitur ſtatim poſt *Achitophel conſiliariũ*, vt ſignificetur nomini *Amici regis*, dignitas aliqua. Neque obſtat quò l ex Hebręo poſſit legi *amicus* aut *ſocius*; pinde enim eſt, & ab eadem radice eſſe *ſocium*, vel *amicum*; & vtrumque refertur ad familiaritatẽ & conſuetudinem cum rege, quã exigebat munus illud Regium. Fuiſſe verò à conſilijs ſatis indicat illud 1. Paral. 27. 33. vbi *Amicus regis* cũ *cõſiliario* iũgitur; & 2. Regum. 17. 5. cùm Abſalom vocat ad cõſiliũ eundem illum amicum Dauidis. ſicut etiã Achitophel, ita etiã & Chuſai erant à conſilijs tã Dauidi quàm Abſaloni. Et videri alicui poſſet, fuiſſe ia *ſacerdos amicus regis*, idẽ ille qui Ieremiæ. 51. 59. dicitur Saraias *Princeps prophetiæ*. vbi frequẽter expoſitores cum Nicolao intelligunt fuiſſe Leuitam cantorem diuinarum laudũ. & Pſalmorum, ſicut 1. Paral. 15. 17. dicitur Chonenias *Princeps prophetiæ, inter cantores.* Sed ſanè diuerſa prorſus res eſt, nã ille Chonenias Hebraice dicitur, *Princeps eleuationis*, a radice *Maſa*, quod videtur pertinere ad eleuationem vocis; & ita Septuaginta dixerunt: *Princeps cantorum cauentium*. at verò in hoc noſtro loco longe alia vis, & radix, quæ ſi à *Manahh* deducatur, proprie eſt *Princeps munerum*, vt legit kaldæus; aut *Princeps donorum*, vt legunt Septuaginta. at ſi deducatur à radice *noahh*, idẽ eſt quod. *Princeps quietis*, vt fere vniuerſi Hebraizãtes vertunt, ſiue, vt Pagninus eo loco legit *Princeps cum quietus eſſet rex.* quod deſumptum ex R. Dauid dicente, *quòd erat cum rege tẽpore quietis ſuæ.* Ergo eadẽ videtur fuiſſe huius ſacerdotis dignitas aut officiũ, quæ *Principis prophetiæ*, apud Ieremiam, nẽpe miniſtrare in re aliqua ſancta, qđ erat legere vel prophetiam vel aliquid aliud ſimile, ipſi regi, quare ſuam prophetiam tradidit Ieremias illi Saraiæ *Principi prophetiæ* comitaturo Sedeciam regem Babylonem; *Et dixit Ieremias ad Saraiam cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc.* &c.

Amicus regis, nomen dignitatis, Conſiliarij.

רע

Sociũs & amicus.

Princeps Prophetiæ quis.

משה

מנח

נוח

Hebraizantes.

Ab hoc ergo munere potuit vocari *ſacerdos* hic, cùm idem eſſet *amicus* vel *ſocius* regis comitaturus regem eundem Babylonem. & quia ſemper illi aderat, potuit dici *Princeps requies*, vt qui etiã regi quieſcenti adeſſet: vel, *Princeps recreationis*, vt vertit Vatablus, qđ cũ Rex à ferijs negotijs reſpirare volebat, & pauliſper remittere animũ, hunc ſibi principem aſciſceret. quod ſumptum eſt ex R. Dauid apud Pagninum. Nam quod Iſidorus Clarius ait. dictum *Principem quietis, quod ei mandatum fuerit per moleſtem tueri publicam quietem*; non videtur in hunc principem conuenire, ſed potius in ducem *Exercitus*. Item ipſe potuit dici *Princeps munerũ*, ſeu xeniorum, vt ait Nicolaus quòd per illius manũ rex dona & munera ſoleret conferre. Quare cùm Sedecias iret ſalutatum *cum muneribus ad regem Babylonis*, hunc ſibi principem itineris ſocium, & largiẽdorũ munerum ad miniſterium adhibuit. Cuius aliquid ſimile poſtea in regum & principum aulis fuiſſe conſtat; nimirum quem vocabãt *comitem*, aut

Vatab. Iſidorus Clarius. Princeps munerum.

Comes ſacrarum largitionum.

præfectum ſacrarum largitionum; per quẽ ſolebant A imperatores, vel frumentũ, panẽmque conferre, quæ dicebatur *largitia frumentaria*; vel pretioſa alia veſtiũ aut pecuniarum munera: aut curá denique gerere nõ ſolùm ſacri ærarij. & Theſaurorum ſacrorũ, id eſt Imperatoriorũ & Auguſtalium, ſed etiam liberalitatis & donorum; quod officiũ eleganter deſcribitur à Caſſiodoro lib. 6. in *Formula Comitis ſacrarum largitionũ. Grata* (inquit) *ſunt nomina, quæ deſignant actiones: donis enim præſidere regalibus commeatum ſacrarum largitionum indicia rerũ verba teſtantur, quod verè decorum, alterius honorem decere, dũ nos conſtet dona conferre*. Vide Vvoltangũ libro 4. de largitionibus. c. 9. Pãcirolũ in Notitia Imperij Oriẽtalis c. 73. 74. 75. Caſſiodorũ. 2. Variarum, in epiſtola Theodorici B ad *Dromanarias*, quæ eſt 31. vbi videtur *Comes ſacrarum largitionum* dici *Præfectus fiſci*. meminit etiam Sidonius Appollinarius lib. 1. epiſtola 7. Ioannes Sauarus ait eſſe eum qui ſacros Theſauros gubernabat l. 13. C. *vbi ſenatus*, & Symmachus libro. 10. epiſtola. 53. vbi illũ comitem appellat *virum clariſſimum*. & in Notitia prouincia tũ appellatur *Vir illuſtris* Quare ſicut primùm regalia officia, & auiæ maieſtas apud Aegyptios, Perſas, Hebræos cõſtituta fuerunt; ita etiã ab illis ad Græcos & Latinos Principes & Imperatores manaſſe certa coniectura credi oportet. In hoc quoque munere relucet quædam *ſacerdotis* imago. qui à numine impetrat beneficia populatibus; quippe, ſacerdos verè dici poteſt Princeps munerum, vel ſacrarum largitionum. C

Vvolfangus. Pancirolus. Caſſiodorus.

Apollinarius. Sauarus.

Regiæ maieſtatis aula, & officia à Perſis & Hebræis ad Latinos.

Princeps Thuribularius.

Atque illud tandem quòd cùm dicitur Princeps quietis, aut requiei, ſiue reſocillationis, poteſt eſſe alluſio quædam ad fragrãtiam aliquam ſuauiſſimi odoris, quæ ſolet dici in Hebræo *Odor quietis*, Gen. 8. 21. Leuit. 3. Num. 28. 2. Exodi. 29. 18. Leuit. 26. 31. Ezech. 20. 28. nam eadẽ vox, quæ vertitur proſtratio, mnnus, requies, reſocillatio, vertitur *incenſum*, Danielis. 2. 46. *Hoſtias, & incenſum præcepit, vt ſacrificarent ei*. vbi eãdem fere vocem originalem retinent Septuaginta legentes. *Manaa, & ſuauitates odoris dixit vt libarẽtur ei*. quod nimirum voluerit Nabuchodonoſor ſuffumigatione, aut thurificatione Danielẽ proſequi, fortè non tam vt honores illi diuinos D offerret, cùm apertè tunc fateatur Deum Danielis eſſe verum Deum; quàm vt honores regios illi deferret, & quaſi concederet ius Thuribuli, quod poſterioribus ſæculis reges & viros Principes habuiſſe legimus, odoribus vſos. Quod ſi etiam regibus Hebræorum placuit, præſertim Salomoni delicioſiſſimo, potuit ſanè ille Princeps, qui dicebatur *ſacerdos*, aliquando ſuffumigatione Salomonem honoraſſe, inſtar Thuribularij; ex qua etiam ſimilitudine potuit dici *ſacerdos*, cuius in ſacris munus erat *præferre ſeruientis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationẽ allegans reſiſtere iræ* Sap. 18. 22. ſed hæc incertiora ſunt, & nunquã à Principibus vſurpata videntur, niſi cùm inſanientes aduerſus numen honores diuinos affectarunt. E

Principes olim thurificatione vſos.

Sacerdos thurificans.

X. Et Abiſar Præpoſitus domus

Annius.

Diximus ſuperiùs aduerſus Delriũ illud Ioãnis Annij, exiſtimãtis hunc Ahiſar eſſe illũ ipſum Nathan, fratrem Salomonis; à quo poſteri dicti fuerint Ahiſarim. Ergo Ahiſar tantùm erat inter alios principes domus regiæ œconomus, quod alij *Magiſtrum aulæ magnum* dicunt. *Maeſtre de caſa*. Septuaginta quidem tres œconomos videntur diſtinguere; quorum duo neque A in Hebræo neque in Latino ſunt: *Achiſar erat œconomus, & Eliac œconomus, & Eliab filius Saph ſuper familiam*. Quòd verò Tigurina legit, *Ahiſar præfectus Prætorio*; ſine vllo idoneo fundamẽto fecit; tantum vt videretur rem antiquiſſimã vulgari & nupero nomine interpretari: cùm tamen longè alia res fuerit *præfectus Prætorij*, nimirum militaris quædam dignitas eius qui ſub ſe Prætorianos haberet, id eſt, lectiſſimos illos Imperatoris cuſtodes, & ſtipatores, de quo Pancirolus in Notitia Imperij Orientalis. c. 5. & c. 7. Hunc autem *præfectum Prætorij* potiùs fuiſſe ipſum illum Banaiam, qui tempore Dauidis erat ſuper Cerethi & Phelethi, ſuperiùs dicebamus. B Vide item quæ inferiùs dicemus de Sobna ex Iſai. 22. Huic domus præpoſito parebant duodecim illi præfecti, quos *habebat Salomon ſuper omnem Iſrael, qui præbebãt annonas regi & domui eius per ſingulos menſes* 3. Regum. 4. 7.

Tigurinæ error.

Præfectus Prætorij.

Pãcirolus.

Præpoſitus domus ſuper duodecim præfectos.

XI. Et Adoniram filius Abda ſuper tributa.

Nimirum qui tributis exigendis colligendiſque præerat. Hebræi Hiſpanienſes vulgariter dicebant, *ſobre el pecho*. Qui legunt *Adoniram præfectus delectus*, meo iudicio, temere illi & imperitè faciunt; quamuis enim Adoniram præfectus etiam fuerit delectui operariorum mittendorum in Libanum per menſes ſingulos, vt dicitur. 3. Regum. 5. 14. tamen non hic agitur de ea C præfectura, ſed de exactione & collectione tributorum: & ita legit Kaldæus, *ſuper conuectores tributorum*. Et quamuis quidem vox originalis *tributi*, anceps ſit ad tributum perſonale, & ad vectigal, & ad indictionem vel hominum ſeruientium, vel pecuniarum, tamen non pertinere ad indictionem operariorum, ſed ad tributa & cenſum, quæ colligebantur ex ipſis Iſraelitis, qui tamen non ſeruiebant in operibus, apertè colligitur ex 3. Regum. 12. vbi in cauſa tributorum exigendorum ab ipſis Iſraelitis, *miſit Roboã Aduram, qui ſuper tributa erat*. vel, vt Septuaginta legunt, *miſit Adoniram*. idem enim videtur D vtrumque nomen: quamquam non videantur eſſe idem Princeps; ille enim collector tributorum Salomonis, videtur ante Roboã obijſſe in Hiſpania, vt ſtatim dicemus. Hũc ergo poſſemus vocare: *El theſorero mayor de las alcaualas del reyno*.

Tributum perſonale & pecuniæ.

Kaldæus.

Aduram, & Adoniram idem nomen.

An verò is ipſe Adoniram non ſolùm laicorum tributorum collector pro Salomone fuerit; ſed etiam ſacri illus didrachmi, quod Iſraelitæ pendebant, cùm quotannis cenſebantur tranſeuntes ad numerum, pretium pro animabus ſoluentes Deo in gratiarum actionem, animarum & vitæ auctori, & conſeruatori, iuxta legem Exodi 30. 12. 13. Num. 1. 2. 4. 16. 45. ſi non neceſſitatis, at hiſtoriæ & iucunditatis pretium erat aliquod videre. Et quidem Villalpandus E noſter pro ſua diligentia to. 2. in Ezechielem. p. 2. li. 5. Diſp. 3. c. 58. profert lapidem antiquiſſimi Epitaphij huius Adonirami Salomonis tributorum collectoris, qui, vt videtur in Hiſpania obijt. Inuentus eſt autem Sagunti Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbe antiquiſſima, vt quæ etiã ante Salomonem regem floruiſſe videatur: inuẽtus eſt autem anno poſt Chriſti natiuitatem milleſimo quadringenteſimo octogeſimo. Cuius rei meminit Franciſcus Gonzaga Mantuanus Epiſcopus part. 3. de Origine Franciſcanæ religionis, & hæc digna eiuſdem Saguntinæ

An Adoniram collector cenſus capitationum.

Villalpandus.

Adoniram mortuus in Hiſpania.

vrbis

vrbis monumenta manu ſcripta, quæ rem totã his verbis narrant: *Apud Saguntum in arce, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, plus minus, fuit inuentum ſepulchrum vetuſtatis ad mirãdæ; intus erat cadauer, quod litum balſamo, huc vſque fuerat ſeruatum, proceritatis non vulgaris, ſed ſolito procerioris, habebat; & hodie habet in fronte lineas duas idiomate & literis Hebraicis, quarum ſenſus eſt huiuſmodi: Hoc eſt ſepulchrum Adoniram ſerui Salomonis regis, qui ad hoc venit, vt exigeret illius tributum. Habes. 3. Regum 5. expreſsè Adoniram Salomonis ſeruum, & expreſſius eodem libro. c. 4. Litera vero Hebraica Latinis characteribus deſignata ſic ſonant.*

ZEHVKEBER ADONIRAM EBED HAMELEC SELOMO SEBA LIGBOT ET
B HAMMAS VONIPTAR IOM.

Sed operæ pretiũ ſuis originalibus characterib. reddere ſubiecta ex verbo interpretatione Latina;

וְהזכבר ארונירם עבר המלך תשלמו שנא .

qui venit Salomonis Regis ſerui Adoniram Hoc ſtratum

לנבה את המס ונפטר יום

die. & mortuus eſt tributũ ad exigẽdum

Reliqua aboleuit vetuſtas.

XII. Ex 2. Par. 4. 16. omnia Vaſa fecit Salomoni Hiram pater eius.

23

C IS fuit ſcientiſſimus ille vir, & ſupremus magiſter atque artifex vaſorũ conficiendorum ex *auro, argento, ære, ferro, marmore, lignis, purpura quoque, & hyacintho, & byſſo, & cocceno: & qui ſciret cælare omnẽ ſculpturam, & adinuenire prudenter quodcumque in opere neceſſariũ erat.* 2. Paral. 2. 14. Sed de hoc nunc non diſputo, quod ſpectet ad tẽpli ſupellectilem: tantum de eo, quod Rex Tyri, qui [Patris appellatio de officio & miniſterio.] ſimiliter vocabatur Hiram, in hunc modũ ſcribit Salomoni: *Miſi tibi virum prudentem & ſcientiſſimum Hiram patrem meum.* Quæ *patris* appellatio miniſterium aliquod & officium regale indicare videtur in aula Regis Tyri: quare Septuaginta Complutenſes legerũt, *Seruum*, aut, *puerum meũ.* Ipſeque Salomon eodem honorifico titulo & officio eundem Hiramum cohoneſtauit, vt conſtat. 2. Paral. 4. 16. vbi Hiramus appellatur pater Salomonis: *Vaſa* (inquit) *fecit Salomoni Hiramus pater eius.* quare quid hoc rei aut officij ſit, breuis exponendum.

[Enallage.] Et primùm; quod ad ipſum Regẽ Tyri ſpectat, cùm artificem illum appellat Patrem ſuum, dictum eſſe per figuram enallagem, cùm caſus pro [Hebraizan tes.] caſu ponitur. debuiſſe enim dici, *Hiramũ patris mei*, vel propter articulum Lamed. *Hiram Patri meo*, plerique Hebraizantes contendunt, Regia, Pagninus, Tigurina, Iſidorus Clarius, & fere cõ[Nicolaus.]munis Hebræorum apud Nicolaum, vt ſignificare voluerit, fuiſſe virũ experientiſſimum, non ſolùm ætate ſed etiam peritia prouectum, vt potè quo non ſolùm ipſe qui tunc erat Rex Tyri, ſed E prætereà pater eius ad ſimilia opera vſus fuiſſet. Sed certè nõ facilè admittenda eſt huiuſmodi figura, & caſuum permutatio in ſacris libris, vt quę ad peruertendum ſenſum, & corrumpen[Hierony.]dam rectam intelligentiam, facilem aditum præ[Caietanus.]bear; præſertim cùm Septuaginta, Hieronymus, Caietanus, & alij inferiùs adducendi illum ipſum quartum caſum Latinæ lectionis retineant, & interpretentur idonea aliqua ratione, & quæ cum paternitate coniuncta ſit.

Ergo primò cùm *Pater* nomen ſit ætatis & ſenectutis. 1. ad Timot. 5. 1. Ioã. 1. 1. 2. Prima Canõ. A c. 2. 13. Act. 7. 2. Nicolaus, Caiet. Abulenſis exiſtimant hic vocari *patrem* eum qui ſenex eſſet. [Pater, dẽ ſene.] Similique ratione Imperator appellat Vlpianũ *parentem* ſuum L. ex Diui. c. loca. ad ſenectutem [Nicolaus. Caietanus.] enim pertinere exiſtimat. Iidem etiam dicunt *patris* nomen attributum huic viro propter ſapientiam, & peritiam, cùm etiam patris nomen ſapiẽtiæ ſit & doctrinæ cuiuſdã. Hieronymus in Tra[Pater nomen Sapiẽtiæ.]ditionibus quem Gloſſa Interlin. ſequitur, ſcribit hunc Hiramum fuiſſe *ex ſtirpe illius Ooliab de tribu Dan, qui in Eremo cum Beſeleel operatus eſt,* [Hierony.] Exodi. 32. & quod hoc loco dicitur *habuiſſe patrem Tyrium*, interpretatur nõ genere & ſanguine ſed tranſlatione & habitatione fuiſſe Tyriũ: *Zari enim lingua eorum plaſmator intelligitur. Ty-*
B *rus enim quam illi Zor vocãt in quibuſdam locis plaſmatio intelligi ſolet. Iccirco vocat illum patrem ſuũ, quia ad eum de terra Iſrael ad peregrinandum profectus, docuit eum timorem Domini, & adduxit eum ad cognitionem Dei.* Quod autem Rex Tyri veræ fidei & religionis fuerit, diſputat Abulenſis 2. Paſrali. 2. q. 22. & 23. [Abulenſis.]

Atque propter rationem ſimilem fieri potuit 24
vt Pharao appellauerit Ioſephum *patrem ſuum*; ſicut ipſe Ioſephus ait Gẽ. 45. 8 *Deus fecit me quaſi patrem Pharaonis.* quod licèt alij ad alia referant, tamen Vatablus ad magiſterium & doctri[Vatablus.]nam, qua Ioſephus Pharaonis animum & res regni moderabatur conſilio & prudentia, non ſecus atque pater filium; & vera religione imbue C bat non ſolùm regem, ſed & aulæ principes, ſicut ſcriptum eſt Pſalmo. 104. 22 *Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiã doceret.* quamquã alij ad curam rerum aulæ neceſſariarum referendũ velint, nõ ſecus enim, res regni, aulæque neceſſaria omnia curabat, quàm Paterfamilias domũ ſuã. quare quod Geneſis. 41. 34. dicitur, *Clamaſſe præco ante pompam illam Ioſephi; ut omnes coram eo genuflecterent;* quod in He[Pater ad familiam curandam.]bræo eſt vox vnica, *abrech*, quam intactam retinuit Symmachus, Onkelus, & Hierony. in Tra[kaldæus. Hieronym.]ditionibus, alijque Hebraizantes interpretãtur *Pater regis*, aut, *Pater tener* in eam ſententiam, quam Onkelus exprimit; *Præconizabant coram Ioſepho, & dicebant; Viuat Pater regis, qui eſt prin-*
D *ceps in ſapientia, & tener in annis;* certè ad annonæ curam quam illi demandauerat Pharao, reforendum videtur.

Ego verò ſic de hoc *Patris* munere cenſeo, videri quidem apud Tyrios & Aegyptios peculiaris dignitatis appellationem, & titulum *Pater Re*[Pater Regis, honor ampliſſimus.]*gis*. id quod apertè videtur indicare tum præconiũ illud, quo proculdubio maxima Ioſephi tenẽs inaugurari dignitas renunciabatur, cuius inſignia erant *annullus regius, ſtola byſſina, torques aureus, locus ſecundus a Rege.* tum quod ipſe fratrib. ſuum magiſtratum exponit Gen. 45. 8. *Fecit me quaſi patrem Pharaonis.* & per expoſitionem addidit; Dominum vniuerſæ domus eius, ac Principẽ in omni terra Aegypti. Immo & apud Perſas E eiuſdem magiſtratus & dignitatis veſtigia reperiuntur. Eſther. 13. 6. *Aman omnibus prouincijs præpoſitus, & ſecũdus a rege. & quẽ* (iquit Artaxerxes) *patris loco colimus.* Sed cũ nulla alia apud Hebręos reges ſit huius apellationis aut officij mẽtio, nõ [Dignitas patris Regis non apud Reges Hebræorum.] videt ſanè in aula Salomonis ea dignitas magiſtratusve fuiſſe; tñ nequid Hiramus minus apud ſe haberet, quàm apud regem *Tyri*, Salomõ honorifico illum *Patris regis*, nomine libenter compellabat, eundem illi honorem tribuens, quem Rex Tyri.

XIII. *Præfectus atrij.*

25 *Omnia regalia munera in aula Salomonis.*

IN his autem aulæ Salomonicæ officiis & muneribus ea omnia comprehendi, quæ vnquã apud reges Hebræorũ fuerint, exiſtimari oportet. Quare quòd Dauid conſtituit Banaiam, *ſibi auricularium in ſecreto*.2.Regum.23.23.fine, vt eſt in Hebræo, & legunt Septaginta, *ad auditiones ſuas*. quod iterum repetitur.1.Paral.11.25.*poſuit eum Dauid ad auriculam ſuam*: fortè retinuit cum

Auricularius Salomonis.

Salomone idem auricularij munus; niſi hoc fuerit propriũ *ſacerdotis amici regis*, aut eius, qui erat *a commentarijs*. Illi verò, qui *erant ſuper vectigalia*, quorum fit mentio.2. Regum.10.15. proculdubio parebãt Præfecto tributorum Adoniramo.

Præfectus atrij, & cuſtodiæ regiæ erat ille ipſe Banaias, qui ex tempore Dauidis erat ſuper Cerethi, & Phelethi, vt ſuperiùs dicebamus, cùm de cuſtodia, & ſtipatoribus regũ, Atque ad hunc atrij præfectum alluſum videtur Zachariæ.3.7: cùm pollicetur Deus ſacerdoti magno; *Si cuſtodiam meam cuſtodieris, tu quoque iudicabis Domum meam & cuſtodies atria mea. & dabo tibi ambulantes ex his qui tecum aſſiſtunt*. Quod & ſi de templo, & cuſtodia Sacerdotali, atque dignitate Eccleſiaſtica, tum etiam de militibus illis minoribus qui ſacram militiam militabant, id eſt, de Leuitis, dictum ſit tamen cum alluſione ad cuſtodiam regiam dictum videtur; cuius Præfectus cuſtodiebat atrium aulæ regiæ; & *iudicabat domũ regiam*, id eſt, erat vnus ex magiſtratibus atque principibus; & habebat ſub ſe atrieſes milites ſe lectiſſimos. cui muneri fortè præpoſitus fuit

Sobna an habuerit dignitatẽ laicam.

Forerius.

Sobna: quem inſignitum fuiſſe dignitate potiùs laica, quam Eccleſiaſtica, ſentire videtur Forerius Iſai 22.n.21. Is ergo dicitur *Præpoſitus templi*; quem Forerius interpretatur, *Apothecarium*: quòd haberet curam templi, vt prouideret quid facto opus eſſet templo; atque omnia neceſſaria ad reparationem: quæ cura, vt ſuperiùs dicebamus, videtur demandata alcui Principi laico; & quia ille ipſe videtur fuiſſe Præpoſitus domus regiæ ab Achaz vſque ad Ezechiam, dicitur ibi *ignominia domus Domini ſui*, & vectus glorioſo curru, eijciendus quoque de *ſtatione ſua*. quæ

Statio de militari.

ſtationis vox indicat militare aliquod & honorificentiſſimum officium; habuiſſe inſuper inſignia honorificentiſſima militaria, nimirum pretioſam aliquam *tunicam*, & *baltheum*, denique habuiſſe *poteſtatem*, & *clauem*, & fuiſſe ex ſuo munere, quaſi *patrem habitantibus Ieruſalem & domui Iuda*: quare Tigurina vocat hunc Sobnam, *Præfectum ſuper Theſaurum*, & *Præfectum prætorio*; quod Hebraicè eſt, *ſuper domum* At cùm 4. Regum.18.18. idem ipſe Sobna vocetur *ſcriba*, ſimul cum Eliacim Præpoſito domus, & Aſaph à commentarijs; fortè propter demerita amplio-

Sobna an eiectus Tẽpli munere

ri munere illum abdicauit Ezechias, cùm non poſſet omnino domo regia eijcere.

26 *Præfectus Sexaginta fortium.*

Vt cunque ſit, Præfecto prętorij, ſiue, Pręfecto regiæ cuſtodiæ, ſuberant *ſexaginta illi fortes, qui cuſtodiebãt lectulum Salomonis*, Cant.3.7.8. quamuis per myſterium dictum ſit, attamen cum alluſione ad ipſam veram Salomonis hiſtoriam &

Genebr. poſt R. Abrahã.

cuſtodiam dictum, eſſe, viri docti volunt, & meritò, & contextus ipſe ac peculiares notæ probare videntur: dicuntur enim *fortes*; quod Hebricè eſt *Giborim*, quod *Gigantum* nomen eſſe ali-

גבורים

In Iob. 26. verſ. 5.

quando diximus, & ea vox originalis ſanè vertitur *Gigas* Pſ.32.16. Baruch.3.26. & vbi nos habemus Iſai.3.2. *Auferam fortem*; Septuaginta legunt, *Gigantem*. & vbi Gen.10.8.9. legimus *Nemrod robuſtus & potens in terra*, legunt Septuaginta; *Gigas ſuper terram*. Quare cùm commendentur à bellica virtute, cùm dicuntur, *ad bella doctiſſimi*; profectò iidem videntur, qui Baruch 3.26. deſcribuntur; *Gigantes ſtatura magna ſcientes bellum*. Ergo credibile eſt quos ad ſui cuſtodiam vigiles & excubitores adhibuit Salomon, fuiſſe gigantæa mole, viribus, & membrorum magnitudine, ab humero & ſurſum cæteris anteſtantes, ſicut & de illis equitibus regem Salomonem in publico proceſſu comitantibus ſcribit Ioſephus lib.8.c.v. Atque ſimile quid; id eſt, regis Sinarum cuſtodes Gigantes eſſe, tum etiam & regiæ vrbis portarum cuſtudes, ſcripſit Pater Melchior Nunerſius, noſtræ ſocietatis, in letteris de rebus Iaponicis, & Sinarum, Anno.1555.

Cuſtodes Salomonis Gigantes.

Ioſephus.

Melchior. Nunnſius.

Hos verò ex ipſis Hebræis fuiſſe, non ex peregrina gente, illud indicat, *ex fortiſſimis Iſrael*; qui enim alij quàm ipſi populares magis inuiolatam fidem ſuo regi præſtitiſſent? Quod etiam in more poſitum apud Perſarum reges, vt non niſi ex popularibus ſuis ſatellites adhiberent, vt obſeruauit Briſſonius libro.1. de regno Perſarũ. Quãquam & Hebræis ſatellitibus ſe commiſerit Darius, vt ſcribitur 3. Eſdræ 4. vbi recenſentur tres iuuenes *corporis cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis*. de quo Ioſephus libro 11 Antiquitatũ.c.4. Seuerus Sulpitius lib.2. Hiſtoriæ. ſacræ; vbi de Dario qui vocabatur Ochus, ſub quo tẽpli reſtitutio abſoluta eſt. An autem Zorobabel ex his tribus Darij ſatellitibus eſſe potuerit vnus, vide Sigonium ad eum locum Sulpitij.

Cuſtodes Salomonis Iſraelitæ.

Briſſonius.

Ioſephus. *Sulpitius.*

27 *Gladij inſignia ſatellitum.*

Gladij verò non ſolùm arma, ſed etiam inſignia ſatellitum fuiſſe videntur, ſicut etiam Perſarũ ſatellites haſtas & acinaces, id eſt gladios, geſtabãt, ex Herodoto lib.3. An verò eiuſmodi *enſis* fuerit paruulus aliquis gladiolus aut enſiculus, quale fuit illud Prætorianorum militum inſigne, & qualis ille Ioab *pendens vſque ad ilia in vagina, qui fabricatus, leui motu egredi poterat, & percutere*.2. Regũ.20.10 & qualis etiam fuit antiquus ille Hiſpanicæ nobilitatis pugio, non longior palmo, quem vocabant *el puñal dorado*; non inepte dubitari poſſet.

Herodotus. *Enſiculus Prætorianorum.*

Serui regis, qui.

28 *An nomine Sexagenarius pro indefinito. Satellitũ priſcorum Principũ.*

Porro in atrio aulæ regiæ huiuſmodi ſatellites verſatos, & pro foribus palatij excubare ſolitos, ex ſimili Perſarũ exemplo.2.& 3.c. Eſther, & ex Zachar.3. colligi poteſt. Fuit enim ille atrij locus honorificentiſſimus, in quo & Mardochęus frequens verſabatur; & quem ſibi delegit Vrias, qui militari dignitate fulgebat, cùm à Rege auocatus, & domũ ſuã petere iuſſus; tamẽ *dormiuit ante portã domus regiæ cũ alijs ſeruis Domini ſui*.2. Regum.11.9. & iterum.13. *Egreſſus veſpere, dormiuit in ſtrato ſuo cum ſeruis Domini ſui, & in domum ſuã non deſcendit*. Diximus antẽ ſuperiùs appellatione *ſeruorum regis* peculiariter indicari ſatellitiũ regium ex Cerethi & Phelethi.

Denique numerus ille ſexagenarius huiuſmodi ſatellitũ à quibuſdam accipitur pro indefinito numero; quaſi diceret, multi aut plurimi; nã definitus ille ſexaginta ſatellitũ numerus lõgè inferior videtur, quàm pro maieſtate regia; præſertim ſi conferatur cum trecentis illis numeroſiſſimis iuuenibus regum Lacedæmoniorum cuſtodibus; aut cum *ſacris alis* equitum: inter quas medius Rex Macedo procedebat; aut cum mille illis Perſarum regum cuſtodibus. Sed quidem cùm loco eo non recenſeatur vniuerſa regiorum ſatellitum cuſtodia, aut comitatus (de

hoc

Præſtãtiſſimi nonniſi pauci.

A hoc enim diximus cùm de legionibus Cerethi & Phelethi, & cùm de Salomonis proceſſu in publicum) ſexaginta illos præſidio numero intelligo, qui lectiſſimi eſſent, atque fortiſſimi ex vniuerſo ſatellitio; neque enim magna ſemper copia eſſe poteſt hominum excellentiſſimorum ſiue corporis, ſiue animi viribus; præſertim cùm non ampliùs quàm triginta nobiliſſimi, atque fortiſſimi Dauidis regis viri numerentur. 2. Regum. 23. 23. & ex triginta illis ſelectiſſimis *tres robuſti*, Gibborim, Gigantes *fortiſſimi*. Fuiſſe autem illa numero ſexagenario peculiarem ſemper religionem & ſacrum cultum indicat Auguſtinus lib. 83. quæſtionum. cap. 55. & quæſtionum Euangelicarum lib. 1. c. 9. & 12. Ambroſius initio libri de viduis, & ex alijs Petrus Bongus, in ſuis Numerorum myſterijs. Et mirum quòd eum numerum amaſſe videatur Salomon qui longitudinē templi, ſexaginta cubitis definiuit; cibos familiæ quotidianos, ſexaginta coris farinæ; ex ſeptingentis vxoribus, ſexaginta reginas ſelegit; Denique ex vniuerſo ſatellitio, lectiſſimos ſexaginta Gigantes.

Sexagenarius numerus in honore. *Auguſt.* *Ambr.* *Bongus.* Sexagenarius numerus cultus à Salomone.

B

CAPVT XIV.

Reginæ Saba ad eum inuiſendum aduentus.

Ad caput 10. 3. Reg. Regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum, &c.

NVllum ſanè gloriæ & magnificentiæ Salomonis magis vel præclarū, vel magnificū teſtimonium, quàm quod Regina Saba, opulentiſſima pariter ac ſapientiſſima fœmina, tum longo ac difficili ſuſcepto itinere, tum iudicio, & prædicatione coram exhibita, grauiſſimè, & ſecundum fidem & religionem ſanctiſſimè, impertita eſt. Quippe illam ſapientiæ prope diuinæ conſtans, ſummaque omnium ſermone increbreſcens fama, auditione primum commouit; deinde illius videndi ſtudio accenſam, & penitus è ſui ampliſſimi imperij ſede emotam ad peregrina regna euocauit: videntem & ſtupentē ad tantum miraculū admirabilis ac prope beata Salomonis ſpecies, ac in ſermone etiā audientem & admirantem inaudita regis in aureo & eburneo throno docentis eloquentia detinuit: aſpicientem ac penitus defixam, regiæ domus amplitudo & maieſtas, ſeruorum regalis quidā ſplendor & nobilitas, templi auguſtiſſimi ſanctitas, ſacrificiorum ſtatorum ſolennitas tenuit; poſtea, vt toto corpore & animo, vocis contētio oi aſſeruiens, maius aliquid exclamando, debitum tantæ virtutis & ſapientiæ magnitudini præconium tribueret ſempiternum, effecit. Res profectò digniſſima quæ particulatim & in ſacra hiſtoria narraretur, & à nobis enarretur.

C

D

E

I. Quæ, cuius nominis fuerit.

1 *Saba non Regina, ſed regionis nomen.* An *Nicaule, aut Nitocris.*
2 *An potius MaKeda. Candaces commune Reginis Aethiopiæ nomen. Illuſtratus Lucas.*
3 *An regina Saba una ex Sibyllis.*

A FALLITVR apertè Sabellicus Aeneade 1. li. 9. & Tiraquellus lege 11. cōnubiali, vbi de Nicaula; cū propriū huius reginæ nomen exiſtimant eſſe Sabam; vniuerſis rerum ſacrarū tractatoribus, non pro Reginæ, ſed pro regni regionisve nomine accipientibus. Atque in ijs, vt potè in ſacris hiſtorijs exercitatioribus minùs hoc erratum ferendū, quàm in profano ſcriptore Pauſania, cuius quoque errorem ſimilem paulo poſt ſubijciemos. 3 *Sabellicus.* *Tiraquell.*

Nicaulem nominat Ioſephus, & qui Ioſephū deſcribunt, Petrus Comeſtor, Philippus Bergomēſis in ſuo Supplemēto, aliique recētiores: idq; Ioſephus, ex Herodoto cōfirmari exiſtimat, qui nimirum lib. 2. tradit cùm *trecenti triginta reges poſt Minaum Memphis conditorem deinceps ſucceſſerint, poſt hos mulier imperium arripuerit nomine. Nicaule* Sed cùm cætera in Herodoto inueniam, *Nicaulē* nō inuenio, ſed eius loco *Nitocrim*. Hæc verba Herodoti *Poſt hunc Minaum recenſebant è libro ſacerdotes nominatim alios trecentos, ac triginta reges. In quibus tot ætatibus hominum decem & octo fuiſſent AEthiopes, & una mulier alienigena, cæteri viri AEgyptij: Mulieri, quæ regnauit, fuit nomē idem quod Reginæ Babyloniæ Nitocris.* Porro de Nitocri Babyloniæ egerat idem Herodotus lib. 1. Ex quo Moncæius in ſua quinta Lucubratione in Cantica, Nitocrin appellatam cēſet noſtram hanc reginam. ſicut enim reliqua Herodoto Ioſephus refert accepta, ita & eius reginæ nomen ab eodem Herodoto peti debere. vbi obiter itē notandus Ioſephus, &, vt videtur, corrigendus: cùm enim ſcribat, Herodotum, *non recenſere nomina Regum AEgyptiorum, ideo quia Pharaones vocati ſunt omnes*: tamen ſanè Herodotus alios *trecentos ac triginta reges nominatim, cenſitos a ſacerdotibus* ſcribit, & nulla aliqua communi appellatione eos inuoluens. *Ioſephus.* *Comeſtor.* *Bergomēſis.* *Herodotus.* An Nicaule, an Nitocris. *Moncæius.* *Ioſephus.*

Sed neque Nicaulē, aut Nitocrin appellatam Reginā Saba; immo potiùs *Makedam* nomināt rerum Aethiopicarum Scriptores de quo vidē dns Ioannes Barrius de rebus Perſicis, Decade 3. li. 4. c. 2. Et quidem Genebr. Anno mūdi 3150. vtroq; nomine Makedam, vel Nicaulam appellatā vult. Ego verò neutro nomine: quippe, tum quæ Ioſephus de hac regina tradit, reliqua fere, non ſolùm incerta, ſed & falſa ſunt: quare erit ēt nomen fictitium: tum quia illæ etiam hiſtoriæ AEthiopicæ eadem incertitudinis & ſuſpicionis falſitate laborant, vt iam conſtabit. 2 An vocata Makeda. *Barrius.* *Genebrar.*

Illud veroſimilius, quòd, ſi fuit Regina AEthiopiæ, vt multi contendunt, cui Cādaces regina ſucceſſerit, cuius fit mentio, Actuū 8. 27. etiā noſtra hæc regina gauiſa fuerit illa cōmuni Reginarum AEthiopiæ appellatione, qua omnes *Candacæ*, ſiue *Candaces* dicebantur, vt eo loco agnoſcunt plerique interpretes; & ſciri poteſt ex Plinio lib. 6. 29. cùm ait: *In Meroe regnare fœminā Candacem, quod nomen multis iam annis ad reginas tranſiit*: Et ex Strabone lib. 17. ſcribēte de *Regina Cādace, quæ per ea tempora Aethiopibus imperabat, virili ſanè muliere, altero oculo capta.* Quā nō eſſe eā dē illam Reginā Philippi, & Eunuchi, ſed aliā, de qua itē ſcribat Dio. li. 54. eo loco obſeruat Caſaubonus, quippe nomē cōmune multis. At obſeruata ēt tēporū cōputatione hanc ipsā de qua ſcribit Strabo, eſſe illā, de qua ſcribit Lucas, Actuū. 8. cōtēdit vir hiſtoriæ peritiſſimus Barrius, Decade 3. lib. 4. c. 2. quod minimè videtur abſonum vero. Sed hæc de nomine, vt non prætereūda, ita non plus nimio vrgenda. Cādace cōmune nomē Reginarū Aethiopiæ. *Plinius.* *Strabo.* *Dio.* *Caſaubonus.* *Barrius.*

A Illud eum oomine,& cum re item facit, quod Cedremus in ſuo hiſtoriarum compendio ſcribit, reginam Saba illam eſſe, quæ à Græcis Sibylla dicta fuit, eandemque ob ingenij promptitudinem, ſapientiamque, & rerum multarum peritiam magni tunc fuiſſe nominis; ſed quænam Sibylla, aut vnde eam opinionem hauſerit Cedrenus, tacet. Certè Pauſanias lib. 10. ſic ſcribit, *Inſatidicarum fœminarum numerum conſcribunt. Hebræi, qui ſupra Palæſtinam ſunt, ſecundum Demogentilem ſuam Sabam nomine, quam Beroſo Patre, matre Erymanthe, genitam tradunt: hanc alij Babylonicam, ægyptiam; alij Sibyllam vocant*. Atque eodē Sibyllæ nomine indigetari videtur in manuſcripto Græco Bibliothecę Auguſtinę, vbi agitur de ligno crucis, vt inferiùs adducemus.

Cedremus. An fuerit Sibylla. Pauſanias.

B

II. Cuiuſnam fidei, & Religionis ea Regina fuit.

4 *Qui reginam Saba Ethnicæ ſuperſtitioni addicāt. Eccleſia ex gentibus figura.*
5 *Qui ſanctam in natura lege aſſerant.*
6 *Studioſam veræ religionis, & ſanctam, atque ad Eccleſiam pertinuiſſe.*
7 *Quid ſit veniſſe in nomine Domini. Dei nomen, auxilium & virtutem. Illuſtratus locus Regum & Eccleſiaſtici.* C
8. *An obtulerit templo dona. Ethnici Hebræorum templum honorantes.*

4 BARRIVS ex Abaſſinorum æthiopū hiſtorijs ait illam fuiſſe idolorum ſuperſtitioni deditam: ſed tamen ſapientiæ ſtudio famā à Salomone vera fide & religione inſtructam. Idem indicant, qui primùm *Barbaram & peregrinam* appellant: Chryſoſtomus hom. 31. in cap. 12. Matth. gentilem appellat. Hilarius in id Pſal. 121. Ad confitendum nomini Domini, cum peccatoribus Niniuitis, ſed pænitentiam agentibus comparat: *In quibus* (inquit) *præfiguratio Eccleſiæ eſt, quæ peregrina, & incognita, & pænitentia credidit & ſapientiam deſiderauit audire*. Idem indicat Nyſſenus hom. 7. in Cant. hoc æthiopiſſæ myſterium exponens, quemadmodum *relicto regno æthiopum, & tranſmiſſo tanto, quod intercedebat ſpacio, accedens ad Salomonem, propter famam ſapientiæ, gemmis & auro, vnguentiſque pretioſis regem honorifice proſequens, ad Euangelicum aſpexerit miraculum, nimirum ex Idolatria & gentibus, procul a vera cognitione habitantibus, conuerſa*. Irenæus li. 4. cap. 45. *ſubiecta eſt annuntiata ſapientia per ſeruum Dei*. Iſidor. in Allegorijs 3. Reg. in alienâ religione educatam fuiſſe indicat: Populi (inquit) ſui & paternæ domus oblita, currebat cum barbara gente non animo, quæ in aperto peregrina, ſed tantùm in occulto ſanctorum fieri ciuis optabat. Vnde non ſolùm præmio cæleſti reſurrectionis beata, ſed etiam poteſtate Apoſtolica de Iudæis adulteris iudicandis ipſius ore iudicis digna cenſetur, Chriſtum in Salomone mirata. Rupert. In 3. Reg. cap. 30 videtur illam dicere priùs fuiſſe, non tam Reginam, quàm dæmonum ancillam: Maldonatus dicit *Barbaram*. Frāciſcus Lucas Matth. 12. appellat *fœminam gentilem, & in ſchola Dei minimè educatam*.

Barrius. Fuiſſe idololatram, aliorū opinio. Chryſoſt. Hilarius. Nyſſenus. Irenæus. Iſidorus. Rupertus. Maldonat.

D E

5 Cæterum alij indicant, ſanctè & incorruptè vixiſſe. nam Theodoret. q. 32. in 3. Regum. ſic de hac fœmina loquitur. Ego recordatus ſum doctrinæ Apoſtolicæ quæ eos eſt admirata, qui ſine lege ſunt iuſtificati; quando enim (inquit) gētes, quæ legem non haberent, natura quæ legis ſunt, faciunt, ij legem non habentes ſibi ſunt Lex. Ipſa enim cùm eſſet alienigena, & neque diuinam accepiſſet legē, neque propheticam percepiſſet agriculturam, contenta fuit lege naturæ, & admirata fuit iuſtitiam, & iuſtum accepit iudicium. Ambr. præterea Luc. 11. indicat illam non peccaſſe. de illa enim, & de Niniuitis agens in myſterio ait: *Ex duobus conſtat Eccleſia, vt aut peccare neſciat, aut peccare deſinat. Pænitentia enim delictum [illegible], Sapientia cauet*. quæ verba tranſlata ſunt in Gloſſam ordinariam. At Nicolaus inde ſibi perſuadet fuiſſe veri Dei, veræque religionis cultricem, quòd dicatur *veniſſe in nomine Domini*. ſequitur Dionyſ. eodem loco. Et fere eodem modo Abul. quæſt. 3. colligit veniſſe non ſolùm ſtudio experiendi Salomonis ſapiētiam, ſed etiam deuotione verum Deum adorandi, & oblatis etiam muneribus colendi. Nihil enim magnam, neque tanta Chriſti Domini laude dignum, ſi pro ſolo Salomone videndo tātum itineris laborem ſuſcepiſſet. In eodem AEthiopiæ principatu Candaces alia, miſſis etiam per Eunuchum regalium Theſaurorum præpoſitum, pretioſiſſimis donis, iuſſit verum Deum Hebræorum ſuo nomine vt adoraret in ſancta ciuitate, & templo, vt videatur id feciſſe priſco noſtræ Reginæ exemplo edocta.

Theodor. Ambroſ. Nicolaus. Dionyſius. Abulenſis. Regina Cādaces.

Ego certè *ſanctam, & electam fœminam* cum Beda & *admirabilem, & a Chriſto commēdatam*, cum Theodoreto appellare non dubitem; quæcumque tandem antea fuerit. nam poſt aduentum in vrbem. eius fidem & ſanctiſſimi animi vota, illæ voces cumulatiſſimè ſignificant 3. Reg. 10. 9 *Sit Dominus Deus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper Thronum Iſrael, eo quod dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam*. Neque item dubitem cum Ioanne Lango in ſcholijs Iuſtini martyris, in orat. ad Anton. Pium. hanc reginam annumerare cū Ruth Moabitide, Rahab Chananitide, Hiramo Tyrio, atque alijs, etſi non Hebræis, Hebræorum tamē Dei cultoribus; & quodammodo Chriſtianos etiam eôs omnes nominare, quippe fidei in Chriſtum nō exortes. Qua etiam ratione Epiphan. initio ſui Panarij vult Adamum *Chriſtianiſmi formam habuiſſe*. Vide quæ diximus Commentarijs in Iob. cap. 1. verſ. 1. vbi de Iobi & Huſſitaroni fide & religione diſputauimus; & ad Eccleſiam Dei pertinuiſſe, præter Hebræos, multos alios oſtendimus. Cū quo etiam facit quod Arabes, vt Genebrar. ait, Anno mundi 2239. à quibus liber Iob fuit acceptos; Madianitæ, apud quos Iethro erat ſacerdos; AEthiopes, qui Dei cultum à filijs Abrahę, ex Cetura acceperant: veri Dei fidem & religionem retinuiſſe videntur, ex quibus ad Reginam Saba ſiue Arabem, ſiue AEthiopiſſam deriuari potuit.

6 Beda. Theod. Admirabilis fœmina. Langus. Epiphan. Adamus Chriſtianiſmi formā ſeruans. Genebr.

7 Illud verò quod de *nomine Domini* Nicolaus & Abulenſis dicebant, minùs ſolidum; quippe quanquam cum aduentu ipſius Reginæ coniungeretur, & diceretur *veniſſe in nomine Domini*, nihil aliud efficere, quā, Deo inſpirante, & excitāte, profectionem ſuſcepiſſe: aut eam rem totā diuina prouidētia atque virtute cōfectā. Sed vt bene obſeruat. Caiet. *nomen Domini*, potiùs pertinet

Nicolaus. Abulenſis.

A net ad Salomonis ſapientiam, & famam: vt ipſa diſpunctio Hebrea, Græca, Latina apertè oſtendit. Septuag. *Regina Saba audiuit nomen Salomon, & nomen Domini.* Alij. *Audiuit nomen Salomonis, & nominis Domini:* Tigurina: *Famam Salomonis in nomine Domini.* Eleganter ſupplet Vatabl. *Eorum quæ faciebat in nomine Domini non idolorũ ope.* Ego propter *lamed*, nimirum articulum 3. caſus, licèt eodem ſenſu, ſic lego: *Audiuit famam Salomonis nominis Domini* q. d. totam tribuendam *nomini Domini.* Accepit, inquam, Deum mirabilia in Salomone operatum, ac nihil in illo non diuinum conſpici: vel, etiam ſimul cum Sapientiæ Salomonicæ prædicatione, & fama diuulgatum fuiſſe illam diuinitus accepiſſe, nõ induſtria aut labore humano acquiſiuiſſe, vt ſolebant Magi

Lamed articulus tertij caſus.

Nomen Domini quid.

B & Philoſophi. Frequens verò in Scriptura vt *nomen Domini* ſignificet *Dei* numen, auxilium, virtutem. Hæc verò phraſis lumẽ accipit ex 3. Reg. 8. 41. *Alienigena qui non eſt de populo tuo, cùm venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extẽtum vbique) tu exaudies*, &c. Et Eccleſiaſt. 47. 19. De ipſo Salomone; *Mirata ſunt terræ, & in nomine Domini Dei, cui eſt cognomẽ Deus Iſrael*; Quod manifeſtam affert colluſionẽ cum ingenti admiratione reginæ Saba, *audita fama Salomonis in nomine Domini.* Mirum quanta tunc Salomonis pietas ſuam omnem ſapientiam referentis in Deum, ac palam prædicantis, *Omnem ſapientiam a Domino eſſe, & cum illo fuiſſe ſemper: De ſede ſupremæ maieſtatis ad ſe miſſam, vt ſecũ eſſet ac ſecum laboraret.* Ergo cùm Salomon nõ inſtar aliorum ſapientium, ſapientiam ipſe ſuam minimè ſibi arrogaret, ſed totam tribueret *nomini Domini*; nõ minùs huius rei, id eſt, quòd homo ſapientiſſimus animi ſimul demiſſione, atq; pietate excelleret (quod pro miraculo erat) quã ipſius admirabilis ſapientiæ fama longè latèque percrebuit.

Illuſtris alluſio.

Salomon ſuã ſapientiam referens Deo. Eccleſ. 1. 1. Sap. 9. 10. Salomõ ſapientia ſimul, & animi demiſſione præſtans.

8 Quod addebat item Abulenſ. veniſſe adoratum, *& cum muneribus, religionis ergò*, incertũ. Quòd ſi ea de re conſtaret, non continuò de illius fide & religione conſtaret. nam Ethnici nõ pauci, Deum Hebræorum, ſi non, vt oportuit, tamen miſſis muneribus, atque oblatis etiam ſacrificijs, coluerunt, vt de Alexandro ſcribit Ioſephus 11. Antiquit. c. vlt. de Cyro, Eſdras lib. 1. c. 12. de Dario 1. Eſdræ 6. 8. de Artaxarxe 1. Eſdr. 7. 15. de alijs quoque Ioſeph. 2. Antiq. c. 3. & lib. 16. c. 19. Et Scriptor 2. Machab. c. 3. q. 2. *Fiebat vt & ipſi reges, & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent.* Quo loco ex Ioſepho, Gorionide, & alijs, videndus Serarius.

Abulenſis.

Ethnici Deum Hebræorũ colentes muneribus.

Ioſephus.

III. Cuinam regioni imperitauit.

9 *An ea vnius vrbis, an potiùs totius Auſtri Regina.*
10 *An Aegypti & Aethiopiæ imperitans, an tantùm inſulæ Meroë.*
11 *Quondam imperia anguſta. Non videri amplioris imperij dominam, quam Salomonem.*
12 *Non regnaſſe in Aegypto, neque circa Aegyptum.*
Quandiu vixerit Pharao Salomonis ſocer.
Quo Salomonis anno aduenerit Regina.

A HAbet ea res dubitationem, quòd non eodem ſemper modo noſtra hæc Regina in ſacra hiſtoria cognominetur: licèt enim certum ſit fuiſſe *Reginam Saba*, vt in lib. Reg. & Paralipom. ſcribitur: At cuiuſnam *Saba?* vrbiſne an regionis? quòd ſi regionis, Africanæ an Aſiaticæ? de quo plura ſequenti dubitatione. Matth. 12. 42. Lucæ 11. 31. nominatur à Christo Domino *Regina Auſtri*. Quo loco Ioannes Maldonatus exiſtimat, eam reginam longè latèque imperium habuiſſe, non enim alioqui à tota mundi meridionali plaga, ſed ab ea ciuitate in qua regiã habebat, vt Scriptura alijs locis facere ſolet, appellaſſet. Quod à Chriſto certo conſilio factũ arbitratur, vt eius

9 An Regina Imperij Auſtralis.

Maldonat.

B Reginæ maieſtatem, amplitudinèmque declararet. Pertinebat enim ad rem, vt Reginæ Saba potentia declararetur, quo eius magis commendaretur factum, quòd tanta Regina, tam longè venerit, vt Salomonis ſapientiam audiret. Quod ſpecioſè & acutè à Maldonato dictum eſt. An etiam verè & ſolidè, dicemus ſtatim. Ioſephus lib. 8. Antiquit. c. 2. ſcribit. Reginam hanc fuiſſe Aegypti, & Aethiopiæ, atq; poſt Pharaones omnes, nimirum trecentos, ac triginta, primam fœminam in Aegypto regnaſſe. Porro Aegyptus & Aethiopia incredibilis cuiuſdam magnitudinis ditionem efficiunt.

Ioſephus.

10 E contrario verò Ioannes Barrius loco iam indicato, non tã regionis, aut prouinciæ alicuius, C quàm inſignium aliquarum vrbium reginã fuiſſe exiſtimat: ita vt Regina fuerit non Aethiopiæ regionis, ſed Aethiopiæ vrbis, quæ eſt iuxta Inſulam Meroen. Alioqui alij etiam tũ Aethiopiæ reges appellabantur; tum præterea potuit appellari Regina Saba à portu Sabath Meroe vicino, a que hanc Sabath, quæ ſub Aegypto eſt, arbitratur Barrius eſſe illam, quam Moyſes Pharaonis iuſſu, facta expeditione obſedit & cepit, vt narrat Ioſeph. lib. 2. Antiq. c. 5.

Barrius.

An tãtùm Domina aliquarũ vrbium.

Ioſephus.

11 Ego media via incedendum exiſtimo, vt neque velimus tam longè latèque imperium habuiſſe Reginam Saba, vt vniuerſo Auſtro imperitauerit. Præterquam enim quòd tunc imperia huiuſmodi rariſſima erant, neque alia commemorentur D quàm illa quatuor apud Danielem, Kaldæum, Perſicum, Græcum, Romanum. fieret profectò ab hiſtoriographis mentio tam longè patẽtis principatus, qui in vniuerſum Auſtrum porrigeretur: Tunc verò temporis frequentiſſimi erant Reges, ac regna infinita, antequam vis & potentia fortiſſimorum Ducum ex plurimis imperium vnum conſtituerent. Neque videtur veroſimile Reginam Saba amplioris regni dominatam, quàm Salomonem; qui tamen non valde ampli tractus rex fuit. Denique tunc reges ampliſſimi & potentiſſimi, non alij quàm Pharaones erant.

Media & tutior ſententia.

Quõdã Imperia rara, regna frequentia.

Regina Saba non potentior Salomone.

Neque verò obſtat quòd dicatur *Regina Auſtri*: quis enim ignorat cũ huiuſmodi mundi re- E giones in Scriptura nominãtur, nõ vniuerſas intelligendas, ſed partem aliquã pro toto ſicut & Danielis 11. cùm nominatur *Rex Auſtri*, non eſt neceſſarium Imperatorem aliquem maximum totiùs Auſtri ſignificari. Satis enim eſt priuatũ aliquem regem ex parte Auſtrali, cuiuſmodi eſt rex Aegypti, de quo eo loco ſermonem fieri, auctorum quorundam interpretatio eſt. Porro ſatis habet virium Chriſti Domini aduerſus Iudæos incredulos argumentum, ſi Regina Saba, non omnino imperatrix maxima, ſed ſi vel regula fuiſſet, & audiendæ ſapientiæ, atque Salomonis

Synecdoche.

A lomonis videndi deſiderio excitata, *veniſſet à finibus terræ*.

12 Secundùm cenſeo, eam reginam minimè in Aegypto regnaſſe; neque circa Aegyptum. Quare Ioſephum refellunt Abulenſis 3. Reg. 10. Pater Salmeron. tom 8. tractatu 18. Barrius loco indicato; nam fieri non poteſt, vt ſocero Salomonis Pharaoni hæc regina ſucceſſerit; hæc enim fuiſſet vel Pharaonis filia, vel vxor, vel aliqua eum Salomonis vxore cognatione coniuncta; vel, per vim, Aegypti regnum, Salomonis tempore, & Pharaone vel defuncto, vel interfecto, occupaſſet: quod profectò minimè tacuiſſet Scriptura. Accedit quòd Pharao Salomonis ſocer ſuperuixiſſe videtur vſque ad inſtauratam Gazer, quam ipſe Pharao obſeſſam, captam, ſuccenſam, B filiæ ſuæ Salomonis vxori, in dotem tradidit 3. Reg. 9. 16. Porro in hoc ipſum tempus, id eſt, iã elapſis viginti annis regni Salomonis, poſt ædificatum templum & ædes regias, videtur inciſiſse aduentus Reginæ Saba. Quam neque tunc recèns Reginam factam, rerùmve potitam fuiſſe credendum eſt, ſed multo antequam Salomonis ſapientiæ fama increbreſceret. Ad hæc, quoniam eùm longinqui itineris ſuſceptio apertè ſignificatur à Christo Domino dicente, *veniſſe à finibus terræ*, credendum eſt, neque ex vicina Aegypto, neque ex regione contermina, ſed ex longè latèque remota regione profectionem obiiſſe.

Abulenſis. Salmeron. Barrius. Reginã Saba non imperaſſe in Aegypto.

Quandove nerit Regina.

C Tandem, quod tradit Ioſephus, in Salomonis ſocero Pharaonum nomen principatùmque defeciſſe, ex eo ſatis refellitur, quòd Ezechiæ tempore 4. Reg. 18. *Pharaonis* mentio fit & 4. Reg. 23. regnat in Aegypto, non fœmina, ſed rex Nechao. & Ezechiel Propheta c. 29. ex Dei nomine & perſona minatur *Pharaoni draconi magno cubanti in medio fluminum*; ſed an in vna Saba, an verò in vtraque, non vulgarem, ſed præ cæteris eximium amplùmque dominatum habuerit, ſequenti dubitatione exponendum.

Ioſephus refutatus.

IIII. An ea fuerit Regina Saba שבא an Zeba. סבא

13 Saba & Zeba pronuntiatione ſimilia. Virorum nomina, poſtea regionum aut vrbium in Africa, in Aethiopia, in Arabia Felici.

14 Sabæi Arabici, Perſici, Indi. Et à quibus propagati.

15 Zeba ſignificare Sabæos Aethiopes, ex quibus fuerit Regina, plurimorum ſententia.

16 Zeba ſignificare Sabæam Arabicam, aliorum opinatio.

17 Illorum nominum diſcrimen contemni & confundi. Omnes Sabæos ad Arabiam pertinere.

18 Propria illorum nominum notio & etymologia à tranquillitate vel opulentia. Explicati Iſaias & Ezechiel.

19 Reges Aethiopiæ in vtramque Sabæam dominati. Regina Saba potiſſimùm Arabica.

13 COnſtat, hæc nomina, quamuis pronuntiatione & ſono perſimilia, orthographia diſtingui; fuiſſe idem duorum virorum nomina, nempe *Ceba* filij *Cus* alterum: Alterum verò Seba, filij Regma nepotis Cus, Geneſ. 10. Tertius item Seba nepos Abrahæ ex Cetura, Geneſ. 25. 3. eiuſdem nominis cum illo Regma. Hi dederunt item nomen primùm vrbibus, deinde regionibus, quæ manifeſto cum diſcrimine ponuntur; Pſal. 71. 10. [Reges Arabũ & Saba dona adducent.] Quod in originali eſt, [Reges Seba, & Ceba.] Fuere autem ſiue vrbes, ſiue regiones huius nomini diuerſæ in Africa & in Aſia, id eſt, in Aethiopia Abyſſina, Africana Auſtrali ad mare Rubrum, vbi Strabo lib. 16. cõſtituit portum Saba, & vrbem ampliſſimam Saba in ora ſinus Arabici Aethiopici; cum quo facit quòd Iſa. 43. 3. & 45. 14. hæc tria confunduntur, [Aegyptus, Aethiopia, & Saba,] quæ iam sũt nomina nõ vrbium, ſed regionum. Eſt præterea in Sabæa Arabica, vrbs itẽ Saba, quæ toti regioni nomẽ dedit in Arabia Felici; quod diſertè tradit Agatharchides. lib. de Mari Rubro c. 50. qd de *Sabæis* inſcribitur; apud Photij Bibliothecã; [Saba (inquit) oppidum totius gentis appellationem indicans, monti incumbit non magno, omnium in Arabia pulcherrimum.] Itaque eiuſdem Sabæ, Sabæorum metropolis in Arabia Felici meminit Ptolomæus: ex eâque myrrhã, caſiã & cinnamomum haberi aſſerit Theophraſtus. Poſſemus & tertiam addere Sabam Arabiæ deſertæ vrbem, cuius meminit Guillãdinus, in ſuo de Papyro cõmentario, & ſub nomine *Sabæ* meminit Ptolomæus. Sed vt hęc minùs celebris, ita in controuerſiam minimè venit.

Vrbes à viris Seba de nominatæ.

Strabo.

Agatharchides.

Ptolomæus. Theophraſt.

Guillãdin.

14 Rurſus Aſiatici illi Sabæi in triplici differẽtia à quibuſdam viris doctis conſtituuntur; vt quoſdam appellent Sabæos Arabes; nempe qui in Arabia Felici ſunt ad ſinum Arabicum; alios Sabęos Perſicos, qui in eadem Arabia ſunt ad ſinũ Perſicum; tertios, qui in India ſunt, quos Sabęos Indos appellare licet. Proculdubio hos notauit Hieronymus Iſa. 60. ſuper id. [Madian, & Epha] dicens [Sabęos eſſe trans Arabiam.] & Ioelis. 3. ſuper id. [Sabæis genti longinquæ;] dicens, [Sabæos eſse trans Indiã.] Hos ratione dicta diſcernit Matthæus Beroaldus lib. 4. ſui Chronici. Sequitur Ioannes Stukius in Scholijs ſui Peripli maris Erythręi. vbi de Sabaitis. Pererius in Gen. c. 25. verſ. 5. Et quidem triplices iſti Sabæi tribus illis viris huius nominis, quos nuper recenſebamus, opportunè reſpondebunt.

Aſiatici Sabæi.

Hieronym.

Beroaldus. Stukius. Pererius.

D Sed iam tota controuerſia de Sabęis Arabicis & Perſicis eſt. nam Indi Sabæi, vel ex illo Abrahæ nepote originẽ ſumpſerunt, vt Pererius vult poſt Beroaldum; qui ex Dionyſio apertè demonſtrat Sabæos quoque in India reperiri; vel certè Sabæi Indi colonia fuerunt illorum Sabæorum Arabicorum atque Perſicorum, vt non temerè ſuſpicatur Stukius.

Sabæi Indi coloniæ Arabum, aut Perſarum.

Beroaldus. Dionyſius.

Ergo ingens ſiue varietas, ſiue contentio, vter Seba ex duobus illis viris Gen. 10. nomen & genus dederit Sabęis Arabibus, Aethiopicíſve, aut Perſicis, & hi ipſi Aethiopici, aut Arabes viro nomine ſignificentur Saba, per ſin, an verò per ſameeh.

Status controuerſiæ.

E Prima plurimorũ factio vult Ceba, p Samech, indicare Sabæos Aethiopes, atq; huius Ceba, & Aethiopiæ noſtrã reginã imperiũ tenuiſſe: at Seba per Sin, ad Arabiam attinere, & ad noſtram reginam minimè pertinuiſſe. Hanc ſententiam tribuunt Ioſepho lib. 2. Antiq. c. 5. conſtituenti Saba in Aethiopico. Sed ſanè apud Ioſephũ nõ reperitur. Docent tamen in nominũ diſcrimen, R. Dauid in Comment. Ezec. 23. 42. & videtur ſequi Pagninus in Theſauro. R. Mardochai in ſuis Concordantijs, Complutenſes, Reuchlin. Forſterus. Auenarius in lexicis. Eugub. & Honcal. Gen. 10. Vatabl. cum Tigur. Pſ. 71. 10. Legentes, 19

Prior ſententia.

R. Dauid. R. Mardochai, & Hebræi alij.

Reges

Reges Saba Arabica, & Ceba Aethiopica. ſicut & A Montanus in paraphraſi Pſal.71.

Montanus.

Huic Reges Arabum debita proferent
Dona, huic Aethiopes Saba.

Nebienſis. Ianſenius. Sà. Maluenda. Fran. Lucas. Cognatus. Hieronymus.

Nebienſis etiam legens ex Hebræo; *Reges Arabum & Aethiopes.* Ianſen. eodem loco Forer. Iſai. 43.3. Emanuel Sà. 3. Reg. 10.1. Maluenda de Antichr. lib.3.c.13. Franciſcus Lucas, Matth. 2. nu. 1. Ioannes Cognatus de Proſperitate Salomonis. cap. 6. Et proculdubio hoc idem diſcrimen agnouit & probauit Hieronymus in Quæſtionibus Hebraicis, tribuens *Ceba* Sabæis oriundis à filio Cus; *Saba* verò, Arabibus. quod & indicarunt Septuag. pro Seba legentes *Arabes*. Pſalm. B 71. &, vt videtur, relinquentes *Ceba* Aethiopibus.

16 Secunda ſententia. Genebrar. Dauid de Pomis. Iſtella.

Secunda aliorum factio appellatione priori Ceba per ſamech ſignificari Arabiam Sabæam; *Seba* verò per *ſin* Sabæam Aethiopicam. Huius ſunt Genebrardus Pſalm. 71. Marinus in ſua Arca, Dauid de Pomis, in ſuo Pomario, Iſtella Geneſ. 10. not. 24. & 29. Hanc eſſe frequentiorē ſententiam idem ipſi auctores teſtantur; cui ſi firmiter hereant, dicendum quoque illis erit huius Aethiopicæ Sabææ Reginam fuiſſe hanc noſtram, vt cuius regni nomen per ſin, ſcribatur: ſic certè luditur ab auctoribus in his nominibus ac nominum ſignificationibus, & vſu, pro cuiuſque libito.

17 Nō magnopere curandum in Hebræo diſcrimē litterarum permutabilium.

Ego in meis comment. in Iob. c. 1. verſ. 5. vbi de Sabæis abactoribus gregum & armentorum Iobi diſſerendum mihi fuit, dixi non magnopere curandum, diſcrimen horum nominum iiſdem fere litteris, & permutabilibus, conſtantium, quia & ſi diuerſis litteris, at ſanè illis permutabilibus differunt: ac nunc iterum idem illud diſcrimen contemnendum aſſero: ac potiùs ex ſubiecta materia, & alijs circunſtantijs coniectandum, de quo loco aut prouincia ſermo ſit, quàm ex nudo ipſo vocum diſcrimine: cuius rei multas neque infirmas habeo coniecturas.

Prima illa eſt, quòd ipſi Septuag. videntur differentiam illam vocum neglexiſſe, Pſal. 71. vt eo loco fatetur Genebrardus, dicens confudiſſe interpretes ea nomina. Quare alterum tāquam expoſitio alterius accipi non incongruè poteſt, vt Arabes & Saba nihil aliud ſignificent; quàm Arabes Sabæos; non eſt enim inſolens in Scriptura priori nomini vniuerſaliori ſpecialius aliud ſubiungere, ad rem eandem bis, ſed cum decore ſignificandam. Sic locum pſalmi accepit Tyroboſcus in ſuis vocum Hebraicarum differentiis, & ſapienter noſter Crucius in ſua Latina Poëtica interpretatione rem ſubodoratus dixit:

Soles Scriptura nomini vniuerſaliori ſpecialius ſubiūgere. Tyroboſcus. Crucius.

Sacra thuris
Dona ferent Arabes Sabæi.

Vtrique Sabæi in Arabia Felici [illegible] Pererius. Beroaldus. Stukius.

Secunda, quoniam viri docti vtramque gentem Sabæam, *Ceba*, & *Saba*, in eadem regione Arabiæ Felicis collocant, Matthæus Beroaldus lib. 4. Cronicon. Pererius 25. in Geneſ. Mercer. Gen. 10. & in theſauro. Ioannes Stukius in Periplo maris Erythræi, iam indicato. Quoniam verò ipſa Orthographiæ ratio diuerſorum nominum tantùm parua quadam ſoni inflexione, & litterarum ſimilium & permutabilium exigua differentia conſtat; fit ſanè vt res ipſæ ſignificatæ, id eſt, vtrique Sabæi vicini ac loco affines A exigua quadam locorum inflexione diſtent, nimirum vt vni ad vnum mare, id eſt, ad ſinum Arabicum, alteri ad alterum ſinum Perſicum vergentur.

Nomina Hebraica ſimilia indicāt rerū ſimilitudinē cum differentia.

Abulenſis. Iſtella.

Hieronym. 18

Tertia, quoniam Latini manifeſtè contemnunt differentiam horum nominum, & rem eādem ſignificari vtraque originali voce intelligunt, vt aſſerit Abulenſ. 3. Reg. 10. 9. 2. Iſtella Geneſ. 10. not. 29. Fatetur inter vtramque Sabā nullum à profanis ſcriptoribus diſcrimen agnoſci. Sed præterea rerum Hebraicarum peritiores, vt Hieronymus in locis Hebraicis, Geneſ. 16. ait *Saba* per *ſin*, ſignificare Arabiam, & accepiſſe nomen à *Ceba* filio *Cus*. qui ſcribitur per *ſamech*. ſimiliter etiam ab omnibus illis negligitur ea dif- B ferentia vocum, qui Reginam Saba, quod nomen ſcribitur per *ſin*, ש. aiunt veniſſe ex Aethiopiæ Saba, quam ipſi dicunt ſcribi per, ס *ſamech*. quos dubitatione ſequenti proferemus. Quod ſi etymologiam etiam vtriuſque vocis velimus ex ſuis radicibus Hebræis venari, certè inueniemus *ſin* cum *ſamech* etiam confundi: nam ſi regionem Sabæam omnium rerum vbertate florentiſſimam aliquis velit ſcribi per. ס. ſamech, deducta voce à *Saba*, quæ conuiuari, deliciari, voluptuari ſignificat, reperiet etiam *Sabath* per ש ſin, quod quietem, tranquillitatem ſignificat, quæ cum illa opulentia coniuncta eſt; tum etiam *Sabagh*, quod ſatietatem illam, vbertatem, & rerum omnium optimarum plenitudinem af- C fert. Itaque cùm ſignificationes cognatæ ſint, proculdubio etiam ipſæ voces, quamuis initialibus characteribus differentes, cognatæ ſunt & inuicem permutabiles.

סבא שבת שבע

Quartum: quoniam merces *Aethiopia, & Sabaim*, coniunguntur Iſai. 45. 14. vt indicentur Sabæi ex *Seba* per *Samech*, diuites mercatores fuiſſe, & ſimiliter Sabæi per ש *ſin* diuites etiam mercatores ſignificantur Ioel. 3. 8. *Venundabunt eos Sabæis genti longinquæ* & Ezech. 27. 22. *Venditores Saba & Regma ipſi negotiatores tui.* quare videntur vel iidem fuiſſe vtrique, vel certè neque loco genere neque viuendi inſtituto valde diſſimiles valdéve feiuncti.

19 Salmeron. Maluenda. Arabia ſubiecta Aethiopibus. Cedrenus. Zonaras.

D Tandem, quòd videam viros doctos non valde curare an Regina Saba vnius Sabæ vel vtriuſque potiùs dominatum habuerit; quod Salmeron libenter admittit loco iam indicato; Maluenda de Antichr. lib. 5. c. 13. & ea res inde robur & confirmationem accipit, quòd aliquando Reges Aethiopiæ in Sabæam Arabicam dominati ſunt, vt ex Cedreno, Zonara & alijs hiſtoriæ Græcanicæ ſcriptoribus elicit Maluenda.

Presbyter Ioānes Domin⁹ vtriuſque Sabææ.

Septimum, ex ampliſsimo illo titulo, & inſignibus Presbyteri Ioannis inferiùs ſubijciendis colligi non obſcurè poteſt vbi ſe nominat Dominum, *Sabaim* (quòd videtur nomen vtriuſque Sabææ aut vtrorumque Sabæorum & *Reginæ Sabææ ſucceſſorem*.

Reginæ Sabææ Arabicæ.

E Ergo, vt rem claudam, cùm exiſtimem Reginam Saba veriſsimæ illius & celeberrimæ Sabææ dominatum habuiſſe, quæ auri & aromatum ditiſsima eſt, illam potiſsimam intelligo quæ eſt in Arabia Felici, vel tum illam quæ in Aethiopica ora ſinus Arabici, tum illam quæ in Arabica ora eiuſdem ſinus: ſolo enim anguſto Iſthmo, vel traiectu ſeparantur. Sed cuiuſcunque tandem regionis Regina it, ex qua ſui imperii parte profectionem inierit, nunc videndum.

V. Ex

Arabiam collocat, non extrahere illam ex Arabiæ tractu & appellatione latiſſima, ſed ex Arabiæ illa parte, quæ tantùm Arabiæ nomine gaudet, & Arabiæ deſertæ, aut Petrææ proximior eſt. Qua expoſitione accipiendum & illuminandum, quod idem Hieronymus in Ioel. 3. dixit ſuper id, *Venundabunt eos Sabæis genti longinquæ*, vbi ait, *Sabæos eſſe trans Indiam: licet alij Arabes Sabæos intelligant.* vbi nunc corrigo, quod in meis commentarijs Iob ex codice Hieronymi deprauato hauſi, *Sabæi gens trans Iudæam* (quæ etiam lectio, cum alijs, quæ eo ego loco de Saba diſſeruetam, non diſplicet, (& placuiſſe lætor, viro erudito Maluendæ) non inquam legendum in Hieronymo, *trans Iudæam*, ſed *trans Indiam*, cũ correctiori editione Romana, Antuerpienſi, Pariſienſi. Sed ecce integer Hieronymi locus 7. *Sabæum gens trans Indiam dicitur, de qua fuit regina Saba, quæ venit Sapientiam audire Salomonis; de quibus & Iſaias loquitur: Et Sabaim viri excelſi ad te tranſibunt; vnde & thus venire perhibetur, dicente Virgilio,*

Quæ Arabiæ pars ſolitario Arabiæ nomine cenſeatur.

Correcta Hieronymi lectio. Maluenda. Hieron.

centumque Sabæo
Thure calent aræ.

Licèt quidam Sabæos Arabes ſuſpicentur. Intelligit ergo non Arabes illos agreſtiores & incultiores, ſed interiores ad Meridiem & Indiam, & ad mare Indicum, qui ipſiſſimi ſunt in fœlicißima & optima parte Arabiæ Fœlicis. Quod enim vno in loco *trans Arabiam* dixit, in alio, paulo obſcuriùs *trans Indiam* repetijt. Atque eodem modo Eucherius lib. 3 Regum c. 32. cùm *Auſtri regina* nominatur, pro *Auſtro*, Indiam interpretatur. Neque diſſimili ratione loquutus Cyrillus li. 5. in Iſa. cap. 6. *Saba* (inquit) regio eſt *vltra terram Arabum* (quod Hieronymus *trãs Arabiam* dixit) *& prope mare Rubrum, ex qua Saba Aethiopum regina temporibus Salomonis acceſſit Ieruſalem. Fertiliſſima eſt regio thure, auro, & lapidibus Indicis.* Theodoretus 3. Reg. 9. 32. & iiſdem verbis Procopius, vocant gentem Sabæam *Aethiopicam Indicam*, quæ proculdubio non eſt in illa Aethiopia Africana, vt ex ipſis Theodoreti verbis perſpici poteſt. *Quæ autem eſt* (inquit) *gens Sabæa Aethiopica. Hæc autem eos dicit eſſe ſitos in mari Indico, nominant autem eos Homeritas: ſunt autem è regione Auxumitarum: inter hos autem & illos medium eſt mare: eorum regina fuit admirabilis illa mulier, cuius ſtudium laudauit Chriſtus in Euangelijs.* Homeritas autem Ptolomæus & Plinius Arabiæ Fœlicis populos faciunt; Plinius præſertim lib. 6. c. 28. Homeritas cum Sabæis in Arabia coniungit, & Procopius lib. 1. de bello Perſico Auxomitas cognominat. Et Stephanus Aethiopes facit. Atque hos ipſos Indorum appellatione contineri potuiſſe facit, quòd omnes illi, qui cis fluuium Indum, & citra habitabant, Indi vocantur à Curtio lib. 9 & ab Arriano lib. 3. & alios vocati Indos Occidentales, alios Orientales, vt videas eleganter & ſapienter Theodoretum loquutum. Conſentit Nicephorus lib. 8. c. 35. *Regionem* (inquit) *quam Græci magnam & Fœlicem Arabiam nominant eſſe Sabæam, & extremum Oceanum fines eius pertingere, cuius metropolis et primaria vrbs eſt Saba, vnde ad Salomonem fama obtinet aduenisse reginam illam Auſtri.* Fauet Iſidorus lib. 14. Etymol. non aliam agnoſcens Sabam, quàm quæ ſit *Arabia ſacra, ſeu beata aromatifera, atque aurifera.* Eucherius Sabam huius reginæ in India collocat: fauet item Cæſarius Arelatenſis Homil. 25. ad Monachos, hanc reginam Saba in regione Thurifera conſtituens. Sequuntur ſummo conſenſu Caietan. c. 1. in Iob, Lippomanus, Eugubinus, Pererius, Honcala, Gen. 10 Gagneius Lucæ 11. Beauxamis tom 2 Harmoniæ vocans huius Reginæ vrbem Sabæam metropolim regionis Petricæ ab Ieruſalem verſus Auſtrum, & in Orientem etiam porrectam. Georgius Venetus in Harmonia Cantic. 5, tom 7. cap. 35. Cardinalis Baronius tom 1 Anno Chriſti 1 volens ex eadem Arabiæ Fœlicis regione hanc Reginã, Magoſque reges aduenisse, & tom. 7. Anno Chriſti 522. agens de Homeritis in Chriſtum credentibus, in eadem hac regione collocans reginam Candaces, & Saba. Pater Salmeron tom. 8. tract. 28. Pater Suarez tom. 2. de 14. ſect. 3. Tretus Math. 12. Mattheus Beroaldus, Ioannes Stukius & Mercerus ſuperiùs adducti; quibus etiam poſſumus adiungere Sabellicum, qui Aeneade 1. l. 9. quamuis inuitus, ſequitur Ioſephum deſerta ratione ipſa; *Niſi* (inquit) *libri Ioſephi hæc traderẽt, vix mihi perſuaderi potuiſſet, vt Sabæam ex Aethiopia potius, quam ex Arabia profectam exiſtimarem, cum ob id quòd ex Erythræo ſinu in Indiam nauigantibus Fœlicis Arabiæ latus potiſſimum oramigatur, tum quod regina nomen in ea videri poteſt terra quæ ſitum in qua Saba vrbs eſt, & Sabæi populi.*

Eucherius. Cyrillus. Theodoret. Duplex Aethiopia. Homeritæ qui. Ptolomæus. Plinius. Procopius. Auxumitæ qui. Indi qui. Q. Curtius. Niceph. Iſidorus. Cæſarius Arelatẽſis.

Caietanus. Eugubinus. Pererius. Honcala. Gagneius. 25

Salmeron, Beroaldus. Stukius. Tretus. Ioſeph. Sabellicus.

Quibus omnibus accedendum iam nunc ſtatuo, re attentiùs perpenſa, & earum, quæ ſequũtur rationum momentis non leuibus examinata, quæ proculdubio efficiunt rei huius coniecturam certiſſimam, ex omnibus quæ de reginæ huius aduentu ſcribuntur: omnia enim quaſi digito indicant Arabiam Fœlicem. Primum, nomen ipſum Regni *Saba*; Secũdum, auditio *famæ* Salomonis. Tertium, multus *comitatus*; Quartũ, *Cameli*; Quintum, *Aromata*; Sextum, *Aurum*; Septimum, *Gemmæ*; Octauum, quod a Chriſto Domino dicitur, *Regina Auſtri*; Nonum, quod *venit a finibus terræ*; Decimum, quòd etiam in Sabæa regione dominatũ tenuerint *fœminæ*. Quæ omnia ſi non in vnicam Sabæam Arabicam quadrent, & minimè in Aethiopicam, cauſa excidam. Quæ, ne longius hæc dubitatio fiat, ſequẽti exponemus.

Controuerſiæ definitio.

VI. Decem propria Fœlicis Arabiæ cum aduentu Reginæ apprime conuenientia.

26 *Nomen Saba potius ad Abraham pertinere. Salomonis fama. Nauigationibus maris Rubri ad Arabiam delata.*

27 *Comitatus Reginæ numeroſus & fortis. Arabes gens ampliſſima & pugnaciſſima. Explicatus Iſaias.*

28 *Duo camelorum genera Arabicum & Bactrianũ. Arabia thurifera, & aromatifera.*

29 *Proprium Arabiæ thus. Id vnde dictum. Cur Arabia ſacra. Sabis Deus. Sabæorum fœlicitas.*

30 *Thuris vſus Sabæis Hebræis ante Romanos. Illuſtratus Iſaias.*

31 *Arabia aurifera. Gerræi ditiſſimi. Apud Aethiopes ſontium vincula ex auro. Fœminarum aureæ catenæ.*

32 *Arabia abundans margaritarum. Mare Rubrum fœliciſſimum. Propria & natiua gẽmæ Arabiæ.*

33 *Arabia meridionalis. Solis calore dureſcens. Cur illi vmbra dextra. Cur in finibus terræ.*

34 *Fœminæ regnantes in Arabia. Imperium commune vtrique ſexui apud pleraſque gentes.*

Primum

26 Prima coniectura ex nomine.

RImum quidem ex nomine Seba, cum *Sin*, non eſt omnino firmum; nam eius argumenti momentum nos ſuperius eleuauimus: ſed non eſt omnino contemnendum. Quãuis enim ea nomina, vel potiùs nominũ litteræ permutabiles ſint, & *Ceba* etiam poſſit ad Arabiam pertinere; tamen *Seba*, & *Sebaim* neceſſariò ad Arabiam pertinent. Quare cum ſcribatur *Regina Saba*, proculdubio cum Arabia facit. *Seba*, autẽ, & *Sebam*, id eſt, Sabæos, pertinere ad Arabiam, indubitata res eſt, Iob 1. 15. *Irruerunt Sabei*, & Ierem. 6. 20. Thus de Saba; nõ de Ceba: denique cum eodem ipſo nomine cõiungitur *aurum* Pſa. 71. 15. aromata & lapides pretioſi, Ezech. 27. 22. *longinquitas* regionis, Ioel. 3. 8. & bis *Seba* vertitur *Arabia* à Septuag. Pſal. 71. 10. & 15. vt nõ dubites Sabam & Reginæ Saba munera ad Arabiã pertinere. Porro de *Ceba* nulla poteſt per ſe fieri eiuſmodi coniectura, vt ad Arabiã pertineat; quamuis & re ipſa ad Arabiam pertinere nõnulli exiſtiment, vt ſuperiùs dixi.

Fama Salomonis cõmodè ad Arabiã delata.

Sabellicus.

Secundum, Auditio *famæ Salomonis*. Qua autem ratione exiſtimas, famam delatam fuiſſe ad reginam regnũmque Saba, quàm nauigationis commercio? vt eleganter ratiocinatus eſt Sabellicus Æneade lib. 9. Porro nauigatio ea fiebat in mari Rubro, & ex Aſion-gaber ad Arabiam & Indiam. Eas igitur potiſſimùm oras Salomonis fama compleuerat, ad quas Salomonis claſſis dafetebatur. Addit etiam Ioannes Barrius ex Abaſſinorum monumentis, Reginam Saba vulgari Salomonis ſapientiæ fama commotam, rei & veritatis explorandæ gratia Ieroſolymam legaſſe diligentiſſimos nuntios, qui mandatis obitis, & tantæ ſapiẽtiæ & opulentiæ Salomonis exploratione accepta, redeuntes reginæ animum rei totius experiendæ incredibili ſtudio incenderunt. Ergo quod ſcribitur *audiuiſſe famam*, nõ ſolum vulgo, ſed etiam veriſſimis nuntijs acceptã intelligi oportet; aut ea tandem ratione, quę ſapientiſſimam, ampliſſimàmq; fœminã patrias, regiàſque ſedes relinquentem, ab omni muliebris leuitatis ſuſpicione tueretur.

Barrius.

Audita fama ex nuntiis accepta.

27 Comitatus numeroſus & fortis reginæ.

Paguinus.

Tertium, *multus comitatus*; ſiue, vt ex Hebræo propriè legunt Septuaginta, *virtus grauis*, quod nomen frequentiſſimè eſt nomen exercitus, & quod hic dicitur, *virtus grauis*, iiſdẽ vocibus dicitur *manus valida*, 4. Reg. 18. 17 & *manus grauis*, Iſa. 36. 2. Quare hunc locũ legunt Pagninus, Tigurina, *Ingreſſa eſt Ieruſalem cum exercitu magno*. Sed eleganter Latinus interpres, cum comitatu, q. d. cum ſatellitio regio: nã regij ſatellites, qui in comitatu ſunt, virtute pollent, & inſtar militum, armis ſuccinguntur. Sonat enim nomẽ originale virtutem, ſtrenuitatem, robur; vnde Hebræi dicunt, virum fortitudinis, induſtriæ, aut roboris, vel, virum electum, qui Geneſ. 47. 6. dicitur *vir induſtrius*, & Exod. 18. 21. 25. ſtrenuus, potens. & 1. Reg. 2. 4. Accinctus robore: &, vt vulgare etiam Hebræorum Hiſpanienſium teſtimoniũ adiungamus, ſic illi in Hiſpaniẽſibus vulgaribus hunc locum legebant. *Oyò la nombra dia de Salomon por nombre del Señor, e vinò a probarlo sõ adiuinancas, e vinò a Ieruſalem con gente fuere mucha, e camelles quelleuanan eſpecias, e oro muy mucho, e piedras precioſas.* Ergo ſatellitium reginæ electiſſimorum erat iuuenum, atq; etiam numeroſiſſimum; qualem reginam peregrinantem extra imperij ſui fines decebat.

Regalis Satellitij virtus.

Hebræi Hiſpanienſes.

Iam nunc verò numeroſiſſimos eſſe, ac præterea etiã pugnaciſſimos Arabes, præſertim Sabęos

A & Homeritas, teſtantur qui gentium & ſedes & mores explorarunt. Plinius lib. 6. cap. 28. *ampliſſimam gentem* vocat. Strabo lib. 15. *Piratica & latrocinia exercent*. Sagittis venenatis, ex eodẽ Plinio, & loco, & cap. 29. Agatharchides ca. 50. *Pro virorum numero ad hoc deſtinati, vt domum ſeruent, exiguo fortius ſe gerunt, quam fœminæ: continuo nãque otio in fœminas degenerant: cæteri & rebus bellicis dant operam, & totam regionem opere exercent, & colonias deducunt. Sed illud potiſſimum, Sabæorum corpora ſpectabiliora ſunt quam alibi.* Quod quid aliud eſt quàm illud Iſa. 45. 14. *Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt*: quod Hebræus dicit, *Viri mẽſura*, nos *deſmeſurados*. nimirum proceri, & præcelſæ ſtaturæ. Horum igitur numeroſiſſimum

Arabes multi & pugnaces.

Plinius. Strabo. Agatharchides.

Sabæi proceri.

B ſatellitium conſidera eo habitu, quo Plinius & Solinus deſcribunt, prælongis ad viri menſuram ſagittis & arcubus inſtructos, intiatos intonſo crine, abraſa barba, præterquam *in ſuperiori labio*, reductis nimirum ad aures contortis myſtacibus; ad hæc pretioſis veſtimentis, & gẽmis, auròque onuſtos. Quanta huius comitatus ſpecies, & quam non facile apparatu, neque inſignibus reperiendis in alia gente quam in Arabibus.

Solinus. Habitus Satellitũ Reginæ.

Myſtaces Arabum.

Quartum, numeroſiſſimum quoque camelorum ſeruitium Reginam comitabatur. Nũ quid non hoc etiam Arabicum? Niſi velis Reginam hanc Bactrianam fuiſſe. nam hæc tantum duo camelorum genera cõmendantur, Bactrianorũ &

Duo cõmendatiſſima camelorũ genera.

C Arabicorum, ab Ariſtotele lib. 2. de Natura animalium, Plinio lib. 8. c. 18. *Camelos inter armenta paſcit Oriens; quorum duo genera, Bactriani & Arabici, differunt, quòd illi bina habent tubera, in dorſo ſingula, & in pectore alterum, cui incubant.* Solinus c. 72. *Bactria mittit fortiſſimos, Arabia tamen plurimos.* Diodorus lib. 3. *Multa & diuerſa camelorum Arabia præbet genera.* Camelorum verò portantium aromata, & ex ſingulis camelis vectigalis pendi ſoliti, ſemel & iterum meminit Plinius li. 12. cap. 14.

Plinius.

Solinus. Diodorus.

Quintũ, Aromata, quæ cameli portabãt, quæ fuerunt *multa nimis: neque ſunt allata vltra aromata tam multa; quam ea, quæ dedit Regina Saba Salomoni*. 3. Reg. 10. 10. quod idem eſt cum illo 2. Pa-

Cameli portantes aromata in Arabia.

D ralip. 9. 9. *Non fuerunt aromata talia, vt hæc*. vtrũque enim ad multitudinẽ refertur in textu Hebræo, & Græco; ſed Græci Sixtiani legunt, *ſuauitates; Non venit iuxta ſuauitates illas vltra in multitudine.* quamquã eleganter Interpres non veniſſe *talia*, ac *tam multa* rectè dixerit. Porro quę alia regio, quã Arabica, talia ac tam multa mittit aromata? ea cũ ſola thurifera ſit, omnium tamẽ maximè eſt aromatifera. De vtroq; id eſt, de thure aliiſque aromatibus, ſcribunt vniuerſi naturæ regionum Scriptores, Herodot. li. 3. Theophraſtus lib. 3. de hiſt. Plant. Dionyſ. de ſitu orbis. Diodorus lib. 3. Plinius lib. 12. c. 14. & 15. & lib. 6. c. 28. & vbicumq; Arabum aut Sabæorum meminit Strabo lib. 15. Solinus c. 46. Agatharchides li. 1.

Arabia aromatifera. Sola thurifera.

Theophraſt. Dionyſius. Diodorus. Strabo. Solinus. Agatharch.

E de mari Rubro c. 50. Mela lib. 1. cap. 10. Atque adeo ſoli Arabiæ non ſolùm thus, ſed alia etiam aromata tribuit Herodotus, *In ſola* (inquit) *omnium naſcuntur thus, myrrha, caſſia, cinnamomum, & cedanum.* Fere eadem verba Theophraſti, cedano excepto. Dionyſius addit etiam calamũ ſuaueolentem, præter caſiam; & *thus etiam ibi creſcens*, præter id vulgariter dictum. Agatharchides addit etiam Sabæis balſamũ, &, vt videtur, palmæ genus odoratæ: atque harum odoratarũ ſtirpium ſaltus & nemora. Sed hæc omnia & plura & ampliora apud Diodorum lib. 3. cap. 12.

Mela. Herodot.

nihil

legere eſt. *Nam præter balſamum, in quadam Arabia deſerta conualle, quod* (inquir) *nulla orbis pars alia producit, calamum, & quem appellant, ſchœnum, rebuſque alijs, quæ aromata dicuntur, plurimum abũdant: ſolus præterea odoris ſuauiſſimi, & quod ex arboribus ſtillat, quam myrrham etiam & dijs gratiſſimum per vniuerſum orbem diffuſum thus extrema Arabiæ ferunt. Coſtum inſuper, caſſiam, cinnamomũ, & alia eiuſmodi plura. Hebra verò & arbuſta odorifera adeo illic abundant, vt quæ cæteri rarò ſuper Deorum altaribus ponunt, illi pro lignis in furnis comburant: inſque quæ apud alios habentur rara, Arabes ſeruorum domi lectos ſternant. Cinnamomum vtilitate excellens, ad hoc regina miriſque odoris terebinthus; & in montibus etiam cedri, & quem vocant baraton. Plurimas verè alias nutrit plantas, ſuauem odorem tranſeuntibus inſpirantes. Eſt præterea id quod ſequitur, omni admiratione maius: Natura ſoli id accidit, vt dulces in eo odores horti ferant. nam quibuſdam in locis effuſa terra, aliquæ reperiuntur ſuaue olentes glebæ, quæ veluti metalla fuſæ, lapides ingẽtes fiunt, ædificandis domibus apti,* Manilius lib. 4. varios atque diuerſos odores:

Terra ipſa odorata.
Manilius.

Arabes, terramque ferentem
Delicias, variæque nouos radices odores.

Arabia propter Sabæã fœlix.
Tibullus li.

Hæc ſi dicas de Arabia verè dici, non item de Sabæa, non vides, quidquid fœlicitatis habet Arabia, à ſua media Sabæa regione emendicarenam, vt dixit Plinius li. 6. c. 28. *Sabæi arabum propter thura clariſſimi*, dixiſſet etiam opportunè, & propter odores alios. nam ſi *mollis & tener* Arabs, vt ille propter odores dixit:

Plinius.
3. eleg. 2.

Vrantur pia thura focis, vrantur odores,
Quos tener è terra diuite mittit arabs.

Certè propter Sabęos id dici teſtatur, qui dixit:

2 Georg. 29

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Plinius.
Thurifera ſola Arabia
Saba Græcis vnde dicta.
σέβω
θύειν
Thus vnde dictum.

Diximus aliorum aromatum feracem Arabiam ſed thuris non ſolùm maximè, ſed ſolam omnium. Plinius lib. 12. c. 12. [Thura pręter Arabiã nullis, ac ne Arabiæ quidem vniuerſę. In medio eius ſunt Attramitæ pago Sabæorum capite regni Sabota, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera; Saba appellatur. quod ſignificare Græci myſterium dicunt.] At quod aliud myſterium, quàm quòd ita proprium Sabææ regionis thus exiſtimarent, vt ex Saba ſuũ illud *Sebo*, quod eſt, veneror, & colo Deos, ac diuina, deducendum putarent? Sicut & thus, à *Thyin*, id eſt, a ſacrificando dictum voluerunt. Quin etiam nomen originale ſoni & ſignificationis ſimilitudinem habet cum Hebræo *Zebahh*, quod ſignificat ſacrificare, cũ thus Sabæũ cum ſacrificio & diuino cultu coniunctum ſit.

זבח

Cur dicta Arabia ſacra.
Plinius.
Meſſores thuris ſacri & caſti.
Nomen Saba contine re myſteriũ

Propterea enim & Arabiam ſacram, & eos qui thuris vel metendi, vel incidendi curam haberent, ſacros ac diuinos vocari & haberi Plinius ſcribit: *Ferunt* (inquit) [trecentarum non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſſiones id ſibi vendicent. Sacros vocari ob id, nec vllo congreſſu feminarum, funerumque, cùm incidant eas arbores, aut metant, pollui, atque ita religione merces augeri.] Idemque alio loco, *homines intelligere thus dijs*, nimirum colendis, *eſſe genitum*. Sed quidni etiam myſterium illud Sabæ nomine ſemper prætulerit, quod inde Regina Saba ſanctæ vrbi, ac vero vrbis ſanctæ Deo ſupplicatura, regique inclyto ſponte ſe ſubmiſſura, diuino numine excitante acceſſerit: ſuoq; aduentu myſterium etiam peculiare alijs regibus de eadem regione olim aduentaturis eandem in vrbẽ, adoraturis regem Iudæorũ, præſignarit? & eadem ſanè ratione plenum myſterio fuerit huius reginæ votum ſuſcipiendi itineris cum aromatibus tam multis, quorum bona pars ex thure, vt pote re ſacratiſſima conſtaret: nam in eam illam regionem dominabatur, qua potius Alexander nauim thure onuſtam in Macedoniam deſtinauit, rem ſic tradente Plinio lib. 12. cap. 14. [Alexandro magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo, cùm deuiciſſet thuriferas gẽtes, ſupplicaret; At ille Arabia potitus, thure onuſtam nauim miſit ei, exhortatus, vt largè Deos adoraret.] Itaque non fabulam, [ad meridiani ſolis repercuſſus inenarrabilem quẽdam vniuerſitatis halitum è tota peninſula exiſtere, tot genera auræ ſpirante concentu: magnique Alexandri claſſibus Arabiam odore primùm nũtiatam in altum [Atque adeo cùm Sabæa thurifera eſſet, diuinam propterea exiſtimantes, Sabin Deum videntur feciſſe, & coluiſſe Arabes, cui thuris decimas dicarent, & religiosè perſoluerent, Rem vlterius promouet Plinius; [thus collectum Sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente: digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabin, menſura non pendere ſacerdotes capiunt; nec antè mercari licet. Inde impenſæ publicæ tolerantur; nam & benignè certo itinerũ munere Deus hoſpites paſcit.] Quò eodem pertinet, quod alio in loco, dum de cinnamomo, & alijs aromatis agit; *Non metì* (inquit) *niſi permittente Deo, quem Aſſabinum vocant*. Quod quid aliud eſt, quam Aſſabæum, Sabæumve vocari, thura & aromata largiſſimè Sabæis dantem, & inuicem à ſupplicantibus accipientem?

Thuris myſterium.
Plinius.
Largè Deus adorandus
Sabis Deus Arabum.
Plin. li. 12. cap. 19.

Sed rem tandem hanc, quamuis exploratiſſimam, non tam ad confirmationem, quæ nulla indiget, quàm ad ornamentum & doctrinæ alicuius percipiendæ vtilitatẽ, præclaro Agatharchidis teſtimonio claudo, ex lib. 1. de mari Rubro cap. 50. quod non indignum Photio viſum eſt, quod in ſuam bibliothecam transferret. *Sabæorum* (inquit) [gens adheret per Arabiam omnium maxima, & nullius non generis fęlicitatẽ in poteſtate & arbitrio habens: Namque tellus omnia fert, quæ ad commoda vitæ apud nos proueniunt: & corpora ſunt ſpectabiliora, quàm alibi pecorum multitudo innumerabilis ſuppetit: amænitate fragrantia totã hanc oram obtinẽs, voluptatem præbet aduenis viſu & dictu maiorem. Nam ad ipſas littorum crepidines largum naſcitur balſamum; & caſia longè alia quàm alibi habetur, recens nimirum: ideoque iucundiſſimam oculis voluptatem exhibens, quæ poſtea longinquitate temporis prorſus exoleſcit. In mediterraneis frequentes & magnæ ſe attollũt Syluæ. nã arbores præcelſæ myrrhæ, ac thuris, nec non cinnamomi & palmæ & calami, & id genus aliorum, exſurgunt. Adeò vt nulla ratione explicari queat voluptas illorum, qui ſenſibus ſuis periculum de his fecerunt. Non enim in cellas abditus & exoletus aromatum illis fructus eſt, nec à materia procreante & nutriente ſeparatus, ſed a diuina illa maturitate adhuc florens, & à familiari proprioque & genuino vigore vim illam admirabilem emittens, vſque adeo, vt multi in obliuionem mortalis delati fælicitatis, de ambroſia ſe percipere nonnihil opinentur, dum res nomen ad ſummã prædicationem idoneum, & par ſibi quærit. In ſaltibus rerum odoratarum ſerpentis genus eſt omnium inſolentiſſimum; quaſi fortuna tam largis terræ commodis inuideat, & bono attexat nocumentum,

Agatharchid.
Natura proſperis permiſcens aduerſa.

apud Aethiopes aurum fiat, vel potiùs, quanti nõ fiat, tradidit, Si prodeſſet (inquit) poſſidere aurũ nihil prohibuiſſet Aethiopas ſupra nos habitantes beatiſſimos videri, vbi aurum abiectius eſt, quàm apud nos plumbum; ſeruíque, ſceleratiq; craſſis vinciri compedibus; nihil tamen minùs ſunt vincti atque praui, & iniqui: Plutarchus in Erotico ſcribit, & ex Curtio, Marcellino, & Auſonio, Durantius lib. 2. Variarum c. 13. Theodorus Canterus, lib. 1. Variarum lectionum c. 5.

Plutarch. *Durantius* *Canterus.*

12 Septimum. *Gemma pretioſa.* Quãquam *pretioſiſſimas* de ſuo & explicationis gratia dixerit interpres, puto, iam Arabico auro contentus Genebrardus, nõ requiret in Arabia gemmas, neque ex Aethiopia quæret, quæ apud Arabes in ſummo ſunt honore & copia. Non, inquam, ſola illa gẽma, quæ Arabica vocatur, *ebori ſimillima, niſi,* vt Plinius ait, *abnueret durities;* ſed quotquot apud alias fere omnes gentes proueniunt; & propter margaritas quidẽ ipſa Arabia fœlicius eſſe mare Arabicum vult idem Plinius, lib. 12. ca. 18. *Et ſuo ſeculo ex illo aduehi minima computatione millies centena M. H-S annis omnibus.* & in vniuerſũ de Arabia ſcribens Diodorus lib. 3 c. 12. *Solis opere virtuteq; lapides natura varia, tum colore tum ſplendore admodum lucido in illis regionibus fieri. Cryſtallus enim lapis ex aqua oritur pura congelata, non quidem frigore, ſed diurni caloris vi, quâ duritiem ſeruat variosque ſuſcipiat colores. Smaragdi enim Berylli que inter metalla area naſcentes a ſuperis formam caloremque capiunt. Lapidibus etiam aureis ſolis æſtus eum colorem indidit, quapropter & adulterinos quoq; addito cryſtallo fieri tradunt. Carbunculorum autem per varias ſpecies ſolis virtus efficit.* Sed illas gemmas nominatim Arabia effert. *Adamantem* in auro non niſi excellentiſſimo natalem; *Onychem* nigram candidis zonis: *Opalum*, cui pretioſiſſimã gloriam compoſitores gemmarum dederunt; *Sãdraſton*, cui ſumma commendatio, quod velut in tranſlucido ſtellantes, intus fulgent aureæ guttæ; *Topazium*, cui præſtans gloria in virenti genere. *Paederon*, coloris lucidæ cryſtalli, & ex virenti aere, ſimulque purpura, & quodã vini aureo nitore; *Hyacinthum*, quẽ quã tum badiorẽ & fulgoris interpellati nubilo maculatũ; *Aromatitẽ*, myrrhæ & odoris, & ob hoc reginis frequentatã; *Aſpilatem*, ignei coloris; *Selenitem*, ex candido tranſlucentem melleo fulgore, redditque lunã in dies ſingulos; *Cochlidem*, pulcherrimis diſtinctam maculis, equis regum in Oriẽte ad frontalia & phaleras petitam. Quibus etiã poſſemus addere *Lygdinum*, lapidẽ candoris eximij ad ſeruanda vnguẽta incorrupta; quippe numine credendũ eſt Arabiæ Reginam non omnijũ Arabicarum gemmarum, quanta maxima copia fieri potuit, theſaurum non diligentiſſimè comparaſſe, quantum qualemque ex nulla alia regione euehere potuiſſet. Quid ſi etiam ex vicinis gentib. Orientalibus, Aethiopia, India, Perſia, gemmas comparandas curauit?

Genebrard *Gemmę in Arabia* *Plinius lib. 37. c. 10* *Arabica gemma.* *Mare Arabicum fœlicissimũ propter margaritas.* *Solis ardore in Arabia fieri gẽmas.* *Adamas. Plin lib 37 c. 4.* *Onyx nigra Opalus. Lib. 37. c. 6 7. 8.* *Sãdraſtos.* *Topazius.* *Paederon.* *Cap. 9* *Hyacinthus* *Aromatites.* *Cap 10.* *Aſpilates.* *Cap 12.* *Selenites* *Lib. 15. c 8* *Cochlides* *Lygdinus.*

13 Octauũ, quod fuerit *Regina Auſtri.* Octauum hoc neque minus certum Arabiæ ſignum; nam præterquam quòd reſpectu Ieruſalẽ ſit fere ſub eodẽ Meridiano, atque ita oporteat eſſe Meridionalem, ea ſemper Auſtralis ſeu Meridionalis nomine ſignificatur ab Scriptoribus: quamuis enim verſus Orientem atque Meridiem porrecta ſit, vt Strabo dixit; tamẽ Herodotus ad Meridiem conſtituit lib. 3. *Ad meridiem* (inquit) *vltima e regionibus, quæ habitantur, Arabia eſt; in qua ſola omnium naſcuntur thus, myrrha,* &c. Diodorus lib. 3 c. 12. vniuerſam Arabiæ fœlicitatem ad res optimas pretioſiſſimáſque gignendas refert in meridianum ſolem; *Videtur* (inquit) *ſol regioni ad meridiem poſitæ plurimam gignẽdi virtutem afferre, proptereaque plurima in locis, varia ac pulchra animantia natura fieri; Cryſtallus diurni caloris vi duritiem ſeruat, variosque ſuſcipit colores: ſmaragdi berylliquę inter metalla area naſcentes, a ſuperis formã caloremque capiunt. Lapidibus etiam aureis ſolis æſtus eum colorem indidit. Etenim colores, fructuum odores, ſaporum varietates, animalium magnitudinem, cuiuſque rei formam, terrarum diuerſas ſpecies, conſtat ſolis caliditate fieri: qui terræ humiditate concalefacta cuiuslibet rei naturam producat. Itaque neque Parius, neque alius quiuis mirandus lapis cum Arabicis eſt comparandus, quorum & albedo ſplendida eſt, & pondus graue, nec ceteris cedunt leuitate. Hanc ei prouinciæ proprietatem virtus Solis, vt diximus, elargitur: terram enim denſat, ſiccitas comprimit, ſplendor illuminat. Auium genus omne caloris eſt particeps: ſolis opera diuerſi eſt coloris.* &c. Hæc & pulchra alia Diodorus de Arabiæ Auſtralis Meridianique Solis virtute. Porro quod Chriſtus Dominus dixit, *Reginam Auſtri*, Hebraicè dicitur, *Theman*, quod dextrum eſt: idémque ipſum meridionale, ſeu *mare*, ſicut Pſal. 88. ſcriptum eſt: *Aquilonem & mare tu creaſti:* & Hieronymus propriè ex Hebræo, *Aquilonem & dextrum.* Quare conſtans eſt Poetis etiam atque Hiſtoriographis hæc de Arabiæ conſtitutæ ad dextram, meridiémve ſententia, dicente de Arabibus Lucano;

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem.
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Quippe ad meridiem conſtituti, quod & Solinus dixit, c. 46. vmbræ quæ nobis dextræ ſunt, Arabibus ſiniſtræ. in æſtiuo enim ſolſtitio in Arabia Fœlice vmbræ in ſiniſtrum cadunt, vt eruditè ad eum Solini locum diſſerit Ioãnes Camers, & copioſè etiam noſter Martinus Delrio in Senecæ Thyeſten, Actu 4. Diximus & nos in Iob 9. Si me vertam ad dextram. Hinc nihil certius, quam Reginam Auſtri ſiue Theman, & Themanitas ad Arabiam pertinere.

Arabia Auſtralis. *Herodot.* *Diodorus.* Auſter, mare, meridies dextrũ תימן *Hieron.* *Lucanus.* Vmbræ Arabiæ ſiniſtræ. *Solinus.* *Ioannes Camers* *Delrius.*

Nonum, quod venerit à finibus terræ. Diſtare eam Arabiæ partem ab Ieruſalem 606. leucas Gallicas, ſcribunt Adrikom in Manaſſe 2. 12. & Pater Salmeron tom. 8. tr. 18. atque ex ea parte eſt extrema regio ad mare Indicum, ſiue Arabicum; ac diximus ſæpe terram longinquam appellari, Ierem. 6. Iſa. 43. & eleganter in hanc ipſam rem dixit Nicephorus lib. 8. cap. 35. Regionem, quam Græci magnam & Fælicem Arabiam nominant, eſſe Sabæam, extremum Oceanum fines eius pertingere.

Arabia ad extremum Oceanum. *Adrikom.* *Salmeron.* *Nicephor.*

Decimum, quòd reginarum etiam nomen nõ fuerit apud Sabæos inauditum. Quamuis enim Plinius agens de inſula Meroe, ſcribat, Regnare ibi fœminam Candacem, quod nomen multis iam annis ad Reginas tranſijt. Ceterum neque id perpetuum fuit; neque, quod Ioſephus ſcribit de abolito Pharaonum nomine, & fœminarum dominatu in Aethiopiam, & Aegyptum admiſſo, verum eſt, vt ſuperiùs oſtendimus. Qua verò ratione Regina Saba, & Regina Candaces principatum obtinuerint, an regum etiam vxores fuerint, an ſucceſſione, aut alia electionis ratione ad regnum fœminæ allectæ fuerint, minimè conſtat. Illud certè conſtat, apud neminem probatæ hiſtoriæ ſcriptorem perpetuum ius regnandi apud vllam gentem fœminis tributũ, præterquã à Tacito lib de morib. Germanorũ; *Sitonum gẽtibus* (inquit) *fœmina dominatur, in tãtũ non modò a libertate ſed etiam a ſeruitute degenerant.* 14

Plin lib. 6. c. 29. Fœminæ imperãtes in Arabia. *Tacitus.* Fœminæ vbi dominãtur.

nam quamuis Aegyptus paruit Cleopatræ; at in A Aegypto non ſolùm Reginæ, ſed etiam Reges. Thomyris dominata in Maſſagetas, ſed vna illa mulier Semiramis Aſſyriorum imperiũ tenuit, ſed non perpetua Semiradum, neque Reginarũ ſucceſſio. Zenobia Palmyrenſum Regina ita Orientis regnum tenuit, vt armata in virili veſte exercitui præfuiſſe, & Imperatoris nomen tuliſſe dicatur, ſed vna hæc item Imperatrix fœmina. *Trebellius. Alex. lib. 1. cap. 2.* In Maroe (in qua alij conſtituunt Reginam Saba) certum, viros, eóſque pulcherrimos, ac fortiſſimos, ſummum geſſiſſe imperium. *Mela.* Pomponius Mela tradit lib. 3. c. 10. In reliqua etiam *Strabo* Aethiopia viros item maximarum virium, & *Athenæus. Alex. lib. 4. c. 23.* robore præcellẽtiſſimos, reges eligi, ſcribit Strabo lib. 17. Ariſtot. 4. Polit. c. 4. Athenæus lib. 12. c. 7. B Stobęus ſer. 42. Apud Medos nemo Rex, niſi qui præcipuo robore cæteris emineat, ex eodẽ Strabone lib. 11. ſicut & apud Lybes, qui perniciſſimo curſu excelleret. Vt hinc liquere poſſit, ſi quando in Aethiopia cõtigit fœminas regnare, *Fœminæ in Aethiopia & Arabia caſu regnãtes.* id non fuiſſe ex perpetuo more, & ſancto iure, ſed caſu & tempore; quæ ſicut inter Aethiopes, ita etiam inter Sabæos, Medos, Barbaros ſuo tẽpore viguerunt, dicente Claudiano:

Claudian. In Eutrop.

——Medis leuibuſque Sabæis.
Imperat hic ſexus, Reginarùmque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet.

Sed quòd hos Claudiani Sabæos non nemo vult fuiſſe Aethiopes, ego potiùs, ita Sabæos Arabes velim, vt quæ de Aethiopibus, & de Aethiopia C *Aethiopia Orientalis & Indica.* oppoſitæ ſententiæ auctores dicũt, de Aethiopia non illa Africana, ſed Orientali vel Indica accipiendum cenſeam. Eſt enim Aethiopiæ nomen & res ſignificatione & vſu auctorũ varia & multiplex: vt ſuperiùs indicabamus.

VII. *Quo tempore, quid illam ad iter accenderit.*

35 *Reginæ aduentus circa vigeſimum Salomonis annum.* D
36 *Studium illius ardens commendatum à Chriſto. Permotam fuiſſe antiquo vaticinio Balaã, quorundam opinio & Hebræorum traditio. An Salomon vnquam exiſtimatus Meſſias.*
37 *Magos reges ex Arabia veniſſe, ac ſimilia obtuliſſe dona.*
38 *Longe aliud ſtudium reginæ Saba & Magorum regum, vera ſententia. Non acceſſiſſe Reginam ſtudio adorandi Salomonem, ſed tentandi ſapientiam.*
39 *Sapientiæ ſtudium eo ſæculo inter Orientales. Salomonis fama fœminas etiam ad illum euocatas.* E
40 *An vlla mentio in Canticis reginæ Saba ſub nomine ſponſæ.*
41 *Certamen ænigmatum præmio propoſito. Donum quo differat à munere.*
42 *Mulıebris tenacitas, & curioſitas. Quæ ænigmatum & quæſtionum propoſitarum materia.*

35 *Victorinus.* VT inde hoc Reginæ iter aggrediamur, exponendum, in quod Salomonis tempus inciderit. nam Marinus Victorinus de Regibus Aethiopiæ, exiſtimat quarto regni Salomonis anno contigiſſe: non alia puto ratione, A quàm quòd quatuor annorum ſpatiũ poſt adeptam ſapiẽtiam, ſatis ſupérque fuiſſe videretur, ad ſapientiæ Salomonis famam toto orbe diſſeminandam. Quippe Regina, ſtatim atque illam accepit, itineri ſe accinxit. *Genebrard.* Genebrardus Anno mundi, 3150. non niſi vndecimo Salomonis an- a no veniſſe exiſtimat, nimirum poſt ædificatum templum. Ego ferè circa vigeſimum Salomonis annum veniſſe his cõiecturis mihi certò perſuadeo. *Veniſſe reginã circa vigeſimum Salomonis annũ ventor ſcatim.* Prima, quod iam domus Salomonis ædificata erat, cùm ſcriptum ſit: Vidẽs Regina Saba domũ, quam ædificauerat. Quæ quidẽ fuit poſterior tredecim annis ædificato iam templo, de quo item ſcriptum eſt; *Videns Holocauſta quæ offerebat in domo Domini.* Secunda, quoniam, veriſimillima eſt illa Ioſephi ſcriptio, ædificatam iam fuiſ- B *Ioſephus.* ſe domum ſaltus Libani; quippe nihil *magis* miratam fuiſſe, quàm aulam illam, *& quotidianos cõuiuiorum ſumptus, apparatuſque miniſterij*. Hoc.n. illud eſt; *videns cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, ordinéſque miniſtrantium*, &c. Tertia quòd cùm videretur veniſſe vt eſſet teſtis oculatus tãtæ Salomonis gloriæ, tunc certè videtur, acceſſiſſe Ieroſolymã, cùm ad ſummum iam Salomonis gloria & maieſtas per viginti illos priores annos excreuerat.

Porro ardentiſſimum oportuit fuiſſe illum amoris & deſiderij igniculum videndi Salomonis, quo tot tantáſque longinqui periculoſique itineris difficultates aggredi nõ timuit. 36 *Ingens ſtudiũ & animi ardor reginæ.* Ex quo C mirabilem huius reginæ animi virtutem eliciũt ſancti patres. *Nazianzenus.* Nazianzen. Oratione 40. Illius exẽplo nos ad labores propietate ſuſcipiẽdos vehementer excitat; Et quando (inquit) tantum laboris ſuſceperis, quantum Aethiopum regina, quæ ab extremis terræ finib. peruenerit, vt Salomonis ſapiẽtiam audiret? nec viæ lõgitudinẽ reformides nec maris ſpatia. Lõganimitatẽ et cõmendat *Iuſtinianus.* Laurẽtius Iuſtin. lib. de interiori cõflictu ca. 11. *Cõfeciſſe viam multorũ dierum, & laborẽ ex iſtimaſſe lucrũ, & eũ prætuliſſe delicijs, quib. fruebatur in regia* Cõſiderat Theodor. 3. Reg. q. 32. *Theodoret.* Deniq; *honeſto ſtudio* permotã fuiſſe, & quod *Chriſti Domini laudem mereretur*, idem Theodorus docet, ac in eo ſtudio nõ nihil diuini videtur agnoſcere. D

Sed illud tandem, quod ad tot itineris & videndi Salomonis difficultates ſuperandas Reginam impulit, *An excitata priſco oraculo Balaam.* Cardinalis Baronius Anno Chriſti primo exponit, fuiſſe idem illud oraculũ Balaam, quo Magi reges inſtructi, ad regem Iudęorum adorandum admoniti, & perducti ſunt; *Baronius. Balaã vaticinatus in Arabia.* illo itaque eodem iã olim admonitam exiſtimaſſe impletum in Salomone, & cũ muneribus adoraturam, Ieroſolymam acceſſiſſe. Porro quamuis Balaam Meſopotamenus eſſet, tamen fuiſſe vaticinatum in Arabia, vt ait Hieronymus Iſa. 15. in *Hieronym.* qua etiam erat vrbs Balach, qui mercede conduxerat Balaam. Ergo vaticinium de oritura ſtella E apud Arabes increbuiſſe, ſimulq; tanta regia, tantique luminis expectationem illorum animis conſtanti traditione inſediſſe; eandem itaq; cupidinẽ quæ Magorum animos poſtea inceſſit de peruestigando Iudæorum rege, hanc reginam incendiſſe. Atque vt aliquid præſidij eidem opinationi adferamus, certè videtur Baronius eam accepiſſe ex illa Hebræorum traditione, quam *Galatinus. Triumphus Chriſti.* affertur Galatinus lib 8. c. 3. Fortalitiũ fidei, & Triumphus Chriſti tit. 7. *Hebręorũ traditio de filiis Abraham, & Sabæis.* Hebræi enim in *Bereſith Rabba*, id eſt, *in Geneſi magna*, ſuper id Geneſ. 25. *Emiſit eos deſuper Iſaac filio ſuo ad Orientalẽ plagã*, ſic ſcribunt; *Hoc eſt, quod ſcriptum eſt apud Iob, cap. 6. Reſpicite ſemitas Thema, itinera Saba, expectate*

ſtate eum. Non eſt Saba niſi filij Abrahe, ſicut dictum eſt, Gen 25. Iecſam genuit Saba & Dedan. Cum magnificatus eſſet Salomon in regno ſuo dixerunt; Forſitan hic eſt Meſſias; & ſtatim venerunt ad eum, ſicut dictum eſt 3. Reg c. 10. Regina Saba audita fama, Salomonis, in nomine Dei venit ad tẽtandũ eum in ænigmatibus. non legas Regina Saba, ſed regnum Saba; & quid eſt dictum in nomine Dei? propheta fuerunt apud eos, qui eis in nomine Dei ſui propheta uerunt verba, quæ eis tradita fuerunt, & quæ ſucceſſiuè ad manus eorum ex Abraham venerant. Vnde habetur quòd venturi eſſent in diebus Meſſiæ, eique ſeruituri ex eo quod dictum eſt Iſai. 60. cap. Omnes de Saba venient aurum & thus deferent, & laudes Dei (*tetragrammaton annunciant*) Hactenus traditio.

In nomine Domini

In qua præter alia obſeruat Galatinus, illud *in nomine Dei* perinde eſſe, ac ſi dixiſſet Regina Saba, *Forſitan hic eſt Meſſias* Præterea, Reginam Saba, quæ nomine ſui regni veniebat, perinde eſſe ac ſi diceretur, *Regnum Saba*; nam Regina ſuum regnum repræſentabat. Tertiò fuiſſe apud Sabæos prophetas aliquos, qui de futuro Meſſia prophetarent, quaſi ex traditione ab Abrahami eorum progenitore.

Galatinus. Reginã Saba regni totius nomine veniſſe ad Salomonem.

Et quidem ad hanc Hebræorum traditionem reſpexiſſe videtur Ambroſius 1. Apolog. pro Dauide cap. 3. *Vulgus* (inquit) *Iudaicum æſtimat Salomonem veniſſe pro Chriſto*, atque multis ex Pſalmo 71. adductis, quæ in Salomonem conuenire non poſſint tandem concludit cap. 6. & 7. *Non ergo Salomõ Dei filius*. Quod ipſum acriter aduerſus Iudæos probant Iuſtinus contra Tryphonẽ, & Auguſtinus 7. de ciuitate cap. 8. ea vero noſtro Salomoni Chriſto tribuentes, quæ Iudæi ad ſuum Salomonem detorquebant. Sed tum hanc traditionem, tum opinationem ſuam his fermè coniecturis Baronius Cardinalis probare nititur.

Ambroſius. An Salomõ exiſtimatus Meſſias. *Iuſtinus.* *Auguſtinus.* *Baronius.*

17 Prima; quòd Magi ex Arabia venerunt; id quod affirmant Iuſtinus Martyr in Tryph. Tertull. lib. aduerſus Iudæos, & lib. 3. contra Marcionem cap 13. & vterque tradunt, Damaſcum aliquando fuiſſe Arabiæ quamuis poſtea accenſita fuerit Syrophœniciæ. & pro eadem ſententia quòd magi Arabes fuerint, citat Gregorium & Anſelmum, ſequiturque Iacobus Pammelius, Cyprianus ſermone de Stella & Magis, Cyrillus lib. 4. in Iſaiam c. 49 Iſidorus de paſſione Domini c. 14. quos affert & ſequitur Pater Soarez tom. 2. tertiæ Partis quæſt. 36. art. 8. diſt 14. ſect. 3. facit quod Adrikom in Manaſſe 2. nom. 12. ſcribit Sabam illam metropolim Sabææ regionis, fuiſſe etiam regiam ſedem Gaſparis vnius ex tribus Magis.

Iuſtinus. *Tertull.* Magi vnde ad Chriſtũ venerint. Damaſcus an ad Arabiam. *Pamelius.* *Cyprianus.* *Cyrillus.* *Suarez.* *Adrikom.*

Secunda, donorum quæ tum à Regina Saba, tum à Magis oblata ſunt, paritas quædã, & ſimilitudo; nimirum aromatum, id eſt, *thuris* ac *myrrhæ*; ac præterea *auri*; quæ vt propria regionis, ita etiam in myſterio & in voto vtriſque videntur fuiſſe concepta. Atque adeo etiam Epiphanius in compendio doctrinæ ex Hebræorum Traditionibus tradit ea munera, quæ Abraham dedit Agar & filius Ceturæ relegatis ad Orientem, & Arabiam, non ſolum fuiſſe pecunias præſentes, aurum, argentum, & veſtitum; ſed præterea in myſterio concluſiſſe: in pretis thus, & myrrham, & aurum regum Sodomorum & Gomorrhæorum: quæ primùm ab illis regibus, præda direpta, reduxit Abraham.

Epiphanius Munera quæ dedit Abrahã filijs... qua...

Tertia, quòd *venerit in nomine Domini*, vt videatur Regina animo cõcepiſſe, nomẽ, quod auditione acceperat Salomonis, fuiſſe *Nomen Domini*, id eſt, Dei illius, de quo olim vaticinatus fuerat Balaam, fore vt regnaret in Ieruſalem Facit etiam quod ſuperiùs ex Abulenſi aſſerebamus, de huius reginæ deuotione & pietate.

Nomen Domini. *Abulenſis.*

18 Sed vt hanc Baronij opinationem eruditione & pietate plenam eſſe non diffitear, ita omnino ſolidam ac ſimilem vero eſſe vt fatear, adduci non poſſum: &, vt non adducar his adducor coniecturis. Prima, quoniam illud Balaami vaticinium omnino conſtabat nouæ ſtellæ ortu prænũtiãtis, comitantiſve noui Regis ortum; at qui nulla tunc cœleſtis lux affulſit Reginæ, quæ ſola auditione & fama accepta ſuam profectionem iniit. contra quam in Magorum aduentu contigiſſe nouimus; quippe nulla famæ auditione accepta, tantùm cæleſtis ſtellæ lumine oculis hauſto, itineri ſeſe dederunt, ipſique primi noui regis ortus nominiſque diſſeminatores & præcones extiterunt.

Baronius de muneribus reginæ Saba refutatus.

Tum præterea quoniam non acceſſit adoratura Salomonem, ſed ſapientiam illius auditura, vt difertis verbis Chriſtus Dominus teſtatus eſt. Quòd ſi vllum adorationis cultum Salomoni detuliſſet, certè Hebræi ſcriptores, qui rerum ſuarum amplificatores, & iactatores eximij ſunt, non tacuiſſent.

Accedit, quòd ſi quid diuinum animo conceperat; illudq; in Salomone requirebat, profectò plus audiſſet & concepiſſet animo, quàm re ipſa & exploratione experta fuiſſet; atqui contrarium potiùs animi ſenſum ipſa ingenuè expoſuit; nimirum nihil minùs in Salomone inueniſſe quàm de illo fama iactauerat, ſed multo maiora, *Probaui* (inquit) *quòd media pars mihi nuntiata nõ fuerit; maior eſt enim ſapientia & opera tua, quàm rumor, quem audiui*. vbi pro *operibus* in Hebræo propriè eſt, verba. q. d res vniuerſæ, quæ ad te pertinent, & quibus es præditus, ſunt maiores opinione hominum.

Opus. דברים

E contrario verò extremo poſſet alicuius animum & cogitationem ſubire huic reginæ non diſſimile contigiſſe illi, quod Thaleri vel Minothëæ Amazonum reginæ Græci, Latinique Scriptores contigiſſe tradũt, nimirum Alexandri fama permotam cum trecentis millibus mulierum viginti quinque dierum itinere confecto, ad Alexandrum veniſſe, ſobolẽ ex illo quæſituram. Sed de hac re paulo inferiùs.

Thaleres Amazonũ regina quærens Alexãdrum.

Ergo illa veriſſima cauſa tantæ cupiditatis videndi Salomonem, quam Scriptura non dubiis verbis proponit, ſtudium ſapientiæ fuit, quippe *venit tentare eum in ænigmatibus, & audire ſapientiam illius*, nihilque prius illi fuit, quàm vt illa tim ſapientiæ certamen iniret; quod indicant illa verba; *Venit ad regem Salomonem, & loquuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo: Et docuit eam Salomon omnia verba, quæ propoſuerat Non fuit ſermo, qui regem poſſet latere, & non reſponderet ei* 2. Paral. 9. *Expoſuit ei Salomon omnia quæ propoſuerat, nec quicquam fuit, quod nõ perſpicuum ei fecerit.* Quæ verba prona ſunt, vt intelligamus, reginam Saba de ſibi perſpectis, & ratiocinatione atque meditatione comprehenſis, quæſtiones propoſuiſſe, quibus experiretur num Salomon eaſdem quoque veritates perſpectas haberet: hoc enim illud indicat; *Non fuit ſermo, qui regem poſſet latere, & non reſponderet ei*: vel vt res, quæ ſibi erant dubiæ & inexploratæ propter ſummam difficultatem, videlicet de abditiſſimis terræ, cœliue, & naturæ arcanis, propoſuerit Salomoni, vt reipſa experiretur, num alijs eius æui ſapientibus Salomon excelleret: quibus ſimiles

Vera cauſa aduẽtus reginæ. 3 Reg. 10. 1 Matth. 12 41. Luc. 11. 31. *An regina de ſibi dubiis, an de exploratis quæſtiones propoſuerit.*

quæſtiones eatenus inexplicatæ & occultæ fuiſſent. Hæc porro confirmantur ex eo, quod ſuperiùs diximus, ſapiẽtię ſtudio & certamine, quod inter illius ſæculi reges Orientales vigebat, nihil enim vel priùs, vel magis gratulatur Salomoni, quàm ſapientiam, Hiram 3 Regum 5.7. *Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientiſſimum ſuper populum hunc plurimum.* Non aliter regina Seba, quam tum ſacræ litteræ, tũ alij ſcriptores ab ſtudio ſapientiæ commendant. Cuius illæ quoque voces teſtes ſunt; *Maior eſt ſapiẽtia & opera tua* (Hebræi, *& bonitas*, id eſt, ſapientia cum ſuauitate coniuncta, omnis arrogantiæ expers) *quam rumor, quem audiui*.

39 Sapientiæ ſtudiũ inter reges Oriẽtales.

Bonitas. Sapientia Salomonis cum ſuauitate.

Et verò cùm Salomonis fama Reginam è patrijs ſedibus euocauerit, illis potuit vocibus ſtatim Salomonem viſum ſalutare, quas ſcripto ille alius Helenæ mittebat.

Ouid. epiſt. ad Helenã.

Antè tuos animo vidi, quàm lumine, vultus.
Prima fuit vultus nuntia fama tui.
Credis & hoc nobis: minor eſt tua gloria vero:
Famaque de forma pene maligna tua eſt.
Plus hic inuenio, quam quod promiſerat illa:
Et tua materia gloria victa ſua eſt.

Quo quid ſimilius quàm illud?

Viciſti famam virtutibus tuis.

Salomonis fama nõ ſolùm viros, ſed etiã fœminas pere grè veniſſe.

Odore verò, & nominis ac gloriæ Salomonis fama non ſolùm viros, ſed plurimas etiam fœminas ad illum videndum excitatas peregrè veniſſe, ſignificari videtur illo Canticorum 1.2. *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguẽtorum tuorum*. Quo loco ex perſona Reginæ Saba, ea verba proferri, & de numeroſiſſimo fœminarum & virginum comitatu illius, non improbabile cenſuit argutus & venuſtus noſtri ſæculi ſcriptor Moncæius Lucubratione 4. ſui lib. 1. in Cant. Cum quo etiam videntur multæ aliæ coniecturæ facere: quòd dicat, *ſe introductam in cellam vinariam:* nimirum in cellam etiam aromatum & theſaurorum, ex qua donauit illi Salomon quæcumque voluit: quòd dicat ſe *nigram*, videlicet Aegyptiam, vel Æthiopiſſam; quòd *equitatui* Aegyptio illam aſſimilauerit propter numeroſiſſimum comitatum: Denique propter veroſimiles quaſdam alias huius farinæ ſuſpiciones, quibus ego neque habeo, neque abrogo fidem veroſimilitudinis alicuius; ea tantùm conditione, vt nunquam exiſtimetur litteralis ſenſus illius Cãtici in rem humanam ſolummodo conuenire, ſed neceſſariò ſenſum ab Spiritu ſancto intentum de re diuina oportere aſſignari; quamuis cum alluſione quadam ad rem, hiſtoriamve humanã fieri potuiſſe. Sed de re hac paulo inferius iterum.

Moncæius.

An in cãtico vlla alluſio ad reginam Saba.

40

Nunc ad illud ſapientiæ ſtudium, quo tenebatur hæc Regina, & quod ſæpius ipſa teſtatur illis verbis additis: *Beati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam*. Sic legit Ambroſius lib. 2. de officijs ca. 10. *Beatæ mulieres tuæ, & beati pueri tui* Et alij itẽ Græci, Lxx. ſequuti, vt Cedrenus, *Fœlices mulieres, & pueri*. Neque concipere animo poſſum cum Lxx. vocem originalem, *Anaſim*, quæ homines ſignificat, & in Kaldæo *Gebarim*, id eſt, viros, conuerterint ipſi in mulieres, quàm vt ſignificarent vtrumque ſexum illis vocibus contineri; neque fieri poſſe, vt fœmina virorum, non etiam fœminarum regiæ Salomonis domus tantam fœlicitatem, qua fruebantur, vel præconio, vel æmulatione aliqua non proſequeretur: ac niſi *fœminas* dixiſſet, non videtur ipſa, quæ fœmina eſſet, tantæ ſibi fœlicitatis aſſiduitatem & partem aliquã concupiuiſſe.

Sapientiæ ſtudiũ Reginæ.

Ambroſ.

Cedrenus.

אנשים Fœminas inuidens fœminis potiùs quam viris.

41

Denique res tota lumen & cõfirmationẽ accipiat ex tentatione illa, examine, aut certamine *ænigmatum*, quod quale've eſſe ſoleret, & quid *ænigmatũ* appellatione intelligẽdum, tũ præterea peragi ſolere propoſitis & perſolutis pręmijs ei, qui in diſſoluendis explicandiſq; ænigmatis ſapiẽtia vinceret, diximus lib. 3. c. 13. Quare videtur tã hũc referẽda ea *munera*, q̃ peracta diſputatione, & quæſtionib. ac reſpõſionib. vltro citròq; habitis, *dedit Regina regi*. Illud. n. intellexiſſe videtur interpres, cũ particula illatiua *ergo*, rem totã clauſit; *Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, et gemmas precioſas*. Porro *centũ viginti talẽta auri*, quorũ ſingula duodecim mille drachmis conſtent, efficiũt ſummã vnius millionis & quadringentorum quadraginta millium ex noſtris coronatis, aut ſcutis aureis.

Certamen & præmia ænigmatũ explicatorum.

Sũma auri reginæ Saba.

Quod ſi ea *munera*, ratione ænigmatum explicatorum, & præcellentis ſapientiæ oblata ſunt à Regina Salomoni, certè *munera* fuerunt non *dona*, ex rei ipſius exigentia, & ex Latinę vocis proprietate, quam eleganter explicuit Vlpianus, Lege, *Interdum*, de Verborum ſignificatione. Illam quia perbreuis, integram tibi recito; *Inter donũ & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem: nãque genus eſſe donum, Labeo ait: vel a dando, vel à donando dictum; munus ſpeciem: nam munus eſſe donum cum cauſa, vt puta natalitium, nuptiarum*. Indicat enim ex pluribus cauſis, propter quas dabãtur aut miſſitabãtur munera, vnã aut alterã. Quibus duabus, tertiã addidit Dauus ille Terentianus, nimirum munera recurrentiũ Natalitiũ dierũ, præterea quę *Natalitia* dicebantur in ipſo natali die, & Nuptialia. Sic Dauus. *Amicus ſummus meus & popularis Geta heri ad me venit. Erat ei de ratiuncula iã pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum: id vt conficerem: confeci. adfero. nam herilem filium eius duxiſſe audio vxorem: Ei credo munus hoc corraditur. Porro autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit. Porro autẽ alio, vbi fuerit puero natalis dies. Munera* ergo Natalitia ſanè fuerunt, quæ Magi *reges apertis theſauris obtulerunt* infanti Ieſu. Munera item, & ſapientiæ præmia, quæ Regina Saba obtulit Salomoni. Quamuis Ioſephus ſolùm agnoſcat in his muneribus *ſuam erga regem obſeruantiam*. Et quidni munera eſſent, nõ *dona*, quæ à fœmina, quantumuis Regina, oblata ſunt? Nam tam rarum & inſolens, quàm quod maximè, fœminam quidpiam donare liberalitatis ergo, ex ipſa muliebris ingenij natura, atque ex iuris legumque iudicio prudentiſſimi rerum æſtimatores cenſent. quippe muliebre genus auarũ, & ſuis tantum vſibus, bono, & voluptati ſeruiẽs. Quare opportuniori voce ſcribitur Rex Salomon, *dediſſe reginæ Saba, omnia, quæ voluit, & petiuit*. Vbi vides muliebre ingenium poſtulandi, petendi, appetendi, orandi, exorandi, extorquẽdi, poſtquam obtuleris, dederis, donaueris; Immo etiam videtur expreſſiſſe Arabum ingeniũ, potiùs mortalium omnium, quibus ipſæ ſuæ res faſtidiũ conciliant; alienæ, deſiderium & ſitim. Eleganter Plinius lib. 12. c. 17. Poſtquam multa de Arabiæ opulentia & vbertate diſſeruit; *Peregrinos ipſa mirè odores, & ad exteros petit: tãta mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt alienarum auiditas*. Vbi enumerat arbores odoratas, quas ex longè diſſitis prouincijs quærunt. Ergo veroſimillimum aromata præterea alia gemmaſque pretioſiſſimas Palæſtinæ indigenas, vel ex alijs regionibus ad Salomonẽ allatas, quæ in Arabia nõ prouenirent,

Munus quid, ſecũdũ Vlpianum.

Munera quibus de cauſis donētur. Aliaſ ſecus.

Munera natalia à Magis oblata. Ioſephus.

42 Fœminarũ ingenium tenax & illiberale. Tiraq. lib. 9 Cõnub. nu. 43. 44.

Arabes faſtidientes ſua aromata. Plinius.

A uenirent, intrepidè poſtulaſſe, & liberaliſſimè à Salomone accepiſſe: Et fortè alia peculiaria ipſi Palæſtinæ; ſicut enim ſcribit Ioſephus Balſami plantam Arabiæ peculiaria ad Salomonem attuliſſe, ita & peculiaria Palæſtinæ in Arabiam detuliſſe credenda eſt.

Balſami planta. *Ioſephus.*

Ænigmata Reginæ ex qua materia.

Sed condanandum, ſi quidquam de *ænigmatis* huius Reginæ curioſiùs inquiramus, quæ qualiàve fuerint, id eſt, cuius materiæ. Certè cùm fuerint excogitata & propoſita à regina ſapientiſſima ad examinandam Salomonis ſapientiam, ac ſuæ interim præclarum aliquod ſpecimen præbendum, oportuit fuiſſe ſumma mentis attentione, & diuturna præmeditatione inuenta; nó vulgaris materiæ; ſed neque iucundæ tantùm, qualia illa conuiuialia ænigmata; ſed de obſcurioribus & reconditionibus rerum naturis, de aſtris, B cœlo, mundo, ac de illis ipſis in quibus potiſſimùm ſacræ litteræ commendant ſapientiam Salomonis, differentis de lignis, herbis, radicum virtutibus, volucribus, reptilibus, piſcibus, dèque aliis, quorum ſcientia diuinitus eſt Salomoni communicata. Sed præterea Salomonis ſagacitatem in re vulgari, & vſuali diſcernenda experiri voluiſſe Reginam ſcribit Georgius Cedrenus in Salomone; *Poſteaquam* (inquit, *cum Salomone eſt, quæ voluit, loquuta; iſque ei omnia ſermone compoſita & elegantiſſima interpretatione diſſoluit; denuo eum ſic tentauit: Formoſos pueros & formoſas puellas eodem veſtitu, & ornatu inſtructos coram eo conſtituit, petiitque, vt inter ſexum internoſceret; nam & ipſa Sibylla ob ingenij promptitudinem, ſapientiamque, & rerum multarum peritiam, magni erat nominis. Rex omnes lauare faciem iuſſit; itaque, diſcrimen ſexus deprehendit, cùm mares fortiter atque validè facies tergerent; fœmellæ teneriter & timide. Itaq; Regina omnino ſtupefacta propter ea quæ ab ipſo & eius familia & ad ſe ipſam erant facta, dixit; Verus eſt ſermo, quem in terra mea audiui* Hunc adijce propriam ac peculiarem fœminarum curioſitatem inquirendi, interrogandi, ſciendi. nam non vnam tantùm, ſed plurimas ab hac vna nota notare potuiſſet ſatyrographus;

Cedrenus.

Salomonis ſolertia.

Fœminarũ curioſitas.

Iuuenalis.

Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe.

C Quot igitur ac quales quæſtiones, à Fœmina ſapientiſſima, curioſiſſima, ſciẽdi cupidiſſima propoſitæ!

VIII. Quanta Salomonis familiaritas; & totius diſputationis clauſula.

43 *Regina a Salomone liberaliter tractata, & patienter audita. Muliebris percontãdi importunitas. Illuſtratus Moyſes.*

44 *Salomonis ſuauitas in reſpõdendo. Explicata Sapientia.*

45 *Salomonis liberalitas & gratis animi ſignificatio.* Manus regis, *quid. Introduxiſſe Reginã in cellam vinariam.*

46 *An ex Regina filium ſuſceperit, Aliorum perſuaſio reiecta. Fabula item Æthiopica hiſtoria.*

45 Quæ Salomon erga Reginam.

De Regina mirificè erga Salomonem affecta diximus; dicemus etiã. Sed nihil inuicem huc vſque erga illã de Salomone. Ergo nunc paucula quædam minutatim colligamus. Ac primò quidem, quis dubitet, vt Ioſephus ait, honorificentiſſimè illam à Salomone acceptam & in ceteris comiter ac liberaliter habitã? Quotidianis etiam conuiuijs opulentia & apparatu regali, quotidie Salomoni conuixiſſe; nam in conuiuio ipſo mirabatur cibos menſæ regiæ, ordines miniſtrantium, veſtèſque eorum & pincernas. Quod dicebat his verbis Ioſephus: quotidianos conuiuiorum ſumptus, apparatùmque miniſterij.

Conuiuio quotidiano recreás.

Secundò, benigniſſimè audiebat Salomon difficultates ſibi propoſitas, patienter, longanimiter, nulli faſtidioſè reſponſionem negabat; ſemel & iterum repetebat, ſi opus eſſet, vt exponeret Reginæ Salomon omnia quæ propoſuerat; nec quicquam eſſet, quod non perſpicuum ei faceret. Itaque reſpondebat Salomon in omni patientia & doctrina. Et quidni tam patientia quã doctrina opus eſſet ad muliebres quæſtiones & curioſitates? ſicut enim audiendi & perdiſcendi auidiſſimæ ſunt; ita percontandi, atque inquirendi; & cùm natura ſua garrulæ ſint, ſemel data loquendi & interrogandi optione, quam nullum ſtatuent percunctandi, & percontando cunctandi finem? Ad non vulgarem profectò Salomonis patientiæ laudem ſcriptum eſt: *Loquuta eſt ei vniuerſa, quæ habebat in corde ſuo; & docuit eã Salomon omnia uerba, quæ propoſuerat.* Vides Sarã pro muliebri ingenio poſt oſtium tabernaculi clanculum audientem colloquium Angelorum cum Abrahamo, Geneſ. 18.10. quæ curioſitatis prurigo, iam tunc videtur potuiſſe notari, cùm ex nomine Saræ litterulam expunctam voluit Deus; nomini verò Abraham additam, Gen. 17. 5. 15. quaſi fœminas vellet minùs ſciendi curioſas, id eſt, pauciorum litterarum: at verò viros litteratiores.

Benignè audiens & ſuauiter reſpondens.

2. Tim 4. 2.

Fœmina garrula & percontatrix.

Tertiũ illud miram arguit Salomonis ſuauitatẽ in reſpondẽdo, quod Regina dixit, Maior eſt ſapientia, & opera tua, quã rumor quem audiui. vbi pro operibus propriè eſt bonum, aut bonitas, & ex verbo legitur, cum Septuaginta. Appoſuiſti bona ſuper omnẽ auditionẽ. Vel melius; Addidiſti ſapientiam, & bonitatẽ ad famã. Vatablus, Sapientia tua & benignitas tuã ſuperãt famã. Tigur. Sapientia & elegãtia. Sed pro, bonitate, propriè eſt in originali iucũditas, ſuauitas; Sapiẽtia tua cũ ſumma humanitate & ſuauitate cõiungitur: nihil in tua ſapientia arrogans, nihil acerbũ, nihil inacceſſum; ſapientẽ te & magnum audierã, ſed iam nunc coram video ſapientiſſimũ, & maximũ, ac nihilominus experior benigniſſimũ atq; ſuauiſſimum. Ergo ſe ipſum deſcribebat Salomon, cùm de ſapientia ſcribebat; *Non habet amaritudinem conuerſatio eius, nec tædium, conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium.*

44 Salomonis in reſpondendo ſuauitas.

Opus.

Bonitas.

D Quartum, liberaliſſimè Salomon ampliſſimis ac verè regalibus donis Reginam proſequutus eſt. Sicut dicitur 3. Regum 10. 13. *Dedit Regina Saba omnia, quæ uoluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio.* Quod in Hebræo propriè eſt, *Præter ea quæ dedit ei ſecundum manum regis*, vel cum Septuaginta, *per manum regis*, quod eleganter dictum eſt ab interprete, *munere*, aut magnificentia *regia*: nam, ex ſubiecta materia *manus regis*, non idem ſemper ſonat: aliquando enim manus regis dicitur eſſe ille, cuius opera & miniſterio rex vtitur; ſicut 2. Eſd. 11. 24. dicitur Phathahia fuiſſe in manu regis. q. d. manus regis fuiſſe in Phathahia & 1. Paral. 18. 17. Filij Dauid primi ad manum regis, id eſt, quorum opera primariò vtebatur Dauid; vel qui primis & ampliſſimis officijs regalibus fungebatur:

45 Salomonis liberalitas.

E

Manus regis.

Hypallage

tur. Nunc verò cùm de conferendis muneribus agitur, *manus regis* liberalitatem & munificẽtiã regalem affert, ſicut Eſther 1.7. *Vinum vt magnificentia regia dignũ erat abundãs.* Quod in Hebræo eſt. *Vinum regium multum ſecundum manum regis.* Quod Pagninus dixit, *ſecũdum potentiam regis.* Tigurina; *iuxta imperium regis.* Sed eleganter Vatablus cum noſtro Vulgato; *Pro facultate & magnificentia regis.* Quare 2. Paralip. 9.12. dicitur Salomon dediſſe reginæ *multo plura, quam ad eum attulerat.* Quod ex Hebræo propriè legerunt Septuaginta, *Dedit reginæ præter omnia, quæ attulerat regi.* Vbi ſupplendum, dediſſe alia præterea, quibus compẽſauit Salomon ipſa reginæ munera. Ergo

Cella theſaurorũ & aromatum Salomonis.

veroſimile eſt Salamonem oſtẽdiſſe reginæ cellam aromatum & theſaurorum, tanto faciliùs atque liberaliùs, quanto maiorum & locupletiorum illis Ezechiæ, de quibus ſcriptũ eſt Iſai. 39. 2 *Lætatus eſt autem ſuper eis* (legatis Babylonijs) *& oſtendit eis cellam aromatum, & argenti & auri, & odoramentorum, & vnguẽti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis, & vniuerſa, quæ inuenta ſunt in theſauris ſuis.* Quòd ſi vera eſſet illa, cuius nuper meminceramus, ſuſpicio de regina Saba à Salomone in Canticis indicata, certè videretur vel nunc maximè probabilis, cùm optionem ſibi dari à Salomone petendi & accipiendi videret,

Cant 1.4.

dixiſſe, *Introduxit me Rex in cellaria ſua,* & iterum;

Eodem cella vini, & lecti.

Introduxit me rex in cellam vinariam quæ ſi eadẽ ipſa eſſet *cella lectuli*; & conclaue ſecretiſſimum ipſius Salomonis, nihil videretur deſiderari amplius à Regina potuiſſe. Et verò eundem fuiſſe locum Thalami, theſaurorum, aromatum, vini pretioſiſſimi, colligi ex Homero poteſt, Odyſ. a.

Homerus.

in hæc verba Vlyſſis thalamum deſcribente:

Ille verò in excelſum thalamum abijt patrius,

Latum vbi cumulatum aurum & æs iacebat.

Veſtiſque in ciſtis abundeque odoriferum oleum:

Ibi verò dolia vini veteris dulcis ſtabant,

Purum diuinum potum intus habentia.

Porrò ſuperiùs diximus veroſimillimum fuiſſe

46
An Regina mater filij ex Salomone.

præfœminarum & præſertim Arabum ingenio, ea potiſſimùm expetijſſe & petijſſe quæ magis rara & peregrina apud Arabes videri potuiſſent.

Sed quintò præterea, coniunctiori Salomonis neceſſitudine & amicitia viam fuiſſe Reginam, vt Salomon illam matrem filij faceret, peruulgata multorum traditio eſt; ſed cuius rei præter Luſitanos ſcriptores de rebus Aethiopicis vix vnum aut alterum ſcriptorem inuenio: is eſt

Genebrard.

Genebrardus, qui in Chronologia Anno mũdi. 3150. ex hiſtoria Aethiopica tradit Salomonẽ ex regina Saba ſuſcepiſſe filium nomine Melic; ſiue Melech; poſteà etiam mutato & amplificato

Luſitani Scriptores.

nomine appellatum Dauid. Scriptores verò rerum Aethiopicarum, qui rei huius meminerũt, ſunt Franciſcus Aluarez, Victorius, Damianus

Barrius.
Ortelius.
Maluenda.

Goes, ac multo locupletiùs Barrius decade. 3. lib. 4. cap. 2. quos ſequutus eſt Abrahamus Ortelius in ſua Abyſſinorum Geographiæ tabula, & Maluẽda de Antichr. lib. 5. cap. 13. Rei huius veroſimilis coniectura aliqua fieri poteſt ex tempore, quo Regina Salomonem inuiſit, nimirum ferè iam exactis viginti illis prioribus annis regni, vt nuperrimè computabamus, cùm iam incipiebat amare mulieres alienigenas mulcas: itaque pronum fuit regi, ad libidinem prono, frequenti alienigenæ fœminæ, & multis animi atque corporis dotibus egregiæ colloquutione & congreſſu in turpitudinem prolabi. Atque adeo non deeſt, qui exiſtimet, librum Canticorum vel hiſtoriam uel alluſionem continere ad reginam Saba, quam peramanter commendet, & viciſſim ab illa laudes & encomia accipiat: & quæ amore auditi Salomonis correpta ad eum venerit; fortè ſobolem ex Salomone quæſitura: nõ aliter atque de illa Thaleſtri Amazonum Regina ſcribit Iuſtinus lib 12. occurriſſe

Thaleſtris regina Alexandrum quærens. *Iuſtinus.*

Alexandro cum trecentis millibus mulierum viginti quinque dierum inter infeſtiſſimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quæſiturã: poſt triginta igitur dies vtero pleno diſceſſiſſe.

Rem verò huiuſmodi in Salomone neq; creditu neque auditu dignã exiſtimat Boz. lib. 21. de ſignis Eccleſiæ c. 1. & Franciſcus Moncæius

Bozius.
Moncæius.

lucubratione 4. lib. 1. in Cant. & meritò; quòd mirum omnino eſſet tantæ rei nullam fieri mentionem in diuinis libris, aut in ſcriptoribus Hebræis, Ioſepho præſertim, qui ſuæ gentis an-

Ioſephus.

tiquitates omnes perſcrutatur, & diligenter colligit, atque interdum etiam quæ falſa ſunt, ſi tamẽ vulgata, aut ſpecioſa sũt, minimè reijcit.

Sed miratur quidem Malueda, cur Bozius receptiſſimæ hiſtoriæ refragari voluerit, quam ipſe tanquam veriſſimam & indubitatam complectitur. tamen in eo viris cordatis multo magis mirandũm, quòd vir doctus & eruditus Maluenda, & qui aliorum ſententiam vel veterum, vel verò ſimilium ſeueriſſimum ſe caſtigatorem auctoritate & virgula cenſoria præbere ſolet, nunc ineptiſſimæ fabellæ, & vel laſciuientium hominum luxurianti calamo, vel Abyſſinorum Aethiopum falſa ſibi de ſua origine, antiquitate perſuaſione blandientium commento excogitatæ refragari ipſe non voluerit. Nam ſi res illa vlla mereretur fidem, eadem ſane dignum cenſendum erit, quod reliquum eſt illius fabulæ, & quod in iiſdem Abyſſinorum monumentis ſcriptum iidem Scriptores tradunt, quod idem Barrius fuſiùs deſcribit, & ſua ſe procul dubio

Totius illius fabulæ diſcuſſus.

falſitate prodit. Illud autem paucis a nobis ex Barrio verbis delibandum; *Tamdiu numirum* (inquit ille) *regina Saba apud Salomonem manſit, quamdiu diuinæ legis præceptis & cerimonijs inſtrueretur; concepto deinde è Salomone filio grauida adhuc, de reditu in patriam cogitauit. Sed ecce in*

Barrius.

medio itinere pariendi doloribus impedita, fœlicis tandem partum puerum enititur; quem in regni ſede regia liberaliter educatum iuſta iam ætate, qua decuit regali magnificentia & apparatu ad parentem Salomonem mittendum Regina cogitat, eo potiſſimum conſilio, vt ante Tabernaculum ſancta cum vnctione parens Salomon initiandum, & ſupremum Aethiopiæ Imperatorem inaugurandum velit, ac iubeat. Melecum (hoc enim puero nomen) parens ſingulari beneuolentia & charitate ſuſceptum, ſolemni ritu conſecrandum ac nomine aui honorificentiſſimo, id eſt, Dauidis, inſigniendum, ac deinceps diuinæ legis præceptis & inſtitutis imbuendum diligenter curat, Tum tandẽ matri reddendum, miniſtrorum, optimorum plurimorumque decentiſſimo comitatu, atque etiam pædagogo ſanctiſſimo ac rerum diuinarũ præceptore ſapientiſſimo Sadoc Azariæ filio, & ſummo in Ieroſolymitano templo ſacerdotum principe. Is Dauidis interuentu, & precibus à Salomone exorat, vt in ſancta ſanctorum ſibi ingredi liceat, vale vltimum dicturo Arcæ & loco ſancto, & pro fœlici itinere vota nũcupaturo. Ingreſſus itaque quaſi orantis ſpecie, re verò ipſa

legis

legis tabulis ſuffuraturus, alias omnino ſimiles iam antea ad eam rem præparatas, illarum loc ſubſtituit. Ille dum iam ex longo itinere ad Aethiopiæ fines accedunt, Dauidem totius rei inſcium, Azarias admonet ſacrati illius furti, & ſacrorum ſpoliorum, quæ Ieroſolymis ex templo ſuſtulerat. Incredibili lætitia affectus Dauid, citato gradu ad Azariæ tabernaculum contendit, tabulas inuenit; ac ante illas, honeſtiori loco repoſitas lætiſſimis ludis, aut Dauidis exemplo, tripudiat; quem comitatus ſeruorum vniuerſus, lætitiæ cauſa perſpecta, quibus poſſunt lætitiæ ſignificationibus imitantur. Aethiopiam ingreſſo iam filio exoptatiſſimo, & exoptatiſſimo. Nicaula regina regni habenas tradidit. & ſermonis finem imperandi in Aethiopia facit; & vt ab hoc Dauide ad reliquos Abyſſinorum Imperatores virilem ſortem ducendi vsum inſtituit.

Vides in hac narratione quot & quanta mendacia, & ſpecioſa fabellarum argumenta, quæ ſi refellere vellemus, otio abuteremur & tempore. Sed præterea vt ad id de filio a Salomone ex regina quæſito reuertamur, ſanè videtur cũ illa reginæ Saba, quam diximus, ſanctitate, & ſtudio veri Dei, veræque religionis colendæ, puram etiam eius hoſpitij ſanctitatem nunquam violandi manifeſtè pugnare: præſertim cùm nondum videretur Salomonis animus impuro fœminarum amore corruptus, neque tam perditè mulieroſus, vt non ſolùm alienigenas ad impurum conſortium alliceret, ſed alienas etiam quaſcumque obuias & ſine diſcrimine, intemperantis animi libidine deperiret. Denique vbi neceſſitas non cogit, res non exigunt, nihil parum mundum ſanctitati ſcripturarum affingendum.

Nihil non mũdum aſfingẽdum ſcripturis.

IX. Reginæ diſceſſus & comitatus.

47 *Quantum temporis demorata apud Salomonem. Aſcendere quid propriè in Hebræo. Illuſtratur locus Regum.*

48 Spiritus *quid propriè; quid deficere ſpiritum. quid* pretioſus ſpiritus. *Explicatur Iob & Salomon.*

49 *Hebræorum comitatus reducens Reginam.*

50 *Presbyteri Ioannis ſtemmata & tituli honorifici.*

51 *An deinceps inter Salomonem & Reginam vllum litterarum commercium. An lignum crucis Chriſti diu ante paratum.*

47 Reginæ diſceſſus.

DAtis acceptiſque muneribus Regina reuertitur in patrium ſolum, atque valedictura Salomoni regi, illa ad extremum grauiſſima oratione vſa videtur, quæ ſcripta eſt 3. Reg. 10. 2. Paralipom. 9. poſtquam nimirum multorum dierum ſpatio vniuerſam Salomonis opulentiam atque Ieroſolymorum amplitudinem contemplata eſt. Quanto verò tempore demorata fuerit apud Salomonẽ, ſciri non poteſt, diuinari tamen vtcumque poteſt; fortè anno integro, ex illo 3. Reg. 10. 5. *Videns Regina holocauſta, quæ offerebat in domo Domini.* cùm non ſemel ſed ſæpius, id eſt, ter in anno. 3. Reg. 9. 25. *Offerebat Salomon tribus vicibus, per annos ſingulos holocauſta, & pacificas victimas ſuper altare,*

Quanto tẽpore apud Salomonẽ demorata.

A *& adolebat thymiama coram Domino.* Quæ videntur eſſe tria illa omnium Iſraelitarum celebratione ſanctiſſima, & lætiſſima feſta Azymorum, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, Exodi. 23. & 34 Deuteronom. 16. quæ multitudine victimarum, ingentis thymiamatis copia à Salomone excolebantur ſumma cum vniuerſi regni admiratione, & plauſu; præter minora alia & quotidiana ſacrificia. Quamquam ex Hebræo locus hic aliter legatur; cùm enim pro *holocauſtis* propriè ſit vox, quæ ſignificat aſcenſum à radice *Ghalah*, quæ ſignificat aſcendere, Pagninus, Regia, & alij Hebraizantes legunt: *videns aſcenſum eius, vel gradus, quibus aſcẽdebat in domum Domini*; nimirum quòd feciſſet pulcherrimam

Holocauſtum. עלה Pagninus & Hebraizantes.

B aliquam porticum, qua vel tutò & ſecretò, vel publicè coram vniuerſo populo, ſatellitio numeroſiſſimo comitatus ex regia in Templũ conſcenderet. Hoc igitur opus mirari potuit Regina Saba, vel propter altitudinem, & pulchritudinem, vel propter ſummam artem, quæ cum pietate ſimul coniuncta rem innuit mirificè opportunam ad regis negotia & difficultates optima ratione obeundas & ſuperandas: nimirum ſi ita regiam ſuam cum templo coniungeret, vt ad Deum & frequentem orationem nunquam non ſibi facilis pateret aditus. de quo dicebamus cùm de templo, & de porta meridiana Atrij Iſrael, qua deſcendebatur in regiam. Sed germanam vocis intelligentiam proculdu-

Regia cum Tẽplo coniuncta.

C bio aſſequutus eſt Latinus interpres pro *aſcenſione*, vertens, *Holocauſta*, cuius odor, quia aſcẽdebat in cœlum, & quia imponebatur ſuper altare, itemque offerebatur manibus ſacerdotum, dicebatur *aſcenſio*, aut eleuatio, qua etiam ratione Septuag. Tigurina, & docti alij Hebraizantes, *Holocauſtum* verterunt. itaque ex hoc loco ſi regina Saba integri vnius anni recurrentibus ſacrificiis interfuit, potuit meritiſſimè tantam magnificentiam, & in res diuinas effuſiſſimam liberalitatem meritò vſque ad ſtuporem demirari.

Cùm holocauſtum dicatur aſcenſio.

Lxx.

Sed tum hæc, tum ea quæ ſuperiùs narrantur in ſacra hiſtoria, mirata Regina, *non habebat vltra ſpiritum: dixitque ad regẽ, Verus eſt ſermo, quem audiuus*, &c. 48

D Quid verò aliud ſit, *non habere vltra ſpiritum*: quod propriè in Hebræo eſt, *non erat vltra ſpiritus in ea*; Septuag. *extra ſe facta eſt*; quam Hebraici ſermonis vim agnoſcit Vatablus, & confirmari poteſt ſimili exemplo Ioſue. 5. 1. *Non remanſit in eis ſpiritus.* nimirum præ timore. Sicut in regina Saba præ admiratione & ſtupore tantæ magnitudinis. Sed fateor, vix intelligo qua ratione cohærere poſſit hic ſenſus, id eſt, ſtupor & quaſi mentis extaſis, quæ vocem adimere ſolet, cum re ipſa & oratione affectu pleniſſima, quam habuit Regina de laudibus & virtutum magnitudine Salomonis; *non habebat vltra ſpiritum; dixitque ad regem.* nam potiùs res ipſa

Non habere ſpiritum. quid.

E & contextus ſermonis exigit, vt eo mentis affectu concitata fuerit, qui vocem & orationem etiam nolenti extorſerit. Abulenſis in hoc *ſpiritu*, neſcio quid ſubtilius meditatur; accipit enim *ſpiritum* pro intelligentiæ capacitate quadam ad intelligendum & ponderandum, quæ videntur. Cum ergo quis non ſatis comprehendit rerum magnitudinem, neque ſatis pro dignitate admiratur, dicetur; *non habere vltra ſpiritum.* Sed proculdubio expoſitio eſt quæſita magis quam propria.

Abulenſis. Spiritus pro intelligẽtia.

Ego itaque *ſpiritum* hoc loco ſuſpicor accipi poſſe

Spiritus pro voce.

poſſe pro voce & oratione, quæ ſpirando redditur; ſicut a quodam, qui diu tacuerat, dictū eſt, Iob. 32. 18. [Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei; & venter meus, quaſi muſtū abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit. loquar, & reſpirabo paululum; aperiam labia, & reſpondebo.] Itaque *ſpiritus* ſuppreſſus & detentus, erunt verba concepta, ſed nondum edita; ſcriptum eſt enim, [Totum ſuum ſpiritum profert ſtultus,] Prouerb. 29. 11. cùm tamen [vir eruditus ſit pretioſi ſpiritus.] Prou. 17. 27. id eſt, virum ſapientem non quæcūque mente cōcipit ſtatim proferre: ſed tamquam rem pretioſam & raram diutius apud ſe continere. Quod alij cum R. Leui, nonnulla cum originalis mutatione legunt, non *pretioſus ſpiritu*, ſed potiùs, *Frigidus animo.* q. d. cuius verba præ nimio pectoris æſtu non feruent, ſed tanquā res frigida, ſubſident, *el que habla a ſangre fria.* Ergo hæc erit non vulgaris huius reginæ ſapiētiſſimæ cōmendatio, quòd non ſtatim eorum, quę viderat, admirabūda exclamarit inſolenti aliqua oratione & amplificatione: ſed per otium rem omnem contemplata, cohibuerit ſpiritum, & tantiſper tacuerit, donec nihil iam eſſet, quod ſpectandum, aut expectandum videretur. tunc iam *non erat vltrà ſpiritus* in illa, coarctauit quippe illam ſpiritus vteri ſui, & exclamauit: ſic mihi videtur intellexiſſe Ioſephus, nihil aliud hunc ſpiritus defectum interpretatus, quàm quòd *diſſimulare ampliùs* non potuerit. Cuius verbis ipſam reginæ orationē plenam ſententiarum & verborum pondere non pingebit ſubſcribere: [Hæc quotidie contēplando vehementer admirabatur id, quod diſſimulare nō potuit, ſed apud Regem ingenuè faſſa eſt; quantopere huiuſmodi ſpectaculis afficeretur. Omnia (inquit) Rex, quæ auditu percipiuntur, cunctanter credere ſolemus; ſed de tuis bonis, quæ vel intra te ſunt repoſita, ſapientia videlicet ac prudentia, vel quæ tam amplum regnum tibi ſuppeditat, nō vana fama ad nos perlata eſt; ſed cùm eſſet vera, non reſpondiſſe tamen eam tuæ felicitati nunc præſens video. Quāuis enim auribus perſuadere conabatur, non potuit tamē res ita pro dignitate repræſentare, ſicut nūc oculis noſtris ſubijciuntur. De me quidē faciendum eſt, ꝙ cū de fide eius hæſitaſſem, ne forte aliquid affingeretur, nunc longè maiora eis conſpexi. Nacti tanta fœlicitate Hebræi, nacti amici ac familiares tui, quibus perpetuò ſapientia tua frui datum eſt. Laudandus Deus, qui regionem hanc & habitatores eius adeo dilexit, vt te regem eis præficeret.]

R. Leui.

Reginæ prudentia & ſilentium opportunum.

Ioſephus.

49 Tertiò, tū regia Salomonis humanitate & vrbanitate, tum Reginæ erga Salomonem, atq; res diuinas humanaſq; Hebræorum propenſi animi affectu cōuenit inter illos, vt ſecum in patrium ſolum duceret duodecim Hebræorū millia, millenos è tribubus ſingulis. Hoc ex Aethiopica hiſtoria tradunt Genebrardus lib. 1. Anno mundi 3150. Cedrenus in Compendio, Barrius loco iā indicato, Ludouicus Carreto ex Iudæo Chriſtianus, in ſua illa Epiſtola, quæ inſcribitur: *Liber viſorum diuinorum aduerſus Iudæos*, vbi de propagatione Euangelii diſſerens, ſcribit in hæc verba; [Quin etiā iam olim multi ſunt Chriſtiani Indi atque Aethiopes in medio regno Presbyteri Ioannis quorum bona pars ſunt è ſemine Iſrael, cū miſerit Rex Salomon illuc reginæ Sabææ amore eiùſque rogatu, cùm ab eo diſcederet, duodecim hominum millia, millenos è ſingulis tribubus: ibique remanſerūt, atque propagati ſunt, ſicut arena maris, & ſinguli ſequuti ſunt ſua ſigna militaria, ſicut ſcriptum eſt in annalibus regū Iudorum. Porro ob conuerſionem Eunuchi, Philippi opera conuerſi ſunt omnes ad Ieſum Meſſiā Dominum ex toto corde ſuo, vt vaticinatus eſt Pſaltes cùm dixit: Reges Sabææ, & Aethiopię munera offerent. Et præterea Aethiopa præuodet manibus ſuis Deo. Ipſi verò circunciduntur non ob neceſſitatem, ſed ex memoria & amore Ieſu, qui circunciſus fuit.] Res proculdubio hæc incerta, ſed ideo mihi ſuſpecta falſitatis, quòd neque Ioſephus, ſuarum rerum diligens ſcriptor, & interdum etiam amplificator, rem tantam, ſi fama eſſet, prætertierit. Quamquam veroſimile Hebræorum aliquos nouitatis ſtudioſos, aut etiam propugnandæ pietatis, & legis diligentes, Reginam comitatos, apud eam gentem manſiſſe, & vel ex hac occaſione, vel ex aliqua alia perſuaſione illum ſpecioſum titulum ſibi arrogare Presbyterum Ioannem ſummum Abaſſinorum Imperatorem, quem ex illius gentis monumentis Ortelius expreſſum ſcribit in ſui Theatri tabula 68. iucundum lectu, & gratis à lectore hoc quoque loco ſuſcipiendum.

Hebræi comitātes reginā in Aethiopiam.

Barrius. Genebrard. Cedrenus. Carretus.

Pſalm. 62. Pſalm. 18.

Ioſephus.

Ortelius.

DAVID SVPREMVS MEORVM REGNORVM, A DEO VNICE
DILECTVS, COLVMNA FIDEI ORTVS EX STIRPE IVDA,
FILIVS DAVID, FILIVS SALOMONIS, FILIVS COLVMNAE
SIONIS, FILIVS EX SEMINE IACOB, FILIVS MAGNVS
MARIAE. FILIVS NAHV SECVNDVM CARNEM, FILIVS
SANCTORVM PETRI ET PAVLI SECVNDVM GRATIAM;
IMPERATOR SVPERIORIS ET MAIORIS AETHIOPIAE
ET AMPLISSIMARVM IVRIDICTIONVM ET TERRARVM;
REX GOAE, CAFFATES, FATIGAR, ANGOTHAE, BARV
BALIGVANZAE, ADEAE, VANGVAE, GOIAMAE VBI
NILI FONTES, AMARAE, BAGVAMEDRI, AMBEAE VAGVNCI,
TIGREMAHOM, SABAIM PATRIAE REGINAE SABAE,
BARNAGABSI; ET DOMINVS VSQVE IN NVBIAM QVAE
IN AEGYPTVM EXTENDITVR.

50 Inſignia autem, ſtemmatave regalia prepoſita his titulis ſunt, [Stans Deo & manu tenens erectam crucem] vt hæc ſit Chriſtianitatis inſigne; ille verò Iudaicæ proſapiæ, quippe, vt non ſemel in hoc opere indicauimus, Leo fuit ſemper ſuit Iudaicæ tribus inſigne, iam inde ab illa benedictione Iudæ, Geneſ. 49. 9. [Catulus Leonis Iuda,] &c. Eodemque regalia ſtēmata, tum in ſuo throno prætulit Salomon: tum in ſigillo ſignatorio, quo tum Dauid, tum alij reges Iuda vſi fuerūt, vt ſcribit R. Abraham in Cabalica hiſtoria apud Genebrardum anno 3146.

Inſignia presbyteri Ioannis.

Leo inſigne regiæ trib.

Annulus ſignatorius Salomonis. R. Abrahā Genebrard.

51 Quartò, cōmerciū aliquod, ſiue mutuò miſſitatorū munerū, ſiue literarū reginæ cum Salomone deinceps interfuiſſe, credi poteſt. Sed re ipſa ad Salomonē ſcripſiſſe, & de re omnino arcana Petrus Comeſtor lib. 3. Reg. c. 26. & in hiſtoria Euangelica c. 81. his verbis teſtatur. [Tradunt quidā eam reſcripſiſſe Salomoni, ꝙ præſentialiter ei indicare timuit, ſe vidiſſe ſcilicet quoddā lignū in domo Salius, in quo ſuſpenden-

Comeſtor. Commenta literis Reginæ ad Salomonē.

dus

dus erat quidã, pro cuius morte regnũ Iudæorũ periret, & certis indicijs illud regi indicauit. Qd timens Salomõ in profundiſſimis terræ viſcerib⁹ occultauit illud. Pro cuius virtute aqua mota ſanabat ægrotos. Quod tamen in libris ſuis negant ſe habere Hebræi, ſed quomodo circa tempora Chriſti in Probatica piſcina ſupernatauerit, incertum eſt, & creditur fuiſſe hoc lignum crucis Domini.] Rei quoque huius meminerunt Petrus Bleſenſis ſermone 1. de Aduentu, Dionyſius, Hugo, & Cardinalis Toletus, Barradas, Ioannis. 5. Gretſerus libro 1. de Cruce c. 4. Nauclerus, volumine 1. ſuæ Chronographiæ, Generatione 34. Nemo tamen huic rei, potius fabulæ, fidem vllam habendam cenſet, præter Ioãnem Barrium, qui, vt ſuam illam de Regina Saba opinationem promoueat, nihil reijciendum exiſtimat, quod cum Regina facere videatur. Et falſitatis quidẽ illud inter alia argumentum eſt, quòd inter huius rei ſcriptores de re ipſa minimè conſtet: nam Petrus Comeſtor, Hugo, Barradas, dicunt illud lignum fuiſſe in domo ſaltus Libani. Alij non niſi ad torrentem Cedron, quod vice ponticuli tranſeuntibus erat, inuentum illud lignum à Regina.

Bleſenſis. Dionyſius. Hugo. Toletus. Barradas. Gretſerus. Nauclerus.

Et verò nihilo veroſimilior illa altera narratio, quæ, ſi non Reginam, at Regem Salomonem tangit: quam Pater Gretſerus lib. 1. de Cruce capit. 4. aſſerit ſe repetiſſe in manuſcripto Græco Codice Bibliothecæ Auguſtanæ; Abrahamũ tres ſurculos, nempe pinus, cupreſſi & cedri plantaſſe, eoſque poſtea in vnam arborem coaluiſſe, diſtinctis tamen radicibus & verticibus; hanc vna cum alijs ad fabricam Templi à Salomone ſucciſſam, nulloque loco aut aptam fuiſſe, aut aptari potuiſſe; eaque de cauſa à Salomone deſtinatam, vt neſcio in qua Templi parte ſedilis vice fungeretur. Eò adductam Sibyllam conſidere noluiſſe, ſed ſpiritu Dei plenam prædixiſſe, quis in eo ligno venientibus ſæculis mortem oppetiturus eſſet: Salomonem hoc oraculo permotum, lignum ad Orientem ſolem rectum deſtinaſſe, & triginta argenteis crucibus cinxiſſe, idque in eo loco vſque ad tẽpus paſſionis Dominicæ permanſiſſe. Sed iam ſatis de Regina Saba, & de toto hoc miſcello libro quinto. Ad ea, quæ Salomonem propiùs tangunt, id eſt, ad eius animi atque corporis ornamenta, gradum faciamus.

Gretſerus. Abraham plantãs tres ſurculos in vnũ coeuntes.

Hæc ſcripſeram, cùm ſiue caſu, ſiue fato neſcio quo, aliud agens, incido in Bibliotheca illius Columbi Hiſpalenſis Eccleſiæ librum detritiſſimum & obſoletiſſimum, priſca Italica, & vt videtur, Veneta lingua conſcriptum, excuſum Taruiſii, apud Michaelem Manzolum. Anno MCCCCLXXVIII. Die XXIII. Aprilis cui titulus: *Fioretto nouello del Teſtamento vecchio e nouo*: Multis, vt videtur, ſiue Hebræorum traditionibus & fabulis, ſiue incertis & apochryphis narrationibus, ſiue admirandis alijs minus notis, minuſque peruulgatis ad priſcas librorum ſanctorum hiſtorias obſeruationibus refertum. In eo ſtatim meum quæro Salomonem, video & lego hanc ipſam rem reginæ Saba, & ligni Sanctæ Crucis; ſed eo loco non tam plenè ac luculenter expoſitam, quàm indicatam, & quæri iuſſam alijs totius operis ſparſim locis. Ergo quærenda mihi fuit, & tria ſtatim carpenda euoluto vniuerſo volumine, & iam inde ab Adamo ducto filo totius narrationis. Quæ cum aliter quàm apud Latinos, & quàm apud Græcum illum noſtri Gretſeri ex Bibliotheca Auguſtana, in hac Hiſpalenſi noſtra habeatur, è re & oblectamento lectoris

Noua Reginæ Saba, & ligni S. Crucis narratio.

A fore putaui, ſi integram hoc loco Latinè deſcriberem.

Ergo ſic habetur lib. 1. c. 76. Moribundus Adã præcipit Seth, vt contendat ſtatim ad Cherubinum paradiſi cuſtodem, petiturus particulam olei miſericordiæ, quam Deus illi, pulſo è paradiſo, pollicitus fuiſſet. A quo Seth dignatus, cùm ſigna aliqua quæſijſſet, pergere iuſſit in vallem Hebron, atque ibi quondam fixa ipſius Adami & Euæ veſtigia inueſtigare, in quibus nihil vnquam virentis herbæ proueniſſet: quorũ veſtigiorum ductu viam paradiſi tenere poſſet.

Moribundus Adam.

Subijcit deinde c. 77. eiuſdẽ libri. Obijt Seth patris mandata diligenter, & illa ipſa viæ indicia cùm tenuiſſet, iam paradiſo proximus, ac tãto loci ſplendore perculſus, in ipſo horti ingreſſu conſiſtit: accurrens Angelus quærit, quid velit. Seth mandata patris exponit. Angelus verò benignè acceptum permiſit Seth caput oculóſq; in paradiſi locum circumſpectandum emittere, atq; attentè cuncta obſeruare. Vidit verò in paradiſi medio vberrimum quemdam atque ampliſſimum fontem, ex quo quatuor illa flumina ducebantur, quæ vniuerſam terram irrigant; propter fontem verò ingentem arborem multis diffuſam ramis, ſed ſine folijs, ſine cortice. Quo ſtatim viſo veram illius excorticationis & foliorũ defluuij cauſam mente & ratione cõplexus Seth, primorum parentum peccatum fuiſſe cognouit. Rurſus admonitus Seth ab Angelo diſpicere iterum, videt obſeruatq; arborem illam tam proceram vt vertice cælum attingeret, in ipſo vero arboris cacumine conſidentem infantulum vagientẽ & plorantem. Suorum verò parentũ peccati originarij refricata memoria pudibundus Seth, demiſſis oculis & vultu in arboris truncũ videt deflexos deorſũ ramos, & per mediã tellurem ad infernũ vſque penetrãtes: in quem cum attentiùs deſpiceret, videre ſibi viſus eſt, atque agnouiſſe Abelis animã. Cõuerſo deinde ad Angelum, & viſa omnia narranti, Angelus expoſuit quis eſſet infantulus ille cacumini arboris inſidens. nimirum Dei filius. Is, inquit Angelus, vagitu & lacrymis patris matriſque tuæ peccatum proſequitur, idemq; ipſe peccatum deſtruet ſuo tempore. Hoc oleum miſericordiæ à Deo parenti promiſſum, pulſo è paradiſo. Ergo Seth de reditu cogitanti dedit Angelus tria ſeminis grana illius eiuſdem arboris cuius vetitum pomũ carpſerat Adamus, ſimulq; iniunxit, vt triduo poſt reditũ ſuum iam diem obeũte Adamo, tria illa grana in os defuncti ſubtus linguam inderet, ſicque cadauer ſepulturæ mãdaret: Adamus de ſuo intra tres dies obitu certior factus à Seth, atque de reb. alijs inſtructus, totus ridibundus, atq; hilaris gratias Deo egit, & iã poſt ſatis longam vitam ſpiritum ſuũ in illius manus depoſuit. Ergo ſtatuto die moritur. Mortuo verò parenti, inditiſq; tribus illis granis ſubtus linguam, iuſta funeris perſoluit filius Seth. Paulo poſt ex tribus illis ſeminibus pullulant ſurculi tres lõgitudine brachij vnius. Primus, Cedrus erat arborum omnium celſiſſima, Dei Patris ſymbolũ. Secundus, Cupreſſus odoratiſſima, & inter arbores omnes famoſiſſima, filij ſymbolum. Tertius, Palma ſpiſſiſſima habens folia, & ſerens aloen, ſignum Spiritus ſancti. Ergo ſteterunt tres iſti rami ſeu potiùs arbores actis in Adami ore radicibus adusque ſeculum Noe.

Vegiſtia Adami in via paradiſi.

Arbor pomi vetiti marceſcẽs poſt parentum peccatum.

Semen arboris vetitæ.

Symbolũ Trinitatis.

Deinde c. 82. Egreſſus Noe de arca ad annum vitæ ducenteſimum genuit filium nomine Ierico, Gigan-

co, Gigan-

Iericó filius Noe.

co Gigantæa mole. Is cùm audiret frequẽtes de Adamo ſermones; viſendi eius ſepulturæ, & monumenti cupidus, cõtendit in vallem Hebron. Illo igitur quæſito & inuento, & tres illos ſurculos ex Adami ore progerminatos, quaſi nouum nemus plantaturus, primùm auellit, deinde in deſerto ſeparatim pangit, præſagiens ſpiritu propheticæ fore, vt fructum proferrent mirabilem. Ergo, Deo ſic volente, in ſe ſe mutuò tres illi rami influxerunt, & coniunctione mirabili in vnã ingentem arborum coaluerunt. Vno igitur & indiuiſo trunco & caudice folia triplici ſua varietate diſtinguebantur, alia nimirum palmæ, cupreſſi aliæ, atque cedri. Durat arbor vſque ad Dauid prophetæ ætatem.

Exod. 15. 25 Lignũ ... dens quale.

Capite verò. 130 Lignum illud, quod Deus oſtendit Moyſi, quod cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt, fuit ex illa arbore nata in Adami ore plantata in deſerto: quam iterum pànxit Moyſes in monte Thabor.

Deinde verò lib. 4. c. 148. hæc ſubſequũtur: Tẽpli impenſas à Salomone exædificandi præparãs Dauid; & multam lignorum materiam cædi & comparari præcipiens, fortè in illam arborẽ cæſores incidunt natam in Adami ore, tranſplantatam à Ietro, coaleſcentem in deſerto, iterum à Moyſe cõſitam in Thabor. Mirabundi fabri & magiſtri operum non priùs audent attingere, quàm Dauidem de noua & inaudita arbore certiorem faciãt. Rei nouitate & miraculo excitus Dauid, ſuſcepto itinere, viſáque arbore, prophetiæ ſpiritu plenus, triformem beatificam in illo, vno & triplici ligno ſalutans, & ſummum ligno honorem habens; Incredibile, inquit, ſolatium & eximiam lætitiam orbi vniuerſo domuique meæ hoc lignum proferet. Ergo cæſam arborem cum cæteris præcipit Ieroſolymam comportari,

Mirabilis arbor crucis.

cùmque ſæpius operæ vellent lignum illud elaborare & expolire ad certam quandam menſuram & amuſſim, ingenti miraculo fiebat, vt nunquam vel menſuræ vel ligni magnitudo ſibi cõſtarent: nam cùm in artificum manibus iuſtæ lõgitudinis eſſet, ſed ramen cum alijs lignis fabricæ coniunctum & compoſitum, vt ſuo loco aliquando reponeretur, multò breuius inueniebatur. De re tota relatum ad Dauidem, qui præmiſſis ad Deum precibus Diuinum accepit oraculũ de vniuerſa Chriſti Ieſu & Eccleſiæ Chriſtianæ œconomia: fore itaque vt filius Dei in crucẽ ex eo ligno fabricatam ſuffigeretur. Ergo ſacrum lignum in ſummo honore habitum, in medio tẽplo tabernaculòve erigendum, & marmoreæ baſi atque ſtylobatæ imponendum curauit, multiſque aromatum ſuffimentis tum ipſe Dauid proſequutus eſt, tum populo vniuerſo colendum propoſuit.

Capite verò 150. Solemnis anniuerſarius dies honóſque huic ligno habitus à Salomone, circũ circa pijs aromatis incenſis. Accidit verò aliquãdo, vt fœmina quæpiam per templum vel deuotione & pietate vel aliqua alia cauſa prope lignum tranſiret. Subitò illius veſtimẽta, mirum, conflagrare cœperunt. Tanta rei nouitate perculſus populus mulierem lapidant. Quę ſanè prima videtur fuiſſe capitis ſupplicio propter Dei nomen martyrium perpeſſa.

Iam in Salomonis hiſtoria c. 152. ſubiungitur

[Cum Regina Auſtri, quæ Sibylla & prophetiſſa erat, veniſſet Ieruſalem auditura ſapientiam Salomonis, templum ingreſſa & lignum contuita, ſic inquit ad Salomonem; Quod vides lignũ multorum mirabilium inſtrumẽtum erit. Quorſum igitur, aut qua ratione hoc loco à te habetur? Salomó verò: Pater (inquit) meus Dauid multo me ſapientior, & æquior huius ligni æſtimator, hoc loco ſtatuendum duxit. Ergo multis vltra citroque ſermonibus inter Reginam & Salomonem de mirabili illo ligno confertis, conſtanter tandem affirmauit, fore vt illi aliquando Dei filius crucifigendus addiceretur.]

Prophetia Reginæ Saba de ligno crucis.

Continenter tandem additur c. 153. [Poſt Sibyllæ diſceſſum retractare Salomon tacitus cœpit prædictionem illam filij Dei agendi in illius ligni crucem, & quod in ſe eſſet, immane Deicidium amoliri à ſuo populo volens, per altum puteum fodi iuſſit, in quem demiſſum lignum, murario quodam & calcinato operculo occultari & communiri. Latuit diu: torrente tamen aut flumine exundante, & excedente putei latus, patuit aliquando ingens cauea, atque in ea iam aqua plena lignum innatans. Piſcina hæc fuit, in quã annuatim deſcendẽs Angelus mouebat aquam, quæ virtutem omnium morborum medicatricem obtinuit, & eum, qui primus in piſcinam ingrederetur, perſanandi. Poſt temporis aliquantulum extractũ lignum pontis vicem præſtitit aſcendentibus in templum. Tandem verò cùm ad Chriſti Ieſu crucem conficiendam maximum & longiſſimum lignum Iudæi quærerent, hoc ipſum abſtulerunt, quod lutoſum erat & immundum, & adhuc põtis vice fungebatur. Ergo cùm Dominicæ cruci adpingimus humanã caluariã, ſignificare volumus lignũ illud in Adami caluaria ſeminatum, ex illa tandem pullulaſſe, & mirabiliter exſurrexiſſe: Tum præterea nos doceri, non niſi per Chriſti crucem aſcenſum nobis paratum in cęlorum templum.] Hactenus liber ille anonymus.

Piſcina virtute ligni crucis ſana.

Ego vt de tota narratione cenſeam, video In illa particulatim illos omnes conuenire quos peculiaribus ſuis narrationibus diſſentire nuper dicebamus. Et ſanè nihil in illa abſurdi, nihil cõtra pietatem & religionem ineſſe arbitror; cæterum nihil certum, incerta & apocrypha omnia. De quibus ſuum cuique iudicium. Sed illud tamen commune atque vnum ſapientibus omnibus eſſe oportet, huiuſmodi incertis & obſcuris ſiue hiſtorijs ſiue fabulis minimè vtendum prudenti & cordato diuini verbi prædicatori apud imperitam multitudinem, & vulgus nouitatis ſtudioſum; nec aſſueſcendum obſcuris & incertis narrationibus; atque vt vocum, ita maiori iure rerum nouitates vitandas, quæ quamuis pietatem moreſque non lædant; tamen ſynceræ & incorruptæ fidei, & ſacrarum hiſtoriarum veritati, cum quibus permiſcentur, aliquid maculæ & ſordium inſpergere poſſe videntur; aut certè dicendi vim infringere, & dicentis auctoritatem minuere. Sapiunt hæc noua & admirãda neſcio quid Rabbinicum, & ad conciliandam ineptæ plebeculæ gratiam & plauſum, quæſita excogitata videntur ab ineptiente non tam prædicatore diuini verbi, quàm rabula & nugiuenda. Sed ad ſeriora facimus gradus.

Cenſura huius narrationis.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS
DE REBVS SALOMONIS REGIS.

Qui eſt

DE REGALIBVS EIVS CORPORIS atque animi ornamentis.

CAPVT PRIMVM.

Ampliſſimam Salomonis Regis maieſtatem, Diuinæ imaginem prætuliſſe.

Ad locum 2. Regum 7. 13. Stabiliam Thronum regni eius in ſempiternum.

1 Maieſtas quid propriè. *Quid grauitas ex Hebræo.*
2 *Salomonis maieſtas ſpecies diuinæ. Quibus regia maieſtas conſtet. Deus aſſumēs regalia inſignia.*
3 *Dei gloria ſplendore, ſatellitio, & laude ſignificata. Illuſtrati Moyſes, Dauid, Habacuc.*
4 *Iſaiæ, Danielis, Ioannis viſio eadem cum illa Ezechielis.*
5 *Varia ſignificatio quatuor animalium. Quatuor Cardinales virtutes. Aquila Sapientiæ & Prouidentiæ ſymbolum. Bos ſanctitatis & iuſtitiæ. Quid* bos opimus.
6 *Leo, fortitudinis ſymbolum. Homo, temperatiæ & clementiæ.* Humanum *apud Paulum quid.*
7 *Quatuor illa animali regni ſymbolum. Tauri Principes.*
8 *Salomonis maieſtas propè diuina. Illius thronus cur tantum ornatus leone & boue. Cur thronus non mobilis ſed fixus. Illuſtratus locus Eccleſiaſtici.*
9 *Cur Salomonis thronus non habuerit formam quadrigæ aut curru. Illuſtratus ſemel & iterum locus Regum.*

1 Maieſtas quid propriè.

QVod ſermo ſacer ex proprietate vocis originalis *grauitatem* & pondus vocat, hoc Latinus *maieſtatem* ſolet interpretari, aliquando etiam *gloriam*, aut *ſplendorem*, aut *honorem*, vel *magnitudinem*. Et quidem Feſtus, *maieſtatem à magnitudine* dictam vult: rurſuſque Cicero. 2. de oratore, *maieſtatem in amplitudine & dignitate* conſtituit. Sed cùm maieſtas imperij & regni propria ſit; ex ſua propria ratione videtur afferre magnitudinem, vel amplitudinem quandam plenam pondere eorum omnium, quæ honore & Rege digna ſunt, id eſt, virtutum animi, tum præterea apparatum eorum omnium quæ virtutem comitantur, & quæ auctoritatis & dignitatis pōdus & grauitatem externè efficiunt; id eſt, diuitias, atque alia quæcunque præclara corporis ornamenta. Quare verbum *Cabad*, non ſolùm *magnitudinem*, ſed præterea multiplicationem, & numerum ſignificat, Nu. 20. 20. Exod. 10. 14. quia videlicet grauitas illa maieſtatis Regalis & gloriæ ex multis rebus efficitur, tum externis, tum internis.

כבד Grauitas, quid. Cicero.

Regia maieſtas multis indiges.

2 Et verò Regiam Salomonis maieſtatem ampliſſimam, ſummamque fuiſſe, id eſt, rebus omnibus præclaris exaggeratam, ex eo perſpicitur, A quòd in Salomonis maieſtate ſuam Deus adumbrationem & ſpeciem aliquam, & præterea fœliciſſimi Principis diuinis honoribus amplificati formam abſolutiſſimam mortalibus ſpectandam præbuerit. Quod vt dilucidè oſtendamus, breuiter quædam de diuinæ maieſtatis imagine Prophetis exhibita indicabimus, potius quā dicemus, cum Salomonis maieſtati colludentia.

Diuinæ maieſtatis ſpecies aliqua repræſentata in Salomone

Ergo cùm multa ſint, quæ regiam maieſtatem perficiunt, ea vniuerſa videtur ſacra hiſtoria his tribus capitibus complexa in Salomonis hiſtoria. *Sapientia*, quam ipſe potiſſimum poſtulandā cenſuit: & præterea *diuitiæ* atque *gloria*, quas ad B regiam maieſtatem complendam adiecit Deus. Porro *Sapientia* ambit virtutes alias Principi perficiendo neceſſarias; ac in primis quatuor illas, quas Cardinales appellant, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam; quas his cognatis appellationibus expono: Sapientiam, Iuſtitiam, ſiue Sanctitatem; Fortitudinem, ſiue Robur inuictū, Clementiam ſiue pietatem. *Diuitiæ* autem complectuntur rerum externarum magnificentiſſimum apparatum, de quo libr. 4. & 5. diſſeruimus: *Gloria* verò addit præterea honorē & reuerentiam propter præclaram exiſtimationem

Tria capita maieſtatis Salomonicæ.

Sapientia virtutes alias continens.

Diuitiæ de externo apparatu.

nem de Principe conceptam in ſubditorum animis. Quibus proculdubio rebus, continetur & conſtat Imperij, ſiue Imperatoris alicuius maieſtas abſoluta ſuis omnibus numeris, id eſt, Ternatio verè Regio, Sapientia, Diuitijs, Gloria.

Diuinæ maieſtatis ſpecies ex illis rebus.

Cùm autem vellet ſupremus Deus maieſtatem ſuam imagine aliqua, aut ſimilitudine corporea mortalibus repræſentare, ea ipſa regalia inſignia atque ornamenta ſumpſiſſe videtur, ſub quibus ſe obijceret ſuis prophetis contemplandum; nimirum quæ ad *ſapientiam*, id eſt, quæ ad virtutes attributaque diuina ſpectant, quæ ad *diuitias*, id eſt, ad ſplendorem & magnificentiſſimum veſtiũ, throni, ſatellitium, ſplendorem & apparatum; & quæ ad *gloriam*; & inſitam venerationem, cultum que ab vniuerſis creaturis exhibendam, laudẽque decantatam.

3 Id quod ſanè iam inde à Moyſe vſque ad Euangelij primordia ampliſſimæ illæ figuræ repræſentabant, cùm Diuino ſplendore circumamictus, reſidensque in ſublimi ſolio, ſplendidiſſimoque ſatellitio (quod ad cultum & ſplendorem *diuitiarum*) & quatuor quadriformibus animalibus ſtipantibus (qđ ad *virtutes*, & attributa ſupremi imperatoris) & tota creaturarum reuerentia, atque acclamatione (quod ad *gloriam*) videtur à Moyſe in monte Sinai, Exod. 19. 17. & 20. 18. & 24. 10. 17. & 35. 40. ibi enim erat *ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens*, id eſt, diuinus ſplendor & fulgura; de quo poſtea dixit Dauid, Pſalm. 103. 2. *Amictus lumine, ſicut veſtimento*; & præterea numeroſiſſimum ſatellitium, de quo Pſalm. 67. 18. [Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium Dominus in eis] (inequitans, vel illis ſtipatus] *in Sinai, in ſancto* (ſicut in ſanctuario poſtea,) & tertiò tandem cùm Imperatoria carruca vehi videretur, non erant aliæ quadrigæ aut rotæ, quàm quatuor quadriformia animalia geſtãtia inſignia virtutum diuinarum: de quibus quatuor rotis dixit Habac. 3. 8. [Quadrigæ tuæ ſaluatio.] Et Pſal. 76. 17. *Viderunt te aquæ Deus* (in tranſitu maris Rubri agente ſui exercitus Imperatorem Deo) *vox tonitrui tui in rota* (nam vehebatur quadrigis; Gloriam autem canebant nubes editis tonitruis) *vocem dederunt nubes* (& mare item frementibus fluctibus) *multitudo ſonitus aquarum*: & mons [per tonitrua, & clangorem buccinæ vehementius perſtrepentem.] Exod. 19. 16. & capit. 20. 18.

Diuina attributa in curru quadriformi.

4 Eadem Iſaiæ viſio cap. 6. Danielij 7. Apocal. 4. vt doctiſſimè demonſtrat noſter Hieronymus Prado Comment. ſuo de prima Ezechielis viſione: eas enim omnes habuiſſe ſplendorem, quatuor Cherubinos, vel quatuor animalia quadriformia, & prætetea gloriam acclamationis, & confeſſionis creaturarum: atque eandem omnino formam paulo vel nullo diſcrimine cum Ezechielis viſione c. 1. & 10. paulo attentiùs ſacra teſtimonia conſideranti, modò non inuido, neque proteruo, aut cæcutienti ad tantum tamque mirabilem diuinorum oraculorum concentum & conſpirationem, ipſa verba, coniecturæque firmæ, clariſſimè commonſtrabunt.

Prado. Dei maieſtas eadem ſpecie oſtẽſa Iſaiæ, Ezechieli, Danieli.

Et ſanè diligenter elucidauit confirmauitque rem ipſam aduerſus quorumdam miſerandas ineptias, & frigidiſſimas calumnias Ioannes Villalpandus pro Pradi & veritatis defenſione Tom. 2. ſui Ezechielis p. 2. lib. 4. in cap. 41. a ſuo cap. 35. vſque ad 45

Fuiſſe autem in Ezech. viſione [ſplendorem circumeuntem, ignem inuoluentem, & ſpeciem electri fulgentem,] id eſt, diuinam imaginem ſplendore amictam, quod ad *opulentiam* & magnificentiam refertur; Et prætetea *quadriformia animalia*, quod ad *virtutes* imperatorias; & tertiò *ſonum alarum*, quaſi *ſonum aquarum*, & quaſi ſonum multitudinis: & ſonum caſtrorum cum ſubmiſſione alarum ſuarum, quod pertinet ad *gloriam*, & venerationem, ipſa Ezechielis verba docent. c. 1. & 10.

Ezechielis viſio c. 1. 4.

Et verò cum de ſignificatione ſplendidiſſimi ornatus, atque ſonitus, & vocum editarum, nulla eſſe poſſit inter doctores cõtrouerſia; at de quatuor animalium ſignificatione ingens, & nunquã hactenus ſedata, diſcrepatio & diſſenſio extitit; de qua diſputant interpretes fuſiſſimè, Ezech. 1. vbi noſter Prado. a. p. comm. primæ Viſionis per integras duodecim lectiones, & in Apocal. vbi recẽtiores noſtri Ribera, & Viegas; ſed aliorum vel coniecturis, vel opinationibus omiſſis, id quod mihi valde probabile eſt, & quod veriſſimè odorari mihi videor, breuiter aperiam: Omnino diuinas virtutes & attributa, quaſi imperatoria & regalia inſignia indicari quadriformibus quatuor animalibus. Cùm enim ea animalia Angeli & Cherubini ſint, quæ ita peculiaribus nominibus Hierarchiarum & ordinum diſtingui ſoleant, à Theologis, & vniuerſa Eccleſia receptiſſimis, vt ipſa nomina neque aliunde ſũpta ſint, neque aliud nobis repræſentent quàm ſupremi numinis maieſtatem, & amplitudinem: *Throni* enim à diuini throni celſitudine, *Virtutes*, ab infinita virtute; *Dominationes*, à ſuprema dominatione, cuius adminiſtri ſunt; *Gabriel*, à Dei fortitudine; *Raphael*, à medicina Dei; *Michael*, ab admirabilitate Dei appellationes habeant: quis ambigat, eaſdem illas diuinas virtutes, quas ſuis nominibus Angeli præferunt, præferre etiã & oſtentare quadriformibus illis figuris, & ſpeciebus?

5 Significatio quatuor animalium

Prado.

Ribera. Viegas.

Imperatoriæ & regiæ virtutes. Angelorũ ordines & nomina ſũpta à Dei maieſtate.

Quatuor autem animalia cùm ſint, quatuor virtutes Cardinales ſignificare ſapienter cenſuit Ambroſ. lib. 3. de Virginibus, quamquam ſingulas ſingulis reſpondere aliter ac nos, tradat. Ego verò ſic cenſeo, quatuor verè regales imperatoriaſque virtutes ſic reſpondere quatuor animalibus: Prudentiam, ſiue ſapientiam, ſiue Prouidẽtiam, quæ omnes cognatæ ſunt, reſpondere Aquilæ, quæ eſt celſiſſimi volatus, 2. Reg. 1. 23. & c. 30. Prou. 23. 5. Iſa. 40. 31. Apoc. 12. 14. velociſſima, item Habac. 1. 8. Deut. 28. 49. quare Aetherea, ſublimipeta, nubipeta appellari ſolet; & perſpicaciſſimi viſus, Iob. 37. nam non ſolùm *non ſauciatur*, verùm vegetatur inſpectu Solis, vt ait Aug. lib. 2. de motibus Manich. c. 30. Eſt etiam volucris ingenioſiſſima, & ſingulari docilitate prædita ex Ariſt. 9. de hiſt. Anim. cap. 1. atque alia mirabilia ingenij documenta in venando, præliando, incubando, excludendo, educando pullos, renouandaque iuuentute præbet, de quo diximus ad cap. 39. noſtri Iobi. Quæ omnia quid aliud quàm ſapientiam, ſapientiæque ſtudium indicant, vel contemplationem, vt Greg. docet lib. 31. Moral. c. 19. & lib. 9. c. 16.

Quatuor virtutes Cardinales *Ambroſius.*

Aquila Prudentiæ ſymbolum.

Auguſt. *Ariſtoteles.*

Gregorius.

Iuſtitiam verò, ſiue ſanctitatem, & omnis religionis cultum reſpondere Boui, aut vitulo: cui primus in religione, & ſacrificiis locus eſt, eratque præſertim apud Aegyptios propter ſuum illũ Apin, aut Serapim celeberrimum, de quo Herodotus lib. 2. Aelianus in hiſtoria. Plin. lib. 8. c. 46. Plutarchus, de Iſide. Quare Plinius. [*Ex bobus* (inquit)[victimæ opimæ, & lautiſſima Deorum placatio.] Vnde & Bumenos, id eſt, boum ſacrificos, ſuos ſacerdotes vocabãt Græci, & Varro ait,

Bos iuſtitiæ & ſanctitatis ſymbolum.

Herodotus. *Aelianus.* *Plinius.* *Plutarchus*

Boues opimi quid. Italia à bobus dicta. Varro. Columella.

A nis, *Opimos, vocari boues altiles ad publica ſacrificia ſaginatos.* Denique *Bos in pecuaria maxima debet eſſe auctoritate præſertim in Italia, quæ à bubus nomen habere ſit exiſtimata*, vt expoount Varro l.2.de re re Ruſt.c.5. Colum.in proœmio libri 6. Atq; plurimus Dijs ſacri, & ſacrificati, Ioui, Apollini, Neptuno, Muſis, Typhoni, Marti, Herculi, Telluri, Mercurio, Lunæ, Veneri, Proſerpinę; & ſiue Taurus, ſiue Vacca ſterilis, ſiue vitula indomita & iniugis, & ſiue vnius, ſiue decem, viginti, centũ, aut plurium tandem victimarũ. Ita vt Buthyſia, ſiue boum immolatio frequẽtiſſima & maximè ſolemnis fuerit, atque non niſi Regum ac diuitũ hominum: de quo vide Alex.lib.2.c.14. Guiliel. Stuk. in deſcriptione ſacrificiorum Gentilium, ex Homero, 1. Iliad. Apollonio, Virgilio, Pauſania, Plutarcho, Giral. ſyntagm. de Dijs. & alios profanos. Atque adeo etiam in ſacris boum, vaccarũ, aut Taurorum vel Vitulorum nomine omne ſacrificij, & victimarum genus intelligitur, Oſeæ.12 11. Pſal.68.32. Hebr.9.13.

Multiplex boum victima. Alexander. Guilielmus Stuk. Homerus. Virgilius. Plutarc. Giraldus. Boum aut vituli nomẽ de omni ſacrificio.

6 *Fortitudo* verò & inuictum robur, quod maximè ad exequutionẽ & defenſionem iuſtitiæ pertinet, *leoni* reſpondet, quadrupedum fortiſſimo, & ex cuius oſſibus percuſſis, quaſi ex ſilice, ignis excutitur, Ariſt. auctore 2. de p. anim.c.9. vis præterea illi *ſũma in pectore*, vt ait Plinius, & *magnos animos fronte quadrata, & cauda, indicare* ſcribit Solinus. Denique nihil notius, nihil certius, quã fortitudo, acrimonia, animoſitas, generoſitas leonum, quæ commendantur Geneſ.49.9. Iud. 14.6, 2.Reg.1.23. Prou.28.1. & 30.30.

Leo fortitudinis ſymbolum. Ariſtoteles. Plinius. Solinus.

Quartò, *Temperantia*, cum qua iuncta eſt *clemẽtia*, beneficentia, humanitas, Hominis ſpecie repræſentatur. ac nulla melior ad clementiam admonitio, quàm vt meminerit rex ſe hominem eſſe, atque hominibus imperare, & *conſiderare* (vt Apoſtolus ait) *ſe ipſum.* Quare eleganter dicebat Philippus rex, apud Stobæum ſe.m.48. *Oportere meminiſſe regem, quòd homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, vt res honeſtas & diuinas inſtituat, ſermone autem humano vtatur.* Quare *humanum* apud Paulum eſt aliquid leue, & temperatum, non ſupra vires hominis imbecilles. Eleganter Seneca lib.1. de ira c.5. *Homine quid aliorum amãtius? quid mitius, dum in recto animi habitu eſt? Homo in adiutorium mutuum generatus eſt, vt proſit; & aliorum commodis impendere ſeparatus.* Dio Chryſoſtomus orat.1. de Regno. *Quem par eſt tam eſſe humanum, quàm eum qui quam plurimorum hominum rector eſt? Graue eſt enim ſi alterius generis, & ferarum principes beſtiarum ſubditis ſint beneuolentiores, quàm rex, qui hominibus manſuetis, & eiuſdem generis imperat.*

Homo clementiæ ſymbolum. Galat. 6.1. Stobæus. Humanum quid. Rom. 6. 9. Seneca.

D

7 Has omnes eſſe regias, atque principes virtutes, vel ex ipſis animalium notis conſtat, nam Aquila in ſuo genere, volucrum regina; Leo, quadrupedum; Taurus, principis etiam imago, atque longè melior, quàm leo, vt Magnus Alexander ex Homero enarrat, parenti Philippo, apud Dionem orat. 2. de Regno; ſic enim Homerus Iliad.2.

Quatuor illa animalia ſymbola Regis. Homerus.

E

Taurus optimi Principis imago

Taurus vt armentis præſtat longè omnibus vnus,
Illa talem Agamemnona fecit luce videri.

Taurus enim (inquit Alexander) *non ſolum ex generoſis animantibus eſt, neque ſui ipſius cauſa fortitudine vtitur, quemadmodum leo & aper, & aquila, perſequentes cætera animalia, cibi gratia; taurus autem manifeſtè ad Regis imaginem factus eſt: regnat enim inter ſui generis animantia cum beneuolentia & ſollicitudine: tum quòd præcedit ad paſcua, tum quòd beſtia apparente non fugiat, ſed pro toto armento propugnet, & infirmis auxilio ſit.* Certè vides Geneſ.49.5. ſecundùm tranſlationem LXX. principem Sichem velut ſpecioſiſſimum, & fortiſſimum in paterna domo, appellari *taurum*, quem *ſubneruauerunt Simeon & Leui fratres.* Tum præterea & Ioſephum principem in vniuerſa terra Aegypti cum *primogenitu tauri* comparari. Deuteron.33.17. Homo verò regni quoque ſymbolum, vt qui ad imperandum natus: qua in re ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatum, id eſt, vt *dominaretur & præeſſet*, conſiderant interpretes, Geneſ.1.

8 Salomonis maieſtas ſemidiuina.

Iam Salomonis maieſtatem, aut ſemidiuinã, aut propè diuinam fuiſſe nunc elicimus, tum ex B his quæ diximus, tum ex materia, atque forma celeberrimi illius throni, quem ex ebore & auro fuluo nimis, ſex gradus ſublimem, *grandem*, & duobus animalibus ex illis quatuor diuini throni, ornatum, fecit rex Salomon 3.Reg.10.18. neque enim fruſtra ſcribitur [non fuiſſe factum tale opus in vniuerſis regnis.] Habebat enim duos leones iuxta manus, aut brachia throni: addunt verò Septuaginta ex poſteriori parte Bouis effigiem: legentes; [Prominentiæ vitulorũ ipſi throno ex poſterioribus eius.] Cùm autem Salomon ex quadriformibus illis animalibus, Throni, & currus gloriæ Dei, atque Arcæ ſimiles alias formas per vniuerſum templum cælandas & effingendas curauerit, quis meritò ambigere poſſit, C non fuiſſe eandem ſignificationem leunculorũ cęlatorum in templo, atque eorum, quos ſuo adhibuit throno? Quòd ſi eadẽ ſignificatione leunculorum, eadem profectò quoque fuit ſignificatio bouis: Eleganter igitur Hieronymus in Tradit.1.Paral. ad finem, ait dici, [Salomonem ſediſſe ſuper thronum Domini, propter ſimilitudinẽ leonum, qui etiam in Cherubim deſcribuntur.]

Hieronym. Cur Salomon ſedẽs in ſolio Domini.

Quare Salomonis thronus & maieſtas, quod fieri potuit, Dei thronũ & maieſtatem referebat tum in regalibus illis virtutibus ſignificãtis per animalia, tum in ſplendore auri, eboris, paludamentorum regalium, & aliorum, quæ ad lautiſſimum & magnificentiſſimum apparatum pertinebant, referebántque diuinam lucem, atq; gloriam.

D

Et ab hoc fortitudinis ſymbolo videtur commendari Salomon Eccleſ.24. 33. vbi de Diuinis promiſsionibus ſic loquitur Ieſus Siracides: [Poſuit Dauid puero ſuo excitare regem ex ipſo fortiſsimum, & in throno honoris ſedentem in ſempiternum.] Quod quamuis Rabanus, Gloſſa, Nicolaus, Dionyſius, Ianſen. Palacius de Chriſto æterno rege accipiendum velint, & meritò; tamẽ nõ eſt cur de Salomone quoque minùs licèt præcipuè, & in typo Chriſti, accipi poſſe recuſent. Cuius thronus ſempiternus fuit, non eius, ſed Chriſti Ieſu virtute & ſucceſsione confirmatus, vt dicebamus in Commentario Pſalm.44. Fuiſſe E autem fortiſsimum, non tam propter editas in bello ſtrages, & multum inimicorum ſanguinẽ fuſum, quàm propter firmam & conſtantem regni pacem; tum ipſe Salomon teſtatur 3. Reg.4. tum nos exponebamus lib.5. vbi de eius equitatu, & armamentario, eandémque & regis & regni fortitudinem repræſentat thronus is regius, totus leonibus ſtipatus & fultus. Quod ſapiẽter agnouit Abulenſis 2.Paral.9.q.13.

Sed inquis, longè aliam rationem eſſe horum leunculorum, & vitulorum throni Salomonis, quàm currus gloriæ Dei; præſertim cùm neque is thronus vllis rotis inſtructus fuerit, ſed perpe-

tuò fixus & immotus; neque aquilæ, aut hominis forma, quæ ſunt reliquæ duæ binorum animaliũ figuræ, conſpectæ fuerint in Salomonis throno. Adde, neque leunculos, aut vitulos, alas vllas habuiſſe: non enim erant Cherubini, ſicut quadrigæ ille currus gloriæ Dei. Tandem Cherubinos illos ſingulos fuiſſe quadriformes: *erant enim quatuor facies vni*, id eſt, vnicuique; at verò Salomonis leones & vituli ſinguli nonniſi ſingulas habebant facies & figuras.

Ezech. 1. 6. Vnus pro vno quoque

Cur in Salomonis throno nulla aquilæ aut humanæ figura.

Verè, & in confeſſo omnia, quæ hæc obiectio continet. Sed mirum, quòd cùm ingenuè concedamus, quæ objiciuntur; tamen ex ipſamet obiectione ea quæ de throno Salomonis diximus, leunculis, atque vitulis referentibus animalia currus gloriæ Dei, robur & confirmationem accipiant. Nam qui eo throno ſedebat, erat purus homo, ideo non alia hominis facies pro vna quadriga, quæ indicaret ſedentem in throno alium eſſe quàm hominem. Nulla in throno Salomonis aquila; cùm hæc enim ſymbolum eſſet ſapientiæ, ſatis fuit ſedentem in throno, atque diſputantẽ de rebus diuinis & humanis palam docere, & audiri ab hominibus, apertaque ſapientiæ documenta tum ſuis tum exteris præbuiſſe: ſicut & lenitatis, atque eximiæ pulchritudinis humana ſpecie, per quam, vt Ieſus Siracides dixit; *Dilectus fuit in pace ſua.* Ergo tantùm remanent affingenda & adhibenda throno bina alia ſymbola fortitudinis atque iuſtitiæ vel ſanctitatis, nimirum bini anteriores leones, bini poſteriores vituli.

Eccl. 47. 17.

Cur Salomonis leones non alati.

Hos verò minimè oportuit *alatos* fuiſſe; quippe non erant Salomonis virtutes diuinæ, aut cæleſtes, conſtantes, immutabiles, ſed humanæ, & inconſtantiæ atque mutationi obnoxiæ. Neque ſinguli leunculi, aut vituli, erant quadriformes; nam diuinæ virtutes, aut attributa ita peculiaribus nominibus, peculiaribuſque rationibus & formis, vt Theologi ſubtiliores docent, diſtinguntur, vt tamen re ipſa minimè ſeparentur inter ſe; ſingula enim attributa multiformia ſunt; id eſt, Iuſtitia eadem ipſa eſt, clementia, fortitudo, ſanctitas. In fortitudine item tres aliæ, atque cæteræ virtutes omnes; & in omnibus ſingulis omnes ſimul. Oportet itaque animalium currus gloriæ Dei ſingula multiformia eſſe; non itẽ virtutes humanas, quæ ſingulæ ita ab alijs ſeparantur, vt ſuis anguſtis limitibus, atque terminis coercitæ; neque iuſtitia ſit miſericordia, neque fortitudo ſanctitas, aut religio. Itaque Salomonicus leo, tantùm leo eſt, non vitulus.

Diuina attributa nominibus diſtincta, ſed eadem.

9 Denique in Salomonis throno nullæ rotæ, nulla currus forma; nam cùm referret Dei thronum, non iam proficiſcentem ex Aegypto, neque tranſeuntem cum ſuo populo per mare Rubrũ, non iam habitantem in *tentorio, & in medio pelliũ*, ſed in templo & Sanctuario, & in propria *domo, habitaculo ſolio firmiſſimo in ſempiternum* quod appellatur *Requies* Dei, & *cælum*: in templo enim tanquam in propria ſede & loco quieſcere conſtituebat; ideo ſanè thronum Salomonis nullis ad motum & profectionem rotis aut inſtrumentis inſtrui oportebat. Tum præterea ſimul cum ſuæ domus ſtabilitate, & firma templi inhabitatione, Dauidis domum, regnum, thronum ſtabilierat atque firmauerat Deus: oportebat ergo, vt Salomonis ille regalis thronus immotus aliqua in parte aulæ conſiſteret, & ſuæ quaſi *domunculæ* affixus vt aliò minimè transferretur 3. Reg. 7. 8. vt vel ſic meliùs repræſentaret ampliſſimam illã promiſſionem, 2 Reg. 7. 13 *Firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronum regni eius in ſempiternũ.* Quare cùm illata eſt *Arca in locum ſuum*, ita vectes eius, quæ erant inſtrumenta deportandi & transferendi, non conſpiciebantur, vt tamen indicarentur. Quo videbatur ſignificari, ita Arcam tũc non indigere vectibus, vt laterent tamen, vt ſeruarentur ſuo tempori ad transferẽdam aliò gloriam Dei. 3. Reg. 8. 78. *Cherubim protegebant arcã, & vectes eius deſuper. Cumque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum, non apparebant vltra extrinſecus: qui & fuerunt ibi vſque in præſentem diem.* Quare thronus Dei videtur ab Iſaia quaſi firmiter imminens templo ſine rotis, ſine curru: at cùm iam conſtituerat abire aliò, & relinquere domum antiquam, aſciſcit quadrigas alatas velociſſimas, & rotas *in quibus eſſet ſpiritus vitæ*, & alia profectionis inſtrumenta, Ezech. 1 & 10. ſed poſtea depoſito curru, iterum ſedet *in cælo*, firma & fixa ſede, Apocal. 4. non iam ampliùs Eccleſiam ſuam relicturus.

2. Reg. 5 & 1. Paral 17. 3. Reg. 8. 13. 2. Par 6. 37

Thronus Salomonis immotus cur.

Vectes atque cur operti, apparentibus ſummitatibus.

Eſt de iam quanta in vnico Salomonis throno Maieſtas: & affinitas cum diuinis? Cùm enim tantopere celebretur dignitas, & ſplendor nominis Abraham, quòd illi Deus affixerit vnam tantùm, ex quatuor illis ſacris literis ſui nominis *Iehoua*, quanta throni Salomonis maieſtas, cui vnum & alterum inſigne, ac fortè etiã vniuerſa quatuor ſui throni, & maieſtatis, ac gloriæ ſymbola, & myſticas animalium formas conceſſerit? Sed iam per partes tanta maieſtas conſideranda, & iterum de throni materia & forma minutatim dicendum.

Nomen Iehoua communicans vnam literam cum Abraham.

CAPVT II.

Eum habuiſſe omnia gloriæ, & regiæ majeſtatis externa ornamenta.

Ad locum 3. Regum 10. 23. Magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terræ.

1 Externus ſplendor proprium regis ornamentum. Hebræi populi incredibilis numerus. Illuſtratus locus Regum.

2 Salomon cum Aſſuero comparatus imperij amplitudine. Excellens nominis claritate, & plurimorũ beneuolentia conciliata.

3 An comparetur à Deo cum ſolis Hebræorum regibus; an cum externis. Pax dilatans imperia.

4 Gloria Salomonis maxima. Quibus rebus gloria definitur. Illuſtratus Eccleſiaſt. & Dauid.

5 Salomonis ſatellitium. Princeps potiùs amandus, quam metuendus.

6 Salomonis exercitus & belli apparatus. Illuſtratus locus Regum.

7 Salomonis equitatus, & arma ex externis prouincijs collecta.

1 POſt incredibiles Salomonis diuitias, atque familiæ, & domus opulentiã, enarratas, id magnitudinis Salomonicæ teſtimonium præbet Scriptura, loco indicato, quod proculdubio ad regalem ornamentorum apparatum ſpectat, ſicut eadem voce originali, Eſth. 1. 4. de Aſſuero dicitur: *vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ.* quod propriè ex Hebræo legitur: [Et honorem, & decorem magnitudinis ſuæ,] id eſt, honorificentiſſima

Magnitudo gloriæ Salomonis

Numa ſapiētiæ ſtudioſus.
Plutarch.

cētiſſima atque pulcherrima ornamenta. Et quidem Numa ille Pompilius, religionis, atque ſapiētiæ, ciuilis præſertim, ſtudioſiſſimus, quā vel Pythagoræ, vel Deorum conſuetudine paraſſe videbatur, vt ſcribit Plutarchus, *Splendorem etiā externum habitumque, eodem quo Pythagoras cōſilio, aſſumpſiſſe dicitur, qui aquilam cicuratam, cùm ſuper uolaret, magicis quibuſdam vocibus ac ſuſurramentib. ſiſtere atque deducere ſolitus eſſet, & in Olympijs per cœtum populi tranſiens femur aureum oſtendiſſe, alijſque portentoſis machinationibus, & actionibus vſus fuiſſe perhibetur.* Sed tamen Salomonis ſapientiſſimi atque religioſiſſimi ornamenta portentoſis non minora, ſed tamen veriſſima. Quę breui nūc enumeranda, & quædam dicenda; quædam iam à nobis expoſita tantùm indicanda.

B

Primum, Immenſę diuitiæ, de quibus lib. 4.

Secundum magnificentia & amplitudo aulæ regiæ in fabrica, & in ſupellectili, quam deſcribebamus.

Dominatus amplitudo & ſubditorum numerus.

Tertium, multitudo ſubditorum, 3. Reg. 4. 20 *Innumerabiles ſicut arena maris, in multitudine.* & verſ. 21. *Habebat in ditione ſua omnia regna a flumine terra Philiſthijm vſque ad terminum Ægypti* 3. Reg. 3. 8. *Seruus tuus in medio eſt populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine.* & 2. Paral. 1. 9 *Populus tam innumerabilis, quam puluis terræ.* de quo id eſt, de numero, & copia, tum gētis Iudaicæ, tum ciuitatum, & virorum Palæſtinæ, ex ſacris & profanis teſtimonijs, elegāter & copioſè diſputat noſter Villalpandus tom. 2. in Ezech. p. 2. lib. 5. d. 3. c. 57. & 58. Cùm autem ſemper, ac vbique numero incredibiliter multiplicati fuerint, at Salomonis tēpore longè ampliùs multiplicatos fuiſſe credi oportet, propter pacē tunc florentem, qua florent & creſcunt omnia; nimirum cùm nulla ſunt bellorum, morborum, aut famis detrimenta, & pernicies hominum, ſicut Dauidis & aliorum tempore extiterūt. Et verò de quo alio, quā de ſe, dicebat Salomon illud Prou. 14. 28. *In multitudine populi dignitas regis?*

Villapand.

C

In pace florens populus.

Salomonis cū alijs Principibus comparatio in amplitudine imperij.

At hac in re comparari ne Salomon poteſt cū Aſſuero imperante *ſuper centum viginti ſeptē prouincias, ab India, vſque ad Æthiopiā?* Eſth. 1. aut cū Arphaxad rege Medorum, *qui gentes multas imperio ſuo ſubiugauerat?* Iudith. 1. 1. aut cum Nabuchodonoſor, cuius *cogitatio hæc erat, vt omnē terrā ſuo ſubiugaret imperio?* Iudith. 2. 3. aut cū Alexandro, cui mundus vnus non ſatis erat? aut cū alijs Perſis, Græcis, Romanīſque principibus vniuerſi fere orbis perdominatoribus? Regnum verò Iudaicum, quamuis florentiſſimum; anguſtiſſimum tamen erat, & prouinciarum numero minime auguſtum. Propterea ergo Abulenſ. 2. Paral. 1. q. 21. & Dionyſ. 3. Reg. 3. exiſtimant, hac in parte longo interuallo ſuperari Salomonem ab alijs maximis Imperatoribus illo tum prioribus tum poſterioribus. Denique cùm illi pollicetur Deus, fore vt diuitijs & gloria *nemo fuerit ſimilis in regibus cunctis retro diebus*, non fieri comparationem, prçterquam cum alijs Iſraelitici populi principibus.

D

Abulenſis.

3. Reg. 3. 13
2. Par. 1. 12

E

Salomonis cōparatio ac ſtericum alijs orbis. Principib.

Ego vero ſic cenſeo, vt diuitijs, ita, & gloria, atque alijs gloriæ ornamentis, populique multitudine, non tam armis ſubacti, quàm pace deuincti, neque tam vi coacti quam beneuolentia allecti, Salomonem ſuperaſſe alios omnes ſiue priores, ſiue poſteriores orbis dominatores. Prçterquam enim quòd per vniuerſum orbem Hebræi erant diſperſi, *quod vna illos regio* (vt Philo in Flaccum ait) *propter hominum multitudinem capere non poſſet; quapropter plures, ac fortunatiſſimas*

Philo.

A

vrbes in Europa Aſiaque prouincijs, ac inſulis colebāt, atq; adeò, vt ſuperiùs indicabamus, ab Hebræis, qui in Hiſpania; tum ab alijs, qui in vniuerſo orbe, colligebantur Salomonis tributa; certè gentes vniuerſæ Salomonem colebant, miſſis muneribus; & illius nominis fama, & cum laude & gloriæ notitia vniuerſos terræ angulos impleuerat; & pacis, dilectionis, ſapientiæ virtutùmque omnium nominibus plures deuinxit, quàm imperatores potētiſsimi victos atque vinctos triūpharunt. Quare multitudine non tam ſubditorum, quàm ſponte ſe illi ſubijcientium; nemo ſimilis fuit Salomonis. Ergo comparatio illa quæ 3. Reg. 3. 13. videtur paulo anguſtior, *vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro ſæculis*, tamen re ipſa ampliſſima eſt 2. Paral. 1. 12. *ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui.* Quid autem eſt; *Nemo in regibus, cunctis retro ſæculis*, aut, *ante te*; ſi non fiat comparatio cum externis principibus? nā anterioribus ſæculis nulli fuerant reges in Iſrael; neque ante Salomonē alius, quā Dauid; & infauſtus quidam ac minimè diuturnus Saulis principatus. Rurſus illud, *vt nemo fuerit*, ex proprietate linguæ originalis, perinde eſt, ac ſi diceretur, *vt non ſit*. quod dilucidè diſtinxerunt Septuaginta, legentes: *Quomodo non fuit ſimilis tibi in regibus, qui ante te, & poſt te non erit ita.* Quare ampliſſimus fuit tanti Regis principatus, de quo ſcriptum eſt, Pſal. 71. verſ. 15 & 17. *Omnes reges, omnes gentes magnificabūt eum.* Quanta verò præſtantia inuiſi ab vniuerſis regnis & regibus, qui *veniebant audituri ſapientiam eius?* 3. Reg. 4. 34. *Et ab inſulis longiſſimè* diſsitis *diligi*, & aditi *dilectum in pace?* quod teſtimonio Ieſu Siracidis habuit Salomon; Quanto inquā hoc excellentius inuiſi, & quæri, & coli, quam venire, videre, & vincere regna regēſque exteros armis, & multo ſanguine fuſo, quod fecerunt Alexander, Cæſar, & illi totius orbis ampliſſimi dominatores? Et quid tantùm dilatat imperia, quā pax, quàm clementia Principis, quàm ciuiū concordia? Quod tantum robur ad vincendos hoſtes & deuinciendos exterorum animos, quā eadem illa concordia & pax? Ergo nihil potentius ad dilatandum & ſtabiliendum imperium. Elegans ſanè perinde ac veriſsima ſententia illa inter Vviſigothorū leges lib. 1. tit. 1. c. 6. [Sicut modeſtia principum, temperantia eſt legum, ita cōcordia ciuium, victoria eſt hoſtium. Ex manſuetudine enim principum oboritur diſpoſitio legum; ex diſpoſitione legum, inſtitutio morum; ex inſtitutione morum, concordia ciuiū; ex concordia ciuium, triumphus hoſtiū; ſicque bonus princeps interna regens, & externa conquirēs, dum ſuam pacem poſsidet, & alienam litem abrumpit, celebratur & in ciuibus rector, & in hoſtibus victor.] Quo nihil opportunius ad Salomonis pacem, & imperij dilatationem; nihil magis idoneum ad elucidandum illud, quod de ſe teſtabatur Salomon, Sap. 8. 15. *In multitudine videbor bonus, & in bello fortis.* Huc etiam facit quartum, quod ſequitur, gloriæ ornamentorum.

Hebræi diſperſi per vniuerſū orbē.

B

C

Salomonis cōparatio cum Alexādro & Cæſare.

D

Pax dilatat imperia.
Lex Vviſigothorum.

E

Quartum, non potuit non fuiſſe maximū gloriæ, & honoris decus, & ornamentum, quo ſuum regem inſigniuit Deus, *vt nemo regibus fuerit illius ſimilis*; nam humanos limites exceſsit, quam illi contulit Deus gloriā. 3. Reg. 3. 13. *Honeſtatem innumerabilem.* Sap. 7. 11. *Claritatem ad turbas*, Sap. 8. 10. *& apud potentes admirabilitatem*, Sapien. 8. 11. *Terrorem apud reges* verſ. 15. *Immortalitatem, & memoriam æternam*, verſ. 13. *Ad inſulas longè diuulgatum eſt nomen illius.* Eccleſ. 47. 17. & verſ. 18.

A verſ.13. *miratæ ſunt terræ.* & Pſal.71. vltimo: *Benedictum nomē maieſtatis* (Hieronymus ex Hebræo, & kaldæus, *gloria*) *eius in æternum: & replebitur maieſtate gloriæ*, honore, & laude, kaldæus: *ſplendore gloriæ eius omnis terra* (vniuerſus orbis habitabilis. Quare Theodoretus 3.Reg.q.12. verè affirmat Salomonis gloriam *peruaſiſſe vniuerſum orbem terræ*, cui accinit ſanctus ille Orientius, nunc recens ex tenebris, opera noſtri Delrij, exoriens, in ſuo Commonitorio de Salomone.

Kaldæus. Theodoret.

In toto nobilis orbe fuit.

3.Reg.10.1. Quod videtur indicaſſe *regina Saba audita fama Salomonis in nomine domini*, id eſt, nomine quodā propè diuino, & fama longè lateque ad vniuerſas regiones penetrante, quod item indicanit Tertull. lib.5 contra Marcionem cap.9. Irenæus lib.4. capit.45. Et proculdubio eandem illi gloriam & nominis ſplendorem tribuunt Sacræ litteræ, quam ſapientes ſic definiunt: [Summa & perfecta gloria conſtat ex tribus his: ſi diligit multitudo: ſi fidem habet: ſi cum admiratione quadam honore nos dignos putat.] quod ferè ſimilibus verbis traditū eſt à Ieſu Siracide Eccl. 47.17. *Ad inſulas longè diuulgatum eſt nomen tuum; & dilectus es in pace tua; In cantilenis & prouerbijs miratæ ſunt terræ.* Rectè Sulmonenſis Poeta,

Tertull. Irenæus. Cicero. 2. of fic. Gloria tribus reb. definita.

Ouidius. *Moribus & famæ conciliatur amor.* vide quæ dicemus, vbi de obſcura illius gloria, lib.7.

5 Salomonis ſatellitium. Quintum, atque familiariſſimum regum ornamentum *ſatellitium* eſſe ſolet; quod multo, C quàm aliorum principum, firmius fideliuſque Salomoni adfuiſſe, dicebamus li.5. cùm de Præfecto prætorij, ſeu Regiæ cuſtodiæ diſſerebamus: ac fortè Salomonis cuſtodes fuiſſe ex *fortiſſimis Iſrael*, Gigantæa mole. Vide etiam quæ lib. 2. dicebamus de Cerethi, & Phelethi, id eſt, legionibus illis lectiſſimorum militum, quorum præſidio deductus eſt Salomon inaugurandus ſolemnibus in regnum cerimonijs. Quanquā in Salomonem fortiſſimo milite ſtipatum, illud quadrat, qđ de pacis & clementiæ ſtudioſo principe dicebat Seneca, lib 1. de Clem. c.22. *Princeps ſuo beneficio tutus nihil præſidio eget; arma ornamenti cauſa habet* & quod Iſocrates Orat. 2. ad Nicoclem inter ſuos illos aphoriſmos, de optima D regni adminiſtratione; *Bellicoſus eſto ſcientia rei militaris, & apparatu: ſed pacificus, vt ne quid præter ius & æquum concupiſcas, ſibique vendices* Neque quidem ſatellitio, & armis ad terrorem, ſed ad ſplēdorem vtebatur Salomon. Vt enim ſapienter dicebat Muſonius apud Stobæum ſerm.48. *Conueniens eſt principi, vt verendus potius ſubditis ſit, quā metuendus:* ſupremi rerum moderatoris Dei exēplo. Quod elegāter docebat Ariſt. ī Quæſt. *Princeps inimicis formidoloſus eſt ſi armis & exercitu; multoque veluti ad bellum apparatu inſtructus fuerit; ea tamen omnia diutius, ceu vana, priuſquam his vtatur, detineat: nam & Deus ipſe antequam maieſtatis ſuæ trepidationem incutiat, inducias quaſdam præbet. Ex im omni apparatu mentes deterret.* quare fictitia illa, atque artificioſa erat Alexādri maieſtas, quæ armorum ſplendore & gemmarum radiis fulgētiſſimis ſuperbiſſimoque veſtitu *terribilem illum ex propinquo reddebat*, vt ſcribit in eius vita Plutarchus. At non ſolùm præ admiratione, & ſplendore *procidebant* corā Salomone Æthiopes; ſed præterea longè diſſitæ illum terræ mirabantur, & [replebantur maieſtate eius omnis terra.] Eccleſ. 47.17.13. Pſal.71.9.19.

Seneca. Iſocrates. Salomonis ſatellitium non ad terrorem. Stobæus. Ariſtot. Artificioſa Alexandri maieſtas. Plutarch.

6 Salomonis exercitus. Sextum, innumerabilis exercitus virorū bellatorum, cùm enim tempore Salomonis nemo A Iſraelitarum moneta ſeruilia obiret, oportebat maximam populi partem ad munia honorifica, & imprimis militaria, deſtinari; ſicut ſcriptum eſt 3.Reg 9.22. *De filijs Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quenquam; ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius, & principes, & duces & præfecti curruū & equorum. Quod paulo clarius ſcribitur 2.Paral.8.9 De filijs Iſrael non poſuit vt ſeruirent operibus regis: ipſi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum, & equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.* Vbi vides in tanta illa Salomonis pace mirabile fuiſſe diſciplinæ militaris ſtudium, conſtitutis belli magiſtris, & publicis militiæ doctoribus, & infinita B propemodum populi multitudine militiæ adſcripta: Quare Abulenſ. 3.Reg.9.q.12. & 2.Paral. 8.q.13. cenſet nullum ex Iſraelitarum regibus tantum habuiſſe, tàmque copioſum belli apparatum, peditum, equitum, curruum, armorum. Quanquam nuſquam legatur edita aliquam hoſtium ſtrage, aut profuſo ſangine de hoſtibus triumphaſſe; ſed vel timore iniecto facilè ſubegiſſe; vel inito fœdere, aut alia pacis ratione & compoſitione ad tributa & obſequium hoſtes compuliſſe 3.Reg.9.21.

In Salomonis pace belli ſtudium. Abulenſ.

Huc ſpectare videtur numeroſiſſimus ille equitatus, quadraginta millium equorum, de quo dicebamus lib.5. Arma item ab externis prouincijs ad illum allata, & ab ipſis externis regibus oblata; quæ cùm mirificè regem ornabāt, C & regalem maieſtatem amplificabant; tum regnum regēmque muniebant, atque in pace, & tranquillitate conſeruabant, vniuerſi belli inſtrumentis in vnicum regem pacificum collatis. Cùm alij *conuerterent gladios ſuos in vomeres*, neque *exercerentur vltra ad prælium*, ſoli Regi Pacifico liberum fuit ſuos ad prælium erudire; quo aliis rebellare non potentibus, ac ſolis Hebræis belli potentibus, firmiſſima, atque certiſſima pace potirentur. Quod ſi Ioſaphat, cuius etiā *infinitæ fuerunt diuitiæ, & multa gloria*. 2.Paral.17.5.19. habuit in ſola Ieruſalem virorum bellatorum robuſtiſſimorum decies cētena millia, & octoginta millia, qui *omnes erant ad ma-* D *num regis exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis in vniuerſo Iuda*: quot numero fuiſſe putas, quos habuit Salomon, non in vna tantùm tribu, ſed in omnibus duodecim? Ex hac profectò *virtute multa & maieſtate* potuit ad diuinam trāſferri, humano more; illa formula deſcribendæ diuinæ maieſtatis, *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei.* Et iterum: *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maieſtate.*

7 Vniuerſus belli apparatus collectus ad Salomonem. Iſai.2.4. Quantus exercitus Ioſaphat. Quantus Salomonis exercitus. Matt.23. 10.

Septimum, ſplendor & cultus regalium veſtimentorum; de quo inferiùs peculiari tractatione.

Octauum, Throni amplitudo, & ſplendor, de E quo item inferiùs, præter ea quæ cap.1. indicabamus.

Nonum ſenatus, & conſiliariorum regalium aulæ Salomonicæ amplitudo, & ſapientia, quam deſcribebamus lib.5.

Decimum, & quod inter exteroa ornamenta potiſſimum, ac primum numerandum cenſeo, oris ſpecies, & totius corporis eximia pulcritudo imperio digna, quam lib.1. indicabamus, ſed nunc iam expunemus. Atque hæc quidem præter illa maxima atque pulcherrima alia diuitiarum & opulentiæ decora, & inſignia, quæ toto lib.4. & 5. deſcripſimus.

CAPVT

CAPVT III.

Eum fuiſſe imperio ſpecie digna.

Ad locum Sap. 8. 10. Cùm magis eſſem bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

1 *Non ſolùm paſtorum, ſed & principum formæ olim ſtudium. Natura pulcherrimis tribuens Principatum.*
2 *Qui principes à forma commendati apud ſacros & profanos.* Bonum *quid in ſacro ſermone. Illuſtratus Moyſes & Samuel.*
3 *Salomon pulcherrimus titulus Pſalmi. 41. Bonum amabile. Pulchri beati.*
4 *Salomon aureus.* Aurea Venus *quid.*

1 Priſcis formæ ſtudium.

QVantum ſemper fuerint priſcis præſertim ſeculis pulchritudinis vel curandæ, vel laudandæ ſtudium, non ſolùm apud paſtores, quibus id ſolemne, ſed apud principes & clariſſimos viros; ex quibus pulcherrimi & ſpecioſiſſimi formæ priuilegio ad regnum vocabantur, tum profana, tum ſacra ſiue teſtimonia, ſiue exēpla, clarè oſtendunt. Et quidem pulcherrimis deberi principatum natura ipſa docuit, cùm apibus regem creauit *forma inſignem, diſſimilem cæteris, tum magnitudine, tum nitore*, vt dicebat Seneca de Clementia c. 19. vt verò Plin. lib. 11. c. 16. *Semper ille forma egregia, duplo quàm cæteri maior, pennæ breuiores, crura recta, ingreſſus celſior, in fronte macula quodam diademate candicans, multum etiam nitore à vulgo differens.* Ex quibus idem deſcripſerunt Baſil. hom. 8. Exham. Et ex Baſilio Ambr. li. 5. c. 21. omnes verò ex Platone li. de Regno. Quare eleganter à Curtio lib. 6. ſcriptum eſt. *Plurimis gentibus in corporis maieſtate venerationem eſſe; magnorumque operũ nõ alios capaces exiſtimari, quam quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt.* Inde & ad res Politicas tranſlata oris & formæ æſtimatio & dignitas, vt de prima illa priſcis ſeculis inſtitutione Regum atque Regnorum, dicebat lib. 5. Lucretius.

Pulcherrimis deberi principatum. Seneca. Plinius. Rex apũ. Baſilius. Ambroſius. Plato. Curtius. Lucretius.

Condere cœperunt tum vrbes arcemque locare,
Præſidium reges ipſi ſibi, perfugiumque,
Et pecudes, & agros diuiſere, atque dedere
Pro facie cuiuſque, & viribus, ingeniſque.
Nam facies multum valuit.

Strabo. Sanè apud profanos, Strabo lib. 15. ſcribit: *Ex Oneſicrito, auctore, apud Indos regem pulcherrimum eligi puerum verò poſt duos à partu menſes publicè iudicari vtrum legitimam formam habeat, & vita dignam, nec ne; eumque, cùm ab eo iudicatus fuerit, qui rei præeſt, vel viuere vel interimi.* Fere idem traditur à Diodoro libr. 17. Atque adeo priſcum hoc fuiſſe Aethiopum inſtitutum meminit Ariſtoteles. 4. Politic. cap. 4. vt *ſecundum magnitudinem vel ſecundum pulchritudinem magiſtratus honoreſque publici diſtribuerentur*. atque etiam regnum pulchritudine apud illos obtineri, ſcribit Strabo libr. 17. *Regem* (inquit) *conſtituunt eum qui vel forma, vel alendorum pecorum virtute, vel robore, vel opibus excellat.* Idem tribuit Automolis (hi quoque Aethiopes) Pomponius Mela libr. 3. ca. 4. & Athenæus libr. 13. cap. 7. Imperatores quoque Romani ab eximia forma commendati. Do-

Diodorus. Ariſtotel. Strabo. Pomponius.
2

A mitianus, referente Suetonio c. 18. *Pulcher ac decens maxime in iuuenta, ſtatura procera, vultu modeſto, roboriſque pleno, grandibus oculis; commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, vt apud ſenatum ſic quondam iactauerit: Vſque adeo certè animum meum probaſtis & vultũ.* Titi quoque commēdatur *forma egregia, & cui non minus auctoritatis ineſſet, quàm gratia*. Claudij auctoritas *dignitaſque formæ, & ſpecies, canitieſq; pulchra* Octauius *forma eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſſima.* Quæ omnia apud Suetonium ſuis locis; ſicut & apud Sidonium Apollinarem digniſſima Theodorici regis ſpecies. *Cuius* (inquit) *perſonam Deus arbiter & ratio naturæ conſummatæ fœlicitatis dote*
B *ſociata, cumulauerunt.*

Suetonius. Romanorũ Imperatorum forma. Suetonius. Apollinar. Theodorici forma.

Exempla obuia quoque in ſacris; nam 1. Reg. 9. 2. & 10. 23. commēdãtur; Saul, à corporis bonitate, id eſt, pulchritudine & proceritate: *Electus & bonus & nõ erat vir de filijs Iſrael melior illo: ab humero & ſurſũ eminebat ſuper omnẽ populũ.* Sic ex ponẽtibus Procopio, & Theodoreto q. 18. *Nõ de dit ei teſtimoniũ virtutis animæ, ſed formã, & magnitudinem.* Et quidē *bonitas* pro pulchritudine ſæpe in vſu ſacri ſermonis, Gen. 6. 2. *Filiæ hominum pulchræ:* in Hebræo & Sept. *bonæ.* & cũ Geneſ. 1. 3. dicitur *lux bona*, & Gen. 1. 31. *cũcta valde bona*, inuitũ pulchra. quod obſeruauit Aug. 15. de ciu. c. 13. Deinde ſecundo electus à Deo Dauid rex,
C *Rufus & pulcher aſpectu, decoraque facie* 1. Reg. 16. 12. Septuag. *Ipſe rufus cũ pulchritud ne oculorũ, & bonus aſpectu Domino Dicas. Era para parecer delante de Dios y de los hombres.* Tertius Abſalom videt ſingularis pulchritudinis inſolentia ad paternum regnum occupandum aſpiraſſe. 2. Regũ. 14. 25. Quartus Adonias, ſimiliter & de regni ambitu notatus, pariter ac pulchritudine inſignis 3. Regum 1. 6.

Reges Hebræorũ cõmēdati a forma. Saul. Bonũ pro pulchro. Auguſtin. Dauid. Abſalom. Adonias.

3

Iam quis dubitare poſſit, quin naturæ auctor eum, quem, antequam naſceretur, populo ſuo regem fœliciſſimum deſtinabat, pulcherrimũ quoque, atque ſpecioſiſſimũ fore voluerit, & ex pulcherrimis parentibus, Dauide atq; Bethſabee; vt
D in quem verè, & tanquam [illegible] Chriſti Domini ſpeciem & adumbratione[illegible] d dictũ [illegible]: *ſpecioſus forma præ filijs hominũ.* Quod ſecũdũ hiſtoriam Hieronymus, Eucherius, & alij interpretes de Salomone dictũ volũt, vt inferiùs ediſſeremus. Qui etiã Pſalmus cũ inſcribatur, *Cãticũ pro dilecto*, quod idē eſt, ac pro *Salomone*; Hieronym. epiſt. 140. ad Principiã virginem de eodem Salomone accipit, qui à Nathano appellatus eſt *Ledidia*, id eſt, *dilectus*, vel. *amabilis Domini.* Nihil autē apud Philoſophos, Platonē potiſſimũ & Sacratē, in ſym. certius, aut notius, quã *bonũ*, amabile eſſe; pulchrum verò bonũ & appetibile. Itaque pulchrum appetibile & amabile. Accedit quòd
E pulchritudo fœlicitatis nõ minima pars cenſeri debeat à bonis rerũ æſtimatoribus, vt Ariſtoteles docuit 1. Ethic. c. 8. Salomonē autem mortalium fœliciſſimum extitiſſe, tũ ex alijs, quæ Scriptura commemorat, tũ ex ipſo *Pacifici* nomine apertè conſtat; lucidiuſque oſtēditur lib. 2. & 4. vide Lucianũ in Charidemo, qui ex Philone de pulchro. differente ſcribit: *Qui bonũ pulchritudinis adepti fuere, omniũ beatiſſimos fuiſſe viſos, & apud Deos, & apud homines merito honore affectos.* Porro illud *ſpecioſus forma* verbaliter habetur in origine, & quidem geminata littera radicali, qua geminatione eximiũ decorē indicare voluit diuinus ſpiritus, vt nõ niſi geminata etiã voce Latinè exprimere poſſimus, vt Septuag. *ſpecioſus forma*, Hier. *decore pul-*

Salomon pulcherrimus [illegible] Pſ. 44. 4. Hieronym. Eucherius. Plato. Bonũ, & pulchrum amabile. Pulchritudo ad fœlicitatem. Ariſtoteles. Lucianus. Geminatio litteræ ad augmētum. Hieronym.

A

manat

pulchrior. propriè legas, *nimirum pulchruiſti*, aut pulcherrimus euaſiſti, vt expoſuimus lib. 5.

4 Salomon totus aureus.

Tandem, quòd quæ de illo teſtatur ſponſa, totum videntur ſponſum aureum facere, non ſolũ capite & capillis, ſed manibus, pectore, pedibus, Cant 5. qnod nihil aliud eſt quàm illum pulcherrimum dicere: cum enim aurum ſit metallorum omnium optimum, ſplendidiſſimum, ſpecioſiſſimum, inde *aurum*, aut *aureum* pro pulchro apud bonos auctores, tum Græcos, tum Latinos, vt eruditè oſtendunt Tiraquell. ex Homero & Heſiodo, cum *Venerem auream* appellant: tum ex Athenæo & Heſychio. Vide Diodorum libr. 5. c. 2. noſtrum Martinum del Rio initio ſui Herculis Furentis, Seruium ad id 1. Aeneid.

Aureum pro pulchro. *Tiraquell.* *Diodorus.* *Delrius.* *Seruius.* *Pontanus.*

B

Aurea compoſuit ſponda, &c.

Pontanum noſtrum. 10. Aeneid. poſt initium; vbi iterum Virgilius *auream* appellat Venerem, producitque pulcherrimum ex Luciano in Charidemo teſtimonium, vbi de pulchritudine diſſerit, & nullo alio cognomine tantopere gaudere Venerem Dearum pulcherrimam quàm *Aurea*. Itaque aureus, pulcherrimusque Salomon, & vel ipſa formæ indole diuinitus ad regnũ deſtinatus. Sed iam formæ & totius corporis dignitas proprius ſpectanda.

Aurea Venus.

CAPVT IV.

Statura & pulchritudo corporis eius membratim.

Ad locum Cant. 5. 9. Qualis eſt dilectus.

1 *Phyſiognomia philoſophiæ pars. Iuliani, & Caligulæ corporis lineamenta.*
2 *Color primus in phyſiognomia. Candiruber color ex optima temperatura paulo calidiori.*
3 *Capillorum Salomonis figura. Caluities quondã probroſa. Criſpitudo ingenioſiorum & fortium.* Ciniflo[illegible]
4 *Dauid & Salomon capillis aureoſis.* Rubicundum *quid in ſacro ſermone. Rufi ſpecies plures.*
5 Rubrum *pro flauo in ſacro ſermone. Illuſtratus Salomon & Ieremias.*
6 *Aureus capillorum color apud Græcos, & nationes omnes in pretio. Idem in Salomone. Illuſtratus locus Canticorum.*
7 *Auricomi, ingenioſorum & fortium. Corui nigredo, cuius rei ſymbolum.*
8 *Optima oculorum compoſitio & color. Oculi igniti, fulgentes. Caſij quid ſignificent. Vibrantes & Vagi.*
9 *Genæ efloreſcentes, aut rubentes. Rubentia Syria lilia. Labia tenuia & mollia. Explicatus Moyſes.*
10 *Optima compoſitio manuum. Hyacinthus rubeſcens. Vngues qui optimi.*
11 *Pectus optimè compoſitum. Ventricoſi & carnoſi hebetes. Nam in corpore & pectore.*
12 *Crura articulata & decentia morum optimorũ. Crura gracilia quorum.*
13 *Libanus mons arduus. Statura Saulis. Principes proceri. Illuſtratus locus Cantic.*
14 *Vox rauceſcens quorum. Media & temperata optima.*
15 *Omnes ſimul corporis & ingenij notæ vix in alio quàm in Salomone. Cur hebetiores melius Rempublicam adminiſtrant.*

I. *Decentiſſima illius Phyſiognomia.*

VT de Salomonis phyſiognomia, & corporis compoſitione, atque peculiaribus notis aliquid dicamus, ſanè hæc philoſophiæ pars, quę ex corpore, oculis, vultu, fronte naturas moréſque hominum pernoſcere profitetur, à cordatis ſapientibuſque viris non omnino neglecta eſt: arbitrãtur enim, vt meritò, eam à natura regulam datam ad inueſtigãdas animi affectiones. Nam quid aliud Phyſiognomia ſonat, quàm naturæ regulã; atque in regibus præſertim, ac principum virorum moribus pernoſcendis; qui cùm alijs imperent; at ſuis cupiditatibus, & naturæ affectionibus imperare vix nouerunt. Quid enim non mali ex malo vultu, malaque corporis compoſitione, bene conijciebat non omnino malus Phyſiognomicus coniector Nazianzenus orat. 4. aduerſus Iulianum? *Neque* (inquit) *mihi quidquã ſignificare videbantur crura minimè firma; humeri, quos ſubinde agitabat, & attollebat; oculus vagus & oberrans; ac furioſum quiddam intuens; pedes inſtabiles, & titubantes; naſus contumeliam ſpirans; vultus lineamenta ridicula.* Quid nõ tetrum ac deforme in moribus promitteret illa Caligulæ totius oris & corporis deformatio. *pallido colore; corpore enormi: gracilitate maxima ceruicis & crurum; oculis & temporibus cõcauis; fronte lata & torua, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirſutus cætera, vultus natura horridus?* Nonne *ceruix illa rigida & obſtipa Tiberij, adductus fere vultus, plerumque tacitus, nullo, aut rariſſimo etiam cum proximis ſermone. eòque tardiſſimo, nec ſine molli quadam digitorũ geſticulatione*, ingrata, atque arrogantiæ plena eſſe animaduertebat Auguſtus ipſe; & excuſare tẽtauit ſæpe apud Senatum ac populum; *profeſſus naturæ vitia eſſe, non animi?* Denique vitia illa corporis in Domitiano, Nerone, Claudio, Othone, Tito, Galba, etiam animi pares mores portendebant. ſicut è contrario Cæſaris Iulij, Alexandri, Theodorici regis, atque aliorum clariſſimorum principum ſpecies oris, & conformatio corporis, non ſolùm dignum corporis domicilium, ſed non obſcurum præclari animi documentum fuere. Ergo tanta Salomonis virtus, tanta animi pulchritudo, pulcherrimum quoque corporis domicilium, atque documẽtum ſuo iure poſtulare ac præbere videbantur.

Phyſiognomia à ſapiẽtibus non neglecta.

B

Nazianzenus. Phyſiognomus peritus Iulianus.

Suet. in Caligu. c. 50. Caligula.

C

Idem in Tiber. c. 68. Tiberius.

Domitianus. Nero. Claudius.

D

Quoniam verò quod de Eccleſiæ ſponſo Chriſto Ieſu *ſpecioſiſſimo præ filijs hominum* in Cãticis dicitur, cum aſpectu & alluſione ad Salomonis membra & totius corporis compoſitionem dictum eſſe nemo iure ambigere debet, ideo membratim cum ipſa ſponſa breuiter deſcribendum, & conſiderandum.

E

II. *Candidus & rubicundus.*

ELeganter à totius corporis *colore* orditur, ſicut & periti Phyſiognomi in deſcribẽdis naturæ ſignis. Et quamuis ex colore non valde exactã interpretationem peti aſſerat Polemõ, quòd alius alijs gentibus inſit Aſſyrijs, Italis, Libybus, Thracibus, Orientalibus, Occiduis, Septemtrionalibus, & Meridionalibus; tamen ille fere gentibus vniuerſis, átque humano generi optimus, & honeſtiſſimus color ex candido, modico rubore mixto, vt.

2 Primus in Phyſiognomia color. *Polemon.*

Autumno candida mala rubent, aut:
Quale roſa fulgent inter ſua lilia mixta. aut
Sicut ebur minio ſi quã tinxere rubenti.

Tibu. li. 3. eleg. 4. *Ouid. 2. de Arte.* *Homer. Ili. 4.*

Quale

Ouid. 2. Amor. ele. 5. Sidonius. Theodorici color. Plutarch. Alexander. Gal. in Arte Medic. Aristotel. Plutarch.

Quale color. itum Tithoni coniuge cælum
Subrubet.

--Sidonius de ſuo Theodorico lib. 1. Epiſt. 2. *Lactea cutis quæ propius inſpecta iuuenili rubore ſuffunditur: namque hunc illi crebrò colorem non ira, ſed verecundia facit.* Plutarchus de Alexandro; *Alexandrum pingens fulmen tenentem, non repreſentauit Apelles colorem eius, magis fuſcum & ſordidiorem reddidit: cum fuerit vt aiunt, candidus, qui color in pectore & facie potiſſimum purpuraſcebat.* Atque eam candirubri coloris *optimam temperaturam* Galenus docet; notam verò *bonæ indolis, & ingenioſi*, Ariſtoteles. *Acrem, & promptum in diſciplinis capeſſendis*, Polemon. *continentem, grauem, modeſtum, magnanimum* effecit Alexandrũ; vt Plutarchus ſcribit. Quid igitur non præſtiterit Salomoni eiuſmodi color temperatiſſimus, atque pulcherrimus. Quòd ſi inde conijcere licet, natura fuiſſe calida, & humida; ſed paulo calidiori; certè quod ex Ariſtoxeno refert Plutarchus de Alexandro, nimirum ex *cute, ore, totoque corpore miram reddidiſſe fragrantiam, quam interiores tunica retinebant, propter concoctos calore humores in corpore exiſtentes, qui ſunt putredinis materia*: meliori iure de Salomone temperatiſſimo, & ad miraculum candido, & rubicundo non temere affirmabimus; vt & pectus ſpõſi ex hac *fragrantia* commenderur Cant. c. 2. & *veſtimenta* fragrarent, non ſolum vnguentis factitijs, ſed & natiuo ſudore, de quo poſtea vbi de veſtibus.

Plutarch. Fragrãtia natiua corporis.

III. Caput eius aurum optimum; comæ eius ſicut elata palmarum, nigra quaſi coruus.

3 *Denſior coma.* חלל

BReuiſſimè quod phyſionogmicum eſt. Duo in capite, aut in coma capitis, Primum, figura capillorum; ſecundum, color. Primum quod in Originali eſt, pro *elatis*, acerui. q. d. coaceruata coma, denſa, modicè hirta, inſtar aceruorum. Quare alij legunt *Capilli eius criſpi*. Non fuit in iuuentute, neque in virili ætate caluaſter, quod viro turpe & deforme: neque minus ſine crine caput, quàm ſine fronde frutex, ſine gramine campus, ſine fronde arbor, ſine pennis volucris. Quare Principes alij probroſam duxere glabritiem capitis. Iulius Cæſar, *Caluitij deformitatem iniquiſſimè ferebat obtrectatorum ſæpe iocis obnoxiam expertus: ideoque deficientem capillum reuocare à vertice aſſueuerat.* Caligula quòd *capillo raro, ac circa verticem nullo proſpiceret ex ſuperiore parte, criminoſum & exitioſum habebatur*. Caluus item Otho *Galericulum capiti propter raritatem capillorum adaptabat, & annectebat, vt nemo dignoſceret.* Domitianus *caluitio ita offendebatur, vt in contumeliam ſuam traheret, ſi cui alij ioco, vel iurgio obiectaretur*. His adde, quos affert Adrianus Iunius de Coma cap. 11. Quare probro impetitus eſt Eliſæus propheta à ſubſannantibus pueris & caluum vocantibus 4. Reg. 2. 23. *Etiam* (inqoit Ambroſius 5. Exam.) *cæſaries veneranda eſt in ſenibus, veneranda in ſacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, compta in mulieribus, dulcis in pueris*. Ergo Salomonis caput vernante coma pulcherrimum, nunquam ſqualidum; non ſicut, qui capillo raro fuerint, malè morati, ſtuprorum amantes; ſed temperatus, & magnanimus, cuiuſmodi clariſſimus dux Lyſander, quem *denſa cæſarie* ſcribit Plutarchus.

Turpe viro caluitium.

Ariſt. 2. de Gen. anim. Ouidius. Suet. in Iul. Cæſ. ca. 45. & in Ca. c. 5. & in Ot. c. 12. & in Dom. c. 18.

Iunius.

Cæſaries veneranda.

Capillus rarus malè morati: denſus magnanimi. Plutarch.

· Figura verò, modicè criſpi, præſertim in extremitatibus; cuiuſmodi clariſſimos duces Aiacem

A & Achillem bene criſpatos, ſcribit Dares Phrygius: Homerus etiam, Vlyſſem: & ingenioſum denotant. Neque verò exiſtimandum eſt tanta criſpitudine fuiſſe qui natura ſua iudicantur ex eo ſigno timidi, fraudulenti, ignaui, & plus nimio calidioris cerebri, de quibus Martialis,

Criſpi ingenioſi aut timidi.

Crinibus intortis timidi venère Sicambri;
Atque aliter tortis crinibus Aethiopes.

Cora criſpandi capillos.

Potuit verò criſpiores, & erectiores efficere cura & cultus capitis, ſi fortè eo tempore qui poſtea, cur indi, & criſpandi. quemadmodum, & Capitolinus Pertinacem ſcribit *reflexo capillo*; & B Spartianus Peſcennium *forma decorum, capillo in verticem ad gratiam reflexo*. Sidonius Apollinaris ſuum Theodoricum. *capite rotundo, in quo paululum à planitie frontis in verticem cæſaries refuga criſpatur.* Eadem conſuetudo decora Hieronymi tempore, qui lib. 2. aduerſus Iouin. *Comæ in occipitium frontemque tornantur.* Et ſæculo item Alcimi Auiti, qui lib. 1.

Capitolin. Spartianus. Sidonius. Hieronym. Alcimus.

Cæſaries incompta viget, quæ crine ſupino,
Stringitur; vt refugo careat frons nuda capillo.

Neque mirum fuiſſe tunc *Concinnatores capillorum* quos appellat Columella; aut *ſtructores capillaturæ*; vt vocat Tertull. aut *Ciniflones*. quos C Horatius & Seneca vocant, qui ad decorem, & pulchritudinem capillum in gradus frangerent: &, vt Virgil. & Plinius Iunior loquuntur, *vibrarent*. Fracti itaque in gradus, vibrati, concinnatique Salomonis capilli erant *ſicut elata palmarum*; coaceruati: & non ſolum ſicut vaginulæ illæ fructuum palmæ florentium ſuis filamentis ornatæ, ſed ſicut ipſa coma modicè paſſorum ramorum pulcre ſurrecta, & rectæ palmę ſtaturæ venuſtè impoſita; vt vel hâc etiam ratione Salomon Chriſtum ſeruatorem referret, quem Suidas ex optimorum ſcriptorum auctoritate *criſpo fuiſſe capillitio prodit*.

Capillorũ concinnatores. Tertull. de cultu fem. Horatius. Seneca. Virgilius. Plinius iunior.

Chriſtus dominus criſpante coma. Suidas.

4 Secundum, quod in *aureo* Salomonis *capite*: D capilli aureoſi, & flaui, Dauidis ſimiles, qui fuit *rufus* inſtar ſpadicei coloris, qui nitet in elatis, & dactylis palmarum. Quod ſanè intelligo; cum caput illius *aurum optimum* ſiue nimis fuluum, aut nimis flauum dicitur. *Rubio como vn oro*. atque idem intelligo, cùm *Rubicundus* appellatur ſponſus; nam ex proprietate vocis idem eſt quod flaueſcens. Quamuis enim Originalis vox *Adam* eiuſmodi rubedinem ſignificet, quæ reperitur in ſanguine, aut in terra rubra & argilloſa, ſed procul dubio ex ſua proprietate comprehendit ſub ſe ea omnia, quæ quocunque modo rubeſcunt, aut flaueſcunt cum ſplendore quodam. Quare E Gellius libr. 2. cap. 26. ex doctorum ſententia aſſerit. *Rufum colorem multas habere ſpecies differentes. quas Latina oratio ſingulis proprijſque vocabulis non demonſtrat, ſed vna ruboris appellatione ſignificat. quippe rufus color à rubore quidem appellatus eſt; ſed aliter rubet ignis; aliter ſanguis; aliter oſtrum; aliter crocus. Et tamen ex ipſis rebus vocabula colorum mutuantur, & igneum aliquid dicitur, & flammeum, & ſanguineum, & croceum, & oſtrinum, & aureum. Rufus enim & ruber nihil à vocabulo rufi differunt.* Sec eodem loco Fronto cõtendit Latinè etiam ſub *rufo* & *rubro* colore has item differentias ſignificari: *fuluum, flauum, rubidum, phœniceũ, rutilũ, luteum, ſpadicem, aut acuẽtes; aut incendentes rufum, aut cũ colore viridi miſcẽtes, aut nigro infuſcãtes, aut virẽti ſẽſim albo illuminãtes*

אדם

Gellius. Rufum quid apud Latinos.

Fronto.

A Atque in rem noſtram ſic de illo Phœniceo *elata rum palma* colore differit: *rutilus, & ſpadix phœnicei ſynonima ſunt, exuberantiam ſplendoremque ſignificant ruboris. quales ſunt fructus Palmæ arboris non admodum ſole incocta*. Quanquam Antonius

Thyleſius. Thyleſius ſuo de colnribus libello; Latinis non eſſe idem *rufum & rubrum*; ſed *rufum & rutilum*, quem olim dixerunt *gilnum* atque *heluum*, qui barbæ, capillo, canibus, armentis, vino cõueniat; quibus tamen *ruber color* non tribuitur: rurſus *fuluum* eſſe proprium orichalci, ſtellarum, arenæ aureolæ, & generis cuiuſdam aquilarum. Quidquid tamen ſit de Græca, atque Latina profana proprietate, vocabulum illud originale *Rubieun-*

Rubicũdũ quid propriè in ſacro ſermone. B *di*. tribuitur humano capillo, & appellatur *Rufum*, Geneſ. 25. 25. & 1. Reg. 16. 12. & cap. 17. 43. & *vacca*, vel armentis, Num. 19. 2. Et *clypeis* terſis, atque fulgentibus, inſtar ignis, Nahum 2. 3. *clypeus ignitus*, qđ in Hebræo, & Kaldæo eſt, *rubens*.

Plinius. eadem ratione, qua Plin. lib. 9. cap. 35. ardentem illam Margaritarum lucem appellat *Ruborem*: cùm ait, *illas cœlo gaudere, ſole rubeſcere, candoremque perdere, vt corpus humanum*: tribuitur etiam *vino*, Prou. 23. 31. *vinum quando flaueſcit* (Pagn. Regia Tigur. Vatabl. *quando rubeſcit*, & additur per expoſitionem) *cum ſplenduerit in vitro color eius*. & *equis rufis*, Zachar. 1. 8. & cibo, aut *pulmen-*

5 *to* lentis vel ciceris, addito forſan aliquantulo croco, quod dicitur *coctio rufa*, Geneſ. 25. 30. vt vi- C deas quale *rubieundum* ſit illud, quod de ſponſo dicitur, nimirum flauo aut rutilo. Et mirificè cõfirmatur ex illo Threnor. 47. *Rubicundiores ebore antiquo*. quod plerique ex Hebræo legunt. *Rubuerunt præ margaritis*. ſimiliterque Septuag. *Rubue-*

Vulgatus. *runt ſuper lapides ſapphiri*. Quod elegauter vulgatus dixit: *Rubicundiores ebore antiquo*; non quidẽ reſpiciens ad priſcam conſuetudinem tingendi ebur oſtrino ſanguine; ſed ad ipſam eboris naturam, quæ tempore & antiquitate palleſcit, & aureſcit; quare deſcribebat Ieremias ſuos Nazaræos, *candidos & rubicundos*, id eſt, toto corpore candicantes, & lacteos: at verò capite & capillis rutilantes & aureſcẽtes, inſtar eboris antiqui D rubeſcentis, id eſt, flaueſcentis.

Depulſio ſiue calũniæ ſiue obiectionis. Hæc ſcripſeram, & iam iam de prelo cogitabam, cum admoneor de nouo & pereleganti viri amiciſſimi, & eruditiſſimi Threnorum commentario, atque de eo ipſo loco breuiter tractato, ſed preſſe & acutè, & inſperſo inſuper aliquanto ſalis & piperis. Lego cum voluptate & relegendo recreor mirificè. Inuenio tacitè notari & pungi eam huius *eboris rubieundi*, exponendi rationem, quam aliquãdo probaſſem, cum de ſapphiro mihi dicendum fuit ad cap. 28. 6. Iob. nempe ex priſco more tingendi ebur oſtrino ſanguine ad ſplendorem, & pulchritudinem. Pungendi verò & damnandi duplex, aut triplex cauſa. Pri- E ma, quòd dixerim eo loco *τὸ rubicundum idem eſſe quod pulchrum*. Non dixi. ſed ſi dixiſſem, nõ erubeſcerem. Dixit amicus alter. cuius cauſa non

Ebur olim oſtro fucari. mea. Secunda, quòd non ſolum ebur antiquum oſtro fucari conſueſſet, cùm æquè idoneum tincturæ ſit nouum. Scio. ſed diſertis verbis ſcripſi de ebore non propter ætatem ſuam antiquo. ſed quod antiquo & priſco ſeculo ad pulchritudinẽ tingebatur purpura, eſſet ſiue vetus, ſiue nouellum. Non inſolẽs credo, vocari antiquum, quòd antiquo & veteri æuo, cuiuſcunque tandem ætatis, præceſſit. Tertia illa, & non omnino contemneoda, quòd non oportuiſſet indicari aut ſcribi quod tot annis antè ab amico ſcriptum. De Threnorum loco ab illo ſcriptum nunquam ſanè, vel legeram, vel videram. ſed ſcripſerit. Quid? duo tantum teſtimonia, Maronis vnum, Sulmonenſis alterum: prorſus Ieremiæ immemor. Sed eſto illuſtraſſet Ieremiam, loco aliquo, quem ab eodem indicari opus eſt, quippe mihi prorſus ignoto. Amicorum ſunt omnia communia. Non ſint. An nemo in illa teſtimonia potuit incidere. At quot ille annis antè ſcripſit neſcio planè. Hoc ſcio in meis me veteribus ſchedis, & aduerſarijs rerum ſacrarum, in quibus mea tyrocinia ponebam adoleſcens, eum priſcum ritum notaſſe, & ad Ieremiam illuſtrandum adhibuiſſe. & ante annos quatuordecim publicè de ſuggeſto meis B auditoribus indicaſſe. Vtebar ego ad eum priſcum ritum non tam Virgilij, aut Ouidij teſtimonijs, quæ magis obuia; quàm ipſa horum origine & fonte, id eſt Homero Iliad. 4. cum corpus *Homerus.* deſcribit violatum ſanguine.

Veluti cum quapiam ebur mulier purpura tinxerit
Mæonia aut Caria, habena vt ſit equorum,
Iacet verò in thalamo: multi vero id cupierunt
Equites ferre, regi verò iacet ad oblectamentum
Vtrumque, ornamentumque equo, aurigæque gloria.

Vtebar & Luciano, qui in ſuis imaginibus, dũ *Lucianus.* de eo quod ad pulchritudinem maximum eſt, *Color ad* C id eſt, de colore, diſſerit, requirit, vt corporis *pulchritudinem.* partes apto decẽtique rubore floreſcant, omnes; *& qualem Homerus quaſi inter omnes pictores præſtantiſſimus adiecit Menelai femoribus, ebori purpureo oſtro infecto aſſimilatis*. Porro illæ aliæ comparationes *candidi & rubieundi*, petitæ omnes ex Muſæo & Anacreonte. Itaque neque vnus videt omnia, neque vnius oculo videor omnes.

Sed damno (inquis amice) verſionem noſtram, cùm nego ebur antiquitate rubefieri. Mi 9 nimè gentium. An qui negat natura & antiquitate rubefieri, ſi admittat antiquo tempore arte rubefieri, negare continuò cenſes ebur antiquum rubefieri? vel ego non capio, vel non tu. D Sed pergis & te ſequar: Dixi ex Plinio, candore dentium intelligi iuuentam elephanti. addidi, *nam ſenibus palleſcunt*. Obijcis: *hoc meum eſſe*. Nõ *Ebur vetus palleſcere.* diffiteor, quippe veriſſimum, & quod ex illa Plinij ſententia, ſi vera eſt (vt eſt veriſſima, & veriſſimis experimentis comprobata) ſponte ſua & neceſſitate quadam oritur. Fateris & tu ſemel & iterum ebur iuuenibus valde cãdidum, ſenibus flaueſcere. Quod ergo in illo meo erratum? non aliud quàm quod dixerim *palleſcere*, cùm debuiſſem flaueſcere. Quaſi ſemper pallor liuidus ſit, & luridus, non etiam rutilus & aureus, Quaſi non ſit, &c.

pallida ſurgat *Vir. 1. Geo.*
E *Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* *Tibullus.*

Quaſi non & ægrotantium pallor ille concolor ſit auro. & quod vnus *aureolum* dixit *pedem*, non idem poſtea dixerit *pallidulum*. ſenibus itaque palleſcunt, flaueſcunt, aureſcunt elephantibus dentes.

Sed ſi melior iã & ſimplicior exponendi ratio *ſimplicior expoſitio ex ipſa natura eboris.* affulgeat, ſequenda & amplectẽda priori illa deſerta, id eſt, ſi in antiquo, & ſeneſcenti dente Elephãti proprius & natiuus rubor purpuraſcat; lõgè verius erit hoc ebur *antiquũ, rubicũdũ* natura, quã illud arte. Agnoſco, & admitto lubens & ſecerã. Sed quænam illa germaniſſima interpretatio? io hoc labor & diſcrepãtia. nam ais ebur natura rubefieri. Aio ebur natura numquã rubefieri.

ri. Ergo aſſeris ebur ex candido fieri flauum. ex flauo ſęculis decurrentibus purpuraſcere Flauũ vidiſſe ſæpè ſic fateris, nondum purpureũ; quia in tam antiquum nondum incidiſti. Credo nunquam incides, in quod nemo hominum incidit, neque vidit, ſed nec videre poteſt. Niſi velis exacta iam ſęcula nullum ſatis matureſcendi, & purpuraſcendi vlli ebori ſpatium attuliſſe. Secus mirum, in tam exquiſita & diligenti naturæ hiſtoria, & tot philoſophorum præſtantiſſimorum, nihil de illo purpuraſcentis eboris rubore reperiri. Oppono igitur (ais) profanum Plinij teſtimonium ſanctæ Scripturæ. Non oppono; ſed in re naturali, & ſenſui atque experimento ſubiecta, appono & adhibeo idoneum teſtem ad exponendum. Ergo de loci veriſſima atque ſimpliciſſima intelligentia tecum aio, nunc iam non debere peti ex illo oſtri ſanguine, cuius olim fuit tinctura eboris. Sed addo ſolus ego ſi-

Ebur natura nó purpuraſcere.

ne te, nó ex natiuo rubore, qui nullus eſt, ſed ex flauedine, & pallore ſeneſcentis. Et vero vir Latiniſſimè, atque doctiſſimè, is ſacri ſermonis rubor non eſt ille rubor Latinorũ. frequenter namque ipſæ ſacræ Latinæ voces aliud ſunt, aliud ſignificant apud ſacros, aliud apud profanos. Erras planè, erras, quicumque ſis, qui ſacri Latini ſermonis vim & proprietatem iſtas exigere ad amuſſim Latinę profanorum orationis. Sępiculè huius in meis libris lectorem admoneo, ſæpiſſime in meo Latino dictionario ſacro, quod diu meditor, & adorno. Itaque quod ruber in ſacris, non oportet ſanguineſcere, aut purpuraſcere, ſatis, ſi palleſcat, flaueſcat, aureſcat, aut quacunq; ratione ſplendeſcat. Perſpicuis exemplis ex ipſa originali rubeſcendi radice demonſtraui. & quæ, vel ad animalium pilos, vel ad hominum flaueſcentes capillos ſpectant, ſed vt etiam ſingularem Latini Interpretis Latini ſermonis peritiam nemo deſideret, *Latina* ſanè *oratio* vt Gellius dicebat, *vna ruboris appellatione multas rufi coloris ſpecięs differentes ſignificat*, & inter illas *aureum*. Vt iam certò conſtare poſſit rubicundum ebur flauũ, aurumvè natura ſua eſſe cum ſplendore pulcherrimo: rurſus flauum & aureum in humana pulchritudine non alia corporis parte commendari, quàm in capillis. Quod & vulgo etiam nonniſi ad capillos tranſlatum eſt; Illud enim Latinum *rubicundum*, eſt noſtrum Hiſpanum *Rubio*. Ergo ab aureoſis capillis commendati Nazaræi, commendatus Salomon.

Voces Latinæ ſacræ habere ſuam proprietatem nó profanam.

Rubor Latinè de aureo.

6 Et verò commendabatur quidem in decore, & pulchritudine flauus capillorum color, vt oſtendit Adrianus Iunius ſuo lib. de Coma cap. 9. neque ſolum in Germanis, quibus Tacitus *rutilas attribuit comas*; aut in Batauis, quos Silius appellat *auricomos*; aut in Britannis, quos Lucanus *flauos*, ſicut & Callimachus Arimaſpos: ſed in Græcis, & priſcis illis Heroibus. nã Menelao Spartano, Meleagro, & Achilli flauam cęſariem attribuit Homerus; & Deorum fuit Bacchi, & Narciſſi aurea coma, vt ſcribit Philoſtratus. Cõmodi præterea Imperatoris ſtatura, vt diuinitatis opinionem afferret, quaſi cæleſti quodam iubare caput eius circumundante, coma erat auri ſcobe reſparſa, vt ſcribit Herodianus, ipſeque Antoninus Verus, auctore Capitolino, dicitur *tantam habuiſſe curam flauentium capillorum, vt capiti auri ramenta reſpargeret, quo magis coma illuminata flaueſceret*. Quare nil mirum & flauã cæſariem fuiſſe apud Romanos in pretio, vt nobilia illa cognomina teſtantur Flauiæ gentis; ſicut & Ænobarbatum, à barba flaua. Denique non ſolum is capillorum color apud Belgas in honore; apud Hebræos etiam non ſolum Dauidis & Salomonis exempla oſtendunt, ſed illud pulcherrimorum iuuenum ſatellitium; qui Salomonem foras præcedentem comitabantur, & *ramentis auri capillum quotidie ſpargebant, vt ad ſolarem radiorum contactum fulgor a capitibus eorum reflecteretur*, ſcribente Ioſepho lib. 8. Antiq. cap. 2. quæ vel ſola coniectura ſatis oſtenderet, aureum capillorum colorem fuiſſe tum in pretio & pulchritudine, tũ in Salomone. Scio apud Aegyptios contemptui & turpitudini fuiſſe comam flauam, vt ſcribit Diodor. lib 2. cap. 4. ſed ea ipſa ratione decoram apud Hebræos fuiſſe oportuit, contrario ſenſu de rebus iudicantes.

Aureus capillorũ color apud omnes.

Adrianus.

Tacitus.

Homerus.

Philoſtr.

Herodian.

Capitolin.

Ioſephus.

Diodorus.

7 Sed quod ad Indicium, & Phyſiognomiam ſpectat, mirificè quadrat Salomoni; nam Ariſtoteles minimè vult ingenioſum nigris eſſe capillis: Polemon verò *capillos moderatè flaueſcentes docilis naturæ mitiſque, & quæ ad fœlicem fortunam tendat*. Denique quid non regalium virtutum promitteret *ſubflaua* Auguſti cæſaries, vt ſcribit Suet. atque *rubra* illa Conſtãtini Magni, vt ſcribit Cedrenus? Quòd ſi non ex bello, at ex præſtantiſſimo ingenio iudiciũ illud Apuleij, Salomoni attribuendum. *Capillus ceu aureus coruſcans in mollis leniter deprimitur vmbram; id eſt, in quibus mellis color placet, vmbroſo quaſi fulgore promiſſus. vnde bellatores et ingenio præſignes ſunt.* Et demum capillos *flauos & rubentes* bonam corporis conſtitutionem ſignificare, medicorum iudicium eſt. ſi quid vitij vel in plus nimio rubentibus vel plus nimio albeſcentibus cum flauedine, longè à Salomone, qui temperatiſſimè fuit *candidus & rubicundus*, & ſumma cum venuſtate, capillis aureſcentibus, & modicè criſpantibus inſtar elatarum palmarum.

Ariſtotel.

Flauus capillus ingenioſorum.

Cedrenus.

Suetonius.

Apuleius.

Gal. in Microtegna.

At quid illud *Nigri quaſi coruus?* Dixi & demonſtraui aliquando *nigredinem* illam non referendam ad fuliginoſos & inumbratos capillos, ſed ad nitidos refulgentesque; nam cum coruí mirificè illuminantur ſole, & quam radijs percuſſi accipiunt lucem, reddunt maiorem multiplicatis radijs; quippe eadem voce originali *Sahhar*, non ſolum nigredo & fuligo carbonum, ſed præterea fuſcum illud diluculi, atque incipientis auroræ roſea lux, & iucundiſſimus decor ſignificatur Iob. 38. 12. & 41. 10. Iſai. 38. 8. Pſ. 56. 9. & ſæpè alibi. Quare propriè legere poſſis; *Capill. eius aurorantes*, vel *flaueſcentes inſtar auroræ, inſtar corui*, nitidi & ſplendentis, vel *inſtar veſperæ*. nam nomen originale *corui*, quod eſt *Ghoreb*, idem eſt veſperæ nomen. Quare ſi vtrumq; coniungas, leges; *Capilli eius aurorãtes, quaſi veſpera*, & ex veſpera aut ex aurora ſumere licebit roſeum illum & aureum fulgorem; nam

Nigrũ & nigredo quid.

שחר

Nomẽ corui & veſperæ idẽ.

Aurea fulgebat roſeis Aurora capillis.

Cum qua etiam ex lege amœbei carminis cõparat ſponſam ſponſus cap. 6. 9 *Progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol.* vbi vides aureum ſplendorem creſcentem acutius ab aurora ad ſolem ipſum. Et de capillis ipſis c. 7. 5 *Coma capitis tui ſicut purpura regis.* Et cũ ſponſa ſe ipſam nominat *nigram*, Cant. 1. 5. notat ſanè rutilum, & ſubflauum in facie quod ſole torretur, & in capillis lanave flaueſcit inſtar Bætici coloris, quem *aureum*, in velleribus ouium appellarunt Poetæ, quaſi dicat ſponſa; *morena y toſtada la cara, pero curados los cabellos del ſol.*

Nigra facies ſpõſæ qualis.

Nicephor. Symbolũ florentis iuuentæ.

Ergo, vt nos Salomonem, flauo, ita Chriſtũ Eccleſiæ ſponſum *ſubflauo fuiſſe capillo* Nicephorus ſcribit. Scio, vt placet illud in *nigredine corui*, indicari florentem iuuentam longè à canicie, quę non melius ſignificatur, quàm in colore nigerrimo, vt qui longiſſimè à canis abſit. Sed ne plura de capillis, tranſeundum ad alia.

IV. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ, quæ lacte ſunt lota, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.

8 Oculorũ notæ optimæ.

PVlcherrimè quidquid in oculis commendatur, hæc ſententia commendat in Salomonis oculis. Nam comparantur quidem cum binis columbis, ſtantibus *iuxta fluenta*, vel, vt alij legũt, *iuxta plenitudinem*, candidis & lacteis. Quibus fere ſignis vniuerſa oculorum ratio, & probatio conſtat. Nam primum habuit oculos *iuxta plenitudinem ſuam*, id eſt, opportuna & idonea quantitate implentes ſuum orbem, ita vt, neque multũ prominerent turgiduli; nec intus recederẽt, foueati & concaui: quorum illud ſtolidorum & inuerecundorum eſt: hoc triſtium, pauidorum, maleficorum: quales Caligulæ fuerunt. Non valde magni, qui pigrorum, & flegmate, atque humiditate abundantium, quales Domitiano: non valde parui, qui vulpinum & puſillanimium. Ergo mediocres, *iuxta plenitudinem ſuam*, ſumma totius corporis magnitudini cõcinnitate reſpõdentes, qui optimæ conſtitutionis ſunt.

Oculi prominentes & cõcaui, quorum. Ariſt. de animal. Polemon. Sueton. in Calig. Idem in Domit. Mediocres

Oculi æquales.

Ijdem referebant binas & æquales *columbas*, quippe minimè erant inæquales; qui vel ſtolidorum, & nafariorum hominum ſunt; ſed æquales qui æqualitatis, æquitatis & iuſtitiæ amantium. Tum præterea *lacte lotas* referebant columbas, quippe non erant ſanguineæ: qui ebrioſorum, & petulantium: non valde nigri, qui timidorum & doloſorum: non rubentes, aut flãmantes, quales iracundorum, cum rutilis ardeſcunt lumina flammis; qui enim iniurias nõ ferat, ſed acriter vlciſcatur, appellamus *Hõbre de ſangre enel o;o*: non igniti, qui inuerecundorum & procacium, quales canum; ſed modicè flaueſcentes, qui magnanimorum; quales Cæſaris, ex Suetonio; quales & columbarum oculi; quales Conſtãtini, cuius oculi leonini, ex Cedreno.

Oculi inæquales, & ſanguinei, quorum. Prouerb. Hiſp. Cedrenus.

Oculi clari & ſplendentes. Suetonius.

Tum ſicut columbæ candentes, & fulgentes, id eſt, micantes & ſplendentes, non obſcuri, neque ſqualentes, qui doloſorũ, & inſidorum; ſed *clari luminis*, qui optimos mores præ ſe ferunt, quales Octauij Augusti; qui ſcribẽte Suetonio; *Oculos habuit claros, ac nitidos: quib. etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam diuini vigoris; gaudebatque, ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorẽ ſolis, vultum ſubmitteret.* Adde non *hebetes*, quales Domitiani; ſed perſpicaces, quales columbarũ, pleni ſplendore & ſpiritibus, qui compoſitos & graues mores indicant.

Oculi cæſij. Homerus. Cicero. Pauſan. Pallas cæſia. Oculi ſplẽdentes.

Quòd ſi cum ſplendore illo flaueſcente, aliquid etiam candoris columbarũ admiſceamus, & vel humoris vitrei, & criſtallini, quantum ſatis eſt, fient cæſij oculi, quales Homerus, & Cic. de Nat. Deor. Mineruæ tribuunt, quæ ſapientiæ Dea: quare *Glaucopis* nominata: atque Palladem Athenienſem glaucis quoque oculis tradit Pauſanias. Certè ſplendorem illum oculorum flaueſcentem commendat locus ille Geneſ. 49. 12. *Pulchriores eius oculi vino*. at verò colorem *cæſium*, glaucumve cæleſtem ille alius Thren. 4. 7. *Sapphiro pulchriores*. quod ad oculos referendum videtur, ſicut quod præceſſit de *lacte*, ad cutem; & quod de *rubedine*, ad capillos *blancos, y rubios, y Zarcos*. ſed portendere quoque poterat nitor oculorum aliquid Venereum. ſic volunt Phyſiognomi.

Oculi vibrantes. Nazianzen. Oculi fixi & ſtantes. Polemon.

Inſuper erant ſponſi oculi, ſicut *columbæ reſidentes*, id eſt, ſtantes, conſiſtentes; non, quos Phyſiognomi vibrantes, ſeu *exilientes* appellant, qui dolos, & ſtoliditatem indicant: non perturbati, & inſtabiles, omnia ſpectantes, qui veſaniam: quales illi Iuliani ſcriptore Nazianzeno, *vagi & oberrantes, ac furioſum quiddam intuentes*; ſed neque penitus *ſtantes*, & defixi, quales attonitorũ, aut dolos & fraudes machinantium: ſed conſtãtes, & cum grauitate atque opportunitate mobiles, iam humilia, cum opus eſt: iam ſublimia intuentes, de quibus ſic cenſet Polemon: *Qui ſublimes, magnos, fulgentes, nec non humilis obtutus geſtarint oculos, illi iuſti, prudentes, ſtudioſi amoriſque pleni homines ſunt*. Quod mirificè in *columbis* cernitur: iam enim ſtant, quaſi cum conſilio; iam volant pro vitando periculo; iam terram intuentur, iam cœlum; ne quis inimicus vel in ſublimi, vel in humili: nam vt auctor eſt Ariſtot. lib. 9. hiſtoriæ c. 36. cum duplex ſit genus accipitrum, & alter quidem humipeta, qui volantes columbas non appetat; ſed ſedentes & ſtantes: alter ſublimipeta, qui volantes tantummodo venetur, & capiat: Columba, vt eſt perſpicaciſſimi viſus, reſidens fugit ſublimipetam à longè conſpectum; volans eludit humipetam, & mirabili videndi, & oculos mouendi opportunitate diſcrimina reſpicit, & cauet in cœlo & in terra.

Colombæ oculorum vario cõtẽtu vitans pericula. Ariſtotel. Duplex genus accipitrum.

Oculi humentes. Tremuli.

Demum nihil toruum, nihil limum, nihil efferatum in Salomonis luminibus, ſed leniter & placidè intuentes, & cum humiditate nimirum *iuxta fluenta*, tanquam aqua natans in vaſe, ſed ſine tremore; qui omnino pulcherrimi atque probitatis ſigna ſunt: nam ſi luminibus humidioribus etiam accederet tremor, & volubilitas, quæ reſidentiam illam, ſiue conſtantiam imminueret, ſanè verendum eſſet, ne quid in illis minus caſtum reluceret, ſicut à Poeta dictum,

Ouid. de Arte.

Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt ſol in liquida ſæpe refulget aqua.

V. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs.

9 Genæ rubẽtes pudoris, & hilaritatis. Aphrodiſienſis. Claudius Mamert. Synecdoche.

SI quid in ipſis maxillis effloreſcens velut in areolis horti alicuius, potuit lanugo eſſe adoleſcentis, aut honeſtiſſimi viri barba. ſed ſi quid phyſiognomicum, forte indicantur genæ effloreſcẽtes, quaſi rubicundis floribus pudoris, aut hilaritatis; vtriuſque enim, vt Aphrodiſienſis ait, ſignum eſt ſanguis occurrens vel pudori vel voluptati. Dicamus Salomoni quod Maximiano in ſuo Panegyrico Claudius: *In ipſo tuo vultu videbam omnia ſigna virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in ſermone iuſtitiæ*. Si à parte totã faciẽ intelligas, hortũ dicas diuerſis areolis & varijs floribus diſtinctũ, ſumma omnium in vnicã pulchritudinem conſenſione. Adde poſſe fieri, vt genæ cõparẽtur cũ *areolis conſitis* & effloreſcentibus, non vacuis neque contractis, id eſt, quòd non ſint macilentæ neque exſuctæ, ſed, quantum ſatis eſt ſucculentæ, & carnoſæ, vt neque ſit obeſitas iners, neque macilentia triſtis ſed medius habitus;

Medius habitus optimus.

qui

qui ad intelligentiam facit, & ad viſus, ac vultus pulchritudinem.

VI. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.

Plinius. Dioſcorid. Rubentia Syriæ lilia. Spiritus oris odoratus.

CVm Dioſcorides li. 3. ca. 99. & Plin. lib. 21. c. 5. rubentia Syriæ lilia cõmendent, non dubium, quin labia ſponſi nũc comparentur cum rubentibus lilijs, nam quę pulchritudo faciei labijs pallentibus, aut albentibus? Si autem os ipſũ afflabat ſuauis odoris halitũ, viderentur ipſa labia leuiter repãda odoratiſſima quędã lilia, & vtrumque quidem ſignum optimæ compoſitionis, atque temperatiſſimæ naturæ, paulo tamen calidioris, vt ſuperiùs indicabamus. Sed vt cũ Salomonis eloquentia & cæteris animi corporiſque virtutibus conſentiant, minimè labia fuerũt craſſa, quod ſtultitiæ eſt; potiùs tenuia, mollia, quod magnanimitatis, & eloquentiæ. Sic videtur ſe Moyſes bleſum & tardũ in loquendo *incircumciſum labijs* appellaſſe, quaſi labeonem, craſſiloquum, aut tardiloquũ, & qui indigeret extenuatione & circumciſione labiorum, cum è contrario Ennodius in vita Epiphanij, *tenuia* dixerit; *ſemilabia*. Sidonius de ſuo Theodorico: *labia ſubtilia nec dilatatis oris angulis ampliata.*

Labia tenuia & mollia, quorum. *Exo. 6. 30.* *Sidonius.*

Manus eius tornatiles aureæ, plena hyacinthis.

Ari. ad Alexand. Polem. Manus & digiti ingenioſorum. Brachia lõgiora. *Strabo.* Hyacinthus flos vt gẽma. *Tuccius.* Vngues purpuraſcentes. *Polemon.* שרשו

10 SI hic tantum quod ad manuum & digitorum naturalem ornatum & compoſitionem, nõ item illum alterum opulentiæ, & annulorum atque gemmarum addititium ſignificetur, certè deſcriptio erit manuum nitentium, quaſi torno politarum, id eſt, delicatarum, & mollium, quales ingenioſorum & liberalium, digitis paulo lõgioribus, & inuicem diſtantibus; orbiculis aut articulis digitorum generoſis, tum pręterea brachiis paulo diductioribus: qualia habuiſſe Alexandrum, Artaxerxem, Darium qui longimani fuere, proditum eſt. Tum digiti *pleni hyacinthis*, quòd cũ in Heb. & Græco ſit *plena Tharſis*, fere ab vniuerſis interpretibus accipitur, pro lapide gemma, ſed ignoti coloris. Vulgatus *hyacinthum* dixit, ſed eũ intellige, qui in prima ſpecie rubeſcit, ex Dioſcoride. Non nemo vult hos hyacinthos non gemmas, ſed flores hyacinthos violacei & purpurei coloris. Vtcumque ſit, manibus per ſeſe pulcherrimis venuſtatem addunt vngues inſtar gemmarum, florumve purpuraſcentiũ, qui nõ liuidi, aut obſcuri, non pallidi, nigri, recurui, quales rapaciũ, liuidorũ, & malignorũ; ſed ſubtiles, delicatiores, pellucidi, paulo latiores, & ſanguinem animũq; clariorem deliteſcentem purpureo nitore repræſentantes; ex huiuſmodi vnguibus bona ingenia; Polem. *vngues lati, albi & ſubruſi.* Tũ præterea & liberalia, atque beneficia: nã ſiue *manus ſint plenæ hyacinthis*, ad largiendum; ſiue minimè recuruæ cum vnguibus latioribus, dicentur *plena Tharſis*, id eſt, paupertate, à radice *raſas*, quod eſt de paupertate, quòd nihil retineant, ſed liberaliſſimè erogent indigentibus; & propter alios fiat quis ex diuite egenus, vt illius inopia alij diuites ſint. Quod mirè in Chriſtum Dominum.

VII. Venter eius eburneus diſtinctus ſapphiris.

Pectus & vitalia. Mediocritas vẽtris, pectoris ſtrictura. *Ariſtot.* Venter caſtigatus ad ilia. *Sidonius.* Næui, velut lumina.

11 PEctus, & Thorax, in quo vitalia oĩa, candida velut *pyxidicula eboris* aptiſſima forma effecta ad aſſeruanda viſcera, cor, vitalia omnia: ſi quid enim vitij in pectore, dorſo, coſtis, & alijs partibus quæ circa cor ſunt, inſigniter dehoneſtatent pulchritudinem corporis & morum. Ergo quemadmodũ pyxidicula non eſt valde ampla, aut lata, non nimiũ ſtricta, & neque nimiũ gracilis; ita ſanè pectus ſponſi vẽtre paulo laxiori refert ventrem pyxidis, pectore verò ſtrictiori refert partem ſuperiorem pyxidis paulo anguſtiorem; Ariſtot. ad Alexand. *Mediocritas ventris & pectoris ſtrictura ſignificat altitudinem intellectus & boni conſilij.* Itaque neque habuit pectus valde carnoſum; neque fuit ventricoſus, quæ ſunt hebetum, inertium, & minimè ſolertium: non nimium gracile, nimiumque ſtrictum quod puſillanimium; ſed idoneum ſapientia: & cordis domicilium; tum & ventrem ad partem cinguli caſtigatum, vt ſtrictius cingi poſſet, quod animoſorum, & ſolertium. & qualem Sidonius in ſuo Theodorico; *In ſuccinctis regnat vigor ilibus.* & rurſus in Paneg. Maiorani; *Anguſtam ſuſpendit balsheus aluum.*

Et verò quid in pectore *ſapphiri*? certè ſi ad naturæ ornamenta referantur, erunt in candido pectore næui aliqui. quis enim ſine næuo etiam perfectiſſimus, ſi tamen homo? at næui in ſponſo videbantur ſapphiri, & maculę illi erant lumina: quare & de illo dici potuit,

Nullus in egregio corpore næuus erat.

Ouid. 5. de Triſt. eleg. 14.

VIII. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundata ſunt ſuper baſes aureas.

שוק Crura candida & decentia. Crura exilia. *Suet. in Domit. ca. 18. Idem in Nero. c. 50.* *Seneca.* *Sidonius.* Suræ tẽperanter turgentes, & plenæ. Pedes moderati.

12 ORiginalis vox iam vertitur ab interprete *armus*, iam *ſura*, iam *genua*; ſed quidẽ hoc loco cum comparentur cum columnis marmoreis, oportet *crus* intelligere à coxa vſque ad pedem, id eſt, à capite columnæ vſque ad baſem, vt tibias & femora complectantur. Atque eleganter dicuntur marmoreæ, vel ex alabaſtrite, vel, vt Aquila & Theodotio dixerunt, *columnæ Pariæ*, ex Pario marmore candidiſſimo. Cum dixit *columnæ* intelligit crura non rudia, craſſa, carnoſa, inelaborata, inarticulata, qualia vel improbitatis vel fœminitatis ſignum: ſed decentia & quibus opportunè totum corporis ædificium cum concinnitate incumbat, non gracilia, & exilia, qualia puſillanimium & ignoti animi ſunt: qualia illa Domitiani, quæ cùm eſſent *valde gracilia, longa et valetudine remacruerant.* Nõ, vt Nero, qui *ventre proiecto, gracillimis cruribus fuit, atque ita luxuria immoderatiſſima.* Non, vt Caligula, qui cum *ſtatura fuiſſet eminenti, & corpore enormi; fuit tamen gracilitate maxima ceruicis & crurum.* Horum ſcriptor Suetonius: illius verò Seneca, quòd Cæſar *inter cætera vitia quibus laborabat, habuit obſeſſam ſetis ceruicem, & exilitatem crurum & enormitatem pedum.* Sidonius verò de ſuo Theodorico; *Carneum femur, internodia poplitum bene maſcula; maximus in minimè rugoſis genibus honor: crura ſuris fulta turgentibus & qui magna ſuſtentat membra, pes modicus.* Quę omnia ad virtutum documẽta Sidonius trahit. Sed quidem cum non tam fortem & toroſum quàm pacificum, ſapientem, elegantem Deus & natura effinxerint ſuum Salomonem, non illi tributę turgentes & prægnantes ſuræ; ſed quæ moderata magnitudine, & plenitudine, ſoliditateque optimum ingenium indicarent.

Porro *baſes aureæ*, quid aliud q̃ aureoli pedes, & ſtylobatæ elaboratiſſimæ? nã pedes baſiũ, ſeu ſtylobatarũ, vſum tibijs exhibẽt: qui neq; valde

Ariſtoteles. Martialis.

breues, licèt id in laude poſuerit Sidonius; nam potius ad vitium referr Ariſtot. in phyſiognomicis, & Epigrãmatarius lib. 13. 54. ſed neque valde magni qui pedones & planci ſunt propter enormitatem; qualem Sidonius pingit in ſua illa nefarij gnarhonis deſcriptione, *femur aridum, & pandum, genua vaſta, poplites delicatos, crura cornea, vitreos talos, paruos digitos, pedes grandes.* Ergo neque *grandes*, qui ſatuorum ſunt, neque *longi*, qui vafrorum; ſed moderati, qui honeſtorum: & aurei, in quibus nihil non perfectum, & elaboratum, ita vt inceſſus firmus eſſet, conſtãs, ſed non tardus neque citus. cùm enim *ingreſſus hominis enunciet de eo*, procul dubio eiuſmodi incedendi inſtrumenta habuit à natura, vt greſſus illius eſſet, qualem deſcribit Ambroſius lib. 1. de officijs, *in quo eſſet ſpecies auctoritatis, & grauitatis veſtigium.*

Inceſſus qualis. *Ecclef. 19. 27.* *Ambroſius.*

IX. Species eius vt Libani: electus vt Cedri.

15 Proceritas ſtaturæ. בחר

ALij ad totius corporis habitum, & vultum referunt: Ego verò ad proceritatem & rectitudinem; mons enim Libanus ardous eſt, & ſublimis præ cæteris Iudææ, & Syriæ, ſed non ingrata & enormi celſitudine: verùm aſpectu gratiſſimo. Cedri verò rectæ, & erectæ arbores, firmæ & conſtantes. quamuis quidem nomen *electus* ex proprietate ſua, id tantùm ſignificet, qđ præſtans eſt. ergo commendatur ſtatura Regis præſtans, & erecta, qualis præſtantiſſimorum illorũ Heroum; *Saul ab humero & ſurſum* eminẽs ſuper omnem populum 1. Reg. 9. & 10. cuiuſmodi canitur à Poeta Turnus, qui in *medio agmine toto vertice ſupra eſt*. Magni atque proceri, Romulus apud Plutarch. Hector & Priamus atque Aiax & Euryalus apud Homerum. Sueton. in Cęſare: *Fuiſſe traditur excelſa ſtatura*, in Tiberio, *ſtatura fuit quæ iuſtam excederet*. Domitianus qualis & Thodoricus, *procera*: apud Ennodium in Panegyrico: *ſtatura eſt, quæ deſignet prolixitate regnãtem*. Et quam Capitolinus in Pertinace, *ſtaturam Imperatoriam vocat*. ſed in ſuo Theodorico concinnitatem commendat Sidonius *ſi forma quæratur corpore exacto: longiſſimis breuior; procerior eminentiorque mediocribus*. & quę ad pulchritudinem exigitur, quæ *in magno corpore* conſiſtit, vt ait Ariſt. 4. Ethic. cap. 3. & 3. polit. c. 4. Nam parui eſſe quidem poſſunt vrbani & venuſti, non item pulchri, nõ enim niſi in magno ineſt dignitas. Vid. Rhodig. lib. 9. c. 4. ſed non ſit ſtaturæ proceritas *enormis*, qualis illa Caligulæ apud Suet. quæ ſolet eſſe mentis inops, ſegnis, vaſta: ſed illa paulo ſublimior, quæ ingenioſorum, erecta; quæ ſpiritibus abundantium. Non aliter ſanè fuit in Salomone ſumma concinnitas capitis cum corpore; nam cùm ſuperiùs caput, & comam cõparauerit cum coma palmarum, poſtea idoneam ſtaturam eiuſdem palmæ illi attribuit cap. 7. 7. cùm ait ad ſponſam; *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ*. nam parem facit ſponſo, cui tanquam palmæ, ipſa ſponſa tanquam vitis, maritanda eſſet.

Electus. *Virgil. 9. Aeneid.* *Plutarcus.* *Homerus.* *Suetonius.* *Ennodius.* *Capitolin.* *Ariſtotel.* *Cælius Rhodigin.* Statura enormis ſtultorum. Cur ſponſus comparatur cum palma; ſpõſa cũ vite.

X. Guttur illius ſuauiſſimum.

14 Vox rauceſcens quorũ. Vox tẽperata, ſed gracilior

VOcis inſtrumentũ formandæ pro ipſa voce, in ſponſo nunquã rauceſcente, quod libidinoſorum eſt; non aſpera & abſona, quę agreſtiũ; non acuta & intenſa, quæ timidorũ; non grauis & magna, quę conuitiatorũ; ſed media, & temperata, & fortè etiã paulo gracilior, ſed cum dulcedine & ſuauitate, quali Ariſtotelẽ, & Platonẽ fuiſſe, ſcribunt Laertius & Plutarchus. quam dicunt eſſe pacati animi, ſuauium & compoſitorum morum.

Platoni & Ariſtoteli. *Laertius. Plutarch.*

Atque, vt rem hãc claudamus, plura ſigna ex his, quæ enarrauimus, vel nunquam ſimul reperiri poſſunt, vel rarò ſimul reperiuntur, quippe cùm quædam non fiant à natura, niſi cũ multo & feruente ſanguine, atque multorum ſpirituũ elaboratione, quædam requirant plus frigiditatis & humidioris temperamenti, vix poſſe in vno & eodem homine conuenire videntur. Quare Thucydides lib. 3. dicebat. *Hebetiores quàm acutiores, vt pluriùm melius remp. adminiſtrare*. Nimirum quia acutiores, vehementiores & concitatiores ſunt, quàm requirat matura rei adminiſtratio, & populi moderatio. Sed tamen & poſſe, rarò licèt, ſimul reperiri, docebat Plato exemplo ſui Theæteti, *O Socrates* (inquit) *& me referre & te auſcultare decet, qualẽ è veſtris ciuibus adoleſcentem inuenerim. Non enim eſt pulcher; ſimilis tibi eſt ſimo naſo & prominentibus oculis; ſed mirabili naturæ fœlicitate donatus. Difficile admodũ eſt reperire hominem ingenioſum ſimul & præ cæteris manſuetum, atque virilem. Equidem nec fuiſſe vnquam exiſtimo nec eſſe video qui ita natura ſint inſtituti. Cæterùm acuti, vt hic, ſagaceſque, ac memorioſi, & dociles, vt pluriṁum in iracundiam impetuſq; præcipites ſunt. proruunt enim atque rapiantur quẽadmodum ſine retinaculis naues, & furioſi potius q̃ fortes exiſtunt. Graues autem ſæpè, cum ad diſciplinas ſe conferunt, ſegnes, torpentes, obliuioſi ſunt. Hic verò ita leniter, libere, ſuauiter, expedite, maxima cum manſuetudine ad diſciplinas, quæſtioneſque graditur, vt nec lubricus quietuſque olei fluxus mollior & ſuauior videatur, &, vt mirum ſit tãtum ingeniũ eam maturè iſta peragere.* Sed ſupra Theætetum, qui deformior erat addas pulchritudinem, & illa omnia naturæ ornamenta exaggerata in vnicum Salomonem conferas, nondum pro dignitate explicueris, quis à natura Salomon fuerit, quantùmque idoneus tum ad ſapientiam tum ad alias animi virtutes, quibus illũ Deus ſupra naturæ vires largè & liberaliter cumulauit.

15 Cur nõ omnia ſimul bonæ temperaturæ ſigna in eodem. *Thucydid.* Cur hebetiores melius remp. gubernẽt. *Plato.* Conuenientia omnia bonę cõſtitutionis ſigna in vno.

CAPVT V.

Cultus & veſtitus corporis eius.

Ad locum Matth. 6. 29. Dico enim vobis, quia nec Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt, ſicut vnum ex iſtis.

1 *Principum ornatus externus neceſſarius. Occultandi corporis defectus.*
2 *Hebræi corporis cultu lauti. Illuſtrati Sophonias & Matthæus. Salomon elegantiarum amator.*
3 *Gloria in ſacro ſermone pro veſtimentorum ornatu. Cur Salomonis veſtimenta, cum floribus & lilijs comparata. Florida veſtes multicolores. Pictura Babylonica.*
4 *Aurata Salomonis & ſponſæ veſtes cum varietate liliata. Titulus Pſalmi 44. Animalium forma veſtimentis intertexta. Veſtis palmata.*
5 *Reſurgentes cum lilijs comparati. Illuſtratus Pſalmi titulus & Eccleſiaſticus.*
6 *Candida principum veſtimenta. Veſtitus albus quid in ſacro ſermone. Symbolum diuinæ gloria.*

ria Illuſtratus Lucas & Iob.
7 *Cur candor tributus Angelis. Lilia illorum ſymbolum.*
8 *Salomonis veſtem non tam argenteam fuiſſe, quàm auream. Veſtes auratæ. Paragauda Imperatorum quæ?*
9 *Veſtes molliores propriæ principum. Confecta à fœminis. Linea Aegypti.*
10 *Veſtes odoratæ. Duplex lilij gratia. Salomonicarum veſtium theca eburnea.*
11 *Eboris vſus ad pyxides & vnguenta. Materia conſeruandis odoribus idonea, plumbum. Reginum vnguentum Parthorum. Salomonis veſtes à viris & à fœminis confecta.*

1 NVllis ſanè tanta fœliciſſimi Regis pulchritudo externis indigebat ornamentis, quibus vel dignitas augeretur, vel defectus, ſi quis eſſet, corporis occultaretur. Quæ cauſa Primum regibus fuit lautiſſimo præ cæteris habitu veſtiendi, & plus dignitatis, quàm dediſſet natura, ementiendi, quod eleganter Xenophon lib. 8. ſuæ Pædiæ in hæc verba exponit: *De Cyro videmur didiciſſe quòd non ſolum decere exiſtimabat principes ſubditis præſtare, quod ijs forent meliores; ſed etiam exiſtimabat opus eſſe, vt ornatu corporis eos allicerent. Itaque elegit ſtolam Medicam & ipſe ferre, &, vt familiares ea induerentur, perſuaſit. Hæc enim viſa eſt ei occultare, ſi quis defectum aliquem haberet in corpore; præterea ea indutos, & pulcherrimos, & maximos oſtendere. Et enim calceos talis habent, in quibus, qui eos ferunt, clam aliquid ſubijciant, quo maiores eſſe videantur, quàm ſunt: ſinebatque vt oculos ſuppingerent coloribus, quo pulchrioribus quàm ſunt, oculis eſſe viderentur, colorati, quàm natura eſſent. Exercuit eos inſuper, vt neque ſpuere, neque mucum emittere apparerent: præterea ne ad quenquam ſpectandum conuerterentur, perinde quaſi mirarentur nihil. Omnia verò hæc exiſtimabat aliquid afferre, quominus forent ſubditis contemptui. Quos igitur cenſebat dignos, qui alijs præeſſent, ex ſe ipſo ita compoſuit, vt & meditarentur, & venerabiliter ijs præeſſent. Quos item conſtituit ad ſeruiendum, horum neminem incitabat ad meditandos ingenuos labores.* Neque verò peculiari habitu tantum cùm iura dicerent, aut cum triumpharent; ſed in communi vſu vſos fuiſſe reges & principes memini me dixiſſe in Iobi commentariis. At Salomon non quidem ad occultandos naturæ defectus, neque ad ementiendam pulchritudinem, ſed ad decenter ornandam, pro more gentis, lautiſſimè veſtitus eſt; vt de illo opportuniùs veriùſq. dici poſſit, qđ de ſuo Theodorico Ennodius: *Quod agunt in aliis dominis diademata, hoc in meo rege operata eſt. Deo fabricante natura; illos faciunt tot diuitiarũ adiumenta conſpicuos, ſed hunc edidit ſimplex & immutabilis figura meliorem.*

Xenophon.

Qualiter Principes inſtituendi & quo cultu.

Peculiaris Principũ cultus veſtium.

Ennod. in Panegyr.

2 Dixi autem cultum lautiſſimum Salomonis pro more gentis; quia Hebræi lautiſſimi hac in re fuerunt: atque plus nimio curæ & ſolicitudinis in corporis cultu, & veſtimento poſuiſſe, verè & ſubtiliter colligit magnus Albertus ex illis Chriſti Seruatoris verbis: *De veſtimento nolite ſoliciti eſſe.* Certè peregrinorum ornamentorum atque veſtium barbaricarum inſana curioſaque cupidine laboraſſe indicat illud Sophon. 1. 8. *Qui induti ſunt veſte peregrina.* Tum illud, quod Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. c. 10. ad finem ſcribit, etiam tunc temporis Græcos mollio-

Hebræorum in veſtitu lautitia.

Albertus. Matth. 6. 28.

Clemens.

A res ex Iudæa aſciſcere pretioſas veſtes: *Auidis (inquit) pannis admiſcentes doloſa mulieres, & qui ſunt ex viris effœminati, fraudulentas doloſaſque tincturas, inſano quodam amore feruntur in immoderationem, non ampliùs lintea ex Aegypto ſed quædam alia ex terra Hebræorum, & Cilicum comparantes.* Veſtes pretioſæ ex Iudæa.

Ergo cùm Salomon fuerit Hebræorum opulentiſſimus, ſapientiſſimus, &, vt Theophylactus dixit, *delicatiſſimus*; vt verò Ioſephus dixit, *Elegantiarum amator*, profectò hac ex *lilijs* ducta comparatione, omnem Salomonis cultum, atque pulchritudinem; tum prætereà curam & ſolicitudinem adhibitam à Salomone in æmulanda liliorum pulchritudine, & natiuis colori-

Ioſephus. Theophyl. Matth. 6.

B bus, quibus conueſtiuntur, Chriſtus Dominus mirabiliter expreſſit; quod à nobis per ſuas partes exponendum: & deinde Salomon *in omni gloria ſua* ſplendiſſimus, componendus cum lilijs; nam & *in apparatu veſtium & ſimilibus*, fuiſſe Salomonem omnium hominum glorioſiſſimum ex hoc loco probat Abulenſis 1. Paral. 29. q. 26. Abulenſis.

Et primò quidem cùm *Salomonis gloria* dicitur, non aliud quàm veſtimentorum pulchritudinem & ſplendorem ſignificauit, vt Hilarius interpretatur; & illud *In gloria ſua*; more frequẽtiſſimo ſcripturarũ, accipio pro *Cum*. q. d. tunc, cum regalibus veſtimentis præfulgebat: iuxta 3

Hilarius. Gloria q.d. In pro cũ.

C id Exod. 28. 40. *Filijs Aaron tunicas lineas parabis, & baltheos, ac tiaras in gloriam & decorẽ.* &c. Quare 2. Paral. 3. 6. dicitur *ſtratum pauimentum templi pretioſiſſimo marmore decore multo.* Quod propriè ex Hebræo dixerunt Septuag. *Ornauit domum lapidibus pretioſis ad gloriam.* Sed de gloria & ſplendore veſtimentorum, atque liliorum candore, ſtatim. Eſt verò etiam vera, quanuis minùs opportuna illa Chryſoſt. *gloria* interpretatio, pro regno, & tota illa Salomonis ætate; ſic enim ait. hom. 16. in Matth. 6. *Salomon florum decore ſuperatus eſt, & non ſemel, aut iterum, ſed tota prorſus illa, qua regnauit, ætate; hoc enim omnino ſignificauit dicendo in omni regno ſuo.* Chryſoſt.

D Secundò perelegans eſt *gloria* & veſtimentorum cum lilijs & floribus comparatio: vt enim eleganter obſeruauit Chryſoſt. *Non ex auibus pauum propoſuit, aut cygnum, vel ex pecoribus, agnum:* quanuis multa veſtimentorum, & ornamentorum, ex animantium genere exempla ſumi potuiſſent: ſed herbas tantùm aut flores non alia nobis vtilitate commendatas, quàm pulchritudinis dignitate & ſplendore; vt non tam ornati videantur & pulchri, quam ipſum per ſe ornamentum & pulchritudo agri. Quare illę habitæ ſunt veſtes pulcherrimæ, non ſolum, quæ colorum varietatem, & diſtinctionem referunt, ſed quæ ipſiſmet florum figuris & ſimilitudini-

Chryſoſt.

Flores & herbæ ipſa pulchritudo.

E bus diſtinctæ, & variegatæ eſſent; quod indicauit Clemens Alex. 2. Pædag. cap. 10. carpens nimium veſtimentorum luxum; *Laudo (inquit) & admiror Lacedæmoniorum ciuitatem quæ ſolis meretricibus floridas veſtes, & aurum mundum geſtare permiſit. Veſtes, quæ ſunt floribus ſimiles, Bacchicis nugis & initiorum myſterijs relinquendæ ſunt:* & paulo inferiùs eundem reſpiciens: *Variegata Domini tunica oſtendit flores ſapientiæ, varias, & quæ non flaceſcunt, ſcripturæ; & eloquia Domini, quæ veritatis ſplendoribus refulgent.* & Athenæus quidem libr. 15. ſacram illam Veneri veſtem in ſuo de floribus & roſis tractatu ex cuiuſdam Halicarnaſſei poetæ ſic deſcribit carminibus.

Clemens.

Floridę veſtes.

Athenæus.

Veſticolorem & Aura & Gratia.

Illeuerunt.

A

Illeuerunt, verniſque floribus eam ſinxerunt,
Qualibus exornant ſe ſe Horæ, croco, hyacintho,
Florenti viola, roſæ pulchro flore,
Iucundo, nectareo; ambroſijs, calicibus
Floris Narciſſi elegāti colore formoſitate ſancta Venus,
Id nunc precor veſtis hæc vt omni tēpore ſacra ſit.

Salomonis veſtes liliatæ.

Tertiò; Hinc mihi coniectura fit veſtium Salomonis tum variarum, tum ipſis liliorum figuris intertextis diſtinctarum. non enim fruſtra & temere cum *lilijs* comparantur. Sicut autem nō ſolùm in omnibus ſimul floribus, ſed fere in ſingulis, aut certè in plurimis varietas quędam eſt colorum: ita Salomon videtur gaudere ſolitus colorum pulcherrima varietate veſtimētorum.

Salomon gaudēs colorum varietate.

B

Quæ in pretio & honore fuit in veſte illa ſacra Aaronis opere polymito, aut plumario contexta multicolori, ex auro, hyacintho, purpura, cocco, byſſo. Exod. 28. 6. Quare hoc loco opportunè Hieronymus meminit *picturæ textricum*, quæ varietatem multicolorū florū imitatur. Quò alludere quoque Ioſephus mihi videtur li. 8. Antiq. c. 2. Quod enim dicit, Salomonē fuiſſe *elegātiarū amatorē*, non in alio ponēdum, quàm in illa pulcherrima colorum varietate & variegato cultu; qui iā inde à primis ſæculis Iacob & Patriarcharū in honore habebatur & pretio, vt oſtendit *veſtis polymita Ioſephi.* poſterioribus etiam: de quo Clemens Alexand. loco indicato: *Tinctura Sardoniaca, & alia omphacina, ſeu oleagina, & alia viridis, roſacea, & coccina, & aliæ innumerabiles tincturæ excogitatæ ſunt à pernicioſis delectationibus.*

Hieronym.
Ioſephus.
Gene. 37. 3.

C

In vſu & pretio apud Romanos.

Atque etiam in Romano vſu non improbatæ; improbatus, qui illas non probaſſet.

Martialis.

Amator triſtium lacernarum
Et baticatus, atque leucophæatus,
Qui coccinatos non putat viros eſſe,
Amethyſtinaſque mulierum vocat veſtes.

Vlpianus.

Pictura veſtium.

Vlpian. ſanè lib. 38. Pandec. D. De Auro & Arg. leg. ait veſtimentis *acceſſionis vice cedere inſitas picturas.* Et *picturarum* nomine nihil aliud intelligit, quàm colorum varietatem; vnde poſtea dictas fuiſſe *veſtes pictas*, exiſtimat Bayſius de re Veſtiar. c. 7. Eā autem colorum picturam intexere veſtibus opere plumario Babylō docuit, ſicut & Alexandria *polymitas*, ideſt, plurimis licij intextos. ſicut Epigrammatarius celebrat.

D

Bayſius.

Veſtes polymitæ quæ.

Martialis.

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Plin.
Apul.
Briſſon.

Acus Babylonia.

Vid. Plin. lib. 8. c. 48. Apulei. li. 2. Florid. Briſſon. li. 1. de verb. ſignific. atque hęc vocabatur, *Pictura Babylonica*, & *acus Babylonia*, vel *Semiramia* variegandi, Martiali lib. 8. 29. Eſſe verò veſtem diſcoloriam aut verſicoloriam, aut coloriam inſigne eorum qui publica auctoritate fungerentur, oſtendere conatur Petrus Pithæus lib. 1. Aduerſariorū c. 2. Quamuis, & eunuchis, & pueris molliculis conceſſas fuiſſe ex bonis auctoribus probat, & proprias fuiſſe luxurioſorum, ex Liuio & Suida oſtendit Caſaub. in Ath. lib. 7. ca. 6. inuehitur quoque in multifarias, & amœnas coloribus veſtes, Cælius li. 16. c. 9. quas *Veris & Pauonis* nomine Prouerbiali antiqui notabant, & nominatim in illam Demetrij Macedonis chlamydem, quæ mundi imagine ac aſtrorum illi attexebatur, cum principatu excidit; nec regum quiſquam illam mox geſtare eſt auſus, vid. Alex. lib. 5. c. 17. 18.

Pithæus.

Veſtes coloriæ Magiſtratuū, Eunuchorū, mollium.

E

Caſaub.
Cælius.

Ver & Pauo de veſtibus.

Alexand.

4 De ſecūdo, id eſt, de lilijs effigiatis in ipſa regali Salomonis chlamyde, videtur id Pſ. 44. 12. *Aſtitit regina in veſtitu deaurato* (de quo ſtatim) *circundata varietate*; nam vtrumque, id eſt, reginam, regēmque ſimili ſanè ornamento fulſiſſe, indicatur. Et quoniam Septuag. *varietatis* huius ornamenti, qua circundatur ſponſa, meminerunt, cum tamē in Hebræo nihil aliud ſit, quàm *aurum Ophir*; proculdubio non ſine cauſa factū videri debet, neque ſine operę pretio exquiſitę intelligentiæ: nam videntur auratæ, Salomonis regis & reginæ veſtes, mirabili fuiſſe varietate cōtextæ, ita vt totæ diſtinctę & variegatę diuerſorum florum, & liliorum præſertim pulchritudine diſtinguerentur. Pſalmus enim, qui Salomonis epithalamium eſt, quamuis in Chriſti figura, inſcribitur *in finem pro his qui commutabuntur ad intellectum.* quod propriè in Hebræo eſt, *Pro ſoſannim.* Quod Hieronymus tum in ſua trāſlatione; tum epiſt. 140. ad Princip. vertit *Pro lilijs. Symmachus more ſuo manifeſtiùs; Triumphus pro floribus*, quod idē teſtatur Nyſſenus tract. 2. in Pſalmos c. 4. *Soſannim* enim ſūt lilia, quæ nos voce aſſona vocamus *Acucenas.* quod alij dicūt fuiſſe genus inſtrumenti muſici, aut initium cātici alicuius vulgaris. Ego verò, ſiue muſicū inſtrumētum fuerit in formā lilij, ſiue quiduis aliud ad ipſam veſtimentorū pulcherrimā varietatem diſtinctā floribus intertextis, & liliis opere plumario effigiatis, alluſum arbitror; neque ſine exemplo diuini cuiuſdā veſtimenti aurei mirabili etiā varietate cōſpicui, quod neque ſolùm, neque tunc primò fortè inuentum exiſtimari oportet; cuius meminit Pauſanias in Eliacis lib. 5. cum Iouis deſcribit ſimulachrum: *Cui præter alia pallium erat aureum: in eo cùm diuerſa animalia, tum ex omnibus florum generibus, lilia in primis calata erant.* & Marcellinus libr. 14. inuectus in luxum veſtium; *longioris* (inquit) *fimbriæ tunica perſpicua lucens varietate liliorum effigiata in ſpecies animalium multiformes.* Vtrumque etiā, id eſt, animalia & flores, tetigit loco indicato Alexādrinus Clemens: *Propter fœminas texēda quidē eſt ſuauis veſtis, & tactu mollis, ſed nō ſicut pictura, eſt ad viſus delectationē colorū variegãda floribus. Et variegata veſtes, quæ in purpura habent animalia, cum ipſa arte valere iubenda ſunt.* Prudentius in Hamartig.

lomonis paludamēto.

Inſcriptio Pſalmi. 44.
Hieronym.
Nyſſenus.

Floridum Iouis pallium.

Pauſanias.
Marcelin.
Clemens.
Prudent.

Additur ars, vt fila herbis ſaturata recoctis,
Illudant varias diſtincto ſtamine formas.

Palmata veſtis.

Et palmata illa veſtis triumphātium, à clauis & genere picturæ ſic dicta, auctore Feſto. Erāt autem *claui*, quaſi flores quidā pāno intexti. Et Palmæ poſtea, vt enim ait Iſidor. *In veſtibus triūphātiū victoria cū palmis erāt intertexta.* Quod verò Pauſan. & Clemens de animaliū formis intertexi ſolitis indicant, confirmat Silius libr. 14.

Iſidorus.
Pauſanias.
Clemens.
Silius.

---Fuluo certaret vt auro
Veſtis, ſpirantes referens ſub tegmine vultus,
Quæ radio calat Babylon--

Auſonius.
Athenæus.

Et ipſi etiā humani vultus & effigies intertextę. Auſō. *Palmata tibi miſi, in qua D. Cōſtātius parens noſter intextus eſt.* Athen. l. 5. cum deſcribit comitatū Antiochi Epiphanis multorū hominū milliū; *Omnibus* (Inquit) *quos recēſuimus, paludamenta purpurea, quibuſdā aurotexta, & animaliū imaginibus picturata.* Hāc verò ipſam ſubtilitatem, artemq́ texendi & effigiādi varias rerū formas in ipſis Salomonis Regis, Reginæque ſpōſæ veſtimentis, indicauit illa quam dicebamus, *varietas veſtitus aurei.* Qua etiam ratione perſpicere licebit, cur Chriſtus Dominus cōparationem veſtimentorū ſūpſerit potiùs *ex lilijs*, quàm ex rebus alijs; propterea nimirū quòd cū alij flores, tum

Cur Salomonis veſtes comparatæ cum lilijs.

verò

verò lilia in primis in aurea Salomonis chlamy-
de cælata conſpicerentur, atque ſicut veſtiū co-
lores flores ipſos æmulati ſunt (vt eleganter o-
Plinius. ſtendit Plinius ſuo illo libr. 21.c.8. quod inſcribi
tur *de veſtium æmulatione cū floribus*) ita etiam fa
cile fuit non ſolum colorem, ſed etiā figuram ip-
ſorum florum æmulari in veſtibus.

Ergo cùm de veſtimētis Salomonis liliatis at-
5 que florentibus acturus eſſet Pſalmus quadrage
ſimus quartus, inſcriptus eſt, *Pro lilijs*, ſiue *Pro ijs,
qui commutabūtur*. illis nimirum, qui depoſitis in
fine huius æui ſpolijs pannoſis & detritis morta
litatis, ſuperueſtientur immortalitatis ſplēdore,
inſtar candentium liliorum, fulgebuntq. gloria
lōgè illuſtriori, quàm *Salomon in omni gloria ſua.*
non quidem illi omnes *qui reſurgent*, ſed qui *com
mutabuntur*, dicēte Apoſtolo (vt eleganter Hier.
ad Principiam in huius tituli expoſitione obſer-
uat) *Omnes quidem reſurgemus; ſed non omnes im-*
1.Cor.15. 51. *mutabimur.* Porro *Dilectus*, id eſt, veriſſimus Sa-
Hieronym. lomon *triumphum* acturus *pro floribus*, aut lilijs,
vt dixit Symmachus, id eſt, triumphans trium-
phantemque ſanctorum Eccleſiam ſponſam ſibi
perpetuò adſeſſuram comitem ducens in cæle-
ſtem regiam, liliata gloriæ veſte ſplendidus, op-
Pſal.27.7. portunè dicet; *Refloruit caro mea*. Eccleſia verò
aſſiſtens à dextris, ſimili veſte *circundata varietate*,
iam poſt reſurrectionem immutata, audiet Can-
Eccleſ.39. 18. ticum; *Florete flores quaſi lilium, & date odorem &
frondete in gratiam, & collaudate canticum, & bene
dicite Deum in operibus ſuis*. Sic Pſalmus ille, ha-
bet in Titulo, *ad intellectum*. id eſt, ad eruditio-
nem & doctrinam, & in Salomonis liliatis veſti-
bus, atque liliorum candore arcanam futuræ re-
ſurrectionis figuram & adumbrationem: Atque
hæc de forma veſtimentorum Regalium.

6 Materia candens. Quartò, iam de materia, quæ proculdubio cā-
dorem liliorum candentium fulgore ſuo æmula
batur. Quare ſuam illam nobiliſſimam, candiſſi-
mamque togam, donatam ſibi à Parthenio, cu-
biculi Domitiani præfecto, cum lilijs comparat
Martialis. Martial. lib.8.28.

Lilia tu vincis, nec adhuc dilapſa liguſtra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiaq; columba;
Cedet Erythræis eruta gemma vadis.

Semper enim fuerunt candida, atque pretioſiſſi-
Cādida regum veſtimenta. ma regum ac principum virorum ornamenta, vt
aliquando latius expoſuimus, & colligitur ex il-
lo Luc.23.11. cùm illuditur ab Herode Chriſtus
λαμπρός Cādidum aut album D. *veſte alba*, id eſt, ſplendenti, & lucida, & quæ
alborem imitabatur; quod eadem originali voce
elucidauit idem Lucas c.9. appellans Chriſti in
transfiguratione *veſtitum album & refulgentem*.
Ergo *veſte candida*, atque præfulgida, fortè ſua,
quæ *in* aula regia ad manum eſſet, indutum He-
rodes illuſit, regemque notauit. ſed ridiculum.
Cuiuſmodi etiam pretioſa illa *viri* principis *can
dida veſtis*, cum *aureo annulo*, id eſt, cum aurea fi-
bula; quorum vtrunque erat nobilitatis inſigne;
quam Iacobus Apoſt.c.2. præcepit nō præponen
dam ſordido pallio Chriſtiani, ne *iniquarum cogi
tationum iudices efficiamur*, plus ſplendori veſtiū,
quàm pietati tribuentes.

Cādor veſtium, ſymbolum diuinæ gloriæ. Eſt verò candor & nitor veſtiū, Diuinæ gloriæ
æmulatio quædam: non ſolum enim filij Dei in
transfiguratione *facta ſunt veſtimenta candida &
præfulgentia*. Matth.17.2. Marc.9.2. Luc.9.29. Sed
præterea Deus ſplendore & cādore circundatū,
qui humanæ mentis aciē perſtringat, ſe conſpi-
cuū præbet, Dan.7.9. 2.Machab.11.8. Marc.16.5.

A Actor.10.30. quaſi regalibus veſtimentis ornatū:
ſicut ad cōprimendā regis cuiuſdā paulo liberio
rem loquendi rationē, dictū eſt Iob.40.4.5. *Si ha
bes brachiū, ſicut Deus. & ſimili voce tonas, circun-
da tibi decorē, & in ſublime erigere, eſto glorioſus &
ſpecioſus induere veſtimentis.* Atque adeo qui diui
nitatē mētiri tentabat Herodes Agrippa Act.12. Agrippæ regis veſtis.
21.22. *veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & con-
cionabatur: populus autē acclamabat, Dei voce, &* Ioſephus.
non hominis. Cuiuſmodi autem eſſet veſtis illa re
giā, deſcribit Ioſephus 19. Antiq. c.7. *Amictus* (in
quit) *veſte tota ex argento mirabili opere contexta,
quæ radijs exorientis ſolis perculſa, & diuinū quendā
fulgorem emittēs, venerationem cum honore excutie
B bat ſpectantibus. Mox adulatores acclamantes, Deū
conſalutabant, agnoſcentes in eo quiddam mortali na
tura excellentius.*

Eſſe etiam eum candorem quaſi propriam cæ 7
leſtium mētium veſtem pulchre perinde ac ſub
tiliter notauit Hilarius eo Matthæi loco, per *lilia* Hilarius.
nō laborantia neque nentia ſignificari intelligens, Lilia cādida ſymbolū Angelorum.
*Angelorū cæleſtiū claritates, quibus extra humanæ
ſcientia eruditionē, à Deo gloriæ candor indutus eſt;
& cùm in reſurrectione ſimiles omnes Angelis erūt,
ſperare nos cæleſtis gloriæ voluit operimentū, exēplo
Angelicæ claritatis. Liliū enim etiā auulſum à radi-
ce, & à terra ex ſe efflorefcit, & vireſcit, & rurſū ſuo
honore veſtitur; ita ſanè Angelorū virtutes ex ſua ori
C gine vt ſint ſemper, accipiunt.* Atque adeo *ſublimita
tem* & quaſi diuinitatem ſignificari in illis cādi-
datis Angelis apparentibus in Chriſti aſcēſione,
dixit Greg. hom.21. in Euangel. Epip. verò agno Gregor.
ſcit cæleſtem quandam *claritatem*, qua Angeli Epiphan.
hominum mentes & conſcientias illuſtrent. De-
nique is *candidus* fulgor eſt velut diuinitatis or-
namentum. Dan.7.9. & Sanctorum regnantium.
Apoc.3.5. & c.2.6. & 9.1. & Angelorum, Mat. vl-
timo.3. Marci vlt.5. 2.Mach.11.7. Non aliter pro
more regio Salomonem induit Ioſephus li.8.c.2. Ioſephus.
procedentem in publicum comitatum iuuenum
pulcherrimorū ſatellitio, *tunicis è ſarrana purpu-
ra conſpicuorum, promiſſo capillitio, radianti auri ra
D mentis: at Salomon regio curru ſublimis inuectus, a-
mictus veſte candida.*

Eam autem Salomonis *candidam* veſtem non Salomonis veſtis candida.
tam fulſiſſe argento, quàm auro mirabili arte cō
textam, argumento eſſe poteſt, quòd idem ip-
ſū poſtea fuerit in vſu & honore regio vti apud 8
Lampridium, Heliogabalus vſus eſt *aurea omni* Candida veſtis ex auro.
tunica. Plin. libr.33.c.3. *Aurum netur ac texitur la-
næ modo, & ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe
Tarquinium Priſcum, Verrius tradit. Nos vidimus* Lāpridius.
Agrippinam Claudij principis, edente eo nauali prælij ſpectaculum, aſſidentem ei; indutam paludamen- Plinius.
*to, auro textili ſine alia materie. Attalicis verò iam
pridem intexitur, inuēto regum.* Paulo lucidiùs Ta
E citus libr.12. *Claudius inſigni paludamento, neque* Tacitus.
procul Agrippina chlamyde aurata. Quare Aurelia
nus apud Vopiſcum, habuit in animo, vt aurum Vopiſcus.
neque in cameras, neque in tunicas, neque in
pelles, neque in argentum verteretur. Rurſus i-
dem auctor ſcribit Tacitum Imperatorem auro
clauatis veſtibus interdixiſſe. Et huiuſmodi illæ
regales veſtes Aſſueri & Eſtheris ca.15.5.9. *Cùm
regio fulgeret habitu, ſtetit contra Regem, vt ille reſi-
debat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regijs,
vtròque fulgens & pretioſis lapidibus.* quod Ioſe- Ioſephus.
phus Hebraicus ſuo.c.4. ſic legit: *Vna ancilla ſu-* Hebræus.
*bleuabat decoram veſtem eius ne diffl ueret in terrā,
vnà cum auro, quod erat in veſtimentis illius, &
multis ſpeciebus pretioſorum lapidum, qui ante il-*
lam

lam tinnitum faciebant. Porro Rex ſedebat in ſolio ſuo, indutus veſte Regia, & circumamictus auro interlucẽtibus gẽmis, & coruſcantibus carbunculis & alijs nobilibus lapidibus, quibus fulgebat indumentum eius. Et Imperatores, Valentinianus & Gratianus ſuo reſcripto alijs quã ſibi auratas veſtes interdicunt. l. 1. c. *de veſtibus Holoberis.* lib. 10. *Auratas, ac ſericas Paragandas, auro intextas viriles, priuatis vſibus cõtexere conficerèque prohibemus, & in gynæciarijs tãtùm noſtris fieri præcipimus.* Cuiuſmodi verò fuerint *Paragauda* & *aurata veſtis*, & quòd *Paragauda* ſit ex Græco & Latino compoſitum vocabulum; q. d. *gaudium veſtis*, vide Turnebum lib. 9. ca. 11. atque is videtur *deauratus ille veſtitus, circundatus varietate*, de quo ſuperiùs dicebamus ex Pſalm. 44. qui in originali dicitur, *aureus*, aut, ex maſſa Ophiritica. Quę veſtes apud Aegyptios, atque Tyros, multo vel auro, vel gemmis ponderoſæ in ſummo honore fuerunt, vt cecinit Claudianus, in quarto Honorij Conſulatu, deſcribens pondus pretioſum Imperatoriæ veſtis. Atque hæ ipſæ videri poſſunt *lacerna* illæ, ſub quartum *ponderibus ſudãtes* notat Marcellinus li. 14. & illa *omnis aurea & gemmata tunica* Heliogabali, qua dicebat *ſe grauari onere voluptatis*.

Interdictę veſtes auratæ. — *Paragaud. quid.* — *Turnebus.* — *Claudian.* — *Põderoſæ lacernæ.* — *Marcellin.*

9 Quintò, vt candor pretioſus inerat Salomonis veſtimentis, ita ſanè nõ deerat ſua mollitudo. *Ecce* (inquit Chriſtus, Matth. 11. 8.) *Ecce* (inquam paſſim obuios) *qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum.* Cùm vero Aegyptia byſſus, & ſericus bõbyx, commendatiſſima fuerint, non dubium, quin molliſſimis his quoque veſtimentis Salomõ lautus cultùſque inceſſerit; & quidquid pretioſũ in veſtibus habuerit Aegyptus, quidquid Tyrus, & Sidon, quidquid Seres, id omne in thecis veſtiarijs Salomonis fuiſſe, non ſolùm propter munera opulentiſſima & delicioſiſſima ad illum ex peregrinis prouincijs allata, in quibus & *veſtes*, 3. Reg. 10. 25. Sed quòd ipſa etiam comparatio cum lilijs & floribus blandum aliquid & molle indicat. Et verò cùm fœminæ principis illius vxores ac trecentæ concubinæ fuerint plurimæ Aegyptiæ, Tyriæ, Sidoniæ luxui & vanæ lautiſſimarum veſtium ſolicitudini & ſtudio conficiendarum intentæ, quis ambigere poſſit, ſuo Salomoni non molliſſima, atque delicatiſſima veſtimẽta confeciſſe & ſubminiſtraſſe? nam ad fœminarum operas & artes huiuſmodi veſtimentorum telæ & lautitiæ referuntur; præſertim cùm fiunt opere plumario, vt dicebat Homerus, Odyſſ. 21.

Molles Salomonis veſtes. — *Byſſus Ægyptia.* — *Veſtes ex fœminarũ arte & opera.* — *Homerus.*

----Pallas docuit variare labores,
Pingere acu veſtes, opera ardua intexere telis.

Et Lucanus, cùm Cleopatrę cultũ deſcribit li. 10.

Lucanus.

Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Niloteis acus compreſſum pectine Serum
Soluit, & extenſo laxauit ſtamina velo.

Quare in gynęciarijs, id eſt, in fœminarum officinis illæ tantùm auratæ veſtes & paragaudę conficiebantur, de quibus nupertimè dicebamus. Denique Tyro & Sidoni plumariam illam artẽ molliſſimarum veſtium videtur tribuere Vopiſcus in vita Carini Imperatoris: *Quid* (inquit) *lineas petitas Aegypto loquar? Quid Tyro & Sidone tenuitate pellucidas, micãtes purpura, plumandi difficultate pernobiles?* Vbi tot igitur peregrinæ fœminæ molles, multo luxu diffluẽtes, quid nõ exquiſitum & molle ad Salomonem ornandum in ſuis gynæciarijs conficerent?

Tyri & Sidonis veſtis plumaria. — *Vopiſcus.*

10 Sextò illud quoque *lilia* indicant, quod in veſtibus ſummo in pretio eſt, nimirũ fragrãtiã odoris ſuauiſſimi, quo lilia plena sũt: *Habet enim* (inquit Nyſſen. hom. 7. in Cant.) *flos lilij duplicem à natura gratiam, vt pote ſuaui odore ſimul mixto cũ colore; adeo vt is in vtroque ſit gratus & amabilis hominibus.* Et Chryſoſt. *Lilia* (inquit) *veſtiuntur candore, implentur odoribus, & quod terra radicis nõ dederat, Deus inuiſibili operatione largitur.* Ergo liliata Salomonis veſtimenta fragrãtiſſima, ſicut ſcriptum eſt: *Myrrha & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis*, q. d. ex veſtimentis regalibus Salomonis ſtillare vnguenta pretioſiſſima, vel, vt propriè ex Hebræo legitur: *Myrrha, & gutta & caſia omnia veſtimenta tua.* ita ſunt pretioſis vnguentis condita, & perfuſa omnia veſtimenta, vt ipſa per ſe impermiſta, & ſincera vnguenta videantur. *Las ropas adobadas ycomo vnpura ambar y almizcle.* Kal[illegible]æus, *Myrrha, & ligno aloes, & caſia lignea ſuffumigabuntur omnia indumenta tua.* Antiquiſſimum autem eſſe, vt principum virorum veſtimenta pretioſis vnguentis condirentur, abundè probat illud Geneſ. 27. 27. quod de veſtibus Eſau valde bonis, bono dolo à Iacob vſurpatis, ſcribuitur: *ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, &c.* Et illud Cant. 4. 11. *odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor Thuris.*

Lilia odorata. — *Nyſſenus.* — *Chryſoſt.* — *Pſal. 44. 9.* — *Kaldeus.* — *Principũ veſtimẽta vnguẽtata.*

Quòd autem Salomonis veſtimenta dicũtur, *à domibus eburneis*, ſupple educta, vel exprõpta, quod alij ex Hebræo, cum Aquila & ſymmach. legũt, *à palatijs*, vel *à tẽplis eburneis*: ideo dicitur, quod fuerint ampla quędam tabernacula, & magnæ arcæ, in quibus odorata Salomonis veſtimẽta reponerentur. Et quidem Seneca li. 1. de Tranquillitate vitæ c. 1. dum ambitioſas veſtes notat, reconditorij quoque meminit, ex quo ambitioſe producebantur: *Placet* (inquit) *non in ambitionem cubile compoſitum non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus, aut mille tormentis ſplendere cogentibus expreſſa, ſed domeſtica & vilis, nec ſeruata, nec ſumenda ſollicitè.*

Domus eburneæ. — *Seneca.* — *Aſſeruatoriũ veſtis ambitioſum.*

11 Quamquam fortè *domus eburneas*: appellat pyxides eburneas, in quibus pretioſa vnguenta aſſeruabantur, quibus condita fuerant Salomonis veſtimenta. nam huiuſmodi vſus eboris quoque fuit; ſicut indicat illud Cantic. 5. 14. *Venter tuus eburneus*, vt pectus ſponſi comparetur cum eburnea pyxide, in qua odoratiſſimum cor, & bene olentes cogitationes aſſeruentur, ac nihil turpe, nihil fœdum lateat, ſic exponente Nyſſeno. Ergo indicatur, *filias regum*, ac fœminas nobiliſſimas, ſuas omnes vnguentarias pyxides effudiſſe, atque inſumpſiſſe in ornamenta Salomonis condienda, quibus illum mirificè oblectarent, & honorificentiſſimè exornarent: *Ex quibus* (inquit) *delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.* Familiare enim eſt, cũ de aromatis & vnguentis fragrantiſſimis ſermo eſt, meminiſſe quoque vaſculorum, & materiæ, in qua aſſeruantur, vel conficiuntur; vt in illum plus nimio redolentem, dictum eſt.

Ebur ad aſſeruãda vnguenta. — *Nyſſenus.*

Fragras plumbea Niceroſiana.

Nam Niceros famoſus myropola, ex artis præcepto, in plũbeis vaſis coquebat vnguẽta, & Pli. *in vmbra & in plũbeis nõ in ſole inimico coquẽda*, ſcribit lib. 13. c. 2. Porro, ſi vt ſua erat præſcripta Aaronici vnguẽti conficiẽdi ratio & materia, ita & Salomõ ſibi, ac ſuis veſtibus, pro ſua ſingulari rerum naturalium peritia, & exquiſitiſſimorum aromatum opulentia, & copia, regale aliquod vnguentum inuenit, mirum quàm eſſet mirifici odoris, atque temperamenti, & quod multis

Mart. lib. 6. 55. — *Plinius.* — *An Salomõ peculiare veſtium condituram inuenit.*

partibus

Regale vnguētū Parthorum. *Plinius.*

partibus vinceret regale illud vnguētum, quod Parthorum regibus, ſcribente Plinio, temperabatur, *conſtans myrobalano, coſto, amomo, cinnamomo, comaro, cardamomo, nardi ſpica, maro myrrha, caſia, ſtyrace, ladano, opobalſamo, calamo, iuncóque Syrio, œnanthe, malobathro, ſericato, cypero, aſpalatho, panace, croco, cypro, amaraco, collato melle, vino.*

Summus veſtimētorū Salomonis.

Ex quo tandē colligere licet regia Salomonis veſtimēta pretioſiſſima, atq; candidiſſima fuiſſe; pretioſiſſimis vnguētis condita; multiplici colorum varietate diſtincta; florum & liliorum effigiatorū arte plumaria figuris vernantia; aliqua etiam alia molliſſima & tenuiſſima: nō virorum tantùm *labore*, ſed fœminarum etiam *nentiū* arte B elaborata, maximis sūptibus, qui in illa Salomonis gloria, & potentia, & eo pręſertim tempore, quo maximè inclytus & glorioſus erat, minimè defuiſſent, comparata; ſed ea tandem fuerūt, quibus non eſt veſtitus, *ſicut vnū ex lilijs*, irrito enim ſtudio liliorum pulchritudinem, & florum natinum amictum æmulatus eſt.

CAPVT VI.

Salomonis ornamenta fuiſſe inferiora liliorum ſplendore, & pulchritudine.

Ad eundem locum Matth. 6. 29. Conſiderate lilia agri. & ; vnum ex iſtis.

1 *Diuina prouidentia vis ſupra omnem humanum laborem. Liliorum incrementum mirabile. Illuſtratus locus Regum.*
2 *Quæ naturalia ſunt, re ipſa meliora artificialibus. Adami veſtes foliaceæ ineptiſſimæ. Alia etiam aliena & ignominioſa. Liliorum veſtitus proprius & honorificentiſſimus.*
3 *Regalia veſtimēta quò magis cōpoſita, eò magis laborioſa. Lilia frequentia in Syria, & vilia.*
4 *Liliorum colores ſupra omnem artem. Lilij deſcriptio.*
5 *Veſtes mutatoria. Illuſtratus David, & Iſaias.*
6 *Ornamentum liliorū iuſtum: humanū ſuperfluū.*
7 *Ex florum pulchritudine Creatoris cōſideratio. Veſtium luxus notatus. Interdum terrificus. Illuſtratus locus Eſther.*
8 *Iterum de veſtimentorum luxu, cuius ſupplicium ignis. Priſcus ritus exurendi fontes.*

1 DIximus, quomodo veſtitus fuerit Salomon ad imitationem liliorum; nunc breuiter quomodo *non ſit veſtitus*, neque liliorum pulchritudinem æquare potuit; quantumuis omnes ſapientiæ & potentiæ neruos in id ſtudiū intenderit, cùm maximè florebat *in omni gloria ſua*. dicente Chriſto ſeruatore, *Non eſt veſtitus ſicut vnum ex iſtis.*

Liliorū incremētū. *Tol. Card. Luc. 12.*

Et primò quidem non eſt ſine conſideratione prætereundum, quod *conſiderare* nos iubet Chriſtus Dominus; *Conſiderate* (inquit) *lilia agri*; quæ ſanè docebunt nos, omnem humanam induſtriam, atque laborem longè inferiorem, atque minorem eſſe Diuina prouidentia. Iubemur morem *conſiderare, quomodo creſcant*; non quidem, vt quidam exponunt, quòd dum creſcunt & nondum ſeſe aperuerunt, *inuolu-* A *cris & veſtimentis circundata ſunt*, nam cum huiuſmodi inuolucris, & integumentis foliorum, non poteſt fieri gloriæ Salomonis vlla comparatio, neque in decore & pulchritudine, neque in pretio & fragrantia odoris; ſed quòd dum creſcunt quouſque ſeſe aperuerunt, & omnem pulchritudinem ſuam oſtentarunt, nouis ſemper coloribus & noua ſemper magnitudinis menſura, quaſi mutatis ſubinde veſtimentis, per ſuos quaſi gradus & ætates conueſtiantur ab auctore naturæ indulgentiſſimè, atque prouidentiſſimè. iam enim confert veſtem viriditatis cuiuſdam nondum maturæ, valde paruulam; iam paulo maiorem matureſcentis coloris, &c. Sicut Anna cùm Samueli filio *faciebat tunicam paruulam, quam afferebat ſtatutis diebus*. 1. Reg. 2. 19. cùm enim puer creſceret per *nouitatis ſuæ incrementa*, vt Gregor. ait, oportebat ſemper maiorem illi tunicam confici à matre.

Lilia inter creſcendū ornata mutatorijs.

Gregorius.

2 Secundò, videtur quidem minimè dictum à Chriſto per hyperbolem, Salomonis veſtitum non æquaſſe liliorum pulchritudinem, ſed ſine omni tropo ſimpliciſſimè perinde ac veriſſimè, neque quidem attenta hominum æſtimatione & pretio rebus impoſito, non attenta rerum natura iudicantium de rebus arbitrio & opinione frequenter vana & falſa. Nam quis negare poſſit, naturales vuas meliores eſſe, quàm arte, aut C pictura factas? cùm tamen racemus ille Zeuxidis, qui aues fefelliſſet, multo maioris æſtimaretur? Non aliter veſtimentorum Salomonis opulentia & pretium longè maximum, liliorum longè viliſſimum. Sed quòd re ipſa multis partibus ſuperaret liliorum pulchritudo, & quidquid in humano & artificioſo veſtitu in honore & pulchritudine eſſe debet. id quod nonnullis rationibus conſtare poterit.

Hominum opinio fallax.

Plin. li. 35. c. 10.

Liliorum pulchritudo lōgè ſuperans veſtimētorū factitiam.

Prima, ex auctore vel artifice; Deus enim, qui rerum & naturæ indigentiam perfectiſſimè nouit; vt qui naturæ auctor ſit, amicit flores & lilia: at ſartor & Phrygio alios homines arte ſua conueſtiunt, nulla vel naturæ vel neceſſitatis ra- D tione ſeruata. in quo illæ veſtes ex folijs, quibus ſe contexerat Adam, veſtes fuerunt ineptiſſimæ; vt quæ neque ad fouendam imbecillitatem corporum, neque ad bene & honeſtè nuditatem operiendam, idoneæ eſſent; ideo naturæ auctor meliores & opportuniores tunicas pelliceas Adæ & vxori confecit. Deus ergo ſupremus artifex lilia veſtit; homines verò aut fœminæ, Salomonem.

Artifex Deus veſtiēdi lilia.

Hominū veſtes ineptæ.

Secunda, quoniam veſtitus, & pulchritudo liliorum propria illorum eſt, atque illorum naturæ valde conſentanea; at Salomonis veſtimenta ex alieno mutuata erant; itaque ſi cunctæ res aliæ, quod ſuum erat, repeterent, profectò non mi- E nùs moneret riſum, quàm graculus furtiuis ornatus plumis:

Veſtimēta liliorum propria, hominum aliena.

Et, ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moneat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

Horatius. li. 1. epiſ. 3.

Si Terra aurum repetat, & argētum, quod ſuum eſt: tum etiam & herbam aut linum; mare, vniones, bombyx, ſericum; ouis, lanam: conchylia, ſanguinem; flores & herbę aliæ, ſuas tincturas (repetere autem poſſunt iure quaſi ſuo) mouebit miſerrimus mortalis riſum cunctis creaturis; & qui *nudus egreſſus eſt de vtero matris*, nudus abire cogetur. At veſtes & ornamenta florum, atque liliorum, ſunt propria, atque peculiaria ſingulis, & quæ nemo poſſit, niſi iniuria & quodam quaſi na-

Iob. 1. 21. Eccl. 5. 14.

ſi naturæ furto ab illis auferre.

Veſtes liliorum honorificæ; hominũ, ignominioſæ.

Tertia, quæ ex præcedenti naſcitur, quòd florum & liliorum veſtitus accidit illis honorificentiſſimus, perinde ac pulcherrimus: at mortalium veſtes ſimul cum quadã ignominia coniunctæ ſunt; refricant enim memoriam humanæ deformitatis, atque nuditatis; & quo plures, atque pulchriores veſtes ſunt, eo arguunt turpiorem, atque indigentiorem eſſe humanam infirmitatem, quæ tot remedijs indigeat. Indicarunt hoc Tertull. libr. de cultu fœminarum. Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. cap. 10. de ſuperflua veſte; *nihil habet amplius quàm alia veſtis niſi ſolum vitu periũ*. Quo ergo plùs tegitur nuditas, eo plus detegitur.

Tertull. Alexandr.

3 Quarta, quoniam quo ſimplicior eſt veſtitus, ſi & pulcher & naturæ congruens ſit, eo melior, & concinnior: at florum & liliorum ſimpliciſſimus. Non ſic Salomonis & aliorum Regum, quibus cuncta elementa, cunctæ regiones, atque prouinciæ deſeruiunt, & in vnicam veſtem conficiendam ſingulæ ſuum ſymbolum conferunt, vti dicebat Claudianus in quarto Honorij Conſulatu.

Liliorũ veſtitus ſimpliciſſimus.

Claudian.

Quis iunxit lapides oſtro? qui miſcuit ignes.
Sidonij Rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices, Seres ſubtegmina, pondus Hydaſpes.

Quare iam rerum multiplicium comparandarum ad veſtiendum curam & ſolicitudinem prohiberi à Chriſto Domino illis verbis: *De veſtimento quid ſoliciti eſtis*; indicauit Clemens Alexand. libr. 2. Pædag. c. 10. cum etiam iiſdem verbis: *Ne ſoliciti ſitis quid manducetis*: docet, illam particulam, *Quid, tibi varietatem expellere; de his enim eſſe ſolicitum, eſt nimia plura habendi cupiditas; & delicias arguit*. q. d. cogitandum quidem de veſtitu, ſed non quis qualiſve futurus ſit; quicunque enim ſatis erit; & de cibo quidem curandum, ſed non quis, qualiſve futurus, cum *vnum ſit neceſſarium*.

Clemens.

Lu. 10. 42.

Quinta, cum ſuperiori item cohærens, quòd ille liliorum amictus pulcherrimus diuina prouidentia atque beneficentia comparetur, non item gloria illa regalium Salomonis ornamentorum, quæ ſolicitudine, & cura multa conficiebantur, atque parabantur. Et eleganter eo loco Chryſoſt. exponens id: *Non laborant, neque nent*: *Hoc dicit, quia Salomon, etſi non laborabat, tamen iubebat: vbi autem iuſſio, illic & miniſtrantium offenſa, & iubentis ira frequenter inuenitur*. Itaque magnificentiſſimus ille cultus conſtabat Salomoni multa cura & ſolicitudine, offenſionibus miniſtrantium, & offenſione etiam frequenter iubentis. Tum præterea multo hominum labore parantium, & preparantium veſtium conficiendarum materiam, multa fœminarum arte, & ſolicitudine nendi, texendi, acu pingendi. Sed vniuerſus is labor, atque ſolicitudo irrito conatu vnius tantum lilij pulchritudinem æmulari contendebat. Et, vt argumentationem acriorem reddat Chriſtus Dominus, exemplum ſumit ex re frequentiſſima; & paſſim obuio in illa regione; proueniebant enim lilia in magna copia per agros. Cum verò vnicus eſſet in toto orbe Salomon, ſapiẽtiſſimus, & opulentiſſimus, atque lautiſſimus; tamen multo labore & ſtudio comparare non potuit, quod nullo labore vnico lilio auctor naturæ ſua beneficentia & prouidentia conferebat,

Liliorũ veſtitus nulla prouidentia ſed diuina.

Chryſoſt.

Lilia in Syria frequẽtia & vilia.

A Sexta quoniam, quæcunque tandem ſua opulentia atque ſapientia imitari potuiſſet Salomõ, cum liliorum pulchritudinem imitari contendebat, factitium erat non verum neque naturale. At verò liliorum pulchritudo & candor; atque colores omnes veriſſimi, ideoque pulcherrimi. eleganter Hieronym. *Quod ſericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari? Quid ita rubet, vt roſa? Quid ita candet, vt lilium? Violę verò purpuram nullo ſuperari murice oculorũ magis quàm ſermonis iudicium eſt*. Quòd ſi colores naturales veri ſunt, factitij verò eorũ æmuli, opportunè ait Chryſoſt. *Quantum diſtat à veritate mendacium, tantum illorum Salomonis*

4

Pulchritudo liliorũ vera & naturalis:

Hieronym.

Chryſoſt.

B *veſtimentorum amictus, & horum quoque florum diſcrimen interiacet*. Cum hac quoque veriſſima & non factitia pulchritudine coniuncta eſt quædam mundicies amictus liliorum & florum. ita enim ab auctore naturæ veſtiuntur, vt nullas fimbrijs ſordes raptatis contrahant; quemadmodum regalia licet veſtimenta, vſu ipſo atteri & ſordeſcere neceſſe eſt. Eleganter Nyſſenus hom. 7. in Cant. *Magna ex parte cùm in rectum à radice inſtar arundinis excurrerit herba lilij; tunc florem edit ex vertice, non modico intercedente interuallo à terra, tantum diſtans, quantum, vt opinor, ſatis ſit ad hoc vt maneat pura in ſublimi pulchritudo, non inquinata miſtione cum terra*. Ac ne pulchritudo &

Liliorum mũdicies.

Nyſſenus.

C gloria Eſtheris reginæ multo auro atque gemmis circumamictæ ſordibus obſcuraretur; *cùm regio fulgeret habitu, altera famularum ſequebatur Dominam, defluentia in humum indumenta ſuſtentans*. Eſth. 15. 5. 7.

5 Septima, quæ à proximè præcedente pendet; quòd ſimplex, ac vera, natiuaque lilij pulchritudo illud non defatigat, neque pondere vexat, neque vſu & conſuetudine ſatiat aut faſtidio offendit; cum tamen Salomonem & opulentiſſimos, atque lautiſſimos alios principes ſub pondere ſuorum ornamentorum laſſari, atque ſudare neceſſe fuerit. Tum præterea flos ſemel ſua pulchritudine contentus nunquam aliam requirit: at, niſi tenuiſſimus, atque pauperrimus,

Ornamenta liliorũ ſine pódere aut laſſitudine.

D non vnam tantum habet veſtem, vnicumque ornamentum. Et cùm humanæ veſtes, ſi multæ ſint, ſuperfluæ ſint; at niſi multæ ſint, vix nomen veſtium obtinent; habent enim appellationem in lingua ſancta à *mutando*, vel iterando, vt veſtes ſint quaſi *mutatoria* 1. Reg. 15. 9. atque adeo ab eadem radice dicuntur *duplicia*, aut *duplices*, Prouerb. 31. 21. & iterum ab alia radice, dicuntur eadem ratione *mutatoria*, Iſai. 3. 22. Zach. 3. 4. & ab alia etiam radice ipſum *mutandi* verbum ad veſtimentum videtur referri, vt *mutare* idem ſit quod veſtiri, quod dicimus, *remudar veſtido*, & depoſita priori recentem veſtem ſumere. Iſai. 40. 31. Iob. 14. 14. & inde

Veſtimẽta vnde dictũ Hominum mutatoria.

משנים
שנה
חליף
חלף

E dicuntur *tunica*, & *mutatoria*, Iudic. 14. 12. 13. 4. Reg. 5. 5. 22. ſicut etiam Pſalm. 102. 28. dictum eſt: *velut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipſe es*. quaſi nulla res ſit opportunius mutationis ſymbolum, quàm veſtes, quæ ſubinde ſeneſcunt, & veteraſcunt. Tum præterea non eadem omni anni tempori conueniunt, aliæ enim æſtati, aliæ, hyemi conueniunt; neque eædem omni ætati, vt nuper dicebamus; proptereaque mirificè relucet auctoris naturæ in veſtiendis lilijs prouidentia: *creſcunt* enim creſcentibus iiſdem ornamentis, ac minimè mutatis: cuius ſimilis aluxit prouidentia cum quadraginta annis per deſer-

Mutatoria vnde dicta.

Veſtes ſymbolũ mutationis humanæ.

ſura

Deu.19.5. tum *non ſunt attrita veſtimenta, nec calceamenta*
pedum conſumpta. Quod clariùs dixit Kaldæus:
Non eſt vetuſtate attritum veſtimentum tuum à vo-
bis, & calceamentum tuum non eſt attritum à pede
tuo. At ipſi colores & pulchritudo florum atque
liliorum cum ipſiſmet creſcentibus creſcunt, &
ſplendoris atque nouitatis incrementū capiunt,
veteraſcunt cum ipſis ſeneſcentibus.

6 Concinnitas veſtimēti liliorum. Octaua, quæ fere ex omnibus præcedentibus
colligitur, indicatur illa particula *ſic veſtit*, id
eſt, tam appoſitè, vt nihil ſuperfluum in flore vi-
deatur; nihil laxum & fluens, aut cum deformi-
tate ſinuoſum; nihil anguſtum & ſine debita mē
ſura: quod frequenter euenit in hominum veſti
mentis, quæ ſartor vix iuſta menſura humano
corpori adaptare omnino poteſt. At quidquid
in floribus eſt, opportunum & congruens eſt ad
menſuram naturæ illorum; id quod non ſemel,
ſed ſemper in natura reperire eſt. At in humanis
ornamentis nō ſemper ac ne ſemel quidem. Pro-
pterea enim dictum videtur: *Sicut vnum ex iſtis*
in omni regno ſuo (inquit Chryſoſt.) *nec ab vno qui-*
Chryſoſt. *dem flore victus eſt Salomon, alium verò inuenitur*
imitatus; ſed omnibus pariter ceſſit, propter quod ait,
Sicut vnum ex iſtis. Tum præterea illud *ſic*, affert
Particula *ſic*. ſplendoris, & pulchritudinis concinnitatem; ni-
tebat enim & fulgebat Salomon auri fulgore,
margaritarum luce, lapillorum luminibus; ſed
tamen lucebat aliena luce. Quare Salomon in-
Salomon lucēs aliena luce. ter pulcherrimas margaritas, & nitidiſſimos la-
pillos, minùs erat per ſe nitidus, minùſque pul-
cher: at flores & lilia lucent ſuo ſplendore. Et li-
cèt quidem luna & ſidera pulcherrima ſint, quā
uis luce luceant aliena, tamen ita lucent, vt de il
lis perſpicaciſſimi naturæ contemplatores dubi-
tare ſoleant, an luce propria luceant: de Salomo
ne verò nemini dubium eſſe poterat, cùm orna-
mentis præfulgidis nitebat, alieno lumine fulge
re, & totus obſcurari, & eclipſim pati, quoties,
vel deponebat, vel mutabat veſtimenta. Adde,
Florū conſpectus ſuauiſſimus. florum atque liliorum pulchritudinem & ſplen
dorem plenum eſſe gratiſſimo atque placidiſſi-
mo animi oblectamento; at regalia veſtimenta
plena interdum eſſe terrore, ſicut de Aſſuero in-
duto veſtibus regijs, auròque fulgore & pretio
Regalia veſtimēta terrifica. ſis lapidibus, ſcribitur Eſther 15.9. *Erat terribilis*
aſpectu. Quo exanimata Eſther ſemimortua cor-
ruit, ſemel & iterum. Et animæquior facta reſpō
dit: *Vidi te Domine, quaſi Angelum Dei* (præfulgi-
dum) *& conturbatum eſt cor meum præ timore glo-*
riæ tuæ. At aſpectu lilij quid iucundius, quid gra
tius, & lilij in primis *campi*, ſeu agri, quod Deus
excolit, & *ſic veſtit*? Cantic. 2. 1.

Nona, quòd hinc Prophetæ, Sancti, ſapientiſſi
7 Cogitatio florum ad pietatem. mi homines in vnius floſculi, aut lilij cōtempla-
tione ſæpe defixi, animum ſatiare nō potuerūt:
& ex manifeſto illo atque clariſſimo documēto
aſſurgere potuerūt in gloriæ cōditoris, & diuinę
pulchritudinis ſtudium & admirationem: cū ta-
mē ijdem regium ſplendorē minimè admirati,
rem ſordidiſſimam, atque fæculentam reputaue
runt, vt Eſther 14. 15. *Noſti, quia oderim gloriā ini*
Veſtimēta pretioſa à ſanctis viris neglecta. *quorum, & abominer ſignū ſuperbiæ & gloriæ meæ,*
quod eſt ſuper caput meū in diebus oſtentationis meæ,
& deteſter illud quaſi pannū menſtruatæ, & non por
tem in diebus ſilentij mei. Et vt omnem illum rega
lem ornatum atque ſuperfluum veſtimentorum
luxum alienum & decentem humanæ nuditati
Gorionid. ſignificaret: ita Gorionides eam Eſtheris ſenten-
tiā legit, opportuna alia ſimilitudine exornans:
Sicut vir odit ea ſe veſte ornari, quæ fœminis tātū cō-
A *ſentanea, ita & ego odi veſtem gloriæ meæ*. Sed inſi-
pientibus ea naturæ opera aſſiduitate vileſcunt,
ſtupentibus ſolummodo, ad ea quæ in humano
luxu rara ſunt: cùm tamen diuinarum rerum cō
templatores tranſeunte hyeme, & recedente im- Deus inuitans ad cōtēplandos flores.
bre inuitentur ab ſponſo ad contemplandos flo
res, & inuiſendas *florentes vineas*, Cant. 2. 12. 13.

Decima tandem, cùm in illo naturæ ornamen
to nihil ſit, quod optimum non ſit, at in cultu or 8
namentòque hominum, & potētiſſimorum prin Luxus veſtimentorum, ſupplicium.
cipum nimius frequenter luxus, & immodicus
intemperanſque ſumptus; cuius ſupplicium, vt
Alexand. Clemens loco iam adducto indicauit, *Clemens*.
ſignificatur illa ipſa ſorte lilij, aut floris areſcen-
B tis qui *in clibanum mittitur: Fœnum* (inquit) *turba*
promiſcua allegoricè dicitur; quæ ſe ad momentaneā
lætitiam applicat; quæ floret paruo tempore; quæ ſu-
perflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quiduis potius
quam veritatem ſectatur; quæ non ad aliud apta eſt,
quam ad ignis incendium. Quemadmodum ille,
qui *induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quo*
tidie ſplendidè, flamma cruciabatur, Luc. 16. vt di
ci opportunè poſſit, flammam erumpere ex ipſis
mollibus, ac pretioſis veſtibus, qua conflagrent
hi, qui nimiùm diffluunt veſtium, ac voluptatū Ignis ſupplicium, nimij veſtiū cultus.
luxu: inſtar illis, quod in vſu theatri & ſpectacu
lorū ſcribitur à Plutarcho de ſera Numinis vin-
dicta: *Multos* (inquit) *inuenias homines nihil à pue* *Plutarch.*
C *rulis differentes ſæpe numero, dum maleficos in thea-* Antiquus ſpectaculi ritus.
tris ſpectant in veſtibus auro pertextis, & lanis pur-
pureis coronatos ſaltare, ſtupentibus, atque beatos ad
mirantibus tantiſper dum compungi eos, ac flagella-
ri, & è pretioſa iſta veſte ignem edere cernant [illegible]
nium malorum multos, magnis familijs circundatos,
magiſtratibuſque geſtis, & potentia illuſtres, non ap-
paret pœnas dare, donec conflagrent, &c. Quod ſup
plicium non alio quàm ſe ipſo vltore Sardanapa
lus ſubijſſe ſcribitur ab Herodoto libr. 12. cap. 7. *Herodotus.*
qui cum muliebri ſtola indutus, tinctis fuco ſu-
percilijs, colore, quàm lactis, candidiore, viſus
eſſet à ducibus indignè ferentibus, atque in ſum
mas anguſtias adactus, *buſtum extruxit trabibus* Sardanapalus cū veſtibus cōflagrās.
D *magnis & craſſis, multis item lignis in orbem circu-*
miectus, lectis in quibus ipſe cum vxore & pellicibus
accumbebat, in medium inferri iuſſis, intuſque depo-
ſitis auri talentorum mille myriadibus, argēti decies
mille, tum etiam veſtimentis, purpuris, inſtitis omni
farijs, iuſſit rogum accendi, quo ipſe, opes, veſti-
menta conflagrarunt, digno leti & ſupplicij ge-
nere, & *inter cætera tormenta maximo*, vt Clemēs *Clemens*,
Alexandr. libro 5. Strom. vocat; & quod maxi-
mum illud futuri ignis referebat nunquam ex-
tinguendi.

CAPVT VIII.

Eius Throni Regalis amplitudo & maieſtas ex pretioſa materia.

Ad locum 3. Regum 10. 18. Fecit Rex Salomon Thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis.

1 *Thronus Salomonis & tribunal ſiue ſolium, idem. Cuius rei Symbolum. Thronus proprius Regum.*

gum. Cur dicatur ſolium Dei. Illuſtrati Moyſes ſemel & iterum, & Iob.
2 *Solium vnde dictum. Thronus Salomonis ad magnificentiam Diuerſus a ferculo.*
3 *Throni exquiſita forma.*
4 *An aliquid in Throno ex marmore Porphyrico. An totus coepertus laminis aureis.*
5 *Ebur pretioſum, & inter templorum dona.*
6 *Aurum muphaz quod, & quibus alijs nominibus explicetur.*

I. Thronus eburneus idemne cum ſolio porticus.

1 REgalia ornamenta proxima quidem ſunt regali ſolio, quod eſt inter præcipua regni & regis inſignia 4. Regum 11.14. 3. Regum 1. 35. Exo. 15. 5. & alijs locis ſuperius à nobis adductis, lib. 1. cap. 7. vbi de inauguratione Salomonis regis. Atque vtrumque ſimul, id eſt, regalem veſtẽ, ſoliumque regale inter Gothorum reges primum vſurpaſſe Leouigildum, auctores ſunt Gregor. Turon. lib. 6. cap. 24. Iſidorus in Chronico Era. 608.

Leouigildus primus vſus ſolio.

Sed antequam throni deſcriptionem aggrediamur, illa dubitatio præmittenda, An idem ſit ſolium Salomonis, cuius mentio fit 3. Regum 7. 7. *Porticum Solij, in qua tribunal eſt, fecit*, &c. & thronus, cuius mentio 3. Regum 10. 18. *Fecit quoque rex Salomon thronum de ebore*, &c. Et poteſt videri diuerſum *ſolium à throno*. Cùm illud videatur [illegible]tum ad forenſem iudiciorum vſum; hic verò ad ſplendorem maieſtatis regis & regiæ. Tum præterea quoniam ſolium videtur fixum & immobile in Prætorio; at verò thronus ille regius, qui etiam appellatur *tribunal*, videtur nũc fuiſſe in regia, nunc verò tranſlatus ad introitũ templi, in quo ſedit Ioas, 4. Reg. 11. 14. & 2. Paral. 23. 13. Denique quoniam *ſolium iudicij* non videtur fuiſſe regium inſigne, ſed tantum ius dicentis; cùm tamen regalis thronus inter præcipua regni inſignia & ornamenta fuerit.

Gregorius. Turon. Iſidorus. An ſoliũ, porticus, & thronus idem.

Cæterum cum frequenti interpretum Nicolai, Abul. Dionyſij, & aliorum ſenſu conſenſio, idem ſignificari *ſolij* & *throni* appellatione, idq; vel ex ipſa originali voce, quæ vtrobique legitur, & propriè dicitur de ſolio, ſedeque regali, Geneſ. 41. 40. *vno tantum regni ſolio præcedam te*, quia ſolius regis *ſolium* erat. Proptereaque 1. Paralip. 29. 23. dicitur Salomon *ſediſſe in ſolio Domini*, id eſt, in eo ſolio, quod à Deo datur Regibus, Dei figuram perſonamque geſtantibus. Quę vox deducitur à radice caza, quod eſt, operire, celare, aut tegere: vel quia thronus regius tapetijs & pretioſis ſtragulis conueſtiretur, vt videmus in inauguratione Iehu. 4. Reg. 9. 13. vel quod ante thronum prætenderetur cortina, ne populi conſpectui pateret rex: vel tandem, quòd Iudices, & Reges ſententiam laturi, velum obducere ſolent. Quò videtur alluſum Iob. 26. 9. *Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam.* Quamquam eadem voce aliquando ſignificetur ſedes inferiorum Iudicum, Pſalm. 121. Et ſedes priuati alicuius hominis, 4. Regum 4. 10. vbi vertitur *ſella*. Sed tamen ad iudicium, aut ad iudicem referendum, colligitur ex illo Exod. 17. 16. cùm Moyſes leuatis manibus vincebat Amalechitas; demiſſis autem, vincebant Amalechitæ; *ædificato autem altari, vocauit nomen eius; Dominus exaltatio mea, dicens; Quia manus ſolij Domini.* Id eſt, hæ ſunt manus, hæc virtus & efficacitas iudicum & prælatorum ſedentium in ſolio Dei, id eſt, habentium poteſtatem à Deo. Poteſt igitur multum Iudex, & magiſtratus, non ob aliud, quàm quod in ſolio Dei ſedeat; neque enim poſſet, *niſi datum eſſet illi de ſuper*. Ergo, vt ad Salomonis *ſolium* reuertamur, ſicut eadem vox vtrobique, ita res eadem.

Nicolaus. Abulenſis. Dionyſius. כסא Solium & thronus idem. כסא Soliũ vnde dicitur.

Efficacitas miniſtrorũ Dei & prælatorum. *Io. 19. 11.*

2 Quòd autem in thronum quoque eleganter conueniat illa *ſolij* appellatio, perſpici poteſt ex *ſolij* originatione, quam Iſidorus tradit lib. 20. c. 11. *Solium (inquit) in quo Rex ſedet, propter tutelã corporis ſui; ſecundũ quoſdam à ſoliditate dictum, quaſi ſolidum: ſecundum alios per antiſticon quaſi ſodium à ſedendo: vnde & ſella, quaſi ſedda dicta eſt; & ſubſellia, quaſi ſubſeddia.*

Iſidorus. Solium vnde dictũ.

Quæ obiecimus, leuia ſunt, & vnica ſola obſeruatione deijciuntur, in atrio templi & vbi rex commodè ad populum concionem habere potuiſſet, habuiſſe ſuum etiam peculiarem locum, gradum, columnam, cathedram, ſuggeſtum, aut qua velis natione alia nominare; de quo diximus ſuperius. Thronum autem fuiſſe peculiarẽ aliam ſedem regis & regni, quæ fortè ſemper in aulę porticu ad regalem ſplendorem & magnificentiam mirum in modum conferebat, tum ex his quæ diximus, tum ex cap. illo 7. libri ſecundi, & ex cap. 1. libro 5. colligere licet. Fuiſſe item diuerſum à *Ferculo* illo Salomonis, contra quàm ſenſiſſe videtur Gloſſa Rabani, diximus ſuperiùs, vbi de Salomonis proceſſu in publicum.

II. Quæ Throni materia.

3 HOc poſito materia & forma Throni exponendæ ſunt, propoſitis priùs ſacræ hiſtoriæ teſtimonijs; deſcribitur enim 3. Regum 10. 18. *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis; qui habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori & duæ manus hinc atque illinc tenentes ſedile; & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas, & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde. Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis.* Addit peculiariter locus Paralip. 2. 9. 18. *Scabellum aureum*. Et quæ in libris Regum vocantur *manus*, in Paralip. vocantur *duo brachia altrinſecus*. Quoniam verò quædam alia peculiaria addunt Sept. nec non Ioſephus, ideo operæ & claritatis pretium duximus illorum etiã teſtimonia ſtatim proponere. Septuaginta 3. Regum 10. ſic; *Fecit rex thronũ elephantinũ magnũ, & circumaurauit illũ auro probato: ſex gradus throno: & prominẽtia vitulorũ ipſi throno ex poſterioribus eius: & manus hinc & hinc ſuper locũ cathedra.* Cætera cõſentiunt cum vulgato. Nonnulla differentia eorundem Septuaginta, 4. Paralip. 9. *Fecit rex thronũ de elephãtinis dẽtibus magnũ: & deaurauit eũ auro probato: & ſex gradus throno illigati auro: & brachiola hinc & hinc ſup thronũ ſeſſionis; Et duo leones ſtãtes iuxta brachiola*, &c. vitulos autem & partẽ poſticam omnino prætermiſerunt. Complutenſes autem addiderũt fere cũ vulgato in Paralip. *& ſcabellũ ſuppoſuit in aureo throno*: Denique illuſtris eſt illa huius loci paraphraſis apud Ioſephum lib. 8. Ant. c. 2. *Ex ebore factum erat prægrande ſoliũ calatũ ſpecie tribunalis, qđ ſex gradibus aſcẽdebatur, in quorum ſingulis in extremitatibus leonũ effigies erãt impoſita, totidẽ alijs supernè imminẽtibus. Quâ verò*

Ioſephus. *Cõplutenſ.* *Ioſephus.*

parte

A *parte Rex inſidebat, manuum effigies eum accipiebant, & qua reclinabatur, dimidiatus erat iuuencus tergum ſuum reſpiciens: totumque tribunal auro coagmentatum erat.* Sed his ſane lucem maiorẽ afferent ſubiectæ notationes.

4 Et primò quidem, quod ad materiam attinet

Magiſter hiſtoria. Petrus Comeſtor 3. Reg. c. 23. ſcribit aſcẽſum huius throni fuiſſe *de marmore Porphyrio.* Dionyſi item ait, *totum ipſam ſedem fuiſſe, ut Ioſephus ſentit de hoc marmore Porphyrio, id eſt purpureo, ſecundum Priſcianũ vel a loco ſic appellato.* Sed vt nunc

Porphyrites lapis. de Porphyrite nihil dicamus; eſt enim ſanè vt Plin. ait lib. 36. cap. 7. lapis in Ægypto rubens, cãdidis interuenientibus punctis, cuius nunc in Vrbe columnæ, fontes, aliaque paſſim exempla viſuntur; Tamen fingit proculdubio Comeſtor, B

Dionyſ. quod Dionyſius Ioſepho affingit, & quod videtur alienũ à ſacra hiſtoria; quippe ſolum ex ebo

Nulla in throno materia marmorea. re, & auro vniuerſa throni fabrica cõſtabat; nuſquam mentio marmoris.

Secundò Abulenſis ſic ebur aurumque diſpo-

Abulenſis. nit, vt omnino nõ appareat ebur, ſed tota diſpoſita eburnea materia laminis aureis conueſtiretur, inſtar parietum templi: idem videtur ſenſiſ

Caietan. ſe Caietan. 2. Paralip. 9. volens vniuerſa quæ ad thronum ſpectabant, fuiſſe eburnea, ſed deaura

Ioſephus. ta: & fortè hoc ſibi voluit Ioſephus, ſcribens: *Solium ex ebore factum, ſed calatum, totumque tribunal auro coagmentatum;* atque idẽ præfert lectio illa Septuagin. Thronum illum *elepantinum circumauratum.* C

5 Sed hęc Abulenſis opinatio vix ſuaderi mihi

Ebur non fuiſſe veſtitum auro. poteſt, cũ ebur ſemper maximo in pretio fuerit propter ſolidam candoris pulchritudinem. Quapropter ora Deorum ex ebore ſpectabantur, au-

Plinius. ctore Plinio lib. 12. ca. 1. frequens quoq; vſus au

Eboris priſcus vſus. ri & eboris in thronis opulentiſſimorum Principum, vt dicemus ca. ſequenti. Tum prætetea eodem auctore in pretioſiſſima ſuppellectili erant menſarum pedes eburnei, atq; inter ampliſſima templi dona & anathemata ebur numerabatur:

Plin. lib. 8. cap. 10. *Magnitudo* (inquit) *dentium videtur in tẽplis præcipua* quibus *ingens pretiũ*, quare ſicut aliæ opes, ita & *ebur colebat luxuria*, eodem auctore lib. 8. D c. 3. Fere inter miracula habitum fuit ſimulacrũ Iouis Olimpij, qđ Phidias fecit ex ebore, cuius meminit Plin. lib. 7. cap. 38. & lib. 35. cap. 8. Denique iam inde a primis ſęculis ebur hominũ arte expoliebatur, & ornabat opulentiorum domos,

Pauſanias. vt ex Homero colligit Pauſanias lib. 1. Ex quib. omnibus effici videtur nõ ideo a Salomone ſuo throno adhibitum ebur, vt lateret; ſed vt mirabili artificio fruſtulatim proderet ſe, & pulcherrimè candicaret inter alias auri particulas illigatum. Longe enim alia ratio huius throni eburnei, quam illius ferculi, Cant. 3. 9. cuius argẽteis columnis inducbantur ligneæ virgæ cedrinæ.

6 Tertiò, quod ad alteram materiæ partẽ perti- E

Aurũ optimum. net, dicitur factum *de auro fului nimis.* & in Paralip. de *auro puriſſimo*; in Hebræo verò, de auro

מופז *Muphaz*, Quæ nominis formula, quamuis rara ſit, vt quæ hoc tantum loco reperiatur; at videtur eiuſdem ſignificationis & virtutis cum auro quod Scriptura appellat aurum *paz* vel *vphaz*; quod auri genus in ſummo pretio habitum fuiſſe ex eo conſtat, quod Cant. 5. 12. vocatur *optimũ* & Thre. 4. 2. *primum* & Pſ. 20. 4. *pretioſum*, & Dan. 10. 5. *obryſum*, quod eſt aurum puriſſimum, & defæcatiſſimum. De quo auro, atque de eius colore *fului nimis*, quia ſuperius ſatis diſputauimus, nunc nihil addendum.

CAPVT VIII.

Exquiſita Throni Salomonici ars & figuratio.

Ad locum 3. Regum 10. 20. Nõ eſt factum tale opus in vniuerſis regnis.

1 *Facere quid propriè in ſacro ſermone. Ars throni Salomonici exquiſitiſſima.*
2 *Priſca Principum tribunalia & ſedes pretioſiſſima. An Salomonis thronus extremum illius operum.* B
3 *Ille non ſolũ amplus, ſed praecelſus. Dictus turris eburnea. Princeps candidè iudicans, & pauperes defendens. Illuſtratus locus Canticorum.*
4 *Conſideratio leonum throni, & vocis originalis. Quæ throni brachia.*
5 *An vituli etiam affixi throno. Leo & vitulus cuius rei ſymbolum.*
6 *Ieruſalem duas ciuitates cõplexa, & ad duas tribus pertinens. Altare & templum, quomodo attributa tribui Beniamin. Illuſtratus Nehemias & locus Machab.*
7 *Leo inſigne tribus Iuda. Annulus ſignatorius Regum Tribus Iuda & Beniamin coniuncta.*

C QVod ſacra hiſtoria ait, Salomonem *feciſſe thronum*, & nõ fuiſſe tale *opus* in vniuerſis regnis, eſt à radice *Ghaſa*, q̃ vox affert ſingularem curam, artem & ornatum *faciendi*; quare dicitur de his, quæ condiuntur & præparantur Geneſ. 18. 7. 1. Reg. 25. 18. Nehem. 5. 18. & de hominibus, quos Deus peculiari honore inſigniuit, 1. Reg. 12. 6. *Deus qui fecit Moyſen & Aaron.* Quare in Hebræo, *facere diem Sabbati*, eſt obſeruare illũ, & multo honore, ſacriſq; ceremonijs tranſigere, Deut. 5. 15. Et de artificioſo & elaborato modo agẽdi, Geneſ. 44. 15. *Cur ſic agere voluiſtis?* Denìq; dicitur de exquiſita corporis humani fabrica, & arte, Pſal. 136. 6. D 15. Deut. 32. 6. vt neceſſariũ ſit quod dicitur; *Nõ fuiſſe factũ tale opus in vniuerſis regnis*, vel, vt proprié, & clarius ex Hebræo legitur: *Nõ eſt factũ tale opus ſic*, ad exquiſitã artẽ & ornatũ referri, nõ ad materiã. Nã nõ fuit inſolẽs aut infrequẽs clariſſimorũ aliorum principum ſedium regalium ex ebore & auro materies. Celebris eſt aurea ſella regũ Perſarũ apud Philoſtratum lib. 2. imaginum. Scribit item Ioãnes Tzetzes Chiliade 1. hiſtorica c. 32. (Vt refert Briſſonius, lib. 1. de regno Perſarum) Xerxem naualem pugnam ad Helleſpontũ ex aureo throno ſpectaſſe. Quanquam in Tzetze non lego, niſi *thronum lapideum.*

1 עשה *Facere cũ ſtudio, & arte.*

Principũ profanorũ ſedes ex ebore & auro.

2 *Philoſt.* *Tzetzes.*

Thronus fabricatus eſt lapideus velut theatrum Xerxis.

E *Athenæus.* Athenæus lib. 1. aureũ item ſoliũ Alexãdro tribuit; neque ſolũ ſellam, ſed tabernaculum mirabilis magnitudinis, & artis; ſic. n. ex Phylarcho

Aureũ Alexandri tabernaculũ ſcribit: *Aureas platanos, & aureã vitem cũ vuis conſertiſſe ſmaragdis, carbunculis Indicis, & alijs gẽmis omne genus ſummi pretij: fidẽ omnem excedẽtis: ſub qua ſæpius reges Perſarũ ſedẽtes legatos audiebãt, & ius dicebãt, Phylarchus lõgeuro fuiſſe tradit, quã, qui apud Alexãdrũ ſæpe fiebat quotidianus ſumptus. Lectos enim cẽtũ capiebat totus tabernaculum: aureis columnis octo ſuſtinebatur. Lacunaria in ſummo protenſa, aurata, magnifica varietate quadã eminebat, & ſuperiorẽ partẽ contegebãt. In tabernaculi medio ſtabatur*

tuebatur aurea ſella, in qua ſedens ius dicebat Alexander. Hactenus Athenæus. Neque mirum; nā ipſe Alexander eodem Athenæo Auctore *aliquā do quadringētos duces in ſellis aureis & argēteis veſte purpurea ſtratis conuiuio excepit.* Addit etiam Curtius lib. 5. illam auream Alexādri ſellam excelſiorem fuiſſe, quā pro habitu corporis. Aureo item tabernaculo inſtructā fuiſſe nauim illam, qua Xerxes vehebatur, Herodotus auctor eſt, l. 7. Non aliter aurea illa puppis nauis Cleopatræ, cuius meminere Plin. lib. 19. c. 1. Florus li. 4. epitome c. 1. Plurimos itē Deorum thronos aureos & eburneos ſcribit Pauſanias, prę ſertim illud Iouis Olympici, cuius ſuperius meminimus. Neque ſolum Deorum, ſed Imperatorum, etiam, *radiato capite media inter Deos ſedes auro ſtabat & ebore*, vt ait Plin. in Panegyr. Traiani. Et cum priſco luxu coniūgēda Sinarum regum opulentia, in quorū aula dicuntur Septuaginta quinq; ampliſſima cubicula cultu regali exornata, ſeo quatuor inſigniora, quorum vnū totum ſit ex ære; ſecundum, totū ex argento; tertium, auro: quartum vnionibus geminiſque pretioſiſſimis velut compactum & contextum; Regium ibi ſoliū ex ebore, gemmis totum collucēs, etiam in medijs tenebris. Et illud artificio plenum ferino, quod legatos, alioſve de neceſſarijs rebus auditurus, vaſtū quendam ſerpentem ingreditur; quo cum alijs familiaribus incluſus ex feneſtella vitrea ſpectat, auditque loquentes, inuiſus ipſe atque inſpectabilis: Scriptor Antonius Pigafet de rebus Sinarum lib. 3. cap. 2. Nihilo tamen minus opulenta quidem hæc omnia inuenta; ſed barbara; illud Salomonicum & diues, & ſapientia, atque elegantia plenum, vt nihil pulchrius, nihil concinnius vnquam inuentum, neque *perfectū in vniuerſis regnis.*

Q. Curtius. Herodot. Plinius. Florus. Imperatorum ſedes. Pli. Iunior. Sinarū regia & luxus. Pigafet.

Et primò quidē Rupertus 3. Reg. ſcribit hūc eburneum thronū fuiſſe *extremū operum Salomonis*: quod licet non omnino certum videatur; tamē illud certò dici poteſt inter vltima, eaque perfectiſſima regalium ædiū ornamenta numerari debere, qui vt magis proprius, coniunctuſque cum ipſo rege, ita ſanè elegantia & magnificentia cæteris omnibus præcellebat.

Rupertus.

3 Scdo, thronū hūc *grandē* appellat ſacra hiſtoria; Ioſephus *pergrandē*. qđ non ſolū ad amplitudinē, ſed ēt ad ſublimitatē refero. ideo. n. magnitudini ſtatim ſubijciuntur *ſex gradus*. Atq; fortè ſignificatur appellatione *turris* erectæ & præcelſæ ex ebore Cant. 7. 4. *Collum tuum, ſicut turris eburnea*, quod ad iudiciariā ſedem, in qua rex Salomon ius dicebat populis, videtur à Kaldęo referri, his verbis elucidāte: *Iudex tuus, qui iudicat iudiciū tuū, fortis eſt ſuper populū, vt alliget eos, et vt trahat eos, qui cōdemnātur in iudicio, ad carcerem: ſicut Salomō rex, qui fecit turrim eburneā, & ſubiecit populum domus Iſrael, & cōuertit eos ad dominatorem ſæculi.* Quo item loco R. Salomon nō tā videtur neſcio quod ædificium eburneum adſtruere (quod alij exiſtimant) quam ipſam regis iudiciariā ſedē, & fortè hūc ipſum Salomonis thronū; qui appelletur *Turris eburnea*, propter aliquā cū turre & propugnaculo ſimilitudinē; quòd tueatur eos qui iudicis & principis fidē munuſq; implorant, ſic enim legit R. Salomon: *ſedes iudiciaria ſimul cum templo & altari ad robur cōfecta ſunt, & clypei loco, ſicut turris eburnis.* Hęc enim tria, Tēplū, Altare, Tribunal, Principis ſunt, innocētibus, & qui vim & iniuriā patiuntur, velut aſyla & propugnacula, quæ non ſolum ad ſe confugientes excipiunt, ſed præterea hoſtes perſequentes propulſant. Quare *colla* ſponſæ, id eſt, Eccleſiæ, qui ſunt Eccleſiæ doctores, iudices, & qui ius populis dicūt, qui ſententias pronunciāt, & qui proximi ſunt capiti, quibus nimirum poteſtas deſuper datur à Deo & à rege, ſimiles eſſe debent, non ſolum *turri Dauid, quæ ædificata eſt cū propugnaculis mille pēdentibus ex ea clypeis.* Cant. 4. 4. atque armis omne genus, ſed pręterea ſimiles eſſe debent *turri eburneæ*, id eſt, ipſi Regi ſedenti in throno eburneo, & ex Dei præſcripto & poteſtate iudicanti cum candore, cum integritate, cum fortitudine, quæ omnia ebore ſignificantur. Scio alios hanc turrim Salomonis eburneā ad veram aliquam turrim, domumve eburneā referre cum R. Ioſep. cęco. Sed certè in ſacra hiſtoria, vbi magnificentiſſima Salomonis opera & ſupellex recenſentur, nihil ex ebore factū pręter thronū legitur: quod ſuperius quoque tetigimus lib. 5.

Iosephus. Thron⁹ an turris eburnea. Kaldæus. R. Salomon. Tēplū, Altare, Tribunal, aſyla innocentium. Cur Eccleſiæ colla turris. Turris Salomonis eburnea quæ. Genebrard. Delrius. Mercerus.

4 Tertiò, Quod proximè ad formam pertinet, *duo leones* qui conſiſtebant iuxta ſingulas ſedis manus. *leænas* potius legēdū vult Caiet. ex proprietate vocis originalis, ſed aliquādo dixi: *leonis, leæna, leunculi*, nomina quanuis ſanè diuerſa, non rarò in Hebræo confundi ſine vllo diſcrimine. Nunc autē non erat locus *leænis*, ſed potius *leonibus*, qui fuere perpetua inſignia Regum Iuda, vt inferius exponemus, quanuis ſanè negandum non ſit vocem originalem forma fœminea ibi legi non *Arim*, ſed *Arioth*.

Caietan. Leonis, leænę, leunculi nomina confuſa.

Quartò, Abul. 2. Paral. 9. vult binos leones ſingulis throni brachijs adhibitos. Id quod ſanè videtur ſonare Latina lectio: *duo leones iuxta manus ſingulas.* Sed certè cum poſſet thronus ita cōfici, vt in quolibet latere dextro & ſiniſtro duo eſſent leones tergoribus iūctis; altero reſpiciente anteriorē; altero poſteriorē throni partem: aut certè vtroq; reſpiciente partē ipſam dextrā, aut ſiniſtrā extrorſum, & à tergo quaſi adhęrentes ipſi ſedi; tamē ex lectione originali nihil certi colligi poteſt, cum tantum habeatur ſtetiſſe leones apud ipſa throni brachia, ſicut etiam legunt Septuag. *Duo leones ſtantes iuxta manus.* Caiet. verò ſuas illas lęænas ſic deſcribit: *ſubis carentes iuxta alas ſedis ſtantes, hoc eſt, eleuatis capitibus ſtantes ſecūdum pedes anteriores, & terræ inhærētes ſecundum partem poſteriorem complicitis poſterioribus pedibus. Erant enim ſtatua magna, ita vt ſupereminerent duodecim leonibus, qui erant in gradibus vt pote pertingētes vſq; ad manus, quæ erant alæ ſedis.* veroſimiliter & idoneè.

Abulenſis. Habitus leonis incertus. LXX.

Quinto, Quid manus, brachiave fuerint, incertum eſt apud interpretes *Fulcra* alij vocant: atq; ea potius fuiſſe ad ſuſtētādū ſcabellū, quib. ſedile nitebatur. Quod fere exiſtimat Abul. 2. Paral. 9. ſed fuiſſe potius fulcra manuum, brachiorūve ipſius Salomonis ſedentis, atque ab effectu & fine appellata eſſe brachia, aut manus, ex alijs interpretibus colligi poteſt, tū præterea ex re ipſa, atq; vulgariū ſediū exēplo, quę ſua brachia habēt quibus humana ſuſtinētur. Et clare indicāt LXX. non fuiſſe has manus ſubiectas, ſed potius ſuperiores ipſo ſedili; legūt enim; *Manus hinc & hinc ſuper locū cathedræ.* Sed illud tamen peculiare; quod Ioſephus ſcribit; *ea parte, qua rex inſidebat, manuū effigies eū excipiebant.* Itaq; inſigne *manuū* ex auro effictū procul dubio non ſolum commoditatis, ſed etiam arcanæ alicuius ſignificationis gratia videri potuit. Quamquam quod prius dixi, potius probo.

Quæ brachia throni. Abulenſ. Ioſephus.

Sexto,

Vitulorũ effigies.
Ioſephus. Comeſtor.

Sexto, Quod cum vulgatus interpres nullum peculiare inſigne à tergo cõſtituat, Ioſephus tamen vt vidimus. *Qua* (inquit) *reclinabatur parte, dimidiatus erat iuuencus tergum ſuum reſpiciens.* Ex quo videtur deſcripſiſſe Magiſter hiſtoriæ 3. Reg. 23. *Reclinatio* (inquit) *throni poſterior rotũda erat, ſedens ſuper vitulũ reſpicientẽ.* q. d. reclinatorium impoſitum fuiſſe tergori bouis foras reſpicientis; quemadmodũ mare illud *æneum ſtabat ſuper duodecim boues, quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant.* 3. Reg. 7. 25. Lxx. verò ni mirum multitudinis legerũt: *Prominentia vitulorũ ipſi throno & poſterioribus eius:* vidẽtur n. agnouiſſe duos vitulos in angulis ſedis poſterioribus reſpõdẽtes duobus leũculis ſtãtib. antrorſum iuxta manus. Quã rẽ vitulorũ c. 1. cõfirmabamus ex cõiectura & ſimilitudine quatuor animaliũ efficitorũ in vniuerſa tẽpli fabrica, & quadrigarum currus gloriæ Dei qui omnino locus adeundus.

7

Leo & vitulus ſymbolum vrbis Ieruſalem.

Septimò, vt aliã regaliũ virtutũ ſignificationẽ, atq; diuinã repræſentationẽ cuius diximus ſymbola eſſe illa quatuor animalia currus gloriæ Dei, vſurpata etiã à Salomone in ſuo throno, nũc prętereamus, quod à nobis ſuperius expoſita fuerit c. 1. Sed illa tamẽ nõ prętereũda, quã de induſtria in hũc ſeruauimus locũ, videlicet duobus animaliũ formis, quibus tãtũ expreſſis exornabatur thronus Salomonis, id eſt, *leonis, & vituli,* mirifico, arcanoque ſymbolo ſignificarã eſſe à Salomone regiã vrbẽ Ieruſalẽ regni caput, & quaſi diuinæ prẹſentię inibi regnãtis & conſiſtẽtis, domum propriã, ac peculiarem; ſicut ſcriptũ eſt; *Cuius eſt in Sion & caminus in Ieruſalem:* rurſus: *Ieruſalem elegi ex omnibus tribubus Iſrael.*

Iſa. 31. 9. 3. Reg. 11. 32.

6

Ieruſalem duplex ciuitas.

Sciẽdum eſt ergo, vrbẽ Ieruſalẽ integrã, atq; ampliſſimã illã duas ciuitates cõplexã fuiſſe: alterã, quę dicitur ciuitas Dauid, in mõte Siõ: alterã antiquã illã Salẽ: de quibus diximus ad initiũ Eccleſiaſtæ, diſputãtes de nomine Ieruſalẽ, quod eſt duale. Ergo ciuitas ſuperior in monte Siõ pertinuit ad tribu Iuda, Ioſu. 15. 63. Pſal. 77. 68. Zach. 2. 12. Pſal. 73. 2. 3. Propterea dicitur ciuitas regia. Eadẽ verò ſed ex parte inferiori videtur pertinere ad tribũ Benjamin Iudic. 1. 21. *Habitauit Iebuſæus cum filijs Benjamin Ieruſalem vſque in præſentem diẽ,* & Ioſ. 18. 20. & 21. 28. *poſſeſſio filiorum Benjamin Iebus, quæ eſt Ieruſalem* Vide quæ diximus de templo. lib. 5. Sect. 9. Vbi de tribu in cuius ſortem templum cecidit.

Ieruſalem in tribu Iuda, & Benjamin.

Hinc vtriſq; attribuitur Nehẽ. 11. 4. *In Ieruſalẽ habitauerunt de filijs Iuda & de filijs Benjamin.* Tum etiam & tẽplum iam dicitur pertinere ad Iudã, iã ad Bẽjamin, ad Iudã, quidẽ Pſal. 77. 67. Zach. 2. 12. Pſ. 75. 2. 3. & 1. Mach. 4. 37. *Aſcẽderũt in mõtẽ Siõ, & viderũt ſanctificationem deſertã, & altare profanatũ,* &c. Et iterũ c. 5. 54. & c. 7. 33. vbi manifeſtè ponitur tẽplũ in mõte Sion; qui pertinebat ad tribũ regiã. At verò tribui Benjamin attribuitur tẽplũ & altare, in illa benedictione Bẽjamin, Gen. 49. 27. *Bẽjamin lupus rapax,* &c. accedente Hierony. interpretatione & traditione Hebreorũ, & iterũ, Deut. 33. 12. *Bẽjamin amãtiſſimus Domini,* &c. Quę omnia vidẽtur cõcilianda ratione veroſimillima, vt mõs Siõ vſque ad voraginẽ, & partẽ mõtis Moriæ ex parte Meridionali pertineat ad tribũ Iudas, at verò mõs Acra, id eſt, ciuitas Salẽ, cũ altera parte mõtis Moriæ ex parte Aquilonari pertineat ad tribũ Bẽjamin ſed de hoc enucleatius dictũ à nobis, cũ de tẽplo & tribu in cuius ſorte ædificatum fuit.

7 His poſitis illud quoque repetendũ eſt, leonẽ

Leo īſigne regum Iuda.
R. Abrahã. Genebrad.

A fuiſſe perpetuũ inſigne tribus Iuda iã inde ab illa Iudæ benedictione Gen. 49. 9. *Catulus leonis Iuda,* &c. vnde R. Abrahã in ſua Cabalica hiſtoria apud Genebrard. an. 3146. ſcribit, Dauidẽ regẽ in ſuis inſignibus regalibus geſtaſſe leonẽ, quod ſequuti ſunt deinceps Reges Iuda, & ſicut Iudas in deſerto, militari vexillo leonem impreſſerat; ita ẽt poſtea reges Iuda annulum ſignatorium leonis imagine inſigniuiſſe: At verò licet inſigne Ephraim fuiſſet vitulus, iam inde ab illa benedictione Ioſephi parentis de Ephraim Deut. 33. 17. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius,* vt ex Hebr. eorũ traditione, & ex Nu. 2. colligit noſter Prado parte 2. Cõmẽt. de 1. Ezechielis viſio

Prado.

B ne; tamẽ poſt ædificatum à Salomone templũ iã videtur illi ceſſiſſe vitulus, cui videbatur cedere ſors templi & locus ſacrificiorũ; quod peculiariter attribuitur Benjamin, cũ dicitur *lupus rapax, mane & veſpere rapiens prædam propter altare,* in quo matutina & veſpertina ſacrificia conſumebantur.

Ergo cũ ciuitas regia, in qua Salomon throni ſedẽ fixerat, fere ex æquo duarum eſſet tribuũ, quòd templũ ipſum inter vtranq; ſortẽ eſſet ædificatũ, quid pulchrius, & opportunius, quã Salomonis thronũ ſuſtineri leonibus & vitulis? vt quod de templo dictum eſt, & de Deo habitante in templo: *Inter humeros illius* (q. d. inter terminos, vel iuxta terminos Bẽjamin & Iudæ)

C *requieſcet;* hoc quidem dici proportione quadam de Salomone poſſet, In vrbe regia duarum tribuum commorãte, & regalẽ thronũ cõſtituente: Amãtiſſimus Domini habitabit cõfidẽter in eo; quaſi in thalamo tota die morabitur; & inter terminos duarum illarum tribuum requieſcet.

8

Ioſephus.
Duodecim leunculi quid ſignarent.

Nõ dubiũ quin ſex illi gradus eburnei, & auro illigati, vt dicebat Ioſeph. nõ ſolũ iuſtã throni altitudinẽ efficerẽt, ſed præterea duodecim oppoſitis leũculis arcanã ſignificationẽ habuerint; duodecim nimirũ tribuũ Salomonis imperio ſubiectarũ: & prẹſagio ſanè quodam fore, vt licèt tunc Salomon inſignia ſuæ poteſtatis & dominationis in vniuerſas duodecim tribus imponeret,

D tamẽ tãdẽ regni thronus nõ niſi in duabus illis, quas diximus, Iuda & Benjamin, olim ſuſtinẽdus eſſet, quod poſt regni diuiſionẽ ſub Roboamo re ipſa contigit. Sed de throno ſatis. Iam de virtutibus & animi ornamentis, quæ eo throno ſignificari dicebamus, c. 1.

CAPVT IX.

Illum tum alijs virtutibus, tum imprimis magnanimitate inſignem fuiſſe.

E *Ad locum 3. Reg. 4. 29. Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.*

1 *Principem debere compoſitis moribus, ſi futurus eſt pacificus. Legi ſe ſubijciat, & animum purget, niſi tyrannus.*
2 Magnanimitas *quid? Virtus regia & Salomonica, quæ latitudo cordis Salomonis.*
3 *Salomon veræ gloriæ appetitor, & famæ immortalitatis. Illuſtrata Sapientia.*
4 *Veracitatis virtus in Salomone. Coniuncta cum magnanimitate. Illuſtrati Dauid & Salomon.*
5 *Cur Doctrina & Veritas in pectore Aaron. Iudi*

cum fides.

6 *Salomon externorum bonorum contemptor. Magnificus item atque liberalis. Illuſtratus locus Regum.*

7 *An delectatus fuerit accipiendis muneribus. Maiora ſemper conferens quam accipiens. Illuſtratis locus Regum, & Iſaias.*

1 Salomon cõpoſitis moribus.

SAlomonem ſingulari fuiſſe morum cãdore & virtutum omniũ ornamẽtis inſtructũ, cum in ſumma pace regnabat, vt non ſolum vniuerſi Iſraelitæ, verum etiam externi homines ſponte ſua ſe illi ſubijcerent, (vt Sulpit. dixit li. 1. ſacrarum hiſ.) nemini dubium eſſe debet. Niſi enim princeps bene compoſitas appetitiones ſuas habeat, atque omnes animi motus rationis & iuſtitiæ habenis moderetur, fieri non poteſt, vt quam in animo ſuo pacem non ſeruat, poſſit in ſuum populum refundere, aut tueri. Id quod in primo illo mortalium principe & gubernatore Adamo cernere eſt; qui quamdiu internam animi tranquillitatem & pacem retinuit, atque vires & facultates inferiores in officio cõtinuit, Deo & rationi obedientes, habuit quoq; belluas ſibi ad nutum ſubiectas. Cũ verò primum à Dei & rectę rationis lege defecit, rebellatione quoque belluarum atque creaturarum omnium, immo & ſuarum ipſarum virium, atque membrorum contumaciſſimam repugnantiam expertus eſt. Propterea Plato in Protagora, nõ minus principem iuſtitię legibus & tribunali iudicandum ſubijcit; quam populum principi. *Ne prius* (inquit) *in alio tribunali iudicaueris, quam ipſe corã iuſtitia iudicatus fueris.* Quò ſapienter reſpexit Seneca epi. 37. *ſi vis tibi omnia ſubijcere, ſubijce rationi. Multos reges, ſi ratio te rexerit; ab illa diſces quid & quemadmodũ aggredi debeas.* Quod à Socrate ſumptum, vt eſt apud Stobæum, ſerm. 48. optimum eum regem definiente, qui ſuis affectibus imperare poſſit. Sed illud Iamblichi teſtimonium dignum, quod ex epiſtola ad Agrippam deſcribatur: *Oportet* (inquit) *legib. præfectum, ſummè purgatum eſſe, iuxta ſummam legum rectitudinem, ac neque fraude falli per ignorantiam, neque vim inferioribus inferre nec vlla occaſione iniuſta allici: nam ſeruatorem, & cuſtodem legum tam incorruptum oportet eſſe quam ſummè fieri poteſt in humana natura.* Diceret etiam iure, regem æmulari debere, quę ſupra humanam naturam eſt, diuinam ſanctitatem, *Honeſtum* (inquit Palyb.) *Deorum eſt, aut eorum qui Dijs proximi cẽſentur.* Quòd ſi animi tyrannidem princeps ſuſtineat (*Tyrannis autem ſeruire præſtat, quam affectibus & vitijs*, teſte Pythagora) fieri non poteſt, quin tyrannicè in populum rebellem & repugnantem dominetur. Res in Salomone manifeſta, cui aduerſus pietatem & religionem impiè & intemperanter rebellanti, acrem & moleſtam aduerſariorum rebellionem ſuſcitauit vltor Deus, 3. Reg. 11. at ſanctè & religiosè viuenti *non erat Satan, neque occurſus malus*, ſed *pax per circuitum* incredibilis 3. Reg. 4. Atque hæc in vniuerſum de Salomone dicta; poſtea per partes.

Sulpitius. Princeps pacificus, idem ſibi quoq; imperans.

Plato. *Seneca.* *Stobæus.* *Iamblicus.*

Cuſtos legum incorruptus.

Rex diuinæ ſanctitatis æmulator.

Polybius. *Stob ſer. 6.*

Tyrannus in populo ſuo rebellionem creat.

3 Magnanimitas regia. *Ariſtot.*

Si tamẽ prius de illa, quæ regia & principalis virtus eſt, & quaſi ſimul cum ipſa natura congenita & impreſſa. Magnanimitate *Quæ* (vt Philoſophus dixit, 4. Ethic. c. 3.) *tanquam ornamentum quoddam virtutum eſt: nam magnitudo animi maio efficit ipſas, & ſine illis ipſa non eſt.* Et videtur quidem hac potiſſimũ Salomon virtute excelluiſ-

A ſe, quod Caiet. ex eo loco 3. Reg. 4. 29. elici exiſtimat: *Dedit Deus* Salomoni *latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris*, quod nihil aliud eſt, quam Magnanimitas. Et quidem cum hæc non poſſit eſſe ſine alijs virtutibus, & circa honores maximos verſetur *quibus magnanimus dignus eſt*; videtur profectò Salomõ in hãc magnanimitatis magnitudinẽ & rationẽ reſpexiſſe, cũ tã ardẽter ſapientiã poſtulauit à Deo, *vt eſſet dignus ſediũ patris ſui.* Sap. 9. 12. id eſt, ne hæreditario regno, regioq; honore indignus exiſteret. ne cum honore & regno *contemptor, & petulans* fieret, & moderate non poſſet res ferre ſecundas, qđ illis contingit, vt docet Philoſophus, *qui ſine B virtute, honoribus & diuitijs potiuntur.* Quò etiam pertinet illa altera illius loci & *latitudinis cordis* interpretatio R. Salomonis; nimirum quod fuerit ſapiẽtia Salomonis inſtar *arenæ* & littoris oppoſiti, in quod illiſi confringuntur tumentes maris fluctus, nam ſapientia illi erat pro muro, ad cõtinendas fœlicitatis & opulentiæ ſuperbientes animi cõmotiones, atque ad moderate ferendũ res ſecundas. Hunc illa Salomonis in eã, quæ vera ex virtute laus & gloria eſt, animi accenſio & incitatio verè regio & excelſo animo digna: nã cum eadẽ eſſent omnibus vitæ primordia, & *ſimiles* progreſſiones & *exitus*; *Propter hoc* (vt alijs antecelleret, *optaui & datus eſt illi ſenſus: inuocaui & venit in illum Spiritus ſapientiæ & præpoſui C illam regnis & ſedibus*: Sap. 7. 7. 8. Atq; hæc eſt illa famæ & nominis immortalitas, quã ſibi proponebat & expetebat, Sap. 8. 13. *Habebo immortalitatem, & memoriam æternã, his qui poſt me venturi ſunt relinquam*: vt ſapiẽter dicebat Mamertinus ad ſuum illũ Imperatorem: *Non poteſt quidquam abiectũ & humile cogitare, qui ſcit de ſe ſemper loquendũ.* Similia, ſed inferioris, quis magni quoq; animi exẽpla indicat Lipſius extremo capite Politicorũ exemplorũ. Sed fœliciſſimus prę omnibus Salomõ, ea ſanè virtute præ cæteris alijs principibus maximè opus habuit: nã cũ circa diuitias, & poteſtates, & oẽm proſperitatẽ fortunæ verſetur, ac moderatè ſe ſe habeat, neq; vehemẽter D in proſperitate lætetur; niſi magnanimitate inſtructus eſſet, modum in tãta fęlicitate nõ ſeruaſſet.

Salomon magnanimus. *Caietan.*

Honor ſine virtute petulans. *Ariſtot.*

R. Salomõ. Sapientia Salomonis inſtar littoris.

3 Salomõ in verã laudẽ incenſus.

Mamer. Paneg. ad Iulianum.

Lipſius. *Ariſtot.* Salomonis fœlicitas indigẽs magnanimitate.

Secundò etiam, habuit illam quæ cũ magnanimitate coniuncta eſt, *Veracitatis* virtutẽ: eſt. n. *Magnanimus verax*, eodem Philoſopho teſte, & *palam* odit, atque *amat, aperte loquitur & amat.* Quippe cum metuentis ſit occultare. Hæc item veracitas peculiaris Salomoni regi. Pſalm. 44. 6. *Propter veritatem* (Hebr. *equita ſuper verbum veritatis.* quaſi ſit vna ex quadrigis, quæ regium Salomonis currum veherent) Quare ipſe Salomõ, quod de alijs, de ſe potiſſimu dixiſſe videtur, Prouerb. 29. 12. *Princeps, qui audit verba mẽdacij, oẽs miniſtros habet impios*, id eſt, qui delectatur E mẽdacio, tũ dicẽdo, tũ audiẽdo; nam ſi miniſtri mendaces euadũt, regis ſanè exẽplo tales fiunt. Cũ ſapiẽtia veraq; doctrina nexu firmo adhæret veritas, quemadmodũ in illo ſacerdotis Rationali, & in pectore Aarõ iuſſus eſt Moyſes ponere *Doctrinã & Veritatẽ*, Exod. 20. 30. Quemadmodũ & Princeps ille Iudicũ apud Egyptios peculiari ornamẽto geſtabat: De quo hæc ſcribit Elianus lib. 14. de varia hiſtoria; *Eũ omniũ hominũ eſſe iuſtiſſimũ et ſinceriſſimũ oportebat, qui circa collũ imaginẽ ex ſapphire gẽma cõfectã geſtabat, quæ vocabatur Veritas. Ego verò, iudicem non tam in lapide ſculptam, aut expreſſam veritatem circumferre, quã in animo menteque inſitam & infixam habere velim*

4 *Ariſtotel.* Verax qd.

Doctrina, & veritas.

5 *Aelianus.* Sacerdotis Ægyptiorum inſigne.

Diodorus. *Monumentũ Simãdij.* *Iudicis imago.*

lim Cuius quoque rei meminit Diodor.lib.2.ca. 1.ſcribens,in veſtibulo illo monumenti Simandij Egyptiorum regis, *triginta ligneas iudicum ſtatuas poſitas, & in medio iudicandi principem;cuius à collo ſuſpenſa Veritas pẽderet, & oculis eſſet ſubclauſis librorum cumulo circunſtante*. Addit verò Diodorus: *Has imagines præ ſe ferebant iudices integros eſſe debere; prætorem ſolam inſpicere Veritatẽ*. Aqua hæc eſt illa tantopere cum mẽdata in Principe *Fides*, quæ eſt dictorum & conuentorum conſtantia & veritas,cui Q.ille Marcius Romani imperij amplitudinem veluti acceptam reſerebat,apud Liuium lib.44 *Fauere Pietati, Fideique Deos;per quæ populus Romanus ad tantum faſtigij venerit*.Grauiter in Paneg. Plinius: *Nunquã deceptus eſt princeps,niſi qui prius ipſe decepit.*

Romanorum fides. *Liuius.* *Plinius in mor.*

6 Tertiò,huius ipſius magnanimitatis fuit contemptorem eſſe externorum bonorum præ virtute:*magnanimo* (inquit Philoſophus) *cætera parua ſunt,quapropter ipſi magnanimi cõtẽptores ſunt*. Quid quid aliud eſt,quam quod ipſe de ſe Salomon teſtatur de virtute & ſapiẽtia loquens: *Prapoſui illam regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius; nec comparaui illi lapidẽ pretioſum,quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.*

Ariſtoteles. Virtus Salomoni vnice dilecta.

Salomonis magnificẽtia & liberalitas.

Quartò,item cum Magnanimitate coniuncta eſt magnificentia, atque liberalitas, tum circa ſumptus magnificentiſſimos, tum circa quamcunque aliam pecuniarum prolixam & liberalem erogationem. Dedit enim fecitque *vt tanta eſſet copia auri in Ieruſalem, quanta & lapidum* atque cedrorum petioſarumque aliarum materiarum quanta vulgarium lignorum de quod dicebamus lib.4.dicemuſque iterum,li.7.vbi de poſteriori eius auaritia. vt qoidem opportunè quadret in Salomonem quod Iſocrates orat. ſua 2. ad Nicoclem Aphoriſmo 8.de optimo rege: *Magnificentiam in nulla re ſuperuacanea magnique ſũptus oſtenta; ſed tum in vrbis adminiſtratione, reliquoque apparatu & copijs,tũ pulchritudine poſſeſſionum & beneficentia in amicos*,& iterum Aphoriſ. 22.*Magnanimos puta non eos, qui maiora ſuſcipiũt quam ſuſtinere poſſint;ſed illos,qui & mediocria deſiderant,& quæ aggrediuntur perficere poſſunt*.Quãtus autem Salomonis animus,quanta virtus maxima ſemper aggredientis,nec non perficere potentis? vt omnino vtrũq;illud habuiſſe viſus ſit, qood dicebat in Paneg.Plinius: *Vt fœlicitatis eſt, quantũ velis poſſe, ſic magnitudinis,velle q̃tũ poſſis.*

Iſocrates. *Magnificentia circa quid.* *Plinius.*

7 Cur Salomõ muneribus oblatis delectatus. *Ariſtot.* An Salomõ accipiẽs ab alijs beneficia.

Sed quintò,tamen illud Magnanimitati repugnaſſe videtur,quod muneribus, vt qui maximè delectatus fuerit,cum tamen magnanimum *pudeat beneficia accipere*; deceat conferre. Quanta autem,& quot fuerint Salomonis accepta munera non ſolum annua ſed extraordinaria omnis generis,diximus li.5.ex 3.Reg.10.14. 15.25. ſed quidem dicendum,ea munera,quamuis ſpõtanea & gratuita non debere numerari *beneficij* nomine,ſed vel cõgratulationis, vel ſubiectionis & obſequij,vt lib.5. exponebamus, agentes de differentia muneris & doni. Atq; cum eiuſmodi etiam fuerint delata illi munera à regina Saba 3.Reg. 10. 10. tamen multo maiora,pretioſioraque dedit Salomon pro ſua magnanimitate,*maiora* ſemper *in retribuendo beneficio conferẽs*, ſicut ſcriptum eſt 2. Paral.9. 12. *Rex autem Salomon dedit reginæ Sabæ cuncta quæ voluit & quæ poſtulauit, & multo plura quam attulerat ad eum*, vt exponebamus li. 5. Tum prætereà quod magni animi proprium eſt, minimè erat accipiendi cupidus,in accipiendo verò moderata quadã grati animi ſignificatione lætus,neq; plus exigebat,quia *maiora,quibus dignus erat, æquibant exhibere*, quare quæ liberalitatis & magnitudinis erant,frequenter & cum voluptate cogitabat,ſicut ſcriptum eſt: *Princeps ea quæ digna ſunt principe* (liberali,munifico) *cogitabit*.

Magnanimus accipiens munera cũ lætitia.

Iſai 32.8.

CAPVT X.

Eius erga matrem Pietas.

Ad locum 3.Reg. 2. 19. Surrexit Rex in occurſum eius,adorauitque eam; poſituſque eſt thronus matris Regis ad dexteram eius.

1 Pietas *quid. Tyranni renuntiantes naturæ legibus.Parentes Dij viſibiles.Illuſtratus Paulus.*
2 *Salomon erga matrem piiſſimus, & venerabundus.* Adorare *quid propriè.*
3 Confundere faciem *quid, aut* auertere.
4 *Thronus Bethſabee cõſtitutus ad dexteram Salomonis. An mater ſeſſitarit in Salomonis throno.*
5 *Thronus Salomonis honorificẽtiſſimo, deinde matris medius locus honorificentiſſimus.*
6 *Locus à dextris non ſemper honorificentiſſimus, vel apud ſacros, vel apud profanos. Illuſtrati David, Mattheus, Lucas.*
7 *Locus proximus honorificẽtiſſimus vbicunq; ſit. Locus in bello quis digniſſimus. Illuſtratus Iob.*

1 *Pietas quid*

Pietas illa eſt,per quam, vt Philoſophi definiunt,ſanguine cõiunctis,patriæ parẽtib. diligẽs tribuitur cultus. Cui ſanè tyrãni oĩs humanitatis expertes ſimul cũ inſitę naturę legib. renũtiarunt. Quos vt Apoſtolus tũ proprijs deſcribere notis;tũ alijs ad alios nefarios homines cõibus Rom.1.31.*Parentibus nõ obediẽtes, inſipiẽtes* (propriè ex Græco: Rationis qua homo rationalis dicitur,quaſi expertes, belluæ nõ homines) *incõpoſiti*) cũ quibus nõ poſſis pace cõpoſita tutò & firmiter paciſci, *fœdifragi* (*ſine affectione*) illius charitatis expertes,qua parentes & liberi mutuò afficiuntur. *deſamorados y a un ſin afficion de los ſi-yos*) *abſq; fœdere* (irrecõciliabiles,quos ſi ſemel læſeris,nõ poſſis vllo fœdere,aut vlla offenſę ſatisfactione placare) *ſine miſericordia* (erga neminẽ iure neceſſitudinis,aut cõmiſerationis vtentes.)

Tyrãni deſcriptio. *Inſipiẽs q̃s.*

Sed ij qui alios ſibi obſequentes volũt, ſe ipſos pſtant legi & rationi atque naturæ obſequẽtes & hi maximè pietatem colunt atq; ita parẽtes ſuos obſeruãt, *vt Deos quoſdã viſibiles*, vt Philo dicebat, qui obſeruat propterea præceptũ de honorandis parentibus poſitũ à Legiſlatore *in confinio duarũ tabularum*, id eſt, poſt præcepta de colẽdo Deo. Ergo Salomonẽ cõtrarijs omnibus ſæuitiæ & inhumanitati virtutibus ſanctè à pueritia inſtructũ cõſiderare licet, omnis humanitatis amãtiſſimũ; parẽtibus obſequẽtiſſimũ; charitatis, & omnis neceſſitudinis obſeruantiſſimum. Quod tum ipſe præceptis Ethicis ſuis libris frequẽter docuit, tum ſuo exemplo confirmauit.

Rex pietatis cultor. *Philo li. de Decal.*

2 Pius erga matrem.

Sed quod propoſuimus de Pietate erga matrẽ Bethſabee, illud ſatis oſtẽdit quod 3. Reg.2.17. dixit illi Adonias: *Precor vt dicas Salomoni regi* (*neq; enim negare tibi quidquã põt*) *vt det mihi Abiſag Sunamitidem uxorẽ*. minorũ propter certam & exploratã apud omnes Salomonis aduerſus

matrem obſeruantiam. Quæ reſplenduit quoq; In eo, quod ſequitur.

Vatablus. Adorandi geſtus.

Venit ergo Bethſabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam. Vatab. & Tigur. *totius corporis inclinatione.* & rectè ex proprietate originalis vocis. Quare explicationis gratia ſolet addi, cum adoratione *inclinatio in terram*, Geneſ. 18.2. & 19.1. & 24.48. & ſæpè in Scriptura; aliquādo etiam *adoratio* fieri dicitur procidendo in faciem 2.Reg.9.6. & 14.33. at Septuag. cum adorationis honorem videntur expoſuiſſe oſculo præſtito; nam pro *adoratione* vertunt: *Et oſculatus eſt eam*: Ioſephus exprimit complexum, ſed nihil de adoratione. *Cum rex* (inquit) *occurriſſet, complexuque eam excepiſſet, deductam in cubiculum, in quo tum erat regia ſella, ſedit,* &c. certè verbum originale *adorandi* effert illam, quam diximus corporis inclinationem coram eo, quem ſuperiorē agnoſcimus: ac veriſimile eſt eam exhibitam cū oſculo, & cōplexu pro more gētis. Seqtur deinde.

Ioſephus. Adorare.

3 *Et ſedit ſuper thronum ſuum, poſituſque eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eius.* De quo ſtatim plura. *Dixitque ei Rex: Pete mater mea: neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam.* Cum in Hebræo & Græco tantum ſit: *Pete mater mea, non enim auertam faciem tuam,* interpres, vt filij obſeruantia & pietatem ſignificaret, quaſi pro cōmentario addidit, *Non enim fas eſt,* &c. Ioſephus eleganti paraphraſi locum hunc elucidat: *Vnam gratiam, fili, petenti mihi annue, neque tuo renutu triſtiorem facias. Reſpōdit ille Iuberet, quidquid vellet: pium enim eſſe, matri quidlibet cōcedere. nec oportuiſſe eam ſic præfari, ac ſi negaturum ſuſpicaretur: ſed certam impetrandi rem habere.* Porro quod ad ſacri ſermonis phraſim pertinet, tūc *auertitur facies petentis*, cum re negata erubeſcet & pudibundus diſcedit, Quæ ſignificatio potius certa eſt ex huius loci exigentia, quam frequens. Illud enim potius in vſu, vt qui minimum ſe præbet propitium ad poſtulata, qui obſurdeſcit, qui cōtemnēs abit & deſerit, dicatur *auertere*, aut *abſcōdere faciem* ſuam. Pſ. 12.1. & 26.9. & 29.8. & 43.24. & 50.11. Ierem. 33.5. Et ſemel *non auertere faciem ſuam*, eſt obſtinate perſiſtentis in ſuo propoſito 2.Paral. 35.22.

Ioſephus. Auertere faciem qd.

4 Sed quod ad Thronum attinet, non liquet an maiorem, quam tibi honorem exhibere Salomō voluerit matre cōſtituta ad dexteram, & meliori conceſſo loco. Eum enim fuiſſe maximè honorificum affirm[illegible] Abulens. 3.Reg.2. Perer. Gen. 48. verſ.5. Ioa[illegible] Marci.16.n.19. qui videntur omnino ill[illegible] ratione, quod ſedendi & incedendi ordo[illegible] locus dexter ſemper fuerit ſiniſtro digniori, & honorificentior. Pro quo, id eſt, pro dextræ ho[illegible]re acriter pugnāt Tiraquel. Turneb. Caſtalio[illegible]ſius, Caſaobonus, Torrentius, Sauarus, & a[illegible] inferius adducendi. Res verò in Salomone v[illegible]ſimilis; nam cum geſtus ille *adorandi* fuerit c[illegible] corporis & capitis demiſſione, & matrem ag[illegible]ſcentis, tanquam ſuperiorē, potuit eadem pi[illegible]te meliori loco matri cedere. Cum quo etiam [illegible]cit, quod Dionyſius refert ad ipſam Bethſabe[illegible] illud quod dicitur: *& ſedit ſuper thronum ſu[illegible]*: ſiue, vt ipſe legit; *ſedit ſuper thronum eius.* Q[illegible] *ad modicum* (inquit) *tempus fecerit Salomon [illegible] ſuper thronū ſuum ſedere, quouſque poneretur [illegible]es iuxta ſoliū ſuum.* Sed neque lectio expoſitio[illegible] Dionyſij exēplo aliquo, aut idonea coniectura probari poteſt. Poteſt verò illud de honore & dignitate dextri conſeſſus exē-

Dextra an honorificē tiſſima. Abulenſ. Pererius. Maldonat. Tiraquel. Lipſius, & alij. Dionyſius.

A plis confirmari, quæ ſparſim apud illos quos diximus dextræ propugnatores, inuenias.

At minimè conceſſiſſe Salomonem primum ac digniſſimum matri locum, ſed poſt ſe ſecundum, contēdunt Antonius Nebriſſ. in Quinqoagena c.39. & noſtri Bellarminus, Ribera, Lorinus, alijque, pro *ſiniſtra* non leuibus etiam rationum & auctoritatum momentis pugnantes, in quibus etiā Goropius poſt Nebriſſenſem, & nōnulli alij,

Siniſtra patroni. Nebriſſenſ. Bellarm. Lorinus. Goropius.

5 Ego verò in hac, de Salomonis & Bethſabee conſeſſu & ordine controuerſia ſic cenſeo, Salomonis locum & ſedem primam fuiſſe: ſed poſt illum matrem Bethſabee, & loco, ita & dignitate B proximam aſſediſſe. Vt enim non ineptè obſeruat Nebriſſenſis, ſi filius ad publicum magiſtratus peruenerit, non tantum reuerentiæ debere parentibus, vt priores ſedendi partes, in publico præſertim aliorum cōſpectu concedere debeat: Ac iure quidem factum eſſe, cum Q. Fabius M. Conſul, obuium habuiſſet patrem Proconſulem equo vehētē, imperauit lictori, vt iuberet patrē ex equo deſcendere. qui & iuſſus paruit; & filiū collaudauit, quod dignitatē Imperij retinuiſſet.

Controuerſiæ elucidatio. Nebriſſenſis.

Et in vniuerſum conſtat quidem medium locum ſemper habitū fuiſſe honoratiſſimū; quod abūde ſatis oſtendunt Tiraq. de Iure primog. in pręf. n.116.117. Lipſius ex Suet. Salluſt. Ouid. Cū verò de duobus ſermo eſt ſedentibus, incedenti C bus, in pugna & prælio verſantibus, non eſt vna & eadem de omnibus ratio ſed ſua cuique.

Medius locus honoratiſſimus. Tiraquel. Lipſius.

6 Enim vero quod ad *ſedendi ordinem* attinet, cum is, qui ſedet, honoratiſſimus eſt, & de dignitatis primatu nulla illi cum alio intercedere cōtrouerſia poteſt. tunc ſanè locus dexter honoratiſſimus non eſt reſpectu primarij: ſed reſpectu alterius, quē à læua, ille, qui primus eſt, & inter duos, ſi duo à laterib. adeſſent, ſeſſitare deberet, habere debuiſſet. Exēpla ex ſacris illa sūt; Chriſtus Ieſus, *ſedens à dextris Dei* Patris ſecundum humanitatē, Matth.26.65. Act.2.33, & 7.55. Eph. 1.20. Coloſſ.3.1. 1.Pet.3.22. Hebr.1.3.13. Pſ.109.1. Regina *ſedēs à dextris Regis*. Pſ.44.10. Bethſa D bee, de qua agimus, ſedens *ad dexteram filij*. Sancti adſtitit *ad dexteram* Chriſti Ieſu in aera ſublati, manentibus interim damnatis in terra; quamuis ad læuam, Matth.25.32.33. Ex profanis verò, Paulinus lib.4. de S Martino.

Sedendi ordo inter duos. Sedes à dextris quādo nō honoratiſſima.

> *Ad dextram Regis ſancto venerabilis ore*
> *Conſedit ſenior.*

Paulinus.

Nero apud Suet.c.13. publico ſpectaculo producēs Tiridatem, Armeniæ nouum & à ſe factū regē *perduxit in Theatro, ac rurſus ſupplicantē iuxta ſe latere dextra collocauit.* non quidem vt omnē honorem haberet, quemadmodū autumat Lipſius nec quod læua eſſet honoratior, vt opinatur Goropius; ſed quòd cū nemini eſſe dubiū poſſet E Imperatoris Romani locū, vbicunq; tandē eſſet ſūmū eſſe, proximo poſt ſe, id eſt, ad dexterā collocauit, quē maxime pre alijs honorare volebat peregrinū regē. Accedit Euſebius qui l.1. de Cōſtātini vita teſtatur ſe vidiſſe Cōſtantinum *adoleſcentem cū ſeniore Auguſto ſempre ad dexterā eius incedentem.* Quis autem mente cōcipiat ſeniorē Auguſtum adoleſcenti tūc priuato honorem Imperatorium habere voluiſſe?

Suetonius. Lipſius. Goropius. Euſebius.

7 Neq; obſtat exēplū Druſi, qui Tiberio fratri eodē tēpore Imperio cedēs cū vita excedebat, vt Valerius ſcribit li.5.c.5. *dextera in parte Prætoriū ei ſtatuit.* ita.n. illi honorē habebat vt ſi nō ſuo cedebat loco, oſtēderet pximū ſibi & veluti primogenitum

Valerius. Druſus fratrem deſignās Imperio.

A genitum Imperatoris;cui iura deſignant ſedem ad Imperatoris dexteram.Ita enim fratri communicauit Imperatoris nomen,vt neque ſuo nomine,neq; ſua ſede, exiguo illo,quod ſupererat vitæ ſpatio ceſſiſſe videretur.

Incedendi ordo. Horatius. Ouidius.

Qnod verò ad incedendi ordinem attinet, variant viri docti.Ad id Horat.2.ſerm.ſaty.5

Tu comes exterior,ſi poſtulet,ire recuſes.

& ad id Ouid.5.Faſt.vbi de ſene loquitur, cui à iunioribus deferebatur dignus honos.

Ibat & interior,ſi comes vnus erat.

Interior & exterior. quid.

Quo loco alij *interiorem*,pro dextro;alij pro *ſiniſtro* interpretantur,vt videre eſt in Nebriſſenſi, Gorpio,Lipſio,Turnebo,Caſtalione, Acrone, Lambino,Crucquio.

Pugnandi locus, & ordo.

B Tandem quod ad pugnandi locum & ſtationem vel tutiſſimam,vel digniſſimam ſpectat, dixi meis in Iobum commentarijs c.17.verſ.3.*Pone me iuxtate & cuiuſuis manus pugnet contra me*. Tetigit Nebriſſenſis.preſſit Goropius.promouit etiam Lipſius.

Ordo ſedēdi in conuiuio. Alexand. Sauarus. Apollinaris

Fortè etiam alius fuit ſedendi ad menſam cōuiuialis ordo ad dexteram vel ad ſiniſtram, de quo Alexan.lib. 2. c. 19. Ioan. Sauarus ad lib. 1. Apollinaris epiſt. 11.

Coropius. Lipſius. Ribera. Tiraquel. Caſaubonus. Bellarmin. Sauarus. Caſtalio.

Sed demum de re tota, id eſt, de dignitate dextræ an ſiniſtræ videndi omnino Antonius ſua Quinquag.cap.59.qui videtur primus huius priſci ritus obſeruator: deinde Coropius, qui C Antonij veſtigijs inſiſtit in fine lib. 3. ſuorum Hierogl.ſed ad verſa inſiſtens via copioſè & argutè Lipſius lib. 2.Electorum c. 2. Ex his colligit pleraque noſter Franciſcus Rib.ad Hebr. 1. ſed de *dextera* potiſſimum honore Tiraquel. in præfat.de Iure Primog.à n.13. & ſuper Alexan. lib. 2. cap. 19. Suetonij interpretes Beroaldus, Torrentius, & Caſaubon. in Nereo c. 13. Ioan. Ferdinandez in ſuo Theſauro, verbo *Dextera*. Card.Bellar.lib. 1.de Romano Pontif.c.27. Ioannes Sauarus ſuperius citatus,qui alios etiam indicat.Ioſephus Caſtalio cap.4. ſuarum variarū diſputans contra Turnebum.

Cur ſeuerior reſpōſio matri.

Vt verò ad Salomonis pietatem ergà matrem D Bethſabee,redeamus;ſicut omnem illi honorem habuit, ita nihil contra pietatem egit cum ad petitionem illam Adoniæ excanduit reſpondēs: *Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ poſtula ei regnum*. vt inferius exponemus cap. 14. potius enim inſidias ſibi & matri ab Adonia intētatas, ſagaciſſimè detexit, & digno ſupplicio proſequutus eſt.

CAPVT XII.

Eius erga parentem Dauidem pietas.

Ad locum Sap.9.12.Ero dignus ſedium patris mei.

1 *Salomon parentis monita obſeruans;totum ſe paterna prouidentia committens.*
2 *Iuſta funeris parenti exhibens.*
3 *Semper parentis exiſtimationem tuitus, & illius iniuriam vindicans. Illuſtratus locus Regum, & Moyſis.*
4 *Omnia tribuens parentis meritis. Aliorum erga parentem merita præmio proſequutus. Illuſtratus locus Regum & Sapientiæ.*
5 Appropinquare *quid in ſacro ſermone. Princeps obuiam procedens indigentibus. Explicatus locus Regum.*

1 Pietas, & obſeruātia præceptorum parentis.

A Pliſſimum quoq; erga Dauidē parentē extitiſſe Salomonē filium, multa non obſcurè teſtantur.Primum, obſeruantia, qua ſemper parentis monita coluit & ſuſcepit, Prou.4.3.3.Reg.2.1.& deinceps,cum à parente moribū do detecta regni adminiſtratione inſtruitur.Secundum,patiens illa & longanimis expectatio, qua in Adoniæ ſeditione & regni ambitu totum ſe patris voluntati permiſit,vt lib.2.exponebamus.

Parenti teſtamēti exequutio.

Tertium,ſingularis illa cura & diligentia, qua parentis teſtamentum exequutus eſt, multis licet arduis & difficilibus negotijs impeditū. vtpote quod Principum fortiſſimorum virorū, B Ioab & Semei necem procurandam,atque perficiendam,& a puero quidem,& vix *in regno* ſatis *confirmato*,in mandatis cōtineret.

Cur Salomoni commiſsū Ioabi, & Semei ſupplicium.

Cum enim Dauid certus eſſet de filij cum animi virtute ad perficiendum,tum de erga ſe pietate ad procurandum,tutò libenterque totam ſupplicij cōmiſſi à Ioab & Semei cauſam in Salomonis curá & ſtudium diſtulit, interim ſuæ exiſtimationi parcens,ne erga ducem cuius opera & induſtria præclaras de hoſtibus victorias olim compararet, aut iniquus exiſtimaretur, aut priſtinorum meritorum immemor, quod ad Ioab attinebat: quod verò ad Semei, ne ex vindictæ cupiditate,& contra iuſiurandum promiſſæ impunitatis nefario illi homini,egiſſe exiſtimaretur.de quo C vide Abulenſem 3.Reg.2.qq.12.14.15.16.

Abulenſis.

2 Funus, & monumentū parētis. Ioſephus.

Quartum,ſupremi funeris honor, quem parēti defuncto habuit ſepulcro extructo magnificētiſſimo,& ingenti auri & argenti vi ſimul cum pretioſo mundo condita, vt narrat Ioſep.in fine libri ſeptimi:*Sepeliuit*(inquit) *eum filius Salomō Ieroſolymis magnificè præter ſolemnia illa in Regū funeribus, illatis etiam in monumentū eius maximis diuitijs: quarum magnitudinem facile ſit conſectare ex hoc quod dicemus*,&c.ſubijcit enim,quod Hircanus Pontifex, ac rurſum Herodes rex, pecuniam inde ſuſtulerint,de quo dicebamus, lib.4.

Quę ſolēnia in Regum funeribus.

Porro quod Ioſephus dicit *ſolemnia in regum funeribus*,nimirum ſpectantia ad curandum cadauer,& vel D abluendum,vel pretioſis aromatis vngendum,vel regali veſte amiciendum; quæ ſolemni ritu in funeribus ſeruabantur; alibj à nobis latius exponēdū.ſicut & illud,An aliquando apud Hebræos cadauerum cōcrematio, & cinerum,atque ambuſtorum oſſiū ſolemnis & ritualis collectio fuerit.

An apud Hæbreos cadauerū concrematio.

3 Parētis exiſtimationē ſibi obijciens.

Quinto,ſemper habet præ oculis parentis exiſtimationem præclarè tuēdam;& cum Ioab ſupplicio capitis cōdemnat,3.Reg.2.34 *Reuertetur* (inquit) *ſanguis in caput Ioab Dauid aūt & ſemini eius ſit pax*.& cū ſimili ſentētia ferit Semei, verſ. 44.*Tu* (inquit) *noſti omne malum, cuius tibi cōſciū eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo*,&c. Atq; cum ſcelera prętcrita impunitatē ſibi promittat E ſub nouo principe (nā maximè honorificum arbitrantur Reges ſi crimina aduerſus demortuos Principes clemētia & impunitate potius quam ſupplicio proſequantur) Salomō tamē regnādi initiū capit à ſupplicio reorū læſæ maieſtatis paternę:Ergo cū verè Theodoricus rex dixerit, *ipſa initia* principatus *plantare debere principis nominis famā*; ſanè hæc Salomonis initia lōge lateq; diſſeminare potuerunt inſignē Salomonis pietatem;qui contra quam alij principes ſolent, minime ſuæ laudi ducebat,quod parēti detraheretur;ſicut impius ille Abſalom:ſed tantū ad ſe laudis & virtutis deriuari poſſe quantum in parente præceſſiſſet; ac parentis iniurias in ſuam

Impunitas præteritorum ſcelerū ſub nouo principe. Caſſiodor.

ignominiam redundare, niſi illas ipſe quàm acerrimè vindicaret.

Propter parentem in iniurijs parcens. 3.Reg.2.26

Sextò, quòd cum aduerſus parētem iniurios inſectetur, at iniquos aduerſum ſe liberos; & impune dimittebat propter parentem ſicut idē ipſe dixit Abiathar ſacerdoti Adoniæ partes ſequuto: *Vade in Anathoth, ad agrum tuum. Equidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti Arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus*. Condonat igitur vitam, & ſponte condonat, & nemine ſupplicante, & non fratri, ſed hoſti, & inimico. Quod olim ſanctiſſimus Patriarcha Ioſeph, non ſine inſignis manſuetudinis laude, & non hoſtibus, ſed fra- B tribus, & non ſine ſupplicatione obſecrantibus, conceſſerat, Geneſ. 50. 16. *Pater* (inquiunt) *tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quā exercuerunt in te*. Reſpondit verò: *Nolite timere; vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus conuertit illud in bonum, vt exaltaret me*.

4 Salomō parentis meritis oīa tribuens.

Septimò, nihil ſibi deberi Salomon, nihil ſuis à Deo meritis obtinere poſſe arbitratur: Dauidi itaque parenti, & ipſe tribuit omnia, & à Deo ſibi propter parentis meritum tributa iri ingennè profitetur ſuis illis precib. 3.Reg.8.25. *Nunc igitur Domine Deus Iſrael, conſerua famulo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei*. Quam orandi for- C mulam quinquies in vnica, & eadem oratione vſurpat, octies repetito Dauidis parentis nomine, verſ. 15.20.24.25.26. & vt idē agnoſceret ſentiretque populus, curabat, vt indicant illa verba 3.Reg.8.66. *Dimiſit populos lætantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid ſeruo ſuo*; & tam magnifice ſentit de parentis virtute, vt diuinum illud ſapientiæ donum quod tam ardenter à Deo obtinere contendebat, eo ſolùm poſtulare videretur, vt parētis virtutem aliqua ratione referre poſſet, neq; omnino indecenter, & indecorè in locum & ſedem illius ſucceſſiſſe viderētur: *Et ero* (inquit) *dignus ſedium patris mei*. Sap.9.13.

D

Erga amicos paternos liberalis.

Octauò, quòd qui erga hominem morte dignum, quòd aliquando parentis laborum particeps fuiſſet, tam ſe præbuit benignum; quàm liberalis quàmq; munificus fuiſſe credendus eſt erga paternos amicos præclare de parente meritos, & ſuę fidei commendatos; *Sed &* (inquit Dauid) *filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam eruntque comedentes in menſa tua: occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Abſalom fratris tui*. quod elegāti paraphraſi locupletat Ioſephus li. 7.ca. 12. *Commendo tibi Berzellai Galaadita filios; quos mea cauſa omni ſtudio atque honore poſequeris, non conferēs in eos beneficium, ſed referens, pro officijs quæ pater eorum in me exulem liberaliter congeſſit, & per quæ nos ſibi debitores effecit*. Et eleganter E quidem dixit, *Reddes*, aut *referet gratiam*, quaſi par pari compenſando; digni enim erant menſa regia, qui Dauidem, ſociòſque, ſiti & fame vexatos recrearunt liberaliter, 2.Reg. 17.27. Quare propriè ex Hebræo eum locum legerunt Septuaginta: *Quia ſic appropinquauerūt mihi*, id eſt, quia ſimili cibi & potus ſubſidio ſponte oblato noſtræ indigentiæ ſubuenerunt. Et ſignificanter dixit vulgatus: *occurrerūt*, quod in Originali & Septuag. propriè eſt; *acceſſerunt*, vel *apropinquauerunt*: vt indicaret qua ratione pauperi & indigēti ſubueniendum ſit, ad illius inopiam ſubleuā-

2.Reg.17. Ioſephus.

Par pari compenſatum.

5 קרב *Appropinquare. & occurrere* quid propric. Pſ. 37. 23.

A dam, nimirum non ſolùm non fugiendo, ſed ſponte accedendo, contra quàm illi faciebant qui *de longè ſteterunt* pauperis clamorem; non enim permittendus egenus, vt integrum ipſe iter conficiat quo ad te deprecādum peruenire poſſit; ſed pars etiam viæ à te ſuſcipienda vt illum quæras illique occurras. ſicut ſcriptum eſt, Prouerb.22.2. *Pauper & diues obuiauerunt ſibi; vtriuſque operator eſt, Dominus*. Non diſſimili ſanè ratione optimus princeps, & pietatis cultor ſiue quiuis alius familiæ probus moderator, ſponte obuiam procedere debet indigentibus, nō petitus non vocatus, ſed ſua tantùm pietate, & officio impulſus, vel ad debito præmio ſubditorum B ſuorum ſpontanea obſequia proſequendum, vel ad ærumnas ſubleuandas, vel etiam ad imminentia damna opportuno remedio reprimenda. Quod à Salomone optimo ſanè principe, & pietatis amante, tum ſui muneris, tum parentis nomine, ſanctè & piè præſtitum eſt.

Sponte occurrēdum pauperi.

Patris ſa- mi. officii.

CAPVT XII.

Illius pietas & religio aduerſus Deum.

Ad locum 3.Reg 33. Dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui.

C

1 *Salomon ſanctè inſtitutus: Suauiſſima charitate, & deuotione perfuſus* Diligere, *quid propriè in vſu ſacro. Illuſtrant Moyſes, & Samuel.*
2 *Salomonis familiaritas cum Deo. Diuinorum guſtus. Sacrificiorum magnificentia.*
3 *Ardor ædificandi templi, & obtinendæ ſapiētiæ.*
4 *Altaris, & tabernaculi cultus. Iurādi reuerētia.*
5 *Animi alacritas in dedicatione tēpli. Illuſtratus locus Canticorum.*
6 *Princeps pietatis ſponſus atque reipublicæ. Præconium in dedicatione Templi.*

D SAnctiſſimorum parentum religio, & ſanctitas in Salomoni filij ſancta à primis annis inſtitutione, & inſigni erga Deum pietate mirificè enituit. Quæ ſanè ſicut cum puero cœpit, vt videri potuiſſet *timor Domini* cum Salomone *in vulua concreatus*; ita cum illo *gradiebatur*, progreſſus in dies faciens, & cū adoleſcente adoleſcebat; proficiebat enim ætate & ſapientia & gratia apud Deū & homines; & ſuſcipiebat ſubinde *gratiarum incrementa*.

Eccl. 1.16.

Salomonis diuinorū guſtus, & dulcedo.

Sed primò quidem mirabili quadam diuinorum tractandorum dulcedine, & promptiſſimi animi in diuino obſequio ſuauiſſima deuotione perfundebatur: quod illa verba indicant; *Dilexit Salomon Dominum*. nam ex vocis proprietate E id verbum *diligendi* affert tenerū quendā, dulcē vehementē animi motū; quo amantes, & ſiue parentes erga iuniores filios; ſiue cōiuges, ſiue amiciſſimi inter ſe affici ſolent. quod exempla oſtendunt. Geneſ. 37.3. *Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum*: cuius *dilectionis* ſigna contraria ſunt oppoſito *odiēdi* vocabulo, quod ſtatim ſubiungitur verſ. 4 *Videntes fratres quod à patre plus cunctis filijs amaretur oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui*. Et per eadem originalia verba nominantur, Deuteron. 21. 15. *Vxores duæ, vna dilecta, & alte-*

Diligere cū tenero affectu.

אהב

שנא

altera odioſa. Ergo eius *dilectionis* illa propria argumenta ſunt, conuictus quotidianus, *verba pacifica*, & *delinimenta blãditiarum*. & alia id genus Gen. 34.3. Affert item amicitiæ & coniugij charitatem, 2. Reg. 1. 16. *Amabilis* (mihi, inquit

Theodoret.

Dauid de Ionatha) *ſuper amorem mulierum* (nimirum coniugio iunctarum. interpretantibus Theodoreto 3.7. & Procop. 2. Reg. erga coniuges autem virorum amor ſincerus & vehemens eſt, Geneſ. 2. 34.) & ſubiungitur huius, vehementis amoris ſimilitudo alia; *ſicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam*. Quod licèt

Abulenſ.

in Hebręo aut Gręco non habeatur, neque quidem cum Abulenſi dicendum ſit ex notatione aliqua marginali irrepſiſſe in textum. quippe eſt de ipſo vero & probato textu. ſed interpres ſanè illam ſentẽtiam addidit ſapiẽter, vt vim latentem in illo *diligendi* verbo expreſſiorem & il-

2 luſtriorem redderet. Ergo *diligebat Salomon Dominum*, cum quo illi quotidianus conuictus, aſſidua, pacifica, dulcia colloquia; nos diceremus *No guſtaua de otra coſa ſino de Dios, y en el teniato das ſus mientes.* Tum pręterea ex aſſiduo & quotidiano cum Deo congreſſu, maiori ac ſuauiori in dies guſtu perfundebatur; quod item affertur verbo *diligendi*. nam vt peritiores Hebraicæ linguæ obſeruant, ſignificat dilectionem aut amorem natum ex experimẽto. vt indicat illud Gen. 27.4. *Fac mihi pulmẽtum ſicut velle me noſti*. prop. *quemadmodum diligo (como yo ſuelo guſtar.)* Nihil igitur ſapidum Salomoni pter diuina, quæ ardebat, quouſq; cõmutauit ſpiritales delicias cum *amore ardentiſſimo* impuriſſimarũ fœminarũ. 3. Reg. 11. 2. *quib. copulatus* eſt, vt ex Hebræo legit, *amando*, vel, ad amandum, vel, ad *dilectionem capiendam*, vt alij legunt, ſiue, ad delectandum.

Vatabl. Pagnin. Regia. Tigur. Forſterus.

Spiritales Salomonis deliciæ.

Atque has *diuinas* Salomonis *delicias hauſtumque diuinorum munerum*, tam ingentes fuiſſe vt occaſio fuerint Salomoni labendi ad impuras corporis voluptates exiſtimauit Seraphinus Firmanus lib. de Aurea & Reg. diſcretione. de quo dicemus libro ſequenti. Cuius rei indicio ſunt illa verba, quibus ſapientiæ oblectamenta celebrat ipſe Salomon Sap. 7. 12. & 8. 1. 2. 9. 16.

Sacrificiorũ religio.

Secundo, Eius religio & ſanctitas promptiſſimę pietatis perſpici potuit in ſolemnibus ſacrificijs, tum in illo Gabaon millenarum victimarũ, de quo ſuperiùs dicebamus, lib. 3. tũ in alijs annuatim recurrentibus. quæ demirabatur regina Saba. 3. Reg. 10. 5. de quibus inferius. & in dedicatione Templi, & ſolemni arcæ põpa 3. Reg. 8. 5. 2. Paral. 5. 6. de quib. ſuperius. vbi victimæ *abſq; æſtimatione & numero. Tanta enim erat multitudo victimarum*, quod propriè in Hebreo eſt, *Non numerabantur propter multitudinem*. vt inde colligas Salomonis deuotionem, & Deo placendi famem vix ſatiari potuiſſe hoſtijs innumeris, cùm

Copioſiora Salomonis quam Dauidis ſacrificia.

tamen victimæ, quas obtulit Dauid deducens Arcam ex domo Obededom in domum ſuam, non fuerint vltra numerum nam cum tranſcendiſſent *qui portabant arcam Domini ſex paſſus, immolabat bouem & arietem*. 2. Reg. 6. 13. idque vbi erat vnus chorus Leuitarum. Cum autẽ fuiſſent *ſeptem chori*, vt dicitur 1. Paralipom. 15. 26. *poſt ſex paſſus* in ſingulis choris immolabantur ſingula ſacrificia bouis, ouis, vituli, id eſt, in omnibus ſimul animalia vnum & viginti, vt ex locis adductis neceſſariò colligitur. At præter ſacrificia, quæ paſſim etiam immolata à Salomone exiſtimari fas eſt; *Mactauit hoſtias pacificas boũ viginti duo millia, & ouium centum viginti millia, &* ſan-

A *ctificauit rex mediũ Atrij, quoniã altare æneũ capere non poterat holocauſtũ, & ſacrificiũ adipẽ pacificorum*. 3. Reg. 8. 63. 64. Quid ergo dicendum; feruenti otne eo tẽpore Salomonis, quàm Dauidis profuſiſſimæ pietatis charitas & deuotio, hoſtias innumeras immolantis?

Tertiò, Enituit quoque incitatiſſimum pietatis ſtudium in illo magnificentiſſimo totius orbis templo immo & miraculo, tum præparando & exornando, tum vergendo & properando atque ad ſummum perfectùmque perducendo ſeptem, non amplius, annorum ſpatio: quod, vt Ioſephus ait, *non ad opulentiæ modo, ſed & celeritatis oſtentationem perfecit: ætatem enim integram hominis poſcere videbatur*. cùm tamen domum ſuã

3
Ædificãdi templi alacritas & ardor.

Ioſeph li. 8. cap. 2.

B duplo longiori tempore, id eſt, tredecim omnino annis abſoluerit: quippe illud Deo diligentiſſime & ſtudioſiſſimè; hoc verò ſibi domicilium negligentius extruendum curabat. de quo dicebamus lib. 5. cũ de vrbanis ædificijs Salomonis.

Quartò, Euidens argumentum feruentiſſimæ cuiuſdam deuotionis, & aſſiduitatis orandi, præbuit in illo ſuæ ſapientiæ obtinendæ voto ardẽtiſſimo diurnis nocturniſque precibus, aſſiduis, lacrymis, congreſſu, ac colloquio ſuauiſſimo frequenter cum Deo & cum Sapientia ſponſa inito; contemptu præterea rerum, cæterarum, vt libr. 3. exponebamus: quibus ſuam pietatem & religionem aduerſus Deũ, diuinàque omnia, aper-

Ardor poſtulandę ſapientiæ.

C tiſſimè conteſtatus eſt.

Quintò, Ex eo quoque elicitur ſumma religionis obſeruantia, quod Ioab fugiens Salomonem, 3. Reg. 2. nullum aliud ſibi perfugium, quam ex altari & tabernaculo parandum iudicauit, *impunitatem ſe inde quæſiturum exiſtimans*, (vt Ioſephus dixit) *propter notã regis erga Deum pietatem*. Tum prætereà, quòd non alio fortiori vinculo contineri in officio & in vrbe nefarium illum Semei poſſe putauit, vt erat Rex ſanctiſſimus, quàm iureiurando conſtringens hominem ac poſtea periurij pœnam capitis ſupplicio religioſiſſimè repetens, vt Ioſephus ſcribit: *Non euades* (inquit) *pœnam periurij vir peſſime*. Quod au-

4
Obſeruantia erga Sãctuarium.

Ioſeph. li. 8. cap. 1.

Iuramenti religioſiſſimus ſeruator.

D tem iuramenti, id eſt, eorum, quæ ad primam legis tabulam & diuinum cultum pertinebant, ſtudioſiſſimus cultor fuerit, argumẽto eſt, quod in illis ſuis precibus 3. Reg. 8. 32. nullius peccati prius à Deo veniam precatur quam violati *iuramenti*: immo non tam veniam, quam ſeueriſſimum ſupplicium periurij expetit; *Iudicabis* (inquit) *ſeruos tuos, condemnas impium, & reddẽs viã ſuam ſuper caput eius*. de quo dicebamus lib. 5. vbi de Templi dedicatione.

Sexto, ille in dedicatione Templi preces, vt longiſſimæ, ita pietate pleniſſimæ ſunt, tum potiſſimum ſingularis animi lætitia atq; deuotio, qua perfuſum fuiſſe indicat ſacra hiſtoria extre-

5
Preces longiores.

Deuotionis ardor i Templi dedicatione.

E mis illis verbis, cap. 8. 66. *Dimiſit populos qui benedicentes Regi, profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes & alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid ſeruo ſuo*. Quanta autem fuerit eo die Salomonis deuotio & alacritas, Hebræi, & nominatim Kaldæus & R. Abrahã filius R. Meir Hiſpani. ex parte etiam R. Salomon, & Hebræi in Seder Olam, vbi de Templi dedicatione, oſtẽdere conantur ex illo Cant. 3. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*. Aiunt enim, cum lætiſſimum diem extitiſſe propter dedicationẽ Templi: cùm egreſſi vndique ex regno Iſraelitico con-

R. Abrahã, Kaldæus, & Hebræi citantes R. Salomon.

A co confluxerunt Ieroſolymam: & Salomonem purpura & gemmis radiantem, diademate pretioſiſſimo inſignitum, incredibili gaudio conſpicientes ante Arcam incedẽtes comitati ſunt. *Matrem* autem Salomonis vocari ipſam Eccleſiam, & cœtum Iſraelitarum, quæ vt nunc vocatur mater, ita aliquando ſponſa, aliquando ſoror propter eximiam regis Salomonis erga Synagogam cuius filius erat, charitatem. Et quidẽ qui mutua animorum conſenſione alteri obſequitur, illius *frater, & ſoror, & mater eſt*, Matth. 12. 50. vide Genebr. eo Canticorum loco ex Kimhi.

Synagoga mater Salomonis.

Genebrard.

6 Dicit etiã eum ipſum *diem deſponſationis*, quo quaſi nouo fœdere, & iure cõiugij totum ſe pietati, & cultui, atque dilectioni diuinæ legis rex B tradebat. Et veroſimile quidem eſt, Regni proceres, & vniuerſam multitudinem, non aliter quam in nuptialibus feſtis ſolemnia ad regem munera detuliſſe, & ad Templum obtuliſſe pretioſa anathemata, lætitiæ & boni ominis ergo. Denique regem, tunc quaſi ſponſum; & charitatis & arctiſſimę beneuolentiæ lege, nouo ſtabili to fœdere populum ſibi ſubiectum deuinxiſſe, tanquam ſponſam; atque adeo etiam ab ipſo populo & regni primoribus coronatum fuiſſe Salomonem nouo aliquo & pulcherrimo diademate. Quę ſanè omnia ſua paraphraſi indicauit Kaldæus in hæc verba: *quando venit Salomon rex, vt* C *faceret dedicationem domus ſanctuarij, præco, egreſſus eſt in fortitudine, & ſic ait: Egredimini & videte habitatores prouinciarum terræ Iſrael, & populus Sion, Diadema, & coronam qua coronauerunt populus domus Iſraele regem Salomonem in die dedicationis domus Sanctuarij.*

Princeps pietatis ſponſus & ſuę plebis.

Kaldeus Can. 3. 11.

Porro quod ſequitur *in lætitia cordis eius*. Kaldæus referre videtur ad illam alteram ſolemnitatem Tabernaculorum, quæ eodem tempore Templi dedicationi occurrit, vt inferius indicabimus. Et quidem alluſionem aliquam huius loci ad eam Salomonis hiſtoriam fieri, neque abſurdum, neque impoſſibile videtur; fortaſſe etiã opportunum vt meliori ratione veritas veri Salomonis Chriſti Ieſu illuſtriori figurę adijciatur D præſertim cùm nunquam tam expreſſe, & tam clare fuerit Salomon Chriſti Ieſu inumbratio & ſpecies quam in Templi conſtructione & dedicatione, vt inferius exponemus. Sed de hac re plura nos ad eum Cant. locum, interim adeundus Guidacerius.

Guidacerius.

Septimo, tandem rem eandem oſtendent peculiares alię circunſtantiæ, quæ in Templi dedicatione, & ſolemnibus Salomonis precibus perſpicientur, ſi hiſtoriam ipſam & caput integrũ percurramus, quod nos nonnullis notationibus illuſtrabamus lib. 5. vbi de Templo.

E

CAPVT XIII.

Eius in iudicando ſapientia & moderatio, tum alias, tum in illo duarum meretricum iudicio.

Ad locum 3. Reg. 3. 28. Audiuit omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex, & timuerunt regem videntes ſapientiam Dei eſſe in eo.

1 *Salomon rectè iudicandi laudę excellens. Carcer a Salomone constructus. Iudicia & ſupplicia illius æquo animo ſuſcepta. Illuſtratus Oſeas.*

2 *Salomon aditu facilis litigantibus. Profanorum principum in adeundo difficultas & terror. Illuſtratus ſemel & iterum Iſaias.*

3 *Meretricum iudicium ſapientiſſimum. Illius ſapientia à meretricibus tentata.*

4 *Salomonis ſolertia in eliciendà veritate. Lis ea perdifficilis & perobſcura.*

5 *An illæ meretrices, an tabernariæ aut cauponariæ.* Meretrix *vnde dicta, Hebraicè & Latinè. Illuſtratus Ioſue, & locus Iudicum & Regum.*

6 *Quęſtus meretricius coniunctus cum cauponario. Rahab meretrix.*

B

7 *Bona conſcientia tuta & audax. Infantes opprimi à parentibus non inſolens.*

8 *Fœminea fraudes. Parentes torqueri in filijs. Salomonis iudicium non emendicatum a conſiliarijs.*

9 *Eius iudicij à multis capitibus commendatio.*

10 *Duarum meretricum multiplex allegoria. Synagoga & hæreſis aduerſus fidem fraus.*

11 *Chriſti Dei hominis conſtans fides. Illuſtrati Iſaias & Ioannes. Chriſtus iudex.*

C SAlomonis in iudicando ſapientiam cũ ſingulari animi virtute cõiunctam, pueri adhuc, & nondum diuinam ſapientiam adepti, agnouit & comendant parens Dauid 3. Reg. 2. 6. 9. de quo c. ſequente. Nunc de illius ſapientiſſima iudicandi æquitate & moderatione.

1 Iudicandi rectitudo.

Et quidem inter alia Salomonis encomia *rectè iudicandi* laudem illi defert Irenæus lib. 4. cap. 45. atque peculiarem quandam iuſtitiæ exequendæ rationẽ prædicari exiſtimauit Kaldęus in illo Cant. 7. 4. *Oculi tui ſicut piſcina in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*. interpretatur enim in hanc ſententiam: *Iudex tuus, qui iudicat* D *iudicium tuum, fortis eſt ſuper populum, vt alliget eos, & vt trahat eos, qui condemnãtur in iudicio ad carcerem: ſicut Salomon rex qui fecit turrim eburneam, & ſubiecit populum domus Iſrael, & cõuertit eos ad dominatorem ſeculi.* de *turri* autem *eburnea* dicebamus nuper, cum de Throno ad iudicandum eburneo. Facit etiam, quod paulo inferius num. 6. ſuper id, *Quam pulchra, & quam decora*, &c. ſcribit idem Kaldæus: *Dixit Salomon rex, Quam pulcher es cœtus Iſrael in tempore, quo tu portas ſuper te iugum regni mei, in tempore, quo ego corripio te infirmitatibus propter peccata tua, & tu ſuſcipis eas in charitate, & videntur tibi quaſi deliciæ.* Quibus verbis illam optimi Principis ſiue virtutem ſiue fęlicitatem ſignificaſſe videtur. cum E illius iudicia ita cum iuſtitia, & æquitate coniuncta ſunt, vt etiam ijs, contra quos pronuntiata ſunt, ſi non omnino grata, at certè non ingrata neque iniuſta videantur; ſicut de ſupremo eodemque ęquiſſimo iudice dictum eſt; *Iudicia tua tanquam lux egredientur*. nam diuina iudicia ſua integritate atque æquitate tanquam clariſſima luce, ſeſe prodent, atque commendabunt, *vt vincas cum iudicaueris*. Sed tum hæc, tum aliæ optimi ac ſapientiſſimi Principis virtutes in illa duarum meretricum lite dirimenda egregiè enitent. Quam nonnullis obſeruationibus illuſtrabimus.

Irenæus.

Kaldeus.

Kaldeus.

Principis iudicium etiam locinbus iuſtum.

Ac pri-

2

Ad principem cuicũque facilis aditus.

Ioſephus.

A

Ac primò quidem pręclara reſplendet Principis humanitas, ad cuius tribunal etiã ipſis Reip. viliſſimis ſordibus, id eſt, meretricibus facilis parebat aditus; quas & ſingulari *patientia*, vt Ioſephus ait, tacitus audiuit, plura pro ſe clamãtes & loquentes, alteram etiam mentiẽtem, & plus æquo mendacia exaggerantem. Non is ſanè de illorum inſolentiſſimorum iudiciũ numero, de quibus Iſai. 1. 23. *Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.* qui *perſonam in iudicio accipiunt.* vt ſanè videatur, Salomonem ſanctè & benignè iudicantem reſpicere id quod ſequitur; *Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & cõſiliarios tuos, ſicut antiquitus: poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis.*

Ieroſolyma Salomonis tempore, ciuitas iuſtitiæ.

B

Porro quando, ſi non Salomonis tempore, ius dicentis, tum ſuis popularibus tum exteris ad audiendum confluentibus, veriſſimè Ieruſalem vocari potuit, *Ciuitas fidelis plena iudicij. Iuſtitia habitauit in ea?* Quod cum eo

Iſai. 1. 26.

conſonat; *Audiuit omnis Iſrael iudicium. quod iudicaſſet rex* &c. Quid verò eſt *Iuſtitiam habitaſſe in Ieruſalem*, quam obuium fuiſſe iudicem, & pronum ad faciendum iudicium; neque opus fuiſſe ciuibus alio diuertere, aut diutius expectare, q̄ ſuas lites æquiſſima ſentẽtia dirimeret? Nõ opus *catena* quaſi *reuinctum* trahere regem, vt audiat & iudicet pulſata & aperta illius feneſtra; vt apud Reges Sabęos in vſu fuiſſe ex Atheneo ſuperius indicabamus: qui etiam ſcribit,

Athen. l. 12. ſuperius l. 5. c. 9 ſect. 1.

Terror prohibens ad Alexandrũ accedere.

C

Alexandrum in aurea ſella ſedentem, & ius dicentem, circumdatum quingentis clauarijs Perſis, mille ſagittarijs, quingentis clypeatis Macedonibus, mille item Macedonibus cum agmine ſtratorum Elephantorum, alijs item decem Perſarum millibus, neminem audere accedere in tanta dignitate ac maieſtate. Sed ad Salomonem tamen etiam ipſæ meretrices ius petituræ audebant accedere.

3

Primum Sapientiæ documentũ.

Theodoret.

Secundò, enitet in hoc iudicio mirabilis ſapientia, tanquam in primo, eodemque manifeſtiſſimo diuinitus acceptæ ſapientiæ argumento; & propterea meretricum hiſtoriam, quamquam materiæ obſcurioris, recenſitam à ſacro ſcriptore ait Theodoret. 3. Regum. q. 14.

D

vt oſtenderet regis ſapientiam. eſt enim ſapientiſſima rerum intelligentia ea quæ latent oſtendere, & quæ ſunt occulta, aperire, & de natura habere quæſtionem, & controuerſiæ ei dandam permittere ſententiam Protinus ergo altera quidem oſtenſa eſt mater, altera verò fuit refutata. Tum voluit Deus, vt iudicium illud publicum eſſet, *vt donum collatæ ſapientiæ omni populo panderetur*, vt eleganter Proſper dixit parte 2. de Prædict. c. 27.

Proſper.

Gregorius.

Virtus tẽtatione ꝓbata.

Tertiò, eò etiam pertinet, quod D. Greg. lib. 8. Moral. c. 20. hoc iudicio poſt acceptam ſapientiam celebrato, doceri exiſtimat, virtutem cuiuſque tentatione probari, & examine de illa facto declarari, quantum valeat quantaque ſit;

E

Quod bene (inquit) *nobis ex hiſtoria ſacra lectione innuitur, qua Salomon & diuinitus accepiſſe ſapientiam; & tamen poſt acceptam eandem ſapientiam, meretricum ſtatim pulſatus quæſtione memoratur. Mox enim vt tantæ reuelationis gratiam accepit, certamen turpium mulierum pertulit; quia nimirum ſæpe cum mentem noſtram conceſſis virtutibus reſpectus intimæ largitatis illuminat, hanc protinus etiam lubricæ cogitationes turbant, vt quæ ſubleuata immenſo munere exultat, etiam tẽtatione pulſata, quid ſit, inueniat.* Id quod Eucherius initio 3. Reg. & ex vtroque Angelomus, repetunt, & illuſtrant.

Eucherius.

Ac quidem neſcio quid omnis in hoc primo meretricum iudicio ineſſe videtur, aut potius certi prognoſtici, fore vt Salomonis ſapientia meretricio & mulieroſitate tentaretur, atque obſcuraretur. Tum pręterea, eiuſmodi carnis & turpis voluptatis tẽtationib. obnoxios fieri, q̄ de ſapiẽtia inſoleſcũt. Quare ne *magnitudo reuelationum extolleret Paulũ. datus eſt illi ſtimulus carnis ſuæ.* Sed de hoc plura cum de Salomonis peccatis.

Salomonis ſapiẽtia meretricio tẽtata.

2. Corint. 12. 7.

Quartò: Quod ad ſolertiæ Salomonis amplificationem pertinet, ſanè in hiſtoria per ſe aperta multum ad iudicandum difficultatis & ambiguitatis fuit, vt Hieronymus epiſt. 131. ad Ruffinum dixit: *Interpretatio* (inquit) *iudicij Salomonis quantum ad ſimplicem hiſtoriam pertinet; perſpicua eſt: quod puer annorum duodecim, contra ætatis ſuæ menſuram, de intimo humanæ naturæ iudicarit affectu, vnde & pertimuit eum omnis Iſrael, quod ſcilicet eum manifeſta non fugerent, qui tam prudenter abſcondita deprehendiſſet.* Tamen proculdubio iudicium ipſum arduum fuit & perdifficile, & quod Ambroſius lib. 2 de Offic. c. 8. & de Spiritu S. lib. 3. c. 7 *nobile ac plenum ſapientiæ & iuſtitiæ iudiciũ appellat.* Propter exemplum autem iudicibus præbendum ſcriptum fuiſſe intelligi poteſt: *Rem* (inquit Ioſeph. lib. 8. c. 2.) *controuerſam, qualis erat, neceſſarium duxi indicare, vt qui hæc legent, difficultatem decernendi intelligant, & ſiquando tale quidpiam inciderit, ad exemplar ſolertiæ regiæ, difficultatem diſquirendi ſibi comparent.*

4

Salomonis in iudicio ſolertia.

Hieronym.

Iudiciũ difficile.

Ambroſius.

Ioſephus.

Quintò. Ergo hæc reddebant iudicium perdifficile. Primum quidem, quod nullus eſſet locus teſtibus, cum res & noctu, & nullo teſte, cõtigiſſet: *Eramus* (inquiunt) *ſimul, nulluſque alius nobiſcum in domo, exceptis duabus.* Secundum, quod nulla eſſet rei euidentia, ſed tantum ipſæ etiam fœminæ coniecturis agerent, ſuſpicatur enim altera oppreſſum infantem vnum, quippe nulla infirmitas præceſſerat, vt repentè moreretur alia de cauſa; alterum item viuum furto ſublatum de latere dormientis, cuius rei nullus teſtis, niſi dormiens. Tertium, quod nulla in pueris ætatis differentia: illa enim, quæ tridui tantum eſt, ad ſpeciem nulla eſt: *Tertia* (inquit) *die, poſtq̄ ego peperi, peperit & hæc.* Et mirũ, quod Ioſephus hoc tridui diſcrimen nõ agnoſcat: ſic enim narrat: *Accidit autem, vt ambæ eadem die eademque hora infantes maſculos pareremus.*; tãtum agnoſcit triduum à partu, cum mors infantis accidit. quare tanta rei obſcuritate & difficultate cognoſcendi freta illa, quæ mater non erat, videtur rem aggreſſa, vt, & Ioſephi verbis, vera ipſa mater dicebat. *Quia reperens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium Domine, confugi; nam quia propter ſolitudinem nemo eſt, qui coarguat; pertinaciter, quod meum eſt, abnegat.*

Iudicandi multiplex difficultas.

Ioſephus.

Sextò, videtur hoc iudicium de plano factũ, vt quod nullis ordinarijs probationibus, nulla aliorum principum iudicumve aſtantium ſententia & ſuffragijs preſtitum fuerit. Sed reuera pro tribunali videtur ſententiam pronunciaſſe Salomon: nam ſuum iudices regeſque olim munus obibant, nullis ambagibus nulliſque iuſtitiæ, & innocentię, moræ & temporis ludificationibus, aut tergiuerſationibus: & quamuis ſacra hiſtoria tantum dicat: *audiuiſſe omnem Iſrael iudicium, quod iudicaſſet rex*; tamen adſtitiſſe populum vniuerſum indicat Ioſephus, cum ait: ſententiam Regis, totum populum tacitè damnaſſe vt *puerilem*, tum prætetea *neminem inueniſſe, quid decerni poſſet, omnibus vt in re obſcuriſſima tacentibus.*

Iudicium de plano.

Iudicia olĩ ſine temporis diſpendio.

Ioſephus.

Sed

An veræ meretrices & Hebrę. Meretrix quid proprie & vnde dicta.

Sed ſeptimò, iam quænam iſtæ meretrices, & an meretrices. Cum enim non liceret quæſtum meretricium publicè facere in populo Dei, cumque Dauidis tempore, & Salomonis initijs, tam bene religionis & pietatis res conſtitutæ eſſent, vix videtur credibile, auſas fuiſſe publicas & famoſas meretrices coram rege ſancto comparere; vt forte fronte meretricia illius adoleſcentiam & pueritiam procaciter contemnerēt.

Kaldeus. Vatablus.

Kaldæus quidem *Tabernarias* legit, aut cauponarias. Vatabl. ait *doctiores existimare has mulieres fuiſſe artis cauponariæ, quarum mariti tūc fortè aberant negotiationis ergo.* & addit illud fuiſſe *præter morem meretricum*. quod *pareret* (frequenter

meretrices frequēter ſteriles.

enim non pariunt, id eſt, ſteriles ſunt, vt aliquādo fuſius diximus Commentarijs in Iob) *quod ſi pariunt, fœtum necare conſueuerunt*. Cum publici autem nomine ſoleant ſcorta ſignificari in ſacro

. קדשה *Antiphraſis.*

ſermone, primo *Kedeſa*, à verbo *Kadas*, quod eſt, ſanctificare, aut conſecrare. q. d. ſancta, aut conſecrata, per contrarium intellectum, id eſt, immunda & polluta, ſicut nos dicimus: *la ſantla y la buena muger* de qua meretricis appellatione non eſt dubium, quin ea ſit, quæ corporis quæſtum facit. Alterum verò nomen eſt *Zona*; quod hoc loco ſubeſt, & ab interprete Latino frequenter item *meretrix* vertitur, de quo eſt controuerſia; & quamuis nulla omnino ſit, propriè *meretricem* intelligi, Ezech. 16. 34. Geneſ. 34. 30. Prouerb. 23. 7. tamen de hoc noſtro loco eſt controuerſia, tum etiam & de illo Ioſue 2. 1. vbi

זנה

Rahab cuiuſmodi meretrix. Iephthe filius meretricis.

dicitur *Rahab meretrix* quam Hebræi poſt Kaldæum volunt fuiſſe hoſpitam cauponariam, vel tabernariam tum etiā ex Iud. 11. 1. vbi Iephthe dicitur *filius mulieris meretricis*, nimirum cauponæ, & fœminæ meritoriæ, non tam corpore quā vel taberna, vel hoſpitio, vel aliquo alio quæſtuario officio. Quare quod 3. Reg. 22. 3. 8. dicitur: *Mortuus eſt rex, & lauerunt currum eius in piſcina Samaria*, propriè ex Hebræo legitur, *Zonoth meretrices lauerunt currū eius.* Septuag. *Meretrices lauerunt ſe in ſanguine*; vbi alij legunt: *lotrices lauerunt*, id eſt mulieres meritoriæ lauandi officio:

6 Alij diremptam volunt controuerſiā hanc, comprehendentes eodem nomine vtrumque, id eſt, officium meretricij corporis, aut meritorij cuiuſcunque alterius quæſtus, eo quod lotrices, cauponatiæ & tabernariæ, quondam corpore etiam merebant.

Meritoria fœmina corpore, & caupona.

Certe verbum Græcū in Canonica Iacobi. c. 2. 25. cum dicitur *Rahab meretrix*, & ad Hebr. 11. 31. à *vēdendo* ſumptum eſt, q. d. mulier venditoria, ſed cuius rei non exprimitur.

πόρνη *Maſius.*

Vir doctus Andreas Maſius, minimè vult abſoluere Rahab à meretricatu, atque ea non leui coniectura vtitur; quod cum meminerit patris, ac matris, fratrum, ac ſororum, mariti tamen non meminerit. Sed hæc eadem coniectura firmior in hoc noſtro loco; nam & bonæ fœminę pariunt, & ſine maritis dormiunt, & litē, quod virorum potiſſimum erat, ipſæ per ſe conteſtantur: Non auderent, inquies, ſi meretrices eſſent. Imò quid non audeat frons meretricis ex frontis?

Amb. li. 3. de Virginis. Vera mater litem intendens.

7 Octauo; Vides eam, quæ vera mater viuentis infantis erat, bonæ conſcientię ac veritatis ipſius præſidio munitam, & , vt Ambroſ. ait, *veri amoris conſciam & culpa neſciam*, rem ipſam exponere Salomoni regi, & veroſimilibus coniecturis vti; nam minimè eſt inſolens infantes opprimi à parentibus dormientibus: & de re non infrequenti cauerunt Iura. Nam quod Dionyſius ait, quæ filium ſuum oppreſſerat, inuidiā ſimulatam, atque timore etiam, ne apud iudicem de ſui filij oppreſſione deferretur, primā ipſam proceſſiſſe in iudicium, & ſociam apud regem detuliſſe, manifeſtè ludit.

Cap. Finali de his, qui filios occiderunt. C. Conſul. uiſſe 274. Dionyſius.

Quid enim opus habebat litem alteri intendere, quæ infantem viuentem apud ſe retinebat? Videre item eſt maternū affectum ſemel & iterum diſpicientis, an ille eſſet filius ſuus: *Quem* (inquit) *intuens clara luce deprehendi non eſſe meum: hæc itaque non vinci metuens, ſed orbari nec iam ſaluti propria, ſed pignori ſuo conſulens* (vt Ambroſ. ait) *orare cœpit, vt incolumis magis puer traderetur aliena quā ſectus in partes matri propriæ redderetur; illam verò, quam morituri paruuli miſericordia non mouebat, exortem pronuntiauit eſſe naturæ, quam exortem vidit eſſe pietatis.*

Maternus affectus. Ambroſius.

8 Contemplari igitur licet fœmineos aſtus, & fraudes incredibiles, inuidiam, & quod fœminei & miſerorum ingeniū eſt, omnia velle ſecū perire, & quod ipſa nō poſſet, neque ſociā frui filij amplexibus.

Fœmineæ fraudes, & inuidia.

Porro inuidi & impuriſſimi animi, atque adeo meretricij illæ voces fuerūt: *Nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur*. Cuius exemplū aliquod in illo impuriſſimo Petronij cynædo; qui cum prædam ſibi eripiendā certò videret, *Age* (inquit) *nunc & puerum diuidamus, atque gladium parricidali manu ſtrinxit, & non frueris* (inquit) *hac præda, partem meam neceſſe eſt, vel hoc gladio contentus abſcondam.*

Petronius.

Nonò; Quamuis ſacra hiſtoria nihil referat Salomonē interrogaſſe, non dubium quin pro ſuo munere veritatem prius idoneis interrogationibus extorquere curauerit, quas etiam exprimit Ioſephus. nam tunc vel maxime gloria fuit regis Salomonis *inueſtigare ſermonem*.

Salomon idoneis interrogationibus vſus. Ioſephus. Prou. 25. 2.

Decimò; *Afferri ſibi gladium* rex iubet; & infantem viuum in duas partes diuidi. Rem elucidat Ioſephus. *Omnibus* (inquit) *in re obſcuriſſima cæcutientibus, ſolus rex tale quiddam excogitauit. Iuſſis afferri infantibus, tam viuo quam mortuo, vocat quendam ex ſatellitibus, imperatque, vt ſtricto gladio puerum vtrumque ſecet in duas partes, quo vtraque dimidium accipiat, tam viui quam mortui.*

Ioſephus.

Quod addit Ioſephus, de ſecando infante mortuo, non videtur valde veroſimile; quippe neutra mortuum volebat, totaque cōtrouerſia erat de viuente; itaque ille diuidēdus fuiſſet. Quod & in re dubia ſapientes iudices decernunt, & in re item controuerſa ſapienter feciſſe Dauidem 2. Reg. 19. 29. lib. 1. diximus, cum iuſſit inter Miphiboſeth & Sibam *diuidi poſſeſſionem*.

Ioſephus. In lite dubia diuidēdum.

Illud præterea Sagaciſſimæ ſolertię fuit, obiecto filij cruciatu parentes torquere, atque veritatem extorquere. Simile id, quod de Claudio narrat Suet. c. 15. *Fœminam non agnoſcentem filiū ſuum, dubia vtrinque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit indicto matrimonio iuuenis. ita negato, quod horrebat natura, filium agnouit.* Non aliter negantem filij necem, quam horrebat natura, matrem agnoſcit Salomon.

Parentes torquenti filiorum cruciatu. Suetonius.

Vndecimò; Tandem eleganter deſcribit Ioſephus regis ſagacitatem & ſententiam: *Hanc* (inquit) *ſententiam totus populus tacite damnabat, vt puerilem; ſed interim cum vera mater exclamaſſet, non ita faciendum, ſed potius alteri addicendum infantem: ſibi enim ſat eſſe, ſi viuum videat, etiam ſi alienus exiſtimetur altera verò parata eſſet ex alieno dolore crudelem voluptatem capere. Animaduertens rex has poſtremas voces non fingi eique exclamauerat, infantē adiudicauit, quod hæc re vera mater eſſet, alterius verò malitiam damnauit, quod &*

Ioſephus.

ſumm

ſuum perdidiſſet, & amica infantem perdere conaretur. Viſum eſt hoc populo inſigne argumentum regia prudentia ſimul & patientia; & ex illa die non ſecus quam diuina mente prædito obtemperabat. In quo, quam lõgè poſt ſe relinquat Salomonis iudiciũ aliorum regum ac conſiliorum ſapientiſſima iudicia, vel ex illo colligi poteſt Polybij, qui cum lib. 2. de Philippo Demetrij filio adhuc puero ſententiam in cauſis difficilibus dicente, loquitur: *Poſt omnes* (inquit) *rex ſententiam dixit, ſi tamẽ regis fuiſſe eam ſententiam putandum eſt: neque enim verſimile videtur, puerũ qui vix decimum ſe primum ætatis annum exceſſiſſet, de talibus tãtiſque rebus potuiſſe iudicare. Sed ſcriptorem hiſtoriæ decet firmatas in concilijs ſententias Principibus tribuere, quorum nutu omnia gubernantur.* Salomonis verò adhuc pueri ſententia minimè puerilis non ſenum fuit, nõ conſiliatiorũ: ſed vnius Salomonis.

Polybius. Hiſtoria Philippi parallela.

9 Ergo hoc iudiciũ, à iuſtitia, à ſagacitate inueniẽdi verum, à ſubtilitate penetrandi occulta, à ſapientia & admirabilitate commẽdat Ambroſ. lib. 2. de Offic. c. 8. meritò propterea ſcriptũ eſſe 3. Reg. 3. 28. *Audiuit omnis Iſrael iudiciũ, quod iudicaſſet rex, & timuerunt regem videntes ſapientiã Dei eſſe in eo ad faciendũ iudiciũ: Non immeritò* (inquit Ambroſ.) *æſtimatus eſt intellectus Dei eſſe in eo, in quo occulta ſunt Dei. Quid autẽ occultius, quã internorũ viſcerum teſtimonia, in quæ ſapiẽtis intellectus velut quidã pietatis deſcẽdit arbiter, & velut quãdã genitalis aluus vocem eruit, qua maternus patuit affectus?* Et cap. 20. iterum iuſtum & ſapientẽ Salomonem dicit quia in iuſto *cenſura diſputationis*, in ſapiente *calliditas inuentionis* ... *&* lib. 3. de Spiritu S. c. 7. Non niſi *Spiritus ſancti munere* Salomonem potuiſſe *fœminarum latentem conſciẽtiam penetrare*, idque *gladio Spiritus*, id eſt, diuinæ Sapientiæ acutiſſimo; ſcribitur enim Sap. 7. 22. *Spiritus intelligentiæ eſſe ſubtilis, mobilis, certus, acutus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens.* Quod Ambroſ. legit: *Penetrabilis eſt Spiritus intelligentia*, atque cum hoc ipſo Salomonis iudicio illud alterum pueri Danielis contendit, in quo ſimiliter calliditas inuentionis emicuit ad deprehendendum latentis fraudis me... *vt eos uox ſua proderet, quorum latebat affectus.*

A quib. cõmendetur hoc iudicium. Ambroſius.

Spiritus ſapientiæ acutus.

10 Duodecimò; Hinc, qđ ad mores attinet, Ambroſ. lib. 3. de virginibus. ſic philoſophatur: *Hæc licet in figura ſuperioribus ſint facta tẽporibus, ſcripta ſunt tamen ad correptionem noſtram, ut intelligamus prodi omnia poſſe, quæ facta ſunt, & omnia compoſita reuelari.*

Ambroſius. Nil occultum, quod non reueletur.

Decimo tertiò; Quod verò ad allegoriam pertinet, ſubtiliter rẽ eandẽ tractat Ambroſ. lite ſignificata & intentata inter tẽtationẽ, *quæ auctor erroris eſt* & fidem, quæ veritatis: cui tentatio *poſteritatis fructum auferre conatur. Itaque dũ tentatio litigat, fides fluctuat, donec gladius Chriſti quem uenit mittere in terra, latentes diſtinguat affectus.* Aliter Hieron. Epiſt. 131. ad Ruffinum Meretrices, Synagogam & Eccleſiam intelligit: illã quę oppreſſit infantem; hanc, quę viuum retinuit: ac perſequitur omnia minutatim tam ſubtiliter, vt nihil addi poſſe videatur. Paulo aliter eãdem allegoriam Synagogæ & Eccleſiæ gentium tractat Bernardus ſerm. 6. in vigilia Natiuitatis Domini, ad finẽ, induciteque Synagogam quæ licet *Chriſtũ filiũ peperit officio matris; nõ tamen matris affectu*, dicẽtẽ, *Nec mihi nec tibi, ſed diuidatur. Diuidatur, inquit nõ inter utraſq; ſed ab vtriſq;* videlicet, *ut ſe paratus ad neutrã perueniret.* Aliter Iſidorus in 3. Reg. c. 4. hæreſim & ſynagogam, q̃ filios interemit; & Eccleſiam quæ gemitu & pietate filios ab interitu redimit. Rem hanc hæreſis & veræ fidei cum varietate quadam habet Proſper. de Prædict. p. 2. c. 27.

Allegorica huius iudicij tractatio. Ambroſius. Hieronym. Bernardus. Iſidorus. Proſper.

11 Sed ſiue in ſynagogam incredulã, ſiue, in hæreſim impiam, Chriſti diuinitatem negantes, & vel ſolum hominem, vel ſolum Deũ aſſerentes, elegãter videtur quadrare illa *meretricis* vox: *Nec mihi nec tibi, ſed diuidatur*; quippe illa neq; ſibi volebat diuinum illud compoſitum duplicis in Chriſto naturæ; neque hęc ferebat animo Chriſtum Deum & hominem ab Eccleſia gentiũ diligi, & coli; volebat ergo vt diuideretur, & qui natus eſſet ſolum crederetur homo, vel qui Deus eſſet, natum eſſe de virgine non potuiſſet. At Eccleſia gentium vera fide iuſtructa non patitur Infantem diuidi, ſed integrum Deum & hominẽ colendũ, amãdum, credendũ ipſi offert Synagogæ. *Obſecro* (inquit) *ne diuidatur, ſed date illi infantem uiuum, & nolite interficere eum.* Huic tãdẽ infans viuus, integer, incolumis, Chriſtus, Deus homo datus eſt. Manſit ſine Chriſto, Deo homine, impudens & plena fraudis inuidiæque Synagoga, exultante interim, & concinnẽte cãticum lætiſſimum Eccleſia gẽtium Catholica: *Paruulus datus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Qua de re Ioannes 1. Canonica c. 4. 3. aduerſus mendacia Synagogæ, & hæreſis quaſi fallaciſſimæ meretricis nos inſtruens; ait: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe; ex Deo eſt, & omnis ſpiritus, qui ſoluit* (diuidit nexum diuinitatis cum humanitate, corporis cum anima, quemadmodum hæretici faciebant) *ex Deo non eſt.*

Illuſtris Synagogæ & Eccleſiæ allegoria. *Iſa. 9. 6.*

Decimoquartò; vltimò tandẽ ex hoc Salomonis iudicio Chriſti iudicis figuram illuſtrem ſpectari eleganter oſtendit tum Irenæus lib. 4. cap. 27. tum Nyſſenus hom. 7. in Cãtica *Salomonis* (in quit) *ſtudium in uerum iudicium, ſignificat uerum iudicem totius mundi qui dicit: Pater neminem iudicat, ſed iudicium omne dedit filio, quoniã non poſſum ex me facere quicquam, ſed ſicut audio, iudico, & iudicium meum iuſtum eſt. Hæc enim iuſti iudicij definitio, non ex ſe aliqua affectione dare reſponſum ijs, qui iudicio contendũt; ſed primum audire eos, qui ſubeunt, & deinde in eos ferre ſententiam.*

Irenæus. Nyſſenus. Figura Chriſti iudicis.

CAPVT XIV.

Eius in iudicando ſapientia cum ſumma iuſtitiæ integritate.

Ad locum 3. Reg. 2. 9. Vir ſapiens es, vt ſcias quid facias ei.

1 *Pueri Salomonis iuſtitia integritas & uirtus. Arcani cõmiſſi obſeruator. Illuſtratus locus Prouerbiorum*
2 *Sapienter & fortiter Adoniam reprimens. Quæ regia & imperatoria clementia. Priuatas iniurias condonans.*
3 *Ioab induſtrius & audacior aduerſus Danidem. Quod illius peccatum.*
4 *Princeps læſus amiſſione nirorũ fortium. Inſidioſum homicidium. Illuſtratus locus Regum.*
5 *Varia Hebræorũ lectio. Aſylũ ad altare apud ſacros & profanos Ara unde dicta. Quid aram tenere.*

6 *Ritus educendi ſontes ex locis ſacris, igne, aut fame.*
7 *An Salomon præcipiens interfici Ioab ad altare, peccarit. Fabula Rabbinica.* Deſertum *quid propriè.*
8 *Semei callidus & verſutus. Quæ illius maledictio peſſima ex Cabalica interpretatione.*
9 *Sobrior eius maledictionis interpretatio. Salomonis ſapientia in homine ſeditioſo puniendo.*
10 *Nihil iniuſtius Salomon aduerſus Semei. Impius tandem in ſupplicij laqueum incidens.*
11 *Semei ſeditioſus. Salomon cum ratione agens omnia. Interrogatio iudicis vehemens. Illuſtratus Matthæus.*

I. Integritas Salomonis adhuc pueri.

1 Mirum, quod puero adhuc, & nondũ diuinam illam ſapientiam cęlitus adepto, tantum tribuerit pares Dauid, vt difficillima illi iudicia non ſolum permiſerit viuens adhuc, ſed moriens perficienda dimiſerit. Atque illud in ſuo teſtamento addiderit: *Vir ſapiens, vt ſcias quæ facias.* rurſu: *Facies ergo iuxta ſapientiam tuã,* nimirum vt ex opportuniſſima temporis occaſione captata in ſontes animaduerteret: & quæ patris partes erant ita tueretur, maturo de ſontibus ſupplicio expetito, vt nulla in re parentis mitiſſimi apud populares exiſtimatio lęderetur. Quanta enim in principe ſapientiæ & conſilij maturitas requiritur, vt ita de ſontibus ſupplicium exigat, vt non temeritate & ira, ſed iure & ratione egiſſe videatur? Atque illa item in Principe ſapientiæ & prudentiæ pars nõ vltima, quę in Salomone quoque emicuit, vt arcana conſilia apud ſe contineat ſuo tempore prodenda. Prou. 25.3 *Cælum ſurſum & terra deorſum: & cor regũ inſcrutabile.* Dubitari enim nõ poteſt, quin illa, quæ ad ſontes puniendos Salomoni à Dauide mandabantur, ſecretò & ſine arbitris commiſſa fuerint: quæ ita in ſinu ſeruauit prudentiſſimus puer, vt nunquam diſcingeretur.

Pueri Salomonis integritas & arcani cõmiſſi obſeruatio.

Princeps arcana ſuo pectore cõtinens.

Illud præterea voluiſſe videtur Dauid, cum regi nouo præcipit, vt à ſanguine & ſupplicio ſeditioſorum hominum regnandi initium duceret, vt *nemo adoleſcẽtiam* illius *contemneret.* quin potius virtutem animi virilem, & maſculam, in molli & tenera ætate agnoſcentis revererẽtur, & pacem firmam & ſtabilem non ſine ſanguine & funere obtineri vniuerſi intelligerent. Sed in quonam ea pręclara iuſtitię & virtutis documẽta præbuerit, nunc per partes explicandum.

Adoleſcentia Salomonis nõ contẽnenda. 1. Tim. 4. 12.

II. Sumptum de Adonia fratre ſupplicium, 3. Reg. 2.24.25.

2 IN eo primum obſeruandum, quam ſapienter Adoniæ fratris inſidias detexerit celeriter, atque fortiter repreſſerit. nam ex illa Abiſag Sunamitidis vxoris paternę in ſuam vxorem poſtulatione, mira ſagacitate ſubodoratus eſt ſeditioſi fratris non ſolum ingenium, verumetiam conatum maiora moliendi, atque regnum occupandi. Plenam igitur virtutis & animi vocem illam edidit, 3. Reg. 2.23. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat* (malè mihi accidat Deo irato) *quia* (niſi) *contra animam* (ſalurẽ, & vitam) *ſuam loquutus eſt Adonias verbum hoc. Et nũc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum. ſicut loquutus eſt, quia hodie occidetur Adonias.*

Vnde odoratus eſt fratris inſidias.

A

Secundum, excanduiſſe videtur adnerſus matrem, Adonię partes agentem; quod ex pietate fuit & admonẽris fœminam ſimplicem atque ſecuram de latente diſcrimine. Quanquam enim, vt Ariſtoteles dixit *fœmina in quoque genere ſint aſtutiores, & callidiores,* quo natura illas faceret in ſeruanda prole ſollicitiores, & acutiores ad cognoſcenda pericula: at ſapientiſſimus Salomõ bonam fœminam nunc dormitantem acri illa interrogatione excitat: *Quare poſtulas Adoniæ Abiſag Sunamitidem? Poſtula ei & regnum.* vt vel hinc colligi poſſit quod grauiter, ac verè Honorius & Theodoſius Imperatores dixerunt; *Fœminarum conſilium aduerſus propria commoda laborare.*

B

Ariſt. Libello de Genera. Animal.

Fœminæ ſimplicis admonitio

L. ſi pater C. de ſponſ.

Tertium, Potuiſſe Salomonem videri alicui præcipitem & temerarium in occidendo fratre. Qua de re à quibuſdam reprehenſum teſtatur Theodoret. 3. Regum. quæſt. 7. & Procop. eodem loco. Quis enim neget primordia huius regni non fuiſſe ſuppliciorum multorum, & fraterno in primis ſanguine madida? Poſſe etiam conſpici maioris clementię in profano principe documenta? nam Titus, anctore Sueton. 9. *Fratrem inſidiari ſibi non deſinentem. ſed pene ex profeſſo ſollicitantem exercitus, meditantem fugam, neque occidere neque ſeponere, ac ne in minore quidem honore habere, ſuſtinuit, ſed, vt à primo Imperij die, conſortem*

C

ſucceſſoremque teſtari perſeuerauit, nonnunquam ſecretò lacrymis, & precibus orans, vt tandem mutuo erga ſe animo vellet eſſe. Duos Patricij generis conuictos in affectione Imperij nihil amplius, quam vt deſiſterent, monuit. Simile quid de Auguſto ſcribit Seneca lib. 1. de Clem. c. 9. ſumma clementia parcentis inſidiatori Cinnæ, & ex inimico amiciſſimum reddentis. Quàm alius prima ſpecie Salomon, qui ne monitos quidem, fratrem, & Patricios duos, primo eodemque vltimo ſupplicio damnatos voluit?

Theodoret. Procopius.

Iniria regni Salomonis cruenta.

Titi Imperatoris in fratrẽ clementia.

Suetonius.

Seneca.

Sed ſapienter Theodoretus & Procopius reſpondent, non exigendam à Salomone ſummá illam philoſophiam, & animi perfectionem Pro

D

pheticam, aut Apoſtolicam; ſed regiam & imperatoriam, & quæ non ſolum tam priuatam ſuæ vindictæ, boniue opportunitatem, quam communem totius regni ſpectaret. Ergo pro ſuo munere, quamuis iam humaniſſimè fratri ſeditioſo, & regni affectatori, condonaſſet, quæ ante conſecrationem in regnum aduerſum ſe egerat, præmiſſa illa admonitione ſeruandæ fidei, atque probitatis, 3. Regum. 1.52. *Si fuerit uir bonus non cadet ne ullus quidem capillus eius in terram: ſin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Miſit ergo rex Salomon & eduxit eum ab altari: & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomo; Vade in domum tuam.* poſtea tamen iterum regni affectatorem, & inſidiatorem poſtulato illo Abi-

E

ſag coniugio, iure ac lege iubet interfici; quod iuſtitiæ ac ſingularis virtutis fuit, & communem populi tranquillitatem tuentis vt illa verba indicant; *Poſtula ei regnum: ipſe eſt enim frater maior me; & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab, 3. Reg. 2.22.*

Theodoret. Procopius.

Imperatoria Salomonis clemẽtia.

III. Ioab imperatoris ſententia capitis, & ſupplicij formula.

IN quo primo obſeruandum, Ioab quidem virum fuiſſe fortiſſimum, atque ducem ſtrenuiſſimum, in primiſque ſapientem, & induſtrium,

ﬅuum, vt colligitur ex 2. Regum. 2. 13. & 3. 27. & 14. 2. 3. 20. Sed tamen paulo audaciorem, & iniquiorem: duplicis ergo homicidij per inſidias admiſſi reum Regum. 3. 27. & cap. 20. 10. Cuius commeritam pœnam diutius videtur diſtuliſſe David, vel quod illius opera atque induſtria ad res bellicas indigeret, vel, vt Ioſephus dixit, quod ſibi valde ab eo timeret, qui plurimum apud populum & milites auctoritate valeret. Sic enim inducit Davidem cum Salomone filio de Ioabo conſtituentem: *Memento iniquitatis Ioabi, qui propter æmulationem duos iuſtos duces ac bonos interemit: in eum tuo arbitratu animaduertes, quandoquidem hactenus pœnam euaſit, quod me ipſo eſſet potentior.* Quod ipſum videtur indicatum a David 2. Regum. 3. 39. cum poſt occiſum à Ioab Abner, dixit: *Ego delicatus & vnctus rex: porro viri iſti filij Saruia duri ſunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.* Quæ verba hunc habent ſenſum: Infirma rerum mearum conditio non patitur, vt de ducibus apud populum & exercitum me ipſo longè potentioribus dignum ſupplicium poſſim ſumere. Ergo cum me vires deficiant aduerſus homines *duros mihi.* in Heb. & Sept. *duriores me* prop. reſiſtere valentes, vel in reſiſtendo potentiores; totum negotium diuino iudicio committere decreui. Vid. Abulens. 2. Regum 3. quæſtione 35. & 3. Regum 2. quæſtione 11. 12. 13.

Cur David Ioabi ſupplicium diſtulit. — *Ioſephus.* — *Durũ* pro forti. — נוּקְשׁ — *Abulenſis.*

Secundo, David opportunè quidem Salomoni filio rem totam perficiendam commiſit; tum quod denuo Ioab peccarat, vt qui particeps fuiſſet ſeditionis illius Adoniæ affectantis regnum: tum quòd expediret, vt Salomon ſuæ pacis documenta præberet, oſtenderetque minimè tam indigere ducibus ſeditioſis, & turbulentis, quam ciuibus pacificis, & tranquillis rerum adminiſtratoribus, vt vel in hoc etiam Chriſti Ieſu veri Pacifici, figuram geſtaret; cui cũ ſe duces illi Chriſtiani agminis Iacobus & Ioannes nimium ardentes, ac fundendi ſanguinis percupidos præberent, dicentes: *Domine, vis dicimus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos? Conuerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Luc. 9. 55. 56.

Cur Salomon ducẽ fortiſſimũ perire paſſus. — *Luc. 9. 54.*

Tertiò, Plurima erant propter quæ repeti oportebat pœnam à Ioab. Primum illud quod ipſe David indicat, cum ait: *Tu noſti, quæ fecerit mihi Ioab*: vnde nonnulli interpretes eliciunt Ioab iniquè & infidè erga Davidem egiſſe cum arcanas illas litteras de occidendo Vria euulgauit, aut alijs quidem patefecit, quo Davidis peccatum non ſolum cum ingenti regis detrimento vulgo iactari cœpit, ſed ſcandalum etiam vulgo creatum eſt. Quod poſt R. Salo. tradit Nicolaus, & videtur ſequi Dionyſius. Sed doctè reijcit Abulenſis 3. Reg. 2. q. Exiſtimat tamẽ Abulenſ. præter homicidium illud iniquum & inſidioſum Abner, cõqueri Davidem de Ioab, quòd aduerſum ſe, id eſt, contra illius præceptum procurauerit necem Abſalom. 2. Regum. 18. & quod à pio illo Abſalonis luctu parentem Davidem conatus fuerit retrahere intenta comminatione ſeditionis alicuius popularis 2. Regum. 19. 7. *Iuro tibi per Dominum; quòd ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus eſt tecum nocte hac* &c.

Quæ Ioabi peccata. — *3. Reg. 2. 5.* — An litteræ Vriæ patefactæ a Ioab. — *R. Salomon.* — *Nicolaus.* — *Dionyſius.* — *Abulenſis.*

4 Sed quidem quãuis hæc vera ſint, videtur, tamen ſimplex illius loci intelligentia, *quæ fecerit*

A *mihi Ioab*, vt exponatur verbis ſequentibus; *quæ duobus principibus exercitus* &c. nam quod ducibus clariſſimis factũ eſt, regi factũ eſſe æſtimandum eſſe. Quæ enim res alia magis lædere regem potuiſſet, quam nex & amiſſio ducum fortiſſimorum, quales erãt Abner, & Amaſa, aut ſanctorum virorum, ſanctè & integre regni res adminiſtrantium? Quare hoc tantum peccatum homicidij grauiſſimi digno ſupplicio proſequendum præcipit Salomon illa ſententia pronunciata *Interfice, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei.* 3. Regum. 2. 31. Ideinque ipſe David homicidij crimen amplificat 3. Reg. 2. 5. dicens: *Quos occi-*
B *dit, & poſuit cruorem prælij in balteo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius.* q. d. incautos, ac nihil tale ſuſpicantes oppreſſit, non minus quam ſi hoſtes publici eſſent. Quare illius balteus & gladius labem contraxerunt ex innocentium ſanguine, nunquam ſatis eluendam; neque minus alacer, atque animo immotus accingebatur gladio, & ſecurus incedebat, quam ſi neque pedes haberet inquinatos ſcelere, ad quos interfecti corruerant innocentes Abner, & Amaſa: eſt enim ſtupiditatis, vel impudentiæ, non percelli, neque commoueri memoria admiſſi ſceleris, cum ob oculos habeas ipſa patrati ſceleris inſtrumenta: qui enim peccati inſtrumentis vtitur, gloria-
C ri de admiſſo ſcelere videtur.

Ducis alicuius interitus, Principem potiſſimum lædit. — Peccati admiſſi obliuio ſtupida.

Crimini etiam vertunt Hugo, & Dionyſius duci Ioab, quòd non ſolum ſequutus fuerit Adoniæ partes ante inauguratum Salomonem, ſed poſt inaugurationem, inſtillauerit Adoniæ conſilium petendæ Abiſag vxoris, vt viam ad regnum inuadendum pararet. Res, ſi non certa, veroſimilis tamen, vt erat vir callidus, & prudens, atque adeo non ſolum cauiſſe Davidem moribundum, ne Ioabi peccata inulta remanerent, ſed ne, ſi impune euaderet Ioab, ſaluti & regno Salomonis filij periculum aliquod crearetur à duce verſuto, exiſtimare fas eſt.

Hugo. — *Dionyſ.*

5 Quartò, ſumendi ſupplicij formula & hiſto-
D ria huiuſmodi videtur fuiſſe; *Venit nuntius ad Ioab, quod Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Salomonem non declinaſſet.* Cuius duplex exponendi ratio. Prima, quam habet Hieronymus in Tradit. Nuntium & famam perlatam ad Ioab, quòd in aula Salomonis frequentibus vſurparetur ſermonibus illius ad partes Adoniæ defectio. Sed illud ſimplicius, nuntiatum fuiſſe de Adoniæ morte, & de Abiathar ſacerdote iam exautorato, & in exilium miſſo, propterea quòd Adoniæ partes, ſeditionemque iuuiſſet: ergo ſimile ſibi, aut grauius etiam diſcrimen imminere eiuſdem conſilij & ſeditionis participi.

Hieronym.

Quod verò ad huius loci lectionem attinet;
E nonnulli alij Latini codices habent; *Venit nuntius ad Salomonem.* Sed corruptam eſſe lectionem, ex Græco & Hebræo oſtendunt Abulenſis, & Franciſcus Lucas. Illa item maculoſa lectio; *Quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Abſalonem non declinaſſet.* Quanuis enim in Hebræo & Kaldæo ſimiliter legatur, *poſt Abſalonem*; & eam lectionem præferant Hebraizantes, Pagninus, Vatablus, Tigurina, Regia. Tremellius; atque adeo antiquiores, vt Abulenſis & Nicolaus; habereque poſſit ſenſum probabilem; nimirum quòd Ioab qui aliquando ſe præbuerat fidelem Davidi aduerſus ſeditioſum Abſalonem;

3. Reg. 2. 28 — *Abulenſis.* — *Franc. Lucas.* — *Hebraizantes.* — *Abulenſis* — *Nicolaus.*

ſalonem, nunc è contrario cum Adonia aduerſus Salomonem & Dauidem coniuraſſet; Nihilominis emaculatior eſt lectio Vaticana, & ſimplicior ſenſis, quem propoſuimus. Quam habet quoque in Tradit. Hieronymus.

Hieronym.

Quintò, Audito nuntio, *fugit Ioab ad tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris*. quod eleganti paraphraſi elucidat Ioſephus: *Ioabus Imperator audita nece Adonia, valde extimuit: eius enim amicitiam magis, quam regis coluerat; & ideo non immeritò male ſuſpicans, ad altare confugit, impunitatem ſe inde quaſiturum exiſtimans, propter notā regis erga Deum pietatem*. Et obſeruandum ſanè, fuiſſe ſemper nocentibus, miſeris, deſperatis perfugium in aras & ſacra; vt Poeta dicebat: *Hæc ara tuebitur omnes*.

Ioſephus.

2. Aeneid.

Quòd verò ait *apprehendiſſe cornu altaris*, habitus fuit ſupplicantis, & non ſolum à Deo ſed etiam à Rege capitis ſupplicium deprecantis. Res etiam apud profanos frequens, cum ſupplices aras tenebant. Cum autem, vt Varro lib. 5. Rerum Diuinarum, dixit, *Ara dicta fuerunt quaſi anſa*, certè cum aras tenebant, altaris cornua, ſiue anſas, ſiue angulos tenebant. Quale illud eſt:

Tenere arā ſupplicantis.

Varro.

> *Talibus orantem dictis, araſque tenentem,*
> *Audijt omnipotens.*

Virg. 9. Aeneid. 219.

Quem priſcum orandi ritum ex alijs eiuſdem Poetæ locis oſtendunt Macrob. lib. 3. c. 2. Seruius 4. & 6. Æneid. Briſſonius lib. 1. de ſolemnib. For. & attigit non ineleganter noſter Martin. Roa ſuo lib. 6. Singul. Ex quibus diſces, *apprehendere aras*, ſolere etiam dici tangere & amplecti: vti bonæ illæ fœminæ apud Plautum,

Macrobius
Seruius.
Briſſonius.
Martinus de Roa.
Tāgere & amplecti aras.

> *Venus alma amba te obſecramus*
> *Aram amplexantes hanc tuam.*

6

3. Reg. 2. 29

Sextò, repentino & manifeſto Principis viri concitato illo perfugio, *Nuntiatum eſt regi Salomoni, quòd fugiſſet Ioab ad tabernaculum Domini, & eſſet iuxta altare; miſitque Salomon Banaiam filium Ioiada, dicens; Vade, interfice eum*. accepit nimirum præceptum de interficiendo, ſed prius ab altari, & extra ſacra educto, vt indicant ſequentia: *& venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei: Hac dicit Rex egredere*. Addit verò Ioſephus: *Miſit Banaiam qui citaret eum ad ſuum tribunal cauſam dicturum*. Nonnulla alia ante miſſum Banaiam, addunt Septuaginta: *Miſit Salomon ad Ioab dicens: Quid factum eſt tibi, quia fugiſti ad altare?* & dixit Ioab, quoniam *timui à facie tua, & fugi ad Dominum*, vt videatur fere ſceleris ſui confeſſionem ſpontaneam ab illo extorquere voluiſſe, fere illis Terentianis verbis: *Nemo te accuſat Syre: ne tu aram tibi aut deprecatorem pararis. Sed fugit tandem impius nemine perſequente*.

Ioſephus.

Prou. 28. 1.

Septimò, Reſpondet Ioab. *Non egrediar, ſed hic moriar*. Cum enim lex Deute. 14. præciperet: *Si quis per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur*: Arbitratus Ioab fieri non poſſe, vt inde vi auelleretur, impunitatem ſibi ſperare poſſe videbatur, cum neque ſanctus ille tabernaculi locus polluendus eſſet, neque vllo aliò remedio, inutile ſibi ſuum perfugium reddendum exiſtimaret. Erat quidem apud profanos ſua ars, ſuaque præſcripta induſtria, noxios, qui ad aras confugiſſent, inde ad ſupplicium educendi, aut certè ſine ſanguine interimendi, ne per vim & iniuriam extracti, dijs iniuria illa videretur. Ergò admouebant ignem vt incendij metu diſcedere cogerentur. Quod ex Euripide & Placito obſeruauit Turnebus lib. 9. Aduerſar. cap. 12. cum Ieno illas duas, quæ ad aram Veneris confugerant; vt educat, *it quaritatum ignem*. Sin minus ſontes ad altare hærerent, immoti, viui comburerentur, vti in re ſimili idem Euripides:

Priſcus ritus educēdi ſontes ex aſylis.

Per ignem

Turnebus.

Euripides.

> *Iubere lignatores eruncos quercuum*
> *Incidere qui vbi in vrbem fuerint deportati,*
> *Circum altaria apte ligna conſtruite.*
> *Eaq; accendite, & ipſorum corpora comburite.*

Sed illuſtre eſt illud huius rei exemplum Lyci ad Megaram:

Lycus.

> *Complectere aras, nullus eripiet Deus*
> *Te mihi: nec, orbe ſi remolito queat,*
> *Ad ſupera victor numina Alcides vehi.*
> *Congerite ſylnas: templa ſupplicibus ſuis*
> *Incecta flagrent: coniugem & totum gregem*
> *Cenſumas vnus igne ſubiecto rogus.*

Quòd ſi non igne; at ſolebat etiam fames expugnare nocentes templis præcluſos: quod ex Plutarco, Diodoro, Æliano obſeruauit noſter Delrius ad Act. 2. Herculis Furentis.

Per famē

Delrius.

Octauo, illis remedijs minime vſus Salomō; *Dixit Banaia: Fac ſicut loquutus eſt, & interfice eū, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt à Ioab; à me & a domo patris mei; & reddet Dominus ſanguinem eius ſuper caput eius, &c. Dauid autē & ſemini eius & domus, & throno illius ſit pax vſq; in æternum a Domino*. In quo mirum, quam reluceat Salomonis adhuc pueri, & delicati regis, virtus animi, agendorum conſilium, & in ſemel ſuſcepto conſtantia, ſontes puniendi, atque paternas iniurias vindicandi integritas & firmitas. Exiſtimat enim, & vere exiſtimat, illo ſe ſanguine innocente polluendum, & pœnas tanti ſceleris ab ſe repetendas, ſi ab ipſo illo interfectore Ioab illas ipſe non repetat; nimirum refundendo populi ſcelere in ipſum principē, & iudicem conniuentem ad publica peccata.

3. Reg. 2. 31

Iudex polluēdus ſanguine homicidij nō puniti.

Sed opportunè in quæſtionem vocat Theodoret. quæſt. 8. peccauitne Salomon, cum Ioab Deum alloquentem occiderit 3. Reg. 2. 29. 30. Minime verò: nam ea re patris ex teſtamento mandatum exequitur 3. Reg. 2. 5. & quod ad altare pertinet, nihil contra legem, ſed potius ex lege fecit, Deuter. 21. 14. *Si quis per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur*. Porro Ioab, Abnerum & Amaſam inſidioſe occidit, effundens ſanguinem belli in pace 2. Reg. 3. 27. & 20. 10. 3. Reg. 2. 5.

Theodoret.

Sed, inquis, non iuſſit Salomon auelli Ioab de tabernaculo, ſed in ipſo eodem loco interfici, quod videbatur dedecens locum ſanctum, & ab omni fœditate immunem. Neſcio quid ſi non peccati, at verò ingentis ſupplicij fabulantur Hebræi hoc loco apud Nicolaum, & Abulenſem: ait enim R. Salomon, ex quo alij ſumpſerunt: non licuiſſe Salomoni Ioabum interficere, niſi ſuſcepta in ſe priori quadam pœna, & ſupplicio, qua illum affeciſſet Dauid 2. Regum 3. 29. cum dixit: *Non deſiciat de domo Ioab, fluxum ſeminis ſuſtinens,*

An peccauit Salomō interfecto Ioabo ad altare.

R. Salomō.
Nicolaus.
Abulenſ.

ſuſtinens, & leproſus, & indigens pane. Ergo Banaię à Salomone miſſo ad interficiendum Ioab, ſed prius ab altari & tabernaculo retrahendum, hęc dixiſſe Ioab, vt Salomoni referret: Minimè licere principi iure & ritè iudicium adminiſtranti, bis peccatum vnum & idem in iudicium vocare, ac duplici ſupplicio afficere: & verò peccatum ſuum grauiſſimo ſuæ poſteritatis ſupplicio à Dauide parente punitum. Quòd ſi iterum ipſe capite ſuo lueceret, fore vt priores illæ Dauidis maledictiones à ſua poſteritate ad Salomonis caput, & poſteritatem transferentur. Qua optione ſibi à Ioab oblata, dixiſſe Salomonem Banaiæ, *fac ſicut loquutus eſt, & interfice eum.* Ergo ſuſcepiſſe Salomonem, atque eius poſteros, priores illas Dauidis maledictiones Ioabi poſteritati imprecatas, impletaſque in Roboam fluxum ſeminis patiente, ideo *vectum curru*, non equo, 3. Regum 12. 18. In Ozia *leproſo, & podagrico*, ideo, *tenente baculum* 4. Regum 15. 5. 2. Paralipom. 26. 20, 21. & in Ioachim gladio perempto, & in Ioſia, qui etiam in *prælio contra Pharaonem occubuit* 4. Regum 23. 30. Tandem in Sedechia pane indigente *obſidionis* tempore 4. Regum 25. 1.

Hebræorū traditio, & Ioabi reſponſio.

Sed hæ fabulæ ſunt Rabbinicæ, cùm res ipſa, vt contigit, in ſacra hiſtoria perſpicuè contineatur 3. Regum 2. iiſdemque ſimpliciſſimis verbis à Ioſepho narretur libro 8. cap. 1. Neque videtur quidem vitio vertendum, quòd intra ſanctuarium Ioab fuerit occiſus, homo videlicet pro vita, & pro anima iam pugnaturus, ſi iuberetur inde auelli. Vide Abulenſem 3. Regum 2. q. 38.

Ioſephus. *Abulenſ.*

Nonò, Hæc perficiendi ſupplicij ratio. *Aſcendit Banaias, filius Ioiada, & aggreſſus eum interfecit, ſepultuſque eſt in domo ſua in deſerto.* Porro mirum, quòd Hieronymus in Tradit. ſic exponat: *ſepultuſque eſt Ioab in domo ſua in deſerto. Deſertū hic pro mūditia ponitur. Munda n. ſicut deſertū domus eius fuerat ab omni pollutione, & ſanguine, excepto ſanguine Abner & Amaſa.* Aliter R. Salomon apud Nicolaū interpretatur, nimirū quod Ioab in deſerto domum hoſpitalem extruxiſſet ad peregrinorum hoſpitium; in ea ergo domo ſepultum, & ſalutem animæ obtinuiſſe apud Deum ex illius pietatis merito. Sed quidem hæc omnia incerta, vt pote Rabbinica; cum tamen ſenſus planus ſit, delatum illius cadauer ad montanam partem ſortis Iudæ, in qua erat domus, & familia Ioab, vt ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorum.

Hieronym. Deſertum quid. *R. Salomō. Nicolaus.*

IIII. *Capitale de Semei iudicium.*

8 PRimò obſeruandum ad eum hominem in primis verſutum, atque prudentem digno ſupplicio proſequendum, Dauidem maximè requiſiuiſſe filij Salomonis virtutem, & ſapientiam, ſicut in ſuo teſtamento dicebat: *Habes apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad caſtra, ſed quia deſcendit mihi in occurſum cum tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum dicens: Non te interficiam gladio; tu noli pati eum eſſe innoxium. Vir autem ſapiens es, vt ſcias quæ facies ei: deducesque canos eius cum ſanguine ad inferos.*

3. Reg. 2. 8.

Secundò, Quæ ſit verò illa *maledictio peſſima*, quæ tantum pupugit Dauidem, & cuius etiam aculeum piiſſimus filius Salomon infixum animo ſenſerat, interpretatur Hieronymus in Tradit. 3. Regum 2. ſic ſcribens; *Peſſima Hebraicè NimreZeth dicitur, quod quinque litteris enunciatur, id eſt, נ. Nun. מ. mem. ר. res. צ. Zade. ת. Thau. In nun, Noeph, id eſt, adulter. mem. Moabita. res, raſa, id eſt, impius. Zade, zara, id eſt, leproſus. thau, thoaua, id eſt, abominatus.* Et confirmari poteſt, nam fuiſſe antiquitus iſtam ſcientiam aut vſum elementarium, id eſt, per primas litteras ſignificandi res, conſtat ex Clemente Alexandr. 5. Stromat. non longè ab initio, qui ſic ſcribit: *Sacram Scripturam apud Aegyptios, aut eſſe per prima elemēta, q̄ appellatur ꝓpriè loquēs, aut eſſe Symbolicam, quæ per ſigna ſignificat.* Et Baſilius epiſtol. 178. *litterarum notis viuntur homines, vt ſermonum auolantium velocitatem, qui ſcribit, prehendat.* Sed de tota hac ſcientia Notariaca, aut Elementaria, tum de alijs exemplis huius elementariæ maledictionis, diximus ſuperius cum de ſcribis Salomonis, & de illorum ſcientia, & officio ageremus. De his verò quinque vocibus contentis in hac maledictione, vide peculiariter diſputantem Sixtum Senenſ. libro tertio.

Hieronym. Exponendi ratio cabaliſtica. Scientia elemētaria. *Clemens.* *Baſil.* *Senenſis.*

Cæterum, vt non nego illam elementariam ſcientiam aliquando aliquid vtilitatis habere poſſe, ita affirmo ſæpe ac ſæpius inutilem, ac futilem eſſe, & in hac quam tractamus maledictione Semei eſſe commentitiam, & Rabbinorum fabellam. nam vocem illam *NimreZeth*, docti interpretes opportunè deducunt à radice *Marais*, quod eſt, forte, aut violentum eſſe. Quare Pagnin. in theſauro vertit: *Maledictione valde forti*, in Biblijs autem *vehementi*, Regia, *Roborata*, Tigur. *Acerbiſſima*, Septuagint. *Acerba*, Forſterus: *Maledictione diſruptionis.* quaſi dicat, qua præ dolore rumpebar. Quæ omnia opportunè complexus eſt vulgatus dicens: *Maledictionem peſſimam.* Et quidem verba illa, quibus petulantiſſimus Semei Dauidem exeuntem inceſſebat, non fuiſſe illa quinque Rabbinica, ſed alia longè diuerſa certò conſtat ex 2. Reg. 16. 7. 8. vbi accuratè deſcribuntur: *Ita loquebatur Semei cum malediceret Regi: Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul, quoniam inuaſiſti regnum pro eo; & dedit Dominus regnum in manu Abſalom filij tui; & ecce premunt te mala tua, quoniam vir ſanguinum es.* & inferius num. 13. *Ambulabat Dauid & ſocij eius per viam cum eo. Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur maledicens, & mittens lapides aduerſus eum, terramque ſpargens.* Quod cum Septuag. & Hebræa dicant: *puluerem*; at Theod. q. 32. *cœnum ieciſſe in Dauidem* interpretatur. Illa igitur ſunt verba, quibus impetebat Dauidem, non illa alia quinque Rabbinica.

Ficta Hebræorum traditio. מרץ *Hebraizantes.* *3 Reg. 2. 8.* Concepta verba maledictionis peſſimæ. *Theodoret.*

Quamquam quidem ex ea maledictionem, quam Scriptura exprimit, ſi paulo accuratiùs conſideretur, illa quinque, quæ Hebræi numerant, videntur poſſe non ineptè colligi, Primum, *leproſus.* ex illo *egredere, egredere*: nam ſicut leproſus eijciebatur ex conuictu, & cogebatur egredi ex vrbe; ita videbatur eijci Dauid ex ſua vrbe & regno. Secundum, *vir ſanguinum*, videtur ad iniquitatem, vel impietatem illam referri indicata in *res*; nam eodē nomine *Raſagh* dicitur Numer. 35. 31. *Non accipietis pretium ab eo qui eſt reus ſanguinis.* Pagnin. & Regia, *Qui eſt impius*, &c. Tertium, *vir Belial*, videtur idem eſſe quod *Moabita*, nam dicitur vir, aut filius Belial 9

Quinque illa verba Rabbinica, vt colligantur. רשע *Belial.*

abſque iugo quicũque idololatra abſque Dei lege. Quartum, *Reddidit tibi Dominus vniuerſũ ſanguinem*, &c. videtur ad abominationem illã pertinere ſignificatam in n. Thau; nam pollutus ſãguine abominatus cenſebatur, & ab illo auertebat Deus oculos. Quintum, tandem *adulter* ex facto Abſalom colligitur, qui par pari repẽdit. nã videtur adulter Dauid punitus, cum Abſaloni *ingreſſus eſt ad cõcubinas patris ſui*, &c. 2. Regum 16. 22. iuxta id 2. Regum 12. 12. *Tu feciſti abſcondité, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael*.

Salomonis Sapientia in iudicio Semei

Tertiò, Sed iam in homine petulãtiſſimo morte mulctando Salomonis ſapientia mirificè enituit. B Primum, quòd hominem ſeditioſum noluit à ſe dimittere, ſed coram Ieroſolymis commorari, ne abſentia à rege animos illi faceret ad ſeditionem aliquam concitandam pro domo, & cognatione Saulis aduerſus Dauidem, & illius domum, cum qua veterem ſimultatem data occaſione declarauit. Hoc ipſum prudenter cauit Dauid, cum ait ad Salomonem 3. Regum 2. 8. *Habes apud te Semei*. Rem igitur à Patre inſtitutam ipſe Salomon promouit, & confirmauit; nam cum illis parentis verbis videretur admonitus Salomon, ne fineret vagari Semei, quin potius certum & præſcriptum locum illi conſtitueret, ne, ſi libere cum ſuis Benjaminitis ageret, qua apud illos valebat gratia, & auctoritate, noua molire- C tur, potens enim fuit 2. Regum 19. 17. exercitum mille Benjaminitarum cogere, Salomon illum circumſcribit Ieroſolymis 3. Regum 2. 36. *Miſſit Rex & vocauit Semei, dixitque ei; Aedifica tibi domum in Ieruſalem* (carcere ſontem ſupplicio ſeruat certiſſimo) *& habita ibi, & non egredieris inde huc atque illuc* (hæc illa vagi & inconſtantis animi inſtabilitas) *Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris Torrentem Cedron ſcito* (*ſciendo ſcias*, tibi omnino perſuade) *te interficiẽdũ* (quod moriẽdo morieris ineuitabili capitis ſupplicio) *Sanguis tuus erit ſuper caput tuum: Dixitque Semei Regi: Bonus ſermo*: (Abulenſis ait, in Hebræo propriè eſſe, *Audio*. cæterum, tum hic, tum infe- D rius reperitur *bonum*, quaſi indicet rem gratam ſibi fuiſſe: Vulgo nos, cum annuimus; *Eſta bien*. ac fere eodem modo Ioſephus. *Profeſſus ſibi gratiſſimum hoc regis mandatum, & iuratus facturum ſe imperata*) *Sicut loquutus eſt Dominus meus ſic faciet ſeruus ſuus. Habitauit itaque Semei in Ieruſalem diebus multis.* Addit Ioſephus: *Non contentus interminatione, iure iurando hominem ad id mandatum ſeruandum adegit*.

Geminatio vocis ad certitudinem.

Abulenſ.

Bonum.

Ioſephus.

10

Abulenſ.

Quorſum Semei circũſcriptus Ieroſolymis.

Quartò, Non aſſentior Abulenſi, qui neſcio quam iniuſtitiæ & iniquitatis ſpeciem in hac Salomonis lege, qua Semei vrbe circumſcripſit, inuenire videtur 3. Regum 2. quæſt. 43. & ſi enim E non reſpiceret ad maledictionem iactatam in Dauidem parentem; ſibi tamen & bono publico cauebat, cum hominem verſutum & petulantem continebat intra terminos regalis vrbis. Sapientiſſimè igitur, & ingenia hominum, & mores expendebat, ſontibuſque ſupplicia attemperabat. Nam Abiathar ſacerdoti intercidit Ieruſalem, conceſſa patria & domo *in ſuo agro* 3. Regum 2. 26. *Vade in Anathoth ad agrum tuum*; ac Semei patriæ exilio mulctatum detinet Ieroſolymis, interim dum noua accidit ſupplicij cauſa, vt in vrbe, velut carcere, vnde migrare, aut effugere non poſſit, torqueatur, & continuo metu excrucietur. Ergo poſt primum illud peccatum Semei velut piſcis vorato hamo captus detine- A batur, licet, nondum extractus, aut aſſatus à coquis, vt ſapienter dicebat Plutarchus de iis Qui ſero à numine corripiunt: *Mali homines cum in præſentia effugiſſe illã vindictã putantur, non poſt longius tempus ſed longiore temporis tractu, ſupplicium non ſerius ſed diuturnius perferunt*. Et quidem videtur Salomon, *quærere impietatem non in domo iuſti, ſed in domo impij, vt vaſtet requiem eius*. Et, vt dicebat Dauid: *deduceret canos Semei cum ſanguine ad inferos*. Occaſionem igitur quærit, nõ vt ab amico diſcedat; ſed vt inimicum publicæ rei & regni; digno tandem ſupplicio conficiat, ac nouo peccato tum huius tum priſtini ſceleris det pœnas.

Nocens detentus.

Plutarch.

Pr. 24. 15.

3. Reg. 2. 9.

11

Semei ad ſuum exitium ſuo ingenio properãs

B Quintò, quod de impijs Aegyptijs ſcriptum eſt Sap. 19. 4. hoc de impio Semei opportunè æquè ac verè dici poteſt: *Ducebat* (trahebat) *enim illos ad hunc finem* (exitum, vel exitium,) *digna neceſſitas*: (commerita ſors, conditio quædam cum illorum ingenio & natura coniuncta, vt fatalis quædam neceſſitas videri potuiſſet) *& horum, quæ acciderant commemorationem amittebat* (præteritorum obliuionem iniecit) *vt quæ deerant tormentis* (iam exactis) *repleret punitio*. (vt ad plenum luerent commiſſa flagitia) Videre igitur eſt Semei præteritorum oblitum ad exitium illo ſuo ingenio, & quaſi fatali neceſſitate impelli, vt ad plenum luat præterita ſcelera. C *Factum eſt enim poſt annos tres, vt fugerent ſerui Semei ad Achis filium Maacha regem Geth: nunciatumque eſt Semei quod ſerui eius iiſſent in Geth: & ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum: iuitque ad Achis in Geth ad requirẽdos ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth. Nunciatum eſt autem Salomoni, quod iſſet Semei in Geth de Ieruſalem, & rediſſet, & mittens vocauit eum, dixitque illi. Nonne teſtificatus ſum tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacunque die egreſſus ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? & reſpondiſti mihi: Bonus ſermo quem audiui. Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? dixitque Rex ad Semei: Tu noſti omne malum, cuius tibi* D *conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum, & rex Salomon benedictus & thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino vſque in ſempiternum. Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui egreſſus percuſſit eũ, & mortuus eſt.*

3 Re. 2. 39

Sextò, tandem diuina proculdubio ea cunctatio in ſumendo ſupplicio, quod & tarditate creuit, vt eleganti huius hiſtoriæ paraphraſi indicauit Ioſephus: *Rex* (inquit) *ægrè tulit nõ præſcriptũ modo ſuum contemptum habitum, ſed ſacramentum etiam Dei violatũ. Accuoque mox. Nonne tu, inquit, iuraſti, te nunquã me derelicturum, neque ex hac vrbe in aliam commeaturum?* E *Non euades pœnam periurij, vir peſſime, ſed lues etiam illa, quæ olim per petulantiam in patrem meum electum es debacchatus, vt ſcias quod nihil lucrẽtur nocẽtes, etiã ſi nõ ſtatim poſt peccatum puniantur, ſed per omne tempus, quod propter impunitatẽ ſecuri ſibi videntur, creſcit illorũ pœna, quam iam dudum ſunt promeriti.* Agit præterea Salomon cum ratione omnia, & interrogatione agit, vt cum non poſſit impius homo reſpondere, ipſe quoque ſuam capitis ſententiam ſilentio comprobet, ſicut de illo ſcriptum eſt, qui *obmutuit, & ligatis manibus, & pedibus* (*atado de pies y manos porque no tuuo que hablar*. Nam vbi nulla eſt excuſatio peccati; nullum quoque eſt diuerticuli perfugium (non minus quam ſi vinctis eſſet manibus & pedibus) *miſſus eſt in gehennam*

Diuinæ cũctationis imitatio.

Ioſephus.

Salomon extorquẽs a ſẽte peccãte cõfeſſionẽ

Mat. 22. 13

hernam ignis. Cuius grauiori ſententia (vt aliquando dicebat Seneca) *etiam qui pereunt, aſſentiuntur*. Ergo Salomonis *iudicia ſicut lux egrediuntur* quæ ipſa ſingulari, & incorruptiſſima iuſtitiæ æquitate conſpicua ſe cunctis præbebant. atque illam omnino ſiue ſapientiæ, ſiue iuſtitiæ perfectiſſimam formulam ſeruabat, qua ſuum imperatorem inſtruebat Seneca: *Vbi diſcrimen inter malos bonoſque ſublatum eſt, confuſio ſequitur, & vitiorum eruptio. Itaque adhibenda eſt moderatio, quæ ſanabilia ingenia, diſtinguere à deploratis ſciat. Nec promiſcuam habere ac vulgarem clementiam oportet.*

Senec. 1. de Clem. c. 5. Oſe. 6. 6. — *Idem Ita. 2.* — Clemētia promiſcua vitanda.

CAPVT XV.

Eius clementia ſingularis.

Ad locum Eccleſ. 47. 7 t. Diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua.

1 *Salomonis clementiam & pacem, nullam labem contraxiſſe effuſo ſontium ſanguine.*
2 *Regnum pacificum inſtar nitentis cæli. Salomonis fortuna tranquilla. Indorum principum ritus dormientium cum muſica.*
3 *Principis commendatio & fama ex clementia, cunctos alliciens.*
4 *Salomon chariſſimus ſuo imperio. Principum crudelitas inuiſa. Illuſtrata ſapientia.*
5 *Philoſophia miteſcens princeps. Deus potius clementia, quam terrore imitandus.*
6 *Templi cura Salomonem retrahens à ſanguine. Quid* clementia. *Dimiſſio pœna capitis.*
7 *Olim ſacerdotes laico principi ſubiecti; nunc nō item.*
8 *Salomon patienter diſſimulans conuitia.*

1 Clementiſſimum, atque mitiſſimum Salomonem extitiſſe, quæ de illo diximus vniuerſa neceſſario confirmant. Etiam pauculus ille ſanguis duorum, aut trium ſeditioſorum hominum; quo fuſo non tam regni primordia cruētauit, quam expiauit, quo publicæ tranquillitati & paci conſultum voluit. Quod ſalutaris prouidentiæ & clementiæ fuit. non enim imperij aciem ſupina quadam negligentia hebetari paſſus eſt; ſed poteſtatis quaſi mucrone exacuto & ſplendenti terrorem improbitati, probitati & religioni defenſionem attulit. Et crudeliſſimus quidem Nero gloriabatur aliquando, ſimulata clementiæ ſpecie, *nullam habere maculam, nunquam ciuilem ſanguinem fudiſſe, nullam toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe. Et eo maius mirabiliuſque* (vt dicebat Seneca) *quod nulli vnquam citius gladius commiſſus eſſet*, Erat enim cùm Imperator ſalutatus eſt, annorum ſeptendecim. Sed illud veriſſimè Salomon puer mitiſſimus, ſeu naſcula mititate; cui tam citò gladius commiſſus fuerit, magno animo gloriabitur, nonnullas humani cruoris ſtillas miſiſſe, quibus reipubl. labes quæ tunc inerat, elueretur; Non vt ille humani ſanguinis auidiſſimus Sylla, qui ſeptem millibus ciuium Romanorum contrucidari iuſſis, exterritum Senatum illis verbis deliniuit: *ſeditioſi pauci meo iuſſu occiduntur*, ſed veriſſimè

Salomonis poteſtas imperij exacuta ad tuendā pacem. — *Sueton. in Nerone 8. Sen. li. 1 de Clem. c. 1 e* — Neronis ſimulata clementia. — Sylla auidiſſimus humani ſāguinis.

A Salomon *ſeditioſis paucis*, id eſt duobus, aut tribus, non tam metum incuſſit, quam excuſſit & abſtulit.

Sed, vt propius ad rem accedamus, illud obſeruandum, ex tribus, quos occidi iuſſit, vnum tantum ſuo iuſſu occiſum, id eſt, Adoniam; reliquos duos Dauidis parentis mandato & teſtamento: vt quidem in illo fuerit ſumma parſimonia humani ſanguinis; & ſeueritatem, vix cum opus erat; at clementiam in promptu habuiſſe. Ergo potentiam & gloriam illius vniuerſam clementem ſalutaremque fuiſſe, ex his quæ ſequuntur capitibus oſtenditur.

Salomon vnum tantum occidiſſe ſuo imperio.

2 Primum, ipſa Regis & regni Pax: vt enim ille B dixit, *Principum ſæuitia bellum eſt*. Et, vt fuit imperium fœliciſſimum atque clariſſimum Salomonis; ita ſanè & clementiſſimum fuit. quippe *non alia facies eſt quieti moderatique imperij, quam ſereni & nitentis cæli. Crudele regnum turbidum tenebriſque obſcurum eſt, inter trementes, & ad repentinum ſonitum expaueſcentes: nec eo quidem, qui omnia conturbat, inconcuſſo. Quietem petit & otium ea virtus, pacem amat, & manus retinet, & in quamcumque domum peruenerit, eam fœlicem tranquillamque præſtat.* Cum quo quid opportunius conuenire poteſt, quam cum ſub Salomone, *Iuda & Iſrael, innumerabiles ſicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes*, 3. Re- C gum 4. 20.

Se. c. 3. 5. 7 — Pacificum regnū, inſtar ſereni cæli.

Secundum, excellens Salomonis fortuna, & ſingularis magnanimitas, cuius vtriuſque proprium eſt, *placidum* eſſe, atque *tranquillum*, & cum moderatè delicijs atque voluptatibus indulgebat, clementior atque benignior euadebat: quippe non illi minor philoſophiç cura, quā Indorum regibus, qui cum *dormitum pergunt, homines ad tibiam cantantes adhibent, vt bonis vtantur ſomnijs, atque benigni erga ſubditos, & illis bene conſulentes, ſurgant.* ſcriptore Philoſtrato.

Salomonis clemētia ex magnanimitate. — *Idem c. 5.* — Indorum mos. — *Philoſtr. li. 2. c. 14.*

3 Tertium, propter clariſſimā, & admirabilem Salomonici nominis famā & exiſtimationem. nihil enim eſt quod tātopere principem apud omnes cōmēdet, quā clemētia, vt ſapienter philoſo D phatur Plutarchus, libello. Cum principibus eſſe diſputandum. & Seneca li. 2. Clem. c. 2. *Tradetur* (inquit ſuo imperatori) *iſta animi tui manſuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperij corpus. & cūcta in ſimilitudinem tui formabūtur.* Sic Salomonis *nomē ad inſulas lōgè diuulgatū eſt. Hæc* (inquit idē Philoſophus) *præſtat* imperatori mortuo, *famam. quæ vix viuis principibus ſeruit.*

Clemētiæ nomine Princeps dilectus. — *Plutarch.* — *Seneca.* — *Idem lib. 1 c. 10.*

Quartum eiuſdem quoque ſignum euidens fuit, quod de cunctis orbis regionibus veniebāt ad Salomonem 3. Reg. 4. 34 & cap. 10. 1. & tanquam ad clarum & beneficum ſidus certatim aduolabant. Quod de Gelone illo totius Siciliæ principe propter eandem cauſam dicebat Dio- E dor. libr. 13. *cunctos circum vndique populos, ac vrbes in ditione ſua ſponte conceſſiſſe. inuitabat enim, inquit, atque alliciebat cunctos homines viri comitas, atque clementia, quam in calamitatibus & miſerijs oppreſſorum maximè oſtendebat.*

Clemētia alliciens. — Gelonis clementia. — *Diodorus.*

4 Quintum præcedenti ſimile eſt, quod Eccleſ. 47. dicitur: *Salomon dilectus in pace ſua*, & ſimile, ꝙ de ſe ipſe Sap. 8. 15. dicit: *In multitudine videbor bonus* (gratus, amabilis) vt quod immeritò de Imperatore minimè clemēti dictum fuit: *Nemo vnus homo vni homini tam charus fuit, quā ille ſuo imperio*: hoc meritiſſimè de Salomone dici debeat, neminem vni tam charum extitiſſe, quam ipſū tum ſuis tum exteris. Eleganter Polybius lib. 4.

Senec. de Neron. — *Polybius.*

Tantum manſuetudo atque benignitas principum poteſt, vt nō ſolum cum ſunt præſentes, verumetiam maximo interuallo disiunctis, quoſdam quaſi fomites amoris & beneuolentiæ erga ſe in pectoribus hominum relinquant. Et è contrario veriſſimè illud à Seneca: *Quemadmodum Domini crudeles tota ciuitate commonſtrantur, inuiſique ac deteſtabiles ſunt: ita Regum & iniuria latius patet, & infamia, atque odium ſæculis traditur.* Quid verò pulchrius, quā principem *dilectum viuere* optantibus cunctis? &, ſi paulum valetudo titubauit, non ſpem hominum excitare, ſed metum? Denique crudelium illa vox eſt: *Oderint, dum metuant*; illa clementium: *Diligant, nec metuant.* itaque *Dilectus Salomon.*

Sen. li. 1. de Clem. c. 18
Principū ſæuitia in famis.

5 Sextum, ipſa profectò ſapientia, & philoſophiæ ſtudium humaniſſimum, atque mitiſſimū reddebant Salomonem, vt eleganter oſtendit Plutarchus, li. Cum Principe Philoſophandum, & libr. ad Principem ineruditum: *ſuccenſet* (inquit) *Deus tonitrua & fulmina, radiorumque profectus imitantibus; qui verò recta ratione præditi, honeſtate, humanitateque ipſum referre conantur, hos ſtudio eorum delectatus auget, ſuaque eos æquitate, iuſtitia, veritate, ac manſuetudine impertit, quibus nihil eſt diuinius.* Hic ſapientiæ & Philoſophiæ fructus. Hæc eſt, quæ, vt ipſe Salomon dicebat, reddit *in bello fortem, in pace bonum* & mitem. Vide Dionem. Orat. 2. & 3. de Regno. & orat. 49. Quæ inſcribitur, *Recuſatio magiſtratus*, & incipit: *Humanis & eruditis hominibus neque iniucundum eſt Magiſtratum gerere neque difficile*, &c. vbi de hoc argumento pulchra non pauca.

Sapientia animus miteſcens.
Plutarch.
Quare á Principibus imitādus Deus.
Dion.

6 Septimum, templi ædificandi cura ſibi à Deo commiſſa, & ipſa committendi cauſa. Dictum eſt enim Dauidi à Deo: *Non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me. Filius, qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus, ipſe ædificabit domum nomini meo*, &c. 1. Par. 22. 8. 9. Et exiſtimat Hieronymus, ob ſanguinem Vriæ interfecti prohibitum eſſe à templo ædificando, vt libr. 1. dicebamus. Salomonem ergo templi extructorem, & diligentiſſimum Sacrorum procuratorem, oportuit abſtinuiſſe à ſanguine, ſicut & ille Titus apud Sueton. 9. profeſſus eſt, ideo ſe *Pontificatum maximum accipere, vt puras ſeruaret manus, nec auctor poſt hac cuiuſquam necis, nec conſcius quamuis interdum vlciſcendi cauſa nō deeſſet.* Atque Marcus Antoninus, ſi principatus ſui tempore Senator occideretur, imperium polluēdum arbitrabatur. Sed nihil tantæ Salomonis puritati in ſacris contrectandis obſuit, quòd aliquando ſontes puniret; nam ille ſanguis cenſebatur eſſe quaſi ſacrificium Deo mactatum, cuius ſanguis non tam polluit, quàm conſecrat ſacrificantium manus; ſicut à Moyſe dictum eſt Leuitis occidentibus viginta tria millia hominum impiorum, Exod. 32. 29. *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnus quiſque in filio, & in fratre ſuo, videtur vobis benedictio.*

Tēpli ſtudiū & diuinorū cum clementia coniunctū.
Titus cur Pōtificatū acceperit.
Suetonius.
Sā guis ſōtiū inſtar victimæ.

Octauum. In eo etiam maximè enituit Salomonis clementia, cum Abiathar ſacerdotem Pōtificatu depoſuit: Cum enim clementia *ſit* (vt Seneca definiebat: *Temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda, aut moderatio aliquid ex merita ac debita pœna remittens.* Certè capitalem pœnam Abiathar ſacerdoti remittit, neque tamen prorſus dimittit, ne impietas impune abeat, & ne pietati paternæ aliqua ex parte defuiſſe videretur: ſic enim ſcribitur 3. Reg. 2. 26. *Abiathar ſacerdoti dixit rex: vade in Anathoth, ad agrum tuum, equidem vir mortis es; ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei corā Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus.* Similem celebrat Seneca Titum Arium, qui filium mortis reū exilio damnauit; & cauſa cognita nemo non ſuſpexit; nam ſibi parenti parricidium intentauit filius, quem in exilium miſſum, ſeruauit tamen paterna pietate, & parricidam continuit. Non aliter Abiatharum ſacerdotem exilio mulctatum ſeruat motus paterna pietate; ſed ſeditioſum, & regi inimicum continet in exilium miſſum.

Sen. li. 2. de Clem. ca. 3
Clementia quid.
Pœnā debitam tēperat clementia.
Sen. libr. 1. c. 15.
Titi Arii clementiæ moderatio.

7 Ac nihil ſane indignum egit Salomon aduerſus ſacra, neque aduerſus ſacerdotium, vt eleganter oſtendit Theodoret. quæſtio. 9. & Procopius eodem loco: Fuit enim in eo iudicio diuinæ prædictionis adminiſter, & perficiendi diuini exequutor ſupplicij commeriti ab Heli ſacerdote, à quo quintus erat Abiathar, vt ſuperius dicebamus, libr. 3. ſicut ſcriptum eſt: *Eiecit ergo Salomō Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, vt implerētur ſermo Domini quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo*, illud etiam obſeruat Abulenſis in vetere illa Eccleſia nullum fuiſſe ſacerdotum à Laicis diſcrimen, quod ad tribunalia pertinebat, & ad forenſes cauſas, ſuppliciaque de ſontibus ſumenda: quippe vni regi vniuerſi ſubijciebātur.

Theodoret.
Procopius.
An licuit Salomoni ſupplicio afficere ſacerdotem
Abulenſ.

8 Nonum tandem, regis Salomonis patientiam in illo meretricum iudicio cōmendat Ioſephus; forte quòd tunc audiſſet, ac patienter diſſimulaſſet conuitia in eum iactata, irridentium ſentētiā tanquam puerilem, vt eo loco indicat Ioſephus. Atque ea ſolet eſſe prima regni ars, quam calluit, atque exercuit Saul, cum conuitia in eum à tergo iactata diſſimulabat ſe audire 1. Regum 10. 27. Quare inſtar Romani imperatoris ſinebat in *ciuitate libera, linguam, mentemque liberam.* & perciuiliter etiam conuitia & maledicta contemnebat Tiberius, dicens: *Non tantum otij habemus, vt implicare nos pluribus negotijs debeamus. Dabo, inquit, operam vt rationem factorum meorum dictorumque reddam*, & re ipſa (quod aliquādu in ſimili cauſa dixit Philippus Macedo.) oſtendit *impotentiores eſſe qui illa dicebant, quam qui dicta comiter audiunt.* Vide quæ dicimus Eccleſ. 7. 22.

Ioſephus.
Suet. in Tiber. 28.

CAPVT XVI.

Salomonem Chriſti Ieſu perſonam repræſentaſſe.

Ad locum Matth. 12. 42. Ecce plus quam Salomon hic.

1 *Salomon exiſtimatus à Iudæis Meſſias, Comparatus cum Chriſto Ieſu.*
2 *Nomine Chriſtum repræſentans, atque ſapientia & potentia.*
3 *Templo ædificato Chriſti figura. Chriſti corpus templum. Illuſtratus Matthæus & Ioannes.*
4 *Splendor Salomonis Chriſtum referens. Titulus Pſalmi. 44. Salomon Chriſti & Eccleſiæ diſpoſitionibus ſeruiens.*

Adeo

1 Iudæorum error circa Salomonem.

Iuſtinus. Ambroſius Auguſtin.

A Deo clara & illuſtris Chriſti Ieſu figura Salomon extitit, vt illum increduli Iudæi crediderint fuiſſe verum Meſſiam. Quem errorẽ illis tribuũt Iuſtin. contra Tryphonem, Ambr. Apol. 1. de Dauid c. 3. & Apol. 2. c. 6. & 7. Auguſt. li. 17. de ciuit. c. 8. atque tũ ex peccatis Salomonis, quæ in verum Meſſiam cadere non potuerunt, tum ex alijs, quæ de Dauidis filio dicuntur, & in Salomonem quadrare non poſſunt, illos confutant. Sed tamen in eo omnes conueniunt, alterum alterius præclariſſimè figuram repræſentaſſe, vt duos Salomones fuiſſe perſpicuum ſit; alterum veteris, id eſt, pacificum illum ex Bethſabee: alterum, noui teſtamenti, qui *eſt pax noſtra*. *Ephe. 2. 14* & *eſt pluſquam Salomon*. Quo Matthæi loco fieri quidem comparationem typi cum prototypo; & vmbræ, atque figuræ cum re ipſa vera & expreſſa, eo loco vniuerſi interpretes agnoſcunt: ex eo enim vim accipit illa Chriſti Domini ſiue reprehenſio, ſiue ratiocinatio, qua crudelitatis & ſtupiditatis notat illos ſuos Phariſaicos auditores. Et ſanè quidem qui allegorias conſectantur, eleganter Salomonem cum Chriſto Domino contendunt, fere per omnes Salomonis vitæ, & geſtorum gradus; ſed potiſſimum his capitibus: Nomine, Sapientia, Potentia, Templi extructione; cultu, atque ſplendore domus, & maieſtatis regiæ.

In quibus Salomon Chriſti figura.

2 Nouus Salomon Chriſtus.

Gregor. Auguſtin. Ambroſius.

Ac primum, *Nomine*; quod proculdubio ſignificauit Apoſt. cum Eph. 2. 14. dixit, *Ipſe eſt pax noſtra*. q. d. ipſe eſt noſter noſtri noui teſtamenti Salomon, quod agnoſcunt vniuerſi Patres, qui in Salomonis nomen incidunt. Vide Greg. to. 2. ſuper id Cant. 4. *En lectulum Salomonis*, &c. Aug. eleganter de nomine *Pacifici* diſſerens initio Pſ. 71. & Pſal. 126. Ambroſ. Apol. 2. de Dauid c. 4. ferè nomen *Pacifici* à Salomone in Chriſtum remouens: *Quomodo* (inquit) *Salomon pacificus? non hoc Ioab ſanguis oſtendit, quem inter altaria templi iuſſit occidi: non Adoniæ pœna, quem affectata affinitas regia reũ percuſſit: nec matris obſecratione ab indignatione reuocatus*. Nyſſen. hom. 7. in Can. Bern. ſer. 27. Et frequenter alij ſiue in nomine Salomonis, ſiue in illo altero *Amabilis*, ſeu *dilecti*, tum in Cãticis, tum in Titulo Pſalm. 44. qui inſcribitur *pro dilecto*, vt inferius ex Hieronymo dicemus.

Nyſſenus. Bernardus Hieronym.

C

D

Secundum ex Sapientia, vt ipſe Chriſtus Dominus indicat Mat. 12. 42. Luc. 11. 24. ex quo Iudæi argumentabantur pro ſuo Salomone, & Ambro. illos refellit: *An quia* (inquit) *Salomõ ſapiens fuit? ſed hic ſapientiam poſtulauit, vt quam non habebat acciperet: Chriſtus ipſe ſapientia eſt, naturaliter in vniuerſum habens, quod in rebus humanis Salomon accepit per gratiam*. Quare Nyſſenus inde colligit, Salomonis *ſapientiam humana ſapientia terminos* exceſſiſſe, quod Chriſtum verã Dei ſapiẽtiam repræſentarit.

Ambroſius

Nyſſenus. Salomonis ſapientia ſupra humanam

E

Tertium, ex potentia, & dominatu ampliſſimo, quæ deſcribuntur Pſal. 71. & verius Chriſto quam Salomoni conuenire oſtendunt Ambr. Apol. 2. de Dauid c. 4. Hieron. in Pſalm. & Auguſt. & præterea de Ciuit. 17. c. 20.

Ambroſius Auguſtin. Hieronym.

Quartum, ex templi ædificatione. Quod item ſignificauit Chriſtus Dominus cùm de *tẽplo corporis ſui* dicebat: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, Ioan. 2. 19. cùm enim alterũ alterius figura eſſet, arcana quadam alluſione eluſit illus itque vafram Phariſæorum intelligentiam, & Paul. ad Hebr. 9. & 10. ita templum & tabernaculum, & omnia, quæ in templo & taber-

3 Tẽplum figura Chriſti corporis.

A naculo erant, ad Chriſtum refert, vt ipſe ſit templi conſtructor & excitator, & ſacerdos, & arca; at verò corpus ipſius ſit templum, & tabernaculum, & victima, & hoſtia, cuius ſanguine mundãtur omnia; & thuribulum aureum, & manna & virga *de quibus*, vt & Paulus dicebat, *non eſt modo dicendum per ſingula*. Quare ex hoc etiam capite errabant Iudæi, & confutantur ab Ambr. *Cur* (inquit) *hunc Salomonem Dei filium credidiſti? An quia templũ Deo condidit? Sed hunc Dominũ & Deũ nõ eſſe credere debuiſtis, quia ſcriptũ eſt: Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. In vanum laborauit, qui ædificauit id templum, quod ſubiectus ignis exuſſit*, &c. Vide Auguſtinum Præfatione in Pſal. 126. qui incipit: *Niſi Dominus ædificauerit domum*; pulchre de hac re diſſerentem, dum exponit, quorſum is Pſalmus inter reliqua omnia cantica Graduum, Salomonis nomine inſigniatur: inſcribitur enim: *Canticum Salomonis*: & præterea lib. de ciuit. 17. c. 8 explicat illam promiſſionem Dauidi de Salomone factam: *Hic ædificabit domum nomini meo*, quam non in Salomone, ſed in Chriſto domino completam fuiſſe, contendit. Vide Irenæum lib. 4. ca. 22. quod inſcribitur: *Quid eſt pluſquam templum, & quid pluſquam Salomon hic*: videtur enim legiſſe in illo Matthæi loco: *Ecce pluſquã templum, & pluſquam Salomõ hic*; ſic verò philoſophatur: *Plus & minus non in his dicitur, quæ inter ſe communionem non habent; ſed in his quæ eiuſdem ſunt ſubſtantiæ, & communicant ſecum, ſolum autem altitudine, & magnitudine differunt: vnus autem, & idem Dominus, qui pluſquam templum eſt, & pluſquam Salomon, & pluſquã Ionas, donat hominibus id eſt, ſuam præſentiam & reſurrectionem à mortuis: & plus tẽplo, & plus Salomone percipientes, quod eſt, aduentus filij Dei*. De eodem pulchrè Athanaſ. orat. 5. contra Arrianos, *Qui priſci illius populi reuerentiã erga templum laudabant, ac Dominum in carne, vt in tẽplo ſuo adorare recuſabant*, & Hugo de S. Vict. lib. 7. Alleg. in 3. Reg. c. 3. minutatim templũ, & quę in templo acciderũt, refert ad Chriſtũ, & nouiſſimè Pater Barradas to. 2. Cõcord. lib. [illegible] c. 10.

Ambroſius

B

Auguſtin.

Irenæus.

Plus & minus in terſimilia dicta.

Athanaſ.

Hugo victorinus.

Barradas.

Deniq; cultus ſplẽdor, tũ ipſius Salomonis, tũ Salomonicę domus Chriſtũ repręſẽtabat. Quod manifeſtè colligitur ex Pſal. 44. qui inſcribitur, *Canticũ pro dilecto*, id eſt, pro Salomone, vt explicat Hieronym. epiſ. 140. ad Principiam virginẽ; & ſicut *Dilecti* nomẽ primum in Salomonem; poſterius, ſed præcipuè, in Dei filiũ conuenit: ita ſanè & quæ de Salomonis pulchritudine, vnctione, veſtimẽtis, ac cætera quæ eodẽ Pſal. dicuntur Vide Hug. de S. Vict. li. 7. Alleg. in 3. Reg. c. 1. 2. 5. & commentarium noſtrum lib. 5.

Hieronym.

Hugo victorinus.

In vniuersũ verò Salomonẽ, fere in totius vitæ decurſu, *miniſtraſſe diſpoſitionibus filij Dei, glorias illius expoſuiſſe, & Chriſti regnũ præfiguraſſe, & typũ veri tẽpli ædificaſſe*, elegãter diſſerit Irenæus l. 4. c. 45. paulo etiã fuſius Proſp. p. 2. de Promiſſionibus c. 27. *de Salomone dicta, vel ab eo prophetice geſta, quæ Chriſto domino cõſignãtur*, ſapienter enumerãs, propter quod Salomonẽ *prophetã* nominat. Greg. item Nyſſenus hom. 7. in Cant. vbi ſeptem vel octo enumerat, in quibus Salomõ typũ veri geſſerit. Bernard. ſerm. 27. in Cãt. agẽs de ornatu & pellibus Salomonis. Iſidor. li. de morte Sanctorũ. Denique Rupert. Eucherius, Hugo de S. Vict. Allegor. in 3. Reg. li. 7. c. 1. 2. 3. 4. 5. aliique qui ſubtiliter & ſanctè in omnibus veteris teſtamẽti hiſtorijs ad fidei noſtræ myſteria confirmanda allegorias inuenerunt, & fœliciter ſequuntur.

Irenæus.

Nyſſenus. Bernardus Iſidorus. Eucherius. Hugo.

CAPVT XVII.

An ampliſſimarum de Chriſto promiſſionum Salomon fuerit typus & figura.

Ad locum 2. Reg. 7. 14. Ipſe erit mihi in filium, &c. Et ad titulos Pſal. 44. 71.

1 *Promiſſiones de Salomone ſoli Chriſto conuenientes. Titulus Pſalmi 44. & 71.*
2 *Triplex ſententia. Quæ videantur minimè conuenire Salomoni.*
3 *Quæ Chriſto conueniunt, reſpectum habere ad Salomonem. Plus & minus in Scriptura dici de rebus conuenientibus in eadem ſubſtantia.*
4 *Idoneum exemplum Salomonis cum Chriſto collati.*
5 *Quæ de Salomone. Idonea Patrum explicatio.*
6 *Salomon illuſtris Chriſti adumbratio.*

1 Triplex controuerſiæ præſentis caput.

TRia ſunt potiſſima, de quibus & eſt, ſemperque fuit ingens inter ſacros interpretes diſceptatio. An de Salomone ſcripta fuerint tanquam de figura & typo, licet de Chriſto Domino veriſſimè ac potiſſimè. An tantum de vero Salomone Chriſto, ita vt in illū alterum nulla ratione conuenerint. Primum, ampliſſimæ illæ promiſſiones factæ Dauidi 2. Reg. 7. 1. Paral. 18. & 21. & Pſal. 88. nimirū de illius *ſemine*, aut filios poſt illum *ſuſcitando*; & futuro in filium ſummo, & præpotenti Deo, de regnoque ſtabiliendo, &c. Secundum, Pſal. 44. qui inſcribitur: *Canticum pro dilecto*; quamuis enim in Hebræo habeatur, Canticum *Iedidoth*, id eſt, canticum dilectionum, vel amorum; tamen rectè conuenire cum Salomone, qui dictus eſt *Iedidiah*, 2. Reg. 12. 25. id eſt, dilectus, vel *amabilis Domini*: tanquam certū ponit Hieronymus epiſt. ad Virg. Principiam, in quo filij Core, quibus decantandus traditus eſt Pſalmus, videntur commendare Salomonem, & eius coniugē a dignitate formæ, eloquentiæ ſuauitate, morum mititate, potentiæ & fortitudinis robore; denique rerum aliarum ſplendore, & magnificentia. Tertium, Pſal. 71. qui inſcriptus eſt *in Salomonem*, & ampliſſimum eius dominatum, opulentiam, gloriamque vniuerſam deſcribere videtur.

ידידות ידידיה *Hieronym.*

2 Iudæi in Salomone Chriſtum non videntes.

Et quoniam fere de tribus capitibus vna, & eadem quæſtio eſt, tum re ipſa, tum apud interpretes, in genere primùm exponenda. Eſt verò triplex ſententia, duæ quidem velut huius diſcurſus Zonæ extremæ ſunt, rigidæ & torridæ: vna quæ media eſt, temperata. Prima Iudæorū, qui Salomonem vbique vident, vt Chriſtum, neque agnoſcant, neque videant. Et ſanè qui illum non agnoſcit tum in promiſſionibus, tum in Pſalmis, quos indicauimus, cęcus eſt, Iudęus eſt, Chriſtianus non eſt. Ex hoc grege Tryphon ille, aduerſus quem ſcribit Iuſtinus, & alij Iudæi apud Tertullian. libr. 5. contra Marcionem cap. 9. quibus ſe adiunxerunt aliqui interpretes Catholici apud Gloſſam incogniti auctoris Pſalmi 71.

Iuſtin. Tertull.

Qui in Prophetijs de Salomone, Salomonē non agnoſcant.

Secunda ex diametro oppoſita, eorum qui ita Chriſtum Dominum hiſce locis ſignificari aſſerunt, vt non magis Salomonem attingant, aut reſpiciant, quàm ſi nunquam extitiſſet Salomon. Et quamuis multi ex antiquioribus patribus, ita interpretentur Pſal. 44. & 71. vt Salomonis non meminerint; tamen diſertis verbis non omnes illum excludunt, neque in vniuerſum, ſed in quibuſdam tantum verſibus eorum Pſalmorum, ita de vero agi Meſſia, vt nulla ratione conuenire in Salomonem poſſint: nimirum ex 2. Reg. 7. 12. *Cum completi fuerint dies tui, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, & ſtabiliam thronum eius vſque in ſempiternum. Et fidelis erit domus tua.* ex Pſal. verò 44. 7. 8. *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Quod Apoſt. ad Hebr. 1. 8. 9. de Filio Dei interpretatur. *Ex* Pſal. verò 71. verſ. 15. *Permanebit cum ſole & ante lunam in generatione & generationem.* & verſ. 9. *Dominabitur à mari vſque ad mare; & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.* & verſ. 10. 11. Reges Tharſis, &c. 12. *Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.* & verſ. 17. *ſit nomen eius benedictum in ſæcula: ante ſolem permanet nomen eius.* Quod niſi Chriſto conuenire ac minimè Salomoni, acriter contendunt Tertull. li. 4. contra Marcionem c. 14. & lib. 5. c. 9. Iuſtin. contra Tryphon. Ambr. Apol. 2. de Dauid c. 4. Auguſt. 17. de ciuit. c. S. Hieron. initio Pſal. & Dan. 11. ſuper id: *ſtabit in loco eius*, &c. Euſeb. de demonſt. Euang. lib. 7. c. 3. Theodor. & Baſil. initio Pſalm. 71. & eodem loco Beda, Caſſiod. Euthymius, ex recentioribus verò Folengius, Geneb. & Agellius initio Pſ. 44. & 71.

Tertull. Iuſtinus. Ambroſius Auguſtin. Hieronym. Euſebius.

3 Media & temperata ſententia.

Ego verò temperatam illam viam tenendam cenſeo, quæ in his auguſtiſſimis promiſſionibus, & magnificentiſſimis prærogatiuis Pſalm. 44. & 71. ita Chriſtum veriſſimè ſignificatum aſſerit, vt tamen, quæ dicuntur omnia aſpectum habeāt ad Salomonem, qui Chriſti figura, & typus fuit, &, quoad fieri poſſit Salomoni conueniant, tanquam figuræ & imagini, & interdum quidem ægrè, coactè, anguſtè, figuratè, & hyperbolicè, & licet prius tempore, ſed non primario dignitate, & intentione prędicentis. At Chriſto Domino tanquam veritati, & prototypo, veriſſimè, pleniſſimè, auguſtiſſimè, ſponte ſua; & licet ſecundo, non ſecundario, ſed potiſſimum. Hæc proculdubio, mens, ſenſuſque ſanctorum Patrū: & quod mirificè Chriſti Domini maieſtatem commendat. Nam illa eſt lucis prærogatiua maxima; vt quæcunque in natura clariſſima, & illuſtriſſima ſunt, quanquam illius participatio quædam ſint; ſed tamen comparatione illius vmbra ſint. Atque illa immenſæ cœlorum amplitudinis ſumma amplificatio, quòd illorum comparatione vniuerſus terrę ambitus inſtar puncti ſit, quāuis & partes reſpondeant partibus, & Zonis climata atque regiones. Et cœleſtium etiam orbium ſiderumque dignitas quædam eſt; quòd quanquam in vili materia & anguſtiſſima quantitate, qualis eſt ſphæra lignea, repræſententur & figurentur, atque de illis agamus, philoſophemur, illorum magnitudinem, motus, vires, contemplemur. Non aliter ſanè cum in ijs teſtimonijs, quæ de Salomone & Chriſto Domino loquuntur, regni Salomonici gloriam aſſerimus fuiſſe vmbrā filij Dei, qui eſt *patris ſplendor*. Et cum terrenum regem ad cœleſtis & æterni regis amplitudinem & maieſtatem comparamus. Quod proculdubio illa nobis verba ſignificant: *Ecce pluſquam Salomon hic.* Vt enim Irenæus nuper à nobis indicatus ſapienter philo-

Chriſti excellētia vt vin clariſſima ſint illius vmbra, & figura.

Irenæus.

Philoſophabatur; *plus & minus* dicitur in his quę A
ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, & ſecum communicāt,
ſolùm autem altitudine & magnitudine diffe-
runt. Ergo quod Chriſtus Dominus dicitur *plu-*
ſquam Salomon, communicationem & compara-
tionem affert, ſed cum altitudine, & magnitudi-
ne, id eſt, cum exceſſu maieſtatis & gloriæ. Sic
Virg. Ec. 1. *paruis componere magna ſolemus*, neque non *ma-*
Cicero ex Thucidide de opt. gen. Orat. *gnis parua rectiſſimè comparantur*. Et verò oppor-
tunè huc adſcribemus, quod Hierony. Epiſt. 128.
ad Fabiolam ſcribit: *Ne quis me vim facere Scri-*
Hieronym. *pturæ putet, & ſic amare Chriſtum, vt hiſtoria auſe-*
Chriſti gloria ex eo quod à pluribus repræſentetur: tamquam à figura. *ram veritatem: interpretabor in membris, quod re-*
ferius ad caput; intelligam de ſeruis, quod implemur
in Domino, quamquam gloria Domini gloria famu- B
lorum ſit. Et vbicunque opportunitas loci tulerit, ſic
de vero lumine diſputabo, vt deriuetur ad eos, quibus
Chriſtus donauit, vt lumen ſint. Atque familiari i-
tem exemplo res hæc illuminanda. Fieri enim
poteſt, vt velit ſartor aliquis veſtem conficere
4 Idonea ſimilitudo. adoleſcenti abſenti, iuſtæ proceritatis, & tamen
proponatur illi puer ad cuius menſuram partes
veſtis metiatur; iubeaturque valde laxā & fluen
tem conficere, vt adoleſcenti maiuſculo, cui fit,
aptè & iuſtè quadrare poſſit. Sic ſanè, quę ad Sa-
lomonis menſuram dicta ſunt his pſalmis, valde
laxa atque fluentia dicta, & ſcripta ſunt à ſacris
Conuenire Salomoni, quamuis illo maiora. ſcriptoribus, ac longè maiora, quam pro Salomo
nis anguſtijs & exiguitate. quippe ita ſibi propo C
nebant Salomonem, cùm illius res, parteſque ca
lamo menſurabant, vt licet de illo, non tamen
illi ſcriberentur, ſed ei, qui erat *pluſquam Salo-*
mon: quamquam de Salomone ipſo qui præſens
tunc aderat, proculdubio ſcriberentur, atque Sa
lomon illis magnificentiſſimis præconijs tam-
quam veſte quadam ampliſſima, ac latè fluente
veſtitus incederet, vt illud ex noſtro Hiſpaniſ-
mo non ineptè dicas. *Que ſi bien a Salomon leuene, vienele ancho.*

Patrũ conciliatio & germana intelligentia. Hinc elici poteſt vera patrum intelligentia, &
concordia teſtimoniorum in ſpeciem pugnan-
tium: ſcribunt enim plerique pleraque *quæ de*
Salomone in his pſalmis *dicuntur, Salomoni nõ con-* D
Hieronym. *uenire*, quod dixit Hieron. Dan. 11. ſuper 19. *ſta-*
bit in loco eius, &c. quod videtur repugnantiam
continere, vt de Salomone dicantur, & Salomo-
ni non conueniant. Sed non aliam habet concor
diam, quàm quæ à nobis expoſita eſt, vt ad men
ſuram Salomonis dicta ſint; ſed tamẽ laxiora &
& maiora, q̃ pro eius menſura, & exigentia, vt
potius dicas, in mẽſura & paruitate Salomonis,
ad menſurã, & magnitudinẽ Chriſti dicta eſſe,
id eſt, in paruo magna; ideo non tam Salomoni,
quã Chriſto aptè & iuſtè conuenire. quippe tãta
retũ laxitas & amplitudo non ab alio quàm à fi-
lio Dei ad ſummum impleri potuit. Quare ele- E
ganter ſubdit Hieronimus; ea omnia *ex parte &*
quaſi in vmbra, & imagine veritatis in Salomone
præmiſſa fuiſſe vt in Domino Saluatore perfectius im
plerentur. Quod igitur homuncio, & puſio Salo-
mon non implet quamuis geſtet, implet virile,
ſeu mauis *gigas, qui exultauit ad currendam viam*.
Et in eandem rem idem Hier. initio Eccleſiaſtę:
Pſal. 44. & 71. Dilecti & Pacifici titulo prænotãtur;
qui tametſi ad prophetiam Chriſti & Eccleſiæ perti-
nentes fœlicitatem, & vires Salomonis excedunt; ta-
men ſecundum hiſtoriam ſuper Salomone conſcripti
Auguſtin. *ſunt*. Conſonat Aug. lib. 17. de ciu. c. 8. vbi in hac
ipſa, quã nos ſequimur paruitatis Salomonicæ,
& magnitudinis Chriſti analogia perſiſtẽs; *Hãc*
(inquit) *tam grandem promiſſionẽ, qui putat in Sa-*
A *lomone fuiſſe completam, multum errat*. neque ta-
men omnino Salomonem reijcit ab aliqua ha-
rum prophetiarum communicatione. ſubiungit
enim: *Factam eſſe nonnullam imaginem rei futuræ*
etiam in Salomone. & dum aſſerit, quæ dicuntur
Pſal. 71. *Omnino Salomoni conuenire non poſſe, Do-*
mino autẽ Chriſto aptiſſima perſpicuitate conuenire;
inde colligit *euidenter apparere* q; *in illo figura qua*
liſcunque adumbrata ſit, in iſto autẽ ipſa veritas præ
ſentata. Eucherius initio 3. Regũ de Pſalmo 44. Eucherius.
& 71. iiſdem verbis ſecũdum hiſtoriã loquitur,
quibus Hieron. & Rupert. 3. Reg. 1. ait Pſalm. 71.
totum præfiguratum in Salomone, myſticè de Chri-
ſto intelligendum; & Abulenſ. 2. Reg. 7. q. 9. poſt- Abulenſis.
B quã doctè & copioſè veramque quæſtionis par-
tẽ verſauit, aſſerit, promiſſiones illius 2. Reg. 7.
& Pſal. 71. tã de Salomone, quàm de Chriſto ad
litteram accipiendas eſſe. At fere eadẽ eſt, quod
ad Salomonem attinet, interpretatio Vatabli, Ti Vatabl.
telm. Pſal. 61. annot. 1. qui vult Dauidem cõtem- Titelm.
plati *in Regno Salomonis regnum Chriſti*, tanquã Fr. Lucas.
in typo veritatem. Iſidor. Clar. Montan. Ianſen. Montanus.
Reynerus. nouiſſimeq; Franciſcus Lucas Matth.
1. num. 16. fatetur, quæ 2. Reg. 7. dicuntur, de Sa-
lomone dici, & Pſal. 71. regnum Chriſti ſub Salo
monis nomine deſcribi. Quæ eò congeſſi, vt con
ſtet rem eſſe receptam apud omnes.
Ergo ex Hieronymi, Auguſtini, Irenæi, & alio 6
C rum grauiſſimorum virorum ſententia, longè Hieronym.
abeunt, qui Chriſtum Dominum in Salomone Auguſtin.
micantem ſpectare negligũt; & qui ab humiſmo Irenaus.
di prophetijs, quæ de Chriſto Domino ſunt, ita
Salomonem excludunt, vt vmbræ cum corpore,
imaginis cum prototypo, humanorum cum diui
nis, temporalium cum æternis mirabilem cõcen
tum, atque conſenſum percipere nolint. Sed his
quoque maior lux ex ſequentibus.

CAPVT XVIII.

D Obiectionum extremæ ſententiæ aduerſus Salomonem propoſitio, atque dilutio.

1 *Cur Priſci Patres negent quædam de Salomone dici potuiſſe. Mos Doctorum inclinandi in oppoſitum extremum, vt alterum conuellant.*
2 *An Salomon patronymicum.*
3 *Filij Core quo tempore extiterint, & An de Salomone prophetarint. Iterum de titulo Pſalmi 44.*
4 *Promiſſiones diuinæ in Salomone conſtringuntur, in Chriſto amplificantur. Quæ de Chriſto accipiuntur, poſſe aliqua de Salomone quoque intelligi.*
E 5 *An duplex ſenſus harum promiſſionum litteralis. Allegoria mixta verborum & rerum.*
6 *Senſus myſticus non ſolum per res, ſed etiam per verba ſignificatur. In ſenſum myſticum etiam intendiſſe ſacros Scriptores.*
7 *Sacram Scripturam aliquando de ſe ipſo loqui & prophetare. Titulus Pſalmi 41.*

Ed ne vllus in animo dubitatio- 1
nis, aut difficultatis aculeus re-
linquatur, ea proponamus &
diluamus, quæ Genebrardus Genebrar.
pro ſua illa extrema & ni-
mium ſæuera in Salomonem ſententia congerit,

quibus nos etiam alia rationum momenta & ro-bora adhibeamus.

Prima obiectio. *Tertull. Iuſtin. Ambr. Auguſtin.*

Primum quid illud, quòd Tertullianus, Iuſtinus, Ambroſius, & alij ſanctiſſimi patres tã acriter pugnant, vt omnino poſſint Salomonem ab huiuſmodi ꝓphetijs eliminare; vt Iuſtinus dicat *Iudæos inſipienter aſſeuerare* eum Pſalmum 71. eſſe à Dauide in Salomonem conſcriptum; Tertull. *Iudæos illũ nobis eruere conatos*: Auguſtinus, *errare, qui illud aſſerat*, &c. quaſi hęc ſit vera pietas, & vera fidei noſtræ aduerſus Iudæos confirmatio.

Reſpõſio.

Ad hoc argumentum, quod pro pietate eſt, fateor ſanè, non ſolùm pium, ſed etiam prudẽtem & neceſſarium illorum ſapientiſſimorum patrũ conatum extitiſſe, vt Iudęorum imperitiã & peruicaciam infringerent, &, ſi qua poſſent ratione Chriſti Domini, quem cæci non videbant, cognitione illuminarent: eſt enim familiare ſanctis patribus, vt penitus errores conuellant, in oppoſitum extremum inclinare. Quem morem ad rem aliam obſeruauit Cardin. Baron. tom. 1. Annal. Anno 48. Quare vix inuenias Patrem aliquem modum in loquendo excedere, præterquam cùm in errorem aliquem inuehuntur. vt cùm Chryſoſtomus de incomprehenſibili Dei natura, Theodoretus Dialogo 1. & alij negare videntur Deum à beatis videri poſſe: illud vnũ negant contra errorem Anomæorum, Deum naturæ viribus videri, nedum comprehendi poſſe: & dum Epiphan. hæreſ. 78. in dubium vocat, Nũ beatiſſima Virgo diẽ obierit; quod tamen certa Eccleſiæ traditione receptum & conſtitutum ſẽper fuit, vt vel ſic deterreret Antidicomariani-tas, qui illius virginitatem illibatam infamiare conabantur. Sed in re noſtra præ manibus eſt Ambroſij exemplum; qui Iudæis non agnoſcentibus in Salomone Chriſtum, etiam in ipſo Salomone, Salomonem illis negat; & neque *pacificum* fuiſſe, aut ſui nominis vim obtinuiſſe illis vult concedere: *Quomodo* (inquit) *Salomon pacificus? nõ hoc Ioab ſanguis oſtendit; non Adoniæ pœna.* Cùm tamen certa fide conſtet non vanũ, & ſine re nomen Salomoni inditum, vt exponitur 1. Paral. 22. 9. Adde illud potiſſimũ curare ſanctos Patres, quod verè potiſſimum erat, & potiſſimũ ab Spiritu ſancto intẽtum; id eſt, vt Chriſtũ in ſuis figuris agnoſceremus, eo præſertim tempore cũ Chriſti Ieſu cognitio nondum ſatis confirmata videbatur. Ergo ijs, qui ita figuras & imagines amplectebantur, vt veritatem non aſpicerent, figuras eripiunt, vt vel ſic ad ſolã veritatem aſpiciant; benignius ſanè, & cum Salomone & cum Catholicis acturi, qui & Chriſtum Ieſum tũ per ſe, tum in ſuis typis & imaginibus ſplendentem ſummo cum animi ardore & charitate contuentur, & amplectuntur.

(In margine: Patrũ mos in oppoſitũ inclinare, vt errorẽ conuellant. *Baronius. Chryſoſt. Theodoret. Epiphan. Ambroſius.* Cur Ambroſius neget Salomonẽ fuiſſe pacificũ. Figuras, non veritatem aſpicientibus, eripiendæ figuræ.*)*

2 Obiectio ſecunda.

Secundum, nihil pro Salomone facit, quòd in *Salomonem* inſcribatur Pſalmus 71. & Pſalm. 44. nomine *dilecti* prænotetur: quanquam enim ea nomina ſint Salomonis propria, ſed interdum tamen poſſunt eſſe patronymica & gentilitia, vt Salomon ſignificat Salomonium, aut Salomonidem aliquem, id eſt, à Salomone oriundum: cuius rei paſſim in Scripturis exempla occurrunt, Iudas, pro Iudæis: Robeo, pro Rubenitis; Leui, pro Leuitis; Iſrael, pro Iſraelitis, &c. Adde nomen Salomonis aliquando eſſe appellatiuum, vt *pacificum* ſignificet, quicunque ille ſit, atque illũ potiſſimum, qui *pax* ipſa eſt, ſic cenſet Geneb. initio Pſalm. 71.

(In margine: Salomon an aliquãdo nomen patronymicũ, & appellatiuum.*)*

Reſpõſio.

Hoc item argumentum ſubtilius eſt, quam ſolidum, & multo cũ labore à Geneb. in rem præſentem coactũ: quippe cùm nomen proprium, patronymicè, aut appellatiuè accipi oportebit, materia ipſa, & circũſtantiæ loci oſtendent. Illis verò locis cũ Salomonem lego, Salomonem intelligo, & cum Hieronymo & Auguſt. de Salomone tanquã de figura, & typo Chriſti interpretor, & quòd fieri aliquãdo poſſet vt nomen propriũ appellatiuè accipi poſſit, hoc loco ſine ratione fieri, cum ratione inficior. *(In margine: Hieronym. Auguſtin.)*

3 Tertia obiectio de tẽpore filiorũ Core.

Tertium, quòd Pſalmus 44. fuerit decantatus & vaticinatus à filijs Core Moſis temporibus, id eſt, quadringentis & octoginta annis ante Salomonem; itaque ſi Spiritus ſanctus, eis aliquid tã ti inſpirabat; non eſt dubium, quin id potius faceret de Chriſto, quam de Salomone nullius pretij homuncione, ſi cum Chriſto cõparetur. Hoc quoque argumẽto nititur Geneb. initio Pſal. 44. *(In margine: Genebrar.)*

Reſpõſio.

Quòd hoc tertium argumentum agit de auctore Pſalm. 44. cuius conſcriptionem & inſcriptionem ad filios Core & Moſis tempore Genebr. refert, longè mea quidem ſententia diſcedit, & ſibi non conſtat; namque cũ nuper vellet nomina propria patronymica facere, & pro capite alicuius gentis ipſam gentem & poſteritatem intelligere; nunc è contrario videns perſpicuè nominari poſteritatem, & *filios Core*, iam non vult intelligere gentem, & poſteritatem Core, Dauidis ſæculo, ſed illos ipſos Core, & primos filios huius poſteritatis auctores. Ergo ſanè Dauid, aut qui Dauidis, & Salomonis ſæculo vaticinabantur, huius pſalmi compoſitores fuerunt. Sed eſto fuerint Core, aut alius antiquior, nonne ille Deo reuelante potuit Salomonem longè futurum aſpicere, & in Salomonis gloria Dei filium contemplari?

(In margine: Genebrardus ſibi non conſtans. Filij pro poſteritate. Quis auctor Pſalmi 44.*)*

4 Quarta obiectio.

Quartum, quòd longè anguſtiores promiſſiones in vtroque Pſal. & 2. Reg. 7. cõtinentur, quã vt in terrenum regem competãt, in Salomonem præſertim, cuius vita, imperium, nomen anguſtiſſimis temporis & Syriæ terminis circũſcribebatur. cuius *nomen*, non modò non *benedictum in ſecula*, ſed nemo illius nomine benedictionem accepit; qui non Deus: ſed in illo multa planè, etiã homine peiora & indigniora.

Reſpõſio.

Hoc quod quarto loco obijcitur de promiſſionibus & prærogatiuis magnificentiſſimis, non magis difficile. nam poſſunt illæ ſanè anguſtius accipi, & cõtrahi ad Salomonem: poſſunt etiam auguſtius produci ad Chriſtum Dominum. Sed ſi hæ ipſæ ampliſsimæ atque magnificentiſsimæ pollicitationes Salomoni induantur, puerum veſties veſtibus proceriſsimi gigantis, ornamentiſque longè ſinuoſiſsimis. Sed ea demum, quanuis ſe maiora, nemo aptius geſtabit, quàm ipſe Salomon, & quanuis alienis ornamentis inſtructus, nemo melius Chriſtum Ieſum, cuius illa propria ornamenta, & inſignia ſunt, repræſentabit. Rem ſuperius familiari oſtendimus exemplo.

(In margine: Promiſſiones in Salomone cõſtringi, in Chriſto amplificari.*)*

Quinta obiectio.

Quintũ, quod Apoſtoli pleraque huiuſmodi teſtimonia de Chriſto accipiũt, vt ad Heb. 1. multa itẽ Rabbini interpretentur de ipſo vero Meſſia; vt qui de Salomone accipere velint, deteriores Rabbinis cenſendi ſint. Vide alia, quæ in hãc rem congerunt Gloſſa, Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius 2. Reg. 7. *(In margine: Gloſſa, Nicol. & alij.)*

Reſpõſio.

Efficit ſanè hæc obiectio, vt quæ Paulus, alius ve ſacer Scriptor de Chriſto Dño expoſuit, de illo exponi veriſſimè atque potiſſime debere intelligamus. Sed minimè inde fit non poſſe quoq; de

Salomone

Salomone,qui eſt Chriſti figura,idoneè, quãuis minus præcipuè,mi nuſque ſplendidè,accipi. A

An vbi Salomon Chriſti figura eſt,litteraliter de Chriſto ſcribatur. Senſus myſticus quis

5 Atque nunc quidem noua ſuboritur difficultas,an quæ de vtroque accipi poſſunt, de altero tantum in ſenſu litterali accipiãtur,id eſt,de Salomone. de altero verò,id eſt de Chriſto Domino, tantum myſticè. Et verò cum ſenſum myſticum nomino, ſenſum intelligo potiſſimũ intentum ab Spiritu ſancto; in quem tanquam in finem,& tanquam in materiam primariam intendebat propheta, & ſenſus litteralis hiſtoricus, qui primum, & velut materiale fundamentum alterius eſt, refertur.

Abulenſis. Duplex ſẽſus litteralis. Pradus.

Hac dubitatione ſuperius indicatus Abulenſ. contendit,ea loca litteraliter de vtroque, id eſt, B de Salomone & Chriſto intelligenda; Cum quo facit etiam quod Pradus noſter.ſect. 8. ſui commentarij Iſagogici in Ezechielem, vult, quòd quando eſt Allegoria mixta verborum & rerũ, ſibi inuicem reſpondentium, vtrunque litteraliter accipi oportet, quia verba ipſa in vtrunque deriguntur. Atque huius ſententiæ videntur eſſe,qui plures ſenſus litterales in eadẽ ſacra ſententia aſſignant. At Hieronymus initio Eccleſiaſtæ,Eucher. & alij, quos ſuperius indicabamus, cap. præcedenti, aſſerunt quæ diximus, *ſecundum hiſtoriam de Salomone, myſtice de Chriſto*,intelligenda. cum quo etiam facit Turrianus noſter explanat.3.lib.2.in Clem. volens quæ dicuntur de figura, dici litteraliter; quæ autem de figurato, dici per allegoriam, vt Paulus loquitur ad Galatas. C

Allegoria miſta. Hieronym. Eucherius. Turrianus

6 Sed ſanè res hæc longioris diſputationis eſt, illius nempe de ſenſibus Scripturarum. Quæ non ſolum rei difficultate, ſed auctorum varietate,& loquendi homonymia, atque ambiguitate incredibiliter impedita eſt: alijs aliter ſenſum vel litteralem, vel myſticum definientibus. Et cũ quidam illum eſſe ſenſum litteralem velint, in quem ipſa verba diriguntur; myſticum verò, in quẽ res ſignificatæ per verba: alij tamen amplius exigunt ad ſenſum litteralem,vt ſit ille, in quem primum, & nullo facto tranſitu per rem D aliam ſignificatam,verba diriguntur: myſticum verò in quem ita verba diriguntur,vt prius per rem aliam ſignificatam tanquam per primũ fundamentum,& materiam tranſierint.Quòd enim ſenſus myſticus non ſignificetur per verba, ſed ſolummodo per res,minimè admittendum cenſeo;nã ſenſus omnes ſcripturarũ,ſiue litterales, ſiue myſtici ſenſus ſcripturę & verborũ ſunt;ſed cum ordine, & analogia rerum ſignificatarum.

Commodior definitio ſenſus litteralis, & myſtici.

Quæſtionis idonea reſponſio.

Quare illud ſatis in præſentiarum ſit conſtituere,Quę Chriſtum ſignificant,ſiue litteraliter, ſiue myſticè,de illo primario, ac potiſſimum dicta & prædicta, & ſcripta,& intellecta fuiſſe,atque in eum ſignificandum intentiſſimè reſpexiſſe ſacros Scriptores. E cui minimè obſtat, quòd cum Chriſtum reſpiciebant & ſignificabant,viã & gradum fecerint per primam aliam & proximam materiam, quam etiam reſpiciebant & ſignificabant, ſed leuiter tamen & per tranſennã attingebant, vt cum per Salomonem ad Chriſtum contemplandum, & ſignificandum procedebant. An hoc verò faciat vtrumque ſenſum litteralem,nec ne; an vnum tantum litteralem, alterum verò allegoricum,ſeu myſticum; nõ eſt huius loci, ſed illius quem dixi. De errore verò Theodori Mopſueſteni, qui materiam hanc tangit,paulo inferius.

Sexta obiectio.

Sextum, Qnòd cum Pſalmus 71. Propheticus A ſit, non videtur ſcribi potuiſſe de illo ipſo, qui eiuſdem auctor & ſcriptor eſſet. At ſcriptum ab ipſo Salomone nonnulli apud Titelmannum & Ianſenium voluerunt. Et quidam alij, vt Mouretus, inſcribunt, *Oratio Salomonis*.

Mouretus.

Reſpõſio. Sacri Scriptores de ſe tãquam de tertia perſona.

Hæc quoque obiectio parum habet virium; nam quãuis ab Salomone compoſitus eſſet Pſalmus, poſſet ipſe de ſemet loqui, pro more aliorum ſacrorum ſcriptorum, qui de ſe tanquam de tertia alia perſona loquuntur. Sed quidem non eſſe Salomonis, ſed Dauidis, iam dicemus in ipſius Pſalmi breuibus ſcholijs ad libri calcem adhibendis, pro totius Salomonicæ gloriæ coronide & clauſula.

Septima obiectio.

B Septimum, Quòd videmur in Theodori Mopſueſteni errorem dilabi, qui quidem & rerum veterum exiguitatem, & Chriſti magnitudinem cùm agnoſceret; tamen errabat, quæ de Chriſto prophetice prædicta fuerant, ad veteres hiſtorias transferens. Sed longiſſimè à Theodoro noſtram ſententiam abeſſe, vt fidem ab errore, quoniam paulo longioris negotij eſt, cap. ſequenti à nobis exponetur.

CAPVT XIX.

C

Quæ hiſtorice de Salomone dicuntur, veriſſime de Chriſto Domino prædicta fuiſſe.

Digreſſio ad errorem Theodori Mopſueſteni circa veterum de Chriſto figurarum interpretationem.

1 *Error Theodori Mopſueſteni ſubtilis, ſed Iudaizans, in quo poſitus.*

2 *Prophetia de Chriſto non ſolum in illo impleta, ſed de illo verè prædicta atque perſcripta.*

3 *Theodorus cuius patria & profeſſionis; coætaneus Chryſoſtomi. Lapſus & relapſus.* D

4 *Quot & qui libri Theodori. Capit ſcribere natus decem & octo annos. Photij de illo cenſura.*

5 *Hæretici hominis ingenium ex Heſychij teſtimonio.*

6 *Aliquando habitus Catholicus. Decreta quintæ Synodi.*

QVannis feneriorem illam ſententiam temperauimus omnino excludentium Salomonem ab ijs prophetijs, quæ de Chriſto ſub Salomonis nomine dicuntur, cauendum tamen ab oppoſito extremo, & declinandus ſcopulus, in quem Theodorus Antiochenus Mopſueſtiæ Epiſcopus offendit. qui quidem in ſpeciem ſubtilis & accuratus Scripturarum veteris teſtamenti interpres, re ipſa hæreticus Iudaiſmum latentem admiſcebat Euangelio. Quamuis enim fateretur rem Chriſti, & Euangelij veritatem maiorem & magnificentiorem eſſe anguſtijs, & hiſtorijs veteris teſtamenti: tamen negabat dici de Chriſto, quod in Chriſto impleri fatebatur, tantumq; de rebus veteribus vetera illa Scripturarum teſtimonia ſcripta eſſe. Cuius ſententiam ſuis verbis ex ſynodo Romana ſub Vigilio deſcriptam à noſtro Franciſco Turriano libr. 1. in Clemen. explanat. 1

E

Theodori Antiocheni error cum Iudaiſmo.

3.hic

Neſtorij errore tinctus.

præter eos, quibus confurtabit Apollinarem & Eunomium, quamuis multa bene ſcripſerit, tamen Neſtorij partes ſequutus eſt, vt ex tota illa Act. 4. & 5. Synodi 5. Conſtantinopolitanæ conſtar, propter quæ paſſim anathematizatur. Scripſit præterea *de Perſica magia, & quid hæc à pio cultu differat, libellos tres*, vt ait Photius, Codice 81. ſuæ Biblioth. Tum etiam cap. 177. opus *contra aſſerentes, Peccare homines natura non voluntate*. in quibus multa Neſtoriana veris & Catholicis permiſcet.

Photius.

Annos duo de viginti natus ſcribere ſe incipit.

Sed quod ad interpretationem Scripturarum ſpectat, videtur *decem & octo annos natus cœpiſſe ſcribere* (vt ex Leontio monacho affert Turrianus) *deliras & prauas interpretatione in Sacram Scripturam*. Sed hæc potiſſimum ſcripſiſſe fertur volumina: In Geneſim; cuius meminit Photius in ſua Bibliot. Codic. 38. cuius expoſitiones Philoponus acriter reprendit, vt ipſe Photius ſcribit Cod. 43.

Turrianus

Commentarios item in Pſalmos, ex quibus multa fragmenta referuntur in 5. Synodo. Leontius vero narrat deleuiſſe omnes Pſalmorum inſcriptiones: & Pſalmos omnes Iudaicè de Zorobabele, & Ezechia expoſuiſſe, exceptis tribus, quos ſolos de Domino interpretabatur.

Pſalmos Iudaice interpretatus.

Scribit idem Leontius negaſſe duos libros Paralipomenon, & Eſdram. & repudiaſſe librum Iob, & Cantica, quæ non niſi impudicè & amatoriè interpretatus eſt.

Leontius. Quos, ſacros libros non admiſerit.

Referuntur etiam Act. 5. Commentarij illius in Prouerbia, Eccleſiaſtem, duodecim Prophetas, in Matthæum, Lucam, Ioannem, Actus Apoſtolorum. Leontius verò meminit reiectæ ab illo Epiſtolæ Iacobi, immo & omnium Catholicarum.

Photius.

In vniuerſum autem de illius ſcriptis ſic cenſet Photius Codic. 177. *apparet ſtudioſius verſatum fuiſſe in ſacra noſtra & diuina Scriptura; & ſi in pleriſque à veritate abberet.* De ſtylo autem ſic cenſet. *Et ſi dictionibus vtatur non inuſitatis, obſcurus tamen eſt: quia enim catenatas vt plurimum adhibet periodos, & interpoſitiones crebras, per quas etiam ſenſus quàm longiſſimè à re propoſita recedit. Rurſum quia nominum obliquis ac participijs redundat, & res eaſdem frequenter, neque id ſatis ornate reuoluit, ac repetit: quia denique repetitiones illius pluribus quàm narrationes ipſæ (quod omnino ſine methodo fit) circunſtantijs referta ſunt, ſimilibuſque ex cauſis non parum obſcuritatis ſcriptis ſuis aſpergit.*

Illius ſtylus inculcus, & dictio obſcura.

Photius.

Cum qua illa etiam cenſura conſentit, quam idem Photius Codice 38. adhibet de Interpretatione Geneſeos: *Stylus* (inquit) *illi neque illuſtris, neque valde perſpicuus. Fugiens verò, quantum in ipſo eſt, allegorias, & hiſtoriarum dumtaxat expoſitionem tractans, putidè nimis eadem identidem repetit, & ingratus atque faſtidioſus legentis accidit.*

5

Heſychius. Quale Hæretici hominis ingenium.

Sed Hæretici hominis ingenium ex interpretatione Prophetiarum, & cenſura, quam de illa adhibet Heſychius in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria, vt refertur Actione illa 5. Syn. 5. *Prima elementa ſua doctrinæ ex Iudaico vaniloquio incipiens, Codicem in Prophetias Pſalmorum conſcripſit, omnes de Domino prædicationes abnegantem. Culpatus verò, & periclitatus contraria ſibi dixit, non ex voluntate, ſed compulſus omnium querimonijs; & Codicem ipſum delere pollicitus, latenter conſeruabat Iudaicæ impietatis viaticum. Quoniam verò loquens conſtitutus, vana ſolitus loqui doctoris famam conſequutus eſt, paucis quibuſdam apud eum ſtudentibus. qui veneno dictionum decipiebantur, calicem bibentes, verbis quidem bene compoſitis coloratum, blaſphemis verò intellectibus, & veneno plenum.* Atque ipſe Theodorus *in principio Commẽt. in duodecim prophetas abnegans prophetias de Chriſto eſſe prædictas*, ſuis verbis refertur, Act. 4. Synodi 4. *Non volentes* (inquit) *iſta conſiderare, voces omnes trahere ad Dominum tentant Chriſtũ, vt quæ de populo facta ſunt, ſimili modo intelligerẽt, & riſum præſtarent Iudæis, quando ex Scripturarum ſequentia, nihil ad Dominum Chriſtum pertinentes oſtendunt voces.*

Aliquando autem habitus eſt Catholicus, & defenſus à Theodoreto contra Cyrillum, & familiaribus epiſtolis adpellatus à Baſilio, Greg. Nazianzeno, Greg. Nyſſeno, & alijs ſanctis Patribus, vt refertur Act. 4. & 5. Synodi quintæ. & aliquando etiam connumeratus cum Catholicis Epiſcopis, nimirum cum erat & habebatur Catholicus in ſynodo quarta Conſtantinopolitana, vt obſeruauit Baron. tom. 4. anno Chriſti. 394. ſed poſtea tum à ſua Eccleſia damnatus, vt dicitur in 5. ſynodo, & deletum eius nomen ex ſacris Eccleſiæ Diptychis: & præterea de ſexaginta ſex capitibus appellatus apud Vigilium Põtificem, cuius in Romana ſynodo decretum, aut conſtitutum, referũt Antonius Auguſtinus, in Collectione Concil. Franciſcus Turrianus Explanat. in Clementem, Cardinalis Baronius tom. 7. anno Chriſti 553. ex Actis ſynodalibus Vigilij Papæ. Quanquam velis hoc decretum potius pertinere ad quintam Synodum; ex cuius Actis, ſicut pleraque alia, videtur hoc fragmentum ſublatum, ac ſuo loco reſtitui debere. Atque hæc de Theodoro, tum & Salomone Chriſtum repræſentãte. Quæ tum ex ipſo Pſalmo. 71. lucem accipient, tum eundem illuminabunt, ſi breuibus ſcholijs vniuerſum ad ſupremam Salomonicæ gloriæ & magnitudinis coronidẽ percurramus.

6 *Theodoret.* *Baſilius.* *Nyſſenus.* *Baronius.* *Turrianus*

CAPVT XX.

Iudiciariæ Salomonis poteſtatis & vniuerſi regni fœlicitas, & ſplendor Chriſti Regis maieſtatem & gloriam adumbrantes.

Ad Pſalmum 71. breuis Commentarius.

1 *Varia Pſalmi inſcriptio.* Manus *quid in ſacro ſermone. Salomonis nomen propriè ſumptum.*
2 *Pſalmi auctor Dauid, ex populi perſona.*
3 *A Deo omnis iudicij poteſtas. Dauid Dei patris figura non iudicantis quemquam.* Iudicium *quid propriè.*
4 *Dare, Liberalitatis eſſe. Cur precatio fiat imperando.* Iuſtitia *quid,* & iudicium veritatis. *Illuſtratus Ezechiel.*
5 *Filius regis ſolus Salomon. Illuſtratus Moyſes.*
6 *Conſtructio Græca. Princeps ſubditos tractans humaniſſimè. Illuſtrata Sapientia.*
7 *Pauperes potiſſimum commendati fidei Principis. & ſancti ab illo defenſi. Illuſtratus Iſaias.*

I. In

I. In Salamonem.

1 Varia inſcriptio.

PRimo ſapienter cenſent qui putant perinde referre ſi dicatur, *in Salomonem*, vel, *de Salomone*, vel, *pro Salomone*. quòd hæc omnia videatur amplecti illa Septuaginta inſcriptio: *in Salomonem*: quam Hieronymus propriè ex Hebræo dixit: *Salomoni.* ſupple, dicatus, aut congruens Pſalmus: ſicut alij inſcribuntur *ipſi Dauid*. quod alij vertunt: *ipſius Salomonis*, vt Vatab. & Nebiẽſis, minus rectè faciũt; nimirum ſine cauſa voluut Pſalmum eſſe ipſius Salomonis ſcriptoris, & auctoris. Illi ſimplicius qui inſcribunt *de Salomone*, quod non diſplicet Vatablo; ſed qui, *pro Salomone*, reſpexerunt ad Pſalmi initium deprecatorium. Sed eleganter Kaldeus inſcriptionem etiam elucidat paraphraſi: *Per manum Salomonis dicta prophetice*. Nõ tam vt *manus* auctorem, aut ſcriptorem ſignificet, quàm miniſterium, &, vt ita dicam, exercitium Salomonis ſuo regno, & ſuis rebus Chriſtũ repreſentãtis: ſicut de alijs Prophetis ſcriptum eſt: *In manu Prophetarum aſſimilatus ſum*. Quare qui Salomonem non propriè, ſed patronymicè, aut gentilitiè, vel appellatiuè ſumendum vult, fruſtra ſe torquet, is eſt Genebrar. vide quæ diximus c. 18.

Marg.: Hieronym. — Vatablus. — Nebienſis. — Kaldæus. — Oſea. c. 12. 10

2 Auctor Pſalmi.

Secundò, Quis ad Deũ Pſalmi preces fundat, id eſt, Quis ſit auctor Pſalmi, non tam ex titulo (nam nemo prænotatur) quàm ex materia ſubiecta colligendum; neque enim perſonam loquentem ab auctore Pſalmi rectè videtur ſeiunxiſſe Vatab. exiſtimans compoſitum carmen in perſona populi, fauſtiſſima quæque regi ſuo Salomoni imprecantis.

Tertiò, ergo Dauid ſenio confectus, de ſucceſſore cogitans, regnoque in futurum proſpiciẽs, poſtquã Salomonem filium regum ſolemnibus inauguratum, throno regio inſidentem, Dei nutu, ac ſuo iuſſu, vidit 3. Reg. 1. ſpiritum illi iudicij, atque iuſtitiæ, vt ſanctè obeat officium ſuum è re pauperum, & vniuerſi populi, tribus primis verſiculis precatur.

II. Deus iudicium tuum Regi da: & iuſtitiam tuam filio Regis.

3 DEus Elohim. Supremus iudex, *à quo iudiciũ, & omnis poteſtas. Ad Patrem loquitur Propheta*, vt ait Hieron. *vt iudicium filio donet*. ſic conſtat in Dauide tradente Salomoni regnũ, & per *quatuor* quidem ante ſuam mortem annos, vt Hieronymus ad Vitalem autumat, quod *nulli præterea regum contigit*, vt Auguſt. dixit 17. de ciuit. c. 8. illuſtris figura Dei patris *omne iudiciũ dantis filio*. iã ergo tũc parens Dauid *non iudicabat quẽquam*.

Marg.: Sap. 6. 4. — Ioã. 19. 11 — Rom. 13. 1. 2 — Hieronym. — Auguſtin. — Ioã. 5. 22. 27.

Iudicium tuum. Kaldæus: *ſententiam iudiciorum tuorum*, id eſt, formulam iudicandi. ex diuino. n. præſcripto Reges iudicant, ſicut inferiores iudices ex formula regis. Ego (inquit Dauid) regnũ Salomoni trado; ſed tu illi, ò rex ſupreme, iudicandi formulam præſcribe: *(yo renuncio en el mi officio real, vos le dad la poſſeſſion, y el aranzel)* Inſtrue illum ſpiritu iudicij, vt iudicare poſſit populum, & diſcernere inter bonum & malum 3. Reg. 3. 9. Igitur Salomon ex precibus paternis diſcere potuit formulam precandi, & poſtulandi ſapientiam, atque iudicium. ſicut & de vero Salomone Chriſto ſcriptum eſt Ierem. 23. 5. *Regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiã in terra.*

Marg.: Iudicium quid. — 3. Reg. 1.

Da. Pro tua liberalitate, ſic poterit tuam iuſtitiam ęmulari homo, ſi de *ſede magnitudinis tuæ ſapientiam mittas*, quæ regi aſſideat, & cum illo *laboret*. eleganter noſter. 4

Marg.: Sap. 9. 10. — Crucius.

Rex, æquitatem, qua regit omnia.
Hanc ſanctè regis ſenſibus imprime:
Tuaque proles regis almum
Iuſtitiæ decus æmuletur.

Præterea *Da*, quod mihi dediſti, & te in filio ſucceſſore confirmaturum fidem quoque dediſti. 2. Reg. 7. 25 *Quod locutus es ſuper ſeruum tuum, & ſuper domum eius, fac*. & ipſe Salomon 3. Reg. 8. 26. *Firmentur verba tua.* Precatur, ſed impetando, & ſuo quaſi iure exigendo datæ fidei ſolitudinem. ingentis fiduciæ illud eſt, imperare cùm ores; vt obſeruauit Origen. in illud: *Adueniat regnum tuum.*

Marg.: Oratio imperando. — Origenes.

Iuſtitiam tuam. Quamuis enim *iudiciũ* nouerit, ſed *iuſtitiam* non exercebit ſine te, quæ eſt ſãcta iudicij adminiſtratio cum æquitate tẽperati, vt ius ſuũ vnicuique reddat, nemine læſo. 2. Reg. 8. 15. c. 15. 4. quod dicitur *iudiciũ veritatis*, id eſt, iuſtum & ſanctũ, Ezech. 18. 8. & præſertim erga ſãctos, & pios tuendos, quod ſequentibus verſiculis exponitur. ſicut ſcriptũ eſt: *iudiciũ & iuſtitiam in Iacob* (in populo ſancto) *tu feciſti*. & iterum *Siõ* (afflictus, ſanctus) *in iudicio redimetur, & reducẽt eam* (ſolutis iam ſcelerum vinculis & reatu) *in iuſtitia: &* (è contrario) *conteret ſceleſtos.*

Marg.: Iudiciũ & iuſtitiam, quid. — Pſal. 98. 4. — Iſai. 1. 27.

Filio regis. Rex, & Regis adhuc viuentis filius nemo præter Salomonẽ, vtroq; ſimul aliquando regnante, vt nuper dicebamus. ſic à parẽte Iacob ſolus Iudas prædicitur futurus *leo, & catulus leonis*. Geneſ. 49. id eſt, Rex, & filius regis, vt eo loco indicauit Theod. Prona hęc omnia in Chriſtum, immo & prægnantia Chriſto Kaldæus: *Deus ſententiam iudiciorum tuorum regi Meſſiæ da: & iuſtitiam tuam filio Dauidis regis.* 5

Marg.: Salomõ regnans viuente Dauide. — Theodoret.

Iudicare populum tuum in iuſtitia; & pauperes tuos in iudicio.

IVdicare. Ex conſtitutione Græca, ad iudicandum 3. Reg. 3. 9. *vt populum tuum iudicare poſſit.* *Tuum* (inquam.) quippe *filios tuos*, vt cum reuerẽtia tract. Sap. 9. 7. *Tu elegiſti me regẽ populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum*, Sic æmulabitur ſupremum omnium & regem, & patrem. De quo Sap. 12. 18. *Tu dominator virtutis* (potentiſſimus) *cũ tranquillitate* (æquitate) *iudicas*; & *cum magna reuerẽtia* (indulgẽtia & multo parcendi ſtudio. *cõ recato y miramiẽto de laſtimar lo menos que ſea poſſible*) *diſponis* adminiſtras, & regis) *nos*. 6

Marg.: Conſtructio Græca. — Princeps Dei indulgentiſſimi imitator.

Et pauperes tuos afflictos, humiles, manſuetos, infimos ad depellendas potentiorum iniurias. hi *tui* ſunt, & tuæ curæ ac prouidentia commiſſi. ager ergo tuam cauſam, res, tua virtute & iudicio inſtructus; & ſuum iudicium atque iuſtitiam potiſſimum conferet in vnicum pauperum præſidium, & tuitionem. Et quidem perfungebatur egregiè Salomon officium ſuum, & *timebant regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.* 3. Reg. 3. 28. non enim patiebatur *ſuperbire impium, & incendi pauperem.* Pſal. 9. Sed cumulatius & verius præſtitum à vero Salomone, de quo Iſai. 11. 4. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, in cuius ſummitate pulchritudo floris ſuauiſſimi ad recreandos & erigendos infirmos. Et præter omnes alios ſpiritus ad optimi Principis abſolutionem neceſſarios, *Requieſcet ſuper eũ ſpiritus timoris Domini*, quod alij propriè ex Heb. 7

Marg.: Pauper pro miſero. — Pſal. 9. 23.

ſpiritus

ſpiritus odoratus, ſiue olfactionis *timoris Domini*. vt acutiſſimè & ſagaciſſimè ſubodoretur, vbi ſit ſanctitas & pietas, quamuis ſub vili, & lacera veſte deliteſcens, vt pro illa iudicet; *quia non ſecundum viſionem oculorum iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, & ſpiritu labiorum ſuorum interficies impium.*

III. Suſcipiant montes pacem populo; & colles iuſtitiam.

8 Suſcipere *quid propriè ex Hebræo. Amicorum munera plurima ad Salomonem.*

9 *Terra Iſrael monteſa. Priſcus legatorum pacis ritus aſcendendi in montes. Illuſtratus Iſaias.*

10 *Quid* hora *apud LXX. Qui* Gnomones *apud Athenienſes.*

11 *Chriſti & Salomonis regnum, à quibus rebus notatum.* Iudicare *quid propriè. Ipſe iudex aduocatus pauperum. Filij pauperum quondam venditi in ſeruitutem.*

12 *Calumniator quis.* Humiliare *quid propriè. Princeps exterminans calumniatores.*

13 *Salomonis thronus quomodo æternus, ex Chriſti virtute. Cur Salomon cum luna comparatus.*

8 S*Vſcipiant montes.* Precor item, vt *ſuſcipiant*. Vel, ſi iudicio & iuſtitia regem inſtruxeris, fiet vt vbique o- C riatur pax, & mõtes alioqui inculti & aſperi, latronum latibula, & prædonum cauež, iucundiſſima pace redundent; neque ſolum regnet in vrbibus & frequentia populi, id quod fiet propter iuſtitiã. Quod enim in Hebræo eſt: *Colles in iuſtitia*, Hebraizantes vertunt *propter iuſtitiam*, ſic fere Vatab. Sed ea *ſuſcipiendi*, pro germinandi ſignificatio inſolens eſt. illa propria & frequentior *ſuſcipiant*, eleuent, exaltent, geſtẽt ſuper ſe *pacem*; acclament vniuerſi pacem, etiam ipſi montani homines agreſtiores, & ferini, olim pacis hoſtes, & inimici: vel *ſuſcipiant*, accipiant, deferant, offerant, adducant ad populum Iſrael munera paci- D fica; pacificè regem nouum ſalutent omnes barbari. Kaldæus: *Afferent habitatores montium pacem populo domus Iſrael.* & Salomoni quidem *ſinguli deferebant munera, & omnes reges Arabiæ, ducesque terræ.* 3. Reg. 10. 16. 25. Sulpit. lib. 1. ſacrarũ hiſtor. *Reges vicinarum gentium amicitiam ab eo fœdusq; petiere, paratis imperata facere.* Et ſanè verbum originale *ſuſcipiendi* etiam ad munera deferenda refertur. Ego propriè *ſuſcipiant*, accipiant à cælo pacem, non ſolum corporalium fructuum vbertatem, ſed etiam ſpiritualium, vt in populũ defluant riui pacis & iuſtitiæ ex montibus cælitus complutis.

In pro propter. — *Metonymia.* — *Suſcipere* — *Sulpitius.* — [Hebrew]

9 *Montes*, inquam, & *colles*, regnum Iſraeliticũ, E quod montibus & collibus abundat, regio hæc montana, vrbs, regni caput, mõtoſa: *Terra enim montuoſa eſt & campeſtris de cælo expectãs pluuias*, Deuter. 11. 11. Neque minus (inquit Dauid) nũc exultent montes, & colles Rege pacis cultore, Deo pacis auctore, quàm quondam cum Deo terrificè legem ferente, hoſtes debellante, *exultauerunt vt arietes, & ſicut agni ouium*, præ timore, Pſal. 113. 3.

Metonymia.

Pacem populo. Fortè reſpicit ad lætiſſimũ nuntium, & pacis præconium perſonãs, & peruadẽs in vniuerſas regiones, quippe ſolebant legati pacis, & nuntij ſolemnitatum ad præconium edendum in montes conſcendere, vt tradunt apud A Montanum Hebræi in Miſnaioth, id eſt, in ſexto ordine Thalmud, qui continet deuteroſes, ſiue traditiones: quod quia ab alio non habemus, operæ pretium erit illius verbis vti. Conſueuere (inquit) olim veteres, quæcumque populis omnib. nota publicè eſſe vellent, quæque omnium ſcire referret, præconis voce ex montibus proclamanda curare. Ea verò res per magiſtratus curabatur: atque hoc modo faſti dies, nouilunia, ieiunia & quęcumque in bello aut pace publicè cognoſci & obſeruari oporteret, publicè indicebantur. Ea verò res præmiſſis præconibus expediebatur, qui ex cæteris in regione montibus proclamantes annuntiarent: ita vt ſigno datò adiacẽtes po- B puli parati attentè rem audirent, quam alij ab alijs acceptam, & in proximos montes procurrentes vlterioribus etiam populis tradebant; atque hoc pacto quæ publicè cognoſci oportuiſſet breuiſſimo tempore ad omnes regionis populos exponebantur, quòd regio ipſa ita montibus, & campis diſtincta eſſet, vt præconum voces commodè ex editioribus locis per omnia pertinerẽt. Ad quem morem alludit Iſaias c. 40. 2. 3. *Vox clamantis in deſerto: & aduocate eam.* & c. 42. 11. *Laudate habitatores petræ: de vertice montium clamabunt*, & c. 52. 7. Nahum. 1. 15. Ergo datur perſona montibus & collibus, vt ipſi *montes ſuſcipiant* prę- conium, & nuntiandi munus, vt vniuerſum re- C gnum Salomonicum, & cætera etiam vicina (nã omnes illę regiones montuoſæ ſunt) lętiſſima pacis acclamatione & denuntiatione perſonent, & frequentiſſimis ſolẽnitatibus, atque feſtis ſacris exultent. cum ab hoc ſuſcipiendi verbo dicatur *onus* illud vel aſſumptio Prophetarum, rectè dicemus, id prædicandi munus, & prouinciam, lætiſſimi nuntij euulgandi demandari ipſis montibus. *Encarguenſe los montes de pregonarlo.* Tum præterea agnoſcat populus ſolemni præconio ſuper colles edito, Regem pacificum regem eſſe iuſtitiæ, ad quem tanquam ad Regem regum, ab alijs vicinis regibus prouocatio ſit, ſi quis iniuſtum patiatur.

Legati & nuntij feſtiuitatum conſcẽdẽtes in montes. — *Montan Nahum 1.* — *Hebręorũ traditio.*

D *Et colles iuſtitiam.* Sed iam hinc anguſtię Salomonis, & magnificentia gloriæ Chriſti contendunt. Nam quanto lætius magnificentiuſq; nuntium illud *euangelizantium bona ſuper montes*, qđ de Chriſto prædicit Iſaias, & de Euangelio interpretatur Paulus Rom. 10. 15. vbi verò Iſaias ait, *pulchri ſuper montes pedes annuntiantis pacem, prædicantis bonum.* Septuag. dixerunt: *velut hora ſuper montes, ſicut pedes euangelizantis*, &c. quo loco Hieronymus, *ὥραν*, *horam*, ait ſignificare tempus, curam, ſollicitudinem, pulchritudinem. Cyrillus etiam ait ſignificare *ver*, & ad Chriſtum, vel Apoſtolos referri, qui *cum venit plenitudo tẽporis*, Euangelij ſolemnitatem & lætitiam denũ- E tiarunt. Videntur autem dici *horæ* apud Gręcos, qui temporum ſolemnium curam habebant, ſimul etiam horologia publica curabant, qui *Gnomones* dicti apud Athenienſes, quaſi horologia, ij apud Perſas *Horæ*, *ὧραι*, vt ſcribit Cœlius lib. 12. c. 9. & eadem cura penes cenſorem erat apud Romanos, vt ſcribit Plinius libr. 7. c. 60. Gellius lib. 14. c. 7. ſed de hoc alias.

10 — *Iſai. 52. 7.* — *ὥρα* *Hieronym.* — Gnomones qui apud Græcos. — *Cœlius.* *Plinius.* *Gellius.*

IV. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

I*Vdicabit pauperes populi.* Hinc iã quaſi Deus precibus prophetæ annuerit de filio Salomone; 11
ſed potius in filio Salomone, & eius fœliciſſimo regno,

A quibus Salomon, & in Salomone Chriſtus rex cómẽdatus.

regno, de Chriſti regoo & gloria futura prophe A
tare incipit magnificentiſſimo ac planè diuino
præconio à iuſtitia rectè & ſanctè adminiſtran-
da, verſ. 5. à diuturnitate regni & ſubditorum
obſeruantia illi exhibenda, verſ. 6. à lætitia, qua
excipiendus erit à popularibus, verſ. 7. iterum à
iuſtitia, & bonorum omnium abundantia, qui-
bus regnum quàm diutiſſimè redundabit, verſ.
8. à latiſſimo imperio & ſubiectione regum bar-
barorum, verſ. 9. 10. 11. 12. à fauore quo pios, &
ſanctos proſequetur aduerſus potentiam impio-
rum, verſ. 13. 14 15. 16. à ciborum omnium vber-
tate, qua ſuos reficiendos curabit, verſ. 17. dein-
de gratulatur & fauſta acclamat, verſ. 17. 18. 19.

שפט Iudicare & iudiciũ ad vniuerſam litis tractationem.

Cum verbum *iudicandi*, vniuerſam tractandæ B
litis rationem complectatur, ex adiunctis conſta-
re debet, quænam iudicij pars ſignificetur: qua-
re ſi *pauperem*, aut *ſanctum iudicare* dicatur Deus,
vindicat illum, abſoluit, Gen. 30.6. Pſalm. 25. 1.
Thren. 3.58. 2. Reg. 18. 19. 31. Ierem. 50. 24. Iob. 5.
6. & c. 27. 2. & 34. 5. Pſal. 9. 5. 17. & 98. 4. Iſai. 1. 17.
Ierem. 22. 16. ſi verò adiũgatur impius, condem-
nat, Pſal. 109. 6. Geo. 15. 14. 1. Reg. 3. 13. Ezech. 22.
3. Iſai. 27. 8. Hic ergo *iudicabit*, defenſabit, vindi-
cabit *pauperes, populares*, ex vltima plebe. non
præbebit ex officio iudicis aduocatum, cui pro-
pter paupertatem aduocatus non eſt, ſed ipſe iu-

Ipſe iudex ad vocatus pauperis. Pſ. 112. 6.

dex & defenſor erit. *Magnus* enim *humilia reſpi-*
cit, humilibus proſpicit. C

Et ſaluos faciet. ſeruabit, Kaldæus, *redimet*, vel
ex vinculis & carcere, vel ex captiuitate & ſerui
tute propter calumniam & debitum iniquè exa

Vxores & filij debitorũ olim venditi.

ctum. *Filios pauperum*, nam & vendebantur in
ſeruitutem filij & vxores debitorum, qui nõ eſ-
ſent ſoluendo. *Filij* verò *pauperum* miſerrimæ ſũt
conditionis; quippè omni humano præſidio e-
tiam paterno deſtituti, inſuper ex paternis debi
tis, multo ære alieno obærati.

Humiliare verbũ vehemens. Calumniator. עשק

12 *Et humiliabit*, deprimet ſuperbiam, franget co
natum, reprimet audaciam, vehemẽs in Hebræo
& in Kaldeo verbum, atteret, cõminuet, peſſun-
dabit, confringet, par pari reddet, *calumniatorẽ*,
oppreſſorẽ, eum qui per vim & fraudem calum- D
niam ſtruit pauperi & miſero apud iudicem. Per
tinet enim ad iudicium, & lites forenſes, eiuſmo
di calumniator, & calumnia. Prou. 22. 21. Leuit. 6.
2. & 19. 13. Eccleſ. 4. 1. & 5. 7. Iſai. 33. 15. eleganter

συκοφάντης

in Græco: *Sycophantam*, calumnias, & ſycophan
tias ſtruentem, & propter minima detrimenta,
& leuiſſima erratula, pœnas à miſeris & puſillis
exigentem, & ſycophantiſſantem.

דכא Humiliare quid propriè.

Quia verò verbum *humiliandi*, propriè eſt etiã
conſumere, ſicut dictum eſt Iob. 4. 19. *Conſumen*
tur velut à tinea, ideo libẽter dicerem: conſumet,
abſumet, paulatim imminuet calumniatorem;
eliminabit à iudicijs ſycophantas, rabulas, & de E
clamatores de foro, & expurgabit tribunalia ab
huiuſmodi fæce & ſordibus tumultuantium, &

Munus optimi Principis.

litigioſorum hominum: *Deſterrara de ſus audien*
cias boZingleros y malſines, apocara pleyſiſtas, y con-
ſumira pleytos injuſtos. Quod procul-dubio ſicut
non vltima eſt optimi principis pars, ita in Salo
mone enituiſſe credendum eſt, ſumma in pace,
& tranquillitate rempubl. tuentis, immo & à tu
multuantium hominum condemnatione, & ſan-
guine Adoniæ, Ioab, Semei, regnum auſpicatus
eſt, & à retuſa illa ſycophantia & calumnia impu
dentis & furuoculæ meretriculæ.

V. Et permanebit cum ſole, & ante lunam, in gene-
ratione & generationem.

Iuſtin. Tertull. Ambroſius Auguſtin. Baſil. Theodoret. Chryſoſt. Hyperbole.

IAm hìc æternitatem regis & regnĩ prænuntia 15
ri intelligunt fere conſenſo eodem Eccleſię pa
tres, Iuſtin. Tertull. Ambroſ. Auguſt. Baſil. Theo
doret. Chryſoſt. & poſteriores. Quare volunt de
Salomone minimè dictum. Et rectè quidem ſi
perfectè, propriè, pleniſſimè accipiẽdum ſit. Nã
ſi de Salomonis perſona, & regno, atque fœlicita
te accipias, hyperbolicè, & figuratè accipere o-
portet ad breuiſſimi temporis, & paucorum an-
norum angoſtias reſtringendo. Quòd ſi amplius

Quomodo Salomonis regnum æternum. Luc. 1. 32.

diuturnitatem regni Salomonis producas ad po
ſteros, ſanè intelligitur de Dauidis regno & ſede
quæ cũ per multos annos durauerit, ſed tandem
æternam fecit Dei filius, cui *dedit Deus ſedem Da*
uid patris eius, & regnat in domo Iacob in æternum,
& regni eius non erit finis. Itaq; & Salomonis glo-
ria, & regnum non perijt, neque euanuit, ſi Salo
monem à Chriſto non ſepares, affert enim regnũ
Salomon, & affert Chriſto; cui Dei filius diutur-
nitatem, immo æternitatem confert. Quare in
ipſa Salomonis ſede, & throno regio, & in ipſo
Salomone pro tribunali ſedente alium regem,
qui Deus ipſe ſit, cum æternitatis ſtabilitate ſe-

Sedere ad regni ſtabilitatem.

dentem contemplatur Dauid: & cùm thronus re
gius vtrique, id eſt, Salomoni atque Deo ſit com
munis, iam dicitur *thronus Dei*, 1. Paral. 29. 23. *Se-*
dit Salomon ſuper ſolium Domini in regem, & 1. Pa

Chriſtus ſedens in ſede Salomonis, & Salomó in ſede Dei 2

ral. 28. 5. *Elegit Salomonem filium meum, vt ſederet*
in throno regni Domini. & rurſum Lucæ 1. 31. Dei
filius ſedet in *ſede Dauid*, quæ eadem eſt quæ Sa-
lomonis. Hinc iam vides quare *firmetur regnum*
Salomonis in æternum. 1. Paral. 28. 7. & 2. Reg. 7. 13.
16. *Thronus tuus erit firmus iugiter*. Quod repetit
Paulus ad Hebr. 1. 8. *Thronus tuus Deus in ſæculum*
ſæculi. nam thronus Dauidis & Salomonis æter-
nitatem à Chriſto Domino accepit. Vide quæ di
ximus libr. 5. in commentario Pſ. 44. 7.

Chriſtĩ regnum, ſol. Salomonis, luna.

Sed non ſolum cùm de regni Salomonici diu-
turnitate agit, ſeparandus non eſt à Chriſto Sa-
lomon, ſed præterea in hac ipſa *lunæ & ſolis*, hu-
ius loci vſurpata ſimilitudine, Chriſtum ſolis in
ſtar, æqualiter, conſtanter, perpetuò radiantem;
Salomonem lunæ inſtar, deficientem tandem,
& detrimenta patientem, intueri licet. quam-
uis enim ſimilitudinem ſic formauerit Kaldæus

Kaldæus.

Cum ortu ſolis, & à lumine lunæ. q. d. diu noctú-
que, id eſt, ſemper. Alij, *quandiu lucebunt ſol*
& luna, id eſt, perpetuo; tamen neque in He-
bræo neque in Græco, aut Latino, eodem modo
de ſole & luna ſcribitur. Sed *cum ſole*, quaſi æqua
litate quadam pari paſſu decurrendi, & perſi-
ſtendi, cuius lumen firmum & ſtabile eſt, non
mutuatum neque alienum. at vero *ante lunam*,
coram luna, *ad facies lunæ*, quæ mutuato & alie-
no lumine lucet, cuius facies maculoſa, partim
obſcura, partim lucida. quod ſapienter odora-

Hieronym.

tus Hieronymus dixit: *Cum ſole & vltra lunam*.
Quis hic non videat vtriuſque, id eſt, typi atque
veritatis, Salomonis, atque Chriſti, ſolis & lunæ
oppoſitione quadam, coniunctionem, atque cõ-
poſitionem factam à Dauide, & filium ſuum Sa-
lomonem cum Chriſto contendiſſe; filij Salomo
nis maculas, detrimenta defectuum, cum filij
Dei ſumma, atque clariſſima luce æquabili, ſem-
perq; conſtante; hanc ſolis, illam lunæ? Ergo *per*
manebit thronus Salomonis *cum ſole*, æternũ præ
ſidente Deo, quamuis deficiente Salomone. Sed
de hoc

de hoc à nobis aliquid dicendum amplius, cum
de regni Salomonici declinatione.libr.7.c.1.
יירא Iam quod ad contextum attinet, *permanebit*,
Permanere quid. prolongabitur, longiſſimè proferetur, æquabit
terminos ſplendentis ſolis, & lucentis lunæ;eius
lumen lætiſſimum aſpicient vniuerſi, pari gra-
du procedens cum ſole,& cum luna. Vtramque
partem ad diuturnitatem pertinere exiſtimarũt
Septuag. Sed in Hebræo & Kaldeo in priori
parte eſt aliquid magnificentiſſimum,& cũ apo-
ſtrophe ad ipſum regem: *Timebunt te*,colẽt,ado-
ירא rabunt *cum ſo'e* &c. Kald. *Timebunt à te cum ortu
ſolis: orabunt, coram te à lumine luna*, vt videatur
Dauid, in ſpiritu ſuſpexiſſe & adoraſſe verum
Apoſtrophe & trãſitus Prophetiæ. ſolem Chriſtum, ad quem à ſuo Salomone apo-
ſtrophen fecerat conuerſus à luna, id eſt, à Salo-
mone: hic enim inſtar lunæ mutationem ſubijt;
ille,id eſt, Filius Dei,inſtar ſolis, nulla paſſus eſt
decrementa. Sed Salomonem cum luna, Chriſtũ
cum ſole lucidius comparabimus libr.7. c. 1.vbi
de declinatione regni Salomonici. nunc ſatis ſit
vtrumque à Dauide Propheticè indicari. Faceſ-
ſat hæreticus Mopſueſtenus qui Iudaicam illam
Mopſueſtenus. verborum & ſententiarum *ſequentiam*, vt Syno-
dus quinta Conſtantinop. teſtatur, ita require-
bat in nexu ſacrarum hiſtoriarum, vt diceret:
Summa eſſe ſtultitia prophetias diuidere, & partim
Theodorus negãs trãſitũ in prophetis *de Christo, partim de alijs hominibus accipere*. Stul
tiſſimè immo Theodorus errabat,qui in prophe
tis ab humanis ad diuina tranſitum non agnoſce
bat: faceſſant quicunque cum illo ita hiſtoriç ne
xum & filum ſententiarum amabunt, vt nonniſi
ſuo filo, potius aranearum, quàm Ariadnæ, ſcri-
pturarum labyrinthum ingredi velint;non item
Spiritus ſancti ductu,& ſanctorum Patrum præ-
uijs indicijs, qui eam eſſe prophetiam definiũt,
*quæ ænigmatibus inuoluitur, & præciſſis ſententijs,
dum de alio loquitur, tranſit ad aliud, ne, ſi ordinẽ
Scriptura conſeruet, non ſit vaticinium, ſed narra-*
Hieronym. *tio*. Verba ſunt Hieronymi Iſai. 16. Quamuis e-
tiam in eo tranſitu ſit ſua proportionis, & analo
giæ ratio, non eſt præceps & temerarius tranſi-
tus,neque ruens,& conſideratus ſaltus.

VI. Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

14 *Princeps à populo lætiſſimè exceptus. Quid* vel-
lus *in ſacro ſermone. Herba luxurians es poſt
primum imbrem, in Palæſtina. Illuſtratus A-
mos.*
15 *Ros & pluuia ſymbolum doctrinæ. Princeps per-
fundens ſuos populares. Illuſtrati Moyſes, &
Iſaias.*
16 *Luna perpetuitatis ſymbolum. Florens pietas Sa
lomonis tempore. Sanctitas germinans Chriſti
aduentu. Explicati Oſeas, & Iſaias.*
17 *Salomonis imperium quam latè patens. Domi-
nandi verbum. Salomonis dominatus in pretio-
ſiſſima quæque. Explicatus locus Iudicum, &
Iſaias.*
18 *Chriſti dominatus in omnem terram. Apoſtoli
vbique ædificantes templa. Illuſtratus Da-
uid.*
19 *Regina Saba vnde.* Habitatores deſerti *qui.
Procidere, & terram lingere, mos ante Perſa-
rum Imperatores.*
A 20 *Formula & cerimonia denuntiandi bellum. Illu
ſtratus Matthæus.*

QVamuis non ineptè alij verſiculum 14
hunc cum ſequenti nectant, vt aſſe *Montanus. Cruceius.*
ratur non aliter exoritura iuſtitia,
& abundantia pacis ſæculo huius
regis fœliciſſimo, quàm cùm deton
ſa & exareſcens æſtiuo tempore herba, blando
reuiuiſcit rore: ſed vtrunque per ſe accipio, &
nunc quidem, vel deſcribi lætitiam, qua nouus
rex à populo, quem ſuo placidiſſimo recreabat
vultu, exceptus, & acclamatus fuit: ſicut ſcriptũ
eſt Prouerb. 16. 14. *In hilaritate vultus regis vita:*
B *& clementia eius quaſi imber ſerotinus*: vel, vt pro-
priè eſt in Hebræo: *in luce* (ſerenitate) *vultus re-* *Vellus*
gis (cum illuxerit facies regis, non terra obducti quid pro-
nube triſtis ſupercilij) *vita ſerotinum* autem di- priè.
xit, qui poſt ſementem iam ad frugum maturi-
tatem expetitur, Amos. 7. 1. *ſerotinus* autem *im-* *Imber ſerotinus* quis.
ber ſuper vellus deſcendit, id eſt, ſuper deton-
ſam herbam, ſicut dicitur Amos. 7. 1. *Ecce fictor lo* Agricolationis ratio in Palæſtina.
*custa in principio germinantium ſerotini imbris, &
ecce ſerotinus poſt tonſionem regis*. Quod Nicolaus
intelligi vult de illius regionis agricolatione;ſe-
getes enim poſt primum imbrem nimium luxu- *Nicolaus.*
riantes vel tondentur, vel reſecantur, vel indu-
ctis pecoribus depaſcuntur. Quare eo loco per
C *tonſionem regis* intelligit, pecora regia detondiſ-
ſe lata, quæ deinceps imbre ſerotino pullularũt.
Ergo illud eſt *vellus*, non tam germina detonſa,
& abſciſſa, quam radices remanentes poſt deton
ſionem germinum, quas imber recreat, & ſere
arentes exſuſcitat. Neque eſt aliud *terra*, quam
ipſum *terræ vellus*; vtraque enim pars per expoli Princeps
tionem rem eandem exponit; atque regem de- à populari
ſcribit recreantem, exhilarantem, exſatiantem bus bene-
ſuos ſubditos, & beneuolentiſſimè ab alijs exce- uolentiſſi-
ptum, ſicut à terra imbrem ſerotinum. dicas; *Co-* mè exce-
mo el aqua de mayo. ptus.
Ego verò exiſtimo multo melius cum re tota 15
conuenire, vt ſapientia & doctrina optimi prin- Ros & plu
D cipis deſcribatur & comendetur. Cuius ſymbo- uia ſymbo
lum *ros & pluuia*, Deutur. 32. 2. *Deſcendat ſicus plu* lum do-
uia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum; quaſi ctrinæ.
imber ſuper terram, & quaſi ſtilla ſuper gramina.
& Pſalm. 83. 7. *Benedictionem* (Affluentiã, copio-
ſum doctrinæ imbrem) *dabit legis lator*. Ergo ſa-
pientiſſimus rex ſqualentes animos reficiet, per
fundet ſapientiſſimis legibus, & præceptis: pau-
peres, afflictos, morſos à beſtijs, corroſos à locu-
ſtis, detõſos ab exactoribus, rurſus eriget, germi
nare faciet, optimis fœlicioris & ſanctioris vitæ
præceptis inſtillatis.
Sed quàm anguſtè præſtitum à Salomone, Chriſti Ie
quod auguſtiſſimè atque magnificentiſſimè per ſu ſaluta-
E fectum ab ipſa Patris ſapientia, *verbo & lingua* ris doctri-
erudita ſuſtentante laſſum: Iſai. 50. 4. de quo item na.
ſcriptum eſt Ioel. 2. 23. *Filij Sion exultate & læta-
mini in Domino Deo veſtro, & deſcendere faciet ad
vos imbrem matutinum & ſerotinum*.

VII. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis: donec auferatur luna.

NVnc luna perpetuitatis ſymbolũ, ſicut & Pſ. 16
88. 37. nam nunquam auferenda, quare pro Luna ſym-
priè in Hebræo: *vſq; ad nõ lunã*. Kaldæus: *donec de* bolũ per
ſtruãtur ſerpi luna. fortè intelligit mortaliũ ſtatũ petuitatis,
& cõditionẽ, qui tẽporibus, & mutationibus ſer
uiunt, & quibus, tẽpora, mutationes, atque luna
tiones

tiones ſeruiunt. Qua ratione Luna nunquam deficit, & complectitur ſæculi huius durationem, quo *creatura corruptioni ſubiecta eſt ſeruiens, propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quoniam ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis*, At nuper eadem luna mutationes & decreměta ſignificabat, diuerſa conſideratione. Sub rege igitur fœliciſſimo & ſapientiſſimo florebit regnum, *orietur* (germinabit) *abundātia* (*multitudo*. Hieronym.) *pacis*; pax multa & copioſa, bona multa, quæ pacem comitantur, pax, inquam, bonis vniuerſis onuſta, caput redimita floribus, manu præferens copiæ cornu, ea pacis imago, & multitudo pacis. Pro *iuſtitia* verò, propriè in Hebræo *iuſtus*. quo etiam modo legit Hieronym. Kaldæus: *multiplicabūtur in diebus eius iuſti*. Viguit pro ſuo modulo Salomonis tempore pietas, & iuſtitia ſuccreuit ſimul cum pace, ſapiětiæ & religionis ſtudium, & templi atque ſacrorū frequentia, & *vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius*, atque vt ſanctiſſimis pietatis & virtutum omnium præceptis imbuerentur.

Rom. 8. 21. — Hieronymus. — Pacis & fœlicitatis imago. — Abſtractū pro concreto. — 3. Reg. 10, 24

Sed hęc tādě ſpecies & adūbratio fuit *Iuſtitia, Pacis, Gaudij in Spiritu ſancto* per Euāgelij doctrinā filij Dei, qui de ſe per Oſeam: *Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut liliū, & erūpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius*, Denique cū illo naſcěte, & de cælo *inſtar imbris* deſcendente ſubitò germinare cœpit iuſtitia, dicěte Iſai. c. 45. 8. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluāt iuſtum, & iuſtitia oriatur ſimul*. Et cum Salomonis tempore, quamuis florente religione, non valde vberes fructus tulerit pietas, arěte adhuc terra; ſed coram Chriſto Ieſu ſalutaris pluuiæ pręſidio incredibiles fecit progreſſus, & virtutes omnes lætæ & alacres exurgere cœperunt, ſicut ſcriptū eſt; *Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos*. Pſal. 84. 14.

Ro. 14. 17. Gal. 5. 22. Oſe. 14. 6. — Pietatis fructus poſt Chriſti aduentum.

VIII. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

17 QVi nullum hoc loco aſpectum habent ad Salomonis imperium, & terrā promiſſam, inique meo iudicio faciunt: quippe iiſdě verbis Palæſtinæ termini deſcribūtur Exod. 23. 31. Num. 34. 3. 4. Deut. 11. 24. & de ipſo Salomone 3. Reg. 4. 21. Legit itaque hoc loco Kald. *Dominabitur ab angulo maris magni, vſque ad angulum maris magni, & ab Euphrate ad fines terræ*. id eſt longè latèque imperitabit Salomon, non ſolum à mari Rubro Orientali, ſiue, vt alij volunt, à mari mortuo vſque Mediterraneum Palæſtinum Occidětale: & à flumine Euphrate Aquilonari, vſque ad fině terræ illius habitabilis, id eſt, ad deſertum Auſtrale (quibus terminis Palæſtina concluditur) ſed pręterea remotiſſimę prouincię, quamuis nō tributi, & ſeruitij nomine; ſponte tamen honoris, & beneuolětiſſimi obſequij ergo in illius dominatum oblatis muneribus trāſire geſtiebant; *omnes reges Arabiæ ducesque terræ, & vniuerſa terra deſiderans vultū Salomonis* 3. Reg. 10. 15. 24. & *ponet* illi Deus *manum* (lęuā) *in mari, & in fluminibus dexteram eius*. Pſal. 88. 26. *Tědra en todo mano para abarcalo*. An nō manum & brachia extědit in Oceanum Orientalem Indicū, Occidentalem Gadianū, in Tharſis, & in Ophir, cū ſuas eò claſſes deſtinauit? An non in Tyrum & Aegyptum, quarum vel delicijs, vel opportunitatibus vtebatur? in Sabæam regioně, cuius diuitias, & aromata ſponte oblata accepit? Denique in alijs regnis & prouincijs, quarum ſubſtantiam, & quidquid pulchrum atque delicioſum habebant, *coacernauit*, manum ſuam non poſuit? Quare verbum *dominandi*, non ſolum ſignificat exercere poteſtatem, aut imperium, ſed manu ipſa deſumere, aut contrectare, quod ſolent principes, & domini ſuo iure facere, vt Iud. 14. 9. Fauum *ſumpſit in manibus* Samſon, *& mel ſumpſit de corpore leonis*. propriè diceres: Dominatus eſt, vel abſtulit inſtar dominantis: *Tomo el panal como dueño del leon, y de todo lo que en el nacia*, aliquando etiam ſignificat, continere, aut obtinere inſtar dominantis. Iſai. 41. 2. *Reges obtinebit*. Sic etiam Salomon *dominabatur*, quia ex vniuerſis prouincijs nō minus, quam ſi dominaretur, auferebat *ſubſtantias regū & prouinciarum*, aurum, argětum, gemmas, marmora, ligna, ebur, pauos, ſimias, veſtes, arma, & quid non? Obtinebat reges, quos tanquā Rex regum ſua ſapientia intra iuſtitiæ & æquitatis cancellos continebat. Sic *dominatus* eſt, vt Kaldæus dicebat, *ab angelo maris magni*, id eſt, ab extremo ſinu Mediterranei; vſque ad alterū freti angulū Gaditanum, ſiue ab illo angulo Mediterranei Palęſtinæ *vſque ad alterū angulū maris magni*, Orientalis Rubri & Indici, ambiědo immanem illum omnium marium circuitum. Sed hæc ſingillatim à nobis explicantur ſuperius in Nauigationibus, lib. 4.

Termini terræ ſanctæ. — Salomonis imperium quā late patěs. — Eccleſ. 2. 9. 3. Reg. 5. & 10. — רדה — Dominari quid propriè. — Sumere & obtinere, quid. — Eccleſ.

18 Hęc quoque non pluſquam adumbratio lōgè ampliſſimi Chriſti imperij dominantis in omně terram, atque adeo in ipſas mortalium męntes & corda, in quæ *aduenit regnum* illius *eijcientis foras mundi principě* Ioan. 12. 31. *mittětis* legatos & pacis nuntios, *prædicaturos Euāgeliū omni creaturæ*. Marci 16. 15. 20. quorum *ſonus* pertinuit *in omně terrā*. Pſal. 18. 5. ſiue, vt ex Hebræo legitur: *quorū linea, amuſſis, dilectio*: Si de *linea*, aut verſu ſcripturæ alicuius accipias, intellige Deum quaſi per literas, & per Apoſtolorum legationem vniuerſos mortales ſalutantě, &, vt ſuo ſalutari imperio ac fidei ſe cōmittant, admonětě. Si verò de *linea* & amuſſi qua vtuntur cæmentarij in ædificando; intellige Apoſtolos & prædicatores Euāgelij vbique terrarū extruxiſſe Deo sūmo imperatori templa, tum externa, tum ſpiritualia in hominū animis & corporibus, velut arces regias, vt Chriſtus Ieſus *dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum*.

Matt. 6. 10. Luc. 11. 2. Chriſti regnū in corda & mentes. — קו — Chriſtus per prædicatores verbi admonens gentes. — 1. Cor. 3. 16. 2. Cor. 6. 16. Epheſ. 2. 21. Tēpla ſpiritualia & externa ędificata ab Apoſtolis.

IX. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent.

19 PRoduxit etiam Salomon imperium ſuum etiam vltra Aegyptum, vbi Aethiopia Auſtralis, & pertinuit vſque ad Aethiopiam Oriětalě, & Arabicam, ex qua regina Saba totius regni nomine acceſſit ad Salomonem ad illus pedes *procidens* (propriè, incuruans ſe honoris & reuerentiæ nomine, ſic etiam Hebræi in Geneſi magna, præcipiunt nomine *Reginæ Sabæ* intelligendum *regnum Saba*, apud Galat. libr. 8. cap. 3. Denique eos intelligit Aethiopes Salomoni obſequutos fuiſſe ad ſummam pacem, qui poſtea pugnarunt aduerſus Aſa regě 2. Paral. 14. 8. & aduerſus Roboam *Libyes, Troglodita, Aethiopes*. 2. Par. 12. 2. Pagn. Reg. Vatab. *Habitatores deſerti*. Caiet. *Eremitæ*, alius *Sicci*; vt qui in terra arenti & inaquoſa habitent: Alius, *Nautæ*, quippe ad orā maris Rubri Aethiopes Troglodytæ habitāt, nauticā etiā exercentes. Vox *Tſijm*, hæc omnia complectitur

Regina Saba. Procidere. — כרע — Galatinus. — ציים

à *Tſiah*

ציה

Kaldæus.

à *Tſiiah* quod eſt, ſolitudo, & ſiccitas, q.d. barbari, ferini, indomiti, illi ſe incuruabunt, & ſubmittent. cur Kaldæus dixerit *procores* non video, niſi fortè, quia ſtatura proceri.

Salomonis hoſtes facillè fracti.

Neque verò ſummam Salomonis pacem perturbarunt hoſtes, quos non multo negotio, manu, & armis ſubegit; quippe vires habuit *bellatores, principes, & duces, & præfectos* curruum, & equorum, 3. Reg. 9. 22. vt qui plurimos. Vniuerſas Amorrhæorum, & Iebuſæorum reliquias redegit ſub tributum verſ. 21. & 3. Reg. 4. 21. & *obtinuit omnem regionem quæ erat trans flumen*, verſ. 4. Denique illi omnes *inimicorum* nomine cenſendi, quos vel inuitos ſeruire coegit, atque *terram lingere*, poſtratos adorare, terram oſculari. Iſai. 49. 23. *vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* & Iſai. 60. *Adorabũt veſtigia pedum tuorum* Perſarum more, &, vt inquit Liuius lib. 9. *Perſica humi iacentium adulatione*. Quem adorantium geſtum *humi proſtratione* teſtatur Curtius l. 8. Valer. l. 4. c. 7. & l. 7. c. 3. Sene. li. 3. de Benef. c. 12. & lib. 3. de Ira c. 17. Ioſephus. lib. 20. Antiq. c. 3. Socrat. lib. 7. Hiſtoriæ Eccleſ. c. 8. Marcellin. lib. 18. de Antonino ad Saporem transfugiente: *Sublata tiara diſſiluit equo, curuatiſque membris humum vultu fere contingens ſalutauit, Patrem & Dominum appellans, manus poſt tergum conuertens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam.* Vide Briſſonium de Perſarum principatu lib. 1. Keraldum ad Martial. lib. 10. epiſt. 72. Non aliter ad Domitiani pedes deſcribit linxiſſe pedum puluerem ſupplices, Martialis,

Perſicus adorandi geſtus.
Liuius.
Curtius.
Valerius.
Seneca.
Ioſephus.
Socrates.
Marcellin.
Manus poſt tergũ ſupplicis.
Briſſonius
Mar. li. 10. ep. 72.
Parthi etiã lingentes puluerem.

Attritis miſerabiles labellis

Videlicet ex more Parthorum ſuos reges adorãtium, quos ridet oſculo pedes & ſolũ lingentes:

Pictorum ſola baſiata regum.
Et turpes, ſimileſque, ſimpliceſque.

Puluis cuius ſymbolum.

Et eleganter inimicos puluerem pedum triumphatoris lincturos fore dicit, quaſi bello ſubigẽdos in poteſtatem; nam puluis peditum equitumve pedibus excitatus indicendi belli & ineundi prælij, aut hoſtis aduentantis ſignum erat, & inter ea ſigna quæ Vegetius de re militari lib. 3. c. 5. recenſet: *Mutum* (inquit) *& commune ſignum eſt, quoties proficiſcente turba excitatus puluis ad ſimilitudinem nubium ſurgit, hoſtiumque prodit aduentum.* Cuiuſmodi alia ad eum Vegetij locum colligit Godeſcalcus ex Liuio lib. 30. Cæſare, ſecundo & quarto belli Gallici, & noſter Pontanus ad id 9. Aeneid. 35.

Vegetius.
Belli ſigna
Godeſcalc.
Pontanus.

Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem,
Hoſtis adeſt, &c.

Nahũ. 1. 3.

Qua dicendi forma Nahum inducit Deum accedentem dimicatum aduerſus mortales: *Nebula puluis pedum eius*, vt mortales illum ſupplices placare ſtudeant, quando repugnare non poſſunt.

Excuſſio pulueris pedum denuncians bellum.

Quare & iactatio pulueris pedum aduerſus ciuitatem aliquam videtur fuiſſe denuntiantis bellum, & euerſionem minitantis, vt indicat Matt. 10. 13. Chriſtus Dominus, præcipiens, diſcipulos intrantes ciuitatem, aut domum, ſalutare eam, dicentes; *Pax huic domui. Et ſi fuerit in illa filius pacis*, qui ſponte animi deditionem fecerit Chriſto & Euangelio, *veniet ſuper illam pax*, id eſt, pacificè illum in ſuum dominatum, & tuitionem recipiet princeps pacis; ſin verò repulerint pacem oblatam: *Pax (inquit) veſtra reuertetur ad vos*, vel, vt eſt in Græco, *reuertatur*. quaſi iubeat Apoſtolos reuocare pacem, & bellum denuntiare rebellibus. idque dato ſigno excitati pedum pulueris: *Quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris*: Vbi Hilarius: *qui audita cæleſtis regni prædicatione, Apoſtolorum præcepta reſpuerint, ſigno pulueris ex pedibus excuſſi, æterna maledictio relinquatur*: Supplicium autem euerſionis & incendij ſtatim ſubiungitur: *Amen dico vobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.* Ergo *puluerem pedum* imperatoris potentiſſimi lambunt, lingunt, hauriunt, qui illius ſe fortitudini & virtuti impares, penituſque ſubiectos confitentur.

Bellum denũciatũ incredulis, ab Apoſtolis.
Hilarius.
Mat. 10. 15.

X. Reges Tharſis, & inſulæ, munera offerent: reges Arabum, & Saba, dona adducent.

20 Munus *quid propriè, & quo à Dono differat. Verbum* offerendi *de debito perſoluto. Seba & Ceba.*
21 Inſulæ *quid ſignificent in ſacro ſermone. Tharſis pro Bætica Tarteſſiaca.*
22 *Figura Chriſti adorati à Magis.*
23 *Expolitio.* Adorare *pro orare.* Seruire *quid propriè.*
24 *Principis benignitas erga clamantes. Diuitum ſuperbia in iudicio,* Clamor *vnde dictus. Principes inſtar Dei fouentis pauperes. Illuſtratus Dauid.*
25 Parcere *quid propriè. Princeps tactus ærumnis popularium. Miſericordia virtus magni animi. Illuſtrati Paulus, Ieremias, Ionas.*
26 Viura *quid in Hebræo.* Fraus *vnde dicta. Illuſtratus Salomon.*
27 Iniquitas *quid propriè. Pauperum oppreſſores. Principis pretioſa vita, & incolumitas pauperum.*

THarſici reges, atque Principes etiam Ophiritici, ad quos triennales illę Salomonis claſſes enauigabant, *muneribus*, id eſt, gratuitis & ſpontaneis oblationibus rerum non ſolum anima carentiũ, vt auro, & argento, &c. Sed etiam vitam participantium, vt equorũ, &c. *Donis* verò, id eſt, ex proprietate vocis, quaſi *inebriatiuis*, quòd dona recreent & exhilarent recipientes inſtar vini paulo largius potati; quanquam etiam mercedem & præmium ſignificet. Verbum autem *offerendi*, neſcio quid debiti affert; ſignificat enim conuertere, aut reuerti facere. Ergo *offerent*, id eſt, ſoluent, reddent, redire facient ad Salomonem id, quod illius gloria, & amplitudo expoſcit, quaſi ſuo iure debitum. *Muneribus* itaque atque *donis*, Hiſpanienſes principes Tarteſſiaci, & Ophiritici, Indici Orientales, & fortè etiam Occidentales honorabant, & ſalutabant Salomonem. Tum etiam Arabes, & Sabæi, ſiue, vt in Hebræo eſt *Seba*, & *Zeba*. Omnes reges Arabiæ duceſque terræ 3. Reg. 10. 15. de *Seba* autẽ & *Zeba*, prolixè diſputauimus lib. 5. vbi de Regina Saba.

20
מנחה
Munus quid propriè.
שכר
Offerre.
שוב
Hiſpanienſes principes Tarteſſiaci.

Inſulæ præterea, quas Geneb. Indicas intelligit, eo quòd ad Indiam claſſem mittebat Salomon: & quia in Oceano Indico, & Orientali infinitæ ſunt Inſulæ auriferæ, & aromatiferæ. Kaldæus: *Inſulæ maris magni Oceani.* Sed Tharſis non mare, non Tarſum Ciliciæ, non Carthaginem;

21
Genebrar.
Inſulæ quid propriè.

Stoici immiſericordes. *Seneca.*

Faceſſat illa immiſericors, ac minimè principibus, regibuſque digna Stoicorum ſecta, quæ *negat ſapientem miſereri, aut ignoſcere*. quæ docet apud Senecam lib. 2. de Clem. c. 5. *Miſericordiam vitium eſſe puſilli animi ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis*. Virtus ſanè eſt magni animi, ſed humani, humanis aliorum ærumnis indoleſcere. Serena quidem ſit mens principis; ſed ea tantū nubecula obducatur miſericordia, quæ in ſalutarem lacrymarum imbrē aliquando conſecrat. Nemo tam fœlix apud ſe, qui alicuius miſeriæ ex alieno malo particeps eſſe non poſſit. *Sapiens miſericors eſt: inſipiens immiſericors, & inuerecundus*. Ariſtot. in Phyſiog. & lib. 2. Rhetor. c. 8. vbi pulchra de commiſeratione.

Miſericordia, virtus magni animi.

Sapiens miſericors. *Ariſt.*

B

XIIII. Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

26 EX *vſuris*. Quippe diuites & potentes non ſolum vi & potentia, ſed (quod indigniſſimū eſt) dolo, & fraude cum tenuioribus agunt truculenti leones; ſimulque doloſiſſimæ vulpeculę; dilaniant, & non minus fraudulenter adrodūt: coram rapiunt, & furto etiam latenter ſurripiūt. Kaldæus *à fraude, & furtis*. ſed quo ferè Hebraizantes omnes cum Kaldæo, verterunt *fraudem*, dolumve. Septuag. quos ex Hebræo etiam ſecutus eſt Hieronymus, pulchre dixerunt *vſuram*. nam vox originalis propriè ſignificat medium, ſiue intraneum alicuius rei, inde transfertur ad dolum & fraudem, quæ occultatur in medio pectoris, & concinnatur in corde. Inde ad vſuram, quæ merus quidam dolus eſt; nam ſub ſpecie commoditatis cuiuſdam indigenti exhibitæ per ſummam fraudem argenti, & pecuniæ commodatæ multiplicatum lucrum exigitur. Agunt ergo diuites vſurarij fraude cum pauperibus, cum vſuras repetunt. Quare in ſacro ſermone idem ſonat diues, quod vſurarius, Prouer. 29. 13. *Pauper & creditor* (proprie, *vir vſurarum*. Septuag. *Fœnerator*, periphraſis diuitis. ſicut exponitur ſimili ſententia prouerb. 22. 2. *diues, & pauper) obuiauerunt ſibi: vtriuſque illuminator* (fautor, cuſtos, beneficentiſſimus prouiſor) *eſt Dominus*.

Potentes leones ſimul vulpeculæ.

C

Vſura quid.

תוך

Diues nomen habens ab vſura.

תכך

D

27 *Ex iniquitate*. Quòd ſi dolo & vſuris non extorquent, neque exugunt ſanguinem & *animā* tenuiorum, aperta vi & *iniquitate*, & mendacijs opprimunt (hæc omnia complectitur originalis vox) & obuios pauperes peſſundant, & iniecto opprimunt pede. Res apud Hebræorum inſolentiſſimos diuites non inſolens, quos notat Amos cap. 2. 7. *Qui conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium* (tantum ſibi malum, & cruciatum formidantium) *declinant*. (declinare faciunt. Iam igitur pene ſuffocatos, & agentes animam, dicente exactore: *Redde quod debes*; redimit princeps optimus, cui vel ſola *pauperis* mentio & appellatio exiſtit iucundiſſima. Accurrit ergo dicto citius ad illius vitam ex diſcrimine ſubleuandam. *Et honorabile nomen eorum coram illo*. Hebr. & Kald. *Pretioſus* honorificus *ſanguis illorum coram illo*. nihil magis apud Regem in honore & pretio, quàm vita & ſalus pauperum, cuius vindicem ſe præbet: ſi quis ſanguinem fundat, perdat, lædat, ſummum rei pretioſiſſimæ debitum nonniſi grauiſſimo ſemper ſupplicio perſoluturum ſe certò ſciat. Hæc procul dubio pacificus rex ad confirmandam re-

חמס

Salus pauperis pretioſa Principi.

A gni pacem ſeriò curabat. Hæc Dauid filio præcinebat Salomoni;

Hæ tibi erunt artes, paciſque imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Virgil. 6. Æneid.

Quin & erutos ex præſenti diſcrimine pauperes, honoribus augebit, *nomen*, perſonam illorum, illos ipſos; eleganter noſter,

quos honorum
Nominibus decorabit amplius.

Nomē pro perſona. *Crutius.*

XV. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.

28 *Princeps de ſuo locupletans pauperem. Mutatio numeri non mutans ſenſum.*
29 *Princeps inſtar Sacerdotis orans pro populo, oratur, adoratur, & benedicitur à populo.*
30 Firmamentum *quid propriè. Abundantia periphraſis. Salomonis ſæculo res Hebræorum aucta, & gens multiplicata. Illuſtratus locus Regum.*
31 *Euchariſtiæ & Sacrificij Euangelici prædicti figura.*
32 *Frumentum & filius eodem nomine ſignificati. Illuſtratus Dauid.*

CVm duplex iam relatiuum eſſe poſſit, cui pronomen reſpondeat; commodè quæ dicuntur hoc verſu inter vtrumque partienda priori hemiſtichio relato ad pauperem; poſteriori, ad regem optimum. Quippe pauper iam erutus ex vnguibus & dentibus leonis *viuet* fœlix ac libero fruetur cęlo: & quandiu viuet, conſors erit regiæ opulentiæ: namque rex pauperibus, quos tuetur, præbebit annonam, ac neceſſaria omnia, non ſolum iuſtè, ſed copioſè, & abundanter; non ſolum argentum & aurum regali ſeruiet magnificentiæ, ſed etiam pauperū vſibus, & bono publico; *dabitur* prætereà pauperi *de Arabia auro* & de fiſco regio, vt decorus, & torquatus incedat, & inter nobiliſſimos quoſque ſedere poſſit. 28

De regio fiſco ſubueniēdum pauperi.

Calo. Mōt. Crutius & doctiores inter Hebræos apud Stephanū.

Rex quippe ſecum viuere pauperos,
Auri Sabæi torquibus inclytos,
Donabit.

Itaque rex totus erit non in expilandis ſubditis, ſed in locupletandis: quod, & Salomonem cumulatiſſimè præſtitiſſe reſtatur ſacra hiſtoria 2. Paralip. 1. 15. *Præbuit rex argentū, & aurum in Ieruſalem, quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros.* Dabat igitur cunctis liberaliſſime de argento Tarteſſiaco, & auro Arabico, & Ophiritico, quæ probatiſſima habebantur: & diuites erant omnes ſub rege opulento & diuite. Atque ſenſus idem, ſi non paſſiuè, ſed actiuè legas; *Dabit ei*, rex nimirum populo, vt Caietan. nectit; vel, Ipſe pauper redemptus offeret ſuo regi tributum annuum pro gratiarum actione redemptæ animæ. Quod minus cohæret cum paupertate redempti hominis. Præſtat itaque prior conſtructio.

E

Caietan.

Et adorabunt de ipſo ſemper. Nihil obſtat mutatio numeri in Græco & Latino: eſt enim in Hebręo & Kaldęo numerus idē ſingularis *Orabit*. id enim ſignificat hoc loco *adorare* ex vi originalis. 29

יתפלל

Mutatio numeri.

Illud verò *de ipſo*, idem eſt quod *pro ipſo*. quare propriè Kaldæus. *Orabit pro eo continue.* Quod itẽ anceps eſt, vt vel ad pauperem redemptum vel ad regem ipſum optimum referatur. Poſteriori modo Vatab. & Caiet. Rex pro ſuo paupere, pro ſuo populo orabit, non ſolum regis, ſed etiam ſacerdotis munere fungetur, cuius proprium munus iugiter orare pro populo apud Deum, vt qui Deo acceptior & proximior eſſe debeat, & Deũ iratum placare, manum ad vltionem exerentem continere; Denique ſtare *in confractione, in conſpectu eius, & auerteret iram eius*, id eſt, in ruptura muri, cum abrupta, & fracta diuinæ legis cuſtodia expoſit' eſt populus diuinæ indignationi.

Princeps orans pro ſuo populo.

Pſ. 105. 23

B *Tota die benedicentes.* Simili ſanè ratione, *tota die benedicent.* benedicet idem ipſe rex: quippe ſicut in præcedenti, non eſt numerus multitudinis, ſed ſingularis, & apud eundem regem refertur, qui ſuis precibus addet etiam munerum, & ſacrificiorum oblationes, quibus numen reddat ſuo placatum populo.

Mõtanus.

Hunt ſemper precibus concilians ſuis,
Omni at muneribus dic.

Populus orans pro Principe.

Sed non minus opportune, vt referatur ad populum regali munificentia, & beneficio obſtrictiſſimum ad continuas pro illo preces fundendas, quod indicarunt Septuag. etiam numero multitudinis, *adorabunt*. Hieronymus *orabunt de eo iugiter.* pro eo, pro fœlici regni ſucceſſu, diuturnitate vitæ, ac numquam ab illius laude ceſſabũt precantes proſpera cuncta. Et abundantia illa, tũ cibi, tum ciuium; de qua inferius, conſonat cum illo 3. Reg. 8. 66. *Salomon dimiſit populos, qui benedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid ſeruo ſuo & Iſrael populo ſuo.*

Hieronym.

C

Patri per Chriſtũ agendę gratiæ.

Rom. 5. 2.
2. Cor. 8. 9.

Sed iam in Salomone hoc quoque loco Chriſtum Ieſum adorato & colito, ac de ipſo, & per ipſum patri gratias agito, & continuis laudibus celebrato, per quem ad illum *habemus acceſſum*, cuius *inopia diuites facti*, cuius redempti ſanguine. vt pro ipſo, id eſt, pro *eius corpore, quod eſt Eccleſia*, ſiue detrimento maieſtatis Chriſti orandum nobis ſit. ſubtiliter Auguſtinus.

D

Auguſtin.

XVI. Et erit firmamentum in terra in ſummis montium: ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius.

30

Nexus.

IDoneus cum præcedenti nexus, vt hæc ſit illa fauſta benedictio ciuium comprecantium regi & regno abundantiam frumenti, incrementũ & multiplicationem ciuium; quorum alterum in priori hemiſtichio; alterum in poſteriori, ſit etiam deſcriptio eiuſdem fœlicitatis.

Firmamentum in ſummis montium. Propriè in Hebræo fragmentum, aut particula frumenti. non ſolum decliuia montium, quæ fertiliora eſſe ſolent; ſed ſumma iuga inacceſſa, & ſterilia conſerentur, & vberrimũ fructum ferent. Quod alij frequenter ex Hebræo vertunt, *pugillus*, aut vola tritici, id eſt, quantum pugillus capere poteſt, incredibiliter multiplicabitur *in ſummis mõtium* ſatus; minus congruit cum vocis originalis ſignificatione. Quod verò alij vocem originalẽ vertunt *denſitatẽ*, vt ſit ſenſus; *denſitas tritici*, &c. ſine exemplo faciunt, & præter vocis originalis ſimplicitatem. quod alij vertunt *varietas frumenti*, recedit item à propria vocis ſignificatione. Quæ propterea quòd incerta eſſet, & ſenſus ex ea non penderet, neglecta eſt à Septuag. ſolummodo legentibus, *Firmamentum*, quod vires humanas confirmet. Kaldæus eodem ſenſu: *ſubſtantificus panis*. Quod verò alij in myſterio legunt. *Placentula frumenti*, congruit potius cum voce originali, quæ particulam ſignificat, de quo infemus. Illud etiam ad abundantiæ ſignificationem facit, quod R. Hummanuel apud Pagnin. videtur exponere; *Erit vola frumenti*. id eſt plena manus frumenti. & præterea erit in ſummis montium. q. d. *nunca ſe cayra el pan de la mano. y andara rodando, y que ſobre por cima de los cerros, y por cima de los tejados.* Quare dixerit Hieronymus, *Memorabile triticum*, ſi ad proprietatem vocis referas, non video.

Pagnin.
Tigur.
Stephan.
Caiet.

DD

Forſter.
Mont. poſt R. Dauid, & R. Ioſeph

E

A

R. Himmã.
Abundantię circum locutio.

Hieronym.

B *Superextolletur ſuper Libanum.* Frumentum inquam tanta vbertate proueniet, vt culmi exæquent ac ſuperent proceriſſimas cedros, & alias quaſcumque arbores Libani; vel, non ſolum in planis & pinguibus regionibus ſed etiam in ſummis montium faſtigijs, quæ tritico ſerendo, & ferendo importuniora eſſe ſolent, vberrimè proueniet: nemo erit qui vllam terræ partem incultam relinquat tempore tam feraci & vberi: omnes agricolationi vacabunt, vt etiam neceſſe ſit montes arare, ſylnas ſuccidere ad facienda noualia, & veruacta. Mirificè conſonat quod ſcribit Ioſephus de Salomonis Imperio: *Mirandum in modum per id tempus aucta ſunt res Hebræorum, & tribus Iuda, populo ad agrorum colendorum ſtudia conuerſo. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus diſtracti, ad hæc optatiſſima libertate auide perfruentes, in hoc potiſſimum erant intenti, vt ſuas quiſque facultates & maioris pretij facerent.*

Agricolatio culta Salomonis tẽpore

Ioſeph. li. 8 cap. 2.

C

Superextolletur. Alij ex Hebræo *perſtrepet*. Kaldæus, *Concutietur*, ſicut & Pagni. Caiet. *collidetur*, Tigur. *contremiſcet*. ſicut & Vatab. *agitabitur*, cõmouebit ſe, ſtrepitum edet. Perſtrepunt concuſſæ & commotæ vento arbores; non minus igitur perſtrepet copioſa ſeges agitata vento & mutua culmorum & ſpicarum confricatione fluctuans. Eſt enim ex proprietate vocis commotio facta à vento cum ſtrepitu. 3. Regum. 19. 11. Ezech. 3. 13. Fortè reſpexit ad eum ſtrepitum, quem ſeges maturefcens, & intumeſcentia grana edere ſolent folliculis vaginarum ruptis, quod digitorum crepitus imitatur: & noſtrates agricolæ dicere ſolent. *que los trigos dan caſtañetas.* Quia verò hæc omnia ſunt ſymbolum vbertatis, & ingentis calamorum incrementi, dixerunt Septuag. & Hieronym, per elegantem hyperbolen *ſuperextolletur*, eleuabitur.

Regia.
רעש
Abundantiæ incredibilis periphraſis.

D

Hieronym.
Hyperbole.

Et florebunt de ciuitate. Multiplicabũtur ciues ſicut fœnũ. propriè, *ſicut herba terræ*, quæ paſſim ſine vlla cultura vberrime à terra profunditur. Kald. *Germinabunt de ciuitate Ieruſalem.* Incredibiliter ſanè Salomonis ſeculo vt fructus ita & homines copia, & numero excreuerunt. ſicut ſcriptum eſt 3. Reg. 4. 20. *Iuda & Iſrael innumerabiles ſicut arena maris. in multitudine comedentes, & bibentes, atque lætantes.* Diximus vberius libr. 5. à multiplicatione Hebræorum.

Salomonis tempore innumerabiles, Iuda & Iſrael.

E

Florebunt verò perinde eſt ac germinabunt, exorientur, effundẽt ſeſe nõ ſolũ *in ciuitate*, vt minus opportunè propoſitionẽ *mem* vertit Pagnin. q. d. non ſolũ montana plena erunt habitatoribus, ſed ciuitates etiam referti ſſimæ ciuibus. ſed quod propriè eſt *de ciuitate*, vel *à ciuitate* florentes & germinãtes, prodibũt, egrediẽtur, exorientur magna ciuiũ examina, deducentque in exteras prouincias multas colonias; tãta erit ciuium copia, vt ciuitatum muris capi non poſſit. Duodecim

ציץ
Florere quid.

Salomonis tẽpore deductæ Hebrçorũ colonię in alias prouincias.

decim millia Iudæorum dicunt abijſſe cum regina Saba. non dubium etiam quin poſt Salomonis claſſes infiniti etiam in Indiam, Africam, Europam vniuerſam penetrarint, quod ſuperius indicabimus.

31 *Prædictio ſacræ Euchariſtiæ.*

Sed hæc Salomonica longiſſimè minora Chriſtianis; quamuis illis paruis initijs hæc noſtra maxima & perfectiſſima delineata. Nam in illa frumenti vbertate Salomonica, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem ſubodorati ſunt ipſi etiam Hebræi. Kaldæus; *Erit ſubſtantificus panis in terra.* R. Salomon apud Nebienſem. *Pizathbar, id eſt, placentula frumenti loquela eſt abundantiæ & multiplicationis. atque magiſtri noſtri expoſuerunt ſermonem eſſe placentularum in diebus Meſſiæ.* Et in Midras Thehilim, i. in Expoſitione Pſalmorum ſic ſcribunt: *Erit placentula frumenti; quoniam frumenta producent in diebus Meſſiæ placentas; ſicut eſt plenitudo volæ ſeu galmæ iſtius, ſequitur, Turgeſcet ſicut Libani fructus eius, quoniam frumenta confricabunt ſe inuicem, & deijcient ſimilam ſuam in terra, & tu veniens accipies inde plenitudinem volæ, ſeu palmæ iſtius ſecundum refectionem tuam.* R. Rimhi apud Raymundum, & Triumphum, in libr. *Sicut manus viri dicitur in Pſalm. 71 erit pizath frumenti in terra; quaſi dicat, fructum frumenti*, R. Hiſa apud eundem: *Futura eſt terra Iſrael vt producat placentas & ornatum purpuræ, ſicut dictum eſt Pſal. 71. Pizath id eſt, fructum frumenti dixerunt magiſtri, futurum eſt vt triticum palmeſcat, & aſcendat ſicut palma, & hoc in diebus Meſſiæ.* Vide R. Berachiam apud Galatin. libr. 8. cap. 7. ex hoc loco probantem futurum eſſe Meſſiam ſicut *redemptorem primum Moyſem, qui pluit panem de cœlo.* quod idem refert Triumphus ex Midras Coheleth, id eſt, ex expoſitione Eccleſiaſtæ, ſuper id primi capitis: *Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit* ex R. Barachia, & R. Iſaac. & lib. 10. ca. 5. ex R. Moſe Hadarſan componente hunc locum de Meſſia cum illo Melchiſedech, offerentis panem & vinum. Tum præterea ex R. Ioahi ex hoc ipſo loco colligente, *Sacrificium panis tempore Meſſiæ iugiter duraturum.* R. Ioſeph apud Pagnin. in Pat, de Meſſia ſic exponit: *In diebus Regis huius erit benedictio in mundo adhuc quod ſeminabit homo plenam volam frugum etiam in vertice montium, & erunt ſpicæ bonæ, ac plenæ, adeo, quod tremant vento in eas ſtante, ſicut arbores Libani.* Burgenſis hoc Pſalm. Addit. 2. *Pizath non ſignificat abundantiam, ſed potius placentam, aut placentulam frumenti, & cum hoc concordat tranſlatio Chaldaica, in qua, vbi dicitur, in ſummis montium, expreſſe dicit in capitibus ſacerdotum.* Sed operæ pretium adſcribere, quæ hoc loco Nebienſis habet: *Quã plures ex noſtris. qui Hebraicis litteris nauauerunt operam, ſcripſerunt in textu Caldaico ſic haberi; Erit ſacrificium frumenti in terra, in capite montium Eccleſiæ Ipſe verò qui plures textus, & quidem antiquos perſcrutatus ſum, nequamquam reperi, ſicut illi ſcripſerunt.* Atque adeo, neque apud alium quam apud Burgenſem reperitur illa tranſlatio: *In capitibus ſacerdotum*, quamuis illud: *Erit placenta tritici*, frequenter vſurpetur tum ab Hebræis, quos produximus, tum ab iis qui res Hebraicas tractarunt aduerſus Iudæos, nimirum Nicolao in peculiari quodam libello aduerſus Hebræum quemdam art. 4. Raymund. in regione contra Iudæos li. 11. c. 2. Galat. ſuperius adducto, Triũpho Chriſti Tit. 12. Probatione 5. Quamuis ſanè montes vocari in Scriptura ſacerdotes, Apoſtolos, ſapientes, frequentiſſimum eſt apud Patres, & Hieronymum Ezech. 36. Futuram autem *placẽtulam in capite montium*, vt habetur in Hebræo, id eſt, *ſuper capita ſacerdotum.* nimirum cum hoſtiam ſacram in ſublime attollunt populo adorandam, fuiſſe Hebræorum traditionem refert Triumphus loco indicato. Atque adeo cum hoc conſonat quod Bartholomæus Spina in ſuo bello contra Iudæos libr. 3. conſid. 4. argum. 14. fol. 227. locum 1. Reg. 2. 32. 35. vbi repulſo ſacerdotio Heli pollicetur Deus aliud ſacerdotium, & ſacerdotẽ inſtiturũ: *Videbis* (inquit) *æmulum tuũ in tẽplo, vt deficiant oculi tui, & ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, &c. futurũ eſt autem vt quicumque remanſerit in domo tuâ veniat, vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem vt comedam bucellam panis.* pro *nummo* inquam *argẽteo*, haberi In Hebræo: *calicem argenteum.* ex ipſa Hebræorum traditione: quem ſi cum *placentula panis* coniungas, ſacrificium vtique ſanguinis in calice, corporis in placentula prædictum eſſe non obſcurè colliges.

Nebienſis. R. Salomõ. Midras Thehilim. R. Kimhi. Raymũdus. Triũphus. Chriſti. R. Hiſa. R. Berach. Galatinus. Midras Coheleth. Rabbini Iſaac. & Hadarſan. R. Ioahi. Ioſeph. Burgenſis. Nebienſis. Burgenſis. Nicolaus. Galatinus. Triũphus. Chriſti. Hieronym.

Sacerdotes in ſublime eleuantes hoſtiã conſecratam. Spina. Bart. Spina. Calix ſanguinis.

Atque illud tandem non ſine vtilitate & myſterij pretio premendũ, vocẽ illam ſecundã quę hoc loco *frumentum*, aut triticũ ſignificat, id eſt, *bar*, ita ſignificare frumentum, electum, purum, mundum, vt ſimul ſignificet filiũ; vt elegãter docet Hieronym. in Apolog. 1. aduerſus Ruffinũ li. 1. poſt medium. Quare Bar-iona, interpretatur *filius columbæ* & *Bartholomæus*, filius Tholomæi: idemque eſt nomen *electi*, aut *dilecti*. Prou. 31. 2. *Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei?* Quod alij ex proprietate vocis legunt, *electe mi*. Quare cũ eadem ſit vox Pſal. 2. 11. *Apprehendite diſciplinã*. quod ex Hebræo legi poteſt, *apprehendite filium*. vt idem Hieronym. teſtatur ſe vertiſſe in Commentarijs, & vertunt Hebræi in Midras Thehilim, poterat etiam verti, *Apprehendite frumentũ*; & quia eadem vox ſignificat frumentum ſelectum & purum, & verbum *apprehendendi*, ſignificat etiam *oſculari*, & *adorare*, quod oſculo fit, Hieronymus cum Aquila & Symmacho dixit *adorate purè*, quod idem eſt ac ſi dixiſſet, adorate purum vel electum, aut mundum, ſupple, frumẽtũ; & quod alij legunt, *oſculamini* vel *adorate filium*; itaq; filius eſt panis ille frumentũ, placentula, qui ſupra ſacerdotum capita nobis proponitur adorandus, idemq; porrigitur oſculo, & ore apprehendendus, ſed apprehendendus purè, mũdo ore, animo & corpore, quod Paulus dixit, *mãducare dignè*. Sed iam in Salomonica abondantia panis ſuperextollitur ad cœlum vſque figura electi, ac mundi panis corporis filij Dei; vt illud quidquid vmbræ in Salomone præceſſit, Chriſti Ieſu myſteria illuſtrẽt; atque, vt verbis vtamur Hieronymi de hoc ipſo loco differentis; *Quid Eccleſiaſtica fidei nocet, ſi doceatur lector quot modis apud Hebræos vnus verſiculus explanetur*, potius confert interdum multum; & per omnẽ modũ.

32 *Frumentũ idẽ filius.* בר *Hieronym. Cõplutẽſ.* נשקו *Inuitatio ad Euchariſtiã ſanctè ſumendam. 1 Cor. 11. 33. 34. Hieronym.*

XVII. Sit nomen eius benedictum in ſæcula: ante ſolem permanet nomen eius.

33 Nomen *quid propriè. Permanere, ad poſteritatem. Chriſtus Salomonides.*

34 *Salomonis fœlicitas ad Benedictionis ſolemnem formulam. Benedictio in Chriſti nomine. Illuſtratus Paulus, Iſaias. Promiſſiones Diuinæ confirmatæ in Chriſto.*

35 *Chriſti regni inuocatio. Geminatio eiuſdem vocis ad firmitatem. Illuſtratus Moyſes.*

36 *Pſalmus 71. vltimo à Dauide compoſitus. Summa veterum omnium Dauidis.* Conſummatio finis, perfectio, *quæ.*

33 Hinc iam fœliciſſimo regi gratulatio, & acclamatio, cuius memoriam precatur cum benedictione ſempiterna vſurpari: Kaldæus .. *erit memorabilo ſemper.* Theodoretus: *Benedictum apud nullum exemplar legitur, neque in ſexcuplici neque in Hebraico.* Sed quia illa nominis & memoriæ immortalitas commendationē habet adiunctam, ideo Septuag. *benedictionem* addiderunt. Tantæ (inquit) maieſtatis gloria non vno tantū ſæculo circunſcribetur: permanebit etiam ad poſteros cum inſigni laude, & gloriæ præconio. Quod ſequitur de *ſole*, huc trahitur à nonnullis: Memoria & fama eius cum ſole, de claritate, & æternitate contendet. Sed perinde eſt, ſi ad ſequentem partem referatur.

Theodoret.

Ante ſolem permanet nomen. Quod quidam *nomen* hoc loco ſumunt pro poſteritate, ſicut Iſai. 14.22. & Deut. 25.5. vbi dicitur *ſuſcitare ſemen fratris*, quod in Hebræo eſt, *ſuſcitare nomen*, importunè & coactè faciunt: nam hic non agitur de eo nomine, aut nomenclatura, ſiue appellatione gentilitia, quæ pertinet etiam ad poſteritatem: tum prætetea quoniam cum ſtatim dicatur *nomen* ipſum *permanere*, aut *filiari*, incommoda eſſet locutio, ſi *nomen* eſſet ipſa poſteritas: Ergo *nomen*, ipſa Regis fœliciſſima fama, memoria immortalis permanebit, propriè ex Hebræo, filiabitur, propagabitur, ſoboleſcet, ſtirpeſcet. quod pulchra à plantis translatione ſignificat nominis alicuius & famæ æternitatem. Et ſi de præterito legas, vt legi poſſe indicant Complutenſes, *nomen eius filiabatur*, aut propagabatur *ante ſolem*; ſignificat, longè antequam naſceretur prædictum fuiſſe illius nomen. Qua ratione Kaldęus legit: *Antequam eſſet ſol, preparatum erat nomen eius.* ſi verò cum Septuag. Hieronymo & alijs Hebraizantibus legas per futurum, ſenſum expreſſit Hieronymus, *Perſeuerabit nomen eius*, tranſlatione ſumpta à plantis, quæ ad truncum multas alias propagines emittunt, quos filios vocamus, ita vt confirmata radix, & altè fixa multa germina ex ſe emittat, vberrimumque fructum profundat: nos diceremus: *accepara y abi yara ſu memoria y nombre.* ſicut etiam Pſal. 127. *filij* comparantur cū *nouellis oliuarum in circuitu* exornantibus radicem. Quare ſic legi etiam poſſet, *Nomē eius germinabit*, pullulabit, ramificabit. Quòd ſi non ducatur metaphora ex re agraria, nihil aliud erit *filiari nomen*, quàm parentis memoriam & Salomonis nomen in multis filijs Salomonidibus conſeruari, & alijs decedentibus alios exoriri inſtar ſolis quotidie morientis, quotidie exorientis, & priſtinum ſplendorem diei priſtini hodierno inſtaurantis.

Nomen pro poſteritate.

Pro fama.

Tranſlatio à plantis.

Cōplutēſes

Hieronym.

Et quidem vtcumque id in Salomone verum, cui poſteritas immortalis à Deo promiſſa fuit; ſed in Chriſto Ieſu veriſſimum: cuius nomen filiatur illius virtute quotidie germinante Chriſtianos, & filios Dei. Porro de Chriſti Ieſu & Eccleſiæ poſteritate numeroſiſſima Iſaias paſſim, potiſſimum cap. 54. 66. & vbicumque de dilatando Dei populo. Quòd ſi paulo preſſius & ſtrictius eam nominis Salomonici filiationem accipiamus cum Burgenſi, & Nebienſi, & interprete Concordantiarum R. Mardochai poſt R. Dauid Kimhi in li. Radicum, certè propriiſſimè quadrat in Chriſtum Dominum, qui Salomonides, id eſt, filius Salomonis fuit, atque etiam verus Salomon, propterea *Salomonis nomen* in illo fuit filiatum.

Chriſti virtus filios Dei generans.

Burgenſis. Nebienſis. Rabbini.

Salomonis nomen propagatū in Chriſto.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

34 Benedicentur in ipſo tanquam in prima fœlicitatis menſura, ad quam exigentur omnes aliorum benedictiones, & fauſtæ imprecationes: ſic fere ſcholia Stephani, & Vatabli, *Benedicent ſe in eo omnes gentes.* hac videlicet formula: *Beneficus ſit tibi Deus & liberalis, quemadmodum ſe erga ſeruum ſuum Salomonem præſtitit*: paulo etiam ſimplicius; nihil ſibi amplius, aut melius precari quiſquam poterit, quàm quod ſuo regi contigiſſe videns numine erga illum propitio.

Salomonis fœlicitas Prouerbio vſurpata.

Et verò hoc etiam in Salomone, ſed cum hyperbole quadam, & anguſtè, ſed in Chriſto Ieſu anguſtiſſimè; atque ampliſſimè. Kaldæus: *Benedicentur in merito eius omnes populi, & dicent bonū illi.* itaque illud *in eo*, accipit, propter eum, vel per eum, non infrequenti Scripturæ phraſi, tum ex Hebræo, tum ex Græco, præſertim in Paulo. ſimiliter illud *Magnificabunt eum.* quod propriè ad opulentiam refertur, q.d. gloriam & diuitias illius prædicabunt, vt verè in Salomone, ita longè verius in Chriſto, cuius *gloriæ & gratiæ inueſtigabiles diuitias*, tam ſæpe Paulus prædicat, & quidem, vt videtur cū reſpectu, & alluſione aliqua ad illam Salomonis tantopere prædicatam opulentiam Rom. 9.23. Epheſ. 1.7. 18. & cap. 3.17. & 3.8.16. Philipp. 4.19. Coloſſ. 2.2.

In pro propter.

Chriſti diuitiæ cū alluſione ad opulētiam Salomonis.

Ergo illuſtris ad hunc locum videtur illa alluſio Iſai. 65. 16. *In quo* (nomine nouo, id eſt Chriſtiano) *qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur à Deo, Amen.* id eſt, qui benedictionem ſibi in Chriſto, & propter Chriſtum precantur, ſciant ſe à Deo fideli, & bonorum largitore Chriſto Ieſu benedictionem petere: vt quod *in nomine illius peterimus patrem fiat* nobis. quippe *benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.* ſubijcit autem Iſaias, illius benedictionis à Chriſto benedicto in nos redundaturam, abundantiam affluentiſſimam propriam Euangelij: *Quia*, inquit, *obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores.* q.d. Benedictus fuit Salomon & incredibili bonorum copia redundans, vt in quo ſibi benedicerent, non ſolum Ieroſolymitani ciues, & vniuerſa gens Iſraelitica; ſed exteræ etiam gentes & ſibi bene precabantur in Salomone. *Tal me haga Dios como à Salomon.* Sed tamen eam benedictionem, quam in Salomone concipiebant, non poterunt obtinere in Salomone, quippe ille non erat, *Deus Amen*: id eſt, verax & fidelis, & noſtrarum precationum effector & præſtitor: at verò noſter Salomon, in quo benedicimur, eſt *Deus Amen.* ſicut à Paulo dictum eſt 2. Corint. 1. 18. 20. *Fidelis Deus. Dei enim filius Ieſus Chriſtus non fuit EST, & NON. ſed EST, in illo fuit. quotquot enim promiſſiones Dei ſunt, in illo EST. ideo & per ipſum, Amen Deo, ad gloriam noſtram*, quia benedictionem in Chriſto Domino, & precamur, & accipimus à Deo patre, qui quidquid pollicetur, re ipſa fideliter præſtat per Chriſtum Ieſum.

Ioā. 16.23.

Epheſ. 1.3.

Illuſtris alluſio ad Salomonem.

Promiſſionū Salomonis Chriſtus præſtitor.

Bene

XVIII. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus.

XIX. Et benedictum nomen maieſtatis in æternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra. Fiat, fiat.

35 Chriſti regnum implens terram.

TOtum ſe conuertit Propheta ad Dei potentiam & bonitatem prædicandam, mirabilia operantis in Salomone, multo mirabiliora in Chriſto. cuius virtutem & nomen iam videtur inuocare, vt ſicut in oratione Dominica, ita nũc *ſanctificato nomine Chriſti* Ieſu petat *aduenire regnum illius*, id eſt, vt illius gloria, & maieſtate totus mundus impleatur. Spiritus enim ſanctus,

Spiritus ſá-ctus velut regnum Chriſti.

B *qui repleuit orbem terrarum*, & Chriſti Ieſu nomen euulgauit, eſt velut gloria & regnum Chriſti. Quare aduentum Spiritus ſancti replentis mundum nos petere, cùm *aduenire regnum Chriſti* petimus, ſubtiliter docet Gregor. Nyſſenus, orat. 3. in Orationem dominicam. quod enim apud Matthæum 6. 10. eſt *adueniat regnum tuum*, teſtatur apud Lucam 11. 2. haberi: *Adueniat ſpiritus ſanctus tuus ſuper nos, & purificet nos*, quia Chriſti regnum & maieſtas in ſanctificatione animorum poſita eſt.

Sap. 1. 7.
Nyſſenus.

Geminatio vocis ad certitudinem, & firmitaté.

Fiat, fiat. in Hebræo: *Amen, amen*: videtur totius populi acclamatio, Prophetæ & Cantorum extremas voces ſuſcipientis, & replicantis identidem, atque precantis certitudinem, & conſtantiam magnificentiſſimarum harum prædictionum: tum etiam videntur vrgeri, & accelerari illa repetitione, ſicut & de repetitione illius Pharaonici ſomnij à Ioſepho interprete dictum eſt, Geneſ. 41. 32. *Quod vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens, firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei & velocius impleatur.*

C

Ad celeritatem.

XX. Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe.

36 HAec quoque clauſula Pſalmi ita Chriſtum Ieſum continet, vt Salomonem etiam libenter admittat; & niſi alterum cum altero iungas, vix integrum & perfectum vndequaq; ſenſum aſſequaris. Kaldæus, & Hieronymus: *Completa ſunt orationes Dauidis*. R. Ioſeph, & alij Hebraizantes: *conſummata ſunt*. Alij: *finem habent*. quę quamuis eiuſdem ſignificationis ſint, tamen rem eamdem pulchra & opportuna quadam varietate elucidant.

Kaldæus.
Hieronym.
Pagninus.
Vatablus.

A

Et primum quidem indicatur hunc fuiſſe omnium vltimo à Dauide pſalmum compoſitum & quaſi teſtamento relictum Salomoni filio, cum iam moribundus inter poſtremos ſpiritus fidem ſuam de promiſſo Meſſiæ regno non ſolum conteſtaretur; ſed eamdem fidem regnique promiſſi expectationem Salomoni filio figuram Meſſię gerenti commendaret. In quo ſanè fere interpretes conſentiunt. Similiterq; vir ille grauiſſimus Apollinarius Laodicenus coætaneus Nazianzeni, & Baſilij, qui fere totam Scripturam ſacram verſibus edidit Heroicis. Hic ſic per paraphraſim hanc Pſalmi ſubſcriptionem elucidat;

Apollinar. Laodicen.

Dauidis carminum quidem ceſſauit diuina mens
Filij Ieſſe, ex imbecillitate.

Tum verò illud ſecundum hanc fuiſſe ſummã votorum omnium, & precum Dauidis: nihil enim prius aut potius in votis habuit; quam vt Salomonis filio regni fœlicitatem precaretur, vel potius quàm in Salomonis regno & fœlicitate fauſtiſſimum regis Meſſiæ aduentum, & regnum precaretur. ſic enim verbum *complendi, deficiendi, definiendi*, non ſolum finem adfert, ſed conſummationem quandam, integritatem, complementum; quod aliquando noſtris in Iobum commentarijs ad ſimilem Iobi ſententiam in fine capitis. 31. 40. *finita ſunt verba Iob*, exemplis adductis expoſuimus. q. d. Dauid: *Agora me acabe de declarar con Dios, y de pedirle quanto tenia que deſtear*. nihil habuit Dauid vlterius vel petẽdum vel expectandum. hęc meta votorũ, quæ in Chriſto *finem habent*, conſummationem, perfectionẽ, pulchritudinem, integritatem. hæc enim omnia claudit vocis originalis proprietas. Perfecti igitur fuerunt hymni Dauid, pulchruerũt illius precationes, plenitudinem & ſoliditatem quandam obtinuerunt, præferentes ſpeciem Salomonis filij; continentes Chriſtum qui *eſt Deus abſconditus*. Atque hæc item clauſula, & perfectio, pulchritudoque Salomonis maxima, quòd regni regiſque ſempiterni tam pręclaram in ſua perſona & opulentia geſtauerit figuram.

Complere & deficere quid.

כלל
כלה

Luc. 22. 37

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS

DE REBVS SALAMONIS REGIS.

Qui eſt

DE DECLINATIONE, AC DEPRAVATIONE Regis, & Regni Salomonici.

CAPVT PRIMVM.

Regni opulentiſſimi gloriam in Salomone Rege declinaſſe.

Ad locum Pſalmi 71. 5. Permanebit cum Sole & ante Lunam in generatione & generationem.

1 *Salomon exemplum ſummi faſtigij, & miſeranda ruinæ.* Permanere & ante Lunam *in Pſal. 71. quid.*

2 *Luna motus ſymbolum æternitatis; lumen, inconſtantia. Illuſtratus Dauid, & Eccleſiaſticus.*

3 *Inſcriptio Pſalmi 71. Regnũ temporale Hebræorum duabus quaterdenis contentum, quid. Selenites, & Margarita ſymbolum humanæ gloria. Illuſtratus Matthæus.*

4 *Sol Chriſti figura. Salomon vt Luna mutatus. Chriſti figura.*

5 *Luna ex Genethliacorũ doctrina, cuiuſmodi efficiat homines. Salomonis mores & ſtudia lunaria.*

1 Salomon exemplũ ſummi faſtigij & mirandæ ruinæ.

SVMMIS, quæ eſt rerum humanarum conditio, *negatum eſt dare diu*; itaque vtriuſque Salomon exemplum propoſitum eſt, & B ſummi faſtigij honoris, & gloriæ, ad quod diuinus illum fauor euexit; & miſerandi ex tanta glória caſus, & obſcurationis.

Porro fore vt aliquando Salomonis regnum deturbaretur, obſcuraretur, poſtquam ad ſummum perductum eſſet; Chriſti verò regis veriſſimi regnum ſemel initum confirmaretur, & in dies creſceret, nunquam vel obſcurandum, vel minuendum, illuſtri ex Sole & Luna petita comparatione ſignificari videtur à Dauide loco propoſito: *Permanebit cum Sole, & ante Lunam in generatione & generationem.* Nam (quod breuiter & in ſumma dico) Chriſti regnum cum Sole,

A Salomonis cum Luna comparatur: illud æternũ, diuinum; hoc temporale, humanum: illud conſtans, ſine fine, ſine decremento; hoc per continua incrementa, & damna variatum.

Chriſti regnum cũ Sole, Salomonis cũ Luna cõparatum.

Sed pro elucidatione obſeruandum quidem, quamquam illud *permanebit*, ad perpetuitatem retulerint L x x. cum tamen in Hebræo propriè ſit, *Timebunt te cum Sole*, &c. quod ad adorationem & cultum veri Salomonis Meſſiæ pertinet; tamen de diuturnitate regni Chriſti ex comparatione cum Sole, & Luna ſatis conſtat, tunc etiam ex illa continua ſerie decurrentium annorum & *generationum* præterea neque in Græco, neque in Hebræo eodem modo comparationem fieri cum Luna, atque cum Sole. Cum hoc enim ſignificatur lucendi æqualitas quædam & quaſi ſocietas permanendi, & pari pede cum illo currendi ad æternitatem; ac de Luna tantum, *ante illam*; quod in Hebræo propriè eſt *ad facies Lu-*B *na*. in Græco autem *pro*, quamuis ſignificet idẽ, quod, *ante*, aut, *coram*, q. d. lucebit & regnabit Meſſias coram Sole, & coram Luna; erit, quamdiu illa ſubſtiterint, & cum illis de diuturnitate, aut æternitate certabit, tamen nunc illud Græcum, *pro*, ſiue Latinum, *ante*, per comparationẽ accipio: quæ illarum præpoſitionum familiariſſima ſignificatio & vſus eſt, ita vt lux regni Chriſti ſolaris anteferatur & prælucear Lunæ, & præ illa, lumen ſolare præſtet, & excellat. quod Hieronymus apertè vidit reddens. *Timebunt te, quamdiu erit Sol, & vltra lunam*. Tum etiã vetus ille Græcus interpres, quem Agellius eo loco profert, accuratè differentem de ſignificatione illius præpoſitionis, *ante* in hanc ſententiam. *Aduerbium porro, ante, non ad ſignificandam temporis di.*

Perpetuitas regni Chriſti.

Solis cum Luna co͂paratio.

Ante per comparationem.

Hieronym.

Græcus.

A *præſtantiam poſuit, ſed præſtantiam permanendi. Permanebunt igitur, & ſeruabuntur, pax nimirum, & iuſtitia, fulgore Solem adæquantes, & ſupra Lunam præeunt, quia illa habet multa tempora imminutionis; Hæc verò permanendi ſemper augetur, & ſeruatur.*

2

Motus Lunæ ſymbolum æternitatis, facies mutationis.

Et quidem comparatio cum lumine Lunæ deficiente, & damna pariente, non obſcurè indicatur illo, quod in Hebræo habetur, *ad facies Lunæ*, nam ſi cum motu Lunę, qui perennis eſt, comparatio fieret, æternitatis etiam ipſa ſymbolum eſt, non minus quàm Sol eodem ſemper & ſtabili curſu. Pſalm. 88. 37. *Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.* id eſt, Sol & Luna erunt in B cælo ſtabiles, & firmi teſtes æternitatis regni Meſſiæ. & eodem Pſalm. 71. 7. *Donec auferatur Luna.* At ſi ad *facies Lunæ* reſpicias, vt hoc loco, eſt quidem *luminare quod minuitur in conſummatione*, id eſt, ſubinde poſt plenilunium decreſcens. Eccleſi. 43. 8. Quare licet mirabile ſit eius incrementum ex obſcuro ad ſummam lucis gloriam; tamen tantam mirabilitatem deprimit mutatio, & caſus. Sicut idem Eccleſiaſticus ſubijcit: *Creſcens mirabiliter in conſummationem.* quod alij ex Græco legunt: *creſcens mirabiliter cum mutatione.* Igitur *facies Lunæ* non minus iam inconſtantiæ & mutationis ſymbolum

כסיל

Stultus ad inconſtantiam.

C eſt. Sicut dixit Ieſus Sirac, cap. 27. 12. *Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut Sol: nam ſtultus, vt Luna, mutatur*: vbi *pro ſtulto*, in Hebræo eſt vox originalis, quæ inconſtantiam ſignificat. q. d. qui mente parum firma conſtat, neque ſemper eſt eiuſdem conſilij, & propoſiti, ſed Vertumnus, qui mutatur in horas, & varijs cupiditatibus agitatur, is ſimillimus eſt inconſtantis Lunæ, non ſemper eandem faciem oſtentantis, & non tam dicerem damna ſua celeritate reparantis, quam incrementa ſubinde perdentis.

3

Pſalmi. 71 inſcriptio Menſis lunaris typus regni Salomonici.

Iam ergo cum Pſalmus 71. *in Salomonem* ſit, ſiue, vt Chaldæus inſcripſit: *Per manus* (id eſt, per exequutionem & perſonam) *Salomonis propheticè.* D procul dubio vt cum Sole Salomon comparari non potuit ita, vt cum Luna comparetur, tantum relinquitur. Quòd ſi ex duabus illis quaterdenis generationibus in libro *generationis Christi* à Matthæo recenſitis, menſem Lunarem viginti octo dierum, id eſt, faciem regni temporalis ex vigintiocto Patriarchis, & regibus cótemplari velis, inuenies proculdubio *ab Abraham vſque ad Dauid generationes quatuordecim, & a Salomone vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim.* Ergo ex nouiſſimo Dauidis regno, & initio Salomonis, effice plenilunium *mirabiliter creſcens in conſummationem.* E ex nouiſſimo verò Salomonis regno effice damnum, & minutionem regni Iſraelitici, cum decreſcere & obſcurari cœpit. Ita omnis humani Imperij & opulentiæ gloria quantumuis pretioſiſſima, ſimillima eſt *Selenitæ* gemmæ, quam, vt Plinius ait, in Arabia terrarum omnium opulentiſſima, delicioſiſſima, fœliciſſima naſci voluit rerum ſupremus moderator ad humanæ fœlicitatis eruditionem, & ſignificationem. *ea igitur ex candido tranſlucet, melleo fulgere, imaginem Lunæ continens, redditque eam in dies ſingulos creſcentis minuentiſque numero.* Quod quidem non tam præſtat, vt ille dixit: *tanquam cæleſtibus anxia damnis*; ſed tanquam humanis viciſſitudinibus ſignificandis magiſtra ſolicita

Mat. 1. 17. Quatuordecim generationes quid apud Matthæum.

Gloria humana ſimilis Selenitis.

Pl. li. 26. c. 10.

... dans c. 47.

Margaritę ſymbolũ humanæ gloriæ.

A mortalibus data ab auctore naturæ. Quod idem ipſum margaritæ nos docent, quas & Luna creſcente plenas reperiri, ſcripſit Dioſcorides: & poſt plenilunium captæ cum tempore minuuntur, & decreſcunt, vt ex certis experimentis tradit Ceſalpinus. libro 2. de Metallicis. cap. 22. Ergo humana gaudia, & feſtiuitates omnes ipſiſſimæ ſunt feſta Neomeniæ, nouæque Lunæ creſcentis celeriter, paulo poſt ſeneſcentis. In quam rem illi apud Romanos nobiliſſimi Lunas geſtabant in calceis, quo humanæ nobilitatis & præſtantiæ parum firmæ, magnopere inconſtantis, & ſemper ad finem cum deteriori mutatione properantis, memores eſſent, vt ex Plutarcho & Cælio videre eſt. B Et quidem numerus ille quaterdenus ominoſus & criticus eſt, atque cum ingenti vitæ diſcrimine coniunctus, vt medici docent, quod ſic exigat dimidium Lunæ, quod 14. diebus peragitur.

Dioſcorid.

Ceſalpinus.

Neomeniæ humana omnia.

Lunæ in calceis.

Plutarch. qq. Ro. 76. Cælius lib. 20. c. 28.

Quod verò Sol Chriſti Ieſu regnantis, lux verò, lumen, lucerna, gloria, cornua, quæ omnia ad ſplendorem referuntur, regni ſymbolum ſit, vt certiſſimum, & notiſſimum eſt, ita non eſt huius loci perſequi. Illud tamen proprium, & opportunum, quòd ſicut Luna ſiue ad Solem accedat, ſiue ab illo recedat, imaginem aliquam ſolaris luminis participat; ita ſanè & C Salomon, ſiue ad Deum pius accederet, ſiue ab illo per impietatem recederet, ſemper aliquam Chriſti Ieſu imaginem & figuram repræſentabat, etiam in ipſis peccatis; vt cum mulieres alienigenas figurantes Eccleſiam ex gentibus, amat, cum opulentiſſimus efficitur, quamuis per aliquam auaritiæ ſpeciem adumbrans Chriſti Ieſu ſpirituales diuitias. Dauidem enim etiam in peccatis, & cum amat Bethſabee, figuram Chriſti Domini geſtaſſe, ſuperius diximus.

4

Sol Chriſti figura.

Salomon etiam recedens à Deo, quomodo Chriſti figura.

Sed mirum, *quod ſtultiſſimè, vt Luna, mutatus fuerit Salomon*: ac tunc vel maximè, cum imitar Lunæ, facie ad terram, & terD rena conuerſa, ex ſuperiori parte lumen amiſſit. Sic enim Eccleſiaſticus. cap. 47. 22. ſtultitiam illi attribuit, & ipſe ait; *Verti me ad alia.* Eccleſiaſtic. 41. & verſ. 11. ſequenti. *Cum me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ.* Quod quid aliud eſt, quam illud eiuſdem cap. 2. 10. *Quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis.* Sic ſanè iam ſuperna parte non illuminabatur conuerſa mente & ſtudio ad creaturas. *Cum auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei.* 3. Regum. 11. 9. atque in illum quadrat, quod Auguſtinus illum Eccleſiaſtici locum. hom. 27. elucidans. epiſtola. 119. ad Ianuarium cap. 5. eleE ganter ſcribit: *Quod anima humana recedens à ſole Iuſtitia, omnes vires ſuas in terrena conuertit, & eo magis magiſque obſcuratur in interioribus, ac ſuperioribus ſuis: & lux illa ingenij ad inferiora vergit, mutaturque in deterius ad exteriora progrediens terrena ſapiendo.* Is itaque videtur fuiſſe Salomon cum maximè conſpicuus ſplendiduſque mundo viſus eſt.

Eccl. 27. 12 Salomon & Luna mutatus *Eccl. 2. 11*

Auguſtin.

Porro notiſſimum, Lunam ſignum eſſe amatorium, atque amantibus inuocari, quod præſit nocti, & tenebris, atque iis voluptatibus, quæ tenebras amant. Quid vero clarius, quam huic lunæ, & huic tenebrarum principi obnoxium fuiſſe Salomonem? Quod ſi etiam ad ea, quæ Aſtrologi genethliaci de Luna, & de his,

5

Luna amatorũ aſtrũ

Genethliaci de Luna doctrina.

quæ Luna

quæ Luna largitur, reſpexerimus, inueniemus proculdubio cum ijs, quæ ex ſacris de Luna, & de Salomone diximus, conſonare. Inſtabiles enim reddit homines, propoſiti inconſtantes, varijs ſubinde ſtudijs gaudentes, luminibus varios, motu ac mutatione celeres: & quod illa ſæpiſſime Ecclipſim patiatur, ita ſane & eos, in quos dominatur, vel luminibus viriatos, vel ſtrabos, veracitatis amantes, gloriam affectantes, omnium rerum excellentiſſimarum exploratores; &, quod ad miraculum in Salomone reperitur, in prima iuuentute ſummam religionem, ſed minimè conſtantem, firmam ve perſeuerantiam; vt ex Materoo, Ptolomæo, & alijs Aſtrologiæ profeſſoribus, facile eſt colligere. Tum ex medicis, Hippocrate, libro de Iudicijs infirmitatum; Galeno, initio dierum criticorum.

Qui Lunæ ſubditur. *Maternus. Ptolomaus. Hippocras. Galenus.*

Porro, quæ maior ſtudiorum varietas, ac nunquam in eodem conſiſtentis animi, quàm quæ in Eccleſiaſtæ libro ſuomet exemplo proponit Salomon? aut quæ maior religionis inconſtantia, quam quæ in Salomonis hiſtoria tot peregrinorum numinum admiſſa religione, cernitur? Denique ſicut Luna cum maligno alio planeta coiens maligna redditur, & mortalibus noxia: ſic ſanè Salomon alienigenas malę religionis fœminas adſciſcens, idololatriæ & aliorum vitiorum labem contraxit. Sed hæc iam per ſua genera iodicanda.

Studia Salomonis lunaria. *Luna coiens cum planeta maligno.*

A totum eſt de Regnorum mutatione, *& tranſlatione imperiorum à gente in gentem, propter iniuſtitias, Auaritiam, Superbiam*: & *de areſaciendis radicibus*, id eſt, primis illis initijs, & quaſi truncis regum, ex quibus regiæ ſtirpes propagantur; & de *euertendis terris gentium*, de euehendo ad ſummos honores *ſemine timentium Deum*, & alijs pulcherrimis in hanc rem ſententijs; ex quibus regum Regnorumque ſtabiliendorum doctrinam petere oportet, quam nos etiam vberius alio loco perſecuti ſumus. Sed rei huius in vnico Salomone exemplum illuſtriſſimum propoſitum eſt obſcuratæ propter impietatem ſummæ gloriæ regis, ac regni, toto orbe clariſſimo-
B rum. Ac ne in alias vel temporis, vel fortunæ, quam vocant, viciſſitudinis tantæ rei cauſam conijceremus, admonuit ſæpe Deus optimus, tum Dauidem parentem, tum Salomonem ipſum: Dauidem, inquam, per Natham prophetam. 2. Regum. 7. 14. 15. & 3. Regum. 2. 3. 4. Pſalm. 88. 31. 32. 33. quibus locis de Salomone, *Si inique aliquid fecerit, arguam eum*, &c. Salomonem, v. ipſum 3. Regum. 3. 14. 1. & cap. 9. 4. 6. & deinceps. 11. 10. 11. 12. quibus locis ter apparuit Deus Salomoni, triplici, atque ea vehementi comminatione, regni, rerumque amiſſionis, & miſerandæ ruinæ de ſupremo ſtatu, illum à peccatis abſtrahere cona-
C tus.

Cōmens. in Iob c. 34. verſ. 24. peculiari digreſſione. Vera Salomonis fortunæ commutatæ cauſa.

CAPVT II.

Eius peccatorum ſummæ quædam cauſæ & capita.

Ad locum. 3. Reg. 11. 9. Iratus eſt Dominus Salomoni, eo quod auerſa eſſet mens eius a Domino Deo Iſrael.

1 *Regnorum ex peccato ruina, ex pietate confirmatio. Vera Salomonici lapſus cauſa. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
2 *Prima peccatorum Salomonis origo, nimia corporis ſolicitudo. Templa Aegypti.*
3 *Externo ornatu ſqualleus animus. Illuſtratus Dauid, & Salomon. Quid propriè* turbari & declinare. *Explicatus Lucas.*
4 *Salomonis obliuio Dei, & acceptorum beneficiorum* Auerti corde *quid. Illuſtrati Moyſes & Dauid.*
5 *Bis, an, ter, Deus locutus Salomoni; an, per Prophetam.*
6 *Salomon obdureſcens, Diuina priuatus prouidentia. Spirituales delicias in carnales conuertens.*

1 Regna propter peccata deleri.

REgna opulentiſſima, atqoe florentiſſima non niſi propter peccata à ſupremo rerum arbitro deleri, & extingui, tum certiſſimis exemplis, tum plurimis, atque clariſſimis ſacrarum litterarum teſtimonijs exploratum eſt. quæ plurima, longèque elegantiſſima congeruntur cap. 10. Eccleſiaſtici, quod fere

Illa verò quamuis multa, ac diuerſa fuerint, vt quæ in multis, varijſque generibus verſarentur ſtatim indicandis; ſed communes quaſdam videntur habuiſſe origines. Primam, vt videtur, ſpecie non valde notabilem, neque conſpicuam, ſed proculdubio re ipſa veriſſimam atque certiſſimam, nimirum rerum omnium externarum plus æquo nimiam curam & ſolicitudinem, qua Salomonis mentem occupante deſerbere atque frigeſcere animi in illo & pietatis ſtudium cœpit. Cauſam hanc inculti & ſquallentis animi ſapienter indicauit Cle-
D mens Alexandrinus libro. 3. Pædagogi cap. 2. qui à nimio corporis cultu reuocare animum conatur. *Non animaduertunt* (inquit) *dum colunt id quod eſt extrinſecus, quæ intus in profundo ſita ſunt, eſſe planè inculta, horrida, & ſterilia.* Et elucidat appoſitiſſimo exemplo. *Cuiuſmodi ſunt* (inquit) *ornamenta Aegyptiorum, apud quos templa, eorumque porticus, veſtibula, ac luce magnifice inſtructa, eorumque atria multis columnis cincta ſunt; parietes autem lapidibus externis & artificioſe depictis reſplendent, ita vt nihil deſit: ædes autem auro, argento, electro collucent, & ex India, ac Aethiopia variis fulgentibus lapillis, adyta verò intextis auro obumbrantur peplis.*
E *Sed ſi penetralia templi ambitus ſubieris, & ad eius, quod eſt, præſtantius; ſpectaculum properans, imaginem, quæ templum habitat, quæſieris, Sacerdos quiſpiam ex ijs, qui in templo ſacrificant, graui & venerando vultu aſpiciens, & Aegyptiorum lingua Pæanem concinnens, cum veli aliquantulum contraxerit, tanquam Deum oſtenſurus, abunde nobis ſuppeditat occaſionem irridendi numinis: neque enim intus inuenitur Deus, qui quærebatur, ad quem feſtinebamus, ſed felis, vel crocodilus, vel ſerpens indigena, vel aliqua huiuſmodi bellua, quæ templo quidem eſt indigna, ſed antro ſpelunca ac cœno magis congruit.* Vt vel ex ſola illa ſolicitudine lautiſſimi veſtium cultus, de qua ſuperiori libro dicebamus, Salomonis animum incultum ſenſim ſqualluiſſe colligi merito

2 Nimia rerum externarum ſolicitudo, peccatorũ occaſio. *Clemens. Alexand.* Sordidi animi ſub lauto corpore imago. Tépl**ū** Ægyptiorū.

ritò poſſit, & latitaſſe in illo brutas & belluinas A cupiditates ſub pulchra imagine.

3 Nyſſenus. Hanc ipſam rem in Salomone notat Gregorius Nyſſenus: dum Eccleſiaſt. 2. ea omnia enumerantur, in quæ ſummo animi ſtudio, & ſollicitudine elaboranda & perficienda incubuit Salomon, cum ait: *Magnificaui opera mea, &c.* Et proculdubio ipſemet Salomon iſtam ſuæ multiplicis concupiſcentiæ ſollicitudiniſque vaniſſimæ inconſtantiam, quaſi ſui lapſus originariam cauſam, toto libro Eccleſiaſtæ perſequitur, veluti ſe ipſum accuſans, quod eam ob rem *tranſuerſus* ſibi fuiſſet *ſenſus*, & corporearum ac corruptibilium rerum curis *aggrauata anima*, depreſſaque mens *multa cogitans*.

Multis curis obrutus Salomonis ſenſus.

Potuit enim dicere; quod B parens Dauid Pſalmo 37. 11. *Cor meum conturbatum eſt.* quod propriè ex originali legit Hieronymus. *Cor meum fluctuabat.* vel, cum alijs Hebraizantibus. *circumijt, circumuagatur, peregrinatur.* quod ad negotiationem quandam mercaturæ faciendæ ex verbi proprietate refertur. nam negotiatores, & mercatores lucri, & quæſtus cauſa diſcurrere, circumcurſare; & peregrinari ſolent: ſic igitur Dauid ſignificat, ſe, cum omnia humana tentaſſet, nullu alium quæſtum quam ingentis cuiuſdam animi perturbationis feciſſe. *Qui ſe hazer empleo de mis cuydados, y noſaque otra ganancia que turbaciones y deſaſoſiegos.* Ingentem fuiſſe illam animi pertur- C bationem, & ſollicitudinem circumeundi & peregrinandi, indicat vox Hebraica duplicatis & repetitis iiſdem litteris *Sacharchar*. Hæc ergo conturbatio videtur eſſe illa, de qua Lucæ 10, dictum eſt. *Turbaris erga plurima.* quam alio loco ipſe vates abieciſſe à ſuo animo profitetur, cum ait, Pſalmo. 118. 60. *Paratus, ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua;* quod ex proprietate originalis propriè dicas; *Non tardaui*, aut, *non ſum retardatus*, multitudine videlicet negotiorum, & ſollicitudinum, quæ mentem retardant, & pietatem ſuffocant; quippe nunquam me rebus exter- D nis ita totum tradidi; vt Deo ac diuinis me ſubtraherem. Et ſanè, qui *à ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur*, hi ſunt qui abſtrahi ſe permittentes à verbi Dei, id eſt, diuini ſeminis fouendi & colendi ſtudio, plus nimio rebus externis ſeſe dedunt. Illud enim eſt *à ſollicitudinibus euntes, los que ſe dexan yr, y llevar de ſus cuydados.* quos ipſos eleganter videtur deſcribere Chryſoſtomus libro. 6. de Sacerdotio. *Sollicitudines*, inquit, *aſſiduæ mentis acumen hebetant: cumque quis animo volucri, ac pernice ſit, plumbo grauiorem reddunt.* vt videatur repræſentare ſubtiliſſimum Salomonis animum ſollicitudinibus ad E ima depreſſum, & proculdubio ſeſe ipſum deſcribentis veriſſimis coloribus ſub perſona hominis pigri & agri incredibiliter ſenticoſi, Prouerb. 24. 30. *Per agrum (inquit) hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ; & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.*

סחר *Hieronym.* *Pagninus.* *Regia.* *Vatablus.* *Nebienſis.*

Cor humanũ inſtar negotiatoris.

Repetitio eiuſdem ſyllabæ ad augmentũ סחרחר

Luc. 10. 41

מהמה *Turbari. tardare.*

Luc. 8. 15.

Chryſoſt.

Salomonis animus, ager hominis pigri.

Hæc itaque prima, & communiſſima cauſa ſyluefcendi, torpeſcendi, & hebetandi Salomonis animi, & in rerum ſpiritualium guſtu deſipiendi. Quare de illo iam diuinorum guſtum amittente, dictum eſt. 3. Regum. 11. 9. *Iratus eſt Dominus Salomoni, quod auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael.* (*que ya no guſtaua de Dios*

Diuina Salomoni inſipida.

A *como ſolia.* quod propriè ex Hebræo eſt, & legunt Septuaginta; *declinare fecit cor ſuum à Domino.* quod affert guſtus, & affectus inclinationem & propenſionem quandam. *Antes ſolo iba el coracon a dios, y deſpues a otros guſtos:* Quam rem appoſitiſſima illa Nyſſeni ſimilitudine, & in Salomonem opportuna claudere licet: Quemadmodum enim ſi quis hortum varijs herbis floribuſque conſitum rigare velit, atque ad fonticulum in medio horto apertum per canalem tubumve teſtaceum aquæ copiam conferre velit; ſi tubus ipſe plurimis rimulis diffluat, neceſſe ſit aquam prius totam ſine vſu aut vtilitate aliqua per viam lutoſam diffluere, quam B vel gutta in fonticulum, vel in hortum influat: ſic ſanè qui varijs rerum terrenarum inutilibuſque ſollicitudinibus hiſcit, & diffluit, neceſſe eſt minimum, aut nihil ſtudij & cogitationis in rem illam animi primam, ac potiſſimam conferre, ac vniuerſum illum bonorum operum & virtutum hortum ſquallere, & areſcere. Quid verò Alexandrinus Clemens de ea multiplicium rerum cupiditate, & ſollicitudine diceret, cum de ſola ornamentorum paulo exquiſitiori cura ſcribat libro 2. Pædagogi. capit. 10. *Ornamentorum amatores à temperantia, & vero animi ornatu alieni ſunt?* Et ſimiliter etiam Nyſſenus, homil. 3. Eccleſiaſtic. C dum de ſuperuacanea ædium ſtructura diſſerit. *Quo maior (inquit) fuerit, & multitudine & materia ſumptu magnificentia in ædium ſtructuris; eo magis arguitur inornatam eſſe animam.*

נטה *Auerſoro quid.* *Mens. & cor ad affectum.* *Nyſſenus.* *Animi ſquallentis imago.* *Clemens.* *Nyſſenus.*

4 Secunda, & ea etiam communis quædam & vniuerſalis cauſa, ex qua tantus peccatorum cumulus creuit, fuit voluntaria quædam, atque ſupina diuinorum donorum obliuio, & incredibilis erga Deum ingrati animi turpitudo, & induratio quædam. quæ omnia afferri videntur illa *cordis, auerſione à Deo.* propriè enim *auerti* eſt, quoquo verſus abire, aut ſe extendere, præterquam in directum; & in lo- D cum deſtinatum. Nos eleganter exponeremus, *Diuertir ſe del fin, y del intento.* ſicut ſcriptum eſt, Numerorum. 22. 23. *auertit ſe de itinere.* & Iob. 31. 7. *Si declinauit de via pes meus.* & Pſalm. 43. 19. *Non receſſit retro cor noſtrum, & (non) declinaſti (paſſus es declinare aut auerti) greſſus noſtros à via tua.* Ergo *auerſio cordis* affert diuerticula cordis & mentis à recto diſcedentia, & à via pietatis & religionis ſemel incepta; atque voluntariam illam; & prioris ſemitæ obliuioſam euagationem cordis: ſed illam peculiariter obliuionem beneficiorum acceptorum, cum qua coniuncta eſt turpis ingratitu- E do. quod obſeruauit Theodoretus 3. Regum. quæſtione 35. ingratitudinis autem notare videtur Scriptura. 3. Regum. 11. 9. *Iratus eſt Dominus Salomoni, quod auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecundo: Ad amplificandam (inquit) criminationem meminit diuinæ reuelationis, quæ bis ei facta fuit. Neque enim per alium Prophetam ei oſtendit, quid agendum, ſed ipſe ei, ante omnia prohibuit cultum eorum, &c.* Rem eandem eleganter obſeruat Caietanus.

Salomonis diuinorum obliuio. *Auerti quid.* *Theodoret.* *Salomonis ingrati animi nota.* *Caietanus.*

5 Rurſus videtur tertiò Deus ei apparuiſſe, & locutus. 3. Regum. 11. 11. *Dixit itaque Dominus Salomoni; quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, &c.* nam eodem modo dicitur nunc Deus Salomoni *loquutus*, ſicut ſuperius.

cap.

Ter Deus loquutus Salomoni

cap. 3. 6. & 9. Tum præterea quoniam Regi iam diuinis vocibus obſurdeſcenti, & diuinis monitis obdureſcenti vir Propheta aliquis auderet Dei minas palam intentare; aut ſi per Prophetam aliquem illi loqueretur Deus, non tacuiſſet Scriptura, vel prophetæ ad illum orationem, vel illius reſponſionem aliquam, & vel pœnitentis, vel impœnitentis animi ſignum aliquod. A

Cur ad illum non miſſus Propheta.

Dionyſius. Caietanus. Abulenſis. Deus non per ſe ipſũ ſed per Prophetã loquutus Salomoni

Quamuis quidem Abulenſis. 3. Regum. 11. quæſt. 17. Caietanus, Dionyſius, potius exiſtiment Deum illi indigno iam reddito, plurimis turpiſſimæ vitæ, & idolatriæ ſceleribus, neque per ſe, neque per Angelum loqui dignatum; ſed per Ahiam Silonitem, qui fuit Ieroboamo Iſraelitici regni, & defectionis decem Tribuum prædictor, quod placet Abulenſi. Vel per Nathan prophetam, qui fuerat Dauidis parentis admonitor, atque ipſius Salomonis pædagogus, & magiſter, vt indicat Dionyſius. Certè Ioſephus non indicato Prophetæ nomine ſcribit, *Veniſſe ad illum prophetam miſſum à Deo dicentem, neque clam eſſe eius impietatem, neque diutius impunitam fore, &c. quibus auditis Salomon vehementer perturbatus indoluit, omni fœlicitate, qua hactenus ſuſpiciebatur, in contrarium vrgente.* B

Ioſephus.

6 Salomon obdureſcens, diuina prouidentia deſtitutus. *Procopius.* Roboam, Pharao, Salomon obdureſcentes. *Theodoret.*

Sed is dolor cum ex vera tunc peccatorum pœnitentia non eſſet, non magis illi ad deprecandum diuinum ſupplicium profuit, quam Pharaoni quædam mollioris animi ſignificatio ad præſentia flagella, & comminationes Moyſis. Ergo Procopius exiſtimat non minus Roboami cor aduerſum à Deo obduruiſſe, quàm illud Pharaonis; indicat etiam Salomonis cor ſimiliter obduruiſſe. Et Theodoret. quæſtion. 36. perſpicuè docet Deum *ſua cura, & prouidentia Salomonem priuaſſe*. ac repetit ſæpius. C

Seraphin. de Phermo Parũ cautus deliciarũ ſpiritualium vſus.

Tertia & paulo exquiſitior lapſuum omnium cauſa aſſignatur à Seraphino de Phermo opuſculo *de Aurea, & regali diſcretione*. cuius verba expedit adſcribere. *Sed non minori* (inquit) *opus eſt diligentia induſtriave vti circa ſenſibiles ſpiritus delectationes: quibus nonnulli ſecurè immerguntur, exiſtimantes quod ſint interna, haud poſſe hic errari. Neque vero vident, ut diſcretione cohibeantur, eo magis eſſe exitiales, quo nobiliores, ſubtilioribuſque operta decipulis. Neque tamen efficaciſſima perfectionis argumentum, uti de Salomone legimus: qui vſque adeo diuinas deguſtauerat delicias; & demum apoſtata factus eſt religionis, ſuarum colens idola concubinarum, qui, ſi in diuinorum hauſtu munerum diſcretè, ac temperatè ſe habuiſſet, fortè in tantum non corruiſſet exitium.* Ergo vult in Salomonem quadrare, quod à Paulo Galat. 3. 3. dictum eſt, *ſic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, carne conſummemini.* D

Salomon ſpiritualia in carnem cõuertẽs.

Sed hæc confirmanda etiam, & elucidanda ex triplici alio peccatorum genere, in quo miſere volutatus eſt,

CAPVT III.

Per omne peccatorum genus turpiter excurrens Salomon.

Ad locum 1. Ioann. 2. 16. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

1 *Rerum concupiſcibilium tria genera ex ſacris & profanis. Illuſtratus Ioannes. Eſſe, quæ dicantur in ſacro ſermone. Explicatus Paulus.*

2 *Imago concupiſcentiæ carnis comites,* Bacchus, Venus, Error: *dominantes in Salomonem. Explicatus ſæpe Salomon.* Folia ficus, *quam vim habebant. Illuſtratus Moyſes.*

4 *Character Auaritiæ, & auari. Diuitiæ omnibus vitijs fermentes. Diuitiæ, & proſperitas impellentes Salomonem ad lapſum.*

5 *Superbia, & ambitionis habitus. Contrariæ cupiditates in vnico Salomone conuenientes.*

6 *Superbia præſertim ex ſapientia punita fornicatione, Angelorum peccatum imitatus Salomon.*

7 *Ex otio & opulentia Superbia. Sui fiducia elatus Salomon. Illuſtratus Ezechiel.*

I. Triplex omnium peccatorum caput.

CVm in triplici differentia ſint ea, in quæ præceps fertur deprauatus, & corruptus mortalium appetitus, triplex ſanè videtur fuiſſe peccatorum Salomonis genus, in quæ proiectiſſimè inſaniuit. Quæ à Ioanne in ſua Epiſtola. 1. cap. 2. enumerantur: *Omne* (inquit) quod eſt (in pretio & ſummo honore, nam hæc Paulus, *ea quæ ſunt*, nominat, quæ deſtructa ſunt ab his, *quæ non ſunt*, id eſt, à rebus viliſſimis, & contemptiſſimis. 1. Corinth. 1.) *in mundo* (in hac rerum externarum facie, ad externam, & animalem vitam relata) *eſt concupiſcentia carnis* (id eſt, res, quas carnis mollitudo, & voluptas concupiſcit, quæ illam emolliunt, & oblectant, Ceres, Bacchus, Venus.) *Concupiſcentia oculorum* (quæ aſpectui lenocinantur ſplendore, & pulchritudine, & paſcunt oculos, diuitiæ, opera magnifica, horti, vineæ, ſupellex ſplendida, & opulenta) *& ſuperbia vitæ* (vbi potuiſſet dici, *concupiſcentia cordis*, in quo eſt vita, vitæque radix, id eſt, cor magna, & ſublimia concupiſcens, magnos habens ſpiritus, ambiens ambitioſeque procurans immodicè, nõ contentũ mediocribus, denique illa, quæ fauſtoſum & tumidũ cor depetit, E

1 Rerum cõcupiſcibiliũ diuiſio

Eſſe, quæ non eſſe quid.

1. Corinth. c. 18.

Quæ

Tres genij apud Profanos, & tres viuendi rationes.
Dio. & Diogenes.

A Quæ rerum concupiſcibilium diuiſio triplex, etiam ab ipſis profanis rei Ethicæ ſcriptoribus celebratur, vt apud Dionem oratione 4. de Regno videre eſt, ex Diogenis perſona, Alexandrum optimis vitæ præceptis erudientis: *Tres* (inquit) *dominantur viuendi rationes, quibus inſeruiunt vulgares, & indocti hominum cœtus: vna mollis & delicioſa, circa corporis voluptates: altera autem auara, & deliciarum amans: tertia ambabus illuſtrior, magiſque perturbata, ambitioſa, & amans gloriarum, manifeſtiorem, & vehementiorem oſtendens perturbationem & inſaniam, decipiens hominem, vt ſe putet alicuius eſſe honeſtæ rei amatorem.* Effingit deinde tres genios his tribus viuendi B generibus præſidentes, cuique ſuam perſonam, & inſignia propria tribuens. Genium *Voluptuarium, Auarum: Ambitioſum*. Ex ſingulorum autem geniorum charactere, poteris in Salomone imaginem aliquam intueri.

II. Sub Concupiſcentia carnis militans Salomon.

2 Character côcupiſcêtiæ carnis.

INducit porro Diogenes *Genium voluptuarium, celebrantem Orgia, & colentem muliebrem Deum, varium, & multiformem, circa odoratum* C *& guſtum inexplebilem, imo etiam circa omnes viſiones, & auditiones; quæ voluptatem aliquam faciunt: & circa tactum quemcumque lenem, & mollem; lauacrorum, vnguentorum, veſtimentorum, ſed præſertim rerum venerearum acuta flagrantem inſania. cui, ſi affluat ſubſtantia, abundanti volutatur libidine vſque ad ſenectutem: ſin minus, citò conſumptis præſentibus, egenus ſed intemperans in penuria & deſiderio grauiter à concupiſcentijs relinquitur. Is deliciarum plenus, vnguentum, & vinum exhalans, crocoton indutus, cum multo & inordinato riſu, ebrio aſſimilis, & comeſſans totas dies, coronis quibuſdam marcidis circa caput & collum coronatus, ducatur à mulieribus laſciuis cum* D *cymbalis & tibijs, alijs ad alia trahentibus, quarum ille nullam reijciat, rurſus horum dux ſit etiam error, valde ſpecioſus, ornatus modo meretricio, & ſubridens, pollicens copiam bonorum, vt ſibi videlicet abſcribens fœlicitatem.* Hæc fere, paucis demptis, Diogenes.

Bernard.

Non minus argutè, aut verè Bernardus Genium hunc, id eſt, *carnis concupiſcentiam* curru triumphali vectam traduxit, non tam triumphatam, quam triumphantem mortalium animos; & quòd in Salomonis rem opportune facit, cum ſerm. 39. in Cant. de *Curribus Pharaonis*, id eſt, Diaboli, ſic ſcribit: *Luxuria verò currus, quod quadriga nihilominus voluitur vitiorum ingluuie,* E *videlicet ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otij ſoporiſque reſolutione. Trahitur equis æquè duobus, proſperitate vitæ, & rerum abundantia: & quibus præſident duo, ignauia torpor, & infida ſecuritas: quia & copia in ignauiam ſoluit, & ſecundum Scripturam, proſperitas ſtultorum perdet illos, non ſanè ob aliud, niſi quoniam malè ſecuros reddat. Cum autem dixerint pax & ſecuritas, tunc ſubitaneus ſuperueniet eis interitus. Hi calcaria minimè habent, neque flagella, vel aliquid huiuſmodi, ſed pro his vtuntur paruulo papilione conopeo ad faciẽdam vmbram; & flabello ad citandum ventum. Porro conopeum diſſimulatio eſt vmbram faciens & protegens ab æſtu curarum. Proprium namque eſt mollis & delicatæ animæ etiam neceſſarias diſſimulari curas, & ne æſtuantes ſolicitudines ſentiat, ſub latibula diſſimulationis abſcondi. Flabellum verò effuſio eſt, ventum adulationis apportans. Largi ſunt enim luxurioſi, ementes auro ventum.* Tantum Bernardus.

Chryſoſt.

Sub hoc Genio, vel potius ſub hoc genere & curru Concupiſcentiæ carnis, aut cupiditatum corporis, militauit Salomon, & hinc alij lapſus, id eſt, ex corporeis delicijs; vt eleganter ratiocinatur Chryſoſtom. tomo 1. epiſtola. 56. de Cœleſti Regno acquirendo: *Salomon* (inquit) *dum in curis, & perturbatione fuit, illa viſione dignus eſt habitus; vt verò nactus eſt delicias, in ipſum malitiæ barathrum delapſus eſt.* Atque idem B Chryſoſtomus, Homilia ad Theodorum Lapſum, in eandem Salomonis rem incidens. *Aduerte* (inquit) *quam leue ſit, non vincere voluptatem cupiditatis, ſed peruertere ordinem naturæ, & virum genitum ſubiacere ſeruitio fœminarum.*

3 Salomonis cibus & potus ſubconcupiſcentia carnis.

Indulſit itaque primum huic genio, immoderato conuiuiorum & vini vſu. Cuius rei ipſe meminit Eccl. 2. 1. 3. cùm ſuo cordi voluptates corporis auidiſſimè expetenti, dixit; *Vadam* (vade) *& affluam* (perfũdam te) *delicijs; & fruar* (fruere) *bonis* (vini, cibi, potus iucũditate.) Siuit item *carnem ſuam* frugalitati & temperantiæ aſſuetam, *abſtrahi*, & pertrahi *à vino*. Ibidem verſic. 3. Et Bonum ad palatum. C idem occultè ſignificat, vt Nyſſenus eo loco diſſerit, cùm ait, *ſe plantaſſe vineas*. & cùm verſu. 8. meminit *ſcyphorum, & vrceorum in miniſterio ad vina fundenda*, Fallor, niſi cùm ſponſa tam ſæpe *vini, & conuiuiorum* ſponſi meminit, rem immoderatam, & culpæ damnatam in Salomone, iam transferat ad ſpirituales animi & diuinæ gratiæ delicias.

Nyſſenus.

Alluſio.

Salomon ſua vitia tacitè notans.

Atquem, niſi ſeipſum, perſtringit, cum Eccleſiaſte. 10. 16. 17. notat regem adoleſcentiorem, *cuius principes manè comedunt*, atque ſe ipſum poſtea vt ſeniorem, ita ſobriorem factum, *cuius principes veſcebantur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam:* At neſcio quo ſpiritu præſagiebat, præcauebatve vinoſitatem re-D gis prudentiſſima Bethſabee, iam inde à pueritia, cum *erudiebat* Salomonem *viſione* illa ſua: *Noli regibus, ò Lamuel, noli regibus dare vinum.*

Prou. 31. 4.

Venus cũ vino.

Proxima in hoc genere vitæ obſcœnitas & turpitudo, quam Salomoni exprobrant vel maximè Sacræ literæ. 3. Regum. 11. 1. Eccleſi. 47. 21. Res quidem cum vino coniuncta, & quam in Adamo parente ſignificatam voluit Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, oratione de Cruce, quam noſter Greiſerus Latinam fecit, in hanc ſententiam: *Paſſiones, & immoderatæ animi perturbationes: ſerie quadam in-* E *gruunt. Primas tenet clades illa ventris orta ex delectatione fructus. Huic coniungitur affectio illa, & commotio, quæ ſub ventre. Ferunt enim folia ficus naturali quadam proprietate ſua excitare titillationem.* Coniunxit itidem rem vtramque Bethſabee in ſua illa doctrina: *Noli regibus dare vinum, & ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges.* Mulieribus, inquam, potentibus ſuo contagio integerrimas regum vires, atque ampliſſimas regnorum opes delere, & extinguere; Res non vano præſagio à matre Salomoni prædicta. Sed de hac re inferius plura.

Germanus.

Folia ficus excitare pruritũ

Tertius in hoc genere *error* eſt, vti dicebat Diogenes, & quidem appendiculus vini, & fœminarum.

Error ex vino & venere.

minarum. Is in Salomone fuit ſummus atque turpiſſimus, nimirum Idololatria. 3. Regum. 11. 4. & fere in ipſum Salomonem per prophetiam, Deuteronomij 17. 17. Exodi. 34. 16. Eſt itaque mentis error duarum priorum radicum proprium germen, id eſt, ebrietatis, & turpis libidinis. Ea ergo de re ſibi aliquando cauens Salomon, deprecabatur immodicas diuitias, & ventris ingluuiem, Prouerbiorum. 30. 8. *Vanitatem* (quæ eſt vaniſſimæ Idolorum religionis cultus) *& diuitias* (ex quibus vaniſſima Idololatria ortum habet) *longè fac à me; ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum; & dicam, Quis eſt Dominus?* vbi vides ex ſatietate & ebrietate ſequi abnegationẽ veri numinis: nã quãtumuis Salomõ *dilectus* fuerit; tamen *dilectus incraſſatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrauit; & dereliquit Deum factorẽ ſuũ, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* quod idem dicitur. 2. Eſdr. 9. 25. dum populi Idololatriam recẽſet poſt tot à Deo accepta beneficia, & incredibilẽ rerũ omnium abundantiam: *Ceperunt vrbes munitas, & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cũ ctis bonis, ciſternas ab alijs fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, impinguati ſunt, & abundauerunt delicijs in bonitate tua magna: prouocauerunt autem te ad iracundiam, &c.*

Salomon deprecans Idololatriam.

Deu. 32. 15.

III. Sub concupiſcentia oculorum cenſitus Salomon.

4 Auaritiæ character.

SEcundus Genius, qui *ad oculorum concupiſcentiam* pertinet, eſt ille Dionis & Diogenis *Auarus, auri & argenti, & telluris & pecorum, & ædium, & omnis poſſeſſionis amator,* & quamuis ea, quæ ſplendida & iucundiſſima ſunt aſpectu concupiſcat, ipſe tamen dicitur eſſe *terricus & mœſtus aſpectu, neque patriam amans, neque filios, neque parentes, neque cognationem, neque aliud plus exiſtimans, quam pecuniam:* Deũ eſſe non amplius exiſtimat, *niſi multos illi & magnos theſauros commonſtret; nam quemadmodum Magnetem lapidem trahere ad ſe ferrum aiunt, ſed æs, & plumbum attrahit, imo & arenam & lapidem, ſi quis det.* Denique neque congregat, ceu impendia facturus, aut ijs vſurus, ſed vinctas, & infrugiferas cuſtodit opes, re vera clauſas in quibuſdam occultis & tenebroſis carceribus.

Impoſuit in ſuum quoque currum Bernardus Concupiſcentiam oculorum: *Auaritia* (inquit) *rotis & ipſa vehitur quatuor vitiorum, quæ ſunt, puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis obliuio Porro iumenta trahentia, tenacitas & rapacitas, & his vnus auriga ambobus præſidet, habendi ardor. Sola ſiquidem auaritia quoniam conducere plures non patitur, vno contenta eſt ſeruitore. Ipſe verò iniunctis operis promptus admodum atque infatigabilis exequutor, vrgendis ſanè iumentis trahentibus, flagris vtitur acerrimis, libidine acquirendi, & metu amittendi.*

Concupiſcentia oculorũ illiciens Salomonem.

Et in hac etiam militia cenſendus Salomon immanium diuitiarum *coacervator*, Eccl. 2. id eſt, vt eo loco diximus, argẽti & auri, atque Theſaurorum conſtrictor, vinctor, & quaſi ſtrangulator, quod ad auaritiam pertinet; ampliſſimorum etiam vectigalium, & tributorum exactor; &, quod in eodem genere ponendum eſt; earundem diuitiarum effuſiſſimus non tam promus quàm profuſor, & abligurritor. namque cum diuitiæ omnis concupiſcentiæ, & ſtudij ſeruæ & miniſtræ ſint, iam ſeruiunt auaritiæ, iam alijs vitijs. Itaque iam conduntur, iam promuntur. Sed de hoc poſtea.

Coacervare, pro cõſtringere.

Diuitiæ omnibus vitijs ſeruientes.

Non prætereundum id, quod obſeruat Bernardus libro. 2. de conſider. ad Eugen. capit. 12. *Blandientibus* (inquit) *nimis ſecundis rebus, Salomon ex toto deſipuit: facilius inueneris, qui ſapientiam retinuerunt, contrariæ ſibi fortuna, quam qui propria, non perdiderunt: magnus qui incidens in aduerſa, non excidit vel parum à ſapientia, nec minor, cui præſtant, fœlicitas ſi arriſit, non irriſit.* Et Beatus Sulpitius libro ſacrarum Hiſtoriarum hanc eandem labendi cauſam obſeruat; *Salomon* (inquit) *florens opibus, omnium qui vnquam fuerant regum ditiſſimus: quippe ſemper rerum ordo eſt, ab opibus in luxum, & vitia dilapſus,* &c. Prudenter ſanè in Alexandro obſeruat Quintus Curtius libro 8. *Qui vxorem Darij, qui duas filias virgines, quibus forma comparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentis aſpexerat, ita poſtea inſigni parta victoria, in amorem virgunculæ nomine Roxanes, effuſum fuiſſe, quippe minus iam cupiditatibus ſuis imperantem, inter obſequia fortunæ, cõtra quam non ſatis cauta mortalitas eſt.*

Bernard.

Opulentia occaſio lapſus Salomonis.

Sulpitius.

Curtius.

Alexãdri fœlicitas, intẽperãs

IIII. Superbia vitæ.

TErtius Genius, aut terræ illius Concupiſcentiæ habitus, quæ in Superbia & in Ambitione conſiſtit, pingitur à Diogene *alatus, & ventis expoſitus, cum ventis pariter ruens, quales Boreæ filios excogitarunt pictores, leues & ſublimes cum flatibus venti currentes.* Hic igitur Genius ſemper in ſublimi ſuſpenſus, artificio quodam acuto, ſed impoſſibili, Icari ſimili, violento, & innaturali volatu, crebrius continentiuſque quam venatores aiunt, gaudens, viſa & concupita præda; rurſuſque viſa & perdita, affectus ægritudine. de quo & de inani ambitioſorum faſtu, mentiſque vaniſſimis conceptionibus pulchra alia Dio, & Diogenes eo loco.

5 Superbiæ & Ambitioni habitus.

Diogenes.

Dio.

Et ſub hoc item Genio Salomonem non tam volaſſe, quam corruiſſe firma ex alijs proximis capitibus coniectura fieri poteſt: quamuis enim tres iſti Genij, ſiue concupiſcentiæ contrariæ ſint, ſed tamen concurrere in eodem hominis animo ſolent contrarijs illum affectionibus diuexantes. ſicut ab eodem Salomone dictum eſt, *Vniuerſa Vanitas, & afflictio ſpiritus.* afflictio inquam. quod ex Hieronymo, & ex vocis proprietate, eo loco diximus, eſſe *diſtractionem, & dilacerationem animi in diuerſa ſtudia.* Itaque non minus *ſuperbia vitæ*, quam alijs corporis cupiditatibus obnoxius fuit. quod perſpicuè docet Proſper libro. 2. de Præd. cap. 27. *Elatum mente ſimul & corpore, fornicatum fuiſſe.*

Tres cõcupiſcẽtiæ inter ſe contrariæ in eodẽ animo conuenientes.

Eccl. 1. 14.

Afflictio quid.

Hieronym.

Proſper.

Huius ſignum *fornicatio;* quæ ſolet eſſe ſuperborum pœna, &, vt Iſaac Presbyter, libr. de Mundi contemptu, cap. 51. dixit, *Eius etiam qui de ſapientia ſibi collata ſuperbit, tum eius qui de operatione virtutem extollitur, & qui Deum præ oculis non habet.* Vide Gregorium in fine Paſtoralis tractantem illud Ezechielis 16. *Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, Fiducia,* (inquit) *ſuæ pulchritudinis animus attollitur, & per eadem fiduciam ad fornicationem ducitur,* &c. Vide eundem 26. Moral. capit. 12. tractantem id Roman. 1. *Euanuerunt in cogitationibus,* (quaſi ſcientiæ pennis in altum ſubleuati) *propterea tradidit illos Deus in immunditiam,* &c. quod eſt, ex alto in profundiſſimum nequitiæ barathrum corruiſſe. Atque hæc illa eſt Hebræorum ſententia,

6 Superbia punita fornicatione.

Iſaac.

Gregorius.

quam

Hieronym.

quam Hieronymus initio Eccleſ. affert, & probat quidem, *Salomonem in ſapientia diuitijſque confiſum, per mulieres lapſum.* A

Eucherius.

Salomonis ſapientia tẽtata à meretricibus.

Quare non immeritò obſeruant Gregorius, Eucher. & alij, ſapientiam Salomonis primũ fuiſſe tentatam iudicio meretricum, vt ſuperius diximus; ſicut autem doctor ſubtilis Angelorum peccatum conſtituit, in quadam veluti luxuria ſpirituali, & veluti molli, atque libidinoſa ſuæ pulchritudinis complacentia, plerique autem alij Theologi in illa ſpirituali quadam ambitione & appetitione propriæ excellentiæ; ita ſanè credendum eſt, ex præcellenti corporis atque animi pulchritudine, & ex ſapientiæ potiſſimum præſtantia inanis gloriæ vermiculum procreatũ in Salomonis animo, qui radicem pulchritudinis eroſit, & vniuerſum mentis vigorem areſecit. Et fortè cum Eccleſiaſtæ. 7. 17. ipſe ait, *Noli multum ſapere ne obſtupeſcat:* ſe ipſum notat Salomon vanæ curioſitatis, & mentis excellentiæ, ex qua in ſtuporem, & ſtultitiam miſerãdam adductus eſt. Nam & *ſtultitiam*, Eccleſiaſticus illi tribuit c. 47. & quem nuper adducebamus Sanctus Iſaac, *Qui de ſapientia* (inquit) *eleuatur, tenebroſos ignorantis laqueos patietur.*

Ioannes Scotus.

Angelorũ peccatum imitatus Salomon.

B

S. Iſaac.

7 Denique vbi alia adſunt, *ſaturitas panis* (id eſt, rerum omnium delicioſiſſimarum ad ſatietatẽ vſque, copia) *& abundantia* (rerum ſcilicet, quæ ad luxum, & vitæ ſplendorem, magnificentiamque appetuntur) *& otium* (id eſt, tranquillitas illa, quæ cum ſumma pace coniuncta eſt, quę alijs locis dicitur *terra ſilentium.* Iſai. 7. 4. & 14. 7. qua eadem voce promiſſum eſt *otium* Salomoni 1. Philip. 22. 9. *Pacificus vocabitur, & pacem dabo in Iſrael cunctis diebus eius.*) Vbi inquam hæc adſunt; non deſideratur illa *ſuperbia*, quæ eſt ex decore, maieſtate, & gloria conceptus, quidam mentis tumor & arrogantia, de qua dictum eſt: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius.* Ezech. 16. 49.

Ex otio & luxu ſuperbia.

C

Ez. 16. 49.

Otium. שקט

Theodor.

Ex his (inquit Theodor.) *in extremam laſciuiã inciderũt.* Cum hoc facit, quod Hieronymus ait, *in ſapiẽtia ac diuitijs confiſum cecidiſſe.* Et quod Lyra initio Prouer. 30. ſcribit, Salomonẽ de ſua ſapiẽtia confidentem, numeroſiſſimum equitatum cõparaſſe, ac ſibi pollicitum, fore, vt propter ſapiẽtiam ſuam, nunquam propter equitatum, reſve alias externas ſuperbiret. Quod ſanè rerum plenum erat ſuperbia & præſumptione.

Hieronym.

D

Lyra.

Hebræorũ de Salomone traditio.

Cyrillus.

Hæc fere omnia capita grauiter & ſapienter indicauit Cyrillus libr. 7. contra Iulianum in hęc verba: *Erat quidem induſtrius & ſapiens Salomon maiore ſuper omnes Iudæos gloria, ſimul autem in diuitijs, & abundantia, & menſis Sybariticis, quales ſcilicet eorum, qui in talibus ſunt dignitatibus, educatus; propterea varia fœlicitate ſtipatus, & ſumma gloria fulgidus: In his ſanè, qui tam bene agunt, ſtimulus cupiditatis deliciarum vehementior eſt, & mota concupiſcentia totis quodam modo frænis fertur mens nullo remorante. Semper enim quodammodo diuitijs comes eſt voluptatum amor, ſicut & ipſe Socrates Sophiſta dicet: Diuitiæ autem vitiorum magis, quàm virtutum miniſtræ ſunt. Erat is, quem vituperas, vt probabile eſt, & delicijs valde ſplendidus alijsque valde exaltatus Igitur ſi motus eſt quodam modo, & ceſſis voluptatibus, delitijs. vt po:e inſolentia, quæ inde prouenit, grauis, quid hoc mirum amice?* Sed iam quæ in communi diximus, & per capita indicauimus, ingentia Salomonis peccata, nunc per partes repræſentanda.

E

CAPVT IV.

Peccauit ne Salomon ducens vxorem Pharaonis filiam.

Ad locum 3. Reg. 11. 1. Adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis,

1 *Salomonis cum Pharaonide matrimonium legitimum. Illuſtratus Moyſes.*

2 *Dauid amicus Pharaonis præcipiens filio cum Pharaonide nuptias.*

3 *Non omne matrimonium cum alienigenis fuiſſe prohibitum.*

4 *Quorſum Pharaonida inter alias fœminas lege prohibitas mentio fiat. Peccaſſe Salomonem in illius ardentiſſimo amore. Plures item alias Aegyptias duxiſſe. Particula, &, in ſacro ſermone.*

5 *Filia Pharaonis aliquando deficiens à fide ad idololatriam. Illi ne peculiare fanum ædificauerit Salomon.*

6 *Præceptum Hebræis de nulla fœmina alienigena ducenda. Ex præceptis affirmatiuis elici negatiua. Etiam Aegyptias communi lege prohibitas. Explicatus ſemel & iterum Moyſes.*

7 *Quaſcumque fœminas alienigenas conuerſas ad Iudaiſmum potuiſſe duci ab Hebræis. Filia Pharaonis deficiens à fide, non ſine peccato retenta à Salomone.*

THeodoretus quæſt. 35. ait *præter legem duxiſſe filiam Pharaonis*, & indicat non minus in hoc peccaſſe, quam ducendo Moabitidas, & Amorrhæas, &c. idem indicat Suidas verbo *Salomon.* Et probari poteſt ex 3. Regum 11. vbi pariter peccato datur quòd alias alienigenas adamarit, ſicuti filiam Pharaonis: *Adamauit* (inquit) *multas alienigenas, filiam quoque Pharaonis*, & confirmari poteſt 1. Eſdræ 9. 1. Vbi pariter damnantur connubia Hebræorum cum Kananæis & cum Aegyptijs: *Non eſt ſeparatus* (inquit) *populus Iſrael, Sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum & abominationibus eorum.* Kananæorum, videlicet, *& Aegyptiorum & Amorrhæorum, & commiſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum. Manus enim principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima.* Quid, quòd cultus diſparitas videbatur omnino impedire fidelium matrimonium cum infideli? atque adeo ipſa diuina lege prohiberi videtur, Deut. 7. 3. *Non ſociabis cum eis coniugia, filiam illius non accipias filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat Dijs alienis.*

D

t

Prima ſententia peccaſſe Salomonem.

Theodoret. Suidas.

E

Cæterum, præter Theodoretum, inuenio neminem, qui has Salomonis nuptias cum Pharaonis filia aperte damnet peccati; irritasve aut illegitimas fuiſſe aſſerat. quin potius probatas habent rectè, & ritè celebratas plerique recentiores interpretes, Caietan. 3. Regum 3. Abulenſ. quæſt.

Salomonis cũ Pharaonide matrimonium legitimum.

Caietan. Abulenſis. Dionyſius. Bellarmin. Soto maior.

quæſt.14. & cap. 11. quæſt. 5. Dionyſ. c. 3. Domini Cʒs Soto. 4. ſentent. diſtinct. 39. quæſt. vnica, artic. 1. Bellarm. Cardinal. libr. 1. de Matrim. capit. 23. Soto maior præfat. in Cantica. Partis huius ſunt probationes: prima, quòd cùm accepit filiam Pharaonis, *diligebat Salomon Deum valde*: itaque tunc vel maximè pietati, & diuinæ legi ſtudebat, multis vltro citroque inter Deum & Salomonem mutuæ beneuolentiæ argumentis exhibitis: neque enim tunc nondum templo ædificato, ducta tamen vxore, cum primum confirmatus fuit in regno; deprauari cœpit per omnes heres: quod in ſenectute illi accidit. Adde quod nuptijs Salomonis ſtatim ſubiungit ſacra hiſtorie, 3. Reg. 3. 3. *Dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui*.

2 Accedit, quod videatur proculdubio Dauid amicus fuiſſe Pharaonis, id quod teſtantur litteræ illæ mutuò interſe miſſitatæ Salomonis, & Vaphris Aegyptij, quas ſuperius ex Eupolemo, apud Euſebium, adduximus. Vbi Salomon Aegyptium nominat *amicum paternum*. Neque enim vllum cum Pharaone videtur interceſſiſſe Dauidi bellum, videlicet amicitia, & fœdere ſtabilitis. Neque dubium, quin pareos, cætera quaſi teſtamento Salomoni facienda præſcribens, de Nuptijs primo quoque tempore procurandis, & ineundis, filium non inſtruxerit, vel illius pædagogum Nathanum, aliosque proceres. Quare nihil legi, & pietati repugnans, vel inauſpicatum in huiuſcemodi nuptijs inueniri potuit. Præterea Dionyſ. credit *propter commune totius populi bonum* Salomonem duxiſſe filiam Pharaonis, quod tunc Aegypti rex potentiſſimus haberetur; atque adeo ex eius cognatione & amicitia tum Hebræorum pax, tum res omnes mirificum incrementum capere potuiſſent. Itaque has nuptias primo illo tempore initas, potius ad ſtatum illum Salomonis florentiſſimum, quàm ad poſteriorem marceſcentem & labantem reſerendas eſſe.

Dauid amicus Pharaonis. Dauid præſcribens Salomoni nuptias cū filia Pharaonis.

3 Tandem quod non omnino videatur Lex prohibuiſſe connubia Iſraelitarum cum alienigenis; quippe viri multi ſanctitate excellentes alienigenas duxerunt. Patriarcha Ioſeph filiam Putipharis Aegyptiam. Geneſ. 41. 45. Moyſes filiam Iethro Aethiopiſſam, Exodi. 2. 1. Salomon Raab Hierichuntinam. Matth. 15. Samſon, Philiſthæam illam. Iudic. 14. Booz accepit Ruth, Moabitidem. Ruth. 2. Denique Caietanus ait, quod quemadmodum licuit Dauidi vxorem ducere filiam Tholmai regis Geſſur. 2. Regum 3. *huius exemplo licuit Salomoni, filiam Pharaonis*. Et non quaſcumque alienigenas, ſed Kananæas potiſſimum, quam gentem omnino deletam, & extinctam volebat Deus, iam ipſius regione in poſſeſſionem tradita filijs Iſrael, prohibitas matrimonio coniungi Iſraelitis, non item Aegyptias, aliaſve, quæ iure belli mancipio caperentur ab Iſraelitis, Abulenſis & aliorum neotericorum ſententia eſt; cum præſcribatur formula rite & legitimè ducendæ vxoris ex captiuis, Deut. 21. 10. 11. quæ lex, ſi nullæ alienigenæ rite & legitimè duci potuiſſent irrita videretur.

Nō omne matrimonium cum alienigenis interdictum Hebræis. Caietan. Solas Kananæas interdictas Iſraelitis. Abulenſis.

4 At ſecunda quidem dubitatio ex 3. Regū 11. non eſt omnino facilis; nam Soto maior nullum omnino peccatum in Salomone agnoſcere vult, vel quod Aegyptiam fœminā duxerit, vel quod tam impenſe illam amauerit; quippe huius ardētiſſimi præ cæteris amoris, videatur toto li. Cantic. non obſcura mentio fieri, cum laude potius, quam cum vlla grauiori nota. Tum præterea, quòd coniugum amor omnium ſit ardentiſſimus Geneſ. 2. 24. Epheſ. 5. 31. Ergo mentionem fieri *filia Pharaonis*, inter Moabitidas, & Ammonitidas, non alia ratione, quam quòd alienigena eſſet, quamuis cæterarum valde diſſimilis, vt quas multis nominibus longè antecelleret. Amplificari igitur Salomonis peccatum, quod non contentus alienigenam (ſi alienigenæ illi tantopere placebant) filiam Pharaonis, Deo fauente & approbante, ſibi deſpondiſſe: ſed præterea renuente numine, & repugnante lege, Kananæas tam multas, tam barbaras domum duxiſſet. Hæc mihi eius loci exponendi ratio, vt multo labore quæſita, ita parum ſimplex, parum germana videtur.

An peccarit Salomō tam ardēter amādo filiam Pharaonis. Soto maior. Expoſitio parū lenis.

Secunda reſpondendi via, vt non ſolum notetur Salomon vnius filiæ Pharaonis matrimonio iunctæ: ſed præterea exprobretur illi inter alias kananças cū plurimis alijs Aegyptiacis fœminis conſuetudo. Quis enim credat regē tam perdite depereuntem fœminas alienigenas; non multas etiam Aegyptias inſano amore proſequutū? Indicauit hanc intelligentiā vulgata illa Hebræorū Hiſpanicāiū, eius loci lectio, quæ *filias Pharaonis* pluraliter legit, ſiue filiarum Pharaonis nomine fœminas regiæ ſtirpis plures; ſiue Aegyptij tātū generis; *El Rey Salomō amo a mugeres eſtrañas muchas y alas ſijas de Pharadi, y delos Gētios, que mādo el Señor a los ſijos de Iſrael, no entredes con ellos, ni ellos con voſotres, con eſas ſe pego Salomon per amorio*. Sed quidem non de alijs, ſed de vnica illa Pharaonis filia præſens quæſtio eſt, & apertus Scripturæ locus.

Salomon ne duxerit plures Aegyptias. Vulgaris interpretatio.

Tertia, & frequentior exponendi ratio *filiam Pharaonis* inter Kananæas referri, non tam quod illius coniugiū fuiſſet aut irritū, aut illegitimū, perinde ac cæterarū; ſed quod eſto legitima fuiſſet vxor, at maiori iuſto amore illā proſequutus fuerit Salomon; quippe, quod illi vitio vertitur, quòd *copulatus* fuiſſet Salomon *ardētiſſimo amore* alienigenis, erga Pharaonis filiā, quā vnicè adamabat, intelligendum potius, quā erga alias. Ergo illud ſignificatur, 3. Regum 11. 1. *Rex Salomō adamauit mulieres alienigenas multas, filiā quoque* (potiſſimum) *Pharaonis*, quod enim in originali eſt, *& filiā Pharaonis*, accipiendū eſt expoſitiuè, & per appoſitionem quādam, *alienigenas*, id eſt, incipiendo à filia Pharaonis, vel, ita intelligendo de filia Pharaonis, quam de Kananæis; vbi enim eſt duplex particula copulatiua, ſicut eſt hoc loco in originali, idem valent, quod *tam* & *quàm*. Et (tam) *Rex Salomon adamauit alienigenas*, & (quam) *filiam Pharaonis*. Hæc eſt Nicolai, Caietani, Abulenſis, Dionyſij, & fere recentiorum expoſitio non inepta.

Filia Pharaonis plus æquo amara a Salomone. Particula &, per expoſitionē. Duplex particula copulatiua, quid. Idonea recētiorum expoſitio.

5 Sed quarta à nobis iam indicata, non ſolum amorem Salomonis maiorem nimio eo loco dānari, tum erga Pharaonis filiam tū erga cęteras alienigenas: Sed illud potiſſimū indicari, ex turpiſſimo amore prolapſum in idololatriam, & tū filia Pharaonis, tum aliarum fœminarū ſuaſione, & cōſuetudine, adductum, *vt vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis*, ad ſuorum deorum cultum tēpla araſque erigeret, atque illarum eadē ipſe religionem profiteretur. Res proculdubio ſilum ſacræ hiſtoriæ cōſideranti manifeſta; neque enim credēdum eſt, cęteris alienigenis Deorum ſuorum religionē muliebri ſuperſtitione ſeruantibus, & Salomone etiam in illarum gratiam eundē cultum profitēte, fœminam vnicam, & illam Aegyptiam,

Maximè cohęres & germana expoſitio.

piam,& non ita priaem ſuorum Deorũ religioni deſuetã, firmam & ſtabilem in veri Dei cultu, & religione perſtitiſſe; ac non etiã voluiſſe ſibi potiſſimũ delubri & ſacrorũ rituum obſequium peculiare præſtitũ à Salomone, ſibi præ cæteris addictiſſimo. At verò quomodo illa è Salomone idolorũ cultore, vnice amaretur, quæ ſola vanæ idolorum religionis expers fuiſſet? Rē hãc ipſã indicauit Abulenſis. Regum 11. quæſt. 5. & fortè templi pro filia Pharaonis ædificati non fieri peculiarem mentionē, quod nihil peculiare in illo reſplēduerit, perinde ac in fano Chamos, & Moloch, quorum peculiaris mentio 3. Regum 11. 7.

Abulenſis.

6 Quod verò in vniuerſum ad ducēdas vxores ex alienigenis ab Hebræis pertinet, exiſtimo totam controuerſiam, vno vtut altero pronunciato diriminui poſſe. Primum ſit, nuſquam licuiſſe Iſraelitis vllã fœminam alienigenam, id eſt, alterius gentis, religionis in matrimonium ſibi aſciſcere. Quãuis enim lex, quæ huiuſmodi cōnubia prohibet, frequenter de Kananææ gentis fœminis loquatur, vt quæ familiariores eſſent Hebræis, illarū prouincias, vrbeſque tunc poſſidentibus, Exodi 23. 32. & cap. 34. 15. Deuteronom. 8. 3. aliquando in vniuerſum de alienigenis lex loquitur, nimirum Num. cap. 36. 7. iubentur viri ducere vxores de ſuis familijs, ac tribubus: *omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua: & cuncta fœmina de eadem tribu maritos accipient*, &c. Ex poſitiuo itaque præcepto ſatis eliciturne gatiuũ. Id quod Ioſephus lib. 8. c. 2. ad finem non obſcurè docet de Salomone loquutus; *Multas* (inquit) *aternæ originis duxit Sidonias, Tyrias, Ammonitidas, Idumæas; atq; ita contemptis ſemel Moſis inſtitutis, quæ non niſi gentis eiuſdem coniuges permittebant, illarum Deos colere cœpit*, &c. & 1. Eſdræ 9. 1. 2. apertè damnat Eſdras connubia *cum populis terrarum*. Finis enim legis, ne crearetur periculum, & ſcandalum alienæ religionis, perinde vrgebãt in Kananæis fœminis, atque in Ægyptijs, immo Ægyptias præſertim impietatem oderat Deus, longéque ab Ægyptijs populum ſuum remouebat; cum non ſolum connubia, ſed etiam commercia quæcunque prohibebat, nè vlla præberetur occaſio reuertendi ad Ægyptiacam idolorum impietatem: vt disertè præcipitur Deuteronom. 19. 16. *Cum fuerit conſtitutus rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſubleuatus* (id eſt, nè vlla ineat cum Ægyptijs commercia, vt inde ſibi cōparet numeroſum equitatum) *præſertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini*. Quid autem eſt nolle Deū vt amplius *per eandem viam reuerterentur* Hebræi; quam vt ne vlla occaſione rem aliquã ſibi ex Ægypto comparandam putaret? *que no acudieſſen a Aegypto por coſa ninguna*. Et verò equorum prohiberet Deus, non item vxorum cōparandarum cōmercia? Equis verò equabus vè Ægyptijs ſubiungitur ſtatim, lex illa altera: *Nō habebit vxores plurimas, quæ alliciãt animum eius*. Vbi de alienigenis profectò vxoribus in vniuerſum ſermo eſt, quippe hę ſunt, *quæ alliciãt animũ* ſiue, vt propriè ex Hebręo legūt Septuaginta, *vt non diſcedat cor eius*. Siue, vt nō declinet, non prę uaricetur, licentioſè, petulanter, contumaciter, quæ omnia affert verbum originale *alliciendi*, & frequēter refertur ad ſtudium idololatrię 1. Regum. 12. 20. Deuteron. 17. 11. Exodi 32. 8. 4. Reg. 13. 6. Malach. 3. 7. Pſalm. 13. 3. Ierem. 17. 5. 13. Itaq; cum *vxores plurimas* lex prohibeat, varięsq. cla-

Præceptũ Hebræis de nulla fęmina alienigena ducenda.

Ex præcepto affirmatiuo colligitur negatiuũ. *Ioſephus*.

Deus odio proſequēs Aegyptiacã impietatem.

Deut. 17. 17.

Allicere quid propriè.

כור

Vxores plurimæ quę.

A gionis fœminas prohibet; & cum rege potiſſimũ loquitur, ac de Ægyptijs quidem; qui ex alijs prouincijs, & ex Ægypto multo licentioſius poſſet illas ſibi aſciſcere; quã alij priuati Iſraelitæ, qui ex ijs quæ inter ipſos verſabãtur, ſolis Kananæis fęminis poſſint intemperãtius aliquam ſibi deſpondere. Itaque & Salomonis nuptias, cū Ægyptia alterius religionis fœmina, communi lege prohibitas fuiſſe oportuit. Ac non Kananæas ſolum prohiberi, ſed prętereà Tyrias, & Sidonias, apertè docet is locus 3. Reg. 11. vbi Idumææ & Sidoniæ cum Hethæis numerãtur; atque in vniuerſum eas omnes prohiberi diuina lege cenſetur, vt & Ioſephus ſuperius citatus exponit.

B 7 Secundum ſtatuo; nuſquam prohiberi Iſraelitis, potius conceditũ cū quibuſcūque gentis fœminis matrimonia contrahere, ſi iã non amplius alienę religioni ſed Iudaicæ pietati, & veri Dei cultui adhærerēt. Quod ſemper fuiſſe Iudęis licitũ docet R. Moſes Gerūdenſis, ſuper id Exodi 23. 33. *Non inibis cum eis fœdus*. Nimirū id intelligi tãtiſper dum colerent Deos ſuos; ſecus ſi ſuperſtitionē ſuam cum veri Dei religione mutarēt, tunc quippe nefas non eſſet fœdus inire; atque eadem ratione, & conditione intelligendã legem de interficiendis Kananęis, docet Maſius Ioſ. 6. verſ. 27. & c. 9. verſ. 15. & tem totam, de matrimonio præſertim, eleganter docet Bellarm. tangit Serarius, Eſther. 2. vbi de nuptijs Eſther

C cum Aſſuero. indicat Sotus, & alij ſuperius indicati. Et apertè videtur doceri Deut. 21. 10. 12. Nã illæ cæremoniæ ducendæ captiuæ vxoris eò videntur pertinere, vt auitæ religionis oblita, domeſticorum etiam Deorum memoriam radicitus ex animo conuellat; atque nonnulli eò referunt cæremoniam illam *flendi patrem, & matrem ſuam vno menſe*, id eſt, Deos patrios; nam Dij loco parentum, & parentes Dei vice coli debēt. Cum quo illud videtur facere, quod Pſal. 44. 11. dicitur ad Pharaonis filiã properantem ad Salomonis nuptias: *Audi filia, & vide, obliuiſcere populū tuū & domū patris tui, & cōcupiſcet rex decorē tuū, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus*. Eodē etiã il-

D lo, *caſarierum & vnguium* præcectio, & *veſtium* depoſitio refertur ab Abulenſi, Dionyſio, & alijs vide licet ad deponendã cū internis animi affectionē, quam capilli & vngues ſignificant, erga idola, tū ritus externi cultus, quem veſtes adumbrant.

Hinc iã colligo, eas fœminas, quas ex Gentilitate priſci Patres vxores accipiebãt, procul dubio, vel ad Iudaiſmū priùs cōuerſas, vel tūc primū veræ religionis ritibus initiatas. Exemplum, cū deſpondetur Dina filia Hemor. Ethnicæ religionis viro, ea conditione, vt circumciſionem ſubearet in ſignū verę religionis ſuſceptę: alioquin inquiunt filij Iacob: *Nō poſſumus dare ſororē noſtrã homini incircumciſo; quod illicitum & neſariū*

E *eſt apud nos*. Gen. 34. 14. Quis enim facilè ſibi in animum induxerit, Dauidem ſanctiſſimū, Moyſem, aut Salomonem tam ardenter pietati ac diuinę legi ſeruientes, conſuetudinem habuiſſe cum fœminis, Dęmonum cultui & ſuperſtitione addictis? ac non potius ſtudium illud, quod in Abrahamo & Sara fuiſſe ſacra hiſtoria indicat; nimirū *faciendi* id eſt, lucrãdi, & verã religione imbuendi *animas* familiarum & vernarum ſuorū Deo multo magis iure in viris illis ſanctiſſimis viguiſſe erga coniuges, quibus familiariſſimè cohibitant, menſa, eodem toro vtebantur?

Iã itaque filiam Pharaonis ſacra Iudęorum ſuſcipientem, non *diſpenſatione* aliqua, vt ſuſpica-

Abulenſis.

Licuiſſe Hebræis alienigenas ducere cōuerſas ad veram fidem.

R. Moyſes.

Maſius.

Bellarm.

Serarius.

Sotus.

Captiuæ ducendæ vxoris, qui ritus.

Deus appellatur pater.

Abulenſis.

Dionyſius.

Capilli, vngues, veſtes, quorũ ſymbola.

Alienigenæ ductæ a Patriarchis, priùs conuerſæ ad verã religionē.

Gene. 12. 5.

Hh   batur

An Salomõ duxerit Pharaonẽ ex diſpẽſatione.
Sotomaior.
Ambroſius.
Dionyſius.

batur Sotomaior; non ex ſpeciali aliqua cauſa, vel conſeruandæ *pacis*, communioris ve *boni*, vt Abulen. & Dionyſ. indicarunt; ſed legitimo, & recto iure, vt pote cui nulla lex obeſſet, licuit Salomoni ſibi deſpondere. Quòd ſi aliquando (id qđ ita poſtea eueniſſe mihi perſuadeo) deſciuit Ægyptia fœmina à vera religione ad priſtinam ſuorum idolorum impietatem, ita vt Salomonis cum illa conſuetudo in Creatoris iniuriam redundaret, iam tunc certè, quæ ſine peccato ducta fuit à Salomone, ſine peccato amari & retineri non potuit. Abijci igitur oportuiſſet, perinde ac Ægyptias illas, & alienigenas fœminas, quarũ cũ Iſraelitis diuortia facta ſunt, procuráte Eſdra. 1. c. 9. Itaque & fieri potuit, vt fauſtæ illę cum filia Pharaonis nuptiæ, Salomonis pietate & diuitijs florentis, iam prorſus infauſtæ redderentur Salomonis rebus labantibus, & pietate tum vxoris, tum ſua marceſcente, & deflorеſcente. Sed hæc vberius habebunt lumen ex earum obiectionum in capite ſequenti dilutione, quas initio proponebamus.

Salomonis filiã ſi defecit à fide, repudiari debuiſſe.

CAPVT V.

Grauiter illum peccaſse plurimarum fœminarum conſuetudine.

Ad locum 3. Reg. 11. 1. Et adamauit mulieres alienigenas multas.

1 *Polygamia priſcorum. Matrimonij finis. Bigamia frequens. Dauidis vxores.*
2 *An Hebræis præſcriptus numerus vxorum. Roboami vxores & filij. Peccarũtne tot ductis. Abiæ prudentia. Illuſtratus locus Paralip.*
3 *Apud quas Gentes Polygamia in vſu. Aſſueri, Darij, Alexandri greges pellicum.*
4 *Salomonis luxus vxorum longè maximus. Irritamenta libidinis. Abuſus Salomon Philoſophia ad voluptates.*
5 *Certus Salomonis vxorum numerus inquiritur. Ioſephus aſſeritur à mendacio.*
6 *Duæ minus idoneæ ſententiæ. Ancillæ & pediſſequæ datæ reginis & ſponſis.*
7 *Salomonis vxores mille, aliæ reginæ, aliæ quaſi reginæ. Vera loci Canticorum intelligentia.*
8 *An aliæ præter millenas. Adoleſcentulæ, & virgines ſæpius quæſitæ Salomoni. Barbarorum pellices ab alijs intactæ.*

5
Polygamia Hebræorũ & aliarum
Bellarmin.
Finis matrimonij.
Tobiæ. 8. 9.

POlygamiam Hebræis peculiari Dei diſpẽſatione licuiſſe, neq; Hebręis ſolũ, ſed & Gentibus extra legẽ poſitis, multis ſcripturarũ exemplis, atq; rationib. Theologi in ſcholis docent, & Bellarm. eleganter exponit lib. 1. de matrimonio cap. 11. Ea enim licet alijs matrimonij finibus obeſſe videatur; ac primario illi, quærendæ & multiplicandæ prolis, vt prodeſſe poterat, ita eo ſæculo concedebatur à Deo, ſupremo legis naturalis arbitro, & diſpẽſatore. Sed ſi eo quoq; fine quis naturã ac ſeipſum, fraudaret, vt nullam ex pluribus vxoribus prolem quæreret, ſed ſolam voluptatem, *non poſteritatis dilectione ſed luxuriæ cauſa:* ac nec tot potens, quamuis appetens eſſet; is proculdubio grauiſſimè ac turpiſſimè peccaret. Modum illa Dei permiſſio præſcribebat, quamuis certũ

Polygamia olim permiſſa, ſed cũ modo.

A vxorũ ducendarum numerũ non præſcriberet.

Cum autem Bigamiæ multa nobis exẽpla Scripturæ ſuppeditent, in Abrahami Sara, & Agar, Gen. 16. in Elcanæ Anna, & Phenenna 1. Reg. 1. & Aſſur Bethlehemites habuit itẽ duas vxores Halaa, & Naara, 1. Par. 4. 5. Atq; frequentiſſimã in illo populo fuiſſe indicat, id Deut. 21. 15. *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alterã odioſam.* Attamen Polygamiæ quoque non deſunt in Iacob, qui quatuor habuit vxores, id eſt, præter Liam & Rachelem, ancillas duas, & non niſi vxorẽ primariarũ rogatu, Balam, & Zelphã. Et in Dauid, 2. Regum 3. & 25. &. 1. Paral. 3. 2. cuius hæ vxores Achinoam, Abigail, Maacha, Aggith, Abital, Egla, Bethſabee, præter has autem
B & Michol. Et præterea videtur alias accepiſſe, ſicut ſcribitur. 2. Reg. 5. 13. *Accepit ergo Dauid adhuc cõcubinas, et vxores de Ieruſalem, poſtquã venit de Hebron.* Quia autem dicitur, 2. Reg. 15. 16. *reliquiſſe Dauid decẽ mulieres cõcubinas ad cuſtodiendã domum, cum fugeret Abſalom,* videtur habuiſſe decem & octo vxores, quæ proculdubio veræ vxores fuerunt, vt cũ pleriſq; interpretibus Nicolao, Dion. & alijs fateri neceſſe eſt; ne cũ Abulenſ. 2. Reg. 12. q. 3. & 3. Reg. 11. q. 3. rẽ omnino Dauide indignã aſſeramus, videlicet illas decẽ cõcubinas non fuiſſe veras vxores, ſed ſine vlla matrimonij lege cum Dauide cõſueuiſſe. Fuiſſe autẽ Dauidẽ paulo intemperantiorẽ, propterea
C plurimas quæſijſſe vxores, ſuperius ex Theodoreto diximus. Sed id intelligẽdum, ſine peccato, & ſeruata matrimonij lege ſancta.

Bigamia in quos quondam.
Polygamia.
Dauidis decẽ & octo vxores.
Abulenſis notatus.
Concubinæ Dauidis veræ vxores.

Sed ex hoc tamen Dauidis exemplo Hebræi apud Abul. 3. Reg. 12. q. 5. & 3. Reg. 11. q. 3. tradũt regibus Hebræorũ licuiſſe ſolũmodo decem & octo habere vxores propterea quod hic numerus nõ videatur comprehenſus illa Deut. lege. 17. 17. *Rex non habebit vxores plurimas.* Sed lex ſanè illa, vt ſuperius diximus, intelligenda eſt de vxoribus alienigenis: At verò vxorum Hebræarum numerũ non præſcribebat lex, ſed ratio, & poteſtas habendæ cum illis cõſuetudinis, atque ſuſcipiendæ prolis. Et de Roboã quidem
D ſcribit 2. Paral. 11. 21. *Vxores decẽ & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta,* in quo minimè videtur peccaſſe, vt eo loco Abulenſis docet, q. 24. 25. & cum ex illis numeroſam prolem ſuſceperit, videlicet viginti octo filios, & ſexaginta filias. Atq; adeo in fine eiuſdẽ capitis additur, *E multas petiuit vxores,* quod ſi, vt ex cõtextu colligitur, referatur ad Roboam; ſenſus erit, ſuis filijs tum alimẽta pbuiſſe, tũ multas quæſijſſe vxores vt ſuam progeniem latè propagaret; & multos etiam affinitate ſibi, & ſuæ domui deuinciret. Si verò referatur ad Abiã filium Roboami, de quo præceſſerat ſermo, vt vult Caietanus laudat Abiam prudentiæ, quod multis vxoribus ductis
E & multorũ affinitate cõparata, regni firmitatem & robur quæſierit.

2
An Hebræis regibus præſcriptus certus vxorum numerus.
Roboam vxores 78.
Abulenſis.
Multę Abię vxores.
Caietanus.

Sed proculdubio in profanorũ regũ non ſolũ luxuria, ſed magnificẽtia, & luxu, multarũ vxorũ & pellicũ cõſuetudo poſita erat. Atq; vt de Bigamia taceã, quæ tũ regibus, tũ priuatis hominibus familiariſſima fuit, apud Athenienſes, Laertio & Athenæo referẽtibus; atq; etiã de Socrate, ex Gell. li. 15. cap. 20. apud Romanos ex Claudij Cęſaris decreto, vt narrat Suet. in illius vita c. 7. & Tacit. l. 12. & ex Valẽtiniani lege apud Caſſ. l. 8. hiſtor. c. 11. & apud Lacedęmonios, vt refert in Laconicis Pauſa. & Clemẽs Alex. li. 2. Stromatũ; certè plures, quã duas, etiã in vſu habuerũt, ex

3
Luxus Regũ in pellicũ multitudine.
Bigamia profanorũ.
Laertius.
Athenæus.
Suetonius.
Tacitus.
Clemens.

Strabone

Polygamia quarũ gentium. *Saluſtius. Solinus. Diodorus. Herodotus. Clemens. Cicero. Ammianus. Euripides.*

Strabone lib. 15. Garamante ex eodẽ lib. 17. Brachmanes ex Saluſtio Iugurtha; Numidę, & Mauri, ex Sol. li. x. c. 15. *Thraces vxorũ* (inquit) *numero ſe viri iactitant: & honoris loco ducũt multiplex coniugiũ.* Ex Diod. li. x. c. 3. Ægyptij. Ex Herod. l. 4. Naſamones. Ex Cle. li. Recognitionũ 9. c. 7. Parri. Ex Ammiano l. 23. Perſæ. Ex Mella l. 1. Cyrenaici. E Cic. in Verrẽ, actione. 4. *Reges Syriæ ſinguli plurimas habuere vxores, & præter reges alij etiã pro modo facultatum.* Atq; hinc illa Euripidis, in Andromache ſentẽtia apud Stobæum, ſermone 66. Qui eſt de vxore ducenda, aut non ducenda.

Nuptiales leges non bene conditæ ſunt.
Oportet. n. hominẽ fœlicẽ quã plurimas habere
Vxores, ſi viro victus domi ſuppeteret,
Vt malam expelleret foras,
Bonam verò libenter ſibi ſeruaret.
Nunc autẽ ad vnam ſolũ reſpiciunt vehemẽter
Periclitantes.

Herodotus. Aſſueri vxores plurimæ, & quot numero.

Et de Perſis quidem, quorum & luxum, & luxuriã videbatur Salomon æmulari, ſcribit Herod. lib. 1. *Ducere vnumquemque ipſorum, multas quidẽ puellas virgines, multo autem plures pellices habere.* Quod quidẽ reſpexiſſe videtur Aſſuerus Eſther 3. 14. cũ ex cõſilio iuſſit ſibi quæri virgines ſpecioſas, per vniuerſas prouincias, tradique *Eunucho mulierum regiarum cuſtodi*; quas plures, quã pro numero fuiſſe, nisi pleraſque non niſi ſemel cum rege colloquutas, illud indicio eſt, quod ſemel admiſſæ, *non habebant poteſtatẽ ad regem vltra redeũdi, niſi vocata ex nomine.* Porro Ioſeph. lib. 11. Antiq. ca. 6. *quadringentas* numero adductas fuiſſe ſcribit, vt ex ſingulis centũ viginti ſeptẽ prouincijs binæ, aut ternę pulcherrimæ ſeligerẽtur. Quòd ſi ex cẽtum viginti ſeptẽ prouincijs ſibi ſubiectis, in quas nõ habuit imperiũ, Salomoni non licuit; at fortè licuit ex vniuerſis orbis prouincijs propter opulẽtiæ pulchritudinis, & rerum aliarum maximarum ſplendorem, & famam, quibus potuit facilè multarum fœminarum beneuolentiam allicere. Ad eum *quadringentarũ* fœminarum numerum prope accedunt greges illi Alexandri pellicum, quas Aſſueri exemplo cuſtodiias, & per vices diſpoſitas ſcribit Iuſtinus lib. 12. *Inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis nobilitatiſq; noctium vices diuidit. Illas autem voluit tot numero eſſe quot Darius habere conſueuerat, nempe quot dies ſunt in anno, hoc eſt, trecentas ſexagintaquinque è tota Aſia ſelectiſſimas.* Tum præterea Artaxerxes, ſi fortè alius fuit ab Aſſuero, vt in illius vita ſcribit Plutar. *aluit ſexagintã & trecentas præcellẽtiſſima forma cõcubinas.*

Ioſephus. Grex pellicum Alexandri. *Iuſtinus.* Darij quot vxores. *Plutarch.*

4

Longè maximus Salomonis luxus.

Sed. Deum immortalem quantulus iſte numerus ad illum Salomonis, vxorum *quaſi reginarũ, ſeptingentarum, & concubinarum trecentarum?* Ex quibus nullius honeſtas finis quęri potuit. Quod & etiã ille, qui nominari nõ debet, quęrebatur, vt tot pellicibus ſatis eſſet adoleſcens delicatulus; quot inſuper turpiſſima irritamenta quærẽda fuerunt, & obſcœnitatis curioſitates? quales Athenæus lib. 1. c. 12. ſcribit excogitatas, & inuẽtas à Græcis illis omni luxu diffluẽtibus, *ex ſpongijs ſuppoſitis*, quas Theophraſtus in libris plantarum vites addere molliſſimas, & effœminatiſſimas, *& ad ſeptuagenas vices* ſcribit. Cuiuſmodi etiam illa *munera* fuerunt, quę Phylarchus ſcribit Sandrocotũ Indorũ Regem Seleuco miſiſſe, quæ ſub pedibus poſita, animũ ſalacitatem, & impetum communicarent. Quæ ſanè neq; incognita, neq; inexplorata Salomoni fuiſſe credendũ eſt, hominum videlicet exquiſitiſſima Philoſophia,

Irritamẽta luxuriæ. *Athenæus.* *Teophraſt.* *Phylarchus.* Sãdocroti munus turpiſſimum. Salomon abuſus phi-

A ac nõ hac ſolũ, ſed vniuerſis animi atque corporis viribus ad voluptates abutenti. Sed pudet de his plura: & de Sapiente.

loſophia.

Salomonis peccatũ in vxorũ multitudine. *Gloſſa. Hugo. Abulenſis. Sotomaior. Auguſt.*

Ergo grauiter illũ peccaſſe in tãto pellicũ numero conciliando, diſertis verbis docet Rabanus in id Iſaię 36. 8. *dabo tibi duo millia equorum*; &c. Gloſ. Hugo, Ioannes Maior, 4. d. 33. peccaſſe ſanè, quãuis multæ illarum fortè nõ fuerint niſi ſemel vocatæ. Abul. Deuter. 17. q. 7. quamuis 3. Reg. 12. q. 5. ſcribat non peccaſſe ea in re, ſed in effrænata cupidine. Graue item peccatum agnoſcit Sotom. in Cant. & quidem non tam prolem quã libidinẽ quæſiſſe aſſerit, Aug. 17. de ciuit. c. 8.

5

Quot vxores Salomonis.

Verum non prius hęc res dimittenda, quã numerum enucleatè ediſſeramus; cui rei difficultatẽ facit, quod cũ 3. Reg. 11. 3. ſcribatur *fuiſſe vxores quaſi reginæ ſeptingentæ*, & cõcubinę trecentę; at Cant. 6. 7. ſcribantur *ſexaginta reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularũ non fuiſſe numerum.* Quo loco ad Salomonis vxores & concubinas alluſum docet Hier. lib. 1. contra Iouinianũ. & epiſtola. 132. ad Vitalem, & plerique ex recentioribus ſcriptoribus, in Can. Geneb. Sotomaior & quis id non videat?

B

Hieronym. Genebrard. Abulenſis. Comeſtor. Ioſephus. Dionyſius.

At Abul. Deut. 17. q. 8. 3. Reg. 11. q. 12. Magiſter hiſtorię 3. Reg. c. 27. Diony. 3. Reg. 11. & alij recẽtiores deſcribẽtes ex Ioſep. 8. Antiq. tribuũt aliũ numerũ; nimirum *Septuaginta reginarum & trecentarũ concubinarũ.* Sed hi nacti ſunt Ioſephi codicẽ maculoſum, nã in eo, quẽ nos habemus, tũ ex vulgata verſione, tũ ex veritate Græci codicis recẽter & accuratè recognita, eundẽ omninò numerũ legimus, *Septingẽtarũ vxorũ è principibus, viriſq; illuſtribus prognatarũ, & concubinarũ trecẽtarũ; atque in his Aegyptiorũ regis filia:* neque mirũ; nam idem error irreſperat in Hieronymi epiſtolã ad Vitalem, vbi pro *ſeptingentis* legerat Eraſmus *ſeptuaginta*, vt obſeruauit, atque emendauit Marianus Victorius in annotationibus.

C

Ioſephi, & Hieronymi locus emaculatus.

Marianus.

6

Abulenſis.

Duplex ergo illa duo loca conciliandi ratio, altera, quam Abulenſis ſequitur, *ſexaginta* quidem fuiſſe *reginas*, ac verorum regũ filias, quæ vxorum atque reginarũ nomine prærogatiuiſque gaudebãt, quarum propterea peculiaris mẽtio fiat in ſacra hiſtoria. Reliquas deinde ſexcẽtas & quadraginta fuiſſe filias virorum principũ; & quamuis minus præcipuas minoriſq; apud regẽ honoris, inter vxores tamẽ primarias fuiſſe, id eſt, iuſtis ſolemnibus connubiorũ ceremonijs ſibi cõiunctas, & ad legitimã poſteritatem ex illis ſuſcipiendam deſtinatas. Itaque vxores primarias impleſſe numerũ ſeptingentarũ. *Trecentas porro concubinas* in vniuerſum fuiſſe generis nobilitate, & alijs animi & corporis dotibus minus illuſtres. Sed quæ inter has cæteris præcellebant, octoginta fuiſſe, quarũ mẽtio fiat in Canticis. Cũ verò addatur *innumerus adoleſcentularũ* numerus, videbitur ſanè certus puellarũ numerus ſingulis illis reginis, & primarijs cõcubinis tribui: quippe moris priſci ſemper fuit, vt ſponſis & vxoribus adderetur puellarũ & famularũ honeſtus & pro dignitate comitatus. Sicut vides, Eſther 2. 9. Cũ Aſſuerus *præcepit Eunuchis, vt traderẽt* Eſther *partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas pediſſequas* & in parabola virginũ Matt. 25. Pſ. 44. 15. *Adducẽtur regi virgines poſt eã.* igitur ſi 60. reginis, & 80. cõcubinis, ſingulis addas ſeptenas ancillas, procul dubio elicies nõgentas octuaginta, quæ fere efficiũt millenariũ illũ numerũ 3. Reg. vel ſi malis *reginis* ſingulis denas adoleſcẽtulas aſſignare, at vero cõcubinis quinas tantũ,

D

E

Vxorũ comites, & ancillæ.

Subtilior adoleſcentularũ cõputatio.

cõſurgeret perfectus ille numerus millenarius. Subtilior hæc exponendi ratio, & nõ carens probabilitate.

Genebrard. Sotomaior.

Altera exponendi ratio, quã Genebrardus, & Sotomaior indicant, vt aliquando tantummodo fuerint *ſexaginta illæ reginæ, et octoginta cõcubinæ*, poſtea tamen procedẽte nõ ſolum tempore, ſed animi intemperatiſſimi corruptione, excreuerit numerus primariarũ vxorũ, quæ dicũtur *reginæ*, ad ſeptingenteſimũ: *concubinarum* verò, ad treceteſimũ. Hęc mihi exponẽdi ratio in eo diſplicet, quod videatur cõſtituere arcana illa myſteria, & ſcriptionẽ libri diuiniſſimi Cãtici Cãticorũ in medio ipſo deprauationis tẽpore, cum iam plurimis vxoribus atq; pellicibus corrũpi Salomon cœperat; cum tamen eum librum ſcriptum fuiſſe oporteat, vel ante vitæ corruptionem, vel poſt corruptionis vitæ pœnitentiam. Quòd ſi ante, certè nec ſexaginta quidem erant; quòd ſi poſtea, iam fuerant ſeptingentæ.

Interpretatio parum idonea.

7. Certus numerus mille vxorum Salomonis.

In hac controuerſia ego ſic exiſtimo, numerũ illũ millenariũ, ex ſeptingẽtis vxoribus, & trecẽtis concubinis omnino retinendũ eſſe, vt qui nõ ſolum in Latina editione, ſed præterea in Græca, Hebræa, & Kaldæa cõſtantiſſimè retineatur. Quẽcumq; igitur alium minorem numerũ ſub hoc cõprehendi, atq; adeo cum hoc non repugnare. Eum verò millenarium, videtur ipſe Salomon indicaſſe, Eccl. c. 7. 29. cum ait, *ſe virum de mille vnum reperiſſe, mulierem ex omnibus* (ſupple mille) *non inueniſſe*. q. d. *que de todas ſus mil no hallo de quien poder fiar*. Deniq; de hoc millenario numero conſentiens eſt Ioſephi, Hier. Suidæ, & vniuerſorum interpretum perſuaſio.

Ioſephus.

Reginarũ appellatio in ſexaginta tantum.

Aſſero ſecundum, *ſexaginta reginarum* non eadẽ eſt omnino ratio, & appellatio, neq; in Latino neque in Gręco, & Hebræo, quæ illarum *ſeptingẽtarũ*, nã cum in Hebræo Græco, & Latino ſexaginta illæ Cantic. *reginæ* appellẽtur, at ſeptingẽtę illę 3. Reg. à Latino dicũtur *quaſi reginæ*; quod Sept. propriè ex Hebręo reddiderũt, *vxores principes*, nõ tã, quod filię fuerint vel regũ, vel principum virorũ, (quamquã hoc nõ nego) quam quòd præcipuo honore, & loco à Salomone, & regno habitæ fuerint.

Quaſi reginæ quid ſignificet.

Quarũ in Canticis mẽtio fiat.

Elicio tertiò iã ex tanto numero quaſdã præcelluiſſe inter vxores, quaſdam inter concubinas, cum quibus ei cõſuetudinẽ maiorẽ & familiariorẽ interceſſiſſe veroſimile eſt. Has igitur, quæ præcellentes erant, non itẽ vniuerſum aliarum numerum ad cõparationẽ cum ſponſa proferri oportuit; vt cũ pulcherrimis præcellentiſſimiſq; cõpararetur, eo Cant. loco, atq; ab ipſis ſupremis reginis pulcherrimiſque concubinis, ſine inuidia publicis pręconijs cõmendaretur. *Viderũt enim eã filiæ, & beatiſſimam prædicauerũt:* reginæ *ſexaginta* & concubinæ *octoginta laudauerunt eam*. Cant. 6. 8. Nã omnem illã formę inuidiã quæ inter alias vxores & cõcubinas prurire ſolet vnius illius reginæ ſupremæ dignitas, & pulchritudo ſuperabat, penituſq; cõſopiebat. Et ſi aliquãdo procedebat de thalamo, lętiſſimis acclamationibus proſequebantur, dicentes: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens*, &c. Nam quòd alij rem hãc de *ſexaginta reginis*, quaſi per hypotheſim, & datã conditionẽ, interpretantur, in hunc ſenſum: Etiã ſi ſexaginta eſſent reginæ, & plurimæ concubinæ, præſtantiſſima oĩum facilè iudicarere, vel, ſi cum alijs regũ aliorũ cõiugibus primarijs, cõcubiniſq; pulcherrimis cõferreris, &c. Hoc, inquam, cum labore

Cant. 6. 8. *Cant. 6. 9.*

Aliorũ parũ idoneæ interpretationes.

quæſitũ, neq; nõ inuitũ videtur, nec minus cohærens cum eo quod ſequitur. *Viderunt eam filiæ & reginæ*, &c. ſicut & illorũ interpretatio ſeuerior, & triſtior, qui nullã omnino ad Salomonis fœminas alluſionẽ eo fieri Cant. loco pertinaciſſime tuẽtur, & bono zelo, ſed non ſecundũ ſcientiam.

Hortolanus Almonacid.

8 An aliæ ſupra millenas vxores.

An verò greges iſti vxorũ, & pellicũ pluribus quam millenis conſtabant. Hieron. ſanè præter *ſeptingentas* vxores, & *trecentas* cõcubinas, alias addit *innumerabiles*, ex Cant. 6. lib. 1. aduerſus Iouinianũ, & clarius Epiſtola 132. ad Vitalem. præter millenas illas addit *adoleſcentulas & ſcorta paſſim*, quarum non erat numerus.

Hieronym.

עלמה

Sed quia originalis vox *adoleſcẽtularum*, Halma, propriè virginem ſignificat intemeratã, &, vt Hier. Iſai. 70. dixit; *quantum cum mea pugno memoria, nunquã me arbitror in muliere nupta legiſſe: ſed in ea, quæ virgo eſt, vt nõ ſolum virgo ſit, ſed virgo iunioris ætatis, & in annis adoleſcentiæ*. Vix videbitur (inquies) vlla poſſe fieri commoda alluſio ad Salomonis conſuetudinarias adoleſcentulas; Sed aio tamen, illa etiam vocis proprietate & rigore incorruptè ſeruato, eleganter quidem ad eam ipſam Salomonis hiſtoriã colluſum. Nã mulieroſiſſimus homo, & nouarum ſubinde voluptatum appetentiſſimus, recentes ſibi in dies virgunculas comparari curabat; quæ primũ in gynæceo aſſeruatæ comebantur, parabãtur, vngebantur, per ſuas vices ad thalamum aliquando accerſendæ; & ex primis illis virginum, & adoleſcentularum ædibus, ad ſecundas ædes vxorũ & concubinarum transferẽdæ. Cuius rei clarum exemplum, Eſther 2. *cum virgines & puellæ ſeruãdæ traduntur Eunucho Egæo*, verſ. 8. *de triclinio verò fœminarum, ad regis cubiculũ tranſeuntes, egreſſæ in ſecundas ædes deducebantur ſub manu alterius Eunuchi, qui concubinis regis præſidebat*. Nu. 13. & 14. Neque ſemel tantũ, ſed iterum, ac ſæpe quærebantur Aſſuero virgines n. 19. *cumque ſecũdo quærerentur virgines, & congregarentur*, &c. Si mulier ergo quærebantur & congregabãtur Salomonis adoleſcentularũ virginũ multitudo innumera, ad regis thalamũ aliquando tranſitura.

Adoleſcentulæ Salomonis quę. *Hieronym.*

Virgines ſæpius quæſitæ Salomoni.

Duplex ſeminarium regiarum domus.

Abulenſis.

Porro quod Abul. 3. Reg. 11. q. 10. exiſtimat huiuſmodi *adoleſcentulas* certo numero non definitas, ſemel à Salomone admiſſas, frequenter repudiatas atq; dimiſſas: proptereaq; de illarũ numero nũquã cõſtare potuiſſe, id non ſolũ turpe, ſed etiã libidinoſiſſimo, dũ modo rege, indignũ. Quippe apud Barbaros etiã ſummo iure ſeruatũ fuit, vt quę regi ſemel cõſueuiſſet, ab alio neque attingeretur, neq; appellaretur, neque propius etiã cõſpiceretur, vt tradit Plutarch. in Artaxerxe. *Barbari* (inquã) *in amoribus graui æmulatione præditi ſũt, vt nõ ille modo qui appellauerit, & attigerit regis pellicẽ verũ ẽt qui propius in itinere præterlatus fuerit, ac præuectus, quib. portatur plauſtra, capite luat.*

Regũ cõcubinæ ab alijs intactæ. *Plutarchus*

CAPVT VIII.

Illum peccaſſe grauius ductis alienigenis.

Ad locum 3. Reg. 11. 1. Adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hebræas.

1 Alienus & alienigena *quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtrati Ieremias, Oſeas, Eſdras.*

2 *Alienus ex alia tribu. Meretrix.* Soror pro ſpõſa. *Salomon confundens familias. Illuſtrati Moyſes & Dauid.*

Salo-

3 *Salomonem plures Iſraelitas duxiſſe; ſed plus alienigenis delectatum.*

4 *Hebræorum ingenium incōſtans, nouitatis ſtudioſum. Leuitatis & tadij propria.*

5 *Hebræi in adulteria procliues, & in fœminas externæ religionis. Scortorum Madianiticorum hiſtoria. Illuſtratus Moyſes, & Ioannes.*

6 *Hebræi peregrini cultus, & veſtis ſtudioſi. Explicatus Sophonias.*

7 *Scorta apud Iſraelitas ex gentibus. Ex quibus adducta ad Salomonem.*

8 *Gētes interdicta Iſraelitis ad coniugia. Kananæi & Amorrhæi quos comprehendat. An Phœnicia ſub Kananæa.*

9 *Ad Salomonem tum ex ſuo imperio, tum ex alienis accitas fœminas. Omnem alienigenam prohibitam fuiſſe Iſraelitis.*

1 *Alienigena* quid. נכר

RES ex illis quæ c. 3. diſſeruimus manifeſta: nunc verò ex ipſa *alienigenarū* voce & notione confirmanda; nāq; *alienigena* ex vocis proprietate ſignificat id quod ignotum eſt, vt pote inconſuetum & minimè familiare. Quo nomine quāuis ſignificetur, qui nō eſt eiuſdē ſanguinis, & ſeminis, vt Oſeæ. 5. 7. *filios alienos genuerūt*, nimirum alieni ſeminis, vel etiā ex fœminis nō ſuæ tribus & familiæ. Tamē quoniam vna quæque gēs habebat Deos ſuos, qui alienus erat genere, alienus etiam erat religione. Ideo *alienus* & *alienigena* diuerſitatē religionis afferunt. Quare dicitur *Deus alienus*, Deut. 32. 12. Gen. 35. 2. Deus alterius religionis & cultus & peregrinarū ceremoniarum, nō familiarium populo. Quo ſenſu eleganter dictum eſt à Ieremia 19. 4. *Dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum iſtum*, id eſt, peregrinam religionem in locum iſtum inuexerunt; familiarē illam & conſuetam abnegātes. quod ſtatim explicatur, *libauerunt in eo Dijs alienis, quos neſcierunt ipſi, & Patres eorum*. Quare quod 2. Paral. 14. 2. dicitur in Hebræo, *abſtulit altaria alienationis*; Septuagita, *Remouit altaria alienorum*. eleganter dictū eſt à Latino interprete: *ſubuertit altaria peregrini cultus*. & Nehem. 13. 30. quod Vulgatus dixit: *Mūdaui eos ab omnibus alienigenis*. propriè eſt in Hebræo, *Mūdaui eos ab omni alienatione* q. d. ab omnibus rebus quæ notę & domeſticæ religioni repugnent. quod vnico *alienigenarum* nomine comprehenſum in Salomone exiſtimauit Vulgatus; *Fœminæ* enim *alienigenæ* ſatis erant ad inducendam in populo omnē alienationem peregrini cultus, & externarū ceremoniarū. Hæ ſunt igitur alienę fœminæ, quas ſimul cū aliena & peregrina religione ſibi aſciuit Salomon.

Alienus de diuerſitate religionis.

2 Alienus qui ex alia tribu.

Quòd ſi etiā vocis ſignificationē vrgeamus, non ſolū *alienigena* illa erit peregrinitas cultus, ſed quamuis eiuſdē religionis, attamen nō eiuſdē familiæ: & tribus: ſicut ab hac eadem radice dicitur Pſal. 68. 11. *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus*, alienus, quaſi alterius tribus & familię. *filijs matris meæ*. Et forte cum nomine *aliena*, ſiue *extranea* ſiue *alterius* dicitur meretrix, Prouerb. 5. 9. 10. & Prouerb. 7. 5. ſignificatur quidem *ſcortum*, quod eſſet alterius tribus & familiæ: & potius alijs, quam ſuę cognationis adoleſcentibus inſidiaretur. Nā quæ ex eadē tribu eſſet, vt quæ legitimo matrimonio nubilis eſſet, nō tā diceretur extranea, quā *ſoror*, id eſt, cognata, quod erat ſpōſæ fauſtū, & legitimū apud Hebræos nomen propter primas Iſaac & Iacobi

Meretrix extranea.

Soror cur ſponſæ nomen.

A

cum patruelibus nuptias, & poſteriorum cum alijs eiuſdem tribus.

Hac igitur etiā ratione *alienigenas* quidē multas contra legē, & ius ſibi deuinxit Salomō, nullo cognationis nullo religionis diſcrimine ſeruato, abutens pulcritudine licentioſiſſimè, vbicumque tandem reperiretur; inſtar illorū, de quibus ſcriptū eſt: *Videntes filij Dei* (ſanę fidei, & religionis) *filias hominum* (profani cultus & religionis) *quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores, & omnibus, quas elegerant*. Gen. 6. 1. *Impurarum* (inquit Theodor. q. 47.) *mulierum pulchritudine capti, confuderunt familias alioqui diſtinctas, pro fructu hereditario omnem nequitiam acceperunt*. & Salomon itaque confundens tribus.

Salomon indiſcriminatim accipiēs vxores.

Theodoret.

B

Porro mirū, quod inter hos fœminarum greges nulla mētio Iſraelitarū fœminarū fiat. Et quidem pulcherrimas habuiſſe Salomonē Ioſephus atque Theodoretus diſertis verbis docent. *Inſaniēs* (inquit Ioſephus) *in mulieres, & in rebus venereis immodicus, nō cōtētus ſuæ regionis mulieribus, multas externæ originis duxit, Sidonias, Tyrias Ammonitidas, Idumæas*. Quāuis Suidas in verbo *Aſtarthe*, ſic numeret, vt dicat peregrinas vxores ſimul cū Iſraeliticis impleſſe numerū illarū ſeptigētarū & trecētarū cōcubinarū. Sed cū nulla indigenarū fęminarū mētio in ſacra Hiſtoria reperiatur; ſubit animum ſuſpicio, ſuæ tribus vel pauciſſimas vel fere nullas aliarū tribuū aliquāto plures: peregrinæ tamē gētis & religionis plurimas, vt quarū nullo vnquā faſtidio afficeretur. Cuius rei cauſa paulo altius à nobis eſt petenda.

3 an Salomō multas ex Iſraelitis fœminis duxerit.

Ioſephus.

Theodoret.

Suidas.

Salomonē plus alienis quam ſuis delectatum.

C

Fuit ſanè Hebræorū genus vt in libidinē incredibiliter procliue; ita in idololatriā facile & ad adulteria proiectū, & omnis peregrini cultus ſiue animi ſiue corporis appetētiſſimū. Atque hoc vnū aliorū vitiorum caput & origo, animi quædā naturalis inconſtantia & mētis mutabilitas, quę propria eſt effrenitum cupiditatū, eo quę domi ſunt faſtidiēns, & ſemper ex nouitate nouā voluptatem captās. *Nouis* (inquit Seneca) *cupiditatibus occupati non quid habeamus, ſed quid petamus, inſpicimus: non in id, quod eſt, ſed in id, quod appetimus, intenti: quidquid eaim domi eſt, leue eſt*. Et iterū, cū diſſerit qua ratione animus ſit ſibi ipſi propitius, & ſua lætus aſpiciat, in eadem cauſa eſſe ſtatuit eos, qui leuitate vexantur, ac tædio. Atq; iniquarū cupiditatum illa propria cōnumerat: *Verſare ſe ſe, & mutare nondum feſſum latus, Atq; aliò poſitu vētilari. Qualis ille Homericus Achilles eſt modo pronus. modò ſupinus in varios habitus ſe ipſe cōponēs, quod propriū ægri eſt nihil diu pati, & mutationibus vt remedijs vti. Inde peregrinationes ſuſcipiūtur vagæ & littora pererrātur, & modò mari ſe, modò terra experitur ſemper præſentibus infeſta leuitas*. Hinc profectò illa in adulteria procliuitas Iſraelitarū faſtidiētiū, qđ domi erat; ſitientiū alienos fontes: Ierem. 5. 8. Ezech. 18. 6. 11. & 22. 11. Matthæi 12. 39. Hinc illa *alienigenarum fœminarum* concupiſcentia. Quod Hebræorum ingenium bene exploratum haberet Balaam, ſuggeſſit regi Balac peſſimum illud conſilium obijciendi peregrinas fœminas peregrinanti populo; cuius meminit Ioan. in Apocal. cap. 2. 14. *Doctrina Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalū corā filijs Iſrael, edere & fornicari*, &c. Cuius rei hiſtoria narratur, n. 24. & 25. neq; verò tātū fuit vnicū Madianiticū Scortū; ſed vt Ioſeph. narrat l. 4. c. 6: plurima & à principib. Iſrael in cōnubiū ducta: apud quem hæc in hūc locum opportuna eſt illius rei narratio: *Si breuem* (inquit Balaam)

4 Hebræorū ingeniū inconſtans.

Senec. li. 3. de Benef.

D

De Tranq. anim. c. 2.

Proprium voluptatis & cupiditatis. Leuitatis & tædij vitia.

5 Hebræi ad adulteria procliues.

E

Propenſi in alienigenas.

Ioſephus. Scorta Madianitica plurima.

*victoriam de illis conſequi queritis.hoc conſilio voti compotes efficiam,Filiarum formoſiſſimas,quæ pulchritudine ſua mētes eorum expugnare poſſint,quantum fieri poteſt,cultas ac ornatas mittite,vt circum caſtra obuerſentur,& iuuenibus complexus expetentibus faciles ſe præbe.ant:vbi verò cupidine captos viderint,ſubitò ſeſe proripiant.Cumque rogatæ fuerint vt maneant,niſi perſuaſis, vt relictis patrijs legibus & cultu Dei à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarum Deos venerētur.Res ita peracta eſt. Iamque adoleſcentes blanditijs illectos, & cupidine feruentes,puellæ relinquere parant; tum illi triſtes mulierum diſceſſu, precibus inſtant ſe relinquant, ſed futuræ coniuges & omnium facultatum dominæ apud illos maneant: hac promiſſa iureiurando confirmantes,& lacrymas fundēdo,quò magis eas ad miſerationem flecterent.Tum illæ,poſtquam conſuetudine ſua victos animaduerterunt,ſic respondēt:Quandoquidem amare vos,& abitionem noſtram moleſtè ferre aſſeueratis,ſi beneuolentiæ coniugalis fidem dederitis,libenter vobiſcum,vt legitimæ nuptæ cōmictura ſumus:illis verò quolibet modo fidē daturos ſe pollicentibus, & nihil præ amore nimio recuſantibus, Neceſſe eſt,inquiunt,ſi vultis nobiſcum vitam degere, Deos noſtros colatis; neque enim alio argumento perſuadebitis amorem iſtum vos non fingere, niſi eoſdem nobiſcum Deos adoretis; neque abſurdum fuerit, ſi terræ in quam veniſtis,peculiares Deos colere malitis,præſertim cum noſtri per omnes regiones honorentur:veſtrum nemo præter vos cultu dignetur aut cerimonijs.At illi cupidine cæci,quò trahebātur ſequētes,à religione patrum deſciſcebāt, & in mulierum gratiam,nihil nō contra legē faciebant: vt iā tota caſtra iuuenum impietas inuaderet, & auita religio in extremum periculum deduceretur. Iuuentus enim guſtatis ſemel peregrinis moribus,inexplebiliter in eos ferebātur.*Fuiſſe autem nō ſolum promiſcuū iuuētutis vulgus,ſed princeps populi indicatur n.25.4.Vide iā quantum in Hebr. malum alienigenarum fœminarū cōſuetudo inuexerit.

6
Quorſum ſpectarent ritus ducēdæ captiuę vxoris.

Neq; ſolū capiebatur populus peregrina pulchritudine ſed peregrino ornatu. Quare omnes illæ ceremoniæ ducendæ vxoris captiuæ quæ præſcribuntur Deut.21.13.videlicet *vt radat cæſariē, circūcidat vngues.deponat veſtem in qua capta eſt; deturpet faciem flendo patrem & matrem ſuā vno menſe*: eo pertinebat,vt ſi forte pulchritudine harū rerū victor captus fuerat,deferberet, aut extingueretur amatoris cōcupiſcētia capillis reſectis,& ornamētis depoſitis, quæ eſt frequentiſſima in eo loco obſeruatio interpretum.

Veſtis peregrinę cupido,ſimul & religionis.

Ex hoc eodē capite, id eſt ex illa ingenij inconſtantia Hebræorum,eſt illa peregrinæ veſtis tā curioſæ ex alijs nationibus imitatæ curioſitas & ſtudium inter Iſraelitas.Quod acerbius reprehēdit Deus,Sophon.1.8.*Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina*. cum qua ſimul & peregrinum Deorū cultum induebātur. Quod propriè ex Hebræo dixerunt Septuaginta; *Qui induti ſunt veſtimētis alienis*,& interpretatur Hieronimus,eos,*qui pro Dei cultu venerati ſunt idola*, quaſi peregrinitas veſtium peregrinitatem etiā religionis adduceret.Cuius rei rationē eleganter & argutè indicauit Theodoret. *Cū enim lex veſtimēta ex lino & lana cōtexta prohiberet*, Deut. 22. *veroſimiliter eſt eos inter Iſraelitas diuitijs ſe ſe efferrēt,& delitijs diffluerent,finitimorū veſtes imitatos,& in locum veſtimentorum ex lino confectorū ornatū ex purpura elaboratū, & artificioſum induiſſe,id contra traditionem legis diuinæ fuit.*Vides igitur ſimul cū peregrina veſte diuinæ legis cōtē-

Hieronym.

Theodoret.

A ptum induiſſe.

Hinc iam veroſimillimū mihi fit, plurima Iſraelitica ſcorta non fuiſſe Iſraeliticæ gentis tum propter legē id prohibentem,Leuit.19.29. tum ꝙ quæ externæ gētis eſſent, in maiori pretio & voluptate eſſent,quod & ipſum nomen indicat; dr.n.meretrix *extranea,& aliena*,Prou.2.16.& 5.9.10.& 7.5.& alibi frequenter, nō tam quod nō ſit alicuius propria,(vt certe nō erat) quā quòd gētis & fortè etiā religionis alienę eſſet.Id, ꝙ ēt apud profanos in vſu,vt nō niſi *peregrinæ* meretent. Quomodo illam illius vocauit Comicus;

Plurima ſcorta peregrina inter Hebræos.

Peregrina pro meretrice.

Adeon' eſt demens ex peregrina;

Terent. in Andria. 3.
Donatus.
Palmerius.

Vt eo loco obſeruauit Donatus, & Ianus Pal-
B merius in ſuis Spicilegis. Itaq; peregrinę voluptates,ipſæ meretriciæ ſunt,quib.incredibiliter capiebantur,molliebātur,eneruabātur Hebræorum ingenia,& ad omnē peregrinā impietatem alliciebantur.

Ex quibus gentibus collectæ ad Salomonem fœminæ.

At ex quibus quotve gentibus Salomonis fœminæ collectæ? deſignat nominatim Scriptura, *alienigenas multas*.Quod de duplici alienigenarū ſorte & genere: ſicut de multiplici cuiuſcūq; generis numero accipi poſſe vr. Nominat verò Ægyptiā *Pharaonis filiā Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas,Sidonias & Hethæas*.Tandē additur *De gētibus de quibus dixit Dominus filijs Iſrael: Nō ingrediemini ad eas*.quod ad alias quoque pertinere videtur.Et quidem præter hoc loco recēſitas,
C Ioſephus addit *Tyrias*.& Euſeb. lib.7.de demōſtratione Euangelica cap.3.addit *Amorrhæas*,& in communi etiam *Syrias*;vt videatur Syriæ vniuerſæ,quæ vt Plin.ait,regionum omnium ampliſſima erat,prouincias omnes comprehendiſſe ex quibus ſibi Salomon delicias compararit.

Ioſephus.
Euſebius.
Plinius.

8
Quot gentes prohibitę Iſraelitis ad coniugis.

Ergo ſeptem fuerunt gētes illę,quæ Kananęorū nomine comprehendi ſolent,ſed peculiarib. Etiā diſcernuntur,Ioſue.14.11.*Amorrhæus:Pherezæus;Kananæus,Hethæus,Gergeſæus,Heuæus,Iebuzæus?* & ſeptē itē dicuntur deſtructæ,atq; forte diſtributæ Iſraelitis, Actuū 13.19.Ioſue.3.10. hi cōmunioribus duob.nominib. appellari ſolēt, videlicet aut *Amorræi*;quo nomine potiſſimū in-
D telligūtur populi, qui erant viciniores Iordani; aut *Kananæi*: nimirū illi potiſſimum qui habitabāt ad littus maris Mediterranei. de quorū nominū ſignificatione,& vſu vidēdi Abulenſis ſuper Ioſue 10.q.5.& 6.c.5.q.1. & ſuper Iudic. 10. quæſt. 19.Maſius Ioſue 3.n.10.& c.13.verſ.4.

Amorrhæi & kananęi qui.
Abulenſ.
Maſius.

An Aegyptię & Moabitæ fœminæ interdictæ Hebræis.

Cum verò de alijs certò conſtet comprehēdi numero & prohibitione gentium interdictarū fœdere & cōmunione cum Iſraelitis,ſunt de numero illarum ſeptem gentium, at *Aegyptiæ* non ſunt de illarū numero,neq;itē Moabitides quippe extra terminos Kananæorū: neque enim terra Moab primū data fuit in poſſeſſionem filijs Iſrael;neque item Ammonitides:quamquā po-
E ſtea Dauid Ammonitidas ſubiugarit; neque itē *Idumæa*.nam Kananæa tota clauditur ab Auſtro monte Seir qui eſt finis Idumææ e vt indicatur Ioſue 11.17.& ab Occidente tantum porrigitur à Libano vſque Idumæorum fines.

Moabitæ, Ammonitę & Idumæi nōdati Iſraelitis.

An phœnicia ſub kananæa.

De Sidonijs maior dubitatio, An de numero fuerint ſeptē gētiū.& qdē videre poſſunt,cū Ioſ. 11.8.vſq; ad Sidonē vniuerſā Kananæā depopulādo excurrat,& *Maara Sidoniorū* capiat, & Sidoniorū itē mētio fiat,Ioſ.13.4.Deniq; ꝙ Sidon ſit Phœniciæ Metropolis,quæ ipſa eſt Kananæa; vt pluribus explicat, & cōfirmat Andreas Maſ. Ioſ.5.ver.1.Quare cū Ioſep.ſcribit Tyrias fœminas duxiſſe Salomonē,atq; Sidonias,procul dubio de

Maſius.
Ioſephus.

bio de illis loquitur, q̃ nõ erãt Iſraelitis ſubditæ. A

9 Vnde perſpicuè colligitur, quod ſuperius indicabamus, nõ ſolum ex ijs gentibus, quæ ſuberãt ſuo imperio, Salomonẽ cõgregaſſe fœminas, ſed ex vniuerſis alijs externæ gentis prouincijs, quæ cum miſſis muneribus, tũ pulcherrimis, & nobiliſſimis virginib. ad illũ miſſis illius gratiã demereri ſtudebãt. in quod diſertis verbis doceri videtur ab Irenæo li. 4. cõtra hæreſes cap. 45. dicente: *vxores accepiſſe ab vniuerſis gentibus*, atq; adeo quamcũq; peregrini cultus, & religionis fęminã, interdicta fuiſſet Iſraelitis ad coniugiũ, vt ſuperius ratiocinabamur, propter cultus diſparitatẽ, & periculũ deficiẽdi à fide. Cuius manifeſtũ in Salomone exemplum & in eius fœminis. Quæ quot numero diuerſos Deos adorarint an ſex tãtũ, vt vult Abul. 3. Reg. 11. q. 15. an plures, exponemus inferius, vbi de illius idololatria.

Salomonẽ nõ tantum ex ſua imperio fœminas accepiſſe.
Irenæus.
Abulenſis.

CAPVT VII.

Incredibile eum libidinis furore inſaniſſe.

Ad locum 3. Reg. 11. 2. His copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore.

1 *Quid propriè* copulari; *quid* amor *in ſacro ſermone. quid* adglutinari. Lumbare *cuius rei ſymbolum. Coniugum amor. Dei cum iuſtorum animis charitas veluti vxoria. Illuſtrati. Moyſes, Dauid, & liber Regum.*

2 Femora, ilia, viſcera *quid contineant, & quid ſignificent. Illuſtrati Eccleſiaſticus, & Paulus.*

3 Inclinatio femorum, *honeſtè quid. Salomonis libido ex malitia, illiusque probroſum nomen. Illuſtratus Moyſes.*

4 Poteſtas in corpore, *quid. Mens ſeruiens corpori. Vir nubens fœminæ. Illuſtrati Moyſes, Eccleſiaſticus, Paulus.*

5 *Hercules pacificus poteſtatem quoque fœminarũ paſſus eſt.*

6 Macula, & gloria *quid in ſacro ſermone. Momus Deorum conuiciator: luxuria, macula & probrum. Illuſtratus Paulus Luxurioſus omnis dedecori obnoxius.*

7 *Semen profanum, quod. Semen ſanctum. Illuſtrati Iſaias, & Ezechiel.*

8 *Turpiſſima ſenum libido. Illuſtratus locus Regũ Fœminarum alienigenarum aduerſus Hebræos pugna & victoria.*

His itaq; (ait ſacra Hiſtoria) *copulatus eſt Salomon amore ardentiſſimo*. Septuag. propriè dixerunt: *Ad eas adhæſit Salomon amando*, quod quãuis ſimplici loquutione dictum videatur, ſed latet quidem illa *ardẽtiſſimi amoris* vis, quã expreſſit Latinus. Tũ quod ſingula verba epitaſim habeãt, tũ q̃ res eadẽ bis repetatur vocibus ſynonymis: *copulãdi* autẽ verbũ quod aliq̃do vertitur *agglutinare*, frequẽtius *adhærere*, vxorũ eſt, & amore cõiũctiſſimorũ: atq; ad ea referuntur, quæ glutino, vel arte alia ita cõpinguntur & vniũtur, vt videãtur vnũ eſſe: & potius parte alia frãgas, aut diuidas quã ea qua cohæſerũt. vnde dictũ eſt Gen. 2. 24. *Relinquet homo patrem ſuũ & matrẽ ſuã & adhærebit* (cõglutinabitur) *vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. Antes falsara por loquitoca al padre y ala madre, q̃ por la vnion y amor del matrimonio.* Cui reſpõdet in Matt. 19. 5. verbũ Græcũ *proſcollaomai*. Ideq; Eph. 5. 31. ſicut & Marc. 10. 7. quod propriè eſt *agglutinari*. Quare eleganter dixit Latinus interpres, Gen. 34. 3. De Sichem depereuntes Dinam. *Conglutinata eſt anima eius cum ea*. ita vt perpetuo ſibi connubio illã vellet, neq; ex ſatiatus faſtidiret. Transfertur & ad ſpiritalẽ charitatẽ, & quaſi coniunctiſſimas nuptias Dei cũ anima, & animę cũ diuina lege: ſicut dictũ eſt. Ierem. 13. 11. *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnẽ domũ Iſrael*. vbi duplex charitatis ardentiſſimæ ſignificatio; Tũ illa vxoria, quã diximus, illa *lumbaris* quòd partẽ illã humani corporis in qua dicitur peculiariter reſidere humanę affectionis ardor cõſtringit arctè, adhęretque perpetuò; Non aliter, inquit Deus, depereo mortaliũ ſalutẽ quos mihi perpetuò deuinctos, atque charitati meæ arctiſſime applicitos volo, veluti deuinctos ſtabili cõnubio, cui reſpondet Dauid Pſ. 62. 9. *Adhæſit* (agglutinata eſt, veluti vxoria charitate) *anima mea poſt te*, vt quacũq; parte, frangar, & diuidar, potius quam ea parte qua tuæ legi deuincior; *Quebrare primero con todo el mundo, que con vos*. Vides tantã vocis energiam; quæ inſuper alterius vocis additione creſcit; nam *amor* eſt à radice *Ahab*; quòd nõ eſt quocũq; mõ amare, ſed chariſſimũ habere, & ſingulariter diligere; ſicut *Iacob diligebat Ioſeph*. Gen. 37. 3. & ſicut *Abrahã diligebat Iſaac*. Gen. 13. 2. Et *ſicut Dauid diligebat Ionathã quaſi animã ſuã*. 1. Reg. 18. 1. Quare eſt & verbũ vxoriũ & amatoriũ cũ zelotypia quadam inter riuales Ezec. 23. 22. & Deut. 21. 15. & Gen. 34. 3. Nã ibi eſt duplex eiuſdem amoris vox, ſicut & hoc loco: *Agglutinata eſt anima eius, & dilexit illam*: quod etiam expreſſerunt Septuag. legẽtes *Intẽdit animo* (totis animi viribus intẽtis) *Dina filia Iacob, & amauit virginẽ* (*manſele los ojos y el Alma por ella.*) Quæ ſingularis ardẽtiſſimæ que charitatis illa eſt, Pſ. 118. 97. *Quo dilexi legem tuã Domine; tota die meditatio mea eſt*. q. d. ſic diligo vt toto animo & cogitatione intendã veluti in rẽ chariſſimã. Vt vel ex hoc ſolo colligere liceat, Salomonẽ ſapiẽtiſſimũ, qui olim toto aĩo in vnicã ſapientiã amandã intendebat: eò perductũ, vt nihil animo tam intẽderit, quã in mulierculas ſpurciſſimas & in meretricias voluptates, ac potius quiduis aliud, quã illas dimittere.

A
Geminatio eiuſdẽ vocis Synonymæ.
רבק
Copulari quid propriè.
Coniugũ amor.
proſcollaomai
Spiritualis charitatis agglutinatio.
Lumbare symbolum ardentiſſimę affectionis.
B
Sanctorum charitas erga Deũ veluti vxoria.
אהב
Amor quid propriè.
C
Geminatio eiuſdẽ rei.
D
Salomonis perdita, libido.

2 Hãc Salomonis profuſiſſimã libidinis corruptionẽ notauit Eccleſ. c. 47. 21. 22. *Inclinaſti* (inquit) *femora tua mulieribus, poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculã in gloria tua, & profanaſti ſemẽ tuũ inducere iracundiã ad liberos tuos*. Qui profecto locus de *hoc ipſo ardẽtiſſimo amore* intelligẽdus eſt, ex proprietate Græcæ vocis; nã quod Latinus dixit *femora*. Cõplutenſes legũt viſcera in quibus affectionis ſedes eſt. Et quãuis quidẽ Græca lectio Vaticana pro femoribus habeat *lagones*, quod propriè eſt *ilia*, aut, ea cauitatis pars, q̃ eſt inter ilia & coxẽdicẽ, quis dubitet hoc idẽ eſſe cũ eo, quod Complutẽſes habẽt *Splanchna*, id eſt, vitalia viſcera, interanea; in quib. potiſſimũ eſt cor; vt in ſuis finitionib. medicis obſeruauit Ioan. Gorrçus. Nã inter cauitatẽ illã, quæ ſub coſtis, & ea, quæ cauitate & thorace cõtinẽtur, quãta propinquitas, & q̃ facilis trãſitus? Porro cũ Paulus ſub eadẽ Græca voce, Philippenſ. 1. 8. ait; *Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiam vos omnes in viſceribus Ieſu Chriſti* omnem mollem ac tenerum, maternumque animi affectũ ſignificat. & cap. 2. 1. Coniungit *viſcera cum miſeratione*, id eſt, cauſam cũ ipſo effectu vt omnem animi deli

Femora.
E
λαγόνες
Ilia.
σπλάγχνα
Viſcera qd *Gorreus*.
Viſcera ſedes teneræ affectionis.

catum & intimũ ſenſum ſignificaret. Ergo ſiue A
lagones dicas, ſiue *ſplāchna*, omnẽ animi affectio
nẽ, & ſenſum intimum ſignificauit ad res vene-
reas profuſiſſimum. Quę quia ad rem turpẽ per-
Latini interpretis caſtitas. tinebant, ideo Latinus interpres *femorũ* nomine
honeſtiſſimè elucidauit, ſeu potius inumbrauit.
Licèt autem illa *inclinatio femorum*, pro corpo
3 ris inhoneſta incuruatione quadam accipi poſſe
Inclinare quid propriè. videatur, ea loquendi formula, qua Ioab 31.10.
dictum eſt. *Et ſuper eam incuruentur alij*, &c. ſed
tamẽ pro effuſione & proiectione intimi affe-
παρεκκλίνω ctus accipio, *Dexaſteteſleuar à in ruin afficiõ*. quod
eleganter reſpondet originali verbo *inclinãdi*,
quod tranſitiuum eſt; & ad quandã refertur per
miſſionem voluntatis diſcedendi à recto, & de- B
flectendi ab officio. q. d. voluiſti pertinaciſſimè
totũ animi affectũ & ſenſum à pietate ad mulie
Libido Salomonis prouocata, & procurata. roſitatem trãsferre. Quod mirificè libidinis gra
uitatẽ amplificat, vt quę nõ ex infirmitate car-
nis, nõ ex ſurreptione, ſed ex ipſa mẽtis prauita
te, & quadã quaſi animi ſpontanea corruptione
& proiectione, eius animũ occuparit. Fuit itaq;
accerſita & prouocata libido, nõ repente & im-
pręmeditatò irruẽs, in animũ hominis ſapientiſ
ſimi, & mille tũ ſapientiæ, tũ Dei præmonitioni
bus inſtructi. Simile id Gen. 6.5. *Vidẽt Deus quòd*
multa malitia hominũ eſſet in terra, & cũcta cogna
tio hominis intenta eſſet ad malũ omni tẽpore. Quo
Theodoret. loco eleganter Theod. & quòd in rẽ præſentẽ cõ
ueniat; *Non ſimpliciter peccatũ, ſeu cura & ſtudio* C
quæſitã iniquitatem reprehẽdit, eorũ qui ſubſeruire
faciunt affectionibus rationẽ, vt etiã excogitent alias
&c. Idcirco Salomonẽ appellatũ fuiſſe vulgato,
Excogitatio malitioſa neqtiæ. *& probroſo nomine, Amator mulierũ*, aſſerit Aug.
lib. 22. cõtra Fauſtũ c. 81. cũ quo facit quod Hie-
Auguſt. ron. Epiſt. ad Vitalẽ; *Non vt prius Ledidia, id eſt,*
Hieronym. *amabilis Domini ſed amator mulierũ effectus fuit.*
Probroſũ Salomonis nomen. Porro quod ſequitur; *Poteſtatẽ habuiſti in cor-*
pore tuo; eò referunt pleriq; Latini, vt per admi-
rationem aſſeratur fuiſſe *potens tot fœminarum*.
4 Sed certè hoc loco non cõmendatur Salomonis
Nicolaus. corpus à naturæ robore, ſed vituperatur animus
Dionyſ. à vitio, & infirmitate. Ergo illud *poteſtatẽ habere*
Palatius. *in corpore*, actiuè ſumit Ianſenius *poteſtatem ha-* D
Eccl. 47. 21 *buiſti tui corporis*, vt eo pro libito abutereris: cũ
Ianſenius. tamen corpus tuum, nõ tuum, ſed Dei tẽplũ eſ-
Fornicarij abutentes poteſtate corporis. ſet; & quaſi *corpus tuũ fornicationi* natũ eſſet, nõ
Domino; ita ſeruire feciſti corpus immunditiæ.
Atqui corpus Domino, & Dominus corpori. Deniq;
1. Corint. 6. 14. 19. *Non ſumus noſtri.* At Salomon
poteſtatem exercuit in ſuum corpus, & vt ſuis ſerui
ret cupiditatibus, imperauit. Senſus quidẽ ma-
gis cũ re ipſa conueniẽs, quam cũ originali, vbi
paſſiuè res dicitur atq; ita illud *poteſtatem habe-*
re, eſt, dominantẽ in corpus poteſtatẽ pati; ſub-
didiſti turpiſſimo dominatui corpus tuum; in
Germana expoſitio ex Græco. aliena poteſtate illud habuiſti. Verſio Vaticana
ex Græca *ſubiugatus es in corpore tuo.* Tigur. *vinci*
te corpore tuo paſſus es. E
Sed cuius nã hæc *poteſtas*, cui corpus Salomo-
nis ſeruiuit? nã ſi dicas fuiſſe mentẽ ad corporis
Mens ſeruiens voluptatib. & corpori. voluptates inclinatã & propenſam, tũc ſanè po-
tius ſeruit corpori, & *lex mentis* ſeruit *legi domi-*
nanti in membris captiuanti hominẽ in legẽ pec-
Deu. 29. 19 cati, tunc ſanè *abſumit ebria ſitientẽ*, cũ pars infe-
Pars ſuperior ſitiẽs, inferior, ebria. rior voluptatib. ineſcata & ingurgitata totã ad
ſe mentẽ (quæ ſitiens eſt, quòd voluptatum cor-
porearum per ſe expers ſit) trahit, & quaſi deuo
rat, tuncque fit homo mancipium corporis ſui:
dominatur itaq; corpus in rationem, nõ ſeruit.
Ergo poteſtas illa, & dominatus iniquiſſimus

A fuit fœminarũ, quarũ libidini ſeruiebat Salomo
nis corpus ad illarũ nutum & voluntatẽ atq; vo
luptatem. q. d. *hiziſte a tu cuerpo ſclauo de tu muge*
res. Et cum *mulier ſub viri poteſtate eſſe debeat*, tu *1. Cor. 11. 10.*
ſub muliercularum poteſtate fuiſti. quippe *mu-*
lier poteſtatem ſupra caput habere debet, vt Paulus
ait, id eſt, *velamen*, quod eſt ſignum poteſtatis vi
ri, & ſubiectionis fœminæ: at quaſi Salomõ ob- Salomõ nubens fœminis.
nupſiſſet caput, & ipſe nupſiſſet fœmininis, nõ ve-
rò fœminæ illi, dicitur *habuiſſe poteſtatem*, inſtar
fœminæ, *in corpore ſuo*. Eiuſmodi enim muliera-
rij homines dicebãtur nõ iã ducere vxores quã
illis nubere. Quale illud eſt Epigrammatarij, *Martial. li. 8. epigr. 12.*
Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.
B Itaq; quod acutè dixit Tertull. li. de velandis *Tertullian.*
virginibus: *Velamen iugum eſſe fœminarum*, hoc
de Salomone aſſerit Siracides: *ſubiugatum fuiſſe*
in corpore ſuo. Neq; hoc tantum loquutione & ſi
gnificatione tenus, ſed re ipſa inſectatur Saluia- Romani in habitu muliebri.
nus li. 7. de prouid. cum populi Romani nefan-
dam mulieroſitatem in muliebri habitu deſcri-
bit; *Cũ indicia* (inquit) *ſibi mõſtruoſa impuritatis* *Saluianus.*
innecterent & fœmininis tegminum illigamẽtis capita
velarent, &c. Hi ſanè *poteſtatẽ* accipiant *in corpo-*
re ſuo, qualẽ etiã Hercules accepit ab Omphala,
cui famulabatur, vt depingit in Hippolyto Sen. *Seneca.*
Natus Alcmenæ poſuit pharetram,
Paſſus aptari digitis ſmaragdos,
C *Et dari legem rudibus capillis,*
Crura diſtincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente ſocco.
Et vt idem de eodem alio ait loco,
Crinem mitbra preſſit, & famulus ſtetit. *Sen. in Hippol. Act. 1.*
Sed de Hercule ſubditiſſimo fœminæ impe-
rio, ſtatim. Si ex ſacris, quamuis in alia paulo di-
uerſa materia fœmineæ Tyrannidis & imperij
atq; virilis ſeruitutis, & extremę abiectionis exẽ
plum videre libet, contemplare Achab regem Ie Achab mancipiũ Iezabelis.
zabelis impiiſſimæ fœminæ imperio addictiſſi-
mum, *qui venũdatus eſt* (quaſi mancipium viliſſi- *3. Re. 21. 25*
mum ſuę vxoris) *vt faceret malum.*
Ergo iuſtiſſima querimonia in libidinoſi ho-
D minis cauſa animi de corpore? An corporis de
anima? Et quidem non deſunt ſui patroni ani- Cauſa corporis aduerſus animũ & è cõuerſo.
mo aduerſus corpus, corpori aduerſus animũ. Sa
nè Democritus apud Plutarchũ ad finem libri
de ſanitate tuenda, dicebat; *Animum ſi damni inſe*
ctis poſtuletur à corpore, dãnatũ eo crimine iri. Theo-
phraſtus verò non aberrauit, pronuntians grandem *Plutarcus.*
pro cõducto domicilio mercedẽ corpori animũ depen-
dere. Sed tamen plura ob animũ eueniunt corpori
mala, ſi hoc ille nõ ſecundum rectæ rationis præſcri-
ptũ vtatur neq; quantã conuenit eius curã gerat. So
let enim animus dũ in ſui eſt priuatim affectionib. co
natib. & inſtinctis corpore nimium abuti. Tracta-
tur lis vtrimq; acerrimè productis legibus quæ
illæ ſunt, quarũ vim Paulus in ſe grauiter ſentie
E bat pronuntians: *Sentio in membris meis aliã legẽ*
repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in le
gẽ peccati, quæ in membris meis. Rom. 7. 23. & quã-
uis in homine iuſto nulla ſit iuſta cauſa corporis Corporis & ſpiritus in homine iuſto, quæ pax quæ pugna.
aduerſus ſpiritum, ſed potius querimonia iuſtiſ
ſima ſpiritus aduerſus corpus, ſi ſpiritui repu-
gnet; quod ſi obediat, ſumma pax & conſenſio
vtriuſque: at in homine iniuſto (mirum) iuſtiſſi-
ma vtrimq; querimonia & lis propter grauiſſi-
ma damna vtrinq; accepta: Ideo Paulus. 1. Theſſ.
5. 23. ardenter precatur corpori & animæ; *Ipſe*
Deus pacis ſanctificet vos per omnia; vt integer ſpiri
tus veſter, & anima, & corpus, ſine q̃rela in aduentu
Domini

A *Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Quod Theodoreto interprete, ad puritatem animæ & corporis refertur.

Triũphus fœminarũ & voluptatum.

Si corpus igitur vincat, & triumphatum debellat animum, videre licebit pompam quandã mirabilem, ſiue triumphum libidinis, in quo vt nuper à uobis indicatus dicebat Diogenes, *ducatur* mulieroſus rex a *mulieribus impudentibus & laſciuis concupiſcentijs, alijs ad alia trahentibus, & ille nullam earum reijciat, neque eis contradicat, ſed paratus & prõptus ſequatur.* Turpis hæc & miſerãda ſeruitus. Actus verò & deductus Salomon à fœminis, ipſe ducat, trahat potius mẽtem ſuam, & cogitationem, vt corpori ſeruiat, & in omnẽ voluptatem intendat.

Syriæ rex Ninus ſeruiens voluptatibus. *Iuſtin. li. 1.* Sardanapalus.

B Et mirum ſi non etiam *ſimilis euaſerit Syriæ regis* (Ninum puto intelligit Dio. orat. 4.) *cũ eunuchis & cõcubinis domi viuẽtis; qui exercitum, & bellũ, & forũ omnino numquam vidit,* aut etiã Sardanapali *viri muliere corruptioris* vt Iuſtinus ait, *quem Arbaſtus inuenit inter ſcortorum greges, purpuram colo nentem & muliebri habitu cum mollitia corporis & oculorũ laſciuia omnes fœminas anteeũtem, penſa inter virgines partientẽ.*

Herculis mollitudo. *Ouidius.*

Et nõ minus Herculis illius fortiſſimi, qui perinde ac Salomon, *paciferi* ſeu *pacatoris* cognomento decoratus eſt: pacem ſuis viribus orbi conciliauit, ſicut Salomon ſua pace: Is inquam Hercules, & turpiter fœminis ſeruiuit, & vt ita dicam, vir fortiſſimus mulieratus fuit, vt Deianira apud Ouidium canit.

C *Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo,*
Ille cui cælum ſarcina parua fuit.
Mæonias inter calathos tenuiſſe puellas.
Diceris, & dominæ pertimuiſſe minas.
Craſſaque robuſto deducens pollice fila,
Aequaque formoſæ penſa rependis heræ.
Diceris infelix ſcutica tremefactus habenis,
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.

Vide quam miſeram, quamque iniquam potẽtiſſimus monſtrorum domitor, poteſtatem dominantem corpore ſuo perpeſſus fuerit.

6
Macula quid. *Eccl. 47. 22.*

Dediſti maculam in gloria tua. alia item incitatiſſima tranſlatione explicatur res eadẽ, nimirũ inditæ aut inuſtæ maculæ fœdiſſimæ in gloria, q̃ duę voces *macula* & *gloria* ſenſu & efficacitate pletiſſimæ ſunt. Nã pro *macula* Gręce eſt *momos* quod ꝓpriè eſt probrũ infame & ignominioſũ, aut id, quod ignominiã & infamiã ſequitur, id eſt, vituperatio & reprehẽſio.

Momus aliorũ Deorũ reprehẽſor. *Gloria.* q̃d.

Vnde ille, aliorum Deorũ irriſor & reprehẽſor nomẽ accepit. *Gloria* verò eſt ſplendor quidã honoris & famæ, & quid quid hominẽ ornare, & cõdecorare, atque glorioſum efficere poteſt. Ex vtriuſq; autẽ vocis coniunctione pulcherrima ſentẽtia cõſurgit; *dediſti,* indidiſtiq; *maculas gloriæ;* tenebras offudiſti ſplẽdori tuo; probro & infamia affeciſti nominis tui honorem & claritatem.

Luxuria eſt probrũ & macula.

E Eſt ſanè luxuria *macula in gloria,* & probrum in honore, tenebrę in ſplendore. Quare Paul. Rom. 1. 26. vocat eiuſmodi *paſſiones ignominiæ,* & Philippenſ. 3. 19. obſcœnorum horum *gloriam* poſitam *in confuſione.* cum reuera potius ex obſcœnitate cõfuſio, & ignominioſa macula ſit in illorum gloria. Atq; eo refertur vulgata rei turpis ſignificatio; *des bõre a fulana,* & cum meretricẽ, aut dubiæ pudicitiæ fœminã per antiphraſim vocant, *la honrada.*

Antiphraſis. Gloria pro regni ſplẽdore. Salomonis ſemẽ maculoſum quomodo.

Vide quanta macula, quanta fœditas, quæ tantam pulchritudinem fœdauit. Fortè etiã *gloria* pro ſplendore regni regiæque poſteritatis non ineptè accipi poterit: cui ex commiſtione alienigeni feminis æterna quædam macula indita eſt,

Salomonis ex libidine macula trãſiens ad poſteros.

A numquã eluenda, & ſemper cum ſanguine tranſitura ad poſteros, vt non ſolum ipſe Salomon, eſſet omnis libidinis macula imbutus; ſed & poſteritas illius propter peregrinitatem maternæ ſtirpis labem numquam dolendam contraheret atque æternum duraret *macula in gloria.* Quod deinde amplificatur & exponitur cum de *profanato ſemine* dicitur; nam eam labem neque diuitiæ inaurant, neque purpura colorat, neque artis & ſolicitudinis alia q̃cũque ratio delere põt.

Si verò *maculam* & *momum* pro vituperatione & comprehenſione accipias, eleganter etiam conueniet in luxurioſum hominem; qui quo opulentior, ſapientior, & illuſtrior eſt, eo acerbiori reprehenſioni obnoxiũ ſe reddit:

Momus.

B Et, vel ſi diuinis multis donis cumulatus ſit, aderit illi Momus Deorum conuitiator, & rephrehenſor, qui dignis contumelijs, dedecoreque illum proſequatur, nihil enim erit in homine luxurioſo, quod non in reprehenſionem digniſſimã incurrat; diuitiæ in turpes vſus erogatæ; pulchritudo libidinis ardore exuſta, & cœno deturpata cogitatio intenta in malũ; deniq; omnes animi atq; corporis vires libidini ſeruiẽtes.

Luxurioſus omni dedecori obnoxius.

Et quis in tãta rerũ peruerſitate nõ acerbius vituperet, & acriter reprehẽdat tantã Salomonis gloriã? Quis nõ ſplẽdoris illi⁹ velut diuini nõ Momus eſſe velit?

7
Profanum Salomonis ſemen quomodo. *Eccl. 47. 22.*

Deniq; ad hãc alienigenarũ cõſuetudinẽ propius illud pertinet, quod ſequitur; *Profanaſti ſemẽ tuũ,* profanũ, pollutũ reddidiſti; *dexaſte vn hiſo cõ vaza de mala caſta.*
C namq; Roboã filius fuit Naama Ammonitis, vel Ammanitis. 3. Reg. 14. quę gens de illis erat de quibus dixerat Deus, *Nõ ingrediemini ad eas,* &c. Exod. 34. 16. 3. Reg. 11. 1. Porro ſemẽ Iſraelitarũ appellabatur *ſemen ſanctũ,* Iſaię 6. 13. id eſt, impollutũ & ab impuritate ſeparatũ. ſic è cõtrario illud cenſebatur pollutũ, Daniel. 13. 56. *Semẽ Kanaan, & nõ Iuda.* atq; adeo valde ignominioſum referri ad ignobilẽ & impuram originẽ profani ſeminis Ezechielis. 16. 3. *Radix tua de terra Kanaan.* Iſaiæ. 1. 10. *Princeps Sodomorum.* & ſexcenta huiuſmodi apud prophetas; quæ cum ſæpe dicãtur per imitationẽ morũ, nõ per verũ originis & ſanguinis cõſortium,

Semen alienigenatũ pollutũ & ignominioſum.

D vt obſeruarũt Orig. Hier. Theod. ad illũ Ezechielis locũ; at de Salomonis ſemine profanato cũ alienigenis & vitiato per ipſa vitia profani cultus Idolorum, non ſolum per imitationem, ſed per rem ipſa dictum eſt.

Hieronym. Theodoret.

8
Abſurdiſſima ſenũ libido.

Sed illa vltima huius rei amplificatio quod tã turpiter corruptus fuerit in ſenecta 3. Reg. 11. 4. *Cũ iã eſſet ſenex deprauatũ eſt cor eius per mulieres.* Vt. n. ille dixit; *cũ luxuria omni ætati turpis, tũ ſenectuti fœdiſſima eſt.* ſed de hoc ipſo loco & veriſſima illius intelligentia, iã diximus. Et quid tam fœdũ tã nequã, quã ſenem propter nequitiã nõ ſeneſcere? Quo nomine Silenum exagitat ille.

Oui. 1 Faſt

E *Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.*

Quid tã prępoſterum & naturę contrariũ, vt ſenectus, quæ ſuo nomine, atq; natura maturitatẽ affert tamẽ acerbitate & petulãtia morũ, cum maximè matureſcere oporteret, recrudeſcat, & reiuueneſcat? Quid tã abſurdũ, tã diſſonũ, quã Saturno Venerem copulari, & quid tam miſerũ, quam amans ſenex, niſi alius amans ſenex;

Menander apud Stob. ſerm. 113.

Nam qui frui cupit rebus à quibus arcetur
Propter tempus, quomodo ille non miſer eſt;

Salomonis ſenectus libidinoſa.

Porro quod dicitur *cũ iam eſſet ſenex, deprauatũ eſt cor eius per mulieres,* duos habet explicatus. 1. vt quamuis adoleſcẽs, aut vir iam quadragenarius, & cõfirmatæ ætatis, *adamarit mulieres mul-*

tas,

ras, tamen tunc temporis non potuerit ab illis deprauari, *vt ſequeretur Deos alienos*, vſq; ad ſenectutem. qui ſanè ſenſus indicatur à Cyril. Caiet. & alijs inferius adducendis. II. vt nō ſolum *cū eſſet ſenex*, deprauari cœperit ſalſa idolatriæ religione, ſed etiam libidine effrænata. quem ita cū priori coniungo, vt vtrumq; hac temperatione verum exiſtimē; quòd prouectiori ætate, & iam quinquagenarius voluptati immodicè indulſit, & paulatim emollitus, atque mulieroſus redditus, poſt paucos annos, etiam falſæ fœminarum religioni collū ſubmiſerit. Quę tamen omnia lumen capient ex diſputatione de ſpatio, & annis vitæ vniuerſæ Salomonis lib. 8. vide quæ dicemus cap. ſequenti ad finem.

Origenes.

Sed caput hoc eleganti Origenis teſtimonio claudendum. & quod in Salomonem, mulierum nō tā fortitudinē quam mollitudine penitus ſuperatum opportunè quadrare videatur. cū Homil. 20. ſuper numer. deſcribit miſerandam illā victoriam reportatam à mulieribus Madianitis ex bello contra Iſraelitas geſto, cōſilio Balaami his verbis Balac regem inſtruentis: *Si vis vincere, aduerſum hos nō virtute militū, ſed mulierū decore aduerſum hos nō virtute militum, ſed mulierū decore pugnandū eſt, nec armatorū vigore, ſed mollitie fœminarū. Procul ſint, procul amone armatorū manum: & electam congrega ſpeciem puellarum: ludentes pedibus eāt, manibuſque plaudētes: forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat; vincētur ſpecie, qui non vincuntur prælio: non furore bellico, ſed libidinis flāma. Proh; nefas, vix prohibetur libido legum minis, vix gladij terrore reprimitur. Quid ſceleris non perpetret, vbi placituram ſe mulier regi credidit, et ſalutē patriæ quæſiturā?* Deſcripſimus quoq; ſuperius hiſtoriā hāc ex Ioſepho magnificētius.

Pugna fœminarum alienigenarū aduerſus Hebræos.

CAPVT VIII.

Quæ Salomonis apoſtaſiæ, & idolatriæ origo & occaſio.

Ad locum 3. Reg. 11. 4. Cum eſſe ſenex, deprauatū eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos. neque erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſic vt cor Dauid.

1 *Fornicationis nomē commune Idolatriæ.* Auaritia *pro libidine. Illuſtrati Moyſes, Ioſue, Paul⁹.*
2 *Quatuor libidinis & idolatriæ ſymbola. Fœminarum illecebra & tyrannis.*
3 *Pulchritudo fœminarū, ægritudo & dolor oculorum. Ornatus meretricius. Illuſtrati Moyſes, & Petrus.*
4 *Idolatria laqueus; periculum ex latere; ſplendor pelliciens; leuare oculos habitus adorantis. Illuſtrati Sapientia, Baruch, Ezechiel.*
5 *Idolatria violatio primæ fidei datæ Deo ſponſo.* Imagines maſculinæ Idolorum, *quid. Illuſtratus Ezechiel, & Ieremias.* Caupona & meretrix *eadē. Templa Idolorum ganea.*
6 Bahal *cur commune Idolorum nomen. ſignificat* maritū *Idololatra inſtar fœminarum addicti Idolis. Explicati Iſaias, & Malachias.* Habere & poſſidere *maritalia.*
7 *Idolatria res veluti ſponſalis, Viri nubentes Deabus; fœminæ dijs maſculis. Mutinus Deus. Sacerdotes Iſidis turpiſſimi. Illuſtratus locus Machabæorum.*
8 *Idolorum cultus coniunctus cum omni obſcœnitate, Inuectus ex concupiſcentia turpi: Illuſtratus Paulus.*
9 *Fœmina ſuæ libidinis patrocinium & impunitatem quærentes ex Idolatria & religione virorum.*
10 *Languida Salomonis ſenecta ad repugnandum fœminis. Amplificatio impietatis ex ætate priori ſanctè acta. Quid ſit Salomonem non impleſſe poſt Dominum.*

I. *Eadem fornicationis & idolatriæ nomina & ſymbola.*

Nihil in ſacrarum litterarum ſermone frequentius quam fornicationem, & idololatriam re & nomine cōiunctiſſima eſſe. *Nec vxorē* (inquit Deus) *de filiabus eorum* (alienigenarum) *accipies filijs tuis; ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciāt & filios tuos in Deos ſuos.* Exod. 34. 16. Ezech. 6. 9. & 12. Paralip. 31. 1. Leuit. 19. 24. Ezechi. 16. 26. & paſſim Oſeæ 1. 2. Iſai. 1. 21. Ierem. 2. 16. 20. & idem etiam ſub *auaritiæ* nomine, quæ vt Hieronym. interpretatur ad Epheſ. 4. & 5. pertinet ad inſatiabilem libidinem atque luxuriam: quod Hiſpanè dicimus. *mala cedicia* Epheſ. 5. 5. *Fornicator, aut auarus, qđ eſt Idolorū ſeruitus*, & Coloſſ. 3. 5. *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam, malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.* ſed ſignificatiori, quāuis magis arcanas, dicendi ratione res eadem ſignificata eſt. Numer. 33. 55. *Si nolueritis interficere, habitatores terræ, qui remanſerint, erunt, vobis quaſi claui in oculis, & lancea in lateribus*, & Ioſue 23. 13. *Sint vobis infoueam, ac laqueū, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris; donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima.*

1 Fornicatio & idololatria coniunctæ.

Auaritia pro libidine.

Hieronym.

Vbi quatuor ſunt libidinis ſymbola, atque eadem quatuor idololatrię nimirū fouea, laqueus, offendiculum in latere, ſudes in oculis. Primū, nā cū *fouea* cōparatur meretrix, Prou. 22. 14. & 32. 27. Secundum, cum *laqueo*. Eccleſ. 7. 27. Tertiū cum *offendiculo ex latere*. Quod Numer. 23. dicitur *lancea in lateribus*. Et cum de vocis originalis ſignificatione ſit magna inter interpretes varietas, Caiet. legit *flagellum in lateribus*, quod dupliciter ad īpuras voluptates referri poteſt. Primò, vt ſint mulieres alienigenę, lāceæ vel ſtimuli in lateribus, id eſt, quæ ſtimulent infirmiorē illam laterum partem, quæ pungant ilia, & ad rem turpem impellant, ſicut nuper dicebamus illo Eccleſ. loco. 47. *Inclinaſti femora tua mulieribus* legi, poſſe, *ilia tua*, aut *latera tua*. vt res turpis honeſto nomine ſignificetur. vel ſecūdo, vt per *flagellum* intelligatur tyrannicus ille dominatus fœminæ in hominē mulieroſum, ſicut Omphala illa apud Ouidiū dicebatur flagello, quocumq; vellet, agere Herculem: ſic enim ait Deianira:

Diceris infœlix, ſcutica tremefactus habenis,
Ante pedes Dominæ pertimuiſſe minas.

2 Quatuor libidinis & idololatrię ſymbola.

Caiet.

Fœminæ impellentes in malum.

Ilia quid honeſtè.

Flagellum dominatus iniquus fœminarum.

Ouid. in Epiſt.

Quartū cū *clauo* cū *ſtimulo in oculis*. Quid enim magis ſtimulat magiſque pūgat oculos quam fœminea pulchritudo? Dictæ ſanè ſunt fœminę à Gręcis philoſophis, *ægritudines & dolores oculorū* quippe cum oculos intuentiū acutiſſimè pūgāt, dolore & ægritudine afficiāt: Vnde illud eſt, quod Herod. lib. 5. ſcribit, Perſarū legatos illos molles & effœminatos apud Amyntā Macedonū regē viſis pulchris fœminis è regione ſedentes

3 Pulcræ fœminæ ægritudo oculorum.

Herodotus.

tes

tes dixiſſe, ſatius fuiſſe illas non vocatas, quam ex aduerſo ſedere *in oculorum dolorem*. Et quidē quod Prouerb. 7. 10. de meretrice dicitur, quæ adoloſcenti occurrit *ornatu meretricio*; proprijſſime ex Hebræo pro *ornatu* legi poteſt, *ſpina*; nam *ſith*, fere ſemper à vulgato vertitur *vepres*, aut *ſpina*, Iſai. 5. 6. 10. 17. & 27. 4. Et eadem vox cum leui punctorum mutatione Pſalm. 72. 6. ſumitur pro *operimento*, vel ornamento iniquorum. *Operti ſunt iniquitate, & impietate ſua*, q. d. etiam ſpinis ornantur, quæ alios pungant, & inſtar hami alicuius rapiant, quid ipſis applicitū fuerit. Vbi Kaldæus legit: *Coronam impenēt capiti ſuo de rapina ſua*. Itaque ornatus meretricius eſt *ſpina*, eſt hamus pungens oculos libidinoſorū. Cum enim videant, quod cōcupiſcunt, ſed frequenter frui non poſſint, neceſſarium eſt frequentiſſimè dolere; &, vt Petrus dicebat, *Habere oculos plenos adulterij, & inceſſabilis delicti*, cū deſiderio, quod excruciet animum. Oleaſter vocem originalem illā, Numer. 33. quæ *clauum*, vel *ſpinam* ſignificat, ait ſignificare *clauſuram*. q. d. *erunt incluſa in oculis veſtris*; *Si las dexais que viuan entre voſotros ſe os entraran dentro delos ojos*. Erunt pupillæ oculorum, veſtrorum, quas in oculis feretis, & in animo. *Erunt*, inquit Oleaſter, *velut minutula quadā quaſi in oculos includerentur, mirificè nos excruciant neque ſinunt quieſcere*. Vulgo; *argueros* vocant. *Entraraſe os en los ojes neſe que no es dexe Viuir, ni ſoſegar*.

Ornamentatæ nimirum ſpinæ oculorum intuentium. שית Impiorum ornamēta & rapina. *Kaldæus.* *2. Pet. 2. 14.* *Oleaſter.*

4 Idololatria loquens.

Hæc itaque eadem quatuor ſunt appoſitiſſima idolatriæ ſymbola, quæ dicitur eſſe, *muſcipula pedibus inſipientium*. Sapient. 14. 11. nimirum quia ex ipſis creaturis, quæ paſſim obuiæ ſunt, vt ex auro & argento, creabatur inſipiētibus & ſtultis materia & occaſio idololatrādi. *Muſcipula* autem idem eſt, quod *fouea* & *laqueus*. & Deut. 7. 16. *Ne ſeruias dijs eorum, ne ſint in ruinam tui*. Quod propriè ex Hebræo legitur, *ne ſint in laqueum tibi*: Kaldæus, & Septuaginta, *in offendiculum*. Iudic. 2. 3. *Dij eorum ſint vobis in ruinam*. propriè in *laqueum* Septuaginta, *in ſcādalum*. Sicut & Pſ. 105. 36. *ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum*. In ruinam, in foueā, in laqueū.

Idola cur lāceæ in lateribus.

Tū præterea idola veriſſimè fuerunt *lanceæ in lateribus*, quoniā propter idololatriæ ſcelera inſurgebant prælia, & hoſtes aduerſus Iſraelitas, qui illos flagellabant, & in ſummas anguſtias redigebant, penituſque armis conficiebant. Atq; *ex latere inſurgebant*, quippe ex vicino, cum inter ipſoſmet Iſraelitas verſarentur. Iidem itaque amabantur ab Iſraelitarum plebe, & erant non amici, ſed hoſtes, vt dictum eſt Ezechiel. 23. 9. *Dedit fornicationes ſuas ſuper filios Aſſyriorum, & fornicationes ſuas, quas habuerat in Egypto non reliquit; propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum*. Et erant quidem *ſpina* in vniuerſum & vepres, quo nomine Ierem. ca. 10. ex Theodoreti obſeruatione, hortatur Deus omnem idolorum memoriam auellendam, & eradicandam ex animo: *Nauate*, inquit, *vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas*.

Latus pro loco proximo. Spinæ. *Theodoret.*

Idolorū externus ſplēdor pelliciens Hebræos.

Denique erant claui & *ſpina*, ſeu, vt alij legūt *in oculis ſtimuli*, quoniam idolorum ſplēdore ſtimulabātur Iudęi, vt illis cultum adhiberēt. Quapropter Baruch, c. 6. 3. 12. 23. 50. 71. dehortatur ab idolorum conſpectu, & externa pulchritudine cōtemplanda; *Videbitis in Babylonia, Deos aureos & argēteos in humeris portari*, &c. *Viſa itaq; turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus veſtris, Te oportet adorare Domine*. Illud verò, quod eſt *videre*, aut *leuare*, vel attollere *oculos* ad idola, ſignum & habitus eſt adorandi. Ezech. 33. 25. *Oculos veſtros leuatis ad immūditias veſtras*, id eſt, ad idola, & cap. 20. 24. *Poſt idola patrum ſuorū fuerunt oculi eorum*. *Iuanſeles los ojos tras ſus Dioſes*. Et hæc ipſa dicitur, *concupiſcentia oculorum*. Ezech. 23. 16. Denique de hoc eſt illud Num. 15. 39. *Nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes*, id eſt, non ferantur animo, aut oculis in Idola quæcumque obuia,

Leuare oculos ad adorationem.

II. *Idolatria cum fornicatione analogia, & conuenientia.*

5 Prima fornicationis cū idololatria analogiæ ratio. *Theodoret.*

CVr autem idololatria cū fornicatione comparetur; & cur vtrique nomen idem commune ſit; non vna ratio eſt. Prima, & ea apud alios frequentiſſima, quòd cum Deus ſit veluti animarum legitimus ſponſus, ac dominus, qui illo relicto ad alios Deos deficit, meretricari, aut adulterare videtur. Hanc rationem reddit Theodoretus. Ierem. 3. & idem Ezechiel. 16. 17. ait propterea dictū à Propheta, *Feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis*. Qua cum plebs ſub nomine ſpōſæ ſignificetur, oportebat Deos ſub nomine imaginum maſculinarum appellari; licet quidem adoraret plebs Deas quaſdam. Vide Ambroſ. in cap. 3. Prouerb. cap. ſuo. 5. Adde etiā fide integerrima videri animam deſpōſari Deo qui fidem violat, & ad alienam religionem trāſit, priores cum ſponſo nuptias violat, adultera eſt meretrix eſt. Propterea Deus plebem ſuam ab idololatria reuocare conatur, & ad priores nuptias inſtaurandas inuitāt; *A modo* (inquit) *voca me Pater* (familias) *meus es tu*; *Dux* (primus ſponſus) *virginitatis meæ*.

Ambroſ. *Ierem. 3. 4.*

Hieronym. Prado. *Fornicari & cauponari idem.*

Secunda ratio, quam Pater Hieronymus de Prado (cuius viri doctiſſimi magiſtrique mei memoriam nunquā non libentiſſime vſurpo) in cap. 16. Ezechielis reddit; quod cū meretrix, atque caupona idem fere ſit tum etiam meretricari, fornicari, cauponari; ideo idolorum cultus cum meretricatione comparatur, quod caupona ſit vera imago idololatrię: qa fana idolorum erant ſubterraneæ quædam popinæ, & ganeæ; in quibus nihil niſi nidor, & vinoſitas; & cum his ſpurcitia & laſciuia. Sed hæc ratio proculdubio paulo exquiſitior, & longius petita, ſuſpicor etiam, in vita: præſertim cum neque omnia Deorum fana eſſent ſubterranea, ſed pauciſſima tantum, videlicet Deorum inferiorum.

Caupona & templa idolorum veluti ganeæ.

6

Tertia, quæ ex ipſo idolorū nomine videtur ſumi; nam cum Baal fuerit primum & vniuerſaliſſimum nomen cuiuſcumque idoli: (peculiaria enim idola peculiaribus alijs ſub illo nomine diſtinguebantur, vt inferius dicemus) *Babal* autē ſignificat maritum, aut dominum; qui rem propriā ſibi ſubijcit, & quaſi ſubiugatam habet, ab eadem radice, *Baghal*, quod eſt poſſidere, aut ſubiugare rem aliquam inſtar mariti, cum quodā potiendi ardore. Quare accipitur pro re coniugale, & vxoria, & vertitur ab interprete, *dormire cum muliere*. Deuter. 21. 13. & eodem ſenſu. Deuter. 24. 1. dicitur *habere*, id eſt, poſſidere, & actū dominij excercere in vxorem. vnde quod Latinus dicit *ſi acceperit homo uxorē, & habuerit eam*, Kald. legit, *ſi duxerit uir uxorem, & concubuerit cum ea*. & Malach. 2. 11. *Habuit filiam Dei aliens*, id eſt, fornicatus eſt, aut nupſit, Iſai. 62. 5. Elegāter & honeſtiſſime. *Habitabit* (habebit, maritabitur) *iuuenis cū virgine*. nubet, erit illius. Er-

בעל *Babal*, Dominus, nomen commune idolorum.

Habere & poſſidere marítalia.

goex

A gue ex ſuo nomine Baal, & idola *Baalim*, maritũ, dominum, ſubiugatorem ſignificant; cultore vero, qua illis ſe deuouebant, & addicebant, vt nomine ipſo reſponderent, eleganter dicebantur inſtar fœminæ mariti dominio ſubijci, & quaſi ab idolis ſubagitari, vim & dominatum in ſuos cultores exercentibus.

Addicti idolis inſtar fœminarũ coniugata rum.

7

Quarta analogiæ ratio fornicationis ad idololatriam.

August. Seneca. Strabo.

Quarto, quod idololatria certis quibuſdam quaſi nuptialibus cerimonijs cõſtabat; cuius rei meminit Auguſt. lib. 6. de Ciuitate. ca. 10. ex Senecæ libro de ſuperſtit. qui nõ extat, inter alios turpiſſimos idolorum ritus referens *quaſdam in Capitolio fœminas ſedere ſolitas, qua ſe a Ioue amari putabant: nec Iunonis quidem, ſi credere poetis velis, iracundiſſima reſpectu terrebantur*. Et Strabo B ſuo extremo libro. 11. agens de ſacris Perſarum, Medorum, & Armeniorum, ſic ſcribit de Anaitide: *Hac eſt Venus in Oriente* culta, Armeniorum idolum. *Illuſtriſſimi eius nationis filias ſuas virgines ei dedicant ac lex eſt, vt lõgo tempore apud Deũ conſtuprata, deinde nuptum dentur, nemine talis mulieris coniugium dedignante. Tale quippiam etiam Herodotus de Lydijs mulieribus ſcribit, omnes enim ea, vt ait, meretrices ſunt & amatores ita blande tractant, vt & hoſpitium præbeant, & ſæpe plura munera dent quàm recipiant; vt pote ex re lauta ſumptũ ſuppeditantes. non autem quoſuis hoſpitio excipiunt, ſed eos præcipuè qui dignitate ipſis ſiat pares.* Illud C etiam paris turpitudinis fuit, quod Auguſt. 6. de Ciuitate cap. 9. Arnob. lib. 4. & quidam alij, quorum lib. 1. mentionem faciebamus, ſcribunt nouas nuptas pro ſuſcipiendis liberis in Priapi ſiue Mutini Dei immanibus membris ſedere viſas, *in cuius* (inquit Lactantius lib. 1.) *ſinu pudendo nubentes primo ſedeant, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur*. Quare huiuſmodi mulieres turpiſſimæ ſubijcentes ſe Dijs notari videntur, Baruch. 6. 27. *Mulieres coram* (idolorum) *decerpentes*, & iterum. 29. *mulieres apponunt Dijs argenteis, & aureis, & ligneis*, ideſt, ſedulo miniſtrãt veluti vxores maritis. Quare ſub proſtitutæ fœminæ nomine ait populus Oſeę. 2. *Vadã poſt amatores meos*. Huc faciunt ſtuprorum infandorũ op D portunitates & occaſiones, quas impijſſimi idolorum ſacerdotes turpiſſimis hominibus prębebãt, cuius nobile exemplum ſcribitur a Ioſepho lib. 18. Antiquit. cap. 4. & Hegeſippo. lib. 2. cap. 4. *Scribunt de Paulina, non minus probitate morum, quam natalium claritate illuſtri, ad hæc opulenter formoſa, vt qua eſſet in ipſo ætatis flore. Cuius cũ pudicitiã Decius Mũdus equeſtris ordinis iuuenis, nec prece, nec pretio 200. drachmarũ millium pro vnica nocte oblato, flectere potuiſſet, fraude compoſita cum ſacerdotibus Iſidis, cuius cultui vehementer addicta erat Paulina, finguntlegatum miſſum ab Anubide, qui ipſius forma captus iubet vt ad ſe veniat. illa libẽ ti animo ſuſcepto nũtio, & marito quoque admonito quòd paratum ſibi eſſet cubile Anubidis, in templum* E *deducta, & tenebris conciliantibus in latentem ibi Mundum incidens, totam noctem obſequuta eſt iuueni, Deo ſe gratificari exiſtimans*. Huc vſque Sacerdotum, Deorum, Templorum, Idololatrarũ turpitudo & obſcœnitates. Hiſtoriæ exitum quære in illis, quos indicauimus.

Auguſtinus *Arnobius.*

Meretrices Lydiæ munera dantes.

Mutinus Deus a nuptis nouis cultus. *Lactantius*

Iſidis ſacerdotes impijſſimi. *Ioſephus. Hegeſippus.*

Viri fornicãtes cum deabus.

Ac viri etiam cum Deabus nuptias contrahebant. Nam Heliogabalus natione quidẽ Syrus, & ſacerdos Solis, cum *Vrania*, id eſt, Venere, quã colebat, nuptias celebrauit, vt ſcribit Xiphilinus. *Et Caligula quidem noctibus plenam fulgentẽque Lunam inuitabat aſſiduè in amplexus, atque cõcubitum*, vt ſcribit Suetonius cap. 22. Atheni ciA ſes ſolemnibus cerimonijs deſponderunt Antinio Mineruã. *Is* inquit Dionis epitome, *nuptias ſibi placere reſpondit, ab ijs qua centum Myriadas drachmarum dotis nomine exegit*. Affert hæc, & alia pulchra in rẽ eandẽ noſter Serarius. 2. Machabæorum. 1. q. 8. ad expoſitionem verſ. 14. *Venit ad templum Naneæ* (hæc eſt Venus) *cum eo habitaturus Antiochus, et amici eius, vt acciperet pecunias multas dotis nomine*. Habitationis autẽ Græcum nomẽ, coniugalem cohabitationem importare oſtẽdit Serarius ex Ioſepho, Herodoto, Plutarcho. Ergo idololatria res eſt non tam vxoria, quàm meretricia, & omni obſcœnitate pleniſſima ſanè.

Serarius.

Habitare vxorum. *Ioſephus.*

8

Germanior ratio rei propoſitæ.

B Sed cum hæc, quæ diximus, non in cuiuſque idoli religione fierent, cogimur rationem aliam magis communem quærere, quæ in cuiuſque Idoli cultum conueniat, vt *fornicatio*, & immunditia nominari poſſit.

Illa proculdubio certiſſima videtur, quam Sap. liber ca. 14. 12. proponit, *Initium omnis fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorũ, corruptio vitæ eſt*. quòd idola ijs cerimonijs colerentur, quæ ad omnem obſcœnitatem homines impellerent; Et hoc quidem permittẽre Deo in ſupplicium idololatriæ, vt iudicat Paulus. Rom. 1. 26. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*. &c. vt ibi exponit Ambroſius; qui etiã addit illã non prætereundam rationem, *quòd Deũ* C *incurioſum colentes, atque per hoc negligendum magis ac magis hebetati ſint, & ad omnia mala admittenda fierent promptiores*. Tum etiã, vt ait Athanaſius, oratione cõtra idola, inſtituta eſt idololatria *deſiderio eorũ, qui ſtupris & propudijs pleni, figmentis repræſentantur*. Itaque turpiſſimã ſibi ſuorum Deorum vitam idolorum cultores imitãdã propoſuerunt. Addit pulchrè Athanaſ. originem idolorum inueſtigans. *Malitiam præuiam fuiſſe anteambulonemque idololatriæ, cum ea ſola magnifaceret, quæ animo concupiſceret, & cum voluptate adſpectaret in corporeis affectibus voluptatẽ ſentiens ac rerum diuinarum oblita. Et propemodum omnes ciuitates, omnibus libidinibus ſcatene, ob immanita-* D *tem morum quam in ſuis Dijs conſpiciunt; neque eſt in hoc genere Deorum, quem caſtum appelles. Olim certè Phœniſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes numinibus ſuum quæſtum, perſuaſa meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum inde naſci. Viri quoque abdicato ſexu, nec ſe amplius mares eſſe ferentes, mulierum naturam affectauerunt, tã quam ita honorifica grataque matri Deorum facturi eſſent. Omnes autem in turpiſſimis viuunt, & certamen inter ſe prauitatis ſuſcipere videntur, &, vt dixit ſanctus ille Chriſti miniſter Paulus, Mulieres eorum mutauerunt vſum*. Integri voluminis argumentum eſſet, impijſſimæ religionis Idolorum, non omnium, ſed vnius tantum obſcœnitatem E commemorando percenſere velle.

Idololatria coniuncta cum ritibus turpiſſimis.

Ambroſius. Supplicium idololatriæ obſcœnitas.

Athanaſius

Idololatria inuecta à turpi cõcupiſcentia.

9

Alienigenæ cur pertraherent Iſraelitas in idololatriam.

Hinc iam ſublucet alterius non omnino facilis quæſtionis cauſa quid eſſet, quòd alienigenas tam immẽſa tamque proiecta cupido inceſſeret eos, quibuſcũ conſueſcerent, Iſraelitas, ad ſuorũ idolorum religionem pertrahendi. illud videlicet, quòd cum prauis voluptatibus omnino immerſæ, & excæcatæ tenerentur, quarum magiſtros & fautores ſuos ipſos Deos arbitratẽtur; nullam ſibi tutam plenamq; voluptatẽ arbitrabantur, niſi viros, quibus ſubiugatæ eſſent, ſuæ quoque impuriſſimę religioni ſubijcerent. Atq; hinc illa aſſeueratio ſacræ Hiſtoriæ. 3. Reg. 11. 2. *Certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini*

Idola libidini fauẽtia.

Deos

A *Deos earum*. Neque ſolum propter improbitatẽ fœminarum, ſed etiam propter nequitiam eorũ, qui illarum deſiderio & libidine capti, illud vel maxime primum ſibi ſtatuerunt, vt numen non agnoſcerẽt, niſi quod ſibi deprauatæ vitæ impunitatem, & præſidium aliquod polliceretur. Vt, ſicut S. ille Orientius Illiberitanus in ſuo illo cõmonitorio de hac ipſa re canebat:

S. Orientius.

Quæ furor impulerat, laſciuus duceret error,
Eſſet & hoc licitum, quod fuerat libitum.

Cyrillus.

Rei huius clauſula eſto illa in Salomonem Cyrilli ſententia lib. 7. contra Iulianum: *Deceptrix res eſt mulier, & idonea ad decipiendum ſemel ſuis captos laqueis: nam inter arma alia habet voluptatem, qua mens vincitur.* Iam vides quæ Salomonis ido B lolatriæ origo & cauſa, & quam vere in ſacra Hiſtoria aſſignata; & quantam ſibi vel impunitatem, vel patrocinium libidinis ex Regis Idololatria impuriſſimæ fœminæ compararint.

10 Aetas languidior ad reſiſtendũ fœminis. 3. Reg. 11. 14.

Sed illud etiam in cauſa aliqua poni videtur, quod non ſine cauſa diſertis verbis ſcriptũ eſt: *Cum iam eſſet ſenex, deprauatũ eſt cor eius, vt ſequeretur Deos alienos.* Quaſi infirmior & languidior ætas non potuerit ſuſtinere tãtam fœminearum illecebrarum vim, & importunitatem, quin ſe dederet alienæ religioni. Cum enim priori tempore repugnaſſet impudentiæ, & precibus fœminarum: tamen aſſidua conſuetudine & precibus emollitus, & langueſcens ætate languidiori ſuperari tandem potuerit. Id quod ipſius Caieta C ni verbis exponere non pigebit: *Quamuis mulieres iunctæ fuerint Salomoni iuueni, non tamen diuerterant in iuuentute ad cultum Deorum, ſed in ſenectute: paulatim enim mollitus eſt animus eius, creſcente amore & deficiente virtute, multiplicandoque obicẽ Diuinæ gratiæ: nam tandem Deus dereliquit eum ſibi ipſi.* Sed res hæc primum à Ioſepho lib. 8. c. 2. indicata, *Aetate* (inquit) *prouectior & mẽte paulatim ſeneſcente, magis ẽt patriæ religionis oblitus,* &c. Sed ſapientiſſimè exponitur à Cyril. li. 7. contra Iulianum. *Corripiebatur* (inquit) *Salomon in ipſa ſenectutis via, mente iam defloreſcente. nec priſtinũ habente vigorẽ. ſed quaſi cum corpore ſeneſcente. Et ſicut iuuentus ſecura otioſa eſſe neſcit; ita, & ſenilis* D *ætas; & quemadmodum ſcilicet adoleſcẽtes ad omne quod operandũ eſt, vadunt, & nihil requirentes ruũt: ſemper enim adoleſcentes inſipientiores ſunt iuxta Homeri verſum, ita & viri decrepiti mens: itaque Salomon adoleſcens, adhuc exiſtens, & mente ephebus celebre illud Hieroſolymis templum conſtruxit, & quæ ad gloriã Dei pertinebant, facere ſtudebat. Vbi autem ad finem & occaſum vitæ venit, defecit ſimul ætas roboris & mentis.*

Caietanus.

Ioſephus.

Cyrillus.

Defloreſcens Salomonis mẽs

Amplificatio Salomonicæ libidinis ex ſenectute.

Quãuis procul dubio illud non ad excuſationem aliquã, ſed potius ad amplificationem ſceleris dictum eſt: *Cum iam eſſet ſenex*. Nimirum maiori vitæ parte in pietate & religione tranſacta, qui per tot annos Dei familiaritate E vſus fuiſſet, nec tunc primum, cum primis annis imbibens fidei, & religionis primordia, ad alienam religionem vita extrema defecit. Vt cum Salomone ex Dei perſona expoſtulare Iſaias potuiſſet. *Quid vltra debuit tibi Deus facere, & non fecit? An quod expectauit, vt faceres vuas, & feciſti labruſcas?* aut potius expoſtulaſſet cum illo, qui cum Dauide tam acriter de homicidio & adulterio expoſtulauit, Nathã Propheta 2. Reg. 12. 8. *ſi parua ſunt iſta, adijciam tibi multo maiora: quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo?* Quo ſenſu nonnulli accipiunt illud 3. Reg. 11. 6. *Non*

Iſa. 5. 4.

Varia lectio.

A *adimpleuit, vt ſequeretur Dominum, ſicut Dauid pater eius*, id eſt, non plenè exegit ætatem *vſque ad ſenectam & ſenium*; quippe non permãſit in vero illius cultu, ſicut Dauid pater eius. & ſicut de Caleb dicitur. Numer. 14. 24. *Plenus alio ſpiritu ſequutus eſt me.* quod ꝓpriè ex Hebræo legitur: *Fuit ſpiritus alter in eo, & impleuit poſt me.* Salomon è conuerſo *non adimpleuit, vt ſequeretur Dominum.* Sed locum hunc promeimus, vbi de ſalute Salomonis, lib. 8.

CAPVT IX.

B

Is ne vere idololatra.

Ad locum Eccleſiaſt. 47. 22. Profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuam.

1 *Solus Iulianus delectabatur Salomonis lapſu. Proponitur cõtrouerſia de infidelitate Salomonis.*
2 *Qui mentis errorem amoueant à Salomone. An ipſe per ſe adolens idolis thura. Illuſtratus locus Regum.*
3 *Qui Salomoni infidelitatem attribuant. Illum quoque amiſiſſe ſapientiam.*
C 4 *Quinque pro Salomonis infidelitate rationes. Illius Idololatria poſteris exitioſa.* Incitari *quid. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
5 *Peccato Salomonis reſpondens captiuitas extrema. Computati anni à Salomonis Idololatria. Illuſtratus Ezechiel.*
6 *Stupiditas Salomonis ex libidine. Adamũ incurriſſe aliquam infidelitatem.*

Blaſphemauit aliquando Iulianus apud Cyrillum. lib. 7 *Salomonem, doctrina Dei, qui ei apparuit, perſuaſum coluiſſe etiam alios Deos: inuidia enim* (dicebat) *& zelus nõ peruenit vſq; ad* D *optimos homines, tãtum abeſt, vt ad angelos & Deos.* Sed certè non Dei, ſed ſerpentis & fœminarum doctrina ſeductus fuit. Et quod dignum Iuliano erat, *ſolus ille*, (vt ait Cyrillus) *oblectabatur Salomonis lapſu.* 5

Cyrillus.

Iulianus delectatus Salomonis lapſu.

Et verò duo ſunt, quæ idololatriam perficiũt, internus adorationis cultus, externus honoris. Prior videtur cum quodam mẽtis errore coniũctus, tribuente diuinum aliquid creaturæ. Poſterior, ſiue amore, ſiue metu, aliaue mẽtis affectione exhiberi poteſt, nullo mentis errore. Hinc orta dubitatio cuiuſmodi fuerit ille à Salomone idolis cultus exhibitus, merene externus an etiã cum interna adoratione, & mẽtis aliquo errore coniunctus.

An Salomonis idololatria interna, vel externa.

E Priorem partem, vt omnẽ à Salomone mentis errorẽ excludant, docent Auguſtin. 14. de Ciuit. cap. 11. Parallelos faciens Adã, Aarõ, Salomonẽ, in hæc verba: *Aaron, qui erranti populo ad idolum fabricandũ nõ cõſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus, nec Salomonẽ,* credibile eſt, *errore putaſſe idolis eſſe ſeruiẽdũ, ſed blãditijs fœmineis ad illa ſacrilegia fuiſſe cõpulſum: ita credendũ eſt, illũ virum ſua fœmina, vni vnum, hominẽ homini, coniugem coniugi, ad Dei legẽ tranſgrediendam, nõ tanquam verum loquenti credidiſſe ſeductũ, ſed ſociali neceſſitudine paruiſſe. Nõ enim fruſtra dixit Apoſtolus; Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta eſt.* Et idẽ lib. 11. de Geneſi a

Qui negẽt Salomonẽ mente idololatram.

neſi ad litteram, cap. 42. *Fecit quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas, quibus deperibat atque deffluebat, mortiferas delicias contriſtaret.* Et clare indicat Rabanus citatus à Gloſſa, ſuper id 4. Regum 23. *Excelſa, quæ ædificauerat Salomon,* &c. Dicens, idola, quæ ædificauerat Salomon, fuiſſe *in ſcandalum ſtultorum, quæ ipſe cum eſſet ſapientiſſimus erronea fecerat, & quaſi ſapienter facta, reliquerat.* Rem eandem docuit Sedulius vſurpans Auguſtini verba. 1. ad Timo. 2. Abulenſ. 3. Regum. 11. q. 15. Nicolaus, Caiet. Dionyſ. eodem loco. Arboreus, lib. 1. Theoſ. ca. 10. Galatinus lib. 4. ca. 24. Georgius Venetus Problem. 136.

Gloſſa Rabano.
Sedulius.
Abulenſis.
Nicolaus.
Caietanus.
Georgius.
Galatinus.

Probant, quia minimè credendum eſt, Salomonem ſapientiſſimum in illo principio per ſe noto, vnicum eſſe Deum, & incorporeum, errare potuiſſe. Secundò, quia ſatis indicat ſacra Hiſtoria, non tam ipſum; quam ſuas fœminas Dijs immolaſſe victimas; nullum enim verbum in Scriptura, quòd Salomonem ſacrificaſſe idolis ſignificet. 3. Reg. 11. 8. *In hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabant Dijs ſuis.* Vnde collegiſſe videntur antiquiores patres Salomonem permiſiſſe fœminis ſua fana & ſacrificia. Irenæus. lib. 4. aduerſus hæreſes. cap. 45. *Cum vxores accipiebat ab vniuerſis gentibus, permittebat eis exigere idola in Iſrael.* Quod enim in alijs codicibus ſingulariter dicitur, *adolebat.* Theodoret. corrigit legi debere numero multitudinis. *Et perſpicuam inde orationẽ colligi, quod ipſe quidem eis ædificauit templa, illæ autem colebant idola.* Id quod ijſdem ferè verbis docent Procopius. Tertiò quoniam eum Eccleſiaſt. cap. 47. Vniuerſa alia peccata Salomoni exprobet, at de idololatria tacet.

B

An Salomon ipſe adurẽs thura idolis.
Irenæus.
Theodoret.
Procopius.

C

3 Sed plenè ſe idololatriæ perfectæ ſcelere & errore contaminaſſe, indicat idem Auguſt. lib. 2. contra Fauſtum. cap. 81. dicens. *In profundum idololatriæ lapſum fuiſſe vſque demerſum*, Cyrill. 7. cõtra Iulian. *Mente victum & deceptum*; dicit; *Salomon, deficiente ſimul ætatis robore &* mentis. Gregor. ſuper id Iob. 14. lib. 12. Moral. cap. 12. *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur:* mentis perfidiam non dubitat illi attribuere. *Qui prius* (inquit) *Deo templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtratus, idolis conſtruere templa non timuit: vt ab aſſidua carnis petulantia vſq; ad mentis perfidiã perueniret.* Hieronymus ad Vitalem, *neglexiſſe Deum patrũ ſuorum*, & in voluptate & impietate parallelos facit Salomonem & Achaz, quem proiectiſſimæ Idololatriæ damnat ſacra Hiſtoria. Proſper Aqtan. parte. 2. de Prædictionibus ca. 27. multis hanc rem verbis quaſi per ſynonymiam amplificauit, dicẽs: *Vitã in ſenectute, & ſapientiã ſimul amiſiſſe, fornicatũ mente & corpore, Domino ipſum deſereſe.* & eo etiam pertinent, qui ſapientiam amiſiſſe, cum ſcribitur *infatuatus*, contendunt. vt Ambroſius; & Hieronymus epiſtola ad Ruſticum ait. *Infatuatum fuiſſe Salomonẽ, non aliter, ac infatuatur ſal, quod foras proijcitur.* Rem eandem de ſapiẽtia perdita, & de væcordia in Idololatriam ruente, grauiter tradidit Baſil. epiſt. ad Chilonem. *Salomon tãdem, quid attulit commoda frugis ex vberante adeo opulentia infuſa ſapientia; & quæ vix dũ adoleſcenti cœlitus de Deo cognitio indulta eſt, quã dolis demum per mulierculæ, quã ad inſaniam vſque deperibat, illius complexus ex cordatiſſimo adoleſcẽte, per ætatem in ſenium deuergente vecors factus, & in idololatriam prolapſus concidit?* Auguſt. 17. de Ciuit. cap. 8. plane ait, *Salomonem in eandem*

Errore idolorum deceptus Salomon.
Auguſtin.
Cyrillus.
Gregorius.

D

Hieronym.
Proſper.

E

Ambroſius.
Hieronym.
Baſilius.
Auguſt.

A *idololatriam ſeductum atque deuictum ſuarum mulierum alienigenarum infidelium.* Defeciſſe itaque a veritatis fide elegãter Origenes indicauit per ehra *multarum mulierum alienigenarum* allegoria, homil. 22. in Num. *Ille* (inquit) *cum eſſet ſapiẽtiſſimus, & ingentis apud Deum meriti, tamen quia ſe tradidit multis mulieribus; deceptus eſt. Ego puto quòd multæ mulieres, multa dogmata, & multarum gentium diuerſa philoſophia nominentur. Quæ cum ſingula agnoſcere. & perſcrutari, vt peto & ſcientiſſimus, & ſapiẽtiſſimus voluiſſet, ſemetipſum intra diuinæ legis regulã tenere nõ potuit. Similiter & Ammonitarũ. ſed & reliquarũ generũ: quarũ mulieres dicitur recepiſſe, & ædificaſſe tẽpla, vel immolaſſe idolis earum. Grãde eſt ergo & vere opus Dei iam multis dogmatibus, quaſi mulieribus, miſceri, nec tamẽ a veritatis regula declinare, ſed conſtanter dicere, ſexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ, quarum non eſt numerus, vna tamen eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, vna eſt genitricis ſuæ.* Et proculdubio ſapientiam amiſiſſe voluit Gregorius ſuo illo prognoſtico; ducto ex tempore nocturno, quo ſapientiam in ſapientia non perſeueraturus accepit. lib. 8. Moral. c. 17. & lib. 12. c. 12. Diuus Proſp. p. 2. de Prædict. c. 27. ſcribit *fornicatum fuiſſe mente & corpore.* itaque mentis infidelitatẽ, & idololatriam ab illo minimè excludit. Baſil. epiſtol. ad Chilonẽ. *Salomon vecors factus, & in idololatriam prolapſus.* Et perſpicue Bernard. epiſto. 129. Quæ eſt ad Ianuens. de perſeuerantia, *Si tantola* (inquit) *Sãſon, & ſi Salomonis deuotio perſeuerantiam retinuiſſent, nec is profecto priuaretur ſapiẽtia, nec ille viribus.* Idẽ quoque lib. 2. de cõſideratione, ad finẽ: *Sapiens Dauid, ſapiens Salomon fuit, ſed blandientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit.* Quid autem eſt *ex toto* deſipuiſſe, quã in idololatriæ errorem ſtultiſſimum prolapſum fuiſſe? Denique non aliter ſapientiam amiſiſſe, quam ſanctitatem, Dauidem, & Samſonem fortitudinem ſuam, aſſerit 1. epiſtola ad Robertum nepotem ſuum. *Dauid*, inquit, *ſanctitati ſubreptũ fuit, ſapientiæ Salomonis illuſum, Sanſonis fortitudini obuiatum.* & Gloſſa in id. 2. Reg. 7. *Fidelis erit domus tua*, dicit intelligendum de Chriſto. Nam Salomonis domus plena fuit *mulieribus alienigenis falſos deos colentibus, & ipſum Salomonem ad idem impellentibus.* Vbi manifeſte videtur infidelitatẽ attribuere Salomoni. quod ſumptum eſt ex Auguſtino, 17. de Ciuitat. cap. 8. eodem loco ac verbis vtente. Fredericus Nauſea. homil. 98. de ſanctis *apoſtataſſe* aſſerit. Et nulla excuſatione, nullo addito, idololatriã illi impingunt. Tertull. de Præſcripti. cap. 3. lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 22. *Idolis* (inquit) *mancipatus*: & lib. 3. c. 20. & lib. 5. cap. 9. *In idololatriam vſque pertractus.* Et Ioſephus cum idololatriæ initium excuſare videatur, tamen extrema nullo iam amoris fœminarum prætextu excuſat in hæc verba: *Adeo cõſuetudine earum eſt captus, vt ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentiæ faceret. ætate deinde prouectior & mente iam paulatim ſeneſcente, magis etiam patriæ religionis oblitus, cultum Dei ſui neglexit, & mulierum exterarum ritibus aſſueuit.* Quòd ſi illa Iuris regula vera eſt, vt ſolet eſſe veriſſima, *Sermonem ſimpliciter prolatum de primo intelligi*, certè idololatria non de externa illa, ſed de interna, & quæ cum errore mentis coniuncta ſit, intelligenda eſt.

Origenes.
Sapiẽtiam amiſſam à Salomone.
Gregor.
Proſper.
Baſilius.
Bernard.
Gloſſa Rabani.
Auguſt.
Nauſea.
Tertul.
Ioſephus.
Iuris regula.

Sed præterea non ſolum ab auctoritate, ſed à

4 rationibus quoque rem hác muniamus. Primò, quod nunquam abſtulit altaria idolorum, quæ ſemel erexit, vt conſtat.4.Reg. 23. quod tamen facile fuiſſet, ſi non mente, ſed praua alia affectione ſuaſus ad falſorum Deorum honorem illum compulſus fuiſſet. Coniectura hæc non admodum firma, quia & incertum an abſtulerit, & ſi fortè non abſtulit, incertum an ſua, an aliorũ culpa. de quo plura lib.8.

An abſtulit idola.

Secundò, quoniam eadem ipſa nomina, quibus aliarum gentium Idololatria, aut aliorum regum deficientium à fide turpiſſimus error, & apoſtaſia ſignificatur, Salomonis peccato tribuuntur, nimirum *deprauatio cordis*.3.Reg.11.4. *auerſio*.verſ.2.& 9.*quod ſequutus fuerit Deos alienos*, verſu.4.& 10.*quod coluerit*.verſ.5. quod non *cuſtodierit pactum*, verſ.11. Denique grauiſſimis illis verbis, atque verborum formulis, quibus Idololatrię peccatũ ſolet in Scriptura proponi, propoſitum eſt Salomoni, & additis minis grauiſſimis ad deterrendum.3.Reg.9.6.7.& 2. Paralip.7.19.20.21.22. vt nulla ratione dubitari poſſit, de grauiſſimo idololatriæ genere loquutum Deum, atque notatũ Salomonẽ locis adductis.

Iiſdem nominibus Salomonis, quibus aliorum Regũ idololatria notata.

Tertio, quoniam quæ peſtis idololatrię in populo graſſata eſt mortuo Salomone, contagio quodam à Salomone duxit originem, vt notauit Ieſus Siracides.cap.47.22.*Profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuam*. Quod quamuis non vnum habeat explicatum; alij enim extremam partem referunt ad ipſum Salomonem, & legunt; *& compungeeris in ſtultitia tua*. vel cum Tigurina, *ex ſtultitia tua cepiſti dolorẽ*. Quod indicat illam animi diuexationem, & acerbiorem cõſcientiæ remorſum, quæ peccati pœna, & comes eſſę ſolet. Nam Græca vox eã compunctionem ſignificat, quæ altius penetrat, & cor pungit, & vrit, atq; noctes dieſque ſtimulat. Tamen magis pronum eſt, vt cum Vulgata lectione referatur ad Salomonis poſteritatem, cui parentis Salomonis peccatum iracundiam diuinam conciliauit, & illa ipſa Salomonis idololatria compunctionis, vexationis ac ſupplicij cauſa extiterit ſuę poſteritati. Adde etiam, quod Iudæorum poſteritas, illa, quãuis idololatriæ ſcelere corruptiſſima, tamen iracundia, & furore quodam *incitabatur* aduerſus Salomonis tam incredibilem ſtultitiam, & libidinis atque apoſtaſiæ inſaniam, vt quæ nullam excuſationem admitteret, ſed omni ratione cumulatiſſima, & exageratiſſima fuiſſet.

Salomõ diuexatus peccati remorſu

***Incitari* qđ propriè ex Græco.**

Salomonis idololatria exitioſa poſteritati.

Et ſanè peculiaris obſeruationis eſt illa huius loci Sixtiana lectio, quæ in prima perſona per parentheſim habet; *& compunctus ſum ſuper ſtultitia tua*. apoſtrophe enim ad Salomonẽ reddit ſentẽtiam valde incitatã, quaſi qui de illius idololatria, & ſtultitia incredibili mentionẽ faciat Ieſus Sirach, non poſſit non cum ingenti animi ægritudine cum illo acerbius expoſtulare.

Apoſtrope vehemens.

5 Quartò, quod ab hoc ipſo Salomonis peccato videatur cõputari illa iniquitas populi, de qua loquitur Ezechiel.cap.4.5.*Ego dedi tibi annos iniquitatum eorum, numero dierum trecẽtos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Iſrael, diẽ pro anno dedi tibi*. Nã ibi ſermo eſt de *iniquitate*, id eſt, de peccato idololatrię, vel pęna illius peccati, vt fere eſt frequentior Hebræorũ. & aliorũ interpretũ ſententia. Et *Iſrael* nõ pro decem tribubus, ſed pro Iudæis, & regno Ieroſolymitano, in quo multi erant promiſcui Iſraelitæ, vt eo loco eleganter prubat pater Hieronymus Prado.

Ingens Iudæorum ſuppliciũ propter Salomonis idololatriã

***Iſrael* pro tribu Iuda *Prado*.**

A Si autem numeres à 26.vel.27.anno Salomonis, cum videtur recta annorum computatione cœpiſſe corrumpi fœminarum alienigenarum conſuetudine, & ædificare templa Dijs illarum, inueniamus proculdubio præſcriptum illum annorum numerum vſque ad captiuitatem illam, & deportationẽm *Ioachim & matris eius, & Principum & Eunuchorum eius, Babylonem; & Nabuchodonoſor protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon Rex Iſrael in templo Domini, iuxta verbum Domini*.

Quod obſeruandum, facta *Salomonis* mentione, fieri ſtatim, mentionem *verbi Domini*, & prædictionis, ſeu comminationis diuinæ intentatæ ipſi Salomoni 3.Reg. 9. 6. *Si colueritis Deos alienos, auferam Iſrael de ſuperficie terræ*. & 2.Paralip. 7.20. *Euellam vos de terra mea, quam dedi vobis*. Quare ſubiungitur eodem loco.4.Reg. *Et tranſtulit omnem Ieruſalẽ, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem, & omnem artificem & cluſorem. nihilque relictum eſt exceptis pauperibus populi terræ*. Et quamuis quidem Sedecias regnauit poſtea vndecim annis conſtitutus à rege Babylonis; cuius anno nnno quod defeciſſet à rege Babylonis obſeſſa eſt Ieruſalẽ, & anno 11. capta, & euerſa, templum ſuccenſum.4.Reg.25.4. Tamen huius euerſionis & excidij initium fuit illa prior captiuitas ſub Ioachim. Ideo ab illa recurrendo vſque ad 26. vel 27. regni Salomonis, inuenies proculdubio *trecẽtos nonaginta annos iniquitatis*, & rupti fęderis, quod Salomon cum Domino pepigit, in templi dedicatione. Vt in ſubiecta perſpicitur tabella.

Cur facta mentione captiuitatis fieri mẽtionem Salomonis.

4. Reg. 24. 14.

Trecẽti nonaginta anni a peccato Salomonis vſque ad captiuitatem.

Ex Salomonis regni vniuerſi annis. 40. excipe. 13. ædificationis tẽpli, & 7. ædificij domus regiæ, & mœniorum Ieruſalem tum alios duos, quibus vrbes dirutas inſtaurauit, alias de nouo cõdidit: aliũ, quo regnans in pace, & curis vacuus, inuiſitur à regina Saba, & ab alijs orbis principibus, & regum legatis. Ex quibus cõſurgunt.23.ant.24. Tum otio diffluens, libidine corrumpi, & fęminis alienigenis cõſueſcere incipit, per vnum, aut duos annos. Iam ſenior factus, a fœminis ad idolorum cultum, anno.27. quibus ex 40. exceptis, remanent Salomonis regno. 13. plus minusve. Ergo ſic ſũmam conficito.

Salomon.	13.	*Ioathan.*	16.
Roboam.	17.	*Achaz.*	18.
Abias.	3.	*Ezechias.*	26.
Aſa.	41.	*Manaſſes.*	55.
Ioſaphat.	25.	*Amon.*	2.
Ioram.	6.	*Ioſias.*	31.
Ochozias.	1.	*Ioachaz menſes tres.*	
Athalia.	6.	*Eliachin.*	11.
Ioas.	40.	*Ioachin menſes tres.*	
Amathias.	28.	*Procul dubio fiunt anni*	
E *Ozias.*	52.	390.	

Vide igitur iam inde a Salomonis idololatria interminatam à Deo auerſionem Ieruſalẽ populi captiuitatem, & quæ deinceps excurrere cœperunt, incredibilis captiuorum abiectio, & Templi, atque vrbis excidium. Quanta igitur, & quã exaggerata illius idololatriæ nequitia, & inſania? & quantus error in principio, ex quo grauiſſima ad finem mala?

Denique, vt credibilis videatur error aliquis mẽtis, & ſtupidiſſima idolorũ opinio, quaſi illis ineſſet aliquid diuinum aut vtile, faciũt ea omnia, quæ ſuperius adduximus de hebetata mentis in- 6

Stupiditas ſeneſcẽtis Salomonis

in intelligentia per voluptates, de mentis vigore deflorescente, & marceſcente per ſenectutem; de ſtultitia, & furore per Satanam inducto; à diuina gratia deſtitutione commerita per alia peccata; vt Cyprian. lib. de vnitate Eccleſiæ dicebat: *Salomon poſtquam dereliquit vias Domini, perdidit etiam gratiam Domini, ſicut ſcriptum eſt, Excitauit Dominus Satanam ipſi Salomoni.* Et, ſi error demum ille idololatriæ ſtupidiſſimus, & ſtultiſſimus eſt; certè non omnino alienus ab eo cenſendus eſt Salomon, cui Eccleſiaſticus loco iam indicato *incitatiſſimam ſtultitiam* attribuit. — *Cyprianus.*

Tandem, quòd ſi non in huiuſmodi materias at in ſuo etiam peccato, & mulieris perſuaſione aliquem infidelitatis errorem incurriſſe ſapientiſſimum illud totius humani generis caput Adamum plurimorum patrum ſententia eſt, Tertulliani, Ambroſij, Auguſtini, Proſperi, Leonis, & aliorum, quos adducit Cardinalis Bellarmin. tom. 3. libro tertio de Adami peccato, cap. 6. — *Tertullian. Ambroſius. Auguſt. Proſper.*

CAPVT X.

Quot dijs, quo loco fana ædificauit Salomon.

Ad locum 3. Reg. 11. 7. 8. Aedificauit fanum Chamos &c. in hunc modum; Fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant Dijs ſuis.

1. *Ioſephus in hac Salomonis hiſtoria diminutus.* Fanum *quid propriè & vnde dictum.*
2. *Excelſa etiam vero Deo dicata. ſed tamen non omnino licita. Illuſtratus locus Regum & Ezechiel. Hebræi in excelſa procliues.*
3. Excelſum *quid. Aliquando in vallibus. Illuſtratus Ezechiel, Ieremias. Sed frequentius in montibus.*
4. Altare *vnde dictum? Ethnicis altaria marmorea. Illuſtratus Moyſes.*
5. *Salomonem plantaſſe lucos Idolis. Luci olim ſacri, & ſiue in vrbe, ſiue in montibus. Illuſtratus Dauid.*
6. *Lucorũ ſuperſtitio ſumpta ex vera Patriarcharum religione. Religioſa quercus Patrum. Illuſtrati Moyſes, Ioſue.*
7. *Quibus vſibus ſeruirent luci. Lucorum vmbra religioſa. Dij trunci informes. Superſtitio luminum, & domuncularum. Explicati Moyſes, & liber Iudicum. Quæ arbores ſacræ.*
8. *Aris impoſita ſtatua à Salomone plurimis plurima. Illuſtratus Iſaias, & Oſeas.*
9. *Mons offenſionis vnde dictus. Elegans paronomaſia. Illuſtratus Oſeas. Scandalum ex monte offenſionis, & perpetuum irritamentum. Explicatus Zacharias.*

I. Fanum. 3. Regum. 11. 7. Excelſa quæ ædificauit Salomon. 4. Reg. 23. 13.

A Mirum, quod *Iuſtinus de veritate Chriſtianæ religionis* [illegible] ſcripſerit: *mulieris Sidoniæ cauſa ad ſimulachrorum cultum delapſum Salomonem.* Cum perſpicuis verbis doceat nos ſacra Hiſtoria, non vnius, aut alterius mulieris alienigenæ; ſed vniuerſarum quas in conſortio & conſuetudine habuit, perſuaſioni, ad idololatriam pertractum: nempe vnum tantum fanum vni Deo, ſed plurima plurimis erexiſſe. Baſilius item epiſtol. ad Chilonem, vnam item tantum *muliercula nominat, quam ad inſaniam vſque deperibat*, ſed ego ſingulare pro plurali poſitum dicebam. — 1 *Iuſtinus.* *Baſilius.*

B Quamuis autem Ioſephus nullius fani, vel templi, à Salomone idolis erecti mentionem fecerit contentus ſcripſiſſe profeſſum fuiſſe religionẽ, ritusque profanos; certè dubitari non poteſt *ædificaſſe* in Deorum honorem. — *Ioſephus in hac hiſtoria diminutus.*

At quid illud tandem, quod *ædificauit*, & quod Latinus interpres *fanum* vocauit? *Fanum* autem ex proprietate Latina idem eſt quod Templum, cuius inuentor Faunus, à quo [illegible] & oracula reddere Dij ſolebant: tamen ex vſu ſacri ſermonis, & ex proprietate vocis originalis *Bama* proprié legerunt Septuaginta *excelſum*, in quo quia vel Deo vero vel falſis numinibus ſacrificia & cultus adhibebantur, *excelſa* vſurpari cœperunt pro loco aliquo religioſo, & ſacrificijs adorationique dicato. — *Fanum quid. Excelſum.*

C Fuiſſe verò huiuſmodi excelſa non ſemper idolis dicata, ſed quandoque etiam veri Dei cultui & ſacrificijs, frequens eſt Patrum & interpretum ſententia. Auguſtini, quæſt. 56. in lib. Iudicum. Theodor. 3. Reg. quæſt. 12. vbi Procopius, Nicolaus, Abulenſis, Caietanus, & alij. 3. Reg. 3. & interpretes. Io. 4. 20. ſuper id: *Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet*, quos adduximus lib. 5. c. de templo. ſect. 1. Id quod apertè oſtenditur ex Salomonis geſto 3. Reg. 3. 2. & 4. qui *adorabat in excelſis*, eo ipſo tempore, quo Deum maxime diligebat, & quod altare Moſaicum vocetur *excelſum maximum*. — 2 *Excelſa aliquãdo dicata vero Deo. Auguſt. Theodoret. Procopius. Nicolaus. Abulenſis. Caietan.*

D Tum etiam ex aliorum regum religione & pietate commendata in Scripturis, qui tamen *excelſa nõ abſtulerũt.* Vt de Aſa 3. Reg. 15. 12. qui purgauit vniuerſas ſordes idolorum; tamen verſ. 14. *excelſa non abſtulit.* Idemque de Amaſia, Azaria, Ioathan, & alijs intelligendum, qui excelſa non abſtulerũt. Quamuis ſanè eiuſmodi excelſa non oblata, pertinuiſſe ad cultum idolorum, non verò veri Dei ſentiat Hieron. ſuper id Oſeæ. 4. 13. *ſuper capita montium.* &c. & poſt illum alij. — *Excelſa nõ ablata à pijs regibus, quæ. Hieronym.*

Sed tertio tamen obſeruandum, etiam ſi in quibuſdam excelſis Deo vero ſacrificaretur, ſed tamen nomen *Excelſorum* in ſacro ſermone ſuſpectum eſſe falſæ religionis; & malè audire; vt conſtat ex illa expoſtulatione Dei cum populo, Ezech. 20. 29. *Quid eſt excelſum ad quod vos ingredimini; Et vocatum eſt nomen eius excelſum vſque ad diem hanc.* quo loco Septuag. vocem originalem retinentes, legerunt. *Quid eſt Abama, quia vos intratis illuc? & vocauerũt nomẽ eius Abama vſque in præſentem diẽ.* Quo loco Hieronymus, & Theodoretus ex Symmacho *Bama* iuxta Hebreum legendum putant. Et quamuis Apollinaris & Theodoretus de inſigni aliquo *Excelſo* interpretari videantur; tamen Hieronymus in vniuerſum de omnibus excelſis accipere videtur. (*Que tienen eſtos alto, q̃ aſi os vais a ellos? y a q̃ pro* — 3 *Excelſum male audire in ſacris.* E *Hieronym. Theodoret. Apollinar.*

poſito

poſito corre entre voſotros eſta palabra de altos, dẽde vueſtros antepaſſados haſta el dia de oy, que la queria ver deſterrada dentre voſotras. Vbi eleganter

Vatablus.

Vatablus, & Iſidorus, quod deſumpſerunt ex R. Dauid: *Ego conſtitui vobis locum, vbi ſacrificaretis nomini meo: & quis igitur præcepit vobis facere excelſa, & ſacrificare ibi, niſi, quod à gẽtibus hoc didiciſtis?* Et addit peculiariter Iſidorus; *Adeo placuerũt illis excelſa, vt etiã ſi quid mihi offerẽdũ cẽſerẽt, illud cauſa breuitatis, vocauerunt excelsũ.* Quod nomẽ execratur Deus, atque adeo etiã rẽ ipſã peractam in excelſis, vt intelligere videtur Kaldæus; *& dixi eis, quod eſt excelſum, ad quod vos venitis, vt ſtulta agatis ibi?* Vide Hier. Oſeæ 4.13. in id, *Super capita mõtium*, &c. vbi diſſerens de illa ipſa voce originali *Bamoth*, ait, Deũ præcepiſſe ne ſacrificaretur niſi in loco, quem ipſe elegiſſet, *Ne ſcilicet paſſiua & voluptuoſa religio auſteritatẽ veritatis & veræ religionis euertat; è cõtrario Iſrael ſacrificabat in mõtibus, excelſa terræ diligens loca, quaſi excelsũ reliquerat Deũ.* Denique nunquã nomẽ *excelſi* ad laudẽ dicitur in ſacro ſermone, niſi ſemel tantum 3. Reg. 3. 4. vbi de *excelſo Gabaõ*, in quod aſcẽdit Salomõ, & adhuc id ob ſtioe aliquorũ interpretum varietate, vt ſuperius li. 3. dicebamus. Vide etiã lib. 5. c. 5. vbi dicebamus peccatum fuiſſe extra templum ſacrificare, quamuis vero Deo.

Kaldæus. Hieronym.

Vnde ratio & notio excelſi.

Cùm autẽ ipſum nomen afferat illam loci celſitudinem, quam diximus; alij dicunt ideo ſic dictum, quòd gentes in montibus excelſis, & ſublimibus collibus ſacrificare ſolerẽt frequẽtiſſimè: quamquã etiam aliquando in vallibus, vt elegãter notatur illo Ezech. 6. a. vbi populi ſuperſtitio frequens in *excelſis* perſtringitur, aliquando in vallibus. *Mõtes Iſrael audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, & rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdã excelſa veſtra, & demolietur victimas veſtras, & confringentur ſimulachra veſtra.* Vbi non ſolùm nomine *vallium*, ſed etiam nomine *rupium* intelligi loca humilia, & conualles nemoroſas interiacẽtes inter duos mõtes, aut duas rupes, indicat Hieronymus. Tũ præterea Ierem. 7. 31. in *valle Topheth* cõſtituũtur *excelſa*, vt mox videbimus: Sed tamen frequentior ſuperſtitio in montibus, & illa tam ardens populi concupiſcentiã mõtium & collium, quã notabat Ezechi 20, 21. vt paulo antè exponebamus, vide. Hieron. ad id Oſeæ 4. 13. *ſuper capita mõtium*, & Iſaiæ 57. 7. *ſuper mõtem excelſum*. Auguſtin. in Iudic. quæſt. 37. & quæ adduximus li. 5. c. 5. Sect. 1. de Teplo: Hinc illa tam frequens, & tam vehemens omniũ prophetarum execratio Montium & colliũ ſub perſona *Meretricis* in omni colle excelſo, & frondoſo. Quare ipſi montes & colles religioſi videntur vocari *Excelſa*, Nume. 22. 41. *Deduxit eum ad excelſa Baalim, & inde intuitus eſt extremam partem populi.* vbi quamuis Septuag. legerint: *Aſcendere fecit ad ſtatuam Baal*: & ex Græco legi poſſit, *ad columnam*, tamen ex Hebræo Kaldæus & Vulgatus propriè legerunt, *excelſa* (Bamoth) ſic exigente opportunitate deſpectandi populum è loco ſublimi. Quare hæc loca excelſa manifeſtè diſtinguuntur ab aris, & ſtatuis, 3. Reg. 14. 23. *ædificauerunt ſibi aras & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum*, & ſimiliter 4. Reg 23. 8. Alij verò *excelſorum* appellationem referũt ad Baſilicam; aut ædem ſacram, quam templum aut delubrum vocãt, præcelſum & magnificum; vbicumque tandem erectum eſſet. Quo videntur reſpexiſſe Septuagint. 4. Regu 23. 13. *excelſa ædificata*

Nõ ſolum in montibus ſed etiã in vallibus ſacrificatũ à gentibus.

Frequentiùs in mõtibus.

Hieronym.

Auguſtin.

Excelſa diuerſa ab altaribus.

Excelſum Baſilica.

à Salomone interpretãtes *domũ*, & Vatab. Leuit. 26. 30. ſuper id, *Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringa*, annotat, vocem Hebræã ſignificare *ædes constructas ad cultũ idolorũ*, & eò videtur reſpexiſſe Latinus interpres vertens hoc loco *fanum*, quod eſt ædes & templum.

Sed tandem alij *excelſa* dici voluerũt, loca, in quibus ſublimia altaria erigebantur, ſuper quæ etiam eleuabantur in altum, & imponebantur ſacrificia, quę nomen etiam habent ab eleuatione. Sic Ieremiç 7. 31. ponũtur excelſa in *Topheth*, qui erat locus profundus & vallis gehẽnæ: *ædificauerũt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennõ.* Et cũ dicuntur *deuaſtata*, *excelſa* aut *ablata* 4. Regũ 23. 13. Leuit. 26. 30. Oſeæ 10. 8. *& deſtrui*, aut *deuaſtari*, Amos. 7. 9. Ezech. 6. 3. & dirui *excelſa portarũ*, 4. Reg. 23. 9. certum eſt ſermonem eſſe non de ipſis collibus, & montibus; hi enim, neque diſſipabantur, neque deuaſtabantur; ſed quæ in illis erant altaria erecta.

Excelſa pro altaribus.

Ierem. 7. 31

4 Et quidem Altaris nomen Latinum, ab altitudine dicitur: teſte enim Iſidoro lib. 15. Altare eſt quaſi alta ara, licet Feſtus velit *altare* non eſſe aram quorumcumque Deorum, ſed in quo Dijs ſuperis ſacrificaretur, quibus proinde aræ ſuperiores & celſæ erigerentur, ſicut Dijs terreſtribus in terra, Dijs verò inferis in effoſſa terra, aut in antris ſacra fiebant. Et pro diuerſitate locorum, quibus credebantur numina præſidere, ſtatuebantur aræ, vel in montibus, vel in vallibus, vel ad flumina, &c. ſicut & Syri pro ſua ſuperſtitione dicebãt, 3. Reg. 20. 23. 28. *Dij montiũ ſunt Dij eorũ, ideo ſuperauerunt nos: ſed melius eſt, vt pugnemus contra eos in cãpeſtribus, & obtinebimus eos.* Illud etiã peculiare annotat Vatabl. Ezech. 20. 29. *Bama* propriè eſſe altare valde excelsũ, ad quod per gradus aſcẽdebatur, quale fortè prohibetur à Deo, Exod. 20. 26. *Non aſcẽdes per gradũ ad altare meum.* Et fortè quale etiam templum deſcribitur Iunonis à Poeta,

Iſidorus. Altare vnde dictum.

Diuerſa loca ad diuerſorum Deorũ cultum.

Vatablus.

—Domus opulentum & numine diuæ,
Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nixæque
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Virg. Aene id. 1.

Ego ſanè in hoc noſtro loco *fanum* intelligo excelſum, porro excelſum, aram, altareve erectum ad Deorum cultum; ſed magnificum & regale; & non niſi ex marmore aut lapide: hic enim videtur fuiſſe gẽtium ritus, vt aras lapideas ac marmoreas erigerent ſuis numinibus, ſicut & canebat Poeta:

Marmoreas ſtant ſidua eanum ſimulachra per aras.

Priſcæ aræ lapideæ.

Proptetea enim vt ab illis diſcernerent Iſraelitæ pcepit Deus, Exodi 20, 24. *Nõ fac etis Deos argẽteos nec aureos. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſup eo holocauſta*, &c. & infertur, *Si altare lapideũ feceris mihi, nõ ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Vt enim obſer. D. Th. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 7. & 3. p. q. 83. art. 3. ad 5. *Gẽtiles idolis cõſtruebãt altaria ornata, & ſublimia.* Atque adeo magnificã fuiſſe molẽ illam altaris, quã rex Achaz vidit in Damaſco, ſimilemque extruendam curauit in Ieruſalem 4. Reg. 16. 10. nemo dubitabit. Ergo plurima altaria marmorea, & ſublimes aras extruendas curauit Salomõ, plurimas enim poterat capere mons ille oliuarũ. Quamquam Septu. 4. Reg. 23. 13. *domum* aliquam aut ædẽ legant, & intelligant pro excelſis ædificatis à Salomone. Caietanus in vniuerſum intelligit *ſtructuram idoneam ad idolorũ cultum*: quæcumque tandem illa fuerit, ſiue altaria tantummodò, de quibus dubitari non

Cur altare de terra voluerit Deus.

D. Thomas

Altaria erecta á Salomone.

An ædificata idolis ędes aliqua Caietan.

poteſt, ſiue prætereà etiam templa, aut delubra, aut ſacella, aut ſacraria, & fana, ædeſve magnificentiores, de quibus dubitari meritò poteſt. Sed rem in medio relinquo.

II. Luci & nemora vel plantata à Salomone, vel dijs conſecrata.

5 IN lucis & nemoribus Salomonem erexiſſe altaria, & ſtatuiſſe ſtatuas, videtur certò colligi ex illo 4. Reg. 23. 14. vbi de Ioſia: *Excelſa quæ ædificauerat Salomon, polluit Rex, & contriuit ſtatuas. & ſuccidit lucos.* nam ea omnia referuntur ad Salomonis excelſa. Tum etiam probat priſcus ritus. nam non minùs quàm altarium & excelſorum antiqua *lucorum* ſuperſtitio. Exod. 34. 14. *Aras eorum deſtrue: confringe ſtatuas, lucóſque ſuccide.* Idem Deuter. 7. 5. & cap. 12. 3. & 16. 21. *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini tui, nec facies tibi, &c. quæ odit Dominus Deus tuus.* Nihil frequentius in ſacra hiſtoria quam luci, vel plantati ab impijs, vel ſucciſi à ſanctis regibus: atque perinde prophetæ lucos & ligna frondoſa, ſicut aras inſectantur. Sic ſæpe à Poetis ſacri luci, & quos cædere, aut temerare, ne fas ſit, propterea incædui. Qualem deſcribit Poeta 1. Aeneid.

Luci conſiti idolis.

Prophetæ inſectãtes lucos, & ligna frõdoſa.

Virgilius.

Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra:
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Seruius.

Vbi Seruius obſeruat vbicumque Virgilius *lucũ* ponit, ſequi etiam conſecrationem. Ac neſcio quã ex vmbroſa illa profunditate concipiebant deluſi præſentiam numinis, vt ille dicebat.

Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra,
Quo poſſis viſo dicere, numen ineſt.

Ouidius 3. Faſt.

Et quamuis ſanè templum illud Iunonis in media vrbe ſimul cum luco deſcribatur à Poeta, quippe Dijs tutelaribus Ioui & Iunoni in media vrbe tẽplum conſtituebãt, vt teſtatur Vitruuius, vnde mœnia conſpici poſſent; ſimiliterque Belus Babyloniorum Deus, templum lucũque media in vrbe habuit. Quò videtur ſpectare illud Pſalm. 137. 3. *In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.* Nam illud *eius* videtur ad Babylonem referri, vt intelligere videtur Campenſis. Cùm autem auctore Herodoto libr. 1. prope Euphratem, qui Babylonem interfluit, in medio vrbis Iouis Beli templum fuerit, ſalicetum illud videtur eſſe lucus Ioui conſecratus, & religioſus. Quamuis inquam hæc ita ſint: at lucos non vrbanos, ſed rurales è regione vel vrbium, vel villarum conſitos & præcipuè cultos, colligere, eſt, vt qui potiſſimùm ad montes & colles cõſiti fuiſſent. Quid enim tam frequens, quàm lucorũ & ſuperſtitioſarum arborũ ſimul cum montibus & vallibus coniunctio in Scripturis: tum etiã & apud profanos? Quare & hunc quoque Ethnicæ ſuperſtitionis ritum ſeruauit Salomon in monte qui eſt contra Ieruſalem, fanum ædificauit, aras erexit, lucos conſeuit.

Vitruuius.

Quibus dijs tẽpla in media vrbe.

Campenſis. Herodotus.

Salicetum ad templũ Iouis Babylonij.

Luci Deorum extra vrbes.

Sed, vt obiter illud quoq; dicamus, ſicut 1. Machab. 3. 48. *Gẽtes de libris legis ſcrutabãtur ſimilitudines ſimulachrorũ ſuorum,* nimirũ traducẽdo ſacros Dei colẽdi ritus ad falſorũ numinũ cultum; ſic ſanè & priſcam primorum Patriarcharũ religionem colentium verum Deũ in lucis, & arboretis, locíſque opportunis ad ſilẽtium, & Deo vacandum, ſicut ſcriptũ eſt: *Egreſſus eſt Iſaac ad meditãdum in agro,* ad vaniſſimã idolorum ſuperſtitionẽ trãſtulit deluſa antiquitas, Dæmonis inuidia diuinos ſibi honores æmulantis, & arrogantis. Ergo iam inde à primo parente ſacrum illud nemus & paradiſus voluptatis Dei manu conſita, tradita ſunt primo homini tanquam primo ſacerdoti, & templi illius nemoroſi cuſtodi, *vt operaretur, & cuſtodiret illud.* Et fortè verbum illud operandi, quod in originali eſt *Ghabad*, & propriè ſignificat operari ſeruiendo & miniſtrãdo, ad rem diuinam referri poteſt, cùm ab eodem verbo dicantur ſacerdotes *ſeruire in tabernaculo*, Num. 18. 23. Et prætereà dicatur homo *Deo ſeruire* ſacrificando, vel adorando. Deut. 10. 12. & 29. 4. Exod. 20. 5. 1. Reg. 26. 20. Paral. 34. 33. Et in hoc nemore ſacram ſibi peculiariter Deus voluit *arborem ſcientiæ boni & mali*, omninòque intactam. Poſtea *Abraham plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Dei æterni.* Vbi OnKelus legit: *& orauit ibi in nomine Domini Dei æterni.* Vbi Targum Ieroſolymitanum apud Lipomanum ſic legit: *Abraham* (inquit) *hortum plenum optimis fructibus plantauit, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat; nihil aliud exigens pro pretio, quàm vt ſcilicet orbis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cæli & terræ, cuius ſolius donum eſſet, quidquid comediſſent, vel bibiſſent. Sicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos, dimittebat.* Et Caietan. diſertis verbis ait fuiſſe nemus illud, tãquam templum, & oratorium tam Abrahæ quàm alijs colentibus verum Deũ. Deinde verò videtur etiã Iacob ſacraſſe *quercum* ſummo Deo. Gen. 35. 8. ex cõtextu enim videtur ſub ea quercu Deus illi apparuiſſe, nam ſequitur ſtatim *Apparuit iterum Deus Iacob,* &c. & confirmari poteſt ex Ioſue 24. 26. Vbi Ioſue *tulit lapidẽ pergrandem, poſuitque eum ſubter quercũ, quæ erat in ſanctuario Domini.* Vbi vides, quercum, ſiue quercetum, eſſe ſacrum Deo, & ſanctuarium. Quam *quercum* eſſe eandem ſub qua terebinthi nomine Iacob infodit idola ſuæ familiæ, Geneſ. 35. eſt Hebræorum traditio, quàm admittit libenter Maſius eo loco; & addit prætereà candem ipſam eſſe quercum, ad quam conſedit Abraham, Geneſ. 12. 6. cùm dicitur perueniſſe ad *Conuallem illuſtrem;* quæ in Hebræo dicitur *Elon moreh. Elon* autem eſt nomen quercus aut terebinthi, de quo vide eundem Maſium Ioſ. 8. num. 30. & 31. & ſimiliter videtur fuiſſe religioſa quercus, aut quercetum illud ſub quo apparuit Angelus Domini Gedeoni. Iudic. 6. 11. atque in eodem loco videtur fuiſſe ara, in qua oblatum eſt ſacrificium, ſubditur enim v. 19. *Tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei: cui dixit Angelus; Pone ſuper petram illam,* &c.

Lucorum origo & religio vnde.

Gen. 24. 63.

Hortus voluptatis inſtar tẽpli & luci.

Gen. 2. 15.

Operari quid propriè.

Seruire dictũ de miniſterio ſacro.

Gen. 21. 33.

OnKelus.

Lipoman.

Abraham docens in nemore.

Caietan.

Deus apparens ſub ſacra quercu.

Hebræorũ traditio de Iacobi Terebintho.

Maſius.

Conuallis illuſtris.

Quercus Gedeonis.

Fuit quoq; ſimul nemoris, & arboris alicuius religioſæ vſus ad ſepulchrũ, quod violare non licebat. Vt conſtat ex Gen. 35. 8. vbi ſepelitur Debora *ſubter quercũ,* & 1. Regũ 31. 13. Habitatores *Iabes Galaad ſepelierũt oſſa Saul, & filiorũ eius in nemore Iabes,* & 4. Reg. 23. 15. 16. *ſuccenduntur luci,* & effodiuntur *oſſa de ſepulchris,* quæ erãt in monte, & *comburuntur ſuper altare* à Ioſia. Seruiebant etiam ad inaugurationem Principum, vt cõſtat Iudic. 9. 6. *Conſtituerunt regem Abimelech iuxta quercum, quæ erat in Sichem.* De quo diximus plura vbi de inauguratione Salomonis ad fontem Gihon, lib. 2.

7 Luci & arbores ad ſepulchra.

Regũ inaugurationes ad nemora.

Sed iam hæc omnia tranſtulit Dæmon ad ſuũ cultũ, & idolorum impietatem; Occupans montes, colles, valles, torrẽtes, nemora & arbores frõdoſas, & opacas. Sicut dictum Iſaiæ 57. 5. *Qui conſolamini*

Dæmon trãsferens nemora ad ſuperſtitionem.

A ſolatis in Dijs ſubter omne lignum frondoſum, Immolantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes petras, in partibus torrentis pars tua. Hic ergo ſita templa continebat priſca ſuperſtitio. Plin. lib. 12. cap. 1. Hæc fuere quondam numinum templa: priſcoque ritu, ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant: nec magis auro fulgentia, atque ebore ſimulachra, quàm lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus, & de Germanis nominatim ſcribit Tacitus li. 1. de Moribus German. lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident. His ſimulachra Deorum addita, id eſt, ſtatuæ, ex ſtipitibus rudibus, & impolito robore, vt deſcribit Lucanus in obſidione Maſſiliæ.

Plinius. *Tacitus.* *Lucanus.* Idola ruſtici rudes.

B *Lucus erat longo numquam violatus ab æuo,*
Arboribus ſuis horror ineſt: tum plurima nigris
Fontibus vnda cadit, ſimulacraque mœſta Deorum
Arte carent, cæſiſque extant informia truncis:
Ipſe ſitus, putrique facit iam robore pallor
Attonitos.

Sed exprobrat Claudianus de laud. Stilic. lib. 1.

Claudian.

Vt procul Hercyniæ per vaſta ſilentia ſyluæ
Venari liceat, & robora numinis antiqui
Barbarica, noſtra feriant impune ſecures.

Sed ridet Iſaias 44. 19. *Medietatem eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes,*
C *& comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam?* Vbi quamuis Septuag. dixerunt, *Reſiduum fecit in Deum ſculptum*, tamen truncum rudé, & impolitum videtur ſonare vox originalis, & quem terra producit. *Vn tronco como ſe nace en el monte.* Quamquam non dubitem quin poſtea etiam varijs Deorum formis ſculperentur ex ligno, ex marmore, & funderentur ex ære & metallis: ſicque adderentur aris lucorum. In quam rem vtitur hoc loco Hieron. illud Horatij 1. ſerm. Satyr. 8.

Hieronym.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Priapum,
D *Maluit eſſe Deum.*

In his lucis religioſa ſepulchra, vt obſeruat Seruius 9. Aeneid.

Seruius.

luco tum fortè parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.

Et confirmat pro Milone Cicero: *Vos enim Albani tumuli, atque luci, vos inquam imploro, atque obteſtor.* ſic more Ethnicorum Hebræi ſepeliebantur in lucis idolorum, vt ſuperius ex 4. Reg. diximus, de contaminatis ſepulchris & ſuccenſis lucis a Ioſia. Ezech. 6. 13. *Cum fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum, & ſubtus omne lignum nemoroſum*, &c. Ierem. 2. 34. *In alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperum, non in foſſis inueni eos, ſed in omnibus quæ ſupra memoraui.* Vbi Septuag. legunt. *Non in foſſis inueni eos, ſed in omni quercu:* q.d. impios Hebræos occidere prophetas, deinde, illis extruere magnifica ſepulchra in ſuis lucis, ſicut dicebat Chriſtus Dominus, Matth. 23. 29.

Cicerò. Sepulchra Hebræorũ in lucis.

In his quoque epulæ ſuperſtitioſæ quæ notantur, Iſai. 66. 17: *In hortis comedebant carnem ſuillam, & abominationem*, &c. Atque ſemper cum idolorum ſuperſtitione coniuncta fuiſſe impuriſſima conuiuia alias diximus. Denique ibi à Dæmone petebant reſponſa, ibi accipiebant. Quæ omnia euincunt, Salomonem, vel in lucis fana, & aras conſtruxiſſe, vel certè plantaſſe ritu profano. Sed illud potiſſimum, quòd luci & nemora idolorũ ſeruirent ad impudicitias, & operibus tenebrarum.

Superſtitioſa in lucis conuiuia. Luci ſeruientes libidini.

A tiam vmbram potiſſimum, atque tenebras in his lucis tenebroſis quærebant. Sicut Oſeæ 4. de hac ipſa re dicebat Hieronymus. *Vmbram quærentes deſeruerunt veritatem.* Tum præterea, *quod paſſiua & voluptuoſa religio auſteritatem vnius & veræ religionis euerterat.* Inter vmbras enim, & tenebras impuris voluptatibus obſequebãtur. Quod in hac ipſa re indicauit Philo, lib. de Monarchia 2. initio, vbi de Templo Ieroſolymitano ſcribit: *Lucus nullus eſt intra eius ambitum, quia lex id multis de cauſis vetuit: primò quoniam verum templum*
B *non amœnitates poſtulat, ſed ſeueram caſtimoniam, præterea quòd denſa ſyluarum ædificia conueniant, ex latebris præuaricatem & inſidiarum occaſionem, quærentibus*, &c. Ergo vmbra & opacitas res in illis lucis atque locis in primis diuina: *Si tibi occurrit* (inquit Seneca, epiſt. 41.) *vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cæli, denſitate ramorum, aliorum alios protegentium, ſubmouens illa proceritas ſyluæ, & ſecretum loci, & admiratio vmbræ in aperto tam denſæ, atque continuæ, fidem tibi numinis faciet.*

Philo. Cur nullus in templo Ieroſolymitano lucus. *Seneca.*

Quod ſi in his lucis priſca illa ſuperſtitio luminarium, tum etiam velaminum, aliorumque donorum, quibus ſuperſtitioſiſſimæ fœminæ arbores & nemora exornare ſolebant; quàm frequẽtes ibi lucernæ lucebant? quanta domuncularum, aut aliorum tegumentorum copia, & cura?
C quanta donorum opulentia ſub rege opulentiſſimo? De primo, nomen ipſum admonet, dictum *lucum*, quòd ipſe per ſe careat luce, & propterea lucernis appenſis luceat. De ſecundo, videtur id 4. Regum 23. 7. Cum Ioſias *deſtruxit ædiculas effœminatorum, pro quibus mulieres texebant, quaſi domunculas luci.* Vbi Septuaginta, Complutenſes, legunt; *Deſtruxit domum miriarorum, quæ in domo Domini, in quo mulieres texebant ibi ſtolas luco.* Et fortè de his ſiue *domunculis*, ſiue velaminibus arborum loquitur Arnobius, cum li. 5. vbi de Acdeſti interfecto loquitur, *Quid lanarum vellera, quibus arbores colligatis, & circumuoluitis ſtipites? nonne illarum repetitio lanarum eſt, quibus iam*
D *deficientem conteit genitrix Diuum; & reparis aliquid vana eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus?* & quidem tabula ea Acdeſtis corpus [illegible] ſimiliter res quam peragebant, aut patiebantur effœminati ſub his domunculis ad truncos arborum, ſubijcit deinde Arnobius: *Quid compti violaceis coronis, & redimiti arboris ramuli? Nonne illud indicant, vti mater primigenijs floribus adornauerit primum miſerabilis indicem teſtimoniumque fortunæ?* De tertio, id eſt, de *donis & anathematis* ex ramis luci ſuſpenſis, res permulgata. De quo Arnobius lib. 1. *Venerabar* (ò cæcitas) *nuper ſimulachra, veternoſis in arboribus tænias.* Fortè de hoc Lucanus lib. 1.

Lucernæ, & domunculæ in lucis Salomonis. *Lucus vnde dictus.* *Arnobius.* Acdeſtis fabula. Anathemata ſuſpẽſa ex arboribus. *Arnobius.* *Lucanus.*

Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuuias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona ducum, nec iam validis radicibus hærẽs,
Pondere fixa ſuo eſt, nudoſque per aëra ramos
Effundens, trunco, non frondibus efficit vmbrã.
Sed quamuis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſyluæ firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur.

Sed eleganter Silius de luco Feroniæ.

Silius.

Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco,
Fama eſt intactas longæui ab origine Fauni
Creuiſſe in medium congeſtis vndique donis,
Immenſas per tempus opes.

Luci Salomonis opulenti.

Ergo lucos illos Salomonis opulentiſſimos non per tẽpus, ſed ſubitò fuiſſe,quis dubitet, vbi tot fœminæ opulentiſſimæ, ambitioſiſſimæ,ſuperſtitioſiſſimæ?

Ex quibus arboribus luci à Salomone conſiti. *Philo.*

Quòd ſi roges,qui luci, aut ex quibus arboribus plantatis à Salomone in illo monte oliuarũ: an ex oleis: an ex alijs arboribus fructiferis: an ex ſylueſtribus: certè res incerta. Philo.li.de Monarchia,indicat,tum ex frugiferis,tum ex ſylueſtribus conſtitiſſe lucos. Apud Hebræos idololatras, illæ arbores erãt & in vſu,& in pretio,quas Oſeas,4.13. aſſignat: *Subtus quercum,& populum, & terebinthum, quia bona vmbra eius*. Sed ſatis de lucis,nunc de altarium ſeu excelſorum numero, quæ ædificauit Salomon.

III. *Excelſorum, & ararum diſpoſitio & numerus.*

8 Statuæ à Salomone impoſitæ aris.

SEd erant ne ſacra illa,& altaria tantum dijs ſacrata, non etiam cum ſtatuis,quas effingi,aut ſculpi curauerit Salomon? Certè non vacua illa fana fuerunt, neque nudæ aræ,ſed erectis etiam ſtatuis conſpicuæ. Nam præterquam quod,cum dicitur *ædificatum idolo Chamos*, &c. non ſignificatur ara aut ſacellum nudum & vacuum ſtatua (quamquam & fuerunt apud Ethnicos aræ vacuæ) & certè locus ille 4. Reg. nuper adductus id clarè docet. Ad Salomonem enim illa omnino referuntur, *quæ Ioſias abſtulit, & contriuit ſtatuas*, &c. *ſtatua* autem eo loco dicuntur à verbo *Iatſab*, quod eſt erigere aut conſtituere. Quæ ſi erant ex ære, conflatiles; ſi ex ligno aut lapide, ſculptiles. Galatinus verò lib.4. c.24. exiſtimat, Salomonem nunquam effinxiſſe idola, ſed quia vxoribus, & concubinis effingentibus aſſenſum præbuit, eum effinxiſſe, ſcriptum eſſe. Ego verò exiſtimo non minus illum curaſſe, aut iuſſiſſe ſtatuas fieri,quàm altaria; neque minus hæc,quàm ipſum quoque ipſis Dijs cultum impendiſſe.

Statua vnde dicta. Galatini opinatio non probata.

Vnius tantùm tẽpli facta mentio,altariũ multorum

Sed quod ad templorum & altarium numerũ ſpectat, numero multitudinis *excelſa* ædificata à Salomone, *ara*, & *ſtatua* recenſentur, 4. Reg.23. non item *fanum*, templumvè. Potuit ergo fieri, vt vel vnico templo plurimæ plurimorum diuerſorum aræ continerentur.quod indicat lectio Septuag. vnius tantum *domus* mentione facta. *Domum, quæ ad faciem Ieruſalem, quæ à dextris montis Moſtath, quam ædificauerat Salomon Aſtartha, offendiculo Sidoniorum, & Chamos, offendiculo Moab, & Moloc, abominationi filiorum Ammon, contaminauit rex*. Nam & apud Ethnicos Pantheon fuit Deorum omnium; & duobus, vel pluribus Dijs vnum templum, vnumvè altare non rarò conſtruxerunt: ſed non, niſi inter Deos illos peculiaris aliqua rerum cognatio interceſſiſſet: vt quòd Mercurius lyræ, Apollo citharæ inuentores fuiſſent, communem illis aram erexerunt Græci, vt auctor eſt Pauſanias in Eliacis: Hercules & Muſæ communem aram habuerunt, quòd ille docuiſſet Euandrum litteras, vt tradit Plutarchus in Quæſtionibus Romanis quæſt.59. alijque ſimiliter bini, aut terni propter rationem aliquam.

Pluribus dijs vnum templum & vnum altare. *Pauſanias.* *Plutarch.*

Singula tẽpla ſingulis dijs ædificata à Salomone. *Nicolaus. Caietan. Abulenſis. Hugo. Dionyſius.*

Sed cum illarum fœminarum Dij, nulla peculiari ratione coniuncti videantur, veroſimilius exiſtimarunt Nicolaus, Caietanus, Abulenſis, Hugo Carrenſis, Dionyſius, Dijs ſingulis ſingularum nationum, ex quibus vxores eſſent, ſingula templa erecta, non quidem omnia magnificẽtia,& amplitudine æqualia, ſed pro celebrioribus idolis, & pro amantioribus fœminis præſtantiora & ſplendidiora. Porro Abulenſis ſummum dicit *ſex templa*, quot erant nationes diuerſæ, ac diuerſi Dij fœminarum alienigenarum; Aegyptiarum,Moabitarum,Ammonitarum,Idumæarum, Sidoniarum, & Hethæarum. Ego multo plures aras extructas ſuſpicor; cum enim tres nominatim ſcribantur, Aſtarthe, Moloc, Chamos, multo plures comprehendi ſub illa amplitudine, *vniuerſarum vxorum* alienigenarum cenſeri oportet: multo item plures nationes fuiſſe, ex quibus vxores comparauerit.

An ſex tantum altaria & templa ædificata à Salomone.

An vnius tantũ idoli vnicum itidem altare.

Quod deinde illi iidem interpretes addunt, vnicum tantum fanum fuiſſe pro vniuerſis vxoribus vnius nationis,atque generis: potuit quidem eſſe; ſed neceſſarium non eſt ita fuiſſe: potius veroſimile multiplicatis altaribus, & erectis paſſim aris, vnius ſui idoli ab eiuſdem gentis & generis fœminis, ſiue in monte Oliuarum, ſiue in vrbe, ſiue publicè in plateis, ſiue priuatim domi, plenam extitiſſe Ieruſalem: ſicut, & Iſaiæ tempore cap.57.8. *Poſt oſtium & retro poſuiſti memoriale tuum*,&c.Quod prouerbiali loquutione ſignificare poteſt rem frequentiſſimam,& paſſim obuiam (*A cada rincon y en cada cantillo.*) Sicut etiam in Scriptura *Baalim*; plurali numero ſignificantur,quaſi plures Baal;& Aſtharoth, forma & ſignificatione plurali, quaſi plures *Aſtarthes*; quod obſeruauit Auguſtinus in Iudic. quæſt. 16. vbi plura Iunonis ſimulachra, plura item Iouis ab Iſraelitis culta exponit. Cuius rei imaginem quandam Romanę ſuperſtitionis,priſcis Hebræorum ſimilis, deſcribit Hieron. in illud Iſaiæ 57. *ſuper montem*, &c. *Nullus* (inquit) *fuerit locus, qui non idololatria ſordibus inquinatus ſit; in tantum, vt poſt fores domorum idola ponerent, quos domeſticos appellant lares: & tam publicè quàm priuatim animarum ſuarũ ſanguinem funderent. Hoc errore, & peſſima conſuetudine vetuſtatis, multarum prouinciarum vrbes laborant: ipſaque Roma orbis domina in ſingulis inſulis,domibuſque Tutelæ ſimulachrum cereis venerans, ac lucernis,quam ad tuitionem ædium iſto appellant nomine, vt tam intrantes, quàm exeuntes domos ſuas inclyti ſemper commoneantur erroris*. Sicut ergo poſtea Roma nullam non admittebat ſuperſtitionem, & vnica vrbs tot recipiebat Deos, quot in vniuerſi imperij prouincijs colebantur: ita fieri potuit,vt cum Hebræorum gens ad omnem idololatriam fuerit proiectiſſima, ac poſtea ferè tot fuerint diuerſa idola culta ab Hebræis,quot ciuitates,conquerente ipſo Deo, de multiplicatis auerſionibus, & fornicationibus, *ad omne caput viæ*, &c. vt in Ieruſalem, & in illis Salomonis lucis frequentiſſimæ fuerint arę, ſicut cum Oſeas 12.11. dixit; *Altaria eorum ſicut acerui ſuper ſulcos agri*. Quod quamuis alij ad euerſionem altarium referant; alij tamen de infinita multitudine altarium interpretantur. Sed iam de illis tribus potiſſimis dicendum.

Prouerbium de re frequẽti.

Baalim & Aſtharoth nomina multitudinis. *Auguſtin.* *Hieronym.*

Romana gentiũ priſcarum ſuperſtitio

Ezech.16.25.

IIII. *In monte qui eſt contra Ieruſalem.*

9 *Mons offenſionis* vnde dictus.

TVm dictus ille *Mons contra Ieruſalem*. Vt inſignis temeritas & impudentia fœminarum, eum ſibi locum efflagitantium, tum etiam Salomonis ſtupiditas & inconſiderantia notaretur. Ille enim locus expoſitus erat in proſpectu vniuerſę Ieruſalẽ,qui dicit *mõs offenſionis*, 4.Reg.23.13.

Atque

A Atque adeo tum propter Deum, tum propter ipſos Ieroſolymitanos ciues dici potuit *mons offenſionis*; quem ex Hebræo Septuaginta nomine originali retento, tanquam nomine proprio legunt, 4. Regum 23. *Montem Moſlach*. Pagnin. legit *Montem oliueti*. Sed alij deducentes vocem originalem à radice *Sabhach*, quod eſt, perdere, diſſipare, aut, corrumpi, & putreſcere, quod item ad vaſtitatem pertinet, legunt *Montem deſtructionis*, vt Regia, & Vatabl. *vaſtitatis*, Tigurina. aut actiuè, *montem corrumpentem*, aut *vaſtantem*, quòd in eo idololatria exerceretur, quæ erat ipſiſſima vaſtitatis & deſtructionis Iſraelitarum cauſa. Sicut eadem voce *offenſionis* aut *perditionis* dictum eſt Oſeæ 13. 9. *Perditio tua Iſrael*. B Et ſicut etiam Ierem. 51. 25. dicitur, *Mons peſtifer*, quod alij ex Hebræo legunt, *mons corrumpens*, vel, *mons perditor*; nimirum loquebatur de Babylone, vnde procedebat perditio, & ruina Iſraelitarum. Ita etiam locus idololatriæ dicebatur, *Bethauen*, id eſt, domus & locus doloris; vnde nimirum dolores & ægritudines creabantur illic adorantibus. Et poteſt ex Hebræo mons Oliuarum dici, mons *vaſtationis*, aut perditionis, per pulchram Paronomaſiam; nam *Muhhah*, eſt vnctus, aut oleaginoſus, à radice *Maſſahh*, quod eſt vngere; vnde mons *Maſhhath*, annominatione quadam potuit dici, mons Maſhhith, non iam vnctionis, ſed perditionis. C

Margin: משחית הר

Margin: Idololatria vaſtitas & perditio.

Margin: Oſeæ 4. 5. & 5. 8. & 10. 5.

Margin: Paronomaſia. משחה משח

Quia verò illa ipſa *perdendi* radix, cùm ad actionem refertur, ſignificat perditè agere, quod interpres Latinus vertit *peccare*. Exod. 32. 7. *Peccauit populus*. & *iniquè agere*, Deuteronom. 31. 29. Ideo vulgatus dixit, *montem offenſionis*, (id eſt) *montem peccati*. Vbi perditè egit populus ſub Salomone rege. Quamquam neſcio quid peculiare illud *offenſionis* nomen afferat, videlicet rem in quam populus frequentiſſimè offendebat, & quæ diuinis oculis, quaſi ex ſuo templo proſpicientibus, offenſioni & moleſtiæ grauiſſimæ erat. Quippe cum ille mons oliuarum eſſet ad Orientem Ieruſalem, vt dicitur Zach. 14. 4. D *ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem*; cumque templum Ieroſolymitanum haberet portam Orientalem, per quam ingrediebatur populus ad orandum, nimirum vt contrario ritu adorarent ad Occidentem, quàm gentes adorantes ad Orientem; fiebat inde vt Deus ſedens in arca haberet faciem conuerſam ad Orientem; atque adeo nunquam non haberet præ oculis populi impietatem ſibi in monte Orientali propoſitam. Tum etiam omnes, qui per portam Orientalem egrediebantur, in illam offenſionem montis ſibi obiecti incurrebant. Quæ proculdubio pijs offenſioni & moleſtiæ grauiſſima; infirmis verò & in fide nutantibus ſcandalo & irritamento erat, vt propterea Hebræi doctores exiſtimarent, dictum *montem offenſionis*, quòd ex ipſo Ieroſolymitano templo, quaſi euocarentur & allicerentur ad idololatriam ipſo montis oliuarum conſpectu: Porro cum Deus voluerit ſibi ſacrificari in templo facie ad Occidentem conuerſa, dorſo ad Orientem, poſthabito omni idolorum cultu; per ſummam nequitiam & impietatem, qui adorabant in monte oliuarum, conuerſi ad Orientem, dorſum Ieroſolymitano templo, & vero Deo in eo habitanti impudenter obuertebant; illorum inſtar, quos grauiſſimis verbis notat Ezech. cap. 8. 16. *Dorſa habentes contra tem-*

Margin: Peccare quid propriè.

Margin: Adorantes in monte Offenſionis cur haberent dorſa ad templum.

A *plum Domini, & facies ad Orientem*; & iterum Ierem. 2. 18. 26. *Dicentes ligno & lapidi, Tu me genuiſti, vertentes ad Deum tergum & non faciem*.

CAPVT XI.

Quoſnam Deos nominatim ille coluit.

B *Ad locum 3. Regum. 11. 5. Colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidoniorum, & Moloc idolum Ammonitarum. 7. ædificauit fanum Chamos idolo Moab.*

1 *Occaſio idololatriæ Hebræorum. In Deorum tutela gentium prouinciæ. Illuſtrati ſemel & iterum loci Reg. & Paral. Ioſue, Ieremias.*

2 *Idolorum tractatio opportuna ad Scripturarum intelligentiam.* Aſtarthe, & Aſtaroth *vnde dicta. Numerus multitudinis ad honorem.* C

3 Aſtarthe *an nomen proprium. Reges Syriæ & Ægypti pro dijs habiti. Iuno, Luna.*

4 *Aſtarthe Venus. Veneres quatuor. Quæ illius forma. A quibus culta. Adonis. Thamuz cultus ab Aſſyrijs. Venus machinatrix.*

5 *Mos Latini interpretis. Moloc immolati filij per ignem. Beelphegor, Priapus.*

6 *Moloc Saturnus. Frater Aſtarthæ; à quo cœpta filiorum immolatio. Cuiuſmodi illius ſacrificium. Illuſtrati Ieremias, & Ezechiel.*

7 *Diadema Moloc.* Typus laterum *quid. Textus Hebraicus nouiter deprauatus. Explicatus locus Regum & Paralip.*

D 8 *An Salomon filium aliquem ſuum immolauerit Moloc. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*

9 Chamos *profanis ignotus, vnde dictus.*

10 Chamos, *idem qui Bacchus. Cur dictus Nyctelius. Bacchi Orgia. Cultus à Moabitis. Iod additum nomini ad contemptum. Illuſtratus Ieremias.*

1 *Quæ Salomoni, & Hebrææ genti occaſio colendi idola.*

ILlud potuit vaniſſimæ ſuperſtitionis Salomonis animum ex fœminarum perſuaſione ſubire, multum conferre poſſe ad imperij dilatationem, ſi illarum prouinciarum Deos (in quorum tutela eſſent) propitios ſibi redderet, ac religioſo cultu demereretur. Quod profectò perſuaſionis caput fuit, cum ſcorta illa Madianitica ad ſuã religionẽ Iſraelitas pellexerũt, vt Ioſephus narrat, li. 4. c. 6. Sic enim inter alia: *Nec abſurdũ fuerit, aiũt vitio vertendum, ſi terra in quã veniſtis, peculiares Deos colere maluitis: præſertim cũ noſtri per omnes regiones honorentur; veſtrum nemo præter vos, cultu dignetur aut ceremonijs. Aut igitur cæterorũ more vobis eſt viuendum, aut alius orbis quærendus, vbi ſoli iuxta veſtra inſtituta vitam agates.* Ad quam rem alludere videtur illa Imperatoris Ioſue oratio ad populum, capit. 24. 15. *Eligite, cui ſeruire*

Margin: 1 Occaſio idololatriæ Hebræorũ

Margin: Ioſephus.

potiſſimum debeatis, an Dijs Amorrhæorum in quorum terra habitatis, &c. Quare & ſingulas prouincias in ſingulorum Deorum tutela ponebant, & montes Dijs montium, valles Dijs vallium attribuebant, quorum præſidio fauſta ſibi & fœlicia omnia, ſiue in montibus, ſiue in vallibus pollicebantur. Quò pertinet illud ſeruorum regis Syriæ propter Iſraelitarum victoriam obtentam in montibus: *Dij montium ſunt Dij eorum, ideo ſuperauerunt nos: Sed melius eſt vt pugnemus contra eos in cāpeſtribus & obtinebimus eos*. 3. Reg. 20. 23. Et inferius verſ. 28. *Quia dixerunt Syri: Deus montium eſt Dominus, & non Deus vallium*, &c. Huc pertinet, quod Moabitæ nominabantur, *populus Chamos*. Numer. 21. & ei potiſſimum tribuebant ſuæ patriæ ac prouinciæ tutelam. Quod indicat illud Iudic. 11. 24. Quod dictum eſt à Iephte regi Moab. *Quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur*, Ierem. 48. 14. *Confuſa eſt Moab à Chamos, in quo habebat fiduciam*. Potuit ergo fieri vt eadem ſuperſtitione duceretur Salomon; qua Romani poſtea exterarum prouinciarum Deos ſibi conciliantes, atque in ſuam vrbem euocantes conceptis verborum formulis & ſolemnibus ritibus.

In Deorū tutela prouincias eſſe, priſcus error.

Dij mōtiū & dij vallium.

Romani exterarum gētiū deos ſibi conciliantes.

Quam vaniſſimam perſuaſionem exprobrare non obſcurè videtur ſacra hiſtoria Regi Achaz. 2. Paral. 28. 22. *Immolauit Dijs Damaſci victimas percuſſoribus ſuis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliātur eis, quos ego placabo hoſtijs, & aderunt mihi; cum è contrario ipſi fuerint ruina ei, & vniuerſo Iſrael*. Et clarius 2. Paral. 25. 14. *Amaſias poſt cædem Idumæorū, & allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in Deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incēſum; quamobrem iratus Dominus contra Amaſiam, miſit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adoraſti Deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua?* Quaſi exprobraret illi perſuaſionem falſam, fore vt propitios ſibi redderet illarum prouinciarum Deos, ſi illos coleret: contra quem errorem eleganter argumentabatur propheta: & ſapientiſſimè Rahab. Ioſue 2. 11. iam ad veri Dei cognitionem & fidem adducta, ex eadem re colligebat verum Deum Hebræorum non ſolum cœlo, ſed vniuerſis terræ prouincijs præſidere: *Dominus* (inquit) *Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum*.

Exprobratio inclyti erroris.

II. *Aſtarthe Dea Sidoniorum*.

2

Hieronym.

Quæſtio opportuna ad Scripturarum intelligentiam.

NOn ad hiſtoriam Salomonis tantum, verum etiam ad Scripturarum ſcientiam, plurimū quæſtiunculā hanc conferre docet Hieronymus ſuo illo perilluſtri Proœmio in epiſtol. ad Epheſ. Cùm illud vel in primis ſciendum præcipiat, *Quid veteri legi proprium habuerint Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philiſthim, Aegyptij, & Aſſyrij*. Quid autem magis proprium, ac peculiare earum gentium, quàm ipſi illarum Dij?

Et, vt primū de nomine ipſo dicere aggrediamur; quæ nūc *Aſtarthe* dicitur *Dea Sidoniorū*, eadem vocatur *Aſtaroth, idolum Sidoniorū* 4. Reg. 23. 13. & quamquam idē ſit vrbis nomē, Deut. 1. 4. Ioſ. 9. 10. 1. Paral. 6. 70. quæ videtur fuiſſe vrbs regia, Og regis Baſā, poſteaq; ceſſiſſe Leuitis; tamen frequentiſſimè ſumitur pro idolo. Porro *Aſtarthe* 3. Reg. 11. & *Aſtaroth*. 4. Reg 23. idē omnino idolum, quod forma fœminea dicitur in Hebræo *Aſtoreth*, & iungitur cum nomine maſculino Dei, 1. Regum 11. 5. 33. Rurſus nomē idē, numero multitudinis, & forma ipſa plurali dicitur

Aſtarthe vrbs.

Aſtaroth nomē multitudinis.

A *Aſtaroth*, vt ſignificet plures Deos, vel Deas eiuſdem nominis, vt placuit Auguſtino quæſt. 16. in Iudic. ſiue vt idolum illud honoris gratia, aut ratione alia prærogatiuæ, & excellentiæ, numero multitudinis ſignificarent; ſicut nomine etiam plurali, *Elohim*, id eſt, Dij, ſignificatur ſæpe verus Deus. Habetur autem numero multitudinis, 1. Reg. 31. 10. cum Philiſthiim ſuſpendunt arma Saul in templo Aſtaroth. Et 1. Regum 7. 3. cum iubet Samuel auferri de medio populi *Baalim, & Aſtaroth*, quos adoraſſe fatetur ipſe populus 1. Reg. 12. 10. Iudic. 2. 13. vbi Septuag. nomine plurali legerunt: *ſeruierunt Baal & Aſtarthibus*, vt eleganter obſeruat & exponit Auguſtinus,

B quæſt. in lib. Iudic. Porro hanc eandem eſſe, quæ *Adagartes*, nominatur à Petro Crinito libro 14. de Hon eſt. Diſciplin. cap. 8. certum eſſe debet. Quamquam Giraldus ex Herodiano dubitet, an quæ apud illū eſt *Aſtroarche*, ſit eadem cum *Aſtarthe*.

Auguſtin.

Nomē plurale ad honorem.

עשתרת
עשתרות

Auguſt.

Adagartes Dea.

Crinitus.

Giraldus.

De vocis autem origine Montanus iam adducendus, exiſtimat vocem eſſe originis Hebraicę; ſed falsò, vt ſtatim videbimus. Alij aliter ab Hebræo deducunt: nam fere eadem vox Deuteron. 7. 13. ſumitur *pro gregibus ouium*: quare dici Aſthartem volunt, quaſi ouillum ſimulachrum. Sed nihilo horum ſentētia verior eſt. Alij curioſiùs deducere nituntur ex *Ghas*, quod eſt Arcturus, & *Thor*, (id eſt) *ordo gyrans*, quaſi ſit vnum

C ex aſtris gyrantibus, & cum pluraliter dicatur, ſignificabit duodecim ſigna cæli. Sed hoc, vt dixi, vt nimis curioſum, ita minus ſolidum & magis incertum. Auguſtinus ex lingua Punica deducit, quamquam hæc cognata Hebraicæ, Suidas in *Aſtarthe*, ex Græco: ait enim, nomen ab aſtro factum eſſe: fabulantur enim eius eſſe Luciferum. Quæ eadem ſunt ſententia & verba Theodoreti. 1. Regum quæſt. 14. Sed hoc minus veroſimile. Illud certius vocem eſſe peregrinam, & illius gentis, apud quam illius cultus vigebat: Sicut enim religionem, & ritus peregrinos, ita ſanè & nomen ipſum peregrinum, &

D inter gentes vulgatum, Hebræis placuiſſe credēdum eſt.

Vocis etymon.

Montanus.

עש
תור

Auguſtin.

Auguſt.

Suidas.

Theodoret.

Nomen peregrinum.

Quod verò ad eos attinet, apud quos Aſtarthes religio & cultus florebat, ex Scripturis conſtat, fuiſſe *Aſtharoth* non ſolum Deum Sidoniorum, ſed præterea Philiſthæorum 1. Regū 31. 10. & præterea totius forte Syriæ, Moabitarum, & Ammonitarum, colligitur Iudic. 10. 6. *Seruierunt Baalim & Aſtaroth, &* (id eſt) *Dijs Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthijm*. Quamquam Syriæ potiſſimum ac Sidoniæ, aut Phœniciæ hunc ſiue Deum ſiue Deam nominant Varro lib. 4. de ling. Latin. Tertulliā. in Apolog.

E cap. 24. Cicero li. 3. de natura Deorum. Minutius Fœlix in Octauio. Plutarchus in vita Marci Craſſi, Apuleius in Dea Syriæ, Euſebius primo de præparat. cap. 7.

3

Aſtarthe à quibus culta.

Varro.

Tertull.

Cicero.

Minutius.

Sed quænam tandem Aſtarthe Dea? Mōtanus Iudic. 1 vbi profitetur ſe de Aſtharoth ſcripterū, dicit nomen eſſe nulli proprium, ſed cōmune ad Deas, & eas omnes, quas in Deorum numerum referret antiquitas. deducitque nomen *Aſthoret* vel, *Aſtharoth*, à radice *Chaſar*, quod eſt, diuitem aut beatum eſſe, quaſi dicat, beatā, aut beatas; ſed accommodari tamen illud poſſe ad eas Deas, quæ in ſingulis locis colerentur. Sed, vt illud prætercam, nomen *Aſtoreth*, vel *Aſtharoth*, ægerrimè deduci à radice *Ghaſar*; nam tunc diceretur *Ghoſereth*, aut *Ghaſaroth*;

An ſit nomen proprium.

Montanus.

עשר

& videri

A &c videri quidem nomen prorſus peregrinum, imperitiores Hebraicæ linguæ docēt. Certè ipſo nouitatis nomine ſuſpicionē habet falſitatis ea Montani opinatio, in hoc vnum conſentiētibus vniuerſis interpretibus, eſſe nomen alicuius Dei proprium, id quod ipſa plana Scripturarum verba præ ſe ferunt, & peculiare Prouinciæ nomen, quæ numen aliquod certum profitebatur, & colebat.

Philaſtr. 2 Reges Syriæ, & Aegypti culti pro Dijs.

Secunda ſententia Philaſtrij de Hæreſ. ca. 27. aſſerētis *Aſthar, & Aſtbaroth fuiſſe homines & fœminas: quorū figuras poſt Moſis defunctionē plurimi colebant. Quę nomina regum Syriorum fuerunt, & Aegyptiorū, quorum filij filiæque, cum a ſuis populis colerentur, poſt etiam templa illis facientes, poſt mortem illorum progeniem ibidem ſepelientes, Deorum Dearumque eis nomina afferebant cum ſacrificijs.* Et quidē veroſimiliter loquitur Philaſtrius de prima Idolorum origine, & occaſione: quippe prima templa fuere ſepulchra. inde cultus & religio defunctis: qui deinde in Deos. de quo nos aliàs.

B Prima idololatrię occaſio.

Auguſtin. Aſtarthe Iuno, aut Luna. Abulenſis. Nicolaus. Dionyſius. Maſius. Baal, Dominus, Iupiter.

Ergo tertia ſententia Auguſtini, quæſt. 16. in Iudices: *Iunonem ſine dubitatione ab illis Aſtarthē vocari.* Sequuti ſunt Gloſſa interlinearis, Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius: Et qui dicunt eſſe eādem quæ Luna, Maſius, Ioſue. 12. verſ. 6. Lucianus in Dea Syria. Probat Auguſtinus loco indicato, ex eo, quòd exiſtimet Baal eſſe nomen Iouis, quem illo nomine *Dominum* vocabant lingua Punica, ſiue aſſyria: *Vnde Baal Samen, quaſi Dominum cæli intelliguntur dicere: Samen quippe apud eos, cæli appellantur.* Cum autem Iuno fuerit Iouis & ſoror, & coniux, profectò cum tam frequenter iūgantur in Scriptura, *Baalim, & Aſtharoth*, oportet intelligamus fuiſſe Iouem & Iunonem.

4 Aſtarthe Venus. Cicero. Veneres quatuor.

Quarta ſententia aliorum exiſtimantium, Venerem fuiſſe, inter quos Cicero, li. 3. de nat. Deorum, cùm quatuor Veneres numeret, quartam Aſtarthem conſtituit his verbis: *Venus prima Cælo & Die nata, cuius Elide delubrum vidimus: Altera, ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. Tertia, Ioue nata, & Diona, quæ nupſit Vulcano: ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarthe vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.* Rem eandem ſequuti videntur poſteriores non pauci Suidas in verbo *Aſtarthe*, qui ait à Græcis dictam *Aphroditam*, à *Latinis Venerem*. Nicetas in orationem. 13. Nazianz. n. 58. Cedrenus in Compendio Hiſtoriæ, vbi de Salomone. Cum quo facit quod Euſebius libr. 1. de Præparat. Euangel. cap. 7. quod eſt de *Phœnicum Theologia* Aſtarthen facit Amoris, & Cupidinis matrem ex Saturno; quæ eſt ipſa Venus. Procopius ad finem. 4. libr. Regum. Theodor. 1. Reg. quæſt. 14. & 3. Reg. queſt. 48. & 4. Reg. quæſt. 18. Atque tantam Veneris cultæ laſciuiam exprobrari populo Ieroſolymitano, intelligit Theophylactus, ſuper id Oſeæ. 4. 14. *Populus, non intelligens vapulabit.* Quod Septuag. legunt. *Adhærebat meretrici.* Hæc autem Theophylacti verba. *Hoc de duabus tribubus profert, nempe regni Iuda; quandoquidem, & ipſi exiſtimati habere Dei cognitionem, vt qui in Hieroſolymis vrbe Dei regnarent, Aſtartes idolo ſacrificabant, ſeu Veneri: Hanc enim ſcortum nominauerunt. Etenim imago eius nuda ſtabat ipſo ſuo ſpectaculo vel intuitu fornicationem & abominationem ſpirans. Excitauit Aſtarthes ſimulachrum Salomon vxori ſuæ gratum faciens.* Lilius Giraldus, Syntagmate 15. de Hiſtoria Deorum, affert & ſequitur Theophilum ſcribentem, ſimulachrum Veneris cęleſtis à Sidonijs Aſtri figura; ipſum verò Aſtrum Venerem putatā, & eam quoque à Moabitis cultam. Et ſanè Pauſanias in Atticis ſcribit; *Cæleſtis Veneris delubrū primos omniū Aſſyrios coluiſſe; à quibus Paphijs in Cypro acceptū ſacrorum ritū cū Phœnicibus qui in Palæſtina Aſcalonem vrbem incolunt, Phœnices cum Cytherijs communicarunt.* Pammelius annotat. in Apologeticū Tertullic. 24. n. 379. Calcagninus lib. 5. obſeruat. Tiraquel. libr. 5. Conn. num. 30.

Theophil. Veneris imago. Geraldus. Pauſanias. Pāmelius. Calcagnin. Tiraquel.

Ego ſanè in re incerta, & quæ non permagni interſit, ſatius prudentiùſque cum Plutarcho in Marci Craſſi vita, vbi de Dea Syriæ, vel Hierapolitana, dicendum mihi perſuadeo, eam fuiſſe, ſiue *quam Venerem alij, alij Iunonem, nonnulli eam, quæ incunabula & ſemina omnibus ex humido præbuit, cauſam & naturam, arbitrantur eſſe, & quæ principium omnium bonorum docuit mortales.* Quō quam videantur certè Veneris ſacra multo opportuniora Salomonis effrænatæ libidini, & turpiſſimæ idololatriæ; pręſertim cùm Veneris amaſium *Adonidem* amarint etiam Iſraelitę fœminę, illum plangentes, Ezech. 8. 14. Et ſicut Aſtarthe fuit propria Phœnicum, aut Syrorum Dea, ita ſanè Adonis familiariter fuit cultus ab Aſſyrijs, ſumma olim veneratione, vt ſcribit Macrob. 1. Saturn. cap. 21. & eo Ezechiel. loco obſeruat Hieron. *Thamuz*, proprium eſſe Adonidis nomen apud Syros.

Plutarch. Venus culta à Salomone. Adonis cultus ab Aſſyrijs. Macrobius. Hieronym.

C Sub qua verò forma pingeretur, aut effingeretur, non conſtat; nam Theophylactus ſuperius adductus *nudam* cōſtituit. Suidas verò & Theophilus coli ſolere *Aſtri figura.* Dauid Kimhi, & poſt illum Marinus Brixianus, propter affinitatem ſignificationis pecorum, aut ouium, ſuſpicatur idolum fuiſſe *figura ouis*; & fortè etiam (vt Elias ait) nomen habuiſſe idolum, ab vrbe Aſtaroth, quòd in ea artifices reperarētur alijs idoli affingendi, aut ſculpendi periti. Ioannes Forſterus exiſtimat hoc fuiſſe ſimulachrum Veneris Multimammiæ, quæ propter fœcunditatem pro his, tanquam omnium viuentium nutrix habita & culta fuit: Quæcumque tandem figura ſit, VENVS MACHINATRIX fuit, quo nomine illam coltam in Arcadicis ſcribit Pauſanias lib. 8. *Ac meritò* (inquit) *inditum nomen, quòd Veneris cauſa homines quod vis artium & fraudum genus tam in factis, quàm in dictis excogitarunt*: & illam potius, quàm *armatam*, quo habitu eam quoque Corinthij, & Lacones coluerunt, ſcriptore Pauſania, veroſimilę eſt. Non enim Salomonis Venus armata.

Theophil. Suidas. R. Kimbi. Marinus. Elias Theſbites. Forſterus. Venus Multimammia. Venus machinatrix. Pauſanias. Venus armata.

D

III. Moloc Idolum Ammonitarum.

DVplex huius nominis forma, parua quadam immutatione, tum in Latino, tum in Hebręo; aut *Moloch*, quę frequētior eſt. 3. Reg. 11. 7. Leuit. 18. 21. & 20. 2. 5. aut *Melchō*. 3. Re. 11. 5. 28. & 4. Reg. 23. 34. Itaq; in eadē Salomonis hiſtoria vtriuſq; formæ vſus eſt. Et proculdubio radix & notio nominis ſimplex & aperta eſt à verbo *Malac* quod eſt regnare, ita vt *Moloc* ſonet idem, quod Rex. Quare Septuag. 3. Reg. 11. pro *Moloc* legunt *ædificauit Salomō excelſum Regi eorum idolo filiorū Ammon*: Et enim frequentiſſimum, tum apud vulgatum Latinum, tū apud Septuaginta interpretes, vt nomina propria, quaſi eſſent appellatiua, in

מלך מלכם Moloc Rex. Mos Latini interpretis interpretādi nomina propria.

tas, tamen tunc temporis non potuerit ab illis deprauari, *vt ſequeretur Deos alienos*, vſq; ad ſenectutem. qui ſanè ſenſus indicatur à Cyril. Caiet. & alijs inferius adducendis. II. vt nô ſolum *cũ eſſet ſenex*, deprauari cœperit falſa idolatriæ religione, ſed etiam libidine effrænata. quem ita cũ priori coniungo, vt vtrumq; hac temperatione verum exiſtimẽ; quòd prouectiori ætate, & iam quinquagenarius voluptati immodicè indulſit, & paulatim emollitus, atque mulieroſus redditus, poſt paucos annos, etiam falſæ fœminarum religioni collũ ſubmiſerit. Quę tamen omnia lumen capient ex diſputatione de ſpatio, & annis vitæ vniuerſæ Salomonis lib. 8. vide quæ dicemus cap. ſequenti ad finem. A

Origenes.

B Sed caput hoc eleganti Origenis teſtimonio claudendum. & quod in Salomonem, mulierum nõ tã fortitudinẽ quam mollitudine penitus ſuperatum opportunè quadrare videatur. cũ Homil. 20. ſuper numer. deſcribit miſerandam illã victoriam reportatam à mulieribus Madianitis ex bello contra Iſraelitas geſto, cõſilio Balaami his verbis Balac regem inſtruentis: *Si vis vincere, aduerſum hos nõ virtute militũ, ſed mulierũ decore aduerſum hos nõ virtute militum, ſed mulierũ decore pugnandũ eſt, nec armatorũ vigore, ſed mollitie fœminarũ. Procul ſint, procul amouẽ armatorũ manum: & electam congrega ſpeciem puellarum: ludentes pedibus eãt, manibuſque plaudẽtes: forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat; vincẽtur ſpecie, qui non vincuntur prælio: non furore bellico, ſed libidinis flãma. Proh; nefas, vix prohibetur libido legum minis, vix gladij terrore reprimitur. Quid ſceleris non perpetret, vbi placituram ſe mulier regi credidit, et ſalutẽ patriæ quæſiturã?* Deſcripſimus quoq; ſuperius hiſtoriã hãc ex Ioſepho magnificẽtius. C

Pugna fœminarum alienigenarũ aduerſus Hebræos.

CAPVT VIII.

Quæ Salomonis apoſtaſiæ, & idolatriæ origo & occaſio.

Ad locum 3. Reg. 11. 4. Cum eſſe ſenex, deprauatũ eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos. neque erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſic vt cor Dauid. D

1 *Fornicationis nomẽ commune Idolatria.* Auaritia *pro libidine. Illuſtrati Moyſes, Ioſue, Paul⁹.*

2 *Quatuor libidinis & idolatriæ ſymbola. Fœminarum illecebra & tyrannis.*

3 *Pulchritudo fœminarũ, ægritudo & dolor oculorum. Ornatus meretricius. Illuſtrati Moyſes, & Petrus.*

4 *Idolatria laqueus: periculum ex latere; ſplendor pelliciens; leuare oculos habitus adorantis. Illuſtrati Sapientia, Baruch, Ezechiel.* E

5 *Idolatria violatio primæ fidei datæ Deo ſponſo.* Imagines maſculinæ Idolorum, *quid. Illuſtratus Ezechiel, & Ieremias.* Caupona *&* meretrix *eadẽ. Templa Idolorum ganea.*

6 Bahal *cur commune Idolorum nomen. ſignificat* maritũ *Idololatra inſtar fœminarum addictis Idolis. Explicati Iſaias, & Malachias.* Habere *&* poſſidere *maritalia.*

7 *Idolatria res veluti ſponſalis. Viri nubentes Deabus; fœmina dijs maſculis. Mutinus Deus. Sacerdotes Iſidis turpiſſimi. Illuſtratus locus Machabæorum.*

A 8 *Idolorum cultus coniunctus cum omni obſcœnitate, Inuectus ex concupiſcentia turpi. Illuſtratus Paulus.*

9 *Fœmina ſuæ libidinis patrocinium & impunitatem quærentes ex Idolatria & religione virorum.*

10 *Languida Salomonis ſenecta ad repugnandum fœminis. Amplificatio impietatis ex ætate prioris ſanctè acta. Quid ſit Salomonem non impleſſe poſt Dominum.*

1. *Eadem fornicationis & idolatriæ nomina & ſymbola.*

B Nihil in ſacratum litterarum ſermone frequentius quam fornicationem, & idololatriam re & nomine cõiunctiſſima eſſe. *Nec vxorẽ* (inquit Deus) *de filiabus eorum* (alienigenarum) *accipies filijs tuis; ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciãt & filios tuos in Deos ſuos.* Exod. 34. 16. Ezech. 6. 9. & 12. Paralip. 21. 12. Leuit. 19. 24. Ezechi. 16. 26. & paſſim Oſeæ 1. 2. Iſai. 1. 21. Ierem. 2. 16. 20. & idem etiam ſub *auaritiæ* nomine, quæ vt Hieronym. interpretatur ad Epheſ. 4. & 5. pertinet ad inſatiabilem libidinem atque luxuriam: quod Hiſpanè dicimus. *mala codicia* Epheſ. 5. 5. *Fornicator, aut auarus, qđ eſt Idolorũ ſeruitus*, & Coloſſ. 3. 5. *fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam, malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.* ſed ſignificatiori, quãuis magis arcanas, dicendi ratione res eadem ſignificata eſt. Numer. 33. 55. *Si nolueritis interficere, habitatores terræ, qui remanſerint, erunt, vobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus*, & Ioſue 23. 13. *Sint vobis in foueam, ac laqueũ, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris; donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima.* C

1 Fornicatio & idololatria coniũctæ.

Auaritia pro libidine.

Hieronym.

Vbi quatuor ſunt libidinis ſymbola, atque eadem quatuor idololatrię nimirũ fouea, laqueus, offendiculum in latere, ſudes in oculis. Primũ, nã cũ *fouea* cõparatur meretrix, Prou. 22. 14. & 32. 27. Secundum, cum *laqueo*. Eccleſ. 7. 27. Tertiũ cum *offendiculo ex latere*. Quod Numer. 33. dicitur *lancea in lateribus*. Et cum de vocis originalis ſignificatione ſit magna inter interpretes varietas, Caiet. legit *flagellum in lateribus*, quod dupliciter ad ĩpuras voluptates referri poteſt. Primò, vt ſint mulieres alienigenę, lãceæ vel ſtimuli in lateribus, id eſt, quæ ſtimulent infirmiorẽ illam laterum partem, quæ pungant ilia, & ad rem turpem impellant, ſicut nuper dicebamus illo Eccleſ. loco. 47 *Inclinaſti femora tua mulieribus* legi, poſſe, *ilia tua*, aut *latera tua*. vt res turpis honeſto nomine ſignificetur. vel ſecũdo, vt per *flagellum* intelligatur tyrannicus ille dominatus fœminæ in hominẽ mulieroſum, ſicut Omphala illa apud Ouidiũ dicebatur flagello, quocumq; vellet, agere Herculem: ſic enim ait Deianira: D E

2 Quatuor libidinis & idololatriæ ſymbola.

Caiet.

Fœminæ impellentes in malum.

Ilia quid honeſtè.

Flagellans dominatus iaiquus fœminarum.

Diceris infœlix, ſcutica tremefactus habenis,
Ante pedes Dominæ pertimuiſſe minas.

Ouid. in Epiſt.

Quartũ cũ *clauo* cũ *ſtimulo in oculis*. Quid enim magis ſtimulat magiſque pũgat oculos quam fœminea pulchritudo? Dictæ ſanè ſunt fœminę à Gręcis philoſophis, *ægritudines & dolores oculorũ* quippe cum oculos iuuentiũ acutiſſimè pũgãt, dolore & ægritudine afficiãt: Vnde illud eſt, quod Herod. lib. 5. ſcribit, Perſarũ legatos illos molles & effœminatos apud Amyntã Macedonũ regẽ viſis pulchris fœminis è regione ſedentes

3 Pulcræ fœminæ ægritudo oculorum.

Herodotus.

tes dixiſſe, ſatius fuiſſe illas non vocatas, quam ex aduerſu ſedere *in oculorum dolorem*. Et quidē quod Prouerb. 7. 10. de meretrice dicitur, quæ adoloſcenti occurit *ornatu meretricio*; propriiſſime ex Hebræo pro *ornatu* legi poteſt, *ſpina*; nam *ſith*, fere ſemper à vulgato vertitur *vepres*, aut *ſpina*, Iſai. 5. 6. 10. 17. & 27. 4. Et eadem vox cum ſolum punctorum mutatione Pſalm. 72. 6. ſumitur pro *operimento*, vel ornamento iniquorum. *Operti ſunt iniquitate, & impietate ſua*, q. d. etiam ſpinis ornantur, quæ alios pungant, & inſtar hami alicuius rapiant, quid ipſis applicitū fuerit. Vbi Kaldæus legit: *Coronam imponēt capiti ſuo de rapina ſua*. Itaque ornatus meretricius eſt *ſpina*, eſt hamus pungens oculos libidinoſorū. Cum enim videant, quod cōcupiſcunt, ſed frequenter frui non poſſint, neceſſarium eſt frequentiſſimè dolere; &, vt Petrus dicebat, *Habere oculos plenos adulterij, & inceſſabilis delicti*, cū deſiderio quod excruciet animum. Oleaſter vocem originalem illā, Numer. 33. quæ *clauum*, vel *ſpinam* ſignificat, ait ſignificare *clauſuram*. q. d. *erunt incluſa in oculis veſtris; Si las dexais que viuan entre voſotros ſe os entraran dentro delos ojos*. Erunt pupillæ oculorum, veſtrorum, quas in oculis feretis, & in animo. *Erunt*, inquit Oleaſter, *velut minutula quadā quaſi in oculos includentur, mirificè nos excruciant neque ſinunt quieſcere*. Vulgo; *argueros* vocant. *Entraraſe os en los ojos neſe que no os dexe Viuir, ni ſoſegar*.

Ornamenta toe minarum ſpinæ oculorum intuentiū. Impiorum ornaméta & rapina. Kaldæus. 2. Pet. 2. 14. Oleaſter.

4 Hæc itaque eadem quatuor ſunt appoſitiſſima idolatriæ ſymbola, quæ dicitur eſſe, *muſcipula pedibus inſipientium*. Sapient. 14. 11. nimirum quia ex ipſis creaturis, quæ paſſim obuiæ ſunt, vt ex auro & argento, creabatur inſipiētibus & ſtultis materia & occaſio idololatrādi. *Muſcipula* autem idem eſt, quod *fouea* & *laqueus*. & Deut. 7. 16. *Ne ſeruias dijs eorum, ne ſint in ruinam tui*. Quod propriè ex Hebræo legitur, *ne ſint in laqueum tibi*: Kaldæus, & Septuaginta, *in offendiculum* Iudic. 2. 3. *Dij eorum ſint vobis in ruinam*. propriè in *laqueum* Septuaginta, *in ſcādalum*. Sicut & Pſ. 105. 36. *ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum*. In ruinam, in foueā, in laqueū.

Idololatria loquens.

Tū præterea idola veriſſimè fuerunt *lanceæ in lateribus*, quoniā propter idololatriæ ſcelera inſurgebant prælia, & hoſtes aduerſus Iſraelitas, qui illos flagellabant, & in ſummas anguſtias redigebant, penituſque armis conficiebant. Atq; *ex latere inſurgebant*, quippe ex vicino, cum inter ipſoſmet Iſraelitas verſarentur. Iidem itaque amabantur ab Iſraelitarum plebe, & erant non amici, ſed hoſtes, vt dictum eſt Ezechiel. 23. 9. *Dedit fornicationes ſuas, ſuper filios Aſſyriorum, & fornicationes ſuas, quas habuerat in Egypto non reliquit; propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum*. Et erant quidem *ſpinæ* in vniuerſum & vepres, quo nomine Ierem. ca. 10. ex Theodoreti obſeruatione, hortatur Deus omnem idolorum memoriam auellendam, & eradicandam ex animo: *Nauate*, inquit, *vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas*.

Idola cur lāceæ in lateribus. Latus pro loco proximo. Spinæ. Theodoret.

Denique erant claui & *ſpinæ*, ſeu, vt alij legūt *in oculis ſtimuli*, quoniam idolorum ſplēdore ſtimulabātur Iudæi, vt illis cultum adhiberēt. Quapropter Baruch, c. 6. 3. 12. 23. 50. 71. dehortatur ab idolorum conſpectu, & externa pulchritudine cōtemplanda; *Videbitis in Babylonia, Deos aureos & argēteos in humeris portari*, &c. *Viſa itaq; turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus veſtris, Te oportet adorare Domine*. Illud verò, quod

Idolorū externus ſplēdor pelliciens Hebræos.

A eſt *videre*, aut *leuare*, vel *attolere oculos* ad idola, ſignum & habitus eſt adorandi. Ezech. 33. 25. *Oculos veſtros leuatis, ad immūditias veſtras*, id eſt, ad idola, & cap. 20. 24. *Poſt idola patrum ſuorū fuerunt oculi eorum. Iuanſeles los ojos tra ſus Dioſes*. Et hæc ipſa dicitur, *concupiſcentia oculorum*. Ezech. 23. 16. Denique de hoc eſt illud Num. 15. 39. *Nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes*, id eſt, non ferantur animo, aut oculis in Idola quæcumque obuia,

Leuare oculos ad adorationem.

II. Idolatriæ cum fornicatione analogia, & conuenientia.

B CVr autem idololatria cū fornicatione comparetur; & cur vtrique nomen idem commune ſit; non vna ratio eſt. Prima, & ea apud alios frequentiſſima, quòd cum Deus ſit veluti animarum legitimus ſponſus, ac dominus, qui illo relicto ad alios Deos deficit, meretricari, aut adulterare videtur. Hanc rationem reddit Theodoretus. Ierem. 3. & idem Ezechiel. 16. 17. ait propterea dictū à Propheta, *Feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis*. Qua cum plebs ſub nomine ſpōſæ ſignificetur, oportebat Deos ſub nomine imaginum maſculinarum appellari; licet quidem adoraret plebs Deas quaſdam. Vide Ambroſ. in cap. 3. Prouerb. cap. ſun. 5. Adde etiā fide integerrima videri animam deſpōſari Deo C qui fidem violat, & ad alienam religionem trāſit, priores cum ſponſo nuptias violat, adultera eſt meretrix eſt. Propterea Deus plebem ſuam ab idololatria reuocare conatur, & ad priores nuptias inſtaurandas inuitās; *A modo* (inquit) *voca me Pater* (familias) *meus es tu; Dux* (primus ſponſus) *virginitatis meæ*.

5 Prima fornicationis cū idololatria analogiæ ratio. Theodoret. Ambroſ. Ierem. 3. 4.

Secunda ratio, quam Pater Hieronymus de Prado (cuius viri doctiſſimi magiſtrique mei memoriam nunquā non libentiſſime vſurpo) in cap. 16. Ezechielis reddit; quod cū meretrix, atque caupona idem fere ſit tum etiam meretricari, fornicari, cauponari; ideo idolorum cultus cum meretricatione comparatur, quod caupo- D na ſit vera imago idololatriæ: q̃a fana idolorum erant ſubterranneæ quædam popinæ, & ganeæ; in quibus nihil niſi nidor, & vinoſitas; & cum his ſpurcitia & laſciuia. Sed hæc ratio procul dubio paulo exquiſitior, & longius petita, ſuſpicor etiam, in vita: præſertim cum neque omnia Deorum fana eſſent ſubterranea, ſed pauciſſima tantum, videlicet Deorum inferiorum.

Hieronym. Prado. Fornicari & cauponari idem. Caupona & templa idolorum veluti ganeæ.

6 Tertia, quæ ex ipſo idolorū nomine videtur ſumi; nam cum Baal fuerit primum & vniuerſaliſſimum nomen cuiuſcumque idoli: (peculiaria enim idola peculiaribus alijs ſub illo nomine diſtinguebantur, vt inferius dicemus) *Babal* autē ſignificat maritum, aut dominum; qui rem propriā ſibi ſubijcit, & quaſi ſubiugatam habet, ab E eadem radice, *Baghal*, quod eſt poſſidere, aut ſubiugare rem aliquam inſtar mariti, cum quodā putiendi ardore. Quare accipitur pro re coniugale, & vxoria, & vertitur ab interprete, *dormire cum muliere*. Deuter. 21. 13. & eodem ſenſu. Deuter. 24. 1. dicitur *habere*, id eſt, poſſidere, & actū dominij excercere in vxorem. vnde quod Latinus dicit *ſi acceperit homo uxorē, & habuerit eam*, Kald. legit, *ſi duxerit uir uxorem, & concubuerit cum ea*. & Malach. 2. 11. *Habuit filiam Dei alieni*, id eſt, fornicatus eſt, aut nupſit, Iſai. 62. 5. Elegāter & honeſtiſſime. *Habitabit* (habebit, maritabitur) *iuuenis cū uirgine*. nubet, erit illius. Ergo ex

בעל *Babal*, Dominus, nomen commune idolorum. Habere & poſſidere maritalia.

guex ſuo nomine Baal,& idola *Baalim*,maritũ, dominum,ſubiugatorem ſignificant;cultore verò,qua illis ſe deuouebant,& addicebant,vt nomine ipſo reſponderent, eleganter dicebantur inſtar fœminæ mariti dominio ſubijci, & quaſi ab idolis ſubagitari,vim & dominatum in ſuos cultores exercentibus.

Addicti idolis inſtar fœminarũ coniugatarum.

7 Quarta analogia rationis fornicationis ad idololatriam.

Quarto, quod idololatria certis quibuſdam quaſi nuptialibus cerimonijs cõſtabat; cuius rei meminit Auguſt.lib.6.de Ciuitate.ca. 10. ex Senecæ libro de ſuperſtit.qui nõ extat, inter alios turpiſſimos idolorum ritus referens *quaſdam in Capitolio fœminas ſedere ſolitas, quæ ſe à Ioue amari putabant: nec Iunonis quidem, ſi credere poetis velis, iracundiſſima reſpectu terrebantur*. Et Strabo ſuo extremo libro.11.agens de ſacris Perſarum, Medorum,& Armeniorum,ſic ſcribit de Anaitide: *Hac eſt Venus in Oriente* culta, Armeniorum idolum. *Illuſtriſſimi eius nationis filias ſuas virgines ei dedicant, ac lex eſt, vt lõgo tempore apud Deũ conſtupratæ, deinde nuptum dentur, nemine talis mulieris coniugium dedignante. Tale quippiam etiam Herodotus de Lydijs mulieribus ſcribit, omnes enim ea, vt ait, meretrices ſunt & amatores ita blande tractant, vt & hoſpitium præbeant, & ſæpe plura munera dent quàm recipiant; vt pote ex re lauta ſumptũ ſuppeditantes. non autem quoſuis hoſpitio excipiunt, ſed eos præcipuè qui dignitate ipſis ſint pares*. Illud etiam paris turpitudinis fuit, quod Auguſt.6. de Ciuitate cap.9. Arnob.lib.4.& quidam alij, quorum lib. 1. mentionem faciebamus, ſcribunt nouas nuptas pro ſuſcipiendis liberis in Priapi ſiue Mutini Dei immanibus membris ſedere viſas, *in cuius* (inquit Lactantius lib. 1.) *ſinu pudendo nubentes primo ſedeant, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur*. Quare huiuſmodi mulieres turpiſſimæ ſubijcientes ſe Dijs notati videntur, Baruch. 6.27. *Mulieres eorum* (idolorum) *decerpentes*,& iterum.29. *mulieres apponunt Dijs argenteis, & aureis, & ligneis*, ideſt, ſedulò miniſtrãt veluti vxores maritis. Quare ſub proſtitutæ fœminæ nomine ait populus Oſeę. 2. *Vadã poſt amatores meos*. Huc faciunt ſtuprorum infandorũ opportunitates & occaſiones, quas impijſſimi idolorum ſacerdotes turpiſſimis hominibus prębebãt, cuius nobile exemplum ſcribitur a Ioſepho lib.18. Antiquit.cap.4.& Hegeſippo.lib.2.cap.4. *Scribunt de Paulina, non minus probitate morum, quam natalium claritate illuſtri, ad hæc opulenter formoſa, vt quæ eſſet in ipſo ætatis flore. Cuius cũ pudicitiã Decius Mũdus equeſtris ordinis iuuenis, nec prece, nec pretio 200. drachmarũ millium pro vnica nocte oblato, flectere potuiſſet, fraude compoſita cum ſacerdotibus Iſidis, cuius cultui vehementer addicta erat Paulina, fingunt legatum miſſum ab Anubide, qui ipſius forma captus iubet vt ad ſe veniat. illa libẽdi animo ſuſcepto nũtio, & marito quoque admonito quòd paratum ſibi eſſet cubile Anubidis, in templum deducta, & tenebris conciliantibus in latentem ibi Mundum incidens, totam noctem obſequuta eſt iuueni, Deo ſe gratificari exiſtimans*. Huc vſque Sacerdotum, Deorum, Templorum, Idololatrarũ turpitudo & obſcœnitates. Hiſtoriæ exitum quære in illis, quos indicauimus.

Auguſt. *Seneca.* *Strabo.*

Meretrices Lydiæ munera dantes.

Auguſtinus *Arnobius.*

Mutinus Deus à nuptis nouis cultus. *Lactantius*

Iſidis ſacerdotes impijſſimi. *Ioſephus.* *Hegeſippus.*

Viri fornicãtes cum deabus.

Ac viri etiam cum Deabus nuptias contrahebant. Nam Heliogabalus natione quidẽ Syrus, & ſacerdos Solis, cum *Vrania*, id eſt, Venere, quã colebat, nuptias celebrauit, vt ſcribit Xiphilinus. *Et Caligula quidem noctibus plenam fulgentẽque Lunam inuitabat aſſiduè in amplexus, atque cõcubitum*, vt ſcribit Suetonius cap.22. Athenienſes ſolemnibus cerimonijs deſponderunt Antonio Mineruã. *Is inquit Dionis epitome, nuptias ſibi placere reſpondit, ab ijs quæ centum Myriadas drachmarum dotis nomine exegit*. Affert hæc, & alia pulchra in rẽ eandẽ noſter Serarius. 2. Machabæorum.1.q.8.ad expoſitionem verſ.14. *Venit ad templum Naneæ* (hæc eſt Venus) *cum ea habitaturus Antiochus, & amici eius, vt acciperet pecunias multas dotis nomine*. Habitationis autẽ Græcum nomẽ, coniugalem cohabitationem importare oſtẽdit Serarius ex Ioſepho, Herodoto, Plutarcho. Ergo idololatria res eſt non tam vxoria, quàm meretricia,& omni obſcœnitate pleniſſima ſanè.

Suetonius, *Serarius.*

Habitare vxorium. *Ioſephus.*

8 Germanior ratio rei propoſitæ.

Sed cum hæc, quæ diximus, non in cuiuſque idoli religione fierent, cogimur rationem aliam magis communem quærere, quæ in cuiuſque Idoli cultum conueniat, vt *fornicatio*,& immunditia nominari poſſit.

Illa proculdubio certiſſima videtur, quam Sap.liber ca.14.12. proponit, *Initium omnis fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorũ, corruptio vitæ eſt*. quòd idola ijs cerimonijs colerentur, quæ ad omnem obſcœnitatem homines impellerent; Et hoc quidem permittẽte Deo in ſupplicium idololatriæ, vt indicat Paulus. Rom. 1.26. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ*.&c. vt ibi exponit Ambroſius; qui etiã addit illã non prætereunndam rationem, *quòd Deũ incurioſum colentes, atque per hoc negligendum magis ac magis hebetati ſint, & ad omnia mala admittenda fierent promptiores*. Tum etiã, vt ait Athanaſius, oratione cõtra idola, inſtituta eſt idololatria *deſiderio eorũ, qui ſtupris & propudijs pleni, figmentis repræſentantur*. Itaque turpiſſimã ſibi ſuorum Deorum vitam idolorum cultores imitãdã propoſuerunt. Addit pulchrè Athanaſ. originem idolorum inueſtigans. *Malitiam prauiam fuiſſe anteambulonemque idololatriæ, cum ea ſola magnifaceret, quæ animo concupiſceret, & cum voluptate adſpectaret in corporeis affectibus voluptatẽ ſentiens ac rerum diuinarum oblita. Et propemodum omnes ciuitates, omnibus libidinibus ſcatent, ob immanitatem morum quam in ſuis Dijs conſpiciunt; neque eſt in hoc genere Deorum, quem caſtum appelles. Olim certè Phœniſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes numinibus ſuum quæſtum, perſuaſæ meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum inde naſci. Viri quoque abdicato ſexu, nec ſe amplius mares eſſe ferentes, mulierum naturam affectauerunt, tã quam ita honorifica grataque matri Deorum facturi eſſent. Omnes autem in turpiſſimis viuunt. & certamen inter ſe prauitatis ſuſcipere videntur, &, vt dixit ſanctus ille Chriſti miniſter Paulus, Mulieres eorum mutauerunt vſum*. Integri voluminis argumentum eſſet, impijſſimæ religionis Idolorum, non omnium, ſed vnius tantum obſcœnitatem commemorando percenſere velle.

Idololatria coniuncta cum ritibus turpiſſimis.

Ambroſius. Suppliciũ idololatrię obſcœnitas.

Athanaſius

Idololatria inuecta à turpi cõcupiſcentia.

9 Alienigenæ cur pertraherent Iſraelitas in idololatriam.

Hinc iam ſublucet alterius non omnino facilis quæſtionis cauſa quid eſſet, quòd alienigenas tam immẽſa tamque proiecta cupido inceſſeret eos, quibuſcũ conſueſcerent, Iſraelitas, ad ſuorũ idolorum religionem pertrahendi. illud videlicet, quòd cum prauis voluptatibus omnino immerſæ, & excæcatæ tenerentur, quarum magiſtros & fautores ſuos ipſos Deos arbitrarẽtur; nullam ſibi tutam plenamq; voluptatẽ arbitrabantur, niſi viros, quibus ſubiugatæ eſſent, ſuæ quoque impuriſſimę religioni ſubijcerent. Atq; hinc illa aſſeueratio ſacræ Hiſtoriæ. 3. Reg. 11.2. *Certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini*

Idola libidini fauẽtia.

Deos

Deos earum. Neque ſolum propter improbitatẽ fœminarum,ſed etiam propter nequitiam eorũ, qui illarum deſiderio & libidine capti,illud vel maxime primum ſibi ſtatuerunt, vt numen non agnoſcerẽt,niſi quod ſibi deprauatæ vitæ impunitatem,& præſidium aliquod polliceretur. Vt, ſicut S. ille Orientius Illiberitanus in ſuo illo cõmonitorio de hac ipſa re canebat:

S. Orientius.

Quæ furor impulerat,laſciuus duceret error,
Eſſet & hoc licitum,quod fuerat libitum.

Cyrillus.

Rei huius clauſula eſto illa in Salomonem Cyrilli ſententia lib.7. contra Iulianum: *Deceptrix res eſt mulier,& idonea ad decipiendum ſemel ſuis captos laqueis: nam inter arma alia habet voluptatem, qua mens vincitur.* Iam vides quæ Salomonis idololatriæ origo & cauſa, & quam vere in ſacra
B
Hiſtoria aſſignata;& quantam ſibi vel impunitatem, vel patrocinium libidinis ex Regis Idololatria impuriſſimæ fœminæ compararint.

10

Aetas languidior ad reſiſtendũ fœminis.
3. Reg. 11. 14.

Sed illud etiam in cauſa aliqua poni videtur, quod non ſine cauſa diſertis verbis ſcriptũ eſt: *Cum iam eſſet ſenex,deprauatũ eſt cor eius, vt ſequeretur Deos alienos.* Quaſi infirmior & languidior ætas non potuerit ſuſtinere tãtam fœminearum illecebrarum vim, & importunitatem, quin ſe dederet alienæ religioni. Cum enim priori tempore repugnaſſet impudentiæ, & precibus fœminarum: tamen aſſidua conſuetudine & precibus emollitus,& langueſcens ætate languidiori

Caietanus.

C
ſuperari tandem potuerit. Id quod ipſius Caietani verbis exponere non pigebit: *Quamuis mulieres iunctæ fuerint Salomoni iuueni,non tamen diuerterant in iuuentute ad cultum Deorum,ſed in ſenectute:paulatim enim mollitus eſt animus eius ,creſcente amore & deficiente virtute,multiplicandoque obicẽ Diuinæ gratiæ:nam tandem Deus dereliquit eum ſibi ipſi.* Sed res hæc primum à Ioſepho.lib.8.c.2. indicata,

Ioſephus.

Aetate (inquit) *prouectior & mẽte paulatim ſeneſcente,magis ẽt patriæ religionis oblitus,&c.*

Cyrillus.

Sed ſapientiſſimè exponitur à Cyril li.7. contra Iulianum. *Corripiebatur* (inquit) *Salomon in ipſa ſenectutis via,mente iam defloreſcente. nec priſtinũ habente vigorẽ. ſed quaſi cum corpore ſeneſcente. Et ſicut iuuentus ſecura otioſa eſſe neſcit; ita, & ſenilis ætas;& quemadmodum ſcilicet adoleſcẽtes ad omne quod operandũ eſt,vadunt.& nihil requirentes ruũt: ſemper enim adoleſcentes inſipientiores ſunt iuxta Homeri verſum, ita & viri decrepiti mens: itaque Salomon adoleſcens adhuc exiſtens,& mente ephebus celebre illud Hieroſolymis templum conſtruxit, & quæ ad gloriã Dei pertinebant, facere ſtudebat. Vbi autem ad finem & occaſum vitæ venit,defecit ſimul ætas roboris & mentis.*

Defloreſcens Salomonis mẽs

D

Amplificatio Salomonicæ libidinis es ſenectute.

Quãuis procul dubio illud non ad excuſationem aliquã, ſed potius ad amplificationem ſceleris dictum eſt: *Cum iam eſſet ſenex*. Nimirum maiori vitæ parte in pietate & religione tranſacta, qui per tot annos Dei familiaritate
E
vſus fuiſſet, nec tunc primum, cum primis annis imbibens fidei, & religionis primordia, ad alienam religionem vita extrema defecit. Vt cum Salomone ex Dei perſona expoſtulare Iſaias potuiſſet.

Iſa. 5. 4.

Quid vltra debuit tibi Deus facere, & non feci? An quod expectauit, vt faceres vuas, & feciſti labruſcas? aut potius expoſtulaſſet cum illo, qui cum Dauide tam acriter de homicidio & adulterio expoſtulauit, Nathã Propheta 2.Reg.12.8. *ſi parua ſunt iſta, adijciam tibi multo maiora:quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo?* Quo ſenſu nonnulli accipiunt illud 3.Reg.11.6. *Non*

Varia lectio.

A
adimpleuit,vt ſequeretur Dominum,ſicut Dauid pater eius,id eſt,non plenè exegit ætatem *vſque ad ſenectam.& ſenium*;quippe non permãſit in vero illius cultu, ſicut Dauid pater eius. & ſicut de Caleb dicitur.Numer.14.24. *Plenus alio ſpiritu ſequutus eſt me.* quod ꝓpriè ex Hebræo legitur: *Fuit ſpiritus alter in eo, & impleuit poſt me.* Salomon è conuerſo *non adimpleuit,vt ſequeretur Dominum.* Sed locum hunc promeimus,vbi de ſalute Salomonis,lib.8.

CAPVT IX.

Is ne vere idololatra.

Ad locum Eccleſiaſt.47.22. Profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuam.

1 *Solus Iulianus delectabatur Salomonis lapſu. Proponitur cõtrouerſia de infidelitate Salomonis.*
2 *Qui mentis errorem amoueant à Salomone. An ipſe per ſe adolens idolis thura. Illuſtratus locus Regum.*
3 *Qui Salomoni infidelitatem attribuant. Illum quoque amiſiſſe ſapientiam.*
C
4 *Quinque pro Salomonis infidelitate rationes. Illius Idololatria poſteris exitioſa.* Incitari quid. *Illuſtratus Eccleſiaſticus.*
5 *Peccato Salomonis reſpondent captiuitas extrema. Computati anni à Salomonis Idololatria. Illuſtratus Ezechiel.*
6 *Stupiditas Salomonis ex libidine. Adamũ incurriſſe aliquam infidelitatem.*

1 *Cyrillus.*

BLaſphemauit aliquando Iulianus apud Cyrillum.lib.7. *Salomonem, doctrina Dei,qui ei apparuit, perſuaſum coluiſſe etiam alios Deos:inuidia enim* (dicebat) *& zelus nõ peruenit vſq; ad*
D
optimos homines,tãtum abeſt,vt ad angelos & Deos. Sed certè non Dei, ſed ſerpentis & fœminarum doctrina ſeductus fuit. Et quod dignum Iuliano erat, *ſolus ille*, (vt ait Cyrillus) *oblectabatur Salomonis lapſu.*

Iulianus delectatus Salomonis lapſu.

An Salomonis idololatria interna, vel externa.

Et verò duo ſunt,quæ idololatriam perficiũt, internus adorationis cultus, externus honoris. Prior videtur cum quodam mẽtis errore coniũctus,tribuente diuinum aliquid creaturæ. Poſterior,ſiue amore,ſiue metu,aliave mẽtis affectione exhiberi poteſt,nullo mentis errore. Hinc orta dubitatio cuiuſmodi fuerit ille à Salomone idolis cultus exhibitus,merene externus an etiã cum interna adoratione, & mẽtis aliquo errore coniunctus.

2 *Qui negẽt Salomonẽ mente idololatram.*

E
Priorem partem,vt omnẽ à Salomone mentis errorẽ excludant,docent Auguſtin.14.de Ciuit. cap.11. Paralleles faciens Adã,Aarõ,Salomonẽ, in hæc verba: *Aaron,qui erranti populo ad idolum fabricandũ nõ cõſenſit inductus,ſed ceſſit obſtrictus, nec Salomonẽ*,credibile eſt, *errore putaſſe idolis eſſe ſeruiẽdũ,ſed blãditijs fœmineis ad illa ſacrilegia fuiſſe cõpulſum:ita credendũ eſt,illũ virum ſuæ fœminæ, vni vnum,hominẽ homini,coniugem coniugi,ad Dei legẽ tranſgrediendam, nõ tanquam verum loquenti credidiſſe ſeductũ,ſed ſociali neceſſitudine paruiſſe. Nõ enim fruſtra dixit Apoſtolus; Adam non eſt ſeductus,mulier autem ſeducta eſt.* Et idẽ.lib.11.de Geneſi

neſi ad litteram, cap. 42. *Fecit quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas, quibus deperibat atque deſſluebat, mortiferas delicias contriſtaret*. Ecclare indicat Rabanus citatus à Gloſſa, ſuper id 4. Regum 23. *Excelſa, quæ ædificauerat Salomon*, &c. Dicens, idola, quæ ædificauerat Salomon, fuiſſe *in ſcandalum ſtultorum, quæ ipſe cum eſſet ſapientiſſimus erronea fecerat, & quaſi ſapienter facta, reliquerat*. Rem eandem docuit Sedulius vſurpans Auguſtini verba, 1. ad Timo. 2. Abulenſ. 3. Regum. 11. q. 15. Nicolaus, Caiet. Dionyſ. eodem loco, Arboreus, lib. 17. Theoſ. ca. 10. Galatinus lib. 4. ca. 24. Georgius Venetus Problem. 136.

Gloſſa Rabani. Sedulius. Abulenſis. Nicolaus. Caietanus. Georgius. Galatinus.

Probant, quia minimè credendum eſt, Salomonem ſapientiſſimum in illo principio per ſe noto, vnicum eſſe Deum, & incorporeum, errare potuiſſe. Secundò, quia ſatis indicat ſacra Hiſtoria, non tam ipſum, quam ſuas fœminas Dijs immolaſſe victimas; nullum enim verbum in Scriptura, quod Salomonem ſacrificaſſe idolis ſignificet. 3. Reg. 11. 8. *In hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabant Dijs ſuis*. Vnde collegiſſe videntur antiquiores patres Salomonem permiſiſſe fœminis ſua fana & ſacrificia. Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes. cap. 45. *Cum vxores accipiebat ab vniuerſis gentibus, permittebat eis exigere idola in Iſrael*. Quod enim in alijs codicibus ſingulariter dicitur, *adolebat*. Theodoret. corrigit legi debere numero multitudinis. *Et perſpicuam inde orationem colligi, quod ipſe quidem eis ædificauit templa, illæ autem colebant idola*. Id quod ijsdem ſere verbis docent Procopius. Tertiò quoniam cum Eccleſiaſt. cap. 47. Vniuerſa alia peccata Salomoni exprobet, at de idololatria tacet.

An Salomon ipſe adurès thura idolis. Irenæus. Theodoret. Procopius.

3 Sed plenò ſe idololatriæ perfectæ ſcelere & errore contaminaſſe, indicat idem Auguſt. lib. 2. contra Fauſtum. cap. 81. dicens. *In profundum idololatriæ lapſum fuiſſe vſque demerſum*, Cyrill. 7. cõtra Iulianũ. *Mente victum & deceptum*; dicit; *Salomon, deficiente ſimul ætatis robore & mentis*. Gregor. ſuper id Iob. 14. lib. 12. Moral. cap. 12. *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur*: mentis perfidiam non dubitat illi attribuere. *Qui prius* (inquit) *Deo templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtratus, idolis conſtruere templa non timuit: vt ab aſſidua carnis petulantia vſq; ad mentis perfidiã perueniret*. Hieronymus ad Vitalem, *neglexiſſe Deum patrũ ſuorum*, & in voluptate & impietate parallelos facit Salomonem & Achaz, quem proiectiſſimæ Idololatriæ damnat ſacra Hiſtoria. Proſper Aquitan. parte. 2. de Prædictionibus ca. 27. multis hãc rem verbis quaſi per ſynonymiam amplificauit, dicẽs: *Vitã in ſenectute, & ſapientiã ſimul amiſiſſe, fornicatũ mente & corpore Domino ipſum deſerere*. & eo etiam pertinent, qui ſapientiam amiſiſſe, cum ſcribitur *infatuatus*, contendunt, vt Ambroſius; & Hieronymus epiſtola ad Ruſticum ait. *Infatuatum fuiſſe Salomonẽ, non aliter, ac infatuatur ſal, quod foras proijcitur*. Rem eandem de ſapiẽtia perdita, & de væcordia in Idololatriam ruente, grauiter tradidit Baſil. epiſt. ad Chilonem. *Salomon tãdem, quid attulit commoda frugis ex vberans adeo opulentia infuſa ſapientia; & quã vix dũ adoleſcenti cœlitus de Deo cognitæ indulta eſt, quã do is demum per mulierculã, quã ad inſaniam vſque deperibat, illius complexus ex cordatiſſimo adoleſcẽte, per ætatem in ſenium deuergente vecors factus, & in idololatriam prælapſus concidit?* Auguſt. 17. de Ciuit. cap. 8. plane ait, *Salomonem in eandem idololatriam ſeductum atque deiectum ſuarum mulierum alienigenarum infidelium*. Defeciſſe itaque a veritatis fide elegãter Origenes indicauit ſub ſchema *multarum mulierum alienigenarum* allegoria, homil. 22. in Num: *Ille* (inquit) *cum eſſet ſapiẽtiſſimus, & ingentis apud Deum meriti, tamen quia ſe tradidit multis mulieribus, deceptus eſt. Ego puto quòd multæ mulieres, multa dogmata, & multarum gentium diuerſa philoſophia nominentur. Quæ cum ſingula agnoſcere, & perſcrutari, vt pote & ſcientiſſimus, & ſapiẽtiſſimus voluiſſet, ſemetipſum intra diuina legis regulã tenere nõ potuit. Similiter & Ammonitarũ, ſed & reliquarũ gentiũ: quarũ mulieres dicitur recepiſſe, & ædificaſſe tẽpla, vel immolaſſe idolis earum. Grãde eſt ergo & vere opus Dei tam multis dogmatibus, quaſi mulieribus, miſceri, nec tamẽ a veritatis regula declinare, ſed conſtanter dicere, ſexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ, quarum non eſt numerus; vna tamen eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, vna eſt genitricis ſuæ*. Et proculdubio ſapientiam amiſiſſe voluit Gregorius ſuo illo prognoſtico, ducto ex tempore nocturno, quo ſapientiam in ſapientia non perſeueraturus accepit. lib. 8. Moral. c. 17. & lib. 12. c. 12. Diuus Proſp. p. 2. de Prædict. c. 27. ſcribit *fornicatum fuiſſe mente & corpore*. itaque mentis infidelitatẽ, & idololatriam ab illo minimè excludit. Baſil. epiſtol. ad Chilonẽ. *Salomon vecors factus, & in idololatriam prolapſus*. Et perſpicue Bernard. epiſto. 129. Quæ eſt ad Ianuens. de perſeuerantia. *Si cautela* (inquit) *Sãſon, & ſi Salomonis deuotio perſeuerantiam retinuiſſent, nec is profecto priuaretur ſapiẽtia, nec ille viribus*. Idẽ quoque lib. 2. de cõſideratione, ad finẽ: *Sapiens Dauid, ſapiens Salomon fuit, ſed blandientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit*. Quid autem eſt *ex toto* deſipuiſſe, quã in idololatriæ errorem ſtultiſſimum prolapſum fuiſſe? Denique non aliter ſapientiam amiſiſſe, quam ſanctitatem, Dauidem, & Samſonem fortitudinem ſuam, aſſerit 1. epiſtola ad Robertum nepotem ſuum. *Dauid*, inquit, *ſanctitati ſubreptũ fuit, ſapientia Salomonis illuſum, Sanſonis fortitudini obuiatum*. & Gloſſa in id. 2. Reg. 7. *Fidelis erit domus tua*, dicit intelligendum de Chriſto. Nam Salomonis domus plena fuit *mulieribus alienigenis falſos deos colentibus, & ipſum Salomonem ad idem impellentibus*. Vbi manifeſte videtur Infidelitatẽ attribuere Salomoni, quod ſumptum eſt ex Auguſtino. 17. de Ciuitat. cap. 8. eodem loco ac verbis vtente. Fredericus Nauſea. homil. 98. de ſanctis *apoſtataſſe* aſſerit. Et nulla excuſatione, nullo addito, idololatriã illi impingunt. Tertull. de Præſcripti. cap. 3. lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 22. *Idolis* (inquit) *mancipatus*: & lib. 3. c. 20. & lib. 5. cap. 9. *In idololatriam vſque pertractus*. Et Ioſephus cum idololatriæ initium excuſare videatur, tamen extrema nullo iam amoris fœminarum prætextu excuſat in hæc verba: *Adeo cõſuetudine earum eſt captus, vt ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentiæ faceret. ætate deinde prouectior & mente iam paulatim ſeneſcente, magis etiam patriæ religionis oblitus, cultum Dei ſui neglexit, & mulierum exterarum ritibus aſſueuit*. Quòd ſi illa Iuris regula vera eſt, vt ſolet eſſe veriſſima, *Sermonem ſimpliciter prolatum de primo intelligi*, certè idololatria non de externa illa, ſed de interna, & quæ cum errore mentis coniuncta ſit, intelligenda eſt.

Error idolorum deceptus Salomon. Auguſtin. Cyrillus. Gregorius. Hieronym. Proſper. Ambroſius. Hieronym. Baſilius. Auguſt. Origenes. Sapiẽtiam amiſſam s Salomone. Gregor. Proſper. Baſilius. Bernardus. Gloſſa Rabani. Auguſt. Nauſea. Tertull. Ioſephus. Iuris regula.

Sed prætetea non ſolum ab auctoritate, ſed à

rationibus

4 rationibus quoque rem hãc muniamus. Primò, quod nunquam abſtulit altaria idolorum, quæ ſemel erexit, vt conſtat. 4. Reg. 23. quod tamen facile fuiſſet, ſi non mente, ſed praua alia affectione ſuaſus ad falſorum Deorum honorem illum compulſus fuiſſet. Coniectura hæc non admodum firma, quia & incertum an abſtulerit, & ſi fortè non abſtulit, incertum an ſua, an aliorũ culpa. de quo plura lib. 8.

An abſtulit idola.

Secundò, quoniam eadem ipſa nomina, quibus aliarum gentium Idololatria, aut aliorum regum deficientium à fide impiiſſimus error, & apoſtaſia ſignificatur, Salomonis peccato tribuuntur, nimirum *deprauatio cordis*. 3. Reg. 11. 4. *auerſio*. verſ. 2. & 9. *quod ſequutus fuerit Deos alienos*, verſu. 4. & 10. *quod coluerit*. verſ. 5. quod non *cuſtodierit pactum*, verſ. 11. Denique grauiſſimis illis verbis, atque verborum formulis, quibus Idololatriç peccatũ ſolet in Scriptura proponi, propoſitum eſt Salomoni, & additis minis grauiſſimis ad deterrendum. 3. Reg. 9. 6. 7. & 2. Paralip. 7. 19. 30. 21. 22. vt nulla ratione dubitari poſſit, de grauiſſimo idololatriæ genere loquutum Deum, atque notatũ Salomonẽ locis adductis.

Iiſdem nominibus Salomonis, quibus aliorum Regũ idololatria notata.

Tertio, quoniam quæ peſtis idololatriç in populo graſſata eſt mortuo Salomone, contagio quodam à Salomone duxit originem, vt notauit Ieſus Siraeides. cap. 47. 22. *Profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari ſtultitiam tuam*. Quod quamuis non vnum habeat explicatum; alij enim extremam partem referunt ad ipſum Salomonem, & legunt; *& compungeris in ſtultitia tua*. vel cum Tigurina, *ex ſtultitia tua cepiſti dolorẽ*. Quod indicat illam animi diuexationem, & acerbiorem cõſcientiæ remorſum, quæ peccati pœna, & comes eſſe ſolet. Nam Græca vox eã compunctionem ſignificat, quæ altius penetrat, & cor pungit, & vrit, atq; noctes dieſque ſtimulat. Tamen magis pronum eſt, vt cum Vulgata lectione referatur ad Salomonis poſteritatem, cui parentis Salomonis peccatum iracundiam diuinam conciliauit, & illa ipſa Salomonis idololatria compunctionis, vexationis ac ſupplicij cauſa extiterit ſuç poſteritati. Adde etiam, quod Iudæorum poſteritas, illa, quãuis idololatriæ ſcelere corruptiſſima, tamen iracundia, & furore quodam *incitabatur* aduerſus Salomonis tam incredibilem ſtultitiam, & libidinis atque apoſtaſiæ inſaniam, vt quæ nullam excuſationem admitteret, ſed omni ratione cumulatiſſima, & exageratiſſima fuiſſet.

Salomõ diuexatus peccati remorſu

Incitari qd propriè ex Græco.

Salomonis idololatria exitioſa poſteritati.

Et ſanè peculiaris obſeruationis eſt illa huius loci Sixtiana lectio, quæ in prima perſona per parentheſim habet; *& compunctus ſum ſuper ſtultitia tua*. apoſtrophe enim ad Salomonẽ reddit ſentẽtiam valde incitatã, quaſi qui de illius idololatria, & ſtultitia incredibili mentionẽ faciat Ieſus Sirach, non poſſit non cum ingenti animi ægritudine cum illo acerbius expoſtulare.

Apoſtrope vehemens.

5 Quartò, quod ab hoc ipſo Salomonis peccato videatur cõputari illa iniquitas populi, de qua loquitur Ezechiel. cap. 4. 5. *Ego dedi tibi annos iniquitatum eorum, numero dierum trecẽtos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Iſrael, diẽ pro anno dedi tibi*. Nã ibi ſermo eſt de *iniquitate*, id eſt, de peccato idololatriç, vel pçna illius peccati, vt ſere eſt frequentior Hebræorũ, & aliorũ interpretũ ſententia. Et *Iſrael* nõ pro decem tribubus, ſed pro Iudæis, & regno Ieroſolymitano, in quo multi erant promiſcui Iſraelitæ, vt eo loco eleganter probat pater Hieronymus Prado.

Ingens Iudæorum ſupplicitũ propter Salomonis idololatriã

Iſrael pro tribu Iuda *Prado*.

A Si autem numeres à 26. vel. 27. anno Salomonis, eum videtur recta annorum computatione cœpiſſe corrumpi fœminarum alienigenarum conſuetudine, & ædificare templa Dijs illarum, inueniamus proculdubio præſcriptum illum annorum numerum vſque ad captiuitatem illam, & deportationẽm *Ieachim & matris eius, & Principum & Ennuchorum eius, Babylonem; & Nabuchodonoſor protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regia, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon Rex Iſrael in templo Domini, iuxta verbum Domini*.

Quod obſeruandum, facta *Salomonis* mentione, fieri ſtatim, mentionem *verbi Domini*, & prædictionis, ſeu comminationis diuinæ intentatæ B ipſi Salomoni 3. Reg. 9. 6. *Si colueritis Deos alienos, auferam Iſrael de ſuperficie terra*. & 2. Paralip. 7. 20. *Euellam vos de terra mea, quam dedi vobis*. Quare ſubiungitur eodem loco. 4. Reg. *Et tranſtulit omnem Ieruſalẽ, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem, & omnem artificem & cluſorem. nihilque relictum eſt exceptis pauperibus populi terra*. Et quamuis quidem Sedecias regnauit poſtea vndecim annis conſtitutus à rege Babylonis; cuius anno nono quod defeciſſet à rege Babylonis obſeſſa eſt Ieruſalẽ, & anno 11. capta, & euerſa, templum ſuccenſum. 4. Reg. 25. 4. Tamen huius euerſionis & excidij initium fuit illa prior captiuitas ſub Ioa C chim. Ideo ab illa recurrendo vſque ad 26. vel 27. regni Salomonis, inuenies proculdubio *trecẽtos nonaginta annos iniquitatis*, & rupti fçderis, quod Salomon cum Domino pepigit, in templi dedicatione. Vt in ſubiecta perſpicitur tabella.

Cur facta mentione captiuitatis fieri mẽtionem Salomonis.

4. Reg. 24. 14.

Treccẽti nonaginta anni a peccato Salomonis vſque ad captiuitatem.

Ex Salomonis regni vniuerſi annis. 40. excipe, 13. ædificationis tẽpli, & 7. ædificij domus regiæ, & mœniorum Ieruſalem tum alios duos, quibus vrbes dirutas inſtaurauit, alias de nouo cõdidit: aliũ, quo regnans in pace, & curis vacuus, inuiſitur à regina Saba, & ab alijs orbis principibus, & regum legatis. Ex quibus cõſurgunt. 23. aut. 24. Tum otio diffluens, libidine corrumpi, & fçminis alienigenis cõſueſcere D incipit, per vnum, aut duos annos. Iam ſenior factus, a fœminis ad idolorum cultum, anno. 27. quibus ex 40. exceptis, remanent Salomonis regno. 13. plus minusve. Ergo ſic ſũmam conficito.

Salomon.	13.	*Ioathan.*	16.
Roboam.	17.	*Achaz.*	18.
Abias.	3.	*Ezechias.*	26.
Aſa.	41.	*Manaſſes.*	55.
Ioſaphat.	25.	*Amon.*	2.
Ioram.	6.	*Ioſias.*	31.
Ochoζias.	1.	*Ioachaz menſes tres.*	
Athalia.	6.	*Eliachim.*	11.
Ioas.	40.	*Ioachin menſes tres.*	
Amathias.	28.	*Procul dubio fiunt anni*	
E *Oζias.*	52.	390.	

Vide igitur iam inde a Salomonis idololatria interminatam à Deo auerſionem Ieruſalẽ populi captiuitatem, & quæ deinceps excurrere cœperunt, incredibilis captiuorum abiectio, & Templi, atque vrbis excidium. Quanta igitur, & quã exaggerata illius Idololatriæ nequitia, & inſania? & quantus error in principio, ex quo grauiſſima ad finem mala?

Denique, vt credibilis videatur error aliquis mẽtis, & ſtupidiſſima idolorũ opinio, quaſi illis ineſſet aliquid diuinum aut vtile, faciũt ea omnia, quæ ſuperius adduximus de hebetata mentis in- 6

Stupiditas ſeneſcẽtis Salomonis

poſito corre entre voſotros eſta palabra de altos, dēdo vueſtros antepaſſados haſta el dia de oy, que la queria ver deſterrada de entre voſotros. Vbi eleganter

Vatablus. Vatablus, & Iſidorus, quod deſũ in ſermone R. David: *Ego conſtitui vobis locum, vbi ſacrificaretis nomini meo: & quis igitur præcepit vobis facere excelſa, & ſacrificare ibi, niſi, quod à gẽtibus hoc didiciſtis?* Et addit peculiariter Iſidorus: *Adeo placuerũt illis excelſa, vt etiã ſi quid mihi offerẽdũ ceſſerõt, illud cauſa breuitatis, vocaueriit excelſũ.* Quod

Iſidorus. nomẽ execratur Deus, atque adeo etiã rẽ ipsã peractam in excelſis, vt intelligere videtur Kaldæus; *& dixi eis, quod eſt excelſum, ad quod vos venitis, vt ſtulta agatis ibi?* Vide Hier. Oſeæ 4.13. in id, *Super*

Kaldæus. Hieronym. *capita mõtium*, &c. vbi diſſerens de illa ipſa voce B originali *Bamoth*, ait, Deũ præcepiſſe, vt ſacrificaretur niſi in loco, quem ipſe elegiſſet, vt *Ve ſcilicet paſſiua & voluptuoſa religio auſteritatẽ vnius & veræ religionis euertat; è cõtrario Iſrael ſacrificabat in mõtibus, excelſa terræ deligens loca, quæ excelſũ reliquerat Deũ.* Denique nunquã nomẽ *excelſi* ad laudẽ dicitur in ſacro ſermone, niſi ſemel dũtaxat 3. Reg. 3.4. vbi de *excelſo Gabaõ*, in quod aſcẽdit Salomõ, & adhuc nõ ſine aliquorũ interpretum varietate, vt ſuperius li. 5. dicebamus. Vide etiã lib. 5. c. 5. vbi dicebamus peccatum fuiſſe extra templum ſacrificare, quamuis vero Deo.

Vnde ratio & notio excelſi. Cùm autẽ ipſum nomen afferat illam loci celſitudinem, quam diximus; alij dicunt ideo ſic di C ctum, quòd gentes in montibus excelſis, & ſublimibus collibus ſacrificare ſolerẽt frequẽtiſſimè:

Nõ ſolum in montibus ſed etiã in vallibus ſacrificatũ à gentibus. quamquã etiam aliquando in vallibus, vt elegãter notatur illo Ezech. 6.2. vbi populi ſuperſtitio frequens in *excelſis* perſtringitur, aliquando in vallibus. *Mõtes Iſrael audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus mõtibus, & collibus, & rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdã excelſa veſtra, & demoliar victimas veſtras, & confringentur ſimulachra veſtra.* Vbi non ſolùm nomine *vallium*, ſed etiam nomine *rupium* intelligi loca humilia, & conualles nemoroſas interiacẽtes inter duos mõtes, aut duas rupes, indicat Hieronymus. Tũ præterea Ierem. D

Frequentiùs in mõtibus. 7.31. in *valle Topheth* cõſtituũtur *excelſa*, vt mox videbimus: Sed tamen frequentior ſuperſtitio in montibus, & illa tam ardens populi concupiſcentiã mõtium & collium, quã notabit Ezech. 20.21. vt paulo antè exponebamus. vide Hieron.

Hieronym. ad id Oſeæ 4.13. *ſuper capita mõtium*, & Iſaiæ 57.

Auguſtin. 7. *ſuper mõtem excelſum.* Auguſtin. in Iudic. quæſt. 37. & quæ adduximus li. 5. c. 5. Sect. 1. de Teplo: Hinc illa tam frequens, & tam vehemens omniũ prophetarum execratio Montium & colliũ ſub perſona *Meretricis* in omni colle excelſo, & frondoſo. Quare ipſi montes & colles religioſi videntur vocari *Excelſa*, Nume. 22.41. *Deduxit eum ad excelſa Baalim, & inde intuitus eſt extremam partem populi.* vbi quamuis Septuag. legerint: *Aſcendere fecit ad ſtatuam Baal*; & ex Græco legi poſſit, *ad columnam*, tamen ex Hebræo Kaldæus & Vulgatus propriè legerunt, *excelſa* (Bamoth) ſic exigente opportunitate deſpectandi populum è loco ſublimi. Quare hæc loca excelſa manifeſtè di-

Excelſa diuerſa ab altaribus. ſtinguuntur ab aris, & ſtatuis, 3. Reg. 14.25. *ædificauerunt ſibi aras & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum*, & ſimiliter 4. Reg 23.2. Alij verò *excelſorum* appellationem referũt ad Baſilicam;

Excelſum Baſilica. aut ædem ſacram, quam templum aut delubrum vocãt, præcelſum & magnificum; vbicumque tandem erectum eſſet. Quo videntur reſpexiſſe Septuagint. 4. Regu 23.13. *excelſa ædificata* A à Salomone interpretãtes *domũ*, & Vatab. Leuit. 26.30. ſuper id, *Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringa*, annotat, vocem Hebræã ſignificare *ædes conſtructas ad cultũ idolorũ*, & eò videtur reſpexiſſe Latinus interpres vertens hoc loco *fanum*, quod eſt ædes & templum.

Sed tandem alij *excelſa* dicta voluerũt, loca, in quibus ſublimia altaria erigebantur, ſuper quæ etiam eleuabantur in altum, & imponebantur ſacrificia, quæ nomen etiam habent ab eleuatione. Sic Ieremiæ 7.31. ponũtur excelſa in *Topheth*, qui erat locus profundus & vallis gehẽnæ: *ædificauerũt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennõ.* Et cũ dicuntur *deuaſtata, excelſa* aut *ablata* 4. Regũ 23. B 13. Leuit. 26.30. Oſeæ 10.8. *& deſtrui*, aut *deuaſtari*, Amos 7.9. Ezech. 6.3. & dirui *excelſa portarũ*, 4. Reg. 23.9. certum eſt ſermonem eſſe non de ipſis collibus, & montibus; hi enim, neque diſſipabantur, neque deuaſtabantur; ſed quæ in illis erant altaria erecta.

Excelſa pro altaribus.

Ierem. 7.31

Et quidem Altaris nomen Latinum, ab altitudine dicitur: teſte enim Iſidoro lib. 15. Altare eſt quaſi alta ara, licet Feſtus velit *altare* non eſſe aram quorumcumque Deorum, ſed in quo Dijs ſuperis ſacrificaretur, quibus proinde aræ ſuperiores & celſæ erigerentur, ſicut Dijs terreſtribus in terra, Dijs verò inferis in effoſſa terra, aut in antris ſacra fiebant. Et pro diuerſitate loco C rum, quibus credebantur numina præſidere, ita ſtruebantur aræ, vel in montibus, vel in vallibus, vel ad flumina, &c. ſicut & Syri pro ſua ſuperſtitione dicebãt, 3. Reg. 20.23.28. *Dij montiũ ſunt Dij eorũ, ideo ſuperauerunt nos: ſed melius eſt, vt pugnemus contra eos in cãpeſtribus, & obtinebimus eos.* Illud etiã peculiare annotat Vatabl. Ezech. 20.39. *Bama* propriè eſſe altare valde excelſũ, ad quod per gradus aſcẽdebatur, quale fortè prohibetur à Deo, Exod. 20. 26. *Non aſcẽdes per gradũ ad altare meum.* Et fortè quale etiam templum deſcribitur Iunonis à Poeta,

4 Iſidorus. Altare vnde dictum.

Diuerſa loca ad diuerſorum Deorũ cultum.

Vatablus.

Domus opulentum & numine diuæ,
Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nixæque
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Virg. Aene id. 1.

D Ego ſanè in hoc noſtro loco *fanum* intelligo excelſum, porrò excelſum, aram, altareuè erectum ad Deorum cultum; ſed magnificum & regale; & non niſi ex marmore aut lapide: hic enim videtur fuiſſe gẽtium ritus, vt aras lapideas ac marmoreas erigerent ſuis numinibus, ſicut & canebat Poeta:

Priſcæ aræ lapideæ.

Marmoreas ſtant fulua canum ſimulachra per aras.

Propterea enim vt ab illis diſcernerent Iſraelitæ præcepit Deus, Exodi 20.24. *Nõ facietis Deos argẽteos nec aureos. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſup eo holocauſta*, &c. & inferiùs, *Si altare lapideũ feceris mihi, nõ ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Vt enim obſer. D. Th. 1.2. q. 102. art. 4. ad 7. & 3. p. q. 83. art. 3. ad 5. *Gẽtiles idolis cõſtruebãt altaria ornata, & ſublimia.* Atque adeo magnificã fuiſſe molẽ illam altaris, quã rex Achaz vidit in Damaſco, ſimilemque extruendam curauit in Ieruſalem 4. Reg. 16. 10. nemo dubitabit. Ergo plurima altaria marmorea, & ſublimes aras extruendas curauit Salomõ, plurimas enim poterat capere mons ille oliuarũ. Quamquam Septu. 4. Reg. 23.13. *domum* aliquam aut ædẽ legant, & intelligant pro excelſis ædificatis à Salomone. Caietanus in vniuerſum intelligit *ſtructuram idoneam ad idolorũ cultum*: quæcumque tandem illa fuerit, ſiue altaria tantummodo, de quibus dubitari non

Cur altare de terra voluerit Deus.

D. Thomas

Altaria erecta à Salomone.

An ædificata idolis ædes aliqua Caietan.

Ii potest,

poteſt, ſiue pra terea etiam templa, aut delubra, aut ſacella, aut ſacraria, & fana, ædeſve magnificentiores, de quibus dubitari meritò poteſt. Sed rem in medio relinquo.

II. Luci & nemora vel plantata à Salomoni, vel dijs conſecrata.

5 IN lucis & nemoribus Salomonem erexiſſe altaria, & ſtatuiſſe ſtatuas, videtur certò colligi ex illo 4. Reg. 23. 14. vbi de Ioſia: *Excelſa quæ ædificauerat Salomon, polluit Rex, & contriuit ſtatuas. & ſuccidit lucos*, nam ea omnia referuntur ad Salomonis excelſa. Tum etiam probat priſcus ritus. nam non minùs quàm altarium & excelſorum antiqua *lucorum* ſuperſtitio. Exod. 34. 14. *Aras eorum deſtrue: confringe ſtatuas, lucóſque ſuccide*. Idem Deuter. 7. 5. & cap. 12. 3. & 16. 21. *Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini tui, nec facies tibi, &c. quæ odit Dominus Deus tuus*. Nihil frequentius in ſacra hiſtoria quam luci, vel plantati ab impijs, vel ſuccisi à ſanctis regibus: atque perinde prophetæ lucos & ligna frondoſa, ſicut aras inſectantur. Sic ſæpe à Poetis ſacri luci, & quos cædere, aut temerare ne fas ſit, propterea incædui. Qualem deſcribit Poeta 1. Aeneid.

Luci conſiti idolis.

Prophetæ inſectātes lucos, & ligna frōdoſa.

Virgilius.

Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra:
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Seruius.

Vbi Seruius obſeruat vbicumque Virgilius *lucū* ponit, ſequi etiam conſecrationem. Ac neſcio quā ex vmbroſa illa profunditate concipiebant deluſi præſentiam numinis, vt ille dicebat.

Ouidius 3. Faſt.

Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra,
Quo poſſis viſo dicere, numen ineſt.

Et quamuis ſanè templum illud Iunonis in media vrbe ſimul cum luco deſcribatur à Poeta, quippe Dijs tutelaribus Ioui & Iunoni in media vrbe tēplum conſtituebāt, vt teſtatur Vitruuius, vnde mœnia conſpici poſſent; ſimiliterque Belus Babyloniorum Deus, templum lucūque media in vrbe habuit. Quò videtur ſpectare illud Pſalm. 137. 3. *In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra*. Nam illud *eius* videtur ad Babylonem referri, vt intelligere videtur Campenſis. Cùm autem auctore Herodoto libr. 1. prope Euphratem, qui Babylonem interfluit, in medio vrbis Iouis Beli templum fuerit, ſalicetum illud videtur eſſe lucus Ioui conſecratus, & religioſus. Quamuis inquam hæc ita ſint: at lucos non vrbanos, ſed rurales è regione vel vrbium, vel villarum conſitos & præcipuè cultos, colligere est, vt qui potiſſimùm ad montes & colles cōſiti fuiſſent. Quid enim tam frequens, quàm lucorū & ſuperſtitioſarum arborū ſimul cum montibus & vallibus coniunctio in Scripturis: tum etiā & apud profanos? Quare & hunc quoque Ethnicæ ſuperſtitionis ritum ſeruauit Salomon in monte qui eſt contra Ieruſalem, fanum ædificauit, aras erexit, lucos conſeuit.

Vitruuius.

Quibus dijs tēplā in media vrbe.

Campenſis.

Herodotus.

Salicetum ad templū Iouis Babylonij.

Luci Deorum extra vrbes.

Sed, vt obiter illud quoq; dicamus, ſicut 1. Machab. 3. 48. *Gētes de libris legis ſcrutabātur ſimilitudines ſimulachrorū ſuorum*, nimirū traducēdo ſacros Dei colēdi ritus ad falſorū numinū cultum; ſic ſanè & priſcam primorum Patriarcharū religionem colentium verum Deū in lucis, & arboretis, locíſque opportunis ad ſilētium, & Deo vacandum, ſicut ſcriptū eſt: *Egreſſus eſt Iſaac ad meditādum in agro*, ad vaniſſimā idolorum ſuperſtitionē trāſtulit deluſa antiquitas, Dæmonis inuidia diuinos ſibi honores æmulantis, & arrogantis. Ergo iam inde à primo parente ſacrum illud nemus & paradiſus voluptatis Dei manu conſita, tradita ſunt primo homini tanquam primo ſacerdoti, & templi illius nemoroſi cuſtodi, *vt operaretur, & cuſtodiret illud*. Et fortè verbum illud operandi, quod in originali eſt *Ghabad*, & propriè ſignificat operari ſeruiendo & miniſtrādo, ad rem diuinam referri poteſt, cùm ab eodem verbo dicantur ſacerdotes *ſeruire in tabernaculo*, Num. 18. 23. Et præterea dicatur homo *Deo ſeruire* ſacrificando, vel adorando. Deut. 10. 12. & 29. 4. Exod. 20. 5. 1. Reg. 26. 20. Paral. 34. 33. Et in hoc nemore ſacram ſibi peculiariter Deus voluit *arborem ſcientiæ boni & mali*, omninòque intactam. Poſtea *Abraham plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen Dei æterni*. Vbi OnKelus legit: *& orauit ibi in nomine Domini Dei æterni*. Vbi Targum Ieroſolymitanum apud Lipomanum ſic legit: *Abraham* (inquit) *hortum plenum optimis fructibus plantauit, & peregrinos ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat; nihil aliud exigens pro pretio, quàm vt ſcilicet orbis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cæli & terræ, cuius ſolius donum eſſet, quidquid comediſſent, vel bibiſſent. Sicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos, dimittebat*. Et Caietan. diſertis verbis ait fuiſſe nemus illud, tāquam templum, & oratorium tam Abrahæ quàm alijs colentibus verum Deū. Deinde verò videtur etiā Iacob ſacraſſe *quercum* ſummo Deo. Gen. 35. 8. ex cōtextu enim videtur ſub ea quercu Deus illi apparuiſſe. nam ſequitur ſtatim *Apparuit iterum Deus Iacob*, &c. & confirmari poteſt ex Ioſue 24. 26. Vbi Ioſue *tulit lapidē prægrandem, poſuitque eum ſubter quercū, quæ erat in ſanctuario Domini*. Vbi vides, quercum, ſiue quercetum, eſſe ſacrum Deo, & ſanctuarium. Quam *quercum* eſſe eandem ſub qua terebinthi nomine Iacob infodit idola ſuæ familiæ, Geneſ. 35. eſt Hebræorum traditio, quàm admittit libenter Maſius eo loco; & addit præterea eandem ipſam eſſe quercum, ad quam conſedit Abraham, Geneſ. 12. 6. cùm dicitur perueniſſe ad *Conuallem illuſtrem*; quæ in Hebræo dicitur *Elon moreh*. *Elon* autem eſt nomen quercus aut terebinthi, de quo vide eundem Maſium Ioſ. 8. num. 30. & 31. & ſimiliter videtur fuiſſe religioſa quercus, aut quercetum illud ſub quo apparuit Angelus Domini Gedeoni, Iudic. 6. 11. atque in eodem loco videtur fuiſſe ara, in qua oblatum eſt ſacrificium, ſubditur enim v. 19. *Tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei: cui dixit Angelus; Pone ſuper petram illam*, &c.

Lucorum origo & religio vnde.

Gen. 24. 63.

Hortus voluptatis inſtar tēpli & luci.

Gen. 2. 15.

Operari quid propriè.

עבד

Seruire dictū de miniſterio ſacro.

Gen. 21. 33.

OnKelus.

Lipoman.

Abraham docens in nemore.

Caietan.

Deus apparens ſub ſacra quercu.

Hebræorū traditio de Iacobi Terebintho.

Maſius.

אלון

Conuallis illuſtris.

Quercus Gedeonis.

Fuit quoq; ſimul nemoris, & arboris alicuius religioſæ vſus ad ſepulchrū, quod violare non licebat. Vt conſtat ex Gen. 35. 8. vbi ſepelitur Debora *ſubter quercū*, & 1. Regū 31, 13. *Habitatores Iabes Galaad ſepelierūt oſſa Saul, & filiorū eius in nemore Iabes*, & 4. Reg. 23. 15. 16. *ſuccenduntur luci*, & effodiuntur *oſſa de ſepulchris*, quæ erāt in monte, & *comburuntur ſuper altare* à Ioſia. Seruiebant etiam ad inaugurationem Principum, vt cōſtat Iudic. 9. 6. *Conſtituerunt regem Abimelech iuxta quercum, quæ erat in Sichem*. De quo diximus plura vbi de inauguratione Salomonis ad fontem Gihon, lib. 2.

7 Luci & arbores ad ſepulchra.

Regū inaugurationes ad nemora.

Sed iam hæc omnia tranſtulit Dæmon ad ſuū cultū, & idolorum impietatem; Occupans montes, colles, valles, torrētes, nemora & arbores frōdoſas, & opacas. Sicut dictum Iſaiæ 57. 5. *Qui conſolamini*

Dæmon trāsferens nemora ad ſuperſtitionem.

ſolamini in Dijs ſubter omne lignum frondoſum, im- A
molantes paruulos in torrentibus, ſubter eminentes
petras, in partibus torrentis pars tua. Hic ergo ſua
Plinius. templa conſtituit priſca ſuperſtitio. Plin. lib. 12.
cap. 1. Hæc fuere quondam numinum templa:
priſcoque ritu, ſimplicia *rura etiam nunc Deo præ*
cellentem arborem dicant: nec magis auro fulgentia,
atque ebore ſimulachra, quam lucos, & in ijs ſilentia
ipſa adoramus, & de Germanis nominatim ſcri-
Tacitus. bit Tacitus li. 1. de Moribus German. *lucos ac ne-*
mora conſecrant, Deorumque nominibus appellant
ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident. Ibi ſi-
mulachra Deorum addita, id eſt, ſtatuæ, ex ſti-
pitibus rudibus, & impolito robore, vt deſcribit
Lucanus. Lucanus in obſidione Maſſiliæ. B

Idola ruſtici rudes.

Lucus erat longo nunquam violatus ab æuo,
Arboribus ſuus horror ineſt: tũ plurima nigris
Fontibus vnda cadit, ſimulacraque mœſta Deo-
rum
Arte carent, cæſiſque extant informia truncis,
Ipſe ſitus, putriſque facit iam robore pallor
Attonitos.

Claudian. Sed exprobrat Claudianus de laud. Stilic. lib. 1.
Vt procul Hercinæ per vaſta ſilentia ſyluæ
Venari liceat, & robora numinis inſtar
Barbarici, noſtra feriant impune ſecures.

Sed ridet Iſaias 44. 19. *Medietatem eius combuſſi*
igni, & coxi ſuper carbones eius panes, coxi carnes,
& comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante C
truncum ligni procidam? Vbi quamuis Septuag. di-
xerint, *Reſiduum feci in Deum ſculptum*. tamen
truncum ruidé, & impolitum videtur ſonare vox
originalis, & quem terra producit. *Vn tronco co-*
mo ſe nace en el monte. Quanquam non dubitant
quin poſtea etiam varijs Deorum formis ſculpe-
rentur ex ligno, ex marmore, & funderentur ex
ære & metallis; ſicque adderentur artis lucrum.
Hieronym. In quam rem vtitur hoc loco Hieron. alijque Hora-
tij 1. ſerm. Satyr. 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus ſcamnum, faceretne Pria-
pum,
Maluit eſſe Deum. D

In his lucis religioſa ſepulchra, vt obſeruat Ser-
Seruius. uius 9. Aeneid.
luco tum fortè parentis
Pilumni Turnus ſacrata valle ſedebat.

Cicero. Et confirmat pro Milone Cicero: *Vos enim Alba-*
ni tumuli, atque luci, vos inquam imploro, atque obte-
ſtor. ſic more Ethnicorum Hebræi ſepeliebantur

Sepulchra Hebræorũ in lucis.

in lucis idolorum, vt ſuperius ex 4. Reg. dixi-
mus, de contaminatis ſepulchris & ſuccenſis lu-
cis a Ioſia. Ezech. 6. 13. *Cum fuerint interfecti ve-*
ſtri in medio idolorum veſtrorum, & ſubtus omne li-
gnum nemoroſum, &c. Ierem. 2. 34. *In alis tuis in-*
uentus eſt ſanguis pauperum, non in foſſis inueni eos,
ſed in omnibus quæ ſupra memoraui. Vbi Septuag.
legunt. *Non in foſſis inueni eos, ſed in omni quercu:*
q. d. impios Hebræos occidere prophetas, deinde,
illis extruere magnifica ſepulchra in ſuis lucis;
ſicut dicebat Chriſtus Dominus, Matth. 23. 29.

Superſtitioſa in lucis conuiuia.

In his quoque epulæ ſuperſtitioſæ quæ notan-
tur, Iſai. 66. 17. *In hortis comedebant carnem ſuillã,*
& abominationem, &c. Atque ſemper cum idolo-
rum ſuperſtitione coniuncta fuiſſe impuriſſima
conuiuia alias diximus. Denique ibi à Dæmone
petebant reſponſa, ibi accipiebant. Quæ omnia

Luci ſeruientes libidini.

euincunt, Salomonem, vel in lucis fana, & aras
conſtruiſſe, vel certè plantaſſe ritu profano. Sed
illud potiſſimum, quòd luci & nemora idolorũ
ſeruiret ob impudicitijs, & operibus tenebrarum:

A nam vmbram potiſſimum, atque tenebras in his
locis tenebroſis quærebant. Sicut Oſeæ 4. de hac
ipſa re dicebat Hieronymus. *Vmbram quærentes*
deſeruerant veritatem. Tum præterea, *quod paſſi-*
ua, & voluptuoſa religio auſteritatem vnius & veræ
religionis euerterat: inter vmbras enim, & tene-
bras impuris voluptatibus obſequebatur. Quod
in hac ipſa re indicauit Philo, lib. de Monarchia Philo.
2. initiò, vbi de Templo Ieroſolymitano ſcribit:

Cur nullus in templo Ieroſolymitano lucus.

Lucus nullus eſt intra eius ambitum, quia lex id mul-
tis de cauſis vetuit: primò quoniam verum templum
non amœnitates poſtulat, ſed ſeueram caſtimoniam,
præterea eo, deinde à ſyluarum in deſitis conueniunt, ex
latebris ſecuritatem & inſidiarum occaſionem, quæ-
B *rentibus*, &c. Ergo vmbra & opacitas res in illis
lucis atque locis in primis diuina: *Si tibi occur-*
rit (inquit Seneca, epiſt. 41.) *vetuſtis arboribus, &* Seneca.
ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & con-
ſpectum cæli, denſitate ramorum, aliorum alios pro-
tegentium, ſubmouens illa proceritas ſyluæ, & ſecre-
tum loci, & admiratio vmbræ in aperto tam denſæ,
atque continua, fidem tibi numinis faciet.

Quod ſi in his lucis priſca illa ſuperſtitio lumi-
narium, tum etiam velaminum, aliorumque do-
norum, quibus ſuperſtitioſiſſimæ fœminæ arbo-
res & nemora exornare ſolebant; quàm frequẽ-
tes ibi lucernæ lucebant? quanta domuncula- Lucernæ,
rum, aut aliorum tegumentorum copia, & cura? & domunculæ in lucis Salomonis.
C quanta donorum opulentia ſub rege opulentiſſi-
mo? De primo, nomen ipſum admonet, dictum
lucum, quòd ipſe per ſe careat luce, & propterea
lucernis appenſis luceat. De ſecundo, videtur id *Lucus* vnde dictus.
4. Regum 23. 7. Cum Ioſias *deſtruxit ædiculas ef-*
fœminatorum, pro quibus mulieres texebant, quaſi
domunculas luci. Vbi Septuaginta, Compluten-
ſes, legunt; *Deſtruxit domum initiatorum, quæ in*
domo Domini, in quo mulieres texebant ibi ſtolas lu-
co. Et fortè de his ſiue *domunculis*, ſiue velami-
nis arborum loquitur Arnobius, cum li. 5. vbi de Arnobius.
Acdeſti interfecto loquitur, *Quid lanarum velle-*
ra, quibus arbores colligatis, & circumuoluitis ſtipi-
tes? nonne illarum repetitio lanarum eſt, quibus tam
D *deficientem contexit genitrix Diuum, & teporis ali-*
quid rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus?
& quidem fabula ea Acdeſtis turpis & obſcœna Acdeſtis fabula.
ſimiliter res quam peragebant, aut patiebantur
effœminati ſub his domunculis ad truncos arbo-
rum, ſubijcit deinde Arnobius: *Quid compti vio-*
laceis coronis, & redimiti arboris ramuli: Nonne il-
lud indicant, vti mater primigenijs floribus adorna-
uerit primum miſerabilis indicem teſtimoniumque
fortunæ? De tertio, id eſt, de *donis* & anathema-
tis ex ramis luci ſuſpenſis, res permulgata. De Anathema ta ſuſpẽſa ex arboribus.
quo Arnobius lib. 1. *Venerabar* (ô cæcitas) *nuper*
ſimulachra, veternoſis in arboribus tantas. Fortè de
hoc Lucanus lib. 1. Arnobius. Lucanus.

Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuuias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona ducum, nec iam validis radicibus hærẽs,
Pondere fixa ſuo eſt, nudoſque per aera ramos
Effundens, trunco, non frondibus efficit vmbrã.
Sed quamuis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſyluæ firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur.

Sed eleganter Silius de luco Feroniæ. Silius.
Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco,
Fama eſt intactas longæui ab origine Fauni
Creuiſſe in medium congeſtis vndique donis,
Immenſas per tempus opes.

Luci Salomonis opulenti.

Ergo lucos illos Salomonis opu'entiſſimos non A per tēpus, ſed ſubitò fuiſſe, quis dubitet, vbi tot fœminæ opulentiſſimæ, ambitioſiſſimæ, ſuperſtitioſiſſimæ?

Ex quibus arboribus luci à Salomone conſiti.

Quòd ſi roges, qui luci, aut ex quibus arboribus plantatis à Salomone in illo monte oliuarū: an ex oleis: an ex alijs arboribus fructiferis; an ex ſylueſtribus: certè res incerta. Philo. li. de Monarchia, indicat, tum ex frugiferis, tum ex ſylueſtribus conſtitiſſe lucos. Apud Hebræos idololatras, illæ arbores erāt & in vſu, & in pretio, quas Oſeas, 4. 13. aſſignat: *Subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona vmbra eius*. Sed ſatis B de lucis, nunc de altarium ſeu excelſorum numero, quæ ædificauit Salomon.

Philo.

III. *Excelſorum, & ararum diſpoſitio & numerus.*

8

Statuæ à Salomone impoſitæ aris.

SEd erant ne fana illa, & altaria tantum dijs ſacrata, non etiam cum ſtatuis, quas effingi, aut ſculpi curauerit Salomon? Certè non vacua illa fana fuerunt, neque nudæ aræ, ſed erectis etiam ſtatuis conſpicuæ. Nam præterquam quod, cum dicitur *ædificatum idolo Chamos*, &c. non ſignificatur ara aut ſacellum nudum & vacuum ſtatua (quamquam & fuerunt apud Ethnicos aræ vacuæ) & certè locus ille 4. Reg. nuper adductus id clarè docet. Ad Salomonem enim illa omnino C referuntur, *quæ Ioſias abſtulit, & contriuit ſtatuas*, &c. *ſtatuæ* autem eo loco dicuntur à verbo *Iatſab*, quod eſt erigere aut conſtituere. Quæ ſi erant ex ære, conflatiles; ſi ex ligno aut lapide, ſculptiles. Galatinus verò lib. 4. c. 24. exiſtimat, Salomonem nunquam effinxiſſe idola, ſed quia vxoribus, & concubinis effingentibus aſſenſum præbuit, eum effinxiſſe, ſcriptum eſſe. Ego verò exiſtimo non minus illum curaſſe, aut iuſſiſſe ſtatuas fieri, quàm altaria; neque minus hæc, quàm ipſum quoque ipſis Dijs cultum impendiſſe.

Statua vnde dicta.

Galatini opinatio non probata.

Vnius tum tēpli facta mentio, altarū multorum.

Sed quod ad templorum & altarium numerū ſpectat, numero multitudinis *excelſa* ædificata à Salomone, *ara*, & *ſtatuæ* recenſentur, 4. Reg. 23. D non item *fanum*, templumvè. Potuit ergo fieri, vt vel vnico templo plurimæ plurimorum diuerſorum aræ continerentur. quod indicat lectio Septuag. vnius tantum *domus* mentione facta. *Domum, quæ ad faciem Ieruſalem, quæ à dextris montis Moſtath, quam ædificauerat Salomon Aſtartha, offendiculo Sidoniorum, & Chamos, offendiculo Moab, & Moloc, abominationi filiorum Ammon, contaminauit rex*. Nam & apud Ethnicos Pantheon fuit Deorum omnium; & duobus, vel pluribus Dijs vnum templum, vnamvè altare non rarò conſtruxerunt: ſed non, niſi inter Deos illos peculiaris aliqua rerum cognatio interceſſiſſet: vt quòd Mercurius lyræ, Apollo citharæ inuentores fuiſſent, communem illis aram erexe- E runt Græci, vt auctor eſt Pauſanias in Eliacis: Hercules & Muſæ communem aram habuerunt, quòd ille docuiſſet Euandrum litteras, vt tradit Plutarchus in Quæſtionibus Romanis quæſt. 59. alijque ſimiliter bini, aut terni propter rationem aliquam.

Pluribus dijs vnum templum & vnum altare.

Pauſanias.

Plutarch.

Singula tēpla ſingulis dijs ædificata à Salomone.

Sed cum illarum fœminarum Dij, nulla peculiari ratione coniuncti videantur, veroſimilius exiſtimarunt Nicolaus, Caietanus, Abulenſis, Hugo Carrenſis, Dionyſius, Dijs ſingulis ſingularum nationum, ex quibus vxores eſſent, ſingula templa erecta, non quidem omnia magnificētia, & amplitudine æqualia, ſed pro celebrioribus idolis, & pro amantioribus fœminis præſtantiora & ſplendidiora. Porro Abulenſis ſummum dicit *ſex templa*, quot erant nationes diuerſæ, ac diuerſi Dij fœminarum alienigenarum; Aegyptiarum, Moabitarum, Ammonitarum, Idumæarum, Sidoniarum, & Hethæarum. Ego multo plures aras extructas ſuſpicor; cum enim tres nominatim ſcribantur, Aſtarthe, Moloc, Chamos, multo plures comprehendi ſub illa amplitudine, *vniuerſarum vxorum* alienigenarum cenſeri oportet: multo item plures nationes fuiſſe, B ex quibus vxores compararit.

Nicolaus. Caietan. Abulenſis. Hugo. Dionyſius.

An ſex tantum altaria & templa ædificata à Salomone.

Quod deinde illi ijdem interpretes addunt, vnicum tantum fanum fuiſſe pro vniuerſis vxoribus vnius nationis, atque generis: potuit quidem eſſe; ſed neceſſarium non eſt ita fuiſſe: potius veroſimile multiplicatis altaribus, & erectis paſſim aris, vnius ſui idoli ab eiuſdem gentis & generis fœminis, ſiue in monte Oliuarum, ſiue in vrbe, ſiue publicè in plateis, ſiue priuatim domi, plenam extitiſſe Ieruſalem: ſicut, & Iſaiæ tempore cap. 57. 8. *Poſt oſtium & retro poſuiſti memoriale tuum*, &c. Quod prouerbiali loquutione ſignificare poteſt rem frequentiſſimam, & paſſim obuiam (*A cada rincon y en cada cantillo.*) Sicut etiam in Scriptura *Baalim*; plurali numero ſignificatur, quaſi plures Baal; & Aſtharoth, forma & ſignificatione plurali, quaſi plures *A-* C *ſtarthes*; quod obſeruauit Auguſtinus in Iudic. quæſt. 16. vbi plura Iunonis ſimulachra, plura item Iouis ab Iſraelitis culta exponit. Cuius rei imaginem quandam Romanæ ſuperſtitionis, priſcis Hebræorum ſimilis, deſcribit Hieron. in illud Iſaiæ 57. *ſuper montem*, &c. *Nullus* (inquit) *fuerit locus, qui non idololatria ſordibus inquinatus ſit; in tantum, vt poſt fores domorum idola ponerent, quos domeſticos appellant lares: & tam publicè quàm priuatim animarum ſuarū ſanguinem funderent. Hoc errore, & peſſima conſuetudine vetuſtatis, multarum prouinciarum vrbes laborant: ipſaque Roma orbis domina in ſingulis inſulis, domibuſque Tutelæ ſimulachrum cereis venerans, ac lucernis, quam ad tuitionem ædium iſto appellant nomine,* D *vt tam intrantes, quàm exeuntes domos ſuas inclytæ ſemper commoueantur erroris*. Sicut ergo poſtea Roma nullam non admittebat ſuperſtitionem, & vnica vrbs tot recipiebat Deos, quot in vniuerſi imperij prouincijs colebantur: ita fieri potuit, vt cum Hebræorum gens ad omnem idololatriam fuerit proiectiſſima, ac poſtea fere tot fuerint diuerſa idola culta ab Hebræis, quot ciuitates, conquerente ipſo Deo, de multiplicatis auerſionibus, & fornicationibus, *ad omne caput viæ*, &c. vt in Ieruſalem, & in illis Salomonis locis frequentiſſimæ fuerint aræ, ſicut enim Oſeas 12. 11. dixit; *Altaria eorum ſicut acerui ſuper ſulcos agri*. Quod quamuis alij ad euerſionem al- E tarium referant; alij tamen de infinita multitudine altarium interpretantur. Sed iam de illis tribus potiſſimis dicendum.

An vnius nationis idoli vnicum iisdem altare.

Prouerbium de re frequenti.

Baalim & Aſtharoth nomina multitudinis.

Auguſtin.

Hieronym.

Romana gentiū priſcarum ſuperſtitio.

Ezech. 16. 25.

IIII. *In monte qui eſt contra Ieruſalem.*

TVm dictus ille *Mons contra Ieruſalem*. Vt inſignis temeritas & impudentia fœminarum, eum ſibi locum efflagitantium, tum etiam Salomonis ſtupiditas & inconſiderantia notaretur. Ille enim locus expoſitus erat in proſpectu vniuerſæ Ieruſalē, qui dicit *mōs offenſionis*, 4. Reg. 23. 13.

9

Mons offenſionis vnde dictus.

Atque

Atque adeo tum propter Deum, tum propter ipſos Ieroſolymitanos citea dici potuit *mons offenſionis*; quem ex Hebræo Septuaginta nomine originali retento, tanquam nomine proprio legunt, 4. Regum 23. *Montem Moſtath*. Pagnin. legit *Montem oliueti*. Sed alij deducentes vocem originalem à radice *Sahhath*, quod eſt, perdere, diſſipare, aut, corrumpi, & putreſcere, quod item ad vaſtitatem pertinet; legunt *Montem deſtructionis*, vt Regis. & Vatabl. *vaſtitatis*, Figuratiua aut actiuè, *montem corrumpentem*, aut *vaſtantem*, quòd in eo idololatria exercerentur, quæ erat ipſiſſima vaſtitatis & deſtructionis Iſraelitarum cauſa. Sicut eadem voce *offenſionis* aut *perditionis* dictum eſt Oſeæ 13. 9. *Perditio tua Iſrael*. Et ſicut etiam Ierem. 51. 25. dicitur, *Mons peſtifer*, quod alij ex Hebræo legunt, *mons corrumpens*, vel, *mons perditor*; nimirum loquebatur de Babylone, vnde procedebat perditio, & ruina Iſraelitarum. Ita etiam locus idololatriæ dicebatur, *Bethauen*, id eſt, domus & locus doloris; vnde nimirum dolores & ægritudines creabantur illic adorantibus. Et poteſt ex Hebræo mons Oliuarum dici, mons *vaſtationis*, aut perditionis, per pulchram Paronomaſiam; nam *Muhhah*, eſt vnctus, aut oleaginoſus, à radice *Maſſahh*, quod eſt vngere; vnde mons *Maſhhath*, annominatione quadam potuit dici, mons Maſhhith, non iam vnctionis, ſed perditionis.

Quia verò illa ipſa *perdendi* radix, cùm ad actionem refertur, ſignificat perditè agere, quod interpres Latinus vertit *peccare*. Exod. 32. 7. *Peccauit populus*. & *iniquè agere*, Deuteronom. 31. 29. Ideo vulgatus dixit, *montem offenſionis*, (id eſt) *montem peccati*. Vbi perditè egit populus ſub Salomona rege. Quamquam neſcio quid peculiare illud *offenſionis* nomen afferat, videlicet rem in quam populus frequentiſſimè offendebat, & quæ diuinis oculis, quaſi ex ſuo templo proſpicientibus, offenſioni & moleſtiæ grauiſſimæ erat: Quippe cum ille mons oliuarum eſſet ad Orientem Ieruſalem, vt dicitur Zach. 14. 4. *ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem*; cumque templum Ieroſolymitanum haberet portam Orientalem, per quam ingrediebatur populus ad orandum, nimirum vt contrario ritu adorarent ad Occidentem, quàm gentes adorantes ad Orientem; fiebat inde vt Deus ſedens in arca haberet faciem conuerſam ad Orientem; atque adeo nunquam non haberet præ oculis populi impietatem ſibi in monte Orientali propoſitam. Tum etiam omnes, qui per portam Orientalem egrediebantur, in illam offenſionem montis ſibi obiecti incurrebant. Quæ proculdubio pijs offenſioni & moleſtiæ grauiſſimæ; infirmis verò & in fide nutantibus ſcandalo & irritamento erat, vt propterea Hebræi doctores exiſtimarent, dictum *montem offenſionis*, quòd ex ipſo Ieroſolymitano templo, quaſi euocarentur & allicerentur ad idololatriam ipſo montis oliuarum conſpectu: Porro cum Deus voluerit ſibi ſacrificari in templo facie ad Occidentem conuerſa, dorſo ad Orientem, poſthabito omni idolorum cultu; per ſummam nequitiam & impietatem, qui adorabant in monte oliuarum, conuerſi ad Orientem, dorſum Ieroſolymitano templo, & vero Deo in eo habitanti impudenter obuertebant; illorum inſtar, quos grauiſſimis verbis notat Ezech. cap. 8. 16. *Dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem*; & iterum Ierem. 2. 18. 26. *Dicentes ligno & lapidi, Tu me genuiſti, vertentes ad Deum tergum & non faciem*.

משחית
שחת

Idololatria vaſtitas & perditio.

Oſeæ 4. 5. & 5. 8. & 10. 5.

Paronomaſia.

משחה
משח

Peccare quid propriè.

Adorantes in monte Offenſionis cur haberent dorſa ad templum.

CAPVT XI.

Quoſnam Deos nominatim ille coluit.

Ad locum 3. Regum. 11. 5. Colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidoniorum, & Moloc idolum Ammonitarum. 7. ædificauit fanum Chamos idolo Moab.

1 *Occaſio idololatriæ Hebræorum. In Deorum tutela gentium prouinciæ. Illuſtrati ſemel & iterum loci Reg. & Paral. Ioſue, Ieremias.*

2 *Idolorum tractatio opportuna ad Scripturarum intelligentiam.* Aſtarthe, & Aſtaroth vnde dicta. *Numerus multitudinis ad honorem.*

3 Aſtarthe *an nomen proprium. Reges Syriæ & Aegypti prò dijs habiti. Iuno, Luna.*

4 *Aſtarthe Venus. Veneres quatuor. Quæ illius forma. A quibus culta. Adonis. Thamuz cultus ab Aſſyrijs. Venus machinatrix.*

5 *Mos Latini interpretis. Moloc immolati filij per ignem. Beelphegor, Priapus.*

6 *Moloc Saturnus. Frater Aſtarthæ, à quo cœpta filiorum immolatio. Cuiuſmodi illius ſacrificium. Illuſtrati Ieremias, & Ezechiel.*

7 *Diadema Moloc.* Typus laterum *quid. Textus Hebraicus noniter deprauatus. Explicatus locus Regum & Paralip.*

8 *An Salomon filium aliquem ſuum immolauerit Moloc. Illuſtratus Eccleſiaſticus.*

9 Chamos *profanis ignotus, vnde dictus.*

10 Chamos, *idem qui Bacchus. Cur dictus Nyctelius. Bacchi Orgia. Cultus à Moabitis. Iod additum nomini ad contemptum. Illuſtratus Ieremias.*

1 *Quæ Salomoni, & Hebrææ genti occaſio colendi idola.*

ILlud potuit vaniſſimæ ſuperſtitionis Salomonis animum ex fœminarum perſuaſione ſubire, multum conferre poſſe ad imperij dilatationem; ſi illarum prouinciarum Deos (in quorū tutela eſſent) propitios ſibi redderet, ac religioſo cultu demereretur. Quod profectò perſuaſionis caput fuit, cum ſcorta illa Madianitica ad ſuā religionē Iſraelitas pellexerūt, vt Ioſephus narrat, li. 4. c. 6. Sic enim inter alia: *Nec abſurdū fuerit, aut vitio vertendum, ſi terra in quā veniſtis, peculiares Deos colere malitis: præſertim cū noſtri per omnes regiones honorentur; veſtrum nemo præter vos, cultu dignetur aut ceremonijs. Aut igitur cæterorū more vobis eſt viuendum, aut alius orbis quærendus, vbi ſoli iuxta veſtra inſtituta vitam agatis*. Ad quam rem alludere videtur illa Imperatoris Ioſue oratio ad populum, capit. 24. 15. *Eligite, cui ſeruire*

1 Occaſio idololatriæ Hebræorū

Ioſephus.

potiſſimum debeatis, an Dijs Amorrhæorum in quorum terra habitatis, &c. Quare & ſingulas prouincias in ſingulorum Deorum tutela ponebant, & montes Dijs montium, valles Dijs vallium attribuebant, quorum præſidio fauſta ſibi & fœlicia omnia, ſiue in montibus, ſiue in vallibus pollicebantur. Quò pertinet illud ſeruorum regis Syriæ propter Iſraelitarum victoriam obtentam in montibus: *Dij montium ſunt Dij eorum, ideo ſuperauerunt nos: Sed melius eſt vt pugnemus contra eos in cãpeſtribus & obtinebimus eos*. 3. Reg. 20. 23. Et inferius verſ. 28. *Quia dixerunt Syri: Deus montium eſt Dominus, & non Deus vallium*, &c. Huc pertinet, quod Moabitæ nominabantur, *populus Chamos*, Numer. 21. & ei potiſſimum

In Deorũ tutela prouincias eſſe, priſcus error.

Dij mõtiũ & dij vallium.

B tribuebant ſuæ patriæ ac prouinciæ tutelam. Quod indicat illud Iudic. 11. 24. Quod dictum eſt à Iephte regi Moab. *Quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur*, Ierem. 48. 14. *Confuſa eſt Moab à Chamos, in quo habebat fiduciam*. Potuit ergo fieri vt eadem ſuperſtitione duceretur Salomon; qua Romani poſtea exterarum prouinciarum Deos ſibi conciliantes, atque in ſuam vrbem euocantes conceptis verborum formulis & ſolemnibus ritibus.

Romani exterarum gẽtiũ deos ſibi conciliantes.

Quam vaniſſimam perſuaſionem exprobrare non obſcurè videtur ſacra hiſtoria Regi Achaz. 2. Paral. 28. 22. *Immolauit Dijs Damaſci victimas*

C *percuſſoribus ſuis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliãtur eis, quos ego placabo hoſtijs, & aderunt mihi*; cum è contrario ipſi fuerint ruina ei, & vniuerſo Iſrael. Et clarius 2. Paral. 25. 14. *Amaſias poſt cædem Idumæorũ, & allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in Deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incẽſum; quamobrem iratus Dominus contra Amaſiam, miſit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adoraſti Deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua?* Quaſi exprobraret illi perſuaſionem falſam, fore vt propitios ſibi redderet illarum prouinciarum Deos, ſi illos coleret: contra quem errorem eleganter argumentabatur propheta: & ſapientiſſimè Rahab. Ioſue 2. 11. iam ad veri Dei

Exprobratio inclyti erroris.

D cognitionem & fidem adducta, ex eadem re colligebat verum Deum Hebræorum non ſolum cœlo, ſed vniuerſis terræ prouincijs præſidere: *Dominus* (inquit) *Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum*.

II. Aſtarthe Dea Sidoniorum.

2
Hieronym.
Quæſtio opportuna ad Scripturarum intelligentiam.

NOn ad hiſtoriam Salomonis tantum, verum etiam ad Scripturarum ſcientiam, plurimũ quæſtiunculã hanc conferre docet Hieronymus ſuo illo perilluſtri Prooemio in epiſtol. ad Epheſ. Cùm illud vel in primis ſciendum præcipiat,

E *Quid veteri legi proprium habuerint Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philiſthini, Aegyptij, & Aſſyrij*. Quid autem magis proprium, ac peculiare earum gentium, quàm ipſi illarum Dij?

Et, vt primũ de nomine ipſo dicere aggrediamur; quæ nũc *Aſtarthe* dicitur *Dea Sidoniorũ*, eadem vocatur *Aſtaroth, idolum Sidoniorũ* 4. Reg. 23. 13. & quamquam idẽ ſit vrbis nomẽ, Deut. 1. 4. Ioſ. 9. 10. 1. Paral. 6. 70. quæ videtur fuiſſe vrbs regia, Og regis Baſã, poſteaq; ceſſiſſe Leuitis; tamen frequentiſſimè ſumitur pro idolo. Porro *Aſtarthe* 3. Reg. 11. & *Aſtaroth*. 4. Reg 23. idẽ omnino idolum, quod forma fœminea dicitur in Hebræo *Aſtoreth*, & iungitur cum nomine maſculino Dei, 1. Regum 11. 5. 33. Rurſus nomẽ idẽ, numero multitudinis, & forma ipſa plurali dicitur

Aſtarthe vrbs.

Aſtaroth nomẽ multitudinis.

A *Aſtaroth*, vt ſignificet plures Deos, vel Deas eiuſdem nominis, vt placuit Auguſtino quæſt. 16. in Iudic. ſiue vt idolum illud honoris gratia, aut ratione alia prærogatiuæ, & excellentiæ, numero multitudinis ſignificarent; ſicut nomine etiam plurali, *Elohim*, id eſt, Dij, ſignificatur ſæpe verus Deus. Habetur autem numero multitudinis, 1. Reg. 31. 10. cum Philiſthiim ſuſpendunt arma Saul in templo Aſtaroth. Et 1. Regum 7. 3. cum iubet Samuel auferri de medio populi *Baalim, & Aſtaroth*, quos adoraſſe fatetur ipſe populus 1. Reg. 12. 10. Iudic. 2. 13. vbi Septuag. nomine plurali legerunt: *ſeruierunt Baal & Aſtarthibus*, vt eleganter obſeruat & exponit Auguſtinus,

Auguſtin.

Nomẽ plurale ad honorem.

עשתרת
עשתרות

B quæſt. in lib. Iudic. Porro hanc eandem eſſe, quæ *Adagartes*, nominatur à Petro Crinito libro 14. de Honeſt. Diſciplin. cap. 8. certum eſſe debet. Quamquam Giraldus ex Herodiano dubitet, an quæ apud illũ eſt *Aſtroarche*, ſit eadem cum *Aſtarthe*.

Auguſt.
Adagartes Dea.
Crinitus.
Giraldus.

De vocis autem origine Montanus iam adducendus, exiſtimat vocem eſſe originis Hebraicę; ſed falsò, vt ſtatim videbimus. Alij aliter ab Hebræo deducunt: nam fere eadem vox Deuteron. 7. 13. ſumitur *pro gregibus ouium*: quare dici Aſthartem volunt, quaſi ouillum ſimulachrum. Sed nihilo horum ſentẽtia verior eſt. Alij curioſiùs deducere nituntur ex *Ghas*, quod eſt Arcturus, & *Thor*, (id eſt) *ordo gyrans*, quaſi ſit vnum ex aſtris gyrantibus, & cum pluraliter dicatur, ſignificabit duodecim ſigna cæli. Sed hoc, vt dixi, vt nimis curioſum, ita minus ſolidum & magis incertum. Auguſtinus ex lingua Punica deducit, quamquam hæc cognata Hebraicæ. Suidas in *Aſtarthe*, ex Græco: ait enim, nomen ab aſtro factum eſſe: fabulantur enim eius eſſe Luciferum. Quæ eadem ſunt ſententia & verba Theodoreti. 1. Regum quæſt. 14. Sed hoc minus veroſimile. Illud certius vocem eſſe peregrinam, & illius gentis, apud quam illius cultus vigebat: Sicut enim religionem, & ritus peregrinos, ita ſaoè & nomen ipſum peregrinum, &

Vocis etymon.
Montanus.

C

עש
תר

Auguſtin.
Auguſt.
Suidas.

Theodoret.

Nomẽ peregrinum.

D inter gentes vulgatum, Hebræis placuiſſe credẽdum eſt.

Quod verò ad eos attinet, apud quos Aſtarthes religio & cultus florebat, ex Scripturis conſtat, fuiſſe *Aſtharoth* non ſolum Deum Sidoniorum, ſed præterea Philiſthæorum 1. Regũ 31. 10. & præterea totius forte Syriæ, Moabitarum, & Ammonitarum, colligitur Iudic. 10. 6. *Seruierunt Baalim & Aſtaroth, &* (id eſt) *Dijs Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Amman, & Philiſthijm*. Quamquam Syriæ potiſſimum ac Sidoniæ, aut Phœniciæ hunc ſiue Deum ſiue Deam nominant Varro lib. 4. de ling. Latin. Tertulliã. in Apolog.

3
Aſtarthe á quibus culta.

E cap. 24. Cicero li. 3. de natura Deorum. Minutius Fœlix in Octauio. Plutarchus in vita Marci Craſſi, Apuleius in Dea Syriæ, Euſebius primo de præparat. cap. 7.

Varro.
Tertull.
Cicero.
Minutius.

Sed quænam tandem Aſtarthe Dea? Mõtanus Iudic. 2 vbi profitetur ſe de Aſtharoth ſcripturũ, dicit nomen eſſe nulli proprium, ſed cõmune ad Deas, & eas omnes, quas in Deorum numerum referret antiquitas. deducitque nomen *Aſthoreth* vel, *Aſtharoth*, à radice *Chaſar*, quod eſt, diuitem aut beatum eſſe, quaſi dicat, beatã, aut beatas; ſed accommodari tamen illud poſſe ad eas Deas, quæ in ſingulis locis colerentur. Sed, vt illud præteream, nomen *Aſtoreth*, vel *Aſtharoth*, ægerrimè deduci à radice *Ghaſar*; nam tunc diceretur *Ghoſereth, aut Ghaſaroth*;

An ſit nomen proprium.
Montanus.

עשר

& videri

& videri quidem nomen prorſus peregrinum, vt peritiores Hebraicæ linguæ docēt; Certè ipſo nouitatis nomine ſuſpicioné habet falſitatis ea Montani opinatio, in hoc vnum conſentiētibus vniuerſis interpretibus, eſſe nomen alicuius Dei proprium, id quod ipſa plana Scripturarum verba præ ſe ferunt, & peculiare Prouinciæ nomen, quæ numen aliquod certum profitebatur, & colebat.

Philaſtr. Reges Syriæ, & Aegypti culti pro Dijs.

Secunda ſententia Philaſtrij de Hæreſ. ca. 27. aſſerētis *Aſthar, & Aſtharoth fuiſſe homines & fœminas: quorū figuras poſt Moſis defunctionē plurimi colebant. Quę nomina regum Syriorum fuerunt, & Aegyptiorū, quorum filij filiaque, cum a ſuis populis colerentur, poſt etiam templa illis facientes, poſt mortem illorum progeniem ibidem ſepelientes, Deorum Dearumque eis nomina afferebant cum ſacrificijs.* Et quidē veroſimiliter loquitur Philaſtrius de prima Idolorum origine, & occaſione: quippe prima templa fuere ſepulchra, inde cultus & religio defunctis: qui deinde in Deos. de quo nos aliàs.

Prima idololatrię occaſio.

Auguſtin. Aſtarthe Iuno, aut Luna. *Abulenſis. Nicolaus. Dionyſius. Maſius.* Baal, Dominus, Iupiter.

Ergo tertia ſententia Auguſtini, quæſt. 16. in Iudices: *Iunonem ſine dubitatione ab illis Aſtarthē vocari.* Sequuti ſunt Gloſſa interlinearis, Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius: Et qui dicunt eſſe eādem quæ Luna, Maſius, Ioſue. 12. verſ. 6. Lucianus in Dea Syria. Probat Auguſtinus loco indicato, ex eo, quòd exiſtimet Baal eſſe nomen Iouis, quem illo nomine *Dominum* vocabant lingua Punica, ſiue aſſyria: *Vnde Baal Samen, quaſi Dominum cæli intelliguntur dicere: Samen quippe apud eos, cæli appellantur.* Cum autem Iuno fuerit Iouis & ſoror, & coniux, profectò cum tam frequenter iūgantur in Scriptura, *Baalim, & Aſtharoth*, oportet intelligamus fuiſſe Iouem & Iunonem.

4 Aſtarthe Venus. *Cicero.* Veneres quatuor.

Quarta ſententia aliorum exiſtimantium, Venerem fuiſſe, inter quos Cicero. li. 3. de nat. Deorum, cum quatuor Veneres numeret, quartam Aſtarthem conſtituit his verbis: *Venus prima Cælo & Die nata, cuius Elide delubrum vidimus: Altera, ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus. Tertia, Ioue nata, & Deone, quæ nupſit Vulcano: ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarthe vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.* Rem eandem ſequuti videntur poſteriores non pauci Suidas in verbo *Aſtarthe*, qui ait à Græcis dictam *Aphroditam*, à *Latinis Venerem*. Nicetas in orationem. 13. Nazianzen: 58. Cedrenus in Compendio Hiſtoriæ, vbi de Salomone. Cum quo facit quod Euſebius. libr. 1. de Præparat. Euangel. cap. 7. quod eſt de *Phœnicum Theologia* Aſtarthen facit Amoris, & Cupidinis matrem ex Saturno; quæ eſt ipſa Venus. Procopius ad finem. 4. libr. Regum. Theodor. 1. Reg. quæſt. 14. & 3. Reg. quæſt. 48. & 4. Reg. quæſt. 18. Atque ſanctam Veneris cultæ laſciuiam exprobrari populo Ieroſolymitano, intelligit Theophylactus, ſuper id Oſeæ. 4. 14. *Populus, non intelligens vapulabit.* Quod Septuag. legunt. *Adhærebat meretrici.* Hæc autem Theophylacti verba. *Hoc de duabus tribubus profert, nempe regno Iuda; quandoquidem, & ipſi exiſtimati habere Dei cognitionem; vt qui in Hieroſolymis vrbe Dei regnarent; Aſtartes idolo ſacrificabant, ſeu Veneri: Hanc enim ſcortum nominauerunt: Etenim imago eius nuda ſtabat ipſo ſuo ſpectaculo vel intuitu fornicationem & abominationem ſpirans. Excitauit Aſtarthes ſimulachrum Salomon vxori ſuæ gratum faciens.* Lilius Giraldus, Syntagmate 13. de Hiſtoria Deorum, affert & ſequitur Theophilum ſcribentem, ſimulachrum Veneris cęleſtium à Sidonijs Aſtri figura; ipſum verò Aſtrum Venerem putatā, & eam quoque à Moabitis cultam. Et ſanè Pauſanias in Atticis ſcribit; *Cæleſtis Veneris delubrū primos omniū Aſſyrios coluiſſe; à quibus Paphij in Cypro acceperũ ſacrorum ritū cū Phœnicibus qui in Palæſtina Aſcalonem vrbem incolunt, Phœnices cum Cytherijs communicarunt.* Pammelius annotat. in Apologeticū Tertull. c. 24. n. 379. Calcagninus lib. 5. obſeruat. Tiraquel. libr. 5. Conn. num. 30.

Giraldus. Pauſanias. Pāmelius. Calcagnin. Tiraquel.

Plutarch.

Ego ſanè in re incerta, & quæ non permagni interſit, ſatius prudentiúſque cum Plutarcho in Marci Craſſi vita, vbi de Dea Syriæ, vel Hierapolitana, dicendum mihi perſuadeo, eam fuiſſe, ſiue *quam Venerem alij, alij Iunonem, nonnulli eam, quæ incunabula & ſemina omnibus ex humide præbuit, cauſam & naturam, arbitrantur eſſe, & quæ principium omnium bonorum docuit mortales.* Quāquam videantur certè Veneris ſacra multo opportuniora Salomonis effrænatæ libidini, & turpiſſimæ idololatriæ; præſertim cùm Veneris amaſium *Adonidem* amarint etiam Iſraelitę fœminę, illum plangentes, Ezech. 8. 14. Et ſicut Aſtarthe fuit propria Phœnicum, aut Syrorum Dea, ita ſanè Adonis familiariter fuit cultus ab Aſſyrijs, ſumma olim veneratione, vt ſcribit Macrob. 1. Saturn. cap. 21. & eo Ezechiel. loco obſeruat Hieron. *Thamuz*, proprium eſſe Adonidis nomen apud Syros.

Venus culta à Salomone.

Adonis cultus ab Aſſyrijs. *Macrobius. Hieronym.*

Theophil. Suidas. R. Kimhi.

Sub qua verò forma pingeretur, aut effingeretur, non conſtat; nam Theophylactus ſuperius adductus *nudam* cōſtituit. Suidas verò & Theophilus coli ſolere *Aſtri figura*. Dauid Kimhi, & poſt illum Marinus Brixianus, propter affinitatem ſignificationis pecorum, aut ouium, ſuſpicatur idolum fuiſſe *figura ouis*; & fortè etiam (vt Elias ait) nomen habuiſſe idolum, ab vrbe Attaroth, quòd in ea artifices reperirentur illius idoli affingendi, aut ſculpendi periti: Ioannes Forſterus exiſtimat hoc fuiſſe ſimulachrum Veneris Multimammiæ, quæ propter fœcunditatem prolis, tanquam omnium viuentium nutrix habita & culta ſunt; Quacumque tandem figura ſit, VENVS MACHINATRIX fuit, quo nomine illam cultam in Arcadicis ſcribit Pauſanias lib. 8. *Ac meritò* (inquit) *inditum nomen, quòd Veneris cauſa homines quod vis armorum & fraudum genus tam in factis, quam in dictis excogitarunt*. & illam potius, quàm *armatam*, quo habitu eam quoque Corinthij, & Lacones coluerunt, ſcriptore Pauſania, veroſimile eſt. Non enim Salomonis Venus armata.

Marinus. Elias Theſbites. Forſterus. Venus Multimammia.

Venus machinatrix. *Pauſanias.*

Venus armata.

III. *Moloc Idolum Ammonitarum.*

DVplex huius nominis forma, parua quadam immutatione, tum in Latino, tum in Hebręo; aut *Moloch*, quę frequētior eſt. 3. Reg. 11. 7. Leuit. 18. 21. & 20. 2. 5. aut *Melchō*. 3. Re. 11. 5. 28. & 4. Reg. 23. 14. Itaq; in eadē Salomonis hiſtoria vtriuſq; formæ vſus eſt. Et proculdubio radix & notio nominis ſimplex & aperta eſt à verbo *Malac* quod eſt regnare. ita vt *Moloc* ſonet idem, q. Rex. Quarè Septuag. 3. Reg. 11. 7. pro *Moloc* legunt; *ædificauit Salomō excelſum Regi eorum idolo filiorū Ammon*: Et enim frequentiſſimum, tum apud vulgatum Latinum, tū apud Septuaginta interpretes, vt nomina propria, quaſi eſſent appella-

מלך מלכם

Moloc Rex. Mos Latini interpretis interpretādi nomina propria.

tius, interpretentur. Ergo ſicut Iouem appellabant *Baal*. id eſt, Dominum; ita hunc Deũ appellabant *Moloc*, id eſt, regẽ; & eadẽ ſignificatione pro *Moloc* poſuerunt Septuag. *Archonta*. Leu. 18. 21. *à ſemine tuo non dabis ſeruire Principi*. & eodẽ modo Leuit. 20. Quamquam 4. Reg. 23. ipſo nomine *Moloc* propriè vtantur. Ergo proculdubio ex proprietate nominis hunc Deũ venerabantur tanquam aliorum regem, aut inter reliquos facile principem; vel qui peculiari aliqua prærogatiua rex fuiſſet; vt inferius explicabimus.

Princeps. proprium nomen.

Et quãuis apud profanos vix huius idoli ſub hoc nomine mentio reperiatur, at res vulgatiſſima eſt, ex ſacrificij genere, quo colebatur. Nam Leuit. 18. 21. *Dabant de ſemine*, id eſt, *de filijs, vt cõſecraretur idolo Moloc*. Huiuſmodi autem conſecratio erat immolatio, vt indicatur Pſ. 105. 34. 35. *Immolauerũt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Kanaan*. Rurſus hęc immolatio & ſacrificatio erat per *ignem* 4. Reg. 23. 10. *Contaminauit Tolpheth, quod eſt in conualle filij Ennon, vt nemo conſecraret filium ſuum, aut filiam per ignem Moloc*. & Manaſſes 4. Reg. 21. 6. *traduxit filium ſuũ per ignẽ*: ſicut & Achaz 4. Reg. 16. 8. De quo fuſius q̃ pro ſuo more eo loco Genebrar.

Moloc immolati filij.

Genebrar.

Sed huiuſmodi filiorum per ignem traductio, qualis eſſet, omnino incertũ. Nam Nicolaus Leuit. 8. ex Hebræorum traditione, Dionyſ. Abulen. quæſt. 7. ſcribunt, Moloc fuiſſe æream ſtatuam concauam, in cuius manus & ſinum iam igne plenæ & incandeſcentis pueros concremandos imponebãt, interim ſacerdotibus tympanis & alijs muſicis inſtrumẽtis perſtrepentibus: tum vt nulli puerorum miſerandi gemitus exaudirentur; tum vt eiuſmodi lætiſſima conclamatione ſignificarent pueros ad ſuperos translatos. Et quidẽ qui paulo curioſius Hebręorum traditiones referunt, ſcribunt, *Moloc fuiſſe imaginem concauam, quæ habebat ſeptem conclauia. Vnum aperiebat ſimilæ offerendæ; aliud, turturibus; tertium, oui; quartum, arieti; quintum, vitulo; ſextum, boui; qui verò volebat offerre filium, huic aperiebatur ſeptimum cubiculum; & facies huius idoli erat vt facies vituli, manus planè diſpoſita ad recipiendum, ab aſtantibus, & ſaltabant interim, quum puer idolo ſuccenſo igne cremabatur, percutientes tympana, ne pueri vlulatus audiretur*. At verò rem eandem aliter ſcribunt R. Dauid Kimhi. & R. Salomon in illum Leuit. locum; ex quibus alij recentes Hebraizantes ſumpſerunt; nimirum ſacerdotes Moloc, appellatos *Chomerim* à nigris veſtibus, vel à fuligine, & exuſta nigredine, incendere ſolitos ingentem pyram; à patre primum accepiſſe filium immolandum, & per manus ſacerdotum quaſi deuolutum, iterum patri redditum: quem tunc pater per mediam flammam, ſiue inter duas magnas pyras puerulum per pedes ſuos tranſire faciebat, donec combureretur. Vtramque rationem ſacrificandi Moloc, videre eſt apud Oleaſtrum, alteram Leuit. 18. alteram Leuit. 20. & vtramque quidem ex Hebræorum traditione, vt vtraque debeat nobis de veritate fieri ſuſpecta.

Quomodo per ignem traducerẽtur victimæ humanæ.

Nicolaus. Dionyſius. Abulenſis.

Duplex Hebræorũ traditio.

R. Kimhi. R. Salomõ.

Oleaſter.

Sed quis tandem iſte Deus, & quo alio nomine apud profanos indigetatus? Mõtanus Iudic. 11. ſuper id, *Quæ poſſidebis Deus tuus Chamos*, eſtiam aſſerit *Melchom* Deum Ammonitarum fuiſſe *Mercurium Animarum ductorem*. Sed qua coniectura, aut qua authoritate, non exponit. Alij, vt Oleaſter Leuit. 20. tradit; dicunt eſſe illum ipſum, qui, 3. Reg. 15. 13. eſt *Priapus*, & alijs locis dicitur *Beelphegor*, quod ſonat *Dominus aperitionis*, ſiue aperturæ. fortè quòd apertus eſſet, & nudatus, ſicut Priapus; aut quòd haberet aperturas illas, ſiue conclauia, quæ Hebræi dicunt habuiſſe Moloc. Quamquam Hieronymus ſuper id Iſai. 25. 10. *Triturabitur Moab*, &c. etſi faciat Priapum eundem cum *Beelphegor*, tamen tum eo loco, tum Iſai. 15. initio, vult *Beelphegor*, fuiſſe *Chamos*, idolum Moabitarum; non verò Moloc, quod fuit idolum Ammonitarum.

Montanus.

Melchom quis Deus

Oleaſter.

Priapus. Beelphegor.

Hieronym.

6

Plerique tamen recentiorum interpretum autumant Moloc fuiſſe Saturnum, cuius rei non omnino infirma coniectura fieri poteſt, tum ex ſacrificio puerorum, quo à parentibus colebatur; & ex igne: tum demum ex ipſo regis nomine, nam quamuis Diodor. lib. 6. cap. 15. ſcribat, Saturnum *Cæli filium natum maiorem, regem factum, homines ex agreſti, inculitaque vita, ad mores, legesque, & humaniorem cultum deduxiſſe*: atque imperaſſe maximè ijs quę ad Heſperum pertinent locis, & lib. 4. cap. 5. in Sicilia, Libya, & Italia, & in Occiduis oris: quod idem tradit Euſebius libr. 1. Præparationis Euangelicæ. cap. 4. tamen idem Euſeb. lib. 1. cap. 7. quod eſt de *Phœnicum Theologia* Saturnum facit *Phœnicia Regem, Aſtarthes fratrem, quam forma & virginitate florentem varijs modis allectam ſibi coniunxerit, atque ex ea non paucos filios ſuſtulerit*: vt vel ex eo coniectari liceat Saturni memoriam, & ſimulachrũ apud Syros, & Phœnices familiare fuiſſe, & in ſummo habitum honore. Addit deinde idem Euſebius, quod ad illa filiorum ſacriſicia, quibus Saturnus placabatur, mirificè confert, his verbis: *Cum itaque Saturnus Rex regionis, quem Phœnices Iſraelem vocant, qui poſteaquam hominem exuit, ad Saturni ſtellam adductus eſt, ab Anobreth nympha vnicum haberet, atque chariſſimum filium, Ieud à ſe ipſum dictum (ſic enim etiam nunc Phœnices vnicum filium appellant) quia maximo ac periculoſiſſimo bello ciuitas premebatur, regio indutum ornatu, ſuper conſtructam ad hacque præparatam aram immolauit*. Vnde videtur mos ille fluxiſſe apud Phœnices, & Carthaginienſes, qui Phœnicum coloniæ fuerunt, vt Saturno infantes pręcellentiores, regiſque ornamentis indutos, Saturno hoſtias immolarent. Cuius rei meminit Plato in Dialogo de legibus. *Neque enim (inquit) leges noſtræ hoſtias humanas ſacrificare permittunt. Apud Carthaginenſes autem iuſtum ſanctumque habetur, adeo vt eorum nonnulli Saturno filios litent*. Et Plutarch. in Imperatorum Apophtegmatis ſcribit, *Gelonem Tyrannum cum Carthaginenſibus debellatis pacem compoſuiſſe ea conditione, ipſos in poſterum liberos Saturno nũnquam immolaturos*. Sed non piget eam rem ipſis Tertulliani verbis, in Apologet. cap. 9. exponere, & confirmare. *Infantes* (inquit) *penes Africam Saturno immolabantur palam, vſque ad proconſulatum Tiberij, qui eoſdem ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbrantibus ſcelerum votiuis crucibus expoſuit, teſte militia patriæ noſtræ, quæ id ipſum munus illi Proconſuli functa eſt. Sed & nunc in occulto perſeuerat hoc ſacrum facinus; non ſolum vos contemnunt Chriſtiani; nec vllum ſcelus in perpetuum eradicatur, aut mores ſuos aliquis Deus mutat. Cum proprijs filijs Saturnus non pepercerit, extraneis vtique non parcendo perſeuerabat, quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libentes exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur*. Quæ de re in Annotationibus pluſcula eruditè Pammelius ex Iuſtino, Lactantio, Auguſtino, & alijs profanæ hiſtoriæ ſcriptoribus.

Moloc fuiſſe Saturnũ

Diodorus.

Saturni imperium.

Euſebius.

Saturnus frater Aſtarthes.

Saturnus cultus in Syria.

A Saturno cœpiſſe morem immolandi filios.

Vnde mos filios immolandi Saturno.

Plato.

Plutarch.

Tertullianus de Saturni ſacrificio.

Pammel.

Quod

A Quod verò ad illam traductionem per ignem attinet, præterquam quod diſertis verbis affirmet Sacra Hiſtoria locis à nobis iam indicatis, tamen opportunum eſt, quod ex Diodoro libro 20. Bibliothecę (quamuis non tot libri apud nos numerentur) affert Ludouicus Viues. 7. de Ciuitate. capit. 19.

Diodorus.

L. viues.

Erat, (inquit Diodorus) *apud eos*, (Africanos intelligit) *ænea ſtatua Saturni magnitudine, enormis, cuius manus in terram dependebant, ſic contorta & inuoluta, vt qui pueri admouebantur, in foueam inciderent ignis plenam.* Sic ille. Atque ea, quæ Viues ſubijcit, non extra rem. *Quo tempore* (inquit) *hæc edebamus, Inſula eſt à noſtris nautis inuenta, quam de principis nomine Carolenam vocarunt.*

Inſula Carolena.

B *In ea frequenter viſuntur ſtatuæ Deorum, quos gentes illæ colunt, ænea, intrinſecus caua, manibus iunctis paſſiſque, in quibus infantes, & pueros quos Dijs illis immolant, ſtatuunt; ibique vruntur crudeliter igne in cauis ſimulachro accenſo, & ære immodicum concipiente.*

Teſtimonia tria illuſtria de ſacrificio Moloc.

Sed tum lucem tum robur afferant duo aut tria ſacra huius rei teſtimonia. Primum Ierē. 19. 5. *Repleuerūt locum iſtum ſanguine innocentum* (paruulorum infantium) *& ædificauerunt excelſa Baalim*, (id eſt, Moloc; nam Baalim nomen eſt commune cuiuſcumque Idoli.) *ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtum Baalim; quæ* (vtpote ab omni humanitate alieniſſima, & plena immanitate nefanda) *non præcepi, nec loquutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. Propterea dicit Dominus, non vocabitur amplius locus iſte Thophet, & Vallis filij Ennon.*

Baalim cōmune nomen.

C

Gehenna.

Vbi manifeſte de gehenna ignis loquitur, quæ erat conſecrata Moloc. Vt colligitur ex eodem Ierem. 7. 32. tum verò apertiùs Iſai. 30. 33. *Præparata eſt ab heri Thophet, à rege præparata, profunda, & dilatata; nutrimenta eius ignis, & ligna multa.* Vbi cùm de ſupplicio regis Babylonis loquatur, cum alluſione ad nomen *Moloc*, quòd ſignificat *Regem*; non aliud ſupplicium tali rege dignum præparari iubet, quàm quod in ſacrificio *Moloc* innocentes pueri perferebant.

Alluſio ad nomē Moloc.

D Sed illud vehemens, quod Ezech. 16. 20. ait Deus, qua ſi ipſe eſſet maritus plebis Iſraeliticæ, ex qua ſuſcepiſſet pueros & fœmellas, qui offerebantur Moloc à matribus: *Tuliſti filios tuos & filias tuas, generaſti mihi* (velut parenti & viro) *& immolaſti eas* (idolis) *ad deuorandum* (eleganter: nam victimæ ad delicias, & conuiuia etiam pertinebant. Sed quia Moloc igne deuorabat, & abſumebat ſua ſacrificia, cum pulchra alluſione, & translatione illuſtri, dixit, *ad deuorandum* (*immolaſti filios meos, & dediſti illis conſecrans eis.*

Ignis deuorans.

Alluſio ad ſacrificiorū cōuiuia

7

Diadema Moloc ablatum à Dauide.

Tandem fuiſſe idolum hoc proprium & peculiare Ammonitarum, diſertis verbis traditur. 3. Regum 11. 5. 4. Reg. 23. 13. & 2. Reg. 21. 32. vbi cum Dauid expugnaſſet Rabbath filiorum Ammon,

E *Tulit Diadema Regis eorum de capite eius* (quod proculdubio, vt ſuperiùs dicebamus, erat idolum Ammonitarum, & ipſe *Moloc*: vt nomen indicat *Regis*.) *pondo auri talentum* (cùm enim ſtatua eſſet enormis magnitudinis; vt ſuperius ex Diodoro dicebamus, oportuit & Diadema eſſe magnitudinis, & ponderis ſupra humanas vires (*populum quoque eius adducens ſerrauit, & circum egit ſuper eos ferrata carpenta*, (verbum ipſum *circumagendi* ſignificat rotarum tormentum, quod antiquiſſimum fuit, & ſuper reos diſtentos rotæ ferratæ, & aculeatæ circumagebantur.) *diuiſitque cultus, & traduxit in typo laterum.*

Moloc ingentis ſtaturæ.

Circumagere ad tormētum rotarum.

Vbi vocem originalem *Malben*, Hebraizantes exponunt cum R. Dauid, &

מלבן

A R. Abraham. *fornacem laterum*. q. d. coniecit eos in fornacem lateritiam, aut in fornacem calcarem; quod Latinus dixit, *in typo laterum* (*Tracolos como que fueran ladrillos por cozer, y echolos en el horne*.

Typus laterū quid.

Vbi profectò manifeſta eſt alluſio ad idolum Moloc quod ipſi Ammonitæ colebant. q. d. ſuo ipſorum Deo, ſuo cultu, & religione, ſuiſque cerimonijs, digniſſimo nimirum ſupplicio, Ammonitas affecit, & excruciauit.

Dignū Idololatriæ ſupplicių.

Sed cum facilis ſit permutatio *Beth*, in *Caph*, tum etiam & *Num* in *Mem*; Alij legunt *Malchen*; ac dicunt eſſe nomen proprium, atque idem *cum Malchō*, ſiue *Malchan*, ſiue *Moloc*.

Soſpicio alterius lectionis.

מלכן

Litterę Hebræorum permutabiles.

R. Dauid.

Quam lectionis varietatem reperiri obſeruat R. Dauid in commentarijs:

B vt ſit ſenſus, traduxit eos in Moloc, ſiue in Melchon. Sed proculdubio correctiſſima eſt illa lectio quam habuit interpres Latinus, videlicet *Malben*, & quam habet Hebraica editio Complutenſium; & quam ſequuntur Septuag. vertentes *fornacem*; & omnes fere Hebraizantes, Pagninus in Theſauro. & in lect. Tigurina, Vatablus, Caietan. neque oportuit, à correctore Bibliorum Hebraicarum cum Latina interpretatione Pagnini eam antiquam & veriſſimam lectionem mutari, ne dicā corrumpi; legit enim: *Tranſire fecit eos in Malchen*. quaſi ſit nomen proprium *Melchon*.

Montanus notatus.

Textus Hebraicus prauè mutatus.

C Senſus enim etiam cum noſtro Vulgato, & cum Hebraica illa lectione antiquiori pulchrè reſpondet rei ipſi de igne & fornace Moloc.

Moloc proprius Ammonitarū.

Ergo, vt ad Ammonitas redeamus, hoc fuit idolum proprium eius gentis, quamquam Suidas, dicat fuiſſe idolum Moabitarum; Et in vniuerſū fuiſſe ab alijs gētibus cultū indicat id, 4. Reg. 16. 3. *Filium ſuum conſecrauit, transferens per ignē, ſicut idola gentium.* Sicut etiā Ioſeph. 9. Antiquit. cap. 12. hunc *fuiſſe ritum Kananæorum* tradit.

Ioſephus.

Eſt enim veroſimile vel ab Ammonitis ad reliquos Kananæos & Moabitas religionem illam propagatam; vel certè primùm aut potiſſimum inter Ammonitas viguiſſe.

8

An Salomon obtulerit filiū Moloc.

D Sed numquid Deum Moloch proprio ritu, & domeſtico ſacrificio filij alicuius ſui coluit Salomon; non enim inauditum in ſacra Hiſtoria, reges Ieroſolymitanos ſuorum filiorum victimis immaniſſimum illud idolum placare voluiſſe. Achaz. 4. Regum 16. 3. *filium ſuum conſecraui: transferens per ignem.* & Manaſſes. 4. Reg. 21. 6. *Traduxit filium ſuum per ignem.* Et mirum proculdubio ſi tanta ſceleris immanitas in Salomonem cadere potuiſſet. Sed cecidiſſe tandem, atque filios ſuos *Dijs alienis obtuliſſe, & conſecraſſe idolo Moloc*, Paulus Palatinus colligit non ineptè ex Eccleſi. 47. 22.

Palatinus.

Vbi de Salomone dicitur: *Profanaſti ſemen tuum, inducere iracundiam ad liberos tuos.*

E Vt vel ex eo maximè ſcelere videatur tum in Salomonem, tum in illius poſteritatem ira diuina concitata. Sanè non alium legimus Salomonis filium, quàm Roboam, ac duas prætereà filias; vt ſi alios ex tot vxoribus & concubinis ſuſcepit, malos malè perdidiſſe videatur inſana parentis religio, & funeſtus ille ac nefarius Molochius ignis.

Quot Salomonis filij.

IIII. Chamos Idolum Moab.

9

Cum frequens ſit in ſacra Hiſtoria mētio Chamos, quod quidem primum ac potiſſimum colebatur à Moabitis, qui dicuntur, *populus Chamos*, Numer. 21. 30. Ierem. 48. 7. tum etiam vel minus præcipuè, vel minus peculiariter ab Ammonitis;

Nulla mentio Chamos apud profanos.
Hieronym.

A monitis, Iudic. 11. 24. Et prætereà Suidas ſcribit fuiſſe *Deum Tyriorum, & Ammonitarum*: tamen nulla prætereà apud profanos mentio. Hieronymus, vt nuper in Moloc dicebamus, initio Iſai. 15. vult *Chamos* eſſe eundem cum Beelphegor; rurſus ſuper id Iſai. 25. *Triturabitur Moab, &c.* Chamos & Beelphegor vult fuiſſe Priapum, nulla tamen eius ratione opinionis indicata. Aliorũ tamen eſt coniectura quædam, in quam Ioann.

Forſterus.
StuKius.
κῶμος. Græcũ nomen Chomos.

Forſterus vir non diligens, ſi ſaniori mente, primus incidit, ſequuti ſunt recentiores lexicographi Hebraizantes, author prætereà Quæſtionum conuiuialium, nimirum quod videatur non abſonare à nomine *Chamos* Græcũ nomen *Chomos*, quod nomen eſt compotationis conuiualis, & B comeſſationis crapuloſæ, ex qua cui in profundum ſomnum, quem Græci *Coma* nominant, facile ſit incidere, & cum qua coniuncta ſit laſciuia, luxuria, nequitia, Venus, Bacchus, atque Veneris & Bacchi impetus, proteruia, ſaltationes, cantiones, & tripudia omnia propudioſa.

Chamos an Bacchus.

Volunt itaque *Chamos* fuiſſe ebrietatis & temulentiæ Deum, id eſt, ipſum Bacchum: atque illius Dei nocturnarum comeſſationum turpem, & ebrioſam religionem perſtrinxiſſe Apoſtolum

Alluſio ad Bacchi cultum.

Roman. 13. 13. cum dixit: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs.* Quod neque approbo, neque improbo; illud certum & Bacchum, & Chamos, improbos C fuiſſe, & improbitatis ac nequitiæ Deos.

10
Bacchus noctu cultus.

Alij in eandem Bacchi coniecturam adducuntur, deducentes nominis notionem à radice *Camas*, quod eſt, occultare, aut recondere, Deut. 32. 34. q. d. Deum occultatum, aut qui noctu, & in occulto ſua ſacra exigeret. nam Baccho noctu ſacrificabant, cum ingenti Bacchantium, præcipuè fœminarum, inſania, & clamoribus. Vnde illæ Bacchicæ religionis cerimoniæ dictæ Nyctelia, quòd noctu perficerẽtur; atque adeo eandem ob rem ipſe Bacchus cognomine dictus

Bacchus cur dictus Nyctelius, *Plutarc.* Bacchi Orgia.

Nyctelius, cuius meminit Plutarchus in tractatu de inſcriptione illa apud Delphos, vbi Nyctelij Bacchi Orgia ſummatim colligit, & indicat D feræ quæ alij fuſius, & in particulari deſcribuntur: *Canunt Baccho Dithyrambos, plena motuum animi, & mutationum carmina, cum varijs erroribus circumcurſitatione coniunctarum; illum multiplici forma, variaque ſpecie pingunt, atque fingunt: tribuunt admixtos iocos, & petulantiam, & furorem, & inæqualitatem, Euium, in montibus inter mulieres verſantem ac currentem Bacchum veſanis honoribus inuocantes.* Denique in Bacchi orgijs

Ciſta in Bacchi feſto.
Clemens.

ciſtam ferunt, fructu illo plenam, cuius decerptio Bacchum effecit ſterilem, vt aduerſus Gentes ſcribit Clemens. Et cum hæc omnia lucem refugiant, ſanè digna ſunt *Chamos*, qui ſuo nomine occulta eanda admonet, & non niſi noctu per E ficienda.

An Chamos, Plutus.

Qui ab illa occultationis appellatione Plutum, ſiue Ditem inferorum Deum, volunt dictum Chamos, nihil certius, neq; verius afferũt, vt cui nulla ex ſacra Hiſtoria firmior coniectura ſuffragetur.

Moabitæ nimiũ addicti Chamos.

Illud tantum, nimium tribuiſſe Moabitas, & Ammonitas huic idolo, & Deo patrio, in ſuæ prouinciæ defenſione, vt illud indicat, Numer. 21. 29. *Væ tibi Moab periiſti popule Chamos.* & Iudic. 11. 24. Cum Iephtee dixit ad regem Moab; *Quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur. Quæ autem Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem.* & Ierem. 48. 13. *Confuſa eſt Moab à Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſrael à*

A *Bethel, in qua habebat fiduciam.* Atque illud etiam, licet minutum, ſed non omnino indignũ notatione: quod cum eodem Ieremiæ capite verſ. 7. cum etiam ipſi idolo captiuitas prænuncietur, *ibit Chamos in transmigrationem*: at in Hebraico textu non reperiatur *Vau* in nomine

Iod additũ nomini Hebræo ad cõtemptum.

Chamos, ſed *Iod* loco illius, vt non legatur *Chamos*, ſed *Chamis*, quaſi per contemptum decurtetur, & reſecetur nomen, vt cuius imperium valde anguſtum, & vires nullæ. Certè quod ad Salomonem attinet, hoc potiſſimum cum alijs duobus, idolum coluit, extructo in monte Oliuarum templo, non minori ſumptu, & amplitudine, quàm Aſtarthæ, & quam Melchom. pare B nim mentio, locus, hiſtoria.

CAPVT XII.

An etiam cum idololatria Magiam coluit.

Ad locum, 4. Reg. 21. 6. Extruxerunt altaria, & ariolatus eſt, & obſeruauit auguria, & fecit Pythones, & aruſpices multiplicauit. C

1 *Totus idolorum cultus. Superſtitio, & veneficia. Salomon Magiæ deditus. Hebræorum traditio. Illuſtratus Paulus, & Samuel.*
2 *Libido ſuperſtitioſa. Impudicus amor veneficus. Salomon meretricum veneficijs illigatus.*
3 *Meretrices, & fœmina venefica. Roma damnata.*
4 *Princeps obnoxij malis fœminarum artibus. Veneficarum ſtultitia.* D
5 *Quæ ſuperſtitionis ratio. Curioſitas magica, appendix idolatria.*
6 *An Salomon magica ſcripſerit.*

1 Cum idololatria veneficia cõiuncta.

Et cum fornicatione & libidine affinis indololatria cum idololatria verò vana & curioſa ſuperſtitio, & familiaritas nefaria cum dæmone, qui aut idolum eſt, aut in idolo colitur: inde apud idololatras mille veneficia, diuinationes auguria, quibus à dæmone oracula, vel ea, quibus homines indigerent, E petebantur, & reddebantur. Vnde Paulus Galat. 5. 20. hæc coniungit, *idolorum ſeruitus, veneficia.*

Superſtitio, cultus idolorum.
D. Thom.

Hæc eſt ſumma ſuperſtitioſæ religionis & cultus. De quo ſapienter D. Tho. & Theologi. 2. 2. q. 92. & 93.

Martinus del Rio.
Georgius Venetus.
Salomonis magia.

Et quidem Salomonem omni ſe ſuperſtitioni immerſiſſe eo tempore, quo idolorum cultui ſe addixerat, nõ dubitat noſter Martinus Delrius, lib. 1. diſquiſ. Magic. cap. 5. Affirmat item Georgius Venetus, Problem. 136. *ideo ſe ſubieciſſe ad poteſtates illis idolis ſeruientes, vt magiam perficeret, quam moliebatur.* Explicatius autẽ tom. 5. sect. 1. Problem. 78. ait illum *inebriatum deſiderio ſapientiæ humanæ coluiſſe idola*, q. d. ab idolis petijſſe oracula, & multa curioſè diſcere à dæmone voluiſſe, pacto cum illo inito. Tum prætereà

problem.

problem. 81. 82. 138. deceptum illum à Dæmone quodam Aſmodai, Theſaurorum cuſtode, & præſide. Adde ad curioſitatem & auaritiam, turpia etiam à Dæmone procuraſſe, & nefandarum libidinum irritamenta. Accedit, quod Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius, ex Hebræorum traditione referunt, ideo. 2. Reg. 7. dictum fuiſſe de Salomone, *Si inique aliquid egerit, arguam eum in plagis filiorum hominum*. quod in Hebræo habetur, *in plagis Adam*, quòd ſimiliter atque Adam, videatur punitus Salomon. De quibus hanc fabulam fingunt; quòd Adam centum annis abſtinuerit ab Eua, lugens filium ſuum Abel: atque hoc tempore iunctus fuerit Dæmonibus ſuccubis, qui ſemine Adami accepto homines gignebant. Illos igitur ipſos Dæmones fuiſſe, qui Salomonem ad peccata incitauerunt; quos Deus deſtinauit ad ſumendas de Salomone & de illius poſteritate commeritas pœnas. Fabula proculdubio furfuris Hebraici, & ſuis digna auctoribus, in qua refellenda otio & atramento abutitur Abulenſis. Sed nos ad veriora contendamus.

Hebræorũ traditio de Salomone & Adamo.

2 Ego itaque ſic cenſeo, Salomonem magicas artes, inſuper vaniſſimas alias idolorum ſuperſtitiones coluiſſe. Huius rei non alia probatio aut fides, quàm quæ ex certis & indubitatis principijs veroſimili & ordinaria conſequutione conciliari poteſt. Quid enim frequentius & experimentis magis compertum, quàm, libidinem, & idolatria, & ſciendi curioſitatem, omnibus ſuperſtitionibus, tanquam auxiliaribus præſidijs vti, ſicut ſcriptum eſt de Manaſſe. 3. Reg. 21. 6. *extruxit altaria, &c. & ariolatus eſt, obſeruauit auguria, & fecit Pythones, & aruſpices multiplicauit*.

Libido & idololatria Salomonis cũ ſuperſtitione.

Sed, vt de ſingulis dicamus; Rem ſanè amatoriam comitantur veneficia, vt ille dixit,

—magicis artibus fere
Coniugia nupta precibus admiſſis ligant.

Et Lucanus. —*Quos non concordia mixti*
Alligat vlla tori, blandaque potentia formæ,
Traxerunt torti magica vertigine fili.

Res amatoria amica veneficijs.
Seneca. in Her. Oetæo. Act. 2.
Lucanus.

Et qui vehemẽter turpi voluptate capi ſe ſinũt, vt arctiùs illigentur, & indiſſolubilibus vinculis cõſtringãtur, ſolẽt amori addere veneficia. Qua de re videndus noſter Martinus Delrius in locũ nuper indicatum Senecæ. Noſter item Iacobus Pontanus Eclog. 8. & ad id. 4. Aeneidos.

Martinus del Rio, Pontanus.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mẽtes, &c.

Sed ante alios, ex quo alij, & in quo alij, Tiraq. l. 8. Connub. ad finẽ, Vbi de veneficijs impudicarum mulierum. & Lege. 14. Vbi inquirit, quanta ſit vis amatoriorum medicamentorum, & carminum, & in vtrãque partem plurima ex omni antiquitate teſtimonia profert. *Ergo qui ardẽtiſſimo amore alienigenis copulatus eſt*, ſi veneficas & magicas artes amori ſtudioſè adiunxit ſuo, rem ſanè ſuo conuenientem inſtituto adornauit, atque perfecit.

Tiraquell.

Mutuò verò ipſas impudicas fœminas veneficijs & philtris vſas, vel ad pelliciẽdos quos amarent; vel ad retinendos, ne dilaberentur; vel ad penitus illigandos, ne dilabi poſſent; vel ad infatuandos, ne teterrimi carceris, in quo detinebãtur, pædorem perſentiſcerent; etſi bona alia, ſed præter ſanam mentẽ, ſuis amaſiis interim omnia precarentur, vt antiquum, ita vulgatiſſimum & frequentiſſimum eſt; atque veroſimile non ſolũ *auerſum cor* ſeneſcentis *Salomonis per mulieres*, verùm etiam aliquando infatuatum, atque illigatum veneficijs. Quam rem ſcriptam inaudio in plumbeo quodam libro inter eos, qui diuina quadam prouidentia huſce retroactis annis Granatæ in *monte*, quem appellant, *ſancto*, reperti ſunt, quos beneuolentia illuſtriſſimi præſulis ſemel & iterum videre nobis licuit, legere, & intelligere non licuit, quippe Arabicè, & minutiſſimis characteribus inſcriptos.

Meretrices, veneficæ.

Salomon veneficijs fœminarũ illigatus.

3 Inaudio, inquam, in aliquo illorum Hiſtoriã ſcribi de infatuato & ligato Salomone per veneficas mulieres, cuius ſuperiùs meminimus, vbi de Salomonis libris. Res ſanè per ſe credibilis; nam, vt Quintilianus dicebat, Declamat. 4. *Veneficium tota vita meretricis eſt*. Et Apuleius. li. 9. *Hæ* ipſæ ſunt *familiares mulierum artes*. Et Auctor ad Herenn. lib. 4. *Maiores, inquit, noſtri, quam impudicam iudicarant, eam veneficij quoque damnatam exiſtimabãt. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium cauſa, quam turpis amor, & intẽperans libido commouere potuit*. Mulier ſanè venefica apud Virgil. Eclog. 8. mille quoque magicis mandatis famulam onerat, ipſa interim carminibus vſura, & illo præſertim crebriùs repetito;

Quintilianus. Apuleius. Cicero.

Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite
Daphnim.

Et apud Theocritum Simætha mulier venefica, Delphidem philtris & pharmacis per Theſtylidem famulam ſubminiſtratis, ad ſe conatur traducere.

Theocritus idyl. 2.

Vbi mihi lauri, affer Theſtyli, vbi antẽ philtra,
Vt meum amatorem, qui me malè habet, magico carmine attraham?

Metacilla, trahe tu illum meũ ad domũ virum.

Pamphyle ſagaciſſima ſaga elegantẽ iuuenem incantationum vi ad ſe rapiebat. Et Canidia apud Horatium, cogebat etiam Varum veneficijs.

Horatius.

Arnobius inter alia, quæ magicis fœminarum artibus fieri poſſe credebantur, illa numerat, *vxoribus & liberis alienis (ſiue illi mares ſint, ſiue fœminei generis) inconceſſi amoris flammas, & furiales emittere cupiditates*, vt & Maro li. 4. de Saga illa dicebat.

Arnobius lib. 1. Virgilius.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes
Quas velit; aſt alijs duras immittere curas.

Tandem Romæ, cùm primùm quæſtio de veneficijs inſtituta fuit, & in veneficos ac veneficas actum. l. Cornelia, damnatæ ſunt veneficij ad centum ſeptuaginta fœminas, vt auctores ſunt Valerius lib. 1. Liuius lib. 8.

Romæ dãnatæ veneficæ.
Valerius. Liuius.

4 Sed cùm habuerit Salomon fœminas longè plures, & eas non minùs veneficijs, quàm idolorum religioni addictas, bone Deus, quot ille ſuperſtitionibus obnoxius? id eſt, non ſolùm tot, quot fœminis, id eſt, mille, ſed mille millibus; nam fœminæ ſingulæ millenorum artifices maleficiorum. Et non inauditum hoc malum in ipſis Regibus & imperatoribus; nam medicata potione Cæſoniam luxuriæ & laſciuię perditæ fœminam ad mentis furorem pertraxiſſe ſuum Caligulam, tradit Suetonius, & clariſſimum Imperatorem Lucullum, amatorio periſſe, à Calliſthene propinato, ſcribunt Plutarchus & Plinius. Quamquam veneficis vxoribus, *maritorum mentem vexantibus*, illud ſanè conueniat, quod ſapienter ſcribit Plutarchus in præceptis connubialibus; *Quemadmodum piſces medicamentis celeriter capiuntur, ſed eſui inutiles fiunt: ſic mulieres, quæ amoris poculis & veneficijs viros captant, voluptateque in ſuam poteſtatem redigunt, ſtupidos eos, vaecordes, corruptoſque deinceps vita ſocios habent.*

Salomon obnoxius fœminarũ malis artibus.
Plutarch. in Lucullo. Plin. li. 25. c. 3 Suet. in Calig. Ioſephus li. 9. Ant. c. 2. Iuuenalis Satyra

Tandem

5 Superſtitionis ratio. D. Thomas Rom. 12. 3.

Tandem curioſitas & ſtudium *ſapiendi altum, & nō ad ſobrietatem*, potuit Salomoni, ſuperſtitionem & magiam perſuadere. Cū enim, vt ſapienter D. Thomas docuit. 2. 2. quæſt. 32. ar. 2. diuinus cultus eo referatur ab homine, & exhibeatur Deo, vt homo ab eo inſtruatur, quem colit; tūc ſanè cum contentus homo Deo non eſt, ſed præterea dæmones conſulit, & diuinationem ab illis quærit, pacto cum illis inito, ſuperſtitioſè nimirum agit homo, & idololatriæ proximus eſt; quod item hauſtū eſt ex Auguſtino. 2. de doctrina Chriſtiana. Ergo ex idololatria in huiuſmodi ſuperſtitionem dilabi pronum Salomoni fuit.

Auguſtin. Chryſoſt. Curioſitas magica cū idololatria Hieronym.

Vt autem curioſitas magicarum artium cum idololatria coniuncta ſit, eleganter docet Hieronymus præfat. in Epiſtolam ad Epheſ. cū de Epheſo loquitur, in qua idololatria, & quod ſemper idololatriam ſequitur, artium magicarum præſtigia viguerant; & paulo inferius: *Vt autem ſciatis, eos, qui in Epheſo crediderant, dæmoniacis præſtigijs, & magiæ fuiſſe artibus obligatos, in eiſdem Apoſtolorum actibus replicatur, & dicitur: Plurimi quoque eorum, qui curioſa geſſerant, comportantes libros, combuſſerunt coram omnibus, & comportauerunt pretium eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta millia.* Vide eo Actorum loco. c. 19. Lorinum noſtrum.

Epheſiorū ſuperſtitio

6 An Salomon magica ſcripſerit.

An autem Salomon non ſolum curioſa ſectatus fuerit, ſed etiam curioſa ſcripſerit, id eſt, ſcripto tradiderit ſuperſtitiones magicas, atque illo auctore ſint, qui illius nomine prænotati inueniuntur, Clauicula Salomonis, Incantationes, Annulus, res ſanè incerta, vt ſuperius dicebamus cum de Salomonis libris diſputaremus. Potuerunt quidem illius iam deprauati, & corrupti, eiuſmodi fuiſſe opera, illo tunc auctore non indigna. Sed veroſimilius nullam ſcribendi curam ſuſcepiſſe, libidini tunc tantum & voluptati vacantem; verùm ea volumina conficta ab impijs, & ſuperſtitioſis hominibus, ſpecioſo Salomonis titulo & nomine nefarias ſuas artes condecorantibus.

CAPVT XIII.

An ex auaritia coaceruauit ſibi argentum, & aurum.

Ad locum Deuteron. 17. 17. Non habebit rex auri, & argenti immenſa pondera.

1 *Cum idololatria coniuncta auaritia.* Mommon, *quis Deus. Illuſtratus Matthæus.*
2 *Auarus ſpem collocans in incerto diuitiarum.* Pecunijs *immolat pauperum ſanguinem. Explicati Paulus & Iacobus.*
3 *Auaritiæ nomen in libidinem. Auaritia Dei contemptrix. Aurea Venus.*
4. *Auaritia prona in idololatriam. Hebræi longius à mari, & à commercijs exterarum. Illuſtratus Paulus & Ezechiel.*
5 *Qui Salomonis opes abſque peccato coaceruatas aſſerant. Diuitiæ olim à Deo propoſitæ.*
6 *Qui Salomonis immanes theſauros, & immodica tributa peccati accuſent.*
7 *Iudæi ad auaritiam proni. Quis diuitiarum limes præſcriptus Regibus Hebræorum. Illuſtrata lex Deuteron. Proiecta viuendi Hebræorum ratio.*
8 *Quæ Hebræorum diuitia legitima. Dimiſſe theſauros. Explicatus locus Paralip. & Eccleſiaſtæ.*
9 *Salomonis prima opulentia ſancta. Suis popularibus diues. Princeps liberalis. Illuſtratus locus Regum.*
10 *Salomonis ſeneſcentis auaritia: illegitima poſterioris vita commercia & nauigationes.*
11 *Salomonis opes ſeruientes idololatriæ, et libidini. Fœminarum luxus, ſumptus immodici. Explicatus Oſeas.*
12 *Salomonis vectigalia immodica, quo tempore remitti debuiſſent. Illuſtratus locus Regum.*

I. Cum Salomonis libidine coniuncta auaritia.

SVbiunximus intemperatiſſimæ Salomonis libidini impietatem idololatriæ, quæ illius proles eſt, nūc idololatriæ auaritia adiungenda, quæ, vt ait Apoſtolus, *eſt idolorum ſeruitus. Quod*, inquit Chryſoſtomus, *non eſt hyperbolicè dictum, ſed verè.* Eius autem ſententiæ veritas triplici ferè ratione exponitur. Primò, vt auarus dicatur Deum aliquem diuitiarum adorare, qualis fingebatur à deluſa antiquitate Mammon; quare dictum eſt à Chriſto Domino. Matt. 6. 14. Luc. 16. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire; & non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.* Huiuſ enim Deum eundem fuiſſe, qui Plutus, docet Hieronymus, Mat. 6. & q. 6. ad Algaſiam. & *diuitias* item interpretari, ſed *iniuſtas*, aſſerit idem Hieronymus, Epiſtola ad Hedibiam: propterea que appellari *Mammona iniquitatis*. Tertullianus verò lib. 4. aduerſus Marcion. c. 33. interpretatur *Nummum*; & hunc à Phariſæis tanquam dominum coli, *iniuſtitiæ auctorem, & dominatorem totius ſæculi*. & Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes. c. 8. ait. *Mammonas; ſecundum Iudaicā loquelam qua & Samaritæ vtuntur, idem eſſe quod cupidus, & plus quàm oportet habere volens. Secūdū autem Hebraicam adiunctiuè dicitur Mam, vel ſignificat guloſum, qui non poſſit à gula ſe continere.* Sed quod attinet ad hanc nominis notationem, quam Irenæus adhibet, certum eſt, incertam eſſe, & minimè germanam; cum vox nō ſit Hebraica, ſed peregrina. Hoc tantum hinc fieri, cum eleganti alluſione ad Deum pecuniarum, auaritiam poſſe dici *idolorum ſeruitutem*, vel adorationem. quamuis ab Auguſtino & Hieronymo non propriè ſed appellatiuè ſumatur, vt lingua Punica; idem ſignificetur, quod *lucrum* aut *diuitiæ*.

Gala. 5. 20. Chryſoſt. Auaritia coniuncta cum idololatria. Mammon idem Plutus. Hieronym. Tertullian. Nummus Deus. Irenæus. Peregrinæ vocis notio peregrina. Auguſtin. Hieronym.

Secunda huius idololatriæ exponendi ratio eſt per ſimilitudinem quamdam, quòd auarus fiduciam ſuam reponat in diuitijs, quam in Deo vero figere debuiſſet; illud enim eſt diuitiarum proprium, vt velint ſibi tanquam firmiſſimo aduerſus omnes difficultates præſidio, humani animi curas, ſolicitudines, dubitationes incumbere; Prouerb. 10. 2. & 11. 28. & 23. 4. & 30. 8. Pſalm. 51. 9. & 61. 11. Ezech. 7. 19. Eccleſ. 5. 1. & 10. 10. & 31. 8. Propterea iubet Apoſtolus, *diuites non ſperare in incerto diuitiarum*.

2 Auarus ſperans in diuitijs. 1. Ti. 6. 17.

Hanc

D.Thomas. Hanc exponendi rationem ſequitur D.Thomas. Et Chriſtus dominus *fallaces diuitias appellat* Matt.13.22.Luc.12.15.& 16.11. Iacobus 1.7.appellat diuitem *inconſtantem*, & tanquam *florem fœni tranſeuntem,& marceſcentem*;ideo Eccleſiaſticus 18.25. *Memento paupertatis in die diuitiarum; à mane vſque ad veſperam immutabitur tempus,& hæc omnia citata in oculis Dei.*

Auarus ſuſpiciens nummos. Tertiò, quòd auarus ſuſpicit,& veluti rem *ſacram* contemplatur pecuniam; ac ne videatur rem diuinam illotis tractare manibus, non audet contingere, vt ille exprobrat;

Horat.li.1. ſerm.ſaty.2.

Congeſtis vndique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris B
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Chryſoſt. Pulchrè ſanè ſimilitudinem auaritiæ cum idololatria perſequitur Chryſoſtomus Homilia.18.in cap.5. ad Epheſ. & aſſignat quos adorationis actus auarus pecuniæ exhibeat, quas victimas offerat, nimirum humanas; & illos ipſos, quos pecunia per iniquitatem fraudat; aut pauperes, quibus victum & veſtitum denegat per miſericordiam; ac ſe ipſum denique, non ſolum animam, curas, & cogitationes deuouendo pecuniæ, verùm corpus per ſordidiſſimam parſimoniam enecando, & cruciando. Huc pertinet illa etiam cum veris idololatris auarorum contentio: illi enim ante ſtatuas aureas & argenteas procumbunt;& ante aurum & argentum, & ante ſacculos pecuniarum: quos tanquam rem ſacram verentur attingere, venerantur. C

Quæ ſacrificis auarus immolet pecuniæ.

3 Auaritia fornicatio. Quartò ex illa communi fornicandi analogia cum idololatria, quæ eſt etiam eadem cum *auaritia*; non enim aliter diteſcendi, & negotiandi cupiditas & ſolicitudo nominatur in ſacris litteris, quàm meretricium, aut ſcortatio: & Chryſoſtomus quidem loco indicato rem vtramque ſubtiliter coniungit. *Ab auiditate* (inquit) *plus habendi in mulieres impetus factus eſt: videbant enim filias hominum, & in concupiſcentiam deuoluti ſunt:ab illis poſtea ad pecunias.*

Chryſoſt.

Auaritia Dei contemptrix. Deinde hæc duo coniungit cum charitatis in Deum obliuione quadam, ſeu potiùs cum diuinorum contemptu: *Exemplo Cain, qui auaritia ſua Deum fraudauit; nam quæ illi dare debebat, ſibi ipſi detinens, quæ ipſe debebat habere, illi obtulit: atque ita malum iſtud erga Deum primus inuenit.* Vide quæ ſuperiùs diximus de triplici illo genio, *Concupiſcentia carnis, Concupiſcentia oculorum, & Superbia vitæ.* Quò retetrunt quoque illud vulgatum Veneris cognomen, quam *auream* vocant: quòd non niſi auro, atque incredibilibus ſumptibus, & diſpendijs coli velit; neque niſi ex auro effingi gauderet: propterea ſcortatores auro & pecunijs, ſicut & voluptatibus, inexplebiles eſſe. Vide Euſebium de Præpar.lib.10.ca.2.Iuſtinum in Admonitorio ad gentes, Laertium in Diogene. apud quos varia *Veneris* aurea ſimulachra.

Venus cur aurea.

Euſebius. Iuſtinus. Laertius.

4 Ex auaritia ad idololatriam facilis tranſitio. Quintò, quòd re ipſa ex auaritia ad idololatriam frequens faciliſque prolapſio fit; vt indicauit Paulus 1. ad Timoth. 6. 10. *Radix omnium malorum eſt cupiditas; quam quidam appetentes, errauerunt à fide.* De q[illegible] vidcndi eo loco interpretes, potiſſimùm Chryſoſtomus Homilia 17. *Non enim* (inquit) *ſinit cupiditas oculos in ſe attrahens, & ſenſum ſubducens, iter rectum aſpicere:* & propterea Paulum ſubdere: *& inſeruerunt ſe doloribus multis, vt ſpinas indicet,* A *quæ auarorum manus cruentant, & vulnera infligunt.* Et Anſelmus cum hoc ipſo loco vice commentarij coniungit illum alterum Epheſ. 5. Coloſſ. 3. quòd *Auaritia ſit idolorum ſeruitus.* Vide Ezech. 16. 17. *Tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.* & illud Oſeæ. 8.4. *Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola.* Quare ſacrilegam illam auaritiam & temeritatem, cùm ex auro & argento templi, ſimulachra idolorum conflauit Achaz, videtur indicare ſacra hiſtoria. 4.Regum.16.7.& 2. Paralipomenon. 28. 24. *Direptis Achaz omnibus vaſis domus Dei, atque confractis, clauſit ianuas templi Dei, & fecit ſibi altaria in vniuerſis angulis Ieruſalem.* Ergo ne occaſione auaritię, aut diuitiarum parandarum, commercij ve aut negotiationis, communicarēt cum idololatris, atque eorum contagione inficerentur, pręcepit lex, Deut.17.16. *ne redirent per eādem viam in Aegyptum.* Proptereaque, vt obſeruauit Ioſephus, nullam oram maritimam attribuit Deus Iſraelitis, ne ex aliarum gentium communicatione, cui expoſiti ſunt portus & littora, pura & integra illorum religio damnū acciperet; ſed quaſi in corde terræ, & in meditullio conſtituta Ieruſalem, integra in fide & ſemel ſuſcepta religione perſeueraret. Iuxta illud; *Hæc eſt Ieruſalem, in medio gentium poſuit eam.*

Chryſoſt. Anſelmus.

Sacrilega Achaz auaritia.

Cur Hebræi nullū portū habuerint.

Ezech.5.5

Vides igitur pronum, & omnino veriſimile fuiſſe, Salomonem poſt idololatriam & effrænatam libidinem, præcipitem ruiſſe in auaritiam. Sed res paulo ſtrictiùs & preſſiùs ad quæſtionis formam exigenda.

II *An peccauit Salomon coaceruando ſibi argentum & aurum.*

5 Qui Salomonem defendant. Nihil Salomonem peccaſſe in ea auri & argenti coaceruatione, quam teſtatur ipſe Eccleſ. 2. nec in poſſidēdis illis immēſis theſauris, quos D ſacra hiſtoria recenſet, docet D. Thomas li.2.de Regimine Principum ca.7. Abulenſis 2. Paral. 1. q.28.& c.9.q.20.& 3.Regum.10. q.12. Ianſenius & Palatius, ad id Eccleſiaſti.47.20. *Collegiſti quaſi aurichalcum aurum.* Exiſtimant enim Salomonis diuitias recenſeri in Scriptura ad illius laudē & ſplendorem; ac nunquam, quantumuis maximas, Hebræorum regibus vlla diuina lege interdictas fuiſſe; niſi fortè abuterentur *ad oſtentationem & regalem faſtum*, vt dixit D.Thomas. Sententiæ huius hæc argumenta.

D.Th.Opuſcu.20. Abulenſis. Ianſenius. Palatius.

Salomonis diuitiæ à Deo donatæ. Primū, quòd diuitiæ illæ immanes & incredibiles à Deo & promiſſæ & donatæ Salomoni fuerint. 3.Reg.3.13. E *Dedi tibi diuitias, & gloriā, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus, cunctis retro diebus.* & 2.Par.1.12. *Diuitias & ſubſtantiā & gloriā dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui.* Quare diuino ſibi beneficio contigiſſe *innumerabilem honeſtatem*, id eſt, diuitias, teſtatur idem Salomon Sapientiæ.7.11.

Opulentia Salomonis commendata. Secundò confirmatur, quoniam inter alias Salomonis laudes, & regni illius magnitudines, antequam vllius à pietate & diuina lege defectionis mentio fiat, commendatur in ſacra Hiſtoria à diuitijs, quæ & magnificè recenſentur; & minutatim deſcribuntur fontes, ex quibus profluxerunt ad diuinarum pollicitationum fidem, & confirmationem faciendam.

Tertiò, quoniam eo ſæculo externa iſta fœlicitas

licitas & diuitiarum copia, ſicut ad ſplendorem permagni intererat, ita inter diuinæ dilectionis & propitiationis argumenta numerabatur. Et, vt aliquando dicebamus; illo nomine *amabilis domino*, aut *dilecti* inſignitus fuit Salomon, quod illum Deus diligeret, atque euehendum ſtatueret ad ſummum dignitatis & opulentiæ faſtigium; ideóque & ſummam illi pacem, quæ diuitiarum omniumque bonorum conciliatrix eſt, contulit Deus; & tum pace, tum diuitijs incredibilibus ad illas longè maiores atque diuiniores, quibus Chriſtus Ieſus mortales locupletauit, pace per Euangelium in mundum adducta, ſignificandas, vti voluit; vt nihil in illis non fuerit ſplendidum, & illuſtre, ſanctumque.

Opulētia Salomonis figura diuitiarū Chriſti.

Tandem, quoniam quo locupletius ærarium fuerit, & ingentiores Theſauri, eo fœlicior erit tum regni tum regis conditio, pax firmior, & ſtabilior; & tum ſuis, tum populi difficultatibus occurrere potentior, & paratior, ſi a pecunijs & theſauris rex ſit bene comparatus. Vtenim Ariſtoteles dixit 4. Ethicorum; *Pecunia eſt quaſi neceſſitatis fidei iuſſor.* Hoſti itaque bene nummatus princeps terrorem inijcit, impetum aduerſariorum retundit, de ſontibus pœnas repetit. Nam qua ratione concipere animo potuiſſet Nabuchodonoſor, *vt defenderet* (vlciſceretur) *ſe, niſi aurum & argentum in domo regis fuiſſet multum nimis?* Iudith. 3. 2. 10. Quomodo Dauid tam fortiter pugnaſſet numeroſiſſimis exercitibus ad omnem euentum adornatis, *niſi plenus diuitijs?* 1. Par. 29. 28. Aut quomodo Ioſaphat *inualeſcere contra Iſrael potuiſſet, præſidia in ciuitatibus conſtituere, ædificare domos ad inſtar turrium, vrbeſque muratas*; habere præterea ad *manum* decies centena millium, & ducenorum millium militum fortiſſimorum, *niſi factæ ei fuiſſent infinitæ diuitiæ, & multa gloria.* 2. Par. 17. 5. *Itaque factus eſt pauor domini ſuper omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Ioſaphat.*

Pax firmior ſub Rege opulento. *Ariſtoteles.* Princeps opulentus terrificus hoſti.

Denique cum illa pace, quam Ezechiæ regi præſtitit per circuitum Deus, multis deferentibus munera regi, & ſacrificia domino, cōiunctæ fuerūt ingētes illæ diuitiæ, de quibus dicitur 2. Paral. 31. 27. 28. 29. *Fuit Ezechias diues, & inclytus valde, & theſauros ſibi plurimos congregauit argēti & auri, lapidis pretioſi, aromatum, & armorum vniuerſi generis, & vaſorum magni pretij, apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præſepia omniū iumentorum, caulaſque pecorum, & vrbes ædificauit ſibi: habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quod dediſſet ei dominus ſubſtantiā multam nimis.* Quæ omnino opulētia ijſdem verbis in originali exprimitur, quibus illa infinita pondera, quæ prohibentur regibus, Deut. 17. 16. ex verbo enim ibi legitur; *Aurum, & argentum non ſibi multiplicabit valde,* vt etiā legūt Septuag. in hoc verò loco de Ezechia ijſdem verbis, *Factæ ſunt Ezechiæ diuitiæ, & gloria multa valde,* & ſimiliter de Ioſaphat 2. Paral. 17. 5. vbi nos legimus, *infinitas diuitias, in Hebræo, Factæ ſunt ei & diuitiæ & gloria multa.*

Summa pax cum infinitis diuitijs.

6 Alij verò minùs erga Salomonem benigni in tanta theſaurorum, & diuitiarum cōgeſtione, æſtimant Salomonem peccaſſe, & virtutis ac temperantiæ modum exceſſiſſe, atque adeo legem illam Deuteronomij regibus modum diuitiarum præſcribentem, violaſſe. Rem hāc docuit Gregorius Nyſſenus Homilia 4. in Eccleſiaſt. exponens id, *Coacernaui mihi argentum, &c. Ad maiora* (inquit) *peccata progreditur cum enumeratio, & ſibi ineſſe vociferatur omnium malorum radicem,* nempe auaritiam, & pauli inferius; *Multa congregandi non poteſt eſſe à culpa immunis: tanquam enim regia licear poteſtati ex præter congregare copiam pecuniæ, vectigalia ſubiectis imponere, decimas exigere, pecuniam conferre, eos qui eius imperio ſubiecti ſunt, cogere; ſic aiens ſe aurum & argentum congregaſſe.* Sed præſe & clare peccatum illi auaritiæ & violationis legis impingunt Nicolaus, & Dionyſius, Eccleſiaſt. 2. 20. ad id: *Collegiſti quaſi aurichalchum aurum;* & Abulenſis Deuter. 17. q. 9. attingens id Eccleſiaſtæ, *Coacernaui mihi argentum & aurum* &c. ijdemque Nicolaus præſertim, iniquitatis in exigendis atque maioribus vectigalibus, notant Salomonem. Eo enim etiam reſpexiſſe legem illam Deuteronomij indicauit Procopius; nimirum cohiberi diuitiarum cupiditatem, ne vndecumque illas, etiam ex iniquis vectigalibus rex ſibi corrogandas licere arbitraretur, cuius legis duas treſve rationes eleganter expoſuit Procopius eo ipſo loco; *Nimirum* (inquit) *ad vitandos ſumptus immodicos. Deinde verò ex altera parte auaritiam ex iniquis vectigalibus, quæ animo inhumano, non corrigente rebus neceſſarijs indigentiam, nec ſpem ſuam in Deo collocante; iuxta illud: Ecce homo qui non poſuit Deum præſidio ſuo; verum ſperauit in copia diuitiarum ſuarum.* Denique Auguſt. q. 27. in Deuter. aſſerit contra eam legem egiſſe Salomonem tum in fœminis, tum in auro & argento.

Salomonē peccaſſe, immodicè diuitias coacernātem. *Gregorius Nyſſenus.* *Nicolaus. Dionyſius. Abulenſis.* Salomō in exigendis tributis iniquus. *Procopius.*

7 Sed in hac controuerſia quædam videntur conſtitui poſſe, quibus lis tota dirimatur. Primū legem illam Deuteronomij videri proculdubio non ſolùm regibus prohibere prauum diuitiarum vſum (ſic enim & omnium vnum prohiberet lex) ſed præterea certum præſcribere regalis opulentiæ, & regij ærarij modum; atque illud tandem tollere, quod auaritiæ, ſuperbiæ, tyrannidis, & diuini præſidij obliuionis & contemptus alicuius occaſionem afferre potuiſſet. Huius rei probatio petenda ex eodem D. Thoma 1. 2. quæſt. 105. art. 1. ad 2. vbi illa veteris legis præcepta conſiderat, quibus principes & reges inſtituebat. Ergo ait, quoniam *Iudæi crudeles erant, & ad auaritiam proni, per quæ vitia maximè homines in Tyrannidem decidunt;* ideo non ſtatim illis regem, penes quem rerum ſumma eſſet poteſtas, ſed iudices & gubernatores attribuit. Tandem verò Reges, quos certis legibus coercitos voluit Deus, & ea præſertim, ne multiplicaret immenſas diuitias, ne ſimul cum illarum cupiditate, tyrannici quoque mores regis animum inceſſerent. Præcepit, (inquit D. Thomas) *inſtituens reges, ne multiplicarent currus & equos, neque vxores, neque etiam immenſas diuitias, quia ex cupiditate horum principes ad tyrannidem declinant, & iuſtitiam derelinquunt.* Quamuis verò nullus certus theſaurorum & diuitiarum limes Iſraelitarum regibus conſtitutus eſſet; vt tamen aliquem tandem præfinire ſibi deberent, neque longiùs cupiditate, cogitatione, negotiatione, & alijs diuitiarum parandarum rationibus & artibus vagandum, ſtatuendum illis fuit.

Quid lex illa Deuteronomij prohibuerit. *D. Thomas* Iudæi proni ad auaritiam & crudelitatem. Cur nō ſtatim Iudæis dati à Deo reges. Quis diteſcendi limes præſcriptus Hebræorū regibus.

Ergo videntur ſanè Inſolentes, & peregrinæ artes diteſcendi regibus interdictæ; illæ præſertim, quæ ſuis popularibus cum gentibus alijs communicandi, & familiariter agendi, aditum aperiebant; quod indicauit Ioſephus libro

Commercia cū gentibus Hebræis interdicta. *Ioſephus.*

1. contra

Ratio priſca viuendi Hebræorum.

1. contra Appionem, vbi cauſam reddit cur rara ſit Hebræorum mentio apud profanos ſcriptores: *Nos* (inquit) *neque regionem maritimam habitamus, neque mercimonijs gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur: ſed noſtræ ciuitates procul à mari ſitæ ſunt: regionemque vberrimam poſſidentes, in ea aſſiduè laboramus, præcipuè circa filiorum nutrimenta ſtudentes: legumq; cuſtodiam, & traditionem pietatis, totius operæ vitæ neceſſarium iudicamus. Cum accedat igitur his quæ prædicta ſunt etiam viuendi ratio propria; nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret nobis commercium Græcorum. Sed neque circa latrocinia, ſicut quidam alij vacauere, aut amplius habere concupiſcentes, Patres noſtri ad bella conuerſi ſunt, licèt regio noſtra multa millia virorum fortium poſſideret.* Quæ profecto viuendi ratio à Ioſepho deſcripta, commentarius videtur illius legis Deuteronomij.

8 Quæ & vnde Hebræorũ Regum legitimę diuitię.

Secundum ex primo ſequitur pronunciatio; Diuitias, quæ pacem Iſraelitici regni comitabantur, ſiue ex terræ cultura, & paſtionibus pecorum; ſiue ex tributis, & muneribus exterarum gentium ad Hebræorum reges honoris, & ſubiectionis ergo delatis; ſiue ex belli iure, tanquam mancipio captis; illas inquam proculdubio, & ingentes fuiſſe, & legitimè, Deo etiam annuente, à ſanctis regibus poſſeſſas, vt à Dauide. 2. Regum. 8. & 10. 1. Paralipomenon. 18. 22. Sanctæ quoque illę opes Ioſaphat. 2. Paralipomenon. 17. 5. *Dedit omnis Iuda munera Ioſaphat; factaque ſunt ei infinitæ diuitiæ, ſed & Philiſtæi munera deferebant, & vectigal argenti, Arabes quoque adducebant pecora, arietum ſeptem millia ſeptingenta; & hircorum totidem.* Et 2. Paralipomenon 32. 29. hac ipſa ratione; *Dedit Dominus ſubſtantiam nimis Ezechiæ.* Quas itaque hac ratione habuit Salomon, legitimè, & ſine peccato habuit; quippe à Deo *datas affluenter, & ſine improperio*; & longè vberiores, quàm vllus ex regibus habuit, ſiue prioribus ſiue poſterioribus.

Theſauros licuiſſe Hebræorum Regibus.

Item tertium illud certum, quod ad regium ſplendorem, & regiæ domus cultum pertinebat, licuiſſe regibus comparare, videlicet peculiares theſauros, vaſis quibuſdam, lapillis ac gemmis, atque aromatis pretioſiſſimis conſtantes. Quæ ſunt illa regum *peculia*, quæ Hebræus ſermo vocat, *segulah*; vt cum de Dauidis peculio loquitur. 1. Paralipomenon. 29. 3. & de *theſauris*, & peculio Ezechiæ. 2. Paralipomenon. 32. 27. & Salomon Eccleſiaſt. 2. vocat, *ſubſtantias regum*; Hæc enim in omni bene conſtituta republica, ſeruata ſunt; & ſimul cum regia dignitate regibus attributa, atque inter eorum laudes, & fœlicitatem recenſita, vt cum de Ezechia in ſacra hiſtoria ſcribitur, 2. Paralipomenon. 32. 27. 28. 29. *Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & theſauros ſibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretioſi, aromatum, & armorum vniuerſi generis, & vaſorum magni pretij. Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præſepia omnium iumentorum, caulaſque pecorum, & vrbes ædificauit ſibi: habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, eo quòd dediſſet ei Dominus ſubſtantiam multam nimis.*

Peculium quid.

Et ſanè illud *peculij* nomen à Latino interprete vſurpatum eſt ſapienter: nam L. ſi chorus. de leg. 3. *Proculus ait ſæpe audiuiſſe ſe ruſticos ſenes dicentes, Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur, nempe quo neceſſitatis tempore vterentur.* Quod ſanè ad theſauros illos, & æraria regum, vel imprimis pertinet, de quo eleganter D. Thomas loco indicato, cap. 5. 6. 7. & Abulenſis Deuteronomij. 17. q. 9. Petrus Gregorius lib. 2. de Republ. cap. 7. Denique quicquid ad neceſſarios vſus, ad Reipubl. bonum, & defenſionem, ad pietatis incrementum refertur; id omne à regibus curandum, & quærendum; neque vnquam tam multum erit, vt ſuperfluum cenſeri poſſit.

Regũ æraria. D. Thomas. Abulenſis. Petrus Gregor.

9 Salomonis opulentia ſancta primo tẽpore.

Iam quod propium Salomonem tangit, quarto addendum eſt loco, nihil, quod vllam meritò vituperationem, ſed magnam potius laudem mereatur, in Salomone viſitur, tum opes immenſas mari, terraque, tum ex ſuorum vectigalibus tum ex tributis; & muneribus exterorum congerit, & confert ad templi fabricam, & ſanctæ vrbis amplificationem, & honorem, ad publica ædificia, ad pacis ſtabilimentum, ad popularium ſuorum fœlicitatem. id eſt, prioribus viginti, aut eo amplius annis, cum curandis templo, & publicis ædificijs: dilatandis imperij finibus, vrbibus dirutis reædificandis, nouis condendis diligenter incumbit. *Nemo, ſapiens* (inquit Boet. de conſol. lib. 4. proſa. 5.) *exul, inops, ignominioſuſque eſſe malit potius, quam pollent opibus, honore reuerendus, potentia validus, in ſua permanens vrbe florere. Sic enim clarius teſtatiuſque ſapientiæ tractatur officium, cum in contingenteis populos regentium quodammodo beatitudo transfunditur.*

Boetius.

Salomon nõ ſibi ſoli, ſed popularibus diues. Illuſtratus Vulgatus.

Tunc ſanè optimè atque magnificentiſſimè ſe gerebat Salomon; cum 3. Regum. 10. 27. *faciebat* (propriè ex Hebræo, & Græco, *dedit*, nam verbũ *Nathan* liberalitatis & magnificentiæ eſt, *ἐταιρίᾳ mercedes*) *vt tanta eſſet abundantia argenti* (in Hebræo, & in Græco additur, *aurum*, cur deſideretur in Latino, non video: niſi quòd hyperbole illa melius conueniret cum argento, quod abundantius erat, quàm cum *auro*) *in Ieruſalem; quanta eſt lapidum.* Quod repetitur 2. Paralipomenon. 1. 14. dilucidius; *Præbuit Rex argentum, & aurum*, &c. Itaque tunc non colligebat ſibi rex, ſed populo cui præerat, inſtar ſtomachi, in quem cibi ingeruntur, per vniuerſum corpus diſtribuendi: quanquam quæ circa ſtomachum & viſcera ſunt, plus adipis & ſebi obtineant; ſic qui circa regem, opulentiores; ſed ita tamen vt nemini quamuis ignobiliſſimo, ſuus ſanguis, ſuus victus deſit inſtar *nubium*, qui quos vapores ex terra colligunt, & excitant, non ſibi retinent, ſed maturè, & ſalutariter in terram refundunt. hi enim ſunt cæli & Dei theſauri, quibus locupletantur pauperes: non aliter igitur regij theſauri, ad ſubditorum inopiam, & fœlicitatem aliquando refundendi.

Princeps inſtar ſtomachi & nubium. Qui circa regem, opulentiores. Regales Theſauri inſtar nubium.

10 Salomõ ſeneſcens, auaritia tactus, atque prodigalitate. Diogenes.

Quintum: quod totius rei caput eſt, exactis iam regni annis prioribus, publiciſque impenſis atque operibus perfectis, ſeneſcens proculdubio videtur Salomon auaritia tactus, aut etiam prodigalitate: ſunt enim ingẽtes opes nullo virtutis & temperantiæ, vinculo coercitæ in vtrumque extremum pronæ: &, vt Diogenes apud Dionẽ oratione 4. de Regno dicebat: *Omnis concupiſcẽtia & ſtudij ſeruæ, & miniſtræ ſunt, & nunc quidem continent, & vincunt animum; interdum autem illi, obſequuntur.*

Ergo vincebant animum Salomonis cum diuitias recondebat, & theſauros ſtrãgulabat, parcẽs illis tanquã rebus ſacris, ſine vllo ſancto vſu; quod illud Eccl. 2. indicat, *Congregaui mihi* (ſine

vllo

Diuitiæ reconditæ quid mali creant. vllo vſu; aut honeſto ſine *Argentum & aurum*, vt eo loco exponimus. Porrò cum diuitiæ reconduntur, neque honeſtis vſibus ſeruiunt, nutriunt profectò vanam oſtentationem, animi faſtum & elationem, & fiduciam inanem cum quadam diuinorum vel obliuione, vel contemptu. Hæc procul dubio omnia reſpiciebat lex illa Deuteronomij. Adde etiam mihi valde veroſimile fieri eandem legem à Salomone violatam, cum ceſſantibus iam publicis ſumptibus ac neceſſarijs operibus, incumbebat adhuc curandis, & adornandis nauigationibus illis, atque claſſibus ſæpius repetitis, contractibus & commercijs mari, terraque cum gentibus incundis. Quorſum enim tam exquiſita ditesſcendi ars, & diligentia: vbi neque Deo, neque publicæ rei vllum ex auro, & argẽto opportunum, aut neceſſarium obſequiũ?

A a nauigationes & cõmercia Salomonis aliquãdo illegitima.

11 Peccauit item Salomon, cum iam non vincebant animum opes, ſed potius animi cupiditatibus immoderatis ſeruiebant, ad immodicos ſumptus & profanos vſus: poſtulabat enim & corrogabat auidiſſimè, quod *in concupiſcentijs ſuis inſumeret*; In hominem enim iam libidinoſum, tum locupletem illud opportunè quadrat, quod Ambroſius. c. 5. libro de Naboth dicebat; *Non parcunt diſpendio, dum indulgent cupiditati*. Quòd ſi genus muliebre auariſſimum eſt, parcum, rapax, & *quod dicit ſemper, Affer, affer*; atque, vt ille dicebat; *ſola petit improba nummos*, tum præterea, tam eſt mulier in ſe comenda, veſtienda, ornanda, profuſæ prodigalitatis, & perditi luxus, vt neque totis mariti cenſibus, prædijſque parcat, dum ornata, *incedat: cenſus* (vt ille dicebat) *induta nepotum*; & alius:

Iacob. 4. 3. *Ambroſius.* Muliebris auaritia & luxus. *Fauſt. li. 5. Eleg. 1.* *Propertius.*

Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos?

Atque item alius; *Quaſi non fundis exornatæ multæ incedunt per vias*; neque in quam totò corpore, (quod parum eſſet) ſed vel ſolis auribus: de quo querebatur Seneca lib. de benef. 7. *Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina, aut terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent*. Hæc, inquam, cum ita ſint, (quæ veriſſima ſanè ſunt) ſeptingentis vxoribus reginis, trecentis concubinis, pellicibus, quarum non erat numerus, quos cenſus regules, quæ patrimonia, quos theſauros obſecro, ſatis fuiſſe exiſtimare poteris? Aut qua ratione potuiſſet Salomon illarum vel libidini, vel auaritiæ feciſſe ſatis, niſi quos ipſe ſibi primum theſauros immenſos coaceruaſſet; poſtea ad vxorum libidinem, ornatum, luxum, luxurioſiſſimè effudiſſet? Fuit nimirum ſemper aurea & ſumptuoſa Venus, vt quæ non niſi auro, immenſiſque ſumptibus coli ab amatoribus velit; at Venus Salomonica, omni auro, & omnibus ſumptibus longè opulentior, atque ſumptuoſior. cui vni ſeruiebant claſſes frequentes, vectigalia ampliſſima; dona opulentiſſima, & quicquid elegans, pretioſum, exquiſitum vſquã terrarũ inueniri potuiſſet. Et ſeruiebant, inquã; non ſolum fœminis; ſed & ipſi Veneri Aſtarthe, Moloc, Chamos, & alijs gentium idolis. *Auaritia enim* (vt nuper dicebamus) *eſt idolorum ſeruitus*: nam non minus aurum & argentum conquiritur ab idolorum cultoribus ad cultum & dona ſuorum idolorũ, quàm ab auaris ad ſua ſcrinia; & ab ſcortatoribus ad ſuam venerem: ſicut ſcriptum eſt Oſeæ. 2. 8. *Argentum multiplicaui eis, & aurum, quæ fecerunt* (ſacrificauerunt) *Baal*. In Deorum ergo vaniſſimorum templa, anathemata, honorem, ſacrificia, voluit Dæmon, diuinorũ malitioſiſſimus æmulator, alterum tantum à Salomone per impietatem extorquere, quantum in Dei veri templum, & cultum ab eodem fuerat per ſummam pietatem, & religionem expenſum.

Ouid. 4. de Arte. *Plautus in Epid.* *Seneca.* Salomonis opes iã ſeruientes libidini & idololatriæ. Salomonis ſumptus in cultum idolorum. *Epheſ. 5. 5.*

Hinc procul dubio iniuſta vectigalia, & iniquæ exactiones. Quod enim primũ vectigal impoſitum fuerat à Salomone populo libentiſſimo, atque deuotiſſimo, ad ædificandam domum Domini, & domum ſuam, & Mello, & muros Ieruſalem, & Heſer, & Mageddo, & Gazer. 3. Reg. 9. 15. poſtea conuertit ad alios ſuperfluos & profanos vſus, populo id ægertime, & iniquiſſimè ferente. vt colligitur. 3. Reg. 11. 28. & c. 12. 4. cum *iugum duriſſimum impoſitum* ſibi conqueritur, & de tanto tamque iniquo pondere aliquid ſibi diminui ſuppliciter orat. Flagellauit itaque Salomon ſuum populum iniquis vectigalibus; & quæ iuſta de cauſa à populo exegit, illa ceſſante; nullo iam neceſſario vſu, numquam remiſit. Et quidẽ Salomonis tributa apertè damnat Abulẽſis Deuteronomij. 17. q. 7. Rei huius parallelam hiſtoriã videre tibi videberis in perditiſſimo illo Imperatore Caligula apud Sueton. c. 38. 40. 41. *Exhauſtus* (inquit) *atque egens ad rapinas conuertit animum vario & exquiſitiſſimo calumniarum, & auctionum, & vectigalium genere. vectigalia noua atque inaudita exercuit, nullo rerum, aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret*. Non abſimilis profectò, vel auaritia vel prodigalitas Salomonis.

12 Salomonis poſteriores exactiones iniquæ. Salomon ceſſante iuſta cauſa debuit remittere tributa. *Abulenſis.* Caligulæ iniqua vectigalia. *Suetonius.*

CAPVT XIV.

Peccauitne Salomon equitatu numeroſiſſimo comparato.

Ad locum Deuteron. 17. 16. Cum fuerit conſtitutus Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero ſubleuatus.

1 *Iudæis interdictum equorum vſum, quorundam opinatio. Equus & equitatus male audiens in ſacris. Mula in Syria. Illuſtrati Samuel, & Iſaias.*

2 *Equitatus Aegyptius generoſus. Commercium Hebræorum cum Aegyptijs prohibitum.*

3 *Nulla lege prohibitum fuiſſe Iudæis equitatum. Muli in Syria ſui generis, ad pacis, & belli vſum opportuni. Illuſtratus ſemel, & iterum locus Regum & Paralip.*

4 *Salomonem peccaſſe numeroſiſſimo equitatu comparato. Commercium cum exteris gentibus prohibitum Iſraelitis. Illuſtratus Moyſes, & locus Regum.*

5 *Diuini præſidij fiducia non debilitanda rerum externarum apparatu. Explicati Dauid, & Iſaias.*

6 *Iudæorum diffidentia erga Deum: ſpes in humanis auxilijs conſtituta. Illuſtrati Ioſue, & Iſaias.*

7 *Quorſum pauci equi & currus ſeruati à Dauid ex præda. Quæ Dei obliuionem afferunt, notata ab Iſaia.*

I. An Iudæis lege interdictus equorum vſus & apparatus.

1 Montanus.

PRedoctus ille vir, ac de ſacrarum literarũ ſtudio bene meritus, Arias Montanus, ingerebat mihi aliquãdo cum illo familiariter de ſacrorum hominum equitatu agenti, & roganti, nouam planè opinationẽ, nimirum diuina lege Iudæis fuiſſe interdictum vſum equorum, atque curruum: Iſraelitas itaque vt à vera religione veraque lege deficiẽtes, vſos equis; Iudæos verò vt pote religioſiores, nõ niſi mulis. Rogaui ab homine legẽ ſemel, & iterum: non exhibuit neque indicauit: credo non potuit; ſuam tamen ſententiam videtur poſtea paulo obſcurius ſcripſiſſe in Obſeruationibus naturæ, notat. 319. ſic enim de equo; *Equorum natura & vis ab omni diuini præſidij comparatione excluditur; atque ideo verè pijs, & in Dei tutelam receptis vt minimè neceſſaria, negligitur S.S. Et vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, & Aegyptus, homo & non Deus: & equi eorum caro & non Spiritus.* Sed ſanè Haymon videtur non obſcurè huius ſententiæ fuiſſe: nam ſuper id Iſai. 36. *Dabo tibi duo millia equorum, & nõ poteris præbere eis aſcenſores eorum*; ſic ait: *Populo Iudæorum equitandi caruiſſe ſcientia non ex imbecillitate venit, ſed ex obſeruatione mandatorum Dei, qui per Moyſem ſuper rege Iſrael præcipit dicens, Non multiplicabit ſibi equos, & currus, & vxores plurimas non habebit; quod quia Salomon egit, incidit in iram Dei.*

An Iudæis iterdictus vſus equorum.

Eccleſ. 9. Iſa 31. Haymon.

Huius rei hæ poſſunt elici ex ſacris litteris coniecturæ. Prima, quod nullus fuerit equus regius; tantum *mula* regia, Dauidis. 3. Regum 1. 33. Et erat quidem mulorum equitatus in pretio, & honore apud Iudæos. nam 2. Regum. 13. 29. *Omnes filij regis aſcenderunt ſinguli mulas.* Tum & Abſalom mulum aſcenderat ſiue ad præliandum in bello, ſiue ad fugiendum. 2. Regum. 18. 9. Denique inter armentaria regia illa videntur potiſſima, quæ recenſentur. 1. Regum. 21. 7. vbi dicitur *Doeg potentiſſimus paſtorum Saul*; vbi multi Latini codices ante Sixtianam correctionem, addebant, quod nunc babent Septuaginta, *Doeg Syrus paſcens mulas Saul.*

Vſus mularũ in Syria.

2

Equos, & equites male audiunt in ſacris.

Secunda: nam nunquam non malè audiunt in Scriptura equites, & equitatus, quippe res propria *Aegypti*. Exodi. 15. 1. Pſal. 19. 8. 11. Pſal. 32. 17. Pſalm. 146. 10. Pſalm. 75. 7. 11. Iſai. 31. 3. Zacharias. 10. 5. propria etiam *Kaldæorum*, Ierem. 50. 37. Ezech. 26. 10. Habacuc. 1. 18. & *Syria.* 3. Regum. 20. 21. 4. Regum. 6. 17. & 77. Mich. 5. 10. Quare exprobantur Iudæis equi, & equitatus, Iſai. 2. 7. *Repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.*

3

Equi Ægypti generoſi.

Deut. 17. 17.

Tertia: tum propter legem tum propter ipſam rationem legis, *Ne equitatus numero ſubleuatus reducas populum in Aegyptum.* nam cum optimi atque generoſiſſimi equi in Ægypto alerentur, conſequens erat, vt qui equis gauderent, commercia cum Ægyptijs frequentia inirent, atque ad eos etiam vſus equos compararent & alerent, ad quos Ægyptij vtebantur. Quod omnino periculum creare poterat Iudæorum religioni & fiduciæ erga Deum. De equitatu autem Ægyptio diximus lib. 5. vbi de negotiatione Salomonis Regis.

Hieronym.

Accedit, quod eadem videatur Hieronymi ſententia ſuper id Iſai. 31. quod Rapſaces Ezechiæ regi exprobrat; *Dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te prebere aſcenſores eorum. Quod Ezechias (inquit Hieronymus) illorum aſcenſores præbere non poſſit, non de imbecillitate venit populi Iudæorum, qui equitandi carebat ſcientia, ſed de obſeruatione mandatorum Dei, qui per Moyſen ſuper Rege præceperat Iſrael: Non multiplicabit ſibi equos.*

Sed quidem ſtatuendum eſt nulla lege prohiberi Iſraelitis vſum equorum & curruum: quod non aliter conſtare poteſt, quam vſu ipſo & experimento Sanctiſſimorum regum. Nam Dauid 1. Paralipomenon. 18. 4. *Poſtquam cepit mille quadrigas Adarezer, & ſeptem millia equitum, ſubneruauit omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reſeruauit ſibi.* Et viuente Dauid 3. Regum. 1. 5. *Adonias fecit ſibi currus, & equites.* nimirum, pro Regum more & conſuetudine. nam. 1. Regum. 8. 11. prædicit Samuel ius regis: *Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis; facietque ſibi equitem, & præcurſorem quadrigarum ſuarum.* Sicut fecit Abſalom regni ambitioſiſſimus affectator 2. Regum. 15. 1. Denique inter dona, quæ Salomoni regi adhuc pio & religioſo afferuntur, ſunt *equi, & muli per annos ſingulos* 3. Regum. 10. 25.

5 Nulla lege equos prohibitos Iudæis.

Quare ad prioris ſententiæ coniecturas, rationeſve dicendum quidem; Iudæorum gentem familiariter vſam *mulis*: quod, vt alio loco vberius diximus, in Syria peculiare genus animantium eſt; & in ſuo genere pariunt, & ſunt in bello & in pace opportuni. Equis itaque parcius vſos fuiſſe Hebræos, minimè verò mulis. Quod ſi lex illa Deuteronomij, quidquam aduerſus equos efficit, certè non magis equos prohibebit, quam vxores regis, & quam argentum & aurũ; eadem enim legis formula prohibentur vxores, non mille, ſed plurimæ; argentum & aurum infinitum, & immenſum; non omne: equi item numeroſiſſimi, non aliqui tandem. Quare ſi peccauit Salomon, non quidem peccauit quod habuerit equos, ſed quod plures, quam oportuit. Sed iam de hac equorum multitudine lege prohibita enucleatius dicendum.

Reſponſio ad obiecta prioris ſententiæ.

Muli in Syria ſui generis, opportuni in bello & pace.

Vide noſtros Commẽ in Iob. 1. verſ. 3.

II. An Salomon reus violatæ legis non multiplicandi equos.

DE equorum & equarum gregibus, quas tum in ſtabulis, tum in paſcuis habebat Salomon, ſuperius diſputauimus, atq; numerum ingentẽ meliori certioriq; ratione cõputauimus. Nunc verò quod tã numeroſum equitatũ habuerit, nihil contra legem peccare Salomonem, aſſerit Abulenſis. 3. Regum. 10. q. 11. & 2. Paral. 1. q. 26. fauent Nicolaus & Dionyſius, intelligentes non alia ratione fieri eam equorũ prohibitionẽ, quã ad vanã oſtẽtationẽ & inanẽ faſtũ; minimè tamẽ, ſi à regibus adhiberẽtur ad regni defẽſionem, ad ſuæ reip. ornamentũ, ad regiæ maieſtatis ſplendorem, ad hoſtium terrorem, ad Dei Iſrael glorificationẽ. Ergo minimè Salomonẽ peccaſſe illo numeroſiſſimo equitatu: præſertim cum illũ proferat Scriptura ad declarandam Salomonis magnificentiam; & quidem antequam eius peccata recenſeantur.

4 Qui Salomonem à peccato numeroſiſſimi equitatus excuſent.

Abulenſis. Nicolaus. Dionyſius.

Salomoné peccaſſe. numeroſiſſimo equitatu.

Caietanus. Oleaſter. Theodoret. Procopius.

Ego verò illis accedo, qui Salomonem violatæ legis traducunt, dum æquo maiorem equorum numerũ comparat. Hi ſunt Caietanus, Deuteronomij. 17. & Hieronymus, Oleaſter eodem loco; atque illi præterea omnes, qui legem illam nulla moderatione reſtinguendam volunt, quales ſunt Theodoretus q. 18. in Deuteron. Procopius. Partis huius coniecturæ, & res multo efficaciores. Prima, quæ ex ipſa ratione legis ſumitur; volebat enim Deus omnem periculi & idololatriæ occaſionem præcidere Hebræis; quod vtique faceret, ſi omnem cum Ægyptijs, & cum vicinis gentibus commercij cauſam amputaret; nulla autem regibus pronior & opportunior, quam ſi de numeroſiſſimo equitatu comparando curarent. Erat enim illis regibus & gentibus familiariſſimum equorum commercium, vt aperte ſcribitur. 3. Regum. 10. 28. 29. *Educebantur equi Salomoni de Aegypto, & de Coa; negotiatores enim Regis emebant, atque in hunc modum cuncti reges Hebræorum & Syriæ equos venundabant.* Quo nomine intellige etiam Kaldæos, Babylonios, Aſſyrios, Philiſthæos omnes, equis & equitibus celebres. Quam rationem ipſa per ſe lex præferebat, *ne ſcilicet equitatus numero ſubleuatus reduceret populum in Aegyptum*; quod propriè ex Hebræo legerunt Septuaginta: *Non multiplicabit ſibi equum, &, vt non multiplicet ſibi equum.* Quod ſi ſemel commercium cum Ægypto repetebatur, ingens creabatur diſcrimen genti leuiſſimę, ad priſtinos illos Ægypti mores, & religionem primis annis imbibitam, redeundi. Cum quo ſenſu conuenire poteſt Latina lectio; nam *multiplicationem* illam, quam Hebræus ſermo habet, potuit ſuo iure interpres pro magnitudine quadam, & quaſi mentis ſubleuatione, tumore & arrogantia, accipere, quaſi diceret, Regi prohiberi multitudinem equorum, ne ſi ſemel numeroſiſſimo equitatu inſoleſcere, & quaſi laſciuire cœperit, cogatur ſubinde cum Ægypto commercia inire: vnde præſtantiſſimos equos, & in magno numero comparare poſſit.

Salomonis negotiatio equorum.

Quorſum commercium cum Aegyptijs vetitum Iudæis.

Illuſtratus vulgatus interpres.

5 Secunda item legis ratio; quam Latinus interpres odorauit, & expreſſit Theodoretus, ne aliarum gentium more, equis & equitibus potius, quam diuino pręſidio fidendum ſibi arbitrarentur in prælijs; quæ tunc frequentiſſima erant. *Quapropter* (inquit Theod.) *Beatus Dauid inclamat. Fallax equus ad ſalutem. Vult itaque eos ſoli Deo fidere.* Atque adeo vbi equorum mentio fit, eſt illa contentio Iſraelitarum in Deo fidentium & barbararum gentium equis & equitatu pugnantium; ſicut ſcriptum eſt: *Hi in curribus, & in equis; nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus.* Quare Iſai. 31. 1. interitum minatur Iſraelitis, in alio quam in Deo ſaluti ſpem conſtituentibus: *Væ qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt; & ſuper equitibus* (genus aliud equorum *pharaſim*, de quo ſuperius egimus) *quia prævalidi nimis. & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt.*

Fiducia in Deum nõ debilitanda, apparatu rerum externarũ.

Theodoret.

6 Ergo genti incredibiliter cupidæ externi apparatus bellici, & earum rerum, quæ cum tumultu, & vana quadam potentiæ oſtentatione coniunctæ erant; dictum eſt ab eodem Propheta. c. 30. 15. *Si reuertamini* (ab inquirendis humanis præſidijs gentium externarum) *& quieſcatis* in veſtris ipſis domibus, ſine labore vllo ſalutem vobis parabitis) *Salui eritis, in ſilentio & ſpe, erit fortitudo veſtra* (nimirum, ſi tumultum illum barbarorum & equorum frementium neque timeatis, neque æmulari velitis; vnico veſtræ ſalutis præſidio nixi) *Et noluiſtis, & dixiſtis: Nequaquã; ſed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus; ideo velociores erunt, qui perſequentur vos.* (vt tandem veſtro malo experiamini nullam eſſe humanorum præſidiorum vim, veritatemve) ſæpe enim promiſerat Deus id Oſeæ. 1. 7: *Saluabo eos in domino Deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello & in equis,* (velocibus) *& in equitibus* (cataphractis, *pharaſim. ni con fuerza de brazos, ni de cauallos ligeros, ni de friſones.*) Hinc illa ſanctiſſimorum imperatorum cura non minor in ſubneruandis & debilitandis aliarum gentium curribus & equitibus, quam in vnius veri Dei fortitudine & præſidio certiſſimo celebrando. ſicut Ioſ. 11. 4. cum ſeptem illæ nationes iunctis viribus pugnarent contra Iſrael, *Populus multus nimis ſicut arena, quæ eſt in littore maris, equi quoq; & currus immenſæ multitudinis*; inſigni de illis oĩbus triumpho reportato, imperator Ioſue, ex Dei præcepto, *equos eorum ſubneruauit, & currus igne combuſſit.* Cum enim, vt obſeruat eo loco Maſius eleganter, præda ex hoſtibus capta quorumcumque animalium minimè eſſet à Deo ſuis pugnatoribus interdicta, vt conſtat Num. 31. vbi ſexaginta millia aſinorum abegerunt Hebræi; at prædam inſtrumentorum bellicorum, id eſt, equorum & curruum minimè permittebat; ne diuini auxilij opinionem in ſuorum militum animis debilitarent.

Iudæi externi apparatos ſtudioſi.

Iudæorum leuitas, & diffidentia erga Deũ.

Quorſum ſancti duces eneruarent equos & quadrigas hoſtiũ.

Maſius.

Equi inter inſtrumenta bellica.

7 Quod ſi aliquid ex equorum & curuum præda reſeruabant, parciſſimum erat, & quod minimè poſſet fiduciam vllam creare in animis hominum illorum, aut à diuino præſidio inuocando vlla ratione retardare; quale illud Dauidis 2. Regum. 8. cum Dauid reſeruauit ſibi ex præda Adarezer *centum currus*, id eſt, quadringentos equos ex mille ſeptingentis equitibus ſeu equis, quos ceperat; qui omnes efficiebant currus ſeu quadrigas quadringentas viginti quinque. Quanuis Septuaginta aliter numerent; legunt enim, *Cepit Dauid mille currus & ſeptem millia equitum.* Alij verò propriè ex Hebræo, *mille* (ſupple currus, quibus ſeruire ſolebant equi celeres, non *pharaſim*) *& ſeptingentos equites,* (pharaſim, cataphractos.) Qua ratione intelligẽdum fuiſſe, vt ſimul omnia conſonent, id eſt, Hebręa, Gręca, Latina, docet nos. 1. Paral. c. 18. 4. *Cepit Dauid mille quadrigas, & ſeptem millia equitum; ſubneruauitque omnes equos curuum, exceptis centum quadrigis, quas reſeruauit ſibi.* Vbi vides decimam tantũ partem equorum & curruum ſeruaſſe Dauid; non quidem, vt parum conſideratè dixit Abulẽſis 2. Regum. 8. q. 11. vt in illis poſſent exercere ſe Iſraelitæ ad pugnandum in curribus, ſicut Kananæi; ſeu vel ad alios vſus, vel ad aliquam belli opportunitatem: ita tamen quod nullam nimiam ſui fiduciam, aut victoriæ propter currus ſpem in animis Iſraelitarum creare poſſent.

Quot equos atq; quadrigas ſeruauit Dauid ex prędа.

Abulẽſis notatus.

Huic tandem rei finem faciet illa grauiſſima Iſaiæ conqueſtio. c. 2. 7. *Repleta eſt terra argento, & auro, & non eſt finis theſaurorum eius; & repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. & repleta eſt terra eius idolis; opus manuum ſuarum adorauerunt.* Vbi coniungit Propheta ea omnia, quæ diuini præſidij, atque fidei obliuionem ſolent adducere, mortaliumque ſpem & animum ad creaturas cõuertere; nimirum *diuitias* ad omnem vitæ neceſſitatem;

Quæ diuini præſidij ſpem debilitant.

Illuſtris illuſio.

tatum *equos* & quadrigas ad belli difficultates; & *idola* ad omnem aliam cõſiliorum rerumque agendarum opportunitatem: vbi profectò manifeſta fit alluſio ad legem illam Deuteronomij, prohibentem *infinita auri & argẽti pondera, equorum multiplicationem*, & illegitima cum alienigenis connubia; quę idolorum religioni proxima erant. Ergo Salomon nõ minus immoderato illo equorum & quadrigarũ numero, quam diuitiarum immodica auiditate & plurimarum vxorũ libidine legem violauit. quibus reb. omnibus, ſi intra modeſtiæ & diuinæ legis fines cupiditates coercuiſſet, ſatis ſuperq; & ſuam dignitatem tueri, & honeſta cum voluptate vſu percepto gaudere fœliciter potuiſſet. B Eatenus ergo illius equitatus commendatur in ſacra hiſtoria, dum ad pacem firmandam, & gentibus adimenda belli & rebellandi inſtrumenta pertinet: non ad vanam oſtentationem, & diuinæ fiduciæ obliuionem.

Salomon non minus de æquitatu, quã de immenſis theſauris notatus.

CAPVT XV.

Peccauit ne ille boum & aliorum animalium imaginibus in templi vſum & ſupellectilem inuectis. C

1

Ad locum Exod. 20. 4. Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinem, &c.

1 *Ioſephi ſententia omnem effictam imaginem prohibitam Iudæis. An illis quoque prohibitus nummus ſignatus imagine.*

2 *Qui Salomonem excipiant à communi lege, prohibentem omnem imaginem.*

3 *Salomonem nihil peccaſſe illa in re, Patrum ſententia.* D

4 *Legis prohibentis ſculptile germana intelligentia. De diuinitatis imagine. Imagines aliarum rerum ad opportunos vſus minimè interdicta Iudæis. Tertius caſus cum emphaſi.*

5 *Inſignia vexillorum exercitus Dei, qualia. Illuſtratus Dauid.*

6 *Iudæi ad idololatriam proni. In veteri templo nulla Dei imago.*

7 *Nummus apud Hebræos ſine figura non tam ex lege quam ex more. Quales imagines interdicta in phylacterijs. Statuarij & ſculptores rari apud Hebræos.* E

MIhi non dubium, Salomonem in alijs multis grauiter peccaſſe: quæ tamen ijs quæ diximus, leuiora ſint, & in ſacra hiſtoria prætermiſſa; cui ſatis fuit grauiſſima illa & quæ omnem vituperationem ſuperant, idololatriam, libidinem, auaritiam indicaſſe. Sed tamen alia quædam colligenda minutatim. Primum ergo peccati grauioris, atque violatæ legis damnat Ioſephus lib. 8. c. 2. *Quod à præſcripto legum diſceſſerit, quando æreas boum effigies baſi maris illius addiderat, ſicut ſolio ſuo leonũ poſt* A *appoſuit. Nam neque illud fas erat facere.* Cuius ſententiæ argumentum ducere potuit Ioſephus ex lege Exod. 20. 4. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum.* Quæ lex iterum repetitur Deuteron. 4. 15. & c. 5. 8. Quare Hebręi intelligebant ſibi omnino prohiberi quamcunque vel imaginem, vel picturam, alicuius præſertim animalis. Quã Iudæorũ vel intelligentiam illius legis, vel traditionẽ prohibitarum ſibi imaginum vel picturarum quarumuis referunt & teſtantur Burgenſis add. 2. ad eum locum Exod. 20. & Leontius Epiſcopus Cypr. 5. libr. Apologiæ pro Chriſtianis contra Iudæos citatus Act. 4. Synodi Nicenæ 2. quæ fuit 7. Generalis; B refertur item à Beda lib. de templo Salomonis c. 19. & ſub nomine Hæreſis Iudæorum à Bellarm. lib. 2. de Imaginibus c. 7. Atque adeo hanc Hebræorum intelligẽtiam eſſe veram & germanam illius loci, videtur docuiſſe Origenes lib. 4. contra Celſum, vbi ait *In Iudæorum ciuitate nullũ pictorem admiſſum fuiſſe, nullumue ſtatuarium, legibus totum hoc genus arcẽtibus, ne qua occaſio præberetur hominibus craſſis, neve animus eorum à vero Dei cultu auocarentur.* Pater Tertullianus lib. 4. contra Marcionem capit. 22. vbi agens, quomodo in transfiguratione agniti fuerint ab Apoſtolis Moyſes & Elias, ſubijcit: *Neque enim imagines eorum, vel ſtatuas populus habuiſſet & ſimilitudines, lege prohibente.* C Atque adeo in vniuerſum omnem imaginum vſum veteri lege ſublatum videntur ſentire Henricus Catherinus, Ayala, Sotus Orantius, Alanus Clitouæus, quos pro ſe (eſt enim eiuſdem ſententiæ) affert noſter Vazquez lib. de cultu Adorationis 2. c. 2. & 3. Quorum omnium ſententia neceſſe eſt Salomonem vel imaginibus illis boum & leunculorum, vel alijs ſculpturis, & ornamentis templi violatæ legis grauiſſimè damnari.

An lex de non faciendo ſculptili intelligẽda de omni imagine.

Burgenſis.
Leontius.
Beda.
Bellarmin.
Origenes.

An pictores, & ſtatuarij apud Hebræos.

Tertullian.
Vazquez.

Atque adeo nec licuiſſe Hebræis imprimere notam & figuram alicuius animalis in nummis propter hanc legem; & propter innatam Hebræorum procliuitatem adorandi quaſcumque imagines, exiſtimat noſter Villalpandus tom. 5. D ſui Apparatus p. 2. lib. 2. d. 4. c. 25. Prohiberi etiã ea lege appingere in Phylacterijs veſtimentorum figuras aliquas, cenſet Procopius, eo Exodi loco, & D. Thomas 2. 2. q. 122. art. 2. in corp. & ad 2. duo in illa lege prohiberi interpretatur, primum *ipſam imaginum inſtitutionem*, cum dicitur: *Non facies tibi ſculptile*; & ipſarum *imaginum cultum*, cum dicitur: *Non coles ea.*

An Iudæis prohibitus nummus ſignatus imagine.

Villalpand.
Procopius.
D. Thom.

2

Quamuis quidem ex his auctoribus non deſint quidam erga Salomonem benigniores, qui illum excuſatũ velint ab eo crimine, & lata lege vel quod ſua illum Deus lege & prohibitione exemerit peculiari prærogatiua; quapropter & Cherubinos in Sanctuario, & palmas; boues in E mari; leones in trono, innocẽter atque adeo laudabiliter appoſuerit Deo iubente: quod ex Iudæorũ reſponſione indicat Bellarminus loco citato, & indicauit etiam Tertullianus lib. de idololatria capit. 5. *Imitare* (inquit) *Moyſen, & ne facias aduerſus legem ſimulacrum aliquod, niſi & tibi Deus iuſſerit.* quam etiam reſpondendi rationem indicauit Catherinus lib. de Imagin. Vel ita fuiſſe eas imagines animalium à Salomone conſtitutas, vt nullum illas adorandi periculum creari poſſet rudi populo. Quamuis enim lex prohiberet omnem effigiem, ita tamen prohibebat, ſi haberet modum accomodatum adorationi; vt ſi fuiſſet erecta; aut alio modo con-

Qui Salomonem excipiãt a cõmuni lege non faciẽdi ſculptile.

Tertull.
Catherin.

Secũda via excuſandi Salomonẽ

A ſtituta per ſe, noo veluti appendix, & additamē tum alterius rei in oroatum illius. Túc enim manifeſto argumento indicabatur non propooi adorandas, vtpote quæ ſubſeruirent alteri rei; nimirum Cherubini ſamulabantur arcæ; boues ſuſtinebant mare; leunculi exornabant thronum

Tertullian.

Salomonis: quæ videtur fuiſſe Tertulliani mens lib. 2. contra Marcionē c. 2. *Cherubim* (inquit) *& Seraphim aurea in arca figuratum exemplum certè ſimplex ornamētum accommodatum ſuggeſtui lōgè diuerſa habendo cauſas ab idololatria conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videtur ſimilitudinum prohibitarum legi ſuffragari, non in eo ſimilitudinis ſtatu deprehenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur.* Quæ exponendi & reſpondendi ratio adeo

B

Gabriel. Vazquez.

placuit noſtro Gabtieli Vazquez, vt cum primū omnem omoino imaginū vſum veteri lege ſublatum aſſeruerit ca. 2. & 3. at cap. 8. non niſi moderatione prędicta veterem legem intelligendā voluerit, ne quis erigeret, ſtatueretve imaginē, aut ſimilitudinem modo adorationi accommo-

Ionas Aurelianenſis.

dato. Vel, vt Ionas Aurelianenſis lib. 1. de Cultu imag. *Ideo licuiſſe Salomoni in domo domini ſimilitudines boum & leonum exprimere, quòd ea myſteriorum figura præceſſerint, & non ad adorationem ſed vt typos futurorum prætenderent.*

3

Nulla lege prohibitas animaliū imagines.

Cęterum non ſolum propter exceptionem, iuſtamve excuſationem à lege, ſed quod nulla lege illæ imagines prohiberentur, Salomonem ea

C

in re ab omni peccato vendicant, Leontius, Cypri Epiſcopus ſuperius à nobis adductus, diſertis vetbis de Salomone loquutus, vbi cū Iudæo

Leontius.

iniurio in noſtras imagines obieciſſet Cherubim, boues, palmas, leones, quæ in templo ſculpta erant, ſubijcit Leontius:

Salomonē nihil peccaſſe boū & animalium imaginibus.

At dices mihi: Moſi à Deo iuſſum eſt vt eiuſmodi ſculptilia in templo collocanda curaret: Ego ſanè hoc ipſum etiam dico. Sed Salomō plura in templo apparauit, quæ tamen Deus non mandauerat: non tamen in hoc à Deo in crimen vocatus eſt Salomō. nam in gloriam Dei, quemadmodum etiā & nos, eiuſmodi effigies excogitarunt. Sed vberius & illuſtrius de Salomone teſtimonium

Beda.

præbuit Beda libro de Templo c. 19. vbi ſolo Sa-

D

lomonis exēplo ſatis refutari arbitratur illius legis Exodi intelligentiam, à prioris ſententiæ auctoribus traditam: *Nequaquam* (inquit) *hoc putarent: ſi vel Salomonis opus ad memoriam reuocaſſent, qui & in templo intus palmas fecit, & Cherubim cū varijs cælaturis, in columnis illius malo granata, in mari quoque æneo duodecim boues, ſed & in vaſibus luterum leones cum bobus, palmas, axes & rotas cum Cherubim, & vario picturarū genere: vel certè ipſius Moyſis opera cōſideraſſent, qui iubente Domino, & Cherubim prius in propitiatorio, & poſtea ſerpētem fecit æneum in eremo.* Addit pręterea

Lipomanus

Lipomanus Exodi. 20. eam ob rem Salomonem mirificè fuiſſe laudatum, ne dum reprehenſum.

4

Hebræorū intelligentia aliena.

Germana legis Exodi intelligentia.

Sed vt obiectæ legi ſatisfaciamus, & in vni-

E

uerſum de veteris Eccleſię vſu atq; prohibitione imagioum dicamus: Certè vt ea Hebræorum vel traditio, vel Moſaicæ legis intelligentia nō ſolum incerta, ſed aliena eſt; ita certò ſtatuendū videtur, ea in re nihil Salomonem peccaſſe: atq; adeò lege illa nō prohiberi Iudæos vllam omnino artis ſculpturā, aut picturā facere, ſed illud tantū, nullā Dei ſimilitudinē aut imaginē externā adorandā ſibi proponere, vt eleganter interpretantur

D. Thom.

D. Thomas 3. p. quęſt. 25. art. 3. ad. 2. diſertis verbis: *nō prohiberi illo præcepto facere quamcumque ſculpturam vel ſimilitudinē. ſed facere adorandam*; & præter Leontium, & Bedam citatum

A

Tertull.

idem videtur docere Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem c. 22. diſertè aſſerēs; *Imagines habentes diuerſas cauſas ab idololatria, ob quā ſimilitudo prohibetur; nō videri ſimilitudinū prohibitarum legi refragari.* Eodem proculdubio modo inter-

Damaſc. Auguſt.

pretatur Damaſcen. lib. 4. de fide c. 13. immo & Auguſtinus q. 71. in Exodum, & Scholaſtici illi, quos pro ſe producebat prima illa ſententia.

Ergo cum illius legis de nō *faciendo ſculptili*, duæ partes ſint: altera, quæ prohibet Deum verum effigiare: quę clarius exprimitur Deuteron. 4. 16. *Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua loquutus eſt vobis Dominus, ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem*: altera verò

B

pars, nullam omnino imaginem adorandam facere, vt ab alijs gentilium dijs auertat; proculdubio lex illa Iudæis non prohibuit omnino ima-

Imagines rerum ad opportunos vſus non interdictæ.

gines & ſculpturas rerum ad alios vſus, vt præter D. Thomā, Bedam, Leontium, docent Burgēſis, Caietanus, Lipomanus, Iſidorus, Clarius, Iſtella, Exodi 20. Bellarminus Card. lib. 2. de cultu imaginum c. 7. Caſtro contra hęreſes verbo i-

Caietan.

mago 1. Quòd non omnino ineptè Caietanus cōtendit indicari, cum dicitur, *Non facies tibi ſculptile*, &c. Quāuis enim ille tertius caſus ſæpe re-

Tertius caſus cū emphaſi.

dundare ſoleat in ſacro ſermone, vt cum dicitur *Vade tibi; aſſume tibi, abijt ſibi*: tamen hoc loco iuxta ſubiectam materiam ſignificare potuit: *Non*

Cant. 1. 8. Zach. 11. 5 Ierem. 3. 6.

C

facies tibi; id eſt, in tuum Deum, in tuam ſpem, tuumque præſidium: licebat enim in alios vſus artis, aut oblectamenti, figuras facere. & quamuis, vt dicebat Tertullianus, ſtatuarij & ſculptores idolorum interdicti eſſent; ſed nō omnino prohibebantur ſculptores, ſtatuarij & pictores & ſimiles rerum aliarum.

5

Imagines Cherubinorum.

Atque exemplis manifeſtè conuincitur, cum in templo figuræ eſſent Cherubinorū, & eorum quatuor animalium paſſim in Scriptura & in templo occurrentium. Tum præterea & in vexillis illis quatuor potiſſimorum ducū populi Iſraelitici depicta erant animalium inſignia, vt etiam ipſi Hebræi tradunt, Num. 2. nimirum in vexillo Iudæ, imago leonis: in vexillo Ruben, figura hu-

D

mani capitis: in vexillo Ephraim, caput vituli: in vexillo Dan, caput Aquilæ: quod videtur in-

Inſignia vexillorum qualia.

dicari Pſal. 67. 11. cum ſuo exercitui patefecit Deus ingreſſum in terrā promiſſam, canente Dauid: *Animalia tua habitabūt in ea.* Quaſi diceret, vexilla tua diuerſorū aīalιū figuris inſignita, ac

Aliarū imaginū exempla in Dei populo.

ſi nos diceremus. *Alla entrarā las aquilas Imperiales, y los leones de Eſpana.* Prætetea illas duas gēmas humerorū, & duodecim gemmas Rationalis, totidem figuris notiſque peculiaribus reprę-ſentātibus ſingulas tribus, inſculptas fuiſſe colligit P. Hieronymus de Prado cap. 1. Ezechiel in

Prado.

2. ſui comment. parte ſect. 2. ex illo Exodi 28. 11. *Opere ſculptoris, & cælatura gemmarij ſculpes eos*

E

nominibus filiorum Iſrael. Serpens item æneus, Num. 21. qui durauit vſque ad Ezechiam regē. Tandem minimè credibile eſt Salomonis bo-

Gēmæ Rationalis figuratæ.

ues & leones contra Dei legem ac non potius ex diuina inſtitutione fuiſſe, & ex deſcriptione Dauidi à Deo tradita, vt pote quæ inter diuini cultus inſtrumenta, & ſupellectilem ampliſſimā atque opulentiſſimam recenſeantur. Adde anlęa illa miris arborum figuris intertextis diſtincta quæ Ioſephus narrat fuiſſe in domo regia ſaltus Libani.

6

Iudæi ad Idololatriā proni.

Ergo ſimplex & germanus illius legis intellectus prohibebat omnē omnino imaginem à Iudæis in Deum erigi, gente nimirum ad idolola-

triam

A etiam profanâ & ſæculo omnium ferè brutorũ animalium adoratione & cultu corruptiſſimo. Atq; hęc ipſa fuit etiam apud profanos ſcriptores de Iudæorum religione exiſtimatio, vt lib. 5. hiſtor. ſcribit Tacitus, Ægyptios cum Iudæis hac in re contendens: *Aegyptij (inquit) pleraque animalia effigieſque compoſitas venerantur. Iudæi mente ſola, vnumque numen intelligunt; profanos qui Deum imagines mortalibus materijs in ſpecies hominum effingant. Igitur nulla ſimulacra vrbibus ſuis, nedum templis ſunt: non regibus hæc adulatio, non Cæſaribus honor.* quod idem Dio libr. 37. non de alijs figuris quam de Dei imaginibus eadem fere intelligentia tradidit: *Nullam (inquit) ſtatuam Ieroſolymis habebant, & Deum ineffabilem quendam, & viſui* B *non obnoxium arbitrantes, magna religione & ſuper cæteros homines Deum colunt.* Atque ex hac Iudæorum religione nullum externum ſimulachrum pro Deo adorantium, deriuatum ad Romanos ſcripſit Clemẽs Alexander. 1. ſtrom. *Numa (inquit) rex Romanorum erat quidem Pythagoreus: ex ijs autem, quæ à Moſe tradita ſunt, adiutus prohibuit Romanis ne hominis aut animalis ſimilem Dei facerent imaginem. Cum itaque centum & ſeptuaginta primis annis templa ædificarent, nullam imaginem, nec effictam nec depictam fecere.*

[In templo nulla Dei imago. — Dio Caſſius. — Clemens. — Numa prohibẽs Dei ſimulacrũ.]

7 Quare quod de nummis non inſigniendis figura pecudis apud Hebræos dicebat noſter Villalpandus, moris & conſuetudinis politicæ fuit, C non legis immo neque conſuetudinis, cum denarios poſtea habuerint Cæſaris imagine inſignitos, quos quidem non habebant Iudæi inuiti, quod imaginem Cæſaris haberent, ſed quod illas imagines cogerentur dare Cæſari, & non poſſent tam ſplendidas effigies retinere apud ſe. Quod verò de Phylacterijs addebat Procopius, certè pertinet ad præſtigiatorias & magicas imagines; quibus vt idem Procopius exponit, *fecebãt vel propulſabant Dæmones; atque ita in Phylacterijs habebant ſimulacra & idola.* Quod denique Tertullianus de ſtatuarijs & ſculptoribus nullis apud Hebræos, intelligit de peculiaribus artificibus idolorum, quorum erat peculiaris ars & quęſtus; non de alijs in vniuerſum, aut pictoribus, D aut ſculptoribus. Quamuis quidem has rariores inter Hebræos fuiſſe credendum eſt; & propter illam pingendi, & ſculpendi vicinitatem, & cognationem cum idolorum artificibus forte inuiſos aut nullos. Certè fuſoriæ & ſculptoriæ artis peritiſſimum illum Hiram ex Tyro habuit Salomon.

[Nummus apud Hebræos cur ſine figura. — Procopius. — Quæ imagines prohibitæ in phylacterijs. — Statuarij & ſculptores rari apud Hebræos.]

CAPVT XVI.

Quædam alia minutiora illius peccata.

1 *An vllum temeritatis peccatum Salomonis in exauctorando Abiathar Sacerdotes laicis regibus quondam ſubiectis.*

2 *An vllum Salomonis peccatum ædificando Mello. Hebræorum traditio reiecta.*

3 *Nulla Salomonis temeritas in occidendo Adonia. Nulla in occidendo Ioab iuxta altare.*

4 *Peccauit ne parum benignus erga matrem, ſeuerior & inſidioſior erga Ieroboam.*

1 A Et primo quidem videri poſſet alicui Salomon temerarius, & ſacrilegus, deijciens Abiathar ſummo ſacerdotio, & eijciens in exilium 3. Regum. 2. 26. 27. Sanè in ea re nihil indignũ egiſſe Salomonem, ſatis ipſa hiſtoria indicat; potius adminiſtrum fuiſſe diuinæ prædictionis & ſupplicij commeriti ab Heli Sacerdote. Is enim Abiathar videtur quintus fuiſſe ab Heli, de quo ſuperius dicebamus libr. 3. vbi diximus de ſacerdotio Sadoc, & Abiathar. videndus Theodoretus 3. Reg. q. 9. & Procopius eodem loco. Illud etiam obſeruat Abulenſis 3. Reg. 2. q. 31. in veteri Eccleſia nullum fuiſſe diſcrimen Sacerdotum B à laicis, quod ad ſupplicia de ſontibus ſumenda pertinebat, quippe vni regi parebant cuncti. Vide quæ diximus lib. 6. c. 16.

[An vlla Salomoniſte meritas in deponẽdo Abiathar. — Theodoret. — Procopius. — Abulenſis. — Sacerdotes laicis principib. olim ſubiecti.]

2 Secundò, peccauitne Salomon ędificãdo Mello, & coęquando voraginem ciuitatis Dauid patris ſui. 3. Regum. 11. 27. ſic ſanè exiſtimarunt Hebræi quidam poſt R. Salomonem, aſſerentem cauſam indignationis, & ſtomachi Salomonis aduerſus Ieroboam ex eo natã; quod adoleſcens ille induſtrius & religioſus, admonuerit Salomonem, atque adeo increpauerit, quod plateã illam, quæ prope Mello erat, à Dauide parente deſtinata peregrinis excipiendis, qui Ieroſolimã ad feſtiuitates confluerent, ipſe ædificijs erectis in alios vſus profanos converteret, contra C religionis, contra hoſpitalitatis iura. Quam Hebræorum traditionem referunt Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius. Sed procul dubio commendaretur Ieroboam ab eo religionis zelo, quo arſiſſet, aut ſi in eo peccaret Salomon, non tam ſuarum partium, quam alicuius ſacerdotis exiſtimaret fuiſſe, Salomonem aut increpare, aut admonere. Deniq; traditio illa incerta, aut potius commentitia, cum rebellionis Ieroboam & indignationis Salomonis cauſam reddat ſacra Hiſtoria, quam iam ſubijciemus. Hugo de S. Victore aliter damnat hanc ædificationem Mello; cum enim exiſtimet fuiſſe *locum inferioris ciuitatis, qui erat vorago & quaſi ſentina ciuitatis Dauid patris* D *ſui, illam impleuit, vt æqualis ſcilicet eſſet parti eminentiori ciuitatis. in quo iniuriam patri facere videbatur: viliſſima, & abiecta ſummis operibus illius coæquans.* Sed res tota de Mello ſatis à nobis expoſita eſt lib. 5.

[Hebræorũ traditio de ſtomacho Ieroboam aduerſus Salomonẽ. — Nicolaus. — Abulenſis. — Dionyſius. — Hugo de S. Victore.]

Tertiò à quibuſdam reprehenditur Salomon vt teſtatur Theod. 3. Reg. q. 7. quod fratrem ſuũ Adoniam occiderint. ſed enituiſſe magis in eo ſupplicio regis ſapientiam & integritatem quã vllam vel temeritatem vel crudelitatem, expoſuimus libr. 6. cap. 15.

Quattò; ſimiliter Theodoretus quęrit quæſt. 8. *cur Ioab Deum alloquentem occiderit* 3. Regum. 2. 32. Non ſolum enim iuſſit ſontem auelli ab al- E tari iuxta legem, Deuteron. 21. 14. ſed in ipſo altari interfici, quod peccari damnant quidam fabulatores Hebræi, aduerſus quos diſputauimus loco ſuperius indicato, atque rem totam expoſuimus.

[Theodor.]

Quinto; videtur item impietatis reus nõ ſolũ violatæ fidei præſtitæ matri Bethſabee concedẽdi quæcumque poſtulaſſet; ſed præterea quod aduerſus ipſam matrem excanduerit: *Quare* (inquit) *poſtula*, &c. 3. Regum. 2. 22. Sed rem item hanc plenam fuiſſe animi virtute atque ſapientia, illo eodem loco oſtendimus.

Sextò; videri quoque poteſt peccati reus, cũ voluit interficere Ieroboam 3. Reg. 11. 40. quem

iam nouerat diuina promiſſione, & Prophetæ oraculo deſignatum in Regem decem tribuum. Sed de hoc diſputabimus inferius cap. 23. vbi de rebellatione Ieroboam: interim vide Abuléſem eo loco q. 37.

CAPVT XVII.

Peccauitne Salomon donatis regis Hiram viginti prouinciæ Galileæ oppidis.

Ad locum. 3. Reg. 9. 11. Tunc dedit Salomõ Hiram viginti oppida in terra Galilaa.

1 *An Salomon partem terra ſancta ad Ethnicum principem tranſtulerit. Species ſordida illiberalitatis.*
2 *Galilea gentium qua. Duplex Galilaa. Explicatus Ioſue.*
3 *An oppida data Hiram à Salomone fuerint extra ſortes tribuum. An Hiram veri Dei cultor.*
4 *An plura oppida inſtaurata à Salomone. An extra terram Iſrael Salomon deduxerit Hebraorum colonias.*
5 *Salomon ſuorum popularium ſaluti conſulens. Modus capienda poſſeſſionis. Fratris compellatio inter reges fœderatos. Illuſtratus locus Regum.*
6 *Interrogatio cum reticentia familiaris ſcriptura. Terra Chabul per anticipationem dicta. Illuſtratus Moyſes & Ioſue.*
7 *Chabul cuius lingua & ſignificationis. Illuſtratus Iſaias & Ioannes.*

1 Cur terra gentis ſanctę tradita gentibus.

ILlud ſanè non obſcuram quoque habet criminis grauioris & impietatis ſpeciē, quod viginti oppida Iſraelitarum, in vera & religione & pietate degentium, id eſt, terram & gentem ſanctam, & Dei poſſeſſionem, ad regis ethnici & allophyli ditionē & poteſtatē tranſtulerit, ſicut ſcribitur. 3. Reg. 9. 11. *Hiram rege Tyri prabēte Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat: tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilaa.* Illud verò ad quamdam ſordidæ illiberalitatis & iniuſtitiæ rationē ſpectat, quod cum incredibilē amicitiæ & liberalitatis ſignificationem, qua Hiram rex Tyri illum proſequebatur, iuſto aliquo pretio compenſare ſtatueret, nihil dignum obtulit, ſed inutilem tantum & infrugiferam regionis partē; ſicut eodē loco ſcriptum eſt: *Et egreſſus eſt Hirā de Tyro, vt videret oppida qua dederat ei Salomon; & non placuerunt ei; & ait; Hacine ſunt ciuitates, quas dediſti mihi frater: & appellauit eas Terram Chabul vſque in diem hanc.*

Species ſordidæ illiberalitatis.

Caietan.

Caietanus, quāuis libenter ſe excuſaturum, ſi ſciret Salomonem, dicat, tamen ingenuè fatetur nullam ſibi occurere excuſandi rationem, præſertim cum id nulla neceſſitate coactus fecerit Salomon. At cum tunc temporis, id eſt, cum primum perfecit ædificium templi atque domus regiæ, adhuc ſanè viueret, minimè credēdū eſt contra ius faſq; feciſſe, in re pręſertim minimè leui.

2 Galilęa gētium quæ.

Quare pro expoſitione ponendum eſt, regionem hanc vicinam ditioni regis Tyri fuiſſe, quæ appellatur, *Galilaa ſuperior*, ſiue Occidentalis; & apud Iſaiam, *Galilaa gentium*, eo quod vel gentibus proxima fuerit, vel gentili, regi à Salomone tradita; ea autem contermina erat tribui Aſer verſus Septētrionem, vt ex Ioſue. 29. à verſu. 24. vſque ad 30. colligitur, cum dicitur, *Sors Aſer egredi ad lauam Chabul*; quo loco pro *laua*, Kald. legit, *Septentrionem*. ex altera vero parte, id eſt, ad Meridiem, contermina erat tribui Zabulon, aut Nephtali, quæ duæ tribus pertinebāt ad mare Galilææ, ſiue ad mare Geneſareth, quod eſt Tiberiadis. nam has tribus ſimul cum Galilæa gentium Iſaias iungit cap. 9. vide etiam Matth. 4. Quare alij huiuſmodi oppida conſtituunt in ſorte Nephthali, vt Petrus Comeſtor libro 3. Hiſt. cap. 24. & Dionyſius. Alij verò in ſorte Zabulon.

Iſa. 9. c.

Siniſtra aut læua pro Septētrione.

Comeſtor. Dionyſius.

3 Prima ratio excuſādi Salomonem.

Hoc poſito prima exponēdi ratio & excuſandi Salomonem eſt illa, oppida fuiſſe quidem regni, & ditionis Salomonicæ; ſed tamen fuiſſe extra poſſeſſionem, & ſortem à Deo definitam. nā ex propria, & definita tribuum ſorte, nullo modo licuiſſet partem aliquam alienare, aut in vſum fructum gentilium conuertere. Ergo in eā regionem exterarum gentium videntur Iſraelitæ deduxiſſe colonias; quas nunc tanquam liberam poſſeſſionem libere potuit Salomon in alienum dominium transferre. Et fit res hæc vero ſimilis ex eo, quod multas alias vrbes & ciuitates ædificauit Salomon extra Palæſtinam, videlicet in Syria, & alijs conterminis aliarum prouinciarum limitibus, quibus ditionem ſuam propagauit, vt ſcribitur 2. Paral. 8. 2. 3. 4. Hæc exponendi ratio non ſatisfacit dubitationi, quomodo gentem ſanctam, & veros Iſraelitas potuit ſine impietate, & ſacrilegio tradere gētili & idololatræ regi. nam quando ipſe extra Palęſtinam ædificabat, ſuos non ſubijciebat alieno regi.

Secunda Dionyſij reſponſio.

Secundò, Dionyſius reſpondere videtur, tum hoc loco. 3. Reg. 9. tum 2. Paralip. 8. Hiram veri Dei cognitione imbutum, & ex priſtina cum Dauide, nunc confirmata cum Salomone amicitia veram religionem profeſſum fuiſſe. Nullum itaque Idololatrandi periculum creari Iſraelitis, ſi ad Hirami poteſtatem tranſirent. Sed neq; hæc reſponſio ſatisfacit; non enim poſſent Iſraelitæ Legi, templo, & ſacrificijs ſatisfacere, niſi regni Iſraelitici finibus & adminiſtratione continerentur.

Caietan. Tertia reſpondēdi ratio paulo ſubtilior.

Tertia Caietani 2. Paralip. 8. vbi cum è contrario legatur Num. 2. *Poſtquam adificauit Salomon domum Domini, ciuitates quas dederat Hiram Salomon adificauit, & habitare ibi fecit filios Iſrael*: ſic conciliat Caietanus nonnihil etiam à nobis adiutus: nimirum fieri potuiſſe, vt illa ipſa viginti oppida prius deſtructa & inculta fuiſſent quondam regis Hiram, quæ cum ipſe deſpiceret, tradiderit Salomoni ędificanda & inſtruenda ciuibus; deinde verò Salomon ædificauerit, & habitare ibi fecerit filios Iſrael: ædificata iam & inhabitata, iterum tradiderit regi Hirā, cui inſtauratio, & ædificiū minime placuerit. Similis eſt conciliatio Gloſſę. 2. Paralip. 8. ſed in eo tamen diſſidet, quòd aſſerit non prius illa oppida Hiram, quam Salomonis fuiſſe; neque ob aliud data fuiſſe Salomoni ab Hiram, quam quòd Hiram illa noluit à Salomone oblata accipere, aut retinere. Igitur Hiram dedit, id eſt, red-

didit

didit illa Salomoni. Sed neutra tamen dicendi ratio placet Abulenſi, 2. Paralip. 8.q. 11. neq; q lé vt videtur Abulenſi, Illa conſonat Ioſepho, qui videtur ſentire, viginti illa oppida Salomonis recepta quidē ab Hiram. quare ſi Hiram aliā dedit Salomoni, non eadē, ſed diuerſa fuiſſe oportet. ſed alia eſt Ioſephi ſententia inferius exponēda.

Abulenſis. *Ioſephus.*

Quarta, quā ſequitur Abulēſis 3. Reg 9.q.8.& 2. Paralipom. 8. quæſt. 11. Hiram & Salomonē viciſſim ſibi dediſſe aliqua oppida, & forte, vt indicauit Vatablus 2. Paralipom. 8. nu. 2. fuiſſe mutuū vtrumque pignus, quo pax inter ipſos eſſet ſtabilior & firmior. In ea autē oppida regis Hiram donata Salomoni, quæ forte erant, vel nullis, vel raris habitatoribus, Salomonem miſiſſe ſuorū Iſraelitarum colonias, vt dicitur 2. Parali. viginti autē illa oppida Salomonis donata regi Hiram nō tam quo ad ciues, & loci, ac terræ poſſeſſionem illi donaſſe, quam quo ad vſum regiorum vectigalium in aliquam auri & aliarum expenſarum acceptarum compenſationem.

Abulenſis. *Vatablus.* Quarta ſententia cōmodior.

In hac ſententia nihil repugnātiæ inuenio, p̄ſertim. ſi illā iuuemus aliquo pręſidio ex illa tertia Caietani ſententia, quoad fieri poſſit, mutuato, minimè tamen admiſſo illa oppida primum aliqua ratione pertinuiſſe ad Hiram: quippe ſi ipſe nouiſſet in loco ſterili, aut cœnoſo & vliginoſo cōſtituta, minimè videretur egreſſurus ad vidēda & cōſiderāda oppida: oblata, verò eſſe à Salomone, nō quidē permutationis nomine cū alijs oppidis; ſed potius remunerationis & grati animi ſignificationis, ipſe contextus ſacræ hiſtoriæ indicat. 3. Reg. 9. huiuſmodi oppidorū donationē ſtatim adnectens officio, & liberalitati ab Hiram Salomoni pręſtitæ. Atq; hæc quod ad priorē huius quæſtiunculæ partem pertinebat.

Caietanus.

Quod verò ad poſteriorem, ſanè non tam ſordidæ tenacitatis, aut illiberalitatis, quam ſapiētiæ, atque pietatis fuit, cum loca parum fortè ſalubria, parum fertilia exteri regis ditioni ſubiecit, ſuorum Iſraelitarum ſaluti & incolumitati conſultum volens: paulatim enim Tyrijs & Sidonijs in ea oppida incolenda allectis & inuocatis ſuos Iſraelitas ad meliorem & ſalubriorem loci naturam & opportuniorem habitationem inuitabat. Neque fuiſſet ſapientis principis, niſi deteriorem regni partē, & alienæ ditioni inſertam, alieno permitteret principatui.

5 Salomon ſuorum incolumitati proſpiciens.

Sed, quod reliquum eſt, his verbis ſcribit Ioſephus lib. 8. cap. 2. *Galilaa oppida numero viginti Salomon Hiramo donauit: quæ cum ille perluſtrata ſatis conſideraſſet, & non valde probaſſet, renunciari iuſſit Salomoni ſibi non eſſe opus eis oppidis, & ex eo terra Chabalon eſt appellata, voce, Phœnicum lingua, id quod diſplicet, ſignificante*. In quibus Ioſephi verbis, ſi cum verbis ſacris conferantur, quędam videri poſſunt certa, quędam ambigüa, veroſimilibus permiſta coniecturis.

Ioſephus.

Primum quidem *egreſſus eſt Hiram vt videret oppida*; Adde etiam vt *ingrediens*, per poſitionem pedum poſſeſſionem quęreret, qui capiendę poſſeſſionis actus naturalis eſt, vt Iuriſperiti decernūt. de quo memini me aliquādo plura dixiſſe: ad id Iob. 1. *Circuiui terram & perambulaui eam.*

Ingredi ad capiēdam poſſeſſionem.

L. 3. D de acquirēda poſſeſsio. In Iob 1. v. 7.

Secundum, cum minimè illi placuiſſent, nuntium miſiſſe, per quem renuntiari fecerit Salomoni ſui animi ſenſum, illud argumento eſt, quod eū illo loquatur, & vocet *fratrem*; quod niſi per nuntium, aut litteras fieri non poſſet. vocat autem Salomonem *fratrem*: quæ compellatio, ſicut alijs in locis, cognationis & cōſanguiA nitatis, ita hoc loco eſt beneuolentiæ, & amicitiæ mutuo fœdere conciliatæ. Eſt enim ſolemne verbum inter fœderatos reges, vt conſtat ex 3. Reg. 20. 32. cum ad nuntios Benadad Syri dixit Achab; *Si adhuc viuit, frater meus eſt* (quaſi diceret, loco amici habebo, & fraternis beneficijs, & ſtudio illum proſequar, pace inter nos cōſtituta) *quod acceperunt viri pro omine* (Septuaginta, pro *fœdere*. Alij, *pro experimento* volentes nimirū cognoſcere experimento aliquo an verè & ex animo loqueretur) *Et feſtinantes rapuerūt verbum ex ore eius, atque dixerunt: Frater tuus Benadad*. Simile illud, quod Iudæi appellati ſunt à Romanis amici & ſocij *& fratres* 1. Mach. 14. 41.

Fratris cō pellatio inter reges fęderatos.

Omen q̄d.

B Tertium verò quid nuntium cōtineret, exprimitur illis verbis; *Hæc ne ſunt ciuitates, quas dediſti mihi*; conciſior & breuior in Hebræo & Græco, & acrior ſermo; *quid vrbes iſtæ?* quaſi diceret, quales, aut quanti ſunt? quid mihi ex illis lucri, aut emolumēti? vel quid ſimile. Niſi verè diſplicuiſſent, poſſet, eiuſmodi reſponſio vrbanitatis eſſe, & amicè reddētis munus oblatum: qualis illa Geneſ. 23. 15. Ephron repudiantis pretium ſepulchri, quod offerebat Abraham; *Quadringētis ſiclis argenti valet; ſed quantum eſt hoc*: ſed hiſtoriæ ſeries non patitur ſenſum hunc; quamuis ex altera parte, neque amicitia & vrbanitas pati poſſe videantur tantum diſplicentis muneris contemptum.

6 Formula miſſitij.

C Quarto loco illud; & *appellauit eas Terrā Chabul*, non eodem modo ab omnibus accipitur; nāque ex conſuetudine linguæ Hebrææ non eſt neceſſarium vt illud verbum *appellauit*, referatur ad Hiram, ſed ſumatur quaſi impersonaliter *appellauit*, quicumque poſtea; vel appellarunt &c. Cum quo illud conuenit, quod ſequitur; *Vſquè in diem hanc*, quaſi diceret, inde fluxit illius regionis vulgata hæc appellatio, quæ huc vſque manauit: ſed plerique ad ipſum Hiram referūt, qui ex ſua diſplicentia nomen dederit regioni, quod nunquam amiſit.

Hebraica verba actiua aliquando imperſonaliter. קרא

Ex quo quidem colligi poſſe cenſet Andreas Maſius Ioſ. 19. n. 27. ſi à rege Hiram originem D duxit illa appellatio *Chabul*, cuius mentio fit illo Ioſue loco; librum ſanè Ioſue poſtea conſcriptum eſſe, quàm huiuſmodi hiſtoria inter Salomonem & Hiram aut ſcripta eſt, aut contigit: aut ſi quidem ante hiſtoriam regum ſcripta eſt, poſtea cùm ab Eſdra inſtauratus eſt liber Ioſue, libenter vſurpaſſe nomen regionis; quod poſtea inditum eſt; quamuis Ioſue tempore, illo nomine minime vocaretur; cuius rei non pauca poſſemus exempla ſubijcere, nimirum nominum, & appellationum recentiorum, quas in ſacris libris inuenimus, & ab ipſis primis eorum librorum ſacrorum ſcriptoribus vſurpari minime potuerunt. Sed de hoc alias. Montanus certè non E vult eiuſdem rei vocabulum eſſe, quod eſt in Ioſue, & in libris Regum. Illic enim pro ſingulari ciuitate accepit, hic autem regionis eſt nomen; quod minus eſt credibile, cum vtrobique de ea terræ promiſſæ parte agatur, quæ Phœniciæ eſt contermina.

Maſius.

Multæ appellationes propriæ per anticipationem vſurpatæ in ſacris libris.

Montanus.

Sed iā quinto loco, quid *Chabul* ſignificet, cuiuſve linguæ vocabulū ſit, definiri certò nō pōt; nam Ioſephus Punicam eſſe vocem ſcribit, & ſignificare *diſplicentiam*. Septuaginta interpretantur *terminum*. R. Kimhi in Cōm. Reg. & R. Salomon quē citat Nicolaus, poſt quos pleriq; Lexicographi, Pagninus, Reuchlinus, Auenarius, vocē deducentes ab Hebraica radice *Chabal*, quæ

Chabul q̄d ſignificet. *R. Kimhi.* *R. Salomō.* *Hebraizā.* כבל

cõmpedes,aut ferreum vinculum ſignificat, quẽ A Latini *copulã* nominare ſolent, quod pedes aut manus colligatas copulet;dicunt ſignificare terram lacunoſam,aut cœnoſam, quæ pedibus adhęreſceret, & ambulãtes teneret,& implicaret, inſtar cõpedum,aut copulæ;quare Pagnin. vertit;*Terram tenacem*;nos diceremus:*Buedal o tierra de bubedos y de greda*. Sed hæc ſanè terra non omnino contemnitur à peritis agricolis:

R. Mardoc. R. Mardochai in ſuis Concordantijs *ſterilitatem incultam* & horridam,id eſt,*defectum omnium frugum* ſignificare ſcribit.

R.Nathmã R. Nathman, *arena profunda ſterilitatem*,in quam pedes immergantur, & cõprehendantur.

Reuchlinus. Alij,vt Reuchlinus, *terram clauſam*,quaſi incultam & inhabitatam, quò nõ poſ B ſint habitatores ingredi.

Caiet. Caietanus ait, *Hebraicè ſonare carcerem,quia tanquam carceres erant illa oppida*.

Maſius. Alij,vt Maſius,*à vilitate*,nomen deducunt,quaſi ſignificet rem nullius pretij: Forſiterus paulò curioſius radicem *Chabal* confert cũ

כלב nomine *Cheleb*.id eſt,*canis*,vt rem viliſſimam ſignificet.quaſi diceret,terram caninam, *vna tierra perruna*;Noſtrates huiuſmodi ſteriles & incultos agros appellare ſolent; *ex vna perrera*. Sic pro ſuo quiſque cerebro in aſſignandi vocabuli incerti & peregrini ſignificatione ludit. At in vniuerſum certò conſtare debet ſignificare rem regionemve non magni momenti,aut pretij;at-

Illuſtris al luſio. que eò ſanè alluſum videri ab Iſaia, cum c.9.di- C xit de eo tractu maritimo & Occidentali *tribus Zabulon,& tribus Nephtali, & Galilaa gentium*, in qua erant ea viginti oppida quæ vocata ſunt *Chabul:Primo tempore alleuiata eſt*(propriè,leuis vilis,nullius ponderis,aut momenti habita eſt, vt quam & Salomon à ſe abdicare vellet, & ex-

Leue ad rẽ vilẽ;& *graue* ad honorem. tero regi donare, & quam ipſe alienus & gentilis Princeps ſponte oblatam accipere recuſarit, planeq; contempſerit, proptereàque appellauit terram *Chabul*, terram Zabulon & terram Nephtali; nam Galilæi planè contemptibiles: *Num*

Ioan.1.46. *quid enim à Galilaa poſſet aliquid boni eſſe? & nouiſſimo* (poſt Chriſti Domini aduentum,& Apoſtolorum natalitia) *aggrauata eſt* (grauis magni põderis,& momenti,plena honore & exiſtimatio- D ne) *Via maris trans Iordanem,Galilaa gentium*.

Ioſephus. Sextò tandem,quod Ioſephus ſignificat,eiuſmodi oppida reddita Salomoni ab Hiramo, incertum. oppoſitum enim credo propter illam vulgatam appellationem *Galilaa gentium*, quæ iam inde ab eo tempore,quo viginti oppida donata fuerint Gentili principi,à gentibus habitata,& frequentata fuit,paulatim inde excedentibus Iſraelitis.

CAPVT XVIII.

In eius impietatem grauiter à Deo comminatum & animaduerſum.

Ad locum 3. Reg. 11.10. Iratus eſt Dominus Salomoni,quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael.

1 *Deus flagellis erudiẽs. Illuſtratus Oſeas.Salomoni corporis & animi intentata ſupplicia.*
2 *Salomon animi agritudine affectus. Illuſtratus ſemel & iterum Eccleſiaſtes.*
A 3 *Memoria prateritæ voluptatis excrucians.Seruorum rebelliones moleſtiſſima ſolatia. Affligere quid propriè in ſacro ſermone. Illuſtrati Salomon locus Regum & Iſaias.*
4 *Salomonis mina non ſolum comminatoria, ſed certa.Seuera per prophetam reprehenſio. Illuſtratus locus Paralipom.*
5 *Plaga hominum qua. Plura externa Salomonis ſupplicia.*
6 *Salomon in fama,& in poſteritate punitus.*
7 *Quo tempore appetitus Salomon rebellationibus aduerſariorum.Obſtinatior mora pœnitendi. Illuſtratus locus Regum.*

B Ntiquum Deo ſemper fuit, vt vel 1 in *funiculis Adam*.id eſt,doloribus & incommodis corporis ac rerum temporalium difficultatibus, quibus tanquam funiculis homines ſeſe flagellati conſtringi, impediri

Oſea.11.4. ſentiunt;(quæ ſanè *vincula ſunt charitatis*, quippe ab indulgentiſſimo & amantiſſimo illius pectore etiam ſupplicia noſtra proficiſcuntur) mortalium animos ad ſe attrahere conetur. Sa-

Minæ ſuppliciorum Salomoni intentæ. lomonem itaque non ſolum beneficijs ampliſſimis atque familiariſſimis collocutionibus, monitis grauiſſimis in officio continere voluit; reprehenſiones etiam ſeueriſſimas adhibuit,& minas ingentium ſuppliciorum, vt ne ab officio di- C ſcederet,aut,ſi diſceſſiſſet,ab inſano illo effrenatæ libidinis,& idololatriæ furore reuocaretur. Sed fruſtra omnia. Ergo tantum animi ſtuporem, & incredibilem impietatem digno conſtringere ſupplicio conſtituit. Id quod qualeve futurum eſſet,tum Salomoni longè prius ſignificatum;Dauidi 2.Regum.7.14.15. 1. Paralipo. 28.7.9.Pſal.88.32.33.ipſi Salomoni in ſomnio illo diuino.3.Reg.3.14.& c.9.6.7.2. Paral.7.19. 3. Regum 11.11.

Sed vniuerſa illa intentata ſupplicia, vel ad corpus vel ad animum referuntur,id eſt, vel ad ea,quę exterius accidunt,& ſentiuntur corpore vel ad animi cruciatum & ægritudinem; atque D ea ipſa vel ipſum Salomonem proximè tangũt vel poſteritatem.

2 Salomonis interna ægritudo animi. Ergo primum Salomon animo cruciatus eſt, ægritudine moleſtiſſima,diuexatione, triſtitia, vt ſibi ipſi eſſet cruciatus & ſupplicium animus inordinatus. Rem hanc indicauit Carthuſianus

Carthuſia. 2.Reg.7.nimirum cum ſenio eſſet affectus, *in varias incidiſſe triſtitias*:& proculdubio non inepte ad incredibilem enim animi triſtitiam, qua penè vſque ad mortem,& vitæ abiectionem, cruciabatur, videtur pertinere illud Eccleſ. 2. 17. *Idcirco taduit me vita mea videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole.& cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus*,mala(inquam) vniuerſa aduerſum ſe inſurgentia.quod Septuaginta legerunt; *Malum* E *ſuper me opus, quod factum eſt ſub ſole*.

Nyſſenus. Nyſſenus *malum aduerſum ſe eſt*.ac ſi diceret;*Pareceo que todas las coſas del mundo ſebueluen contra mi,y ſe conjuran en mi mal*.& id de quo ſæpe conqueritur, laborem,moleſtiam,laſſitudines, nauſeam, tædium, & diſtractionem illã & quaſi lacerationẽ animi varijs cupiditatib. diſtenti flagellati,excruciati,vt quidẽ ſuo ipſius familiari experimẽto illa dixerit,& quod ſequitur, eodem c. 2. Eccleſ.23.*Cuncti dies eius doloribus & arumnis pleni ſunt,nec per noctem mente requieſcit*.Quæ cum latius à nobis enarrẽtur in noſtris commentarijs, ſatius nunc fuerit indicaſſe,quam dixiſſe.

Ad

3 *Præteritæ voluptatis memoria excruciās.*

Ad hanc animi moleſtiam accedebant aculei xcerbiſſimi, quos præteritæ voluptates relinquebant: Nihil enim æquè excruciat & exacerbat vulnera ab impietatis cuſpide in animo facta, quam nefariæ voluptatis memoriá, & ſiue illius reuocādæ, ſiue mali accepti reſarciendi impotentia. Hi ſunt *dies* illi miſerrimi ætatis poſterioris, corpore iam effœto, & inutili ad omnem vſum; de quibus dicebat Salomon; *Non mihi placent*, Eccleſiaſt. 12.

Moleſtia ingens ex rebellatione ſerui.

Et vero ille dolor hærebat altè infixus; quod videret ſeruum Ieroboam ſibi per inſidias regnum eripere molientem; quod incredibilis fuiſſe doloris & acerbiſſimi ſupplicij, illud indicat. 3. Regum. 11. 38. *Tradam tibi Iſrael, & affli* B *gam ſemen Dauid ſuper hoc*. quod ex proprietate vocis, eiuſmodi *afflictionem* affert, quæ cum oppreſſione, humilitate, ſeruitute coniuncta eſt; a quo verbo ſumma illa Chriſti Domini in paſſione animi ſecundum inferiorem partem afflictio & *humiliatio* ſignificatur Iſai. 53. 4. & *afflictio* illa Agat cum ſeruitute & labore coniuncta. Gen. 16. 6. denique ſupplicium, quod minatur Deus impijs *humiliandis*, Pſal. 54. 20. Iſai. 25. 5. *Propaginem fortium marceſcere faciam*. pro quo propriè ex Hebræo legitur; *propaginem fortium humiliabis*. affliges. Ingens igitur illud doloris & animi ſupplicium, & quo exagitatus Salomon, impotenter effetebatur ad quærendum & perdendum Ieroboam. C

Affligere, ענה

4 *Geminatio eiuſdē vocis ad firmitatē.*

Tum illud, quod ex formula illa ſiue viſionis ſiue locutionis propheticæ, *Diſrumpens ſcindam regnum tuum*. 3. Regum. 11. 11. cognoſcere potuit, eam non tam fuiſſe comminatoriam ſententiam, & quæ vel pœnitentia, vel precibus reuocari poſſet; ſed certum, & conſtitutum diuinæ iuſtitiæ decretum, immotum & fixum, de lacerando regno; quod illa eiuſdem verbi repetitione ſignificatur *ſcindens ſcindam*. quod inferius prememus.

Reprehenſio acris p Prophetā. Ioſephus.

His adiunge quòd ſi per prohetam aliquem, vt ſuperius indicabamus in ſuis ſceleribus reprehenſus fuit, atque diuini ſupplicij comminatione conſtrictus, oportuit ſanè, vt Ioſephus dicebat, D Salomonem *vehementer perturbatum indoluiſſe*, nunquam ex animo tātæ acerbitatis aculeo exempto; cuius exemplum videre licet 2. Paral. 16. 10. in Aſa eatenus iuſto & pio, qui à Propheta leuius ſanè, q̄ Salomon, reprehenſus, & de leuioribus peccatis, & leuiori item ſupplicio denunciato, *tamen iratus aduerſus Videntē. iuſſit eum mitti in neruum: valde enim ſuper hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos*. Sed hæc, quod ad animi cruciatum & internum ſupplicium ſpectat.

5 *Hieronym.*

De grauiſſimis verò corporis incommodis & difficultatibus Hieronymus in Traditionibus. 2. Regum. 7. putat id accipiendum: E *Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum: Plagæ* (inquit) *ſunt incommoditates corporum humanorum, quibus pro peccatis ſuis à domino meritò homines flagellantur*. Laboraſſe verò Salomonem morbis grauiſſimis, atque omnium prope modū membrorum, & partium corporis doloribus, q cum immodica & effrænata libidine coniuncti neceſſario ſunt, ex ſuoipſius Salomonis teſtimonio exponimus ad caput. 12. Eccleſiaſtæ. Itaque ex florentiſſima adoleſcentia miſerrimam atque deterrimam nactus eſt ſenectutem.

Salomonis corporis morbi & dolores

Externa verò illa ſupplicia fuerunt, Primum, Regni ampliſſimi & fœliciſſimi non ſolum ob- A ſcuratio & imminutio, ſed damnum maioris partis, & miſeranda laceratio, & diuiſio; ex qua illa ſempiterna mala, inimicitiæ, bella, cædes, religionis etiam & morum diſſidium inter fratres, id eſt, inter decem tribus, & tribum Iuda.

Regni fœliciſſimi laceratio.

Sed quod ad vniuerſis orbis gentes & prouincias ſpectat, ſicut maxima & prope diuina, fuit illa famæ & nominis Salomonis celebritas cum ſumma gloria & laude coniūcta; ita ſanè incredibilis fuit obſcuratæ poſtea gloriæ fœdati nominis ignominia; vt memoria prioris fœlicitatis tædium & odiū vitæ præſentis efficeret. Atq; hoc illud eſt, quod ait Tertullianus, libr. 2. contra Martion. c. 23. *Poſt luxuriam & idololatriam* B *amiſiſſe gloriam, quam in Deo habuerat*. atque ſi in aliquem in Salomonem maximè quadrare videtur, quod à quodam Sapiente rerum æſtimatore dictum eſt; *Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur viuere velis*. 6.

Famæ obſcuratio. Tertullian. Cicero.

Hæc ipſa Salomonis damna exacerbabat nulla melioris poſteritatis ſpes; nempe in tanta filiorum paucitate vnius Roboami ſtoliditas: Fortè etiam conceptus, nec ſine cauſa, ingens animo timor, fore vt ſempiterna illa Dauidis poſteritas & regalis throni ſtabilitas ſuis ſceleribus impedita, non iam per ſuam poſteritatem ad vſque promiſſum Meſſiam, ſed à Dauide per ſobolem fratris ſui Nathan nunquam interrupta generationum ſerie pertingeret, de quo ad finem C huius libri dicendum.

Poſteritatis ſtolidæ perſuaſio.

Verum hæc damna omnia initium ſumpſiſſe videntur ex trium illorum aduerſariorum, ſuo cuiuſque genere & ordine moleſtiſſimi, atque pernicioſiſſimi, coniurationibus factis. de quibus ſuo iam ordine dicendum. 7

Coniurationes.

Si tamen prius dixerimus, quo tempore poſt vitæ deprauationem reprehenſus à Deo fuerit, atque pungi & affici cœperit rebellationibus aduerſariorum, Abulenſis, 3. Regum. 11. q. 17. exiſtimat, non ſtatim cum cœpit idola colere, reprehenſum Salomonem à Deo ſupplicio illo non euitabili propoſito; ſed poſtq̄ idolololatriæ aſſueſcens obſtinatior euaſit. quod illis verbis inD dicari videtur. 3. Regum. 11. 11. *Dixit Dominus Salomoni, quia habuiſti hoc apud te*, vel vt eſt in Hebræo; *quia hoc tecum*; quod diuturnioris moræ & peccati conſuetudinem ſignificat. Cum autem ipſe Abulenſis tum loco indicato, tum c. 9. exiſtimet apparitionem illam ſecundam, qua Deus loquutus eſt Salomoni. 3. Regum. 9. contigiſſe poſt ædificatas vrbes, atque adeo quatuor ſaltem annis poſt ædificatum templum, & domum regiam, id eſt, poſt vigeſimum quartum regni annum, his ſi addas tres alios, aut quatuor effrænatæ libidinis, & totidem pro idolorum cultu & templis erigendis, poſt quæ reprehenſus eſt à Deo, vt manifeſtè colligitur ex verbis Ahiæ E Silonitis. efficiētur anni regni triginta duo plus minuſve, vt reliquis octo vſque ad quadraginta animo & corpore moleſtias maximas ſuſtinuerit, & inimiciſſime atq; infeſtiſſimè cum illo aduerſarij egerint; & demum res ipſa oſtenderet,

Quo tēpore reprehēſus a Deo Salomon.

Habere apud ſe, p-tinet ad moram. Abulenſis.

Octo annis extremis animo & corpore Salomonem cruciatum.

iram, & indignationem, tribulationem, & anguſtiam incidere in omnem animum hominis operantis malum Rom. 2. 8. 9.

CAPVT XIX.

Eum præclaræ exiſtimationis & ſapientię honorem, atque adeo opulentiæ ſplendorem, propter peccata perdidiſse.

Ad locum Sap. 2.4. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.

1 *Gloria Salomonis apud vniuerſas nationes cum pietate coniuncta. Quid* gloria *in ſacro ſermone, quid* grauitas. *Illuſtratus Iſaias & Samuel.*
2 *Abiectiſſima poſt peccata Salomonis exiſtimatio.*
3 *Amiſiſſe poſt peccata Sapientiam ex frequenti Patrum ſententia. Illuſtratus Eccleſiaſtes.*
4 *Sapientia diſcedens à corpore ſubdito peccatis. Illuſtrata ſemel & iterum Sapientia.*
5 *An Sapientiæ habitum amiſerit poſt peccata Salomon. Impeditum fuiſſe, ne habitu ſcientiæ libere vti poſſet.*
6 *Mentis hebetudo & cæcitas ex luxuria & gula.*
7 *Potuiſſe ſpeciebus intelligibilib. aut phātaſmatis deſtitui. An veneficio aliquo redditus ſtupidus.*
7 *An aliquando ad inopiam redactus, Hebræorū traditio. Semel & iterum illuſtratus Eccleſiaſtes.*

x. ADmirabilem fuiſſe regis Salomonis gloriam, atque optimæ exiſtimationis auctoritatem ſummā atque clariſſimam apud nationes fere vniuerſas, tum ex præcedenti libro abunde colligi poteſt, tum & ampliſſimo. 3. Regum. 3.13. *Sed & hæc, quæ nō poſtulaſti, dedi tibi, diuitias & gloriam.* ſiue, vt propriè ex Hebræo legi poteſt: *diuitias & grauitatem*. Eſt enim honoris & bonæ famæ ſanctæque exiſtimationis pondus quoddam atque momentum, quo qui carent, leuiſſimi ſunt ac nihil habentur; ſicut ſcriptū eſt: *Gloriam meam in puluerem deducat.* quaſi diceret; pondus grauiſſimum honoris mei, & exiſtimationis omnium ludibrio tanquam rem leuiſſimā atque viliſſimam exponat. Et iterum Iſai. 9.1. regio primum illaudata, & nullius ponderis, aut momenti, apud Paleſtinos dicitur *alleuiata*; eadē verò Chriſti Ieſu aduentu, atque præſentia deinde *aggrauata*, ac ſummo in honore habita. Ergo Salomō grauiſſimus, plenuſque gloria apud vniuerſos mortales, vt cuius gloria, & meritorum fama longè lateque peruagata vniuerſi orbis angulos compleſſet, vt dicebamus, cum de illius gloria lib. 6.

Gloria, & grauitas. כבד

Pſal. 7.6.

Sed vt vera gloria comes eſt veræ virtutis, vt ſummus dixit orator, ita ſanè tam diu illam habuit Salomon, quam diu virtutem & pietatem coluit; ſicut ſcriptum eſt: *Quicumque glorificauerit me glorificabo eum; qui autem contemnunt me, ignobiles.* 1. Regum 2.30.

Cicero. Gloria virtutis Comes.

Sed Caietanus ex illo, *Diuitias & gloriam dedi tibi, ita vt nullus ſimilis tui fuerit cunctis retro diebus.* 3. Regum. 3. 13. obſeruat ea diuina dona extendi ad vniuerſam Salomonis vitam: quod

Caietan.

A exiſtimo accipi debere cum moderatione quadam; nō quòd ſemper illius gloria, diuitiæque floruerint; ſed eo maxime tempore, quo in pietate florebat. ſecus ſicut emarcuit pietas, & defloruit ſapientia, ita ſanè illæ pietatem comitabantur, diuitiæ & gloria.

Sapientia, & gloria Salomonis ſimul cum pietate marceſcētes.

Ergo Salomonem ex ſummo honoris & exiſtimationis faſtigio ad abiectiſſimā apud omnes opinionem recidiſſe, non obſcurè Tertullianus lib. 5. contra Marcion. c. 9. ſcripſit in hæc verba: *Salomō* (audeo dicere) *etiam quam habuit in Deo gloriam amiſit.* cui veriorem illam Chriſti Ieſu veri Salomonis conſtantem gloriam obijcit, de qua ſcriptum eſt: *Replebitur vniuerſa terra gloria* B *eius.* Rem eandem indicant Irenæus lib. 4. c. 45. *Cum ſine offenſa* (inquit) *ſeruiret Deo, & miniſtraret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur, & omnes eum admirabantur, & omnes reges terræ quærebant faciem eius, &c.* Sed clarius & preſſius loquitur D. Thomas lib. 3. de Regimine principum c. 8. *Ex luxuria* (inquit) *& idololatria factus eſt abominabilis populo ſuo in tantum, vt ſerui eius rebellarent ei, diripientes ſpolia ſuæ regionis, & vaſtantes terrā abſque reſiſtentia aliqua; cum tamen prius omnes obedirent ad nutum, ſicut teſtatur regina Saba: vt probatur in 3. lib. Regū. Ad magna igitur in principio ſui regiminis, propter diuinam reuerentiam, quam exhibuit. in fine ſui regiminis decidit in vilia, propter delicta quæ commiſit, quia miſeros facit po-* C *pulos peccatū.* Huc fortè reſpexit quoque ille Orientius, quem in tenebris, & multa obliuione latitātem, fecit videre lucem Delrius noſter. Ille inquam in ſuo Commonitorio inter alia probroſæ libidinis exempla, Salomonicam ſenectutē tunc profert, cum ait;

Exiſtimationis amiſſio, & ignominia.

Tertull.

Irenæus.

D. Thom.

Orientius.

Delrius.

Et domini immemorē, merito præconia laudū,
Quæ iuuenem ornarant, deſtituere ſenem.

Nimirum iuuenem, quæ Dei ſunt, curantem, in ſummo omnes honore & exiſtimatione habebant; illa ipſa contemnentem, contempſerunt, iam vulgi fabulam, atque ludibrium.

3 Sed quia perditæ gloriæ & exiſtimationis ignominia ex obſcurata vel amiſſa eximia illa ſapiē- D tiæ luce redundauit, age oſtendamus quoque non ſolū ſapiētię gloriā, ſed ſapientiā ipſam amiſiſſe. Res quidem fortè recentioribus ſapientib. noua & inſolens; at antiquioribus patribus frequens, atque vulgata. Et quidem Ambroſius apolog. 2. pro Dauide. c. 6. 7. ret... diſertis verbis ſcribit: *Salomō* (inquit) *Sapientiam, nec principio ſui habuit, nec in fine poſſedit. neque enim habere ſe credidit, quod popoſcit. & poſtea auerſus à Dei cultu, non quaſi ſapiens, ſed quaſi inſipiens lapſus eſt, vt offenderet. offendit enim tantum, vt etiam quod ſeruerat, amitteret.* & Auguſtinus non minus clarè 3. de Doctrina Chriſtiana. c. 21. *Salomonis* (inquit) *initia deſiderio ſapientiæ flagrauerant. quam cum amore ſpiritali adeptus eſſet, amore carnali amiſit,* & 17. de Ci- E uitate c. 8. Vocat regem *aliquando ſapientem.* quaſi non ſemper ſed aliquando etiam deſipiētem. Proſper Aquitanius Auguſtini diſcipulus. par. 2. de Prædict. c. 27. *vitam in ſenectute & ſapientiam ſimul amiſiſſe* aſſerit, *fornicatum mente, & corpore.* Iſidorus libro de vita & morte SS. *Poſt miram* (inquit) *virtutum gloriam amore deprauatus fœmineo acceptam ſapientiā perdidit.* Gregorius in Paſtora. li. 3. p. ar. 27. *Conceſſa ſapientia funditus cor Salomonis deſeruit, quod nulla, vel minima tribulatio & diſciplina cuſtodiuit;* Atque hoc eſt illud eiuſdem Gregorij prognoſticum, quod Rupertus & alij libenter vſurpant, quod *Salomon ſapientiam in*

Salomonē amiſiſſe ſapientiam.

Ambroſius.

Auguſtin.

Proſper.

Iſidorus.

Gregorius.

nocte

nocte, vt pote in ſapientia non perſeueraturus, accepit. Baſilius epiſtola ad Chilonem aſſerit, *factum fuiſſe vacordem.* Hieronymus epiſtola ad Ruſticũ *infatuatum* inſtar ſalis inſipidi. Cyrillus libr. 7. contra Iulianum, *mente victum atque deceptum, deficiente ſimul ætatis robore, & mentis.* Bernardus epiſtola 109. ad Ianuenſes, ſicut Sanſonem *viribus*, ita Salomonem *ſapientia priuatum, & ex toto deſipuiſſe.* Eucherius 3. Regum vltimo; *conceſſa ſapientia eum funditus deſeruit.* & Thiconius quidẽ in illa ſua Regula 3. de Promiſſis & Lege; illud obijcit cõtra Salomonis ſalutem, quòd Scriptura non dicat illum *pœnitentiam egiſſe*, aut *recepiſſe ſapientiam*, quaſi per peccata iam amiſſa, conſequens eſſet vt per pœnitentiam recuperarentur. Ado in Chronico vſurpans illa ipſa verba D. Proſperi, & Agellius Pſalmo 31. dicit *mente priuatũ à fœminis.*

Baſilius. Hieronym. Cyrillus. Bernard. Eucherius. Thiconius. Ado. Agellius.

Huius quidem rei non obſcura teſtimonia, in ipſo Salomonis Eccleſ. cap. 2. dum ait, *Se cogitaſſe, vt animum ſuum transferret ad ſapientiam, deuitaretque ſtultitiam*, denique *ſapientiam* cum illo *perſeueraſſe*; quaſi diceret, non ſtatim cum libidinibus corrumpi cœpit, amiſiſſe ſapientiam: ſed aliquando inter voluptates, & delicias ſecum perſeueraſſe. Quo loco Hieronymus, paulo poſt initium, ait; *Quanto iſta creſcebant, tanto ſapientia deerat.* quæ ipſa Hieronymus verba tranſcripſit Albinus: & Gregorius Neocæſarienſis, poſt illã longam enumerationem voluptatum, ſubiungit ex Salomonis perſona: *Hinc contingebat, vt mihi & ſapientia imminueretur, & vitioſa cupiditas creſceret:* & clarius, cap. 7. 24. *Cuncta tentaui in ſapientia; dixi: Sapiens efficiar: & ipſa longius receſſit à me multo magis quam erat.* quaſi diceret, vanam fuiſſe illam ſuam cogitationem retinendæ ſapientiæ ſimul cum impuriſſimis libidinum voluptatibus. quod eleganter idem Thaumaturgus per paraphraſim elucidat: *Hæc omnia ego noram, Sapientiã à Deo conſequutus; qua deinde amiſſa, iam mei ſimilis eſſe nequibam. Sapientia enim à me in infinitam longitudinem fugit, & in immenſam profunditatem; vt mihi eam arripere vltro non liceret; quare ab ea quoque inquirenda omnino abſtinui.*

Hieronym. Albinus. Neocæſarienſis.

4 Quare præclara videtur facta alluſio ad ſpiritum ſapientiæ fugientem corruptiſſimam Salomonis animam, Sap. 1. 4. *In maleuolam* (malitioſam, malis artibus inſtructam & addictam) *animam non introibit Sapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis.* cuius rei ratio ab ipſa ſtatim ſapientia ſubditur: *Spiritus enim ſanctus disciplinæ effugiet fictũ.* (id eſt, cum Spiritus ſapientiæ veriſſimus ſit, & veritatẽ amet, fugit animũ doloſum, & blandis voluptatum illecebris atque impoſturis faſcinatum atque deceptum; Scriptum eſt enim *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ transuertit ſenſum*) & *auferet ſe* (Nannius; reſiliet, alij, abſiſtet, procul ſtat) *à cogitationibus* (ratiocinationibus) *quæ ſunt ſine intellectu.* (ſtoltis. Hæc eſt illa ſtoliditas colentium idola, & exiſtimantium rebus inanimis aliquid vel vitę vel diuinitatis ineſſe) & *corripietur* (dehoneſtabitur. Tigurina; *vituperatur*) *à ſuperueniente iniquitate.* Hæc igitur fuit ratio ſapientiæ à Salomone recedentis ſimul cum diuina gratia; Cum enim *renum hominis teſtis* ſit Deus, vt eodẽ loco ſcribitur; cumq; videret Salomonis *renes impletos illuſionibus*; quamuis ſine pœnitentia ſint diuina dona, tamen ſuum illum *ſapientiæ ſpiritũ incoinquinatum, mundum, ſanctum*, qui in Salomone tanquam in templo habitabat, ſuperueniente hoſpite ſpurciſſimo, & ingredientibus *ſeptem ſpiritibus nequiſſimis*; cum fierent nouiſſima Salomonis peiora, quam priora; domicilium priſtinum turpiſſimè ſœdatum & contaminatum deſeruit.

Alluſio ad rẽ Salomonis. Cur ſapiẽtia amiſſa à Salomone. Sap. 4. 12. Pſal. 37. 8.

A

5 Quæ cum veriſſima ſint, & in Salomonem omni ex parte quadrantia, tamen quod ad ipſam rem preſſæ & rigidæ rationis momentis examinandam ſpectat, differendum eſt, an quod de Salomonis ſapientia amiſſa dictum eſt, de ipſo ſapientiæ habitu, & intelligibilibus ſpeciebus, an de actu accipi oporteat. Et quidem de ipſo ſapiẽtiæ habitu, id eſt, de illo ipſo, quod diuinitus accepit, loquutum Ambroſium, Gregorium, Auguſtinum, Iſidorum, Eucherium, addo etiam Bernardum, mihi dubium non eſt; & certè, rectè ponderanti ſententias & verba, eſſe aliud non poteſt. & ratio etiam accedit; quoniam qui aſſerat, actum tantum ſapientiæ deperdidiſſe, nihil profectò aliud aſſeret, quam ab actuali, quam dicũt conſideratione ceſſaſſe, non tam ſtudentem ſapiẽtię, quam voluptatibus; quod in grauiſſimo ſupplicio deſerentis illum ſapientię, non videtur ponendum. non enim deſerebat, illũ ſapientia, cum dormiebat, aut de alio, quam de ſapientia cogitabat.

An Salomõ ſapientiæ habitũ amiſit. Ambroſius. Gregorius. Auguſtin. Iſidorus. Eucherius. Bernard.

B

Ex parte item oppoſita ratio ipſa probare videtur ſemel acceptum ſapientiæ habitum incorruptibilem permanſiſſe, vt pote qui niſi per errorem, aut contrarium actum corrumpi non poſſit; aut certè per illas corruptionis cauſas cæteris habitibus communes, quas indicauimus cum de ſapientia Salomoni infuſa ageremus. lib. 3. c. 10. Non enim Deus ſolet præter rerum naturas, huiuſmodi rerum naturalium ſua natura, incorruptibilium oblatione & corruptione, hominum peccata mulctare.

C

Sed quod de propoſita dubitatione ſentio, vnico ac breui pronontiato proponam; Neque habitu ſcientiarum diuinitus accepto priuatum Salomonem. neque ſolo actu, ſed media quadã ratione ita affectum fuiſſe, vt quaſi habitu impeditus eſſet, quominus ſapiẽtiæ actiones, & veriſſimas rerum cogitationes atque ratiocinationes eliceret. Id vero duplici ratione accidere potuit altera naturali; & quæ neceſſaria quadam conſequutione ex tanta morum & vitæ corruptione proueniebat: quippe corpus corruptiſſimum aggrauabat animam, & impuriſſimarum voluptatum cœnum quaſi mentis oculis illitum illum occæcarat; & ingenioſa gula ſordidiſſimi corporis, ingenij aciem hebetarat; denique bonorum & deliciarum corporis ebrietas quædam, & crapula, alto veterno vires omnes mentis occuparat, & conſopierat. Quod ſanè ſibi voluerunt patres initio adducti: nam Hieronymus illam ſapientiæ imminutionem defectumve, *cum graui ſomno* comparat, ex quo tandem *euigilans* lucem aſpexerit. Chryſoſtomus ſermone contra concubinarios: In *vmbroſa quadam abyſſo* Salomonem conſtituit, antequam *ad lumen vera ſapientiæ reſpicere valeret.* Neocæſar. Eccleſ. c. 7. obliuionem quandam, aut tædium ſapientiæ eiuſmodi Salomoni attribuit, *vt ab inquirenda ſapientia omnino abſtineret, neque enim in animo haberet impiorum amentias, & vana conſilia; vitamque miſere palantem conſiderare;* Hęc illa quam Baſilius dicebat, *vacordia*; & quam Orientius, Dei & diuinorum *immemor obliuio.*

Cõtrouerſiæ reſponſio. D Corporis corruptio conſopiẽs & obſcurans Salomonis mẽtem. E Chryſoſt. Neocæſar. Baſilius. Hieronym. Orientius.

6 Quare eleganter dixit Greg. 31. Moral. c. 31. *Hebetudinem mentis* oriri ex gula, *cæcitatem* autẽ

Gregor.

ex lu-

ex luxuria; illa grauiſſima ſententia, *De ventris ingluuie, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam, propagantur de luxuria cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futuri, ſpirantur*. Sed rem totam ſapienter elucidat D. Thomas. 2. 2. q. 15. ar. 3. dum diſputat de vitijs oppoſitis ſcientiæ & intellectui, atq; de cæcitate mentis, & hebetudine ſenſus. quæ quidē ab illis, vitijs gula præſertim atq; luxuria, maximè afficiuntur, quæ mentem ad ſenſibilia trahūt; quā abſtractam ad intelligibilium contemplationē eſſe oportet.

D. Thom. Vitia oppoſita ſciētiç & intellectui.

7 Altera malè affectæ intelligentiæ ratio non iā ex naturę corruptione, ſed ex diuino ſupplicio cōtigit Salomoni. Quod procul dubio ſancti illi patres communi cōſenſione docuerūt, nimirum mulctatum fuiſſe in illa ipſa ſapientia, quam acceperat. Quod cum duplici ratione fieri potuerit, nimirum aut ſpeciebus intelligibilibus corruptis & deletis; aut phantaſmatis, & ſenſibilibus ſpeciebus, quæ menti miniſtrant, quibus anima dum eſt in corpore, mentis operationem nullam non exercet, corruptis item atque abolitis; videtur ſanè hac ſecunda ratione, vt minus miraculoſa, ita magis prona, & ex diuinæ prouidentiæ ordinaria lege magis veroſimili, meritò punitus Salomon: quippe non valde mirādum, qđ ſenſibiles ſpecies, vt pote ex natura ſua corruptioni obnoxiæ, corruptę perirent. Ergo illis neceſſarijs intelligendi inſtrumentis deſtitutus Salomon ſtulteſcere cœpit, & quaſi ſeu ſomnis ſtupeſcere, bardus & ſtolidus miſerabili quadā veri ignoratione, & mentis inſcitia, atque tarditate. Dignum ſapiente impio ſupplicium, qui ſapientia ad impietatem abuſus, ſapientiam amitteret, in impietate ſordeſcens.

Punitus Salomon amiſſione ſpecierum ſenſibiliū.

Quid ſi ad duplicem hanc deſipientiæ Salomonis rationem, alteram naturalem, ſupernaturalem alteram, tertiam addas dæmoniacam, atque veneficam, quā dicūt in libris illis plūbeis Granatenſibus mirandę cuiuſdā antiquitatis, atque doctrinæ his nuper annis repertis contineri, nimirum veneficijs meretricularum, & magicis artibus vxorum alienæ religionis, nihil minus Salomoni optantium, quam *ſanam mentem in corpore ſano*, ad quandam mentis inſaniam, ſiue fatuitatem adductum; in qua viliſſimum mācipium, potius impuriſſima bellua, illarum voluptatibus & arbitrio obſecūdaret. Res ſanè, ſi meretricias artes, doloſque conſideres, fide non indigna. Sed iā de amiſſa Salomonis ſapientia hęc ſufficiant.

Veneficijs meretricū infatuatus Salomon.

8 An etiam fidem amiſerit errore aliquo admiſſo diximus, cum de illius idololatria. Sed ſicut *diuitias & gloriam* tanquam ſapientiæ appendices, prolixè & liberaliter illi contulerit Deus, vt ſuperius dicebamus, cumque ſapientia amiſſa gloriam ſimul amiſerit, & præclaram nominis exiſtimationem: veroſimile fit, etiam diuitias amiſiſſe præſertim poſt immodicos ſumptus in voluptates, fœminas, & idolorum cultum, vt inferius exponemus. Sanè Hebræi ad illum locum Eccleſiaſtæ 9. 11. *Vidi ſub ſole nec ſapientum eſſe panem; nec doctorum diuitias*, tradunt; Salomonem de ſeipſo loquutum; quippe qui ad extremam pauperiem redactus, egenus factus fuerat, vt nihil haberet præter ſcipionem, cui innitebatur, & teſtam, in qua mendicorum more viueret. Cum quo etiam iungunt illud Eccleſiaſtæ. 2. 11. *Cum me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram*: quaſi nihil iam retineret ex vniuerſa ſubſtantia præter animi afflictionem, & veram egeſtatem: quod non aliter fieri potuit quam vltore Deo, reddito iam Salomone exoſo, & inuiſo omnibus popularibus; ſicut quondā de Iobo diximus ad extremam inopiam redacto, & à ſuis popularibus, & ciuitate, & domo regia pulſo. Cæterū nugantur Hebræi pro ſuo more & ingenio, in illa traditione. nā ſumptibus licèt immodicis attenuatus, nunquam tamen exhauſtus. Præſertim cum non mirum negata fuiſſe illi à gentibus vectigalibus tributa; & omiſſa dona, vt ſignificat Theodoretus lib. 3. Reg. q. 35.

An Salomon diuitias quoq; amiſerit. Hebræorū traditio.

CAPVT XX.

Coniurationes contra eum factæ.

Ad locum 2. Reg. 7. 14. Si inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.

1. *Salomonis pax diuina. Satan quid propriè. Illuſtratus locus Regum, & Zacharias.*
2. *Iterum de Satan. Duplex illius nominis ratio.*
3. *Hoſtium rebellationes ex Deo irato. Illuſtratus Iſaias.*
4. *Homo homini inimicus, ingens ſupplicium. Hoſtiles moleſtiæ.*

1 QVÆ Salomonis pax fuit, ea diuinitus concessa fuit; quamquam enim ſit ex bello pax, & ex Dauidis victorijs eā dē optata pace fuerit ipſe Dauid potitus: at regnante adhuc Dauide, ſeditionem excitat Adonias, ducibus de futuro rege diſſentientibus, ſacerdotibus non eiuſdem voluntatis, atque conſilij, denique populo in factiones diuiſo, vt in Salomonis inauguratione, Dauide iam moribūdo vidimus. Sed diuino tandem beneficio, factum eſt, vt omnia in pace & tranquillitate componerentur, & confirmarentur: atque tunc vel maximè pax florere incipere, cum diſſenſionis ſemina erumpere videbantur; id eſt, primo initio regni Salomonis, vt idem ipſe tunc pius agnoſcit. 3. Regum. 4. 5. ſcribēs ad Hiram; *Nunc requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum, & non eſt Satan, neque occurſus malus*. vbi nomē *Satan*, quā uis appellatiuum ſit, ſed prudens, immutatum reliquit interpres, vt fœcunditatem ſignificationis originalis nō vnica tantum Latina voce reſtringeret. Quamquā enim frequenter reddi ſoleat vocabulo *aduerſarij*; cæterum affert etiā hoſtile animum obſiſtendi alterius conatibus, impediendiſque quæ alter efficere aggrediatur, detrahendi de aliquo malitiosè, & propter inimicitiā; quare *Satā ſtabat à dextris Ieſu Sacerdotis magni vt aduerſaretur ei* Zachariæ 3. 1. cum enim *dextra* ſit ſymbolum egregij alicuius operis, & conatus, qui ſe alicui à dextris opponit, vt aduerſetur, procul dubio opus impedit malitioſè & hoſtiliter: *Puſoſele al lado para irle a la mano*. Cuius etiam proprietatis vim indicaſſe videtur Dauid. 1. Regum. 29. 22. cum ſibi iniuriam & offenſam grauiſ-

Pax Salomonis miraculoſa.

Satā quid propriè.

Dextra cuius ſymbolum.

A grauiſſimam, regali verè, animo remittenti ad
primas Semei preces, & confeſſionem licet ſimu
latam, ſeſe opponere Abiſai: *Cur efficimini* (in-
quit Dauid) *mihi hodie in Satan?* quaſi diceret;
Paranti mihi opus egregium, atque regio dignũ
animo, quorſum impedimentũ opponitis? *Quie-*
2 *ro hazer mercedes como rey, y me vais a la mano?*
Ergo dicebat Salomon volenti ſibi, atque paran
ti opus egregium, nihil ab vllo aduerſario ſibi
opponi, nihil mali aut moleſtiæ ſibi obuiam fie-
3. Reg. 5. 4. ri. quod Septuaginta paulo aliter dixerunt; *Nõ*
eſt aduerſarius, & non eſt peccatum malum. quaſi
diceret; Nihil infauſtũ timere poſſum; ſuccedent
mihi pro votis & ſine aduerſario cuncta. Quod
B etiam veteri Hiſpanorum lingua eleganter red
detur; *No ay enemigo, ni mal peccado,* & paulo ali
ter illa Hebræorum Hiſpanienſium Biblia red-
debant: *Agora folgura el Senor Dios à mi de en der*
redor, que non ay torcedor, ni mal encuentro. Reſpe-
xerunt enim ad ſignificationem quandam vocis
originalis *Satan*, quæ aliquando ſignificat de-
torquere, declinare, diuertere, vt latius expo-
ſui in meo Iobo c. 1. verſiculo 5. Tanta igitur tã-
que ſumma pacis & otij tranquillitas propitio
& benigno numine; iam eodem irato & offenſo
grauiſſimis Salomonis ſcelerib. infirmari & per-
turbari cœpit, non tam externorum bellis acer-
bis & grauibus contra illum indictis; quam inte
ſtinis & domeſticis ſuorum contra eum coniu-
C rationibus factis. *Suſcitauit enim dominus aduer-*
ſarium Salomoni Adad Idumeum, & aduerſarium
Razon; & Ieroboam *leuauit manum contra Regẽ.*
3. Regum. 11. 14. 23. 26. Quare eleganter dixit
Theodoret. Theodoretus. 3. Regum. q. 35. *Quamdiu Salomon*
diuina fruebatur prouidentia, in pace degebat, & erã
quillitate, omnes habens ſubiectos, & tributum affe-
rentes quam plurimum. Poſtquam autem ea fuit pri-
uatus, facilè patuit inimicorum inſultibus.
3 Et quidem idem Theodoretus. 2. Regum. q.
Theodoret. 32. ſimiliterque Procopius huiuſmodi hoſtium
Procopius. infeſtationes ad diuinæ prouidentiæ abaliena-
Dauid pro rionem quandam referunt in Dauidis ærumnis:
pter pecca *Sciendum* (inquit ille) *quòd nõ diuina ſit operatio-*
D tum impe- *nis, neque Amnonis nefarius concubitus, neque Ab-*
titus ab ho *ſalonis fraterna cædes, nec furor in patrẽ; ſed domus*
ſtibus. *nudata diuina prouidentia, fuit inſtar ſcaphæ carẽns*
gubernatore. & ſuſtinuit vehementes fluctus inſano-
rum dæmonum. Quãto ergo maiori iure idem cẽ-
ſendum de Salomone? Quare de Salomonis diu
turna & fœliciſſima pace cauſam roganti, reſpõ
Iterum de dere poſſumus. *Nonne Deus vallauit eum, ac domũ*
Salomoni- *eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum? operi*
ca pace. *bus manuum eius benedixit, & poſſeſſio eius creuit in*
Pſal. 33. 8. *terra?* Iob. 1. 10. *Immittebat ergo Angelus Domini*
in circuitu timentis eum. nã Angeli pacis ſeſe im-
mittebant, & diffundebant per vniuerſas illas
prouincias, tanquam in præſidio à ſummo Impe
E ratore Deo conſtituti, vt vniuerſas prouincias,
genteſque cõterminas in officio continerent. Vt
hinc iam videas, quam vere, quam meritò & in
rem Salomonis opportunè dictum ab Iſaia ſit. c.
32. 17. 19. *Erit opus iuſtitiæ pax, & cultos iuſtitiæ ſi-*
lentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. quaſi
Pax ex pie diceret, propriũ ac peculiarem ſanctitatis fru-
tate. ctum eſſe florentiſſimã pacem; & cũ, qui ſanctita
tem & Iuſtitiam colat, coli *à ſilentio* tranquillita
te, & ſempiterna bonorũ omnium abundantia.
Quod in Salomone veriſſimè adimpletũ cerni-
mus quamdiu iuſtitiam & ſanctitatem coluit; ſi-
cut & id quòd ſequitur, cum monte Carmelo Ie
ſolymitano pulcherrimo & delicioſiſſimo, atq;

A ipſi Ieruſalem grauiſſimum ſupplicium propter
peccata minatur Deus: *Grando* (conferta ſuppli- *Iſa. 32. 19.*
ciorum pluuia, & nimbus) *in deſcenſione ſaltus* *Grando* ad
(videlicet eum irruerit, decutiet omnem hono- ſupplicia.
rem & pulcritudinem nemoris, & luxuriantium
arborum) *& humilitate humiliabitur ciuitas.*
Huius moleſtiſſimi grauiſſimiq; ſupplicij mi- 4
næ iam inde ab eo tempore, quo Salomonem *Virga viro*
Dauidi promiſerat Deus, intentatæ à Deo fue- *rum* quid.
rant. 2. Reg. 7. 14. *virga* enim *virorũ* (vt Hieron. *Hieronym.*
in Traditionibus interpretatur) *ad hoſtiles mole-*
ſtias refertur; *Virgam* (inquit) *virorum gladium*
vocat inimicorum; nullum enim grauius ſuppli-
ciũ, aut acerbius malum, quam homo homini; *Matth. 13.*
B quam *inimicus homo.* *28.*

CAPVT XXI.

Prima aduerſus Salomonem rebellatio Adad Idumæi.

Ad locum 3. Reg. 11. 14 Suſcitauit Dominus aduerſarium Salomoni Adad Idumæum, de ſemine regio, qui erat in Edom.

C
1 *Adad Idumæus qua ætate fugiens in Aegyptum.* Puer *in ſacro ſermone quid, & cuius ætatis.*
2 *Idumæa deuaſtatio quoto Dauidis anno. Cuius ætatis Adad reuertens in Aegyptum.*
3 *Salomonis pace conſopita hoſtium rebellationes, & inimicitiæ, ſed renata cũ peccatis Salomonis. Illuſtratus locus Regum.*
4 *Quomodo Deus ſuſcitet aduerſarios Salomoni. Deus faciens animos ſuos, adimens impijs. Illuſtratus locus Iudicum, Samuelis, Moyſis.*
5 *Deum parata habere vel ſupplicia, vel præmia. Illuſtratus Iſaias, & Iudith.*

D Ergo inter tres aduerſarios, treſque
rebelliones, Prima eſt. 3. Reg. 11. 14.
quam his verbis recẽſet ſacra hiſto
ria. *Suſcitauit autem Dominus aduer-*
ſarium Salomoni Adad Idumæum de
ſemine regio, qui erat in Edom. cum enim eſſet Da-
uid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ
ad ſepeliendum eos, qui fuerant interfecti, & occidiſ
ſet omne maſculinum in Idumæa; fugit Adad ipſe
& viri Idumæi de ſeruis patris eius cum eo, vt ingre
deretur Aegyptum: erat autem Adad puer paruu-
lus. Cumque ſurrexiſſent de Madian, venerũt in Pha
ran; tuleruntque ſecum viros de Pharan, & introie-
runt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti: qui
dedit ei domum, & cibos conſtituit, ac terram delega
E *uit: & inuenit Adad gratiam coram Pharaone val-*
de in tantum, vt daret ei vxorem ſororem vxoris ſuæ
germanam Taphnes reginæ, genuitque ei ſoror Taph
nes Genubath filium, & nutriuit eum Daphnes in do
mo Pharaonis: eratque Genubath habitans apud Pha
raonem cum filijs eius. Cumq; audiſſet Adad in Ae-
gypto dormiſſe Dauid cũ patribus ſuis, & mortuum
eſſe Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte
me, vt vadam in terram meam. dixitque ei Pharao:
Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad ter-
ram tuam? At ille reſpondit: Nulla: ſed obſecro te,
vt dimittas me. Sed hæc lumine indigent, quod
nonnullæ obſeruationes præbebunt.

Prima,

Prima, vt hiſtoriæ ratio & ſeries conſtet, ſi nõ certò, at veroſimiliter cõſtituenda eſt ętas Adad fugientis in Ægyptum; vt iam tunc, cum redijt bellum indicturus Salomoni, neque nimium iuuenis ſit, neque nimium ſenex. quod ſacra hiſtoria obſeruandum voluit, cum dixit, *Erat autem puer paruulus*.

Abulenſis. Abulenſis. 3. Regum. 11. q. 24. exiſtimat, Adad quinq; vel ſex fuiſſe annorum, quando fugit in Ægyptũ, capta Idumæa à Dauide. Nam duplex illa vox *pueri*, & deinde *paruuli*, quod in Hebręo Gręco & Latino ſimiliter habetur, primos omnino vitę & pueritię annos indicare videtur; quaſi diceret, *valde puer*. Nomen autem *pueri*, quod in originali eſt, *nagbar*; non ſemper pro puero, ſed etiã pro adoleſcentulo ſumitur, & ex proprietate vocis ſignificat puerum, cũ iam è molliori parentũ cura & gremio excutitur foras ad aliquid operis agẽdum. Et quidem Ioſephus *adoleſcentulum* dicit; cumq; dicatur ipſe Adad *fugiſſe*, & ſeruos patris illum comitatos fuiſſe, indicatur fuiſſe in ea ætate, vt ſui iuris ſuiq; cõſilij eſſe inciperet; ſecus non diceretur ipſe *fugiſſe*, ſed abſconditus, aut ereptus aliorum opera, & induſtria.

Duplex vox ſynonyma ad augmentũ ſignificationis. נער *Ioſephus.*

Adad 10. aut 12. annorum fugiens.

Ego itaque dicerem. 10. aut. 12. annos natum fugiſſe in Ægiptum, vt iam adoleſcentulus eſſet cui Pharao dicatur *dediſſe domum, & cibos conſtituiſſe, ac terram delegaſſe*.

2 Porro cum hæc Idumææ deuaſtatio contigerit, 2. Regum. 8. nondum nato Salomone, agente tũc Dauide regni annum vigeſimum paulo plus minuſve, regnaritque deinde alios viginti, certè iam eſſet Adad. 32. aut. 33. annorum, cum Dauide mortuo Salomon. 18. annos natus recens in regnum inauguratur. Ergo quãuis non rebellaſſet Adad vſque ad Salomonis deprauationem, quæ poſt viginti regni annos contigit, Adad tũc 50. aut. 55. annis natus, conſilio & prudentia pollens, negotium profectò regi mollitudine vitæ & libidine deprauatiſſimo faceſſere potuit moleſtiſſimum.

Adad rebellans circa quadrageſimũ Salomonis annum.

Quo tempore Adad rediens ex Aegypto.

Secunda, quo tẽpore Adad ex Ægypto in Idumæam redijt, quo item rebellauit aduerſus Salomonẽ. Quærendi & dubitandi ratio non inepta; nam ſacra hiſtoria indicat, audita morte Dauidis, ideſt, in ipſo ſtatim initio regni Salomonis, illũ ex Ægypto rediſſe: at nõ ſtatim potuit Salomoni vllus Satan ſe ſe opponere, pacẽ ſummã, iucundiſſimũ otiũ illi concedente Deo. Triplex omnino reſpondendi modus. Primus, vt ſtatim audita Dauidis & Ioabi morte, à Pharaone petita, obtentaque redeũdi facultate ex Ægypto diſceſſerit in Idumæam. Quo vbi primum appulit, ſeditionis auctor extitit aduerſus Iſraelitas; ſed non valde fœlici ſucceſſu, dum Salomon in pietate & religione florebat: fœliciſſimo tandem à deflorẽſcẽte regis ſãctitate, & collabẽte regno.

Abulenſis. Huius ſententiæ eſt Abulenſis. 3. Reg. 11. q. 24. Sed illud incõmodi habet, quod nõ videatur vllus hoſtis fuiſſe Salomoni, neq; vlla ſemel domita gẽs rebellaſſe primis annis; quippe tũc *nullus* *3. Reg. 5. 4.* *Satã neq; occurſus malus per circuitũ*. pręſertim cũ tunc temporis nullo negotio potuiſſet Salomon rebellationem ſeditionemve cuiuſcumque prouincię, deuaſtatione, & internecione punire, aut quacumque alia ratione conſopire; immo & ſeditionis auctores de medio tollere.

3 *Ioſephus.* Secunda ſententia Ioſephi, qui ſcribit, audita ſtatim Dauidis & Ioabi morte, Adad egiſſe cum Pharaone de ſuo in patriam reditu; ſed impetrare non potuiſſe vſque ad Salomonis iam deprauati tempus, id eſt, ſaltem poſt viginti annos à morte Dauidis. Tunc ergo & rediſſe, & fœliciter aduerſus Salomonem iam deprauatum rebellaſſe. Sed præſtat ſuis verbis audire Ioſephũ *Ioſephus.* lib. 8. c. 2. ad finem; *Accepto in Aegypto de Dauidis & Ioabi morte nuntio, adiuit Pharaonem, rogãs, vt ſibi in patriam redire permitteret. Rege autem percontante quid illi deeſſet, quæve ſua iniuria prouocatus relinquere amicum bene meritum cuperet, & ſi non ſemel id petitum impetrare, tamen tunc nequaquam valuit. Sed cum iam res Salomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non amplius ferente, cuius nutu Pharao difficilem ſe hactenus præbuerat, Aderus impetrato à ſuo rege commeatu in Idumeam reuertitur*. Hanc Ioſephi opinationem ſequuti videntur Magiſter hiſtoriæ, Dionyſius & alij recentiores, dicentes, Adad, *poſtquam audiuit Salomonem infamatum, vel infatuatum, rediſſe ex Aegypto*.

Comeſtor. *Dionyſius.*

Hæc item reſpondendi ratio, duo contra ſe habet; Alterum quod cum Scriptura dicat, ſtatim poſt Dauidis mortem egiſſe de ſuo reditu: & renuente Pharaone, iterum obſecrationibus vſum, vt ſibi reditum permitteret, non obſcurè ſignificat, ſimul etiam obtinuiſſe. Alterũ, quòd duas rebellationes miſcet, nempe hanc priorem Adad, cum alia poſteriori Razon, de quo dicemus inferius.

Tertia reſpondendi ratio commodior.

Tertia via, & quæ mihi planior & facilior viſa eſt, atque cum ſimplici ſcripturarũ narratione conuenientior, vt ſtatim audita Dauidis & Ioabi morte, à quibus olim ſibi timendum eſſe meritò perſuaſiſſet, pace, quæ tunc cum Salomone florere ſimul cœperat, inducias ſibi & incolumitatem promittente, patriæ amore ſtimulatus reditum in patriam expetierit. & impetrauerit; quod illa verba indicant; *Dimitte me, vt vadã in terram meam. dixitque ei Pharao, Quare apud* *3. Reg. 11. 22.* *me indiges, vt quæras ire in terram tuam? at ille reſpondit, Nulla: Sed obſecro te vt dimittas me*. nihil enim aliud cauſæ prætendere poterat; quam patriæ amorem; præſertim cum Pharao aut iam eſſet, aut procuIdubIo eſſe vellet ſocer Salomonis; quippe initio ſtatim regni filiam ſuam Salomoni locauit. vt nullam ſuſpicionem rebellionis aduerſus Salomonem cõcipere animo potuerit ex verbis Adad. Quare fortè Adad prioribus illis annis nihil de recuperando regno cogitabat, quamquam Nicolaus & Abulenſis exiſtiment nunquam animo depoſuiſſe regni recuperandi deſiderium & curam: ſed tamẽ nõ auſum ſeſe prodere, neque in Ægypto, neque in Idumæa, niſi captata prius occaſione ex impietate & mollitudine Salomonis.

Nicolaus. *Abulenſis.*

4 Tertiò, in dubitationem cadit, perfeceritne aliquid Adad contra Salomonem; an tantum illius pacẽ turbauerit. Nihil ea de re definiti Scriptura. Septuaginta verò ſic ſcribunt; *Grauiter afflixit Iſrael; & regnauit in terra Edom*. quod quidem moderatione quadam oportet accipi nimirum non prorſus Idumææ dominatum occupaſſe; ſed vel affectaſſe tantum, ſeditione mota; vel partem aliquam occupaſſe; nam, ex quo primum à Dauide ſubiugata fuit. 1. Regum. 8. numquam ſe à ſeruitute redemerat, vſque ad Ioram. 2. Paral. 21. 10. *Rebellauit Edom ne eſſet ſub ditione Iuda vſque ad hanc diem*. Tantiſper igitur, dum incredibili beneuolentia omnium ſibi animos Salomonis ſapientia atque pietas deuinciebat, nihil aduerſus illum agere, ac ne cogitare quidem auderet Adad; at deſtituto iam à diuina

An rebellatio Adad ſucceſſerit pro voto.

proui-

prouidentia & præſidio, nouos animos concipit Adad, & à Deo ipſo *ſuſcitatur aduerſarius Salomoni.*

Ergo obſeruandum, Deum *ſuſcitare aduerſarios Salomoni*; non ſolum quòd illo permittente, hoſtes aduerſus Salomonem inſurgunt; neque ſolum quod aliorum rebellationibus & peccatis tanquam flagellis, quibus acriter diuerberet nefariam Salomonis impietatem, vtitur diuina vindicta: ſed quod ipſe Deus (in quem nullum cadit peccatum) *ſuſcitet*, id eſt, animos faciat Adad, vt qui antea non auderet, neque cogitatione aliquid magnum concipere, nũc ardua & difficilia cogitet, & aggredi vel ita; ac minimè ſit deiecto animo, ſed erecto & ſublimi; è contrario verò, *irruat pauor domini* ſuper Salomonem, & ſuper illius populum. Hæc enim eſt quædam rerũ, & naturæ diſpoſitio atque præparatio, ad ſumendas de ſontibus pœnas: vt hi timidiori & abiectiori animo ſint, hoſtes vero erectiori, & conſtátiori: Sicut ſcriptum eſt Iud. 3. 12. 13. *Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu domini qui confortauit,* (robur, fortitudinem contulit, vt præualere poſſet; animos fecit vt omnem metum abijceret; vt rem arduam atque difficilem aggrederetur) *aduerſum eos Eglon regem Moab, & copulauit ei filios Ammõ: & Amalech: abijtque & percuſſit Iſrael: & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem vocabulo Aod.* Vides igitur, vt ſupremus rerum arbiter nunc his animos faciat, nunc adimat: iam confortet, iam debilitet, *a unos pone animo y a otros deſmaye.* in quo ferè tota victoriæ ſumma poſita eſt, vt indicatur Iud. 1. 28. *Poſtquam confortatus eſt Iſrael, fecit eos tributarios*, & 2. Paral. 26. 15. *Egreſſum eſt nomen eius (Oziæ) procul, eo quòd auxiliaretur ei dominus, & corroboraſſet illum. Sed cum roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, (diole Dios animo, y el leuantoſe a mayores, y naſcieron le alas por ſu mal)* Et de Dauide 2. Reg. 3. 1. *Dauid proficiens, & ſemper ſe ipſe robuſtior.) Tua creſciendo y cobrando cada dia mas animo)* Atque ab eadem radice confortandi, & roborandi dictum eſt, Exod. 4. 21. *Ego indurabo cor Pharaonis*, propriè, Ego confortabo, robotabo, animos illi faciam, & vires ſubminiſtrabo, vt reſiſtere audeat, & repugnare; ſed in interitum ſuum. Itaq; Dei eſt, vires & robur ſubminiſtrare. Quod hoc loco eſt *ſuſcitare aduerſarium*; Sicut eiuſdem quoque eſt robur auferre, & vires adimere, quod 2. Regum 3. 1. dicitur; *Domus Saul decreſcens quotidie*, quod eleganter & propriè legerunt Septuaginta; *Domus Saul ibat & infirmabatur (Yua cada dia mas cayendo ſe le el animos, y las fuerzas)* quod & Raab dixit ſuis hoſpitibus Ioſue 2. 9. *Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter, & languerunt omnes habitatores terræ*; & inferius verſic. 11. *Elanguit cor noſtrum; nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum: Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum.* quaſi diceret; Diuinitus nobis iniectus eſt pauor, & vobis virtus; habet enim Deus apud ſe quaſi theſauros & promptuaria ſiue fortitudinis, ſiue pauoris, vt cui velit inijciat; ſicut Exod. 23. 27. ſcriptum eſt: *Terrorẽ meum emittam in præcurſum tuum; cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam*, & 2. Paral. 28. 19. 20. *Humiliauerat dominus Iudam, eo quod nudaſſet eum auxilio: Adduxitq; contra eum regem Aſſyriorum, qui afflixit eum, & nullo reſiſtente vaſtauit.* quod propriè ex Hebræo legitur, *eo quod non reſiſteris ei*, vel, *eo* A *quòd non confortauerit eum*, ſupple, Deus; Alij; *& non obſedit eum*, nimirum, Deus non *vallauit* illũ ſua prouidentia & præſidio; non dedit virtutem animi, qua reſiſtere auderet. Et iterum in hanc ipſam rem dictum eſt Aſa regi, potius de multitudine militum, quam de diuino præſidio bene ſperanti; *Oculi domini contemplantur vniuerſam terram, & prabet fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum.* & è contrario; *Terrores cunctis habitatoribus terrarum: quia dominus conturbabit eos in omni anguſtia.* Vides igitur cum deus *ſuſcitat aduerſarios* Salomoni; virtutem & fortitudinem aduerſarijs conferre, Salomoni auferre.

Deus animos faciẽs hoſtibus.
Ioſue 2. 9.
2. Paral. 20. 29.
Quæ ratione victoria aduerſus hoſtes diuinitus concedatur.
Indurare quid.
Apud Deũ promptuaria fortitudinis, & terroris.
Iob. 4. 10.
Pſal. 33. 8.
2. Par. 16. 19.
2. Par. 15. 6.

5 Quarto obſeruandum, præſto & ad manum B ſupremum iudicem habere, ſiue præmium, ſiue ſupplicium paratiſſimum, ſicut ſcriptum eſt, Iſaiæ 40. 10. & 62. 11. *Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo:* habet enim coram propoſita tum mercede, tum opus præmio cumulandum: ſimiliter etiam & à ſiniſtris paratum ſuppliciũ quo afficiat ſcelera: quod vel in vno Salomone, videre eſt; aduocauit enim ex Ægypto aduerſarium Adad, multo antè quam eius opera vteretur, vt præſto & ad manum eſſet, vt cum primum Salomon à pietate, & religione deficeret, ſtatim rebellaret. Expectauit igit Adad viginti & eo amplius annos, & non aliam rebellionis occaſionẽ expectauit, quam peccata Salomonis, fortè, vt dicebat Achior, Iudith 5. 24. *Perquirens ſi eſſet ali-* C *qua iniquitas eius in conſpectu Dei, quoniam tradens traderet illum Deus ſibi; ſi vero non erat offenſio populi coram Deo, Deus eorum defenderet illum.*

Deus habens parata ſiue præmia ſiue, ſupplicia.

CAPVT XXII.

Salomonis infeſtatio ſecunda ex rebellione Razonis,

Ad locum 3. Regum 11. 23. 24. 25. ſuſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon, &c.

D
1 *An Razonis ſeditio diuerſa à priori Adad. Aliorum ſententia.*
2 *Diuerſam fuiſſe, & Salomonem vndequaque infeſtatum.*
3 *Series hiſtoriæ Razonis, ab alijs aliter aſſignata.*
4 *Certior hiſtoriæ decurſus. Quo tempore Adarezer expugnatus à Dauide. Qua ætate rebellauit Razon, & quoto Salomonis anno.*
5 *Razon Syriæ Damaſcenæ occupator. An etiam reliquæ Syriæ.*
6 *Quandiu Salomon ſuſtinens Razonis infeſtationem.*
7 *Deus idonea ad ſupplicium inſtrumenta diutius ſeruans.*

E IAM his verbis deſcribit ſacra hiſtoria 3. Reg. 11. 23. 24. 25. *Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon, filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Seba dominum ſuum: & congregauit contra eum viros, & factus eſt princeps latronum, cum interficeret. Dauid: abieruntque Damaſcum, & habitauerunt ibi, & conſtituerunt eum regem in Damaſco; eratq; aduerſarius Iſraeli, cunctis diebus Salomonis: & hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſrael; regnauitque in Syria.* In quibus quædam etiam obſcura & quæ lumine indigeant. 1

Primum,

An hęc Razonis non ua rebellatio.

A Primum, An hæc Razonis ſeditio prorſus diuerſa ſit ab illa Adad. & quidem fuiſſe non omnino diuerſas ſuaderi pôt, ex eo quòd miſceat illas ipſa hiſtoria ſacra illis; Razon *erat aduerſarius Iſraeli cunctis diebus Salomonis, & hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſrael.* Itaque tota rebellatio Razonis attribuitur malitiæ & odio Adad, Quam rem his verbis explanauit Ioſephus, vbi de Adad; *Cum non poſſet Aderus gentem ſuam ad defectionem à Salomone perpellere, eo quod validis præſidijs impoſitis in officio contineretur, nec liceret impune res nouas ibi moliri; profectus inde in Syriam ſe contulit, vbi cum incideret in quemdam Razarum qui deſciuerat à Sophere rege Adiazaro, & eas terras cum latronũ manu incurſionibus populabatur, ſocietatem cum homine iniit, cuius ope occupata ea parte Syriæ rex declaratus, Iſraelitarum ditionem crebrò irrumpendo, viuo adhuc Salomone, rapinis omnia miſcebat & cædibus.* Rem eandem ex Ioſepho hauſerunt Nicolaus & Abulenſis; qui addunt, ideo Adad ſuppetias tuliſſe Razoni ad occupandam Syriam; vt mutuum ab eo auxilium ſuſciperet ad recuperandum regnum paternum Idumææ. Razoni itaque nihil propter ſe inimicitiarum interceſſiſſe cũ Salomone, aut cum Iſraelitis, ſed propter Adad, qui Razonem contra Salomonem ſtimulabat.

Ioſephus.

B

Ioſephus. Nicolaus. Abulenſis.

a
Non eadē rebellio Razonis, quę Adad.

Sed ego tamen aliam odoror huius hiſtoriæ & rebellationis intelligentiam; atque adeo certò exiſtimo longe etiã ſeditionem eſſe hãc Razonis ab illa Adad. nam nõ minus dicitur Deus *ſuſcitaſſe Razonem*, quam Adad. Quod ſanè minime diceret Scriptura, ſi Razon nihil animo commoueretur contra Salomonem, ſed tantum conſilio & ſuaſu Adad. Accedit, quod illic potius inimicitiæ & irruptiones Razonis notãtur, quã Adad. *Erat Razõ aduerſarius Iſraeli cunctis diebus Salomonis.* Quod minimè dicitur de Adad.

C

Salomon vndequaque impugnatus.

Tum prætereà, quod oportebat Salomonẽ nõ ex vna tantum parte oppugnari, neque ab vno tãtũ hoſte, ſed à plurimis, & per plures aduerſarios, vt ſicut pace propter pietatem potitus fuerat per circuitum; ita & nunc propter impietatẽ rebellationibus & ſeditionibus infeſtaretur per circuitum, nimirum ab Idumæa, & à Syria.

D

Tãdem quoniam illius ſententiæ quaſi per parenthesin interiectæ, *& hoc eſt malum Adad, & odiũ contra Iſrael*, longè alius eſt ſenſus, quẽ ſubtiliter indicauit Vatablus; *malũ* pro malitia & afflictione ex proprietate originis ſumẽs *afflictio eius adiuncta fuit cum afflictione, quam fecit Adad*; quaſi diceret, *ipſe quoq; Razon affligit Iſraelem vna cũ Adad.* Quare illud, *& hoc eſt malum*, ex Hebræo legunt Pagnin. Regia, Tigurina, & alij Hebraizãtes: *& cum malo Adad*, vel, *vna cum malo Adad*, vel, *præter malũ, quod inferebat Adad*, qua etiam ratione quidam exponunt illud 3. Reg. 11.1. *Rex Salomon adamauit mulieres, filiam quoque Pharaonis.* Heb. *&* (præter) *filiam Pharaonis.*

Vatablus. רעה

Hebraizantes.

Particula copulatiua, quam vi habeat.

E

Itaque iam ſecundus aduerſarius prer priorẽ, non ſimplicem tantum & tolerabilem moleſtiã Salomoni inferebat, ſed duplicem, & exaggeratam; quare Septuaginta cum viderẽt in Hebræo hanc hiſtoriam paulo obſcuriorem, totam inuerterunt, & duobus aduerſarijs initio commemoratis, de ſolo Adad hæc ſubiungunt; *Reuertit Ader in terram ſuam. hoc eſt, malum quod fecit Ader, & grauiter affecit Iſrael, & regnauit in terra Edom.*

Cur Septuaginta aliqd hoc loco addiderint.

3
Hiſtorię ſeries ſecundum alios.

Sed ſecundo dubitari poteſt, quæ huius Razonis hiſtoriæ ſeries, antequam ſeſe erigeret cõtra Salomonem. Narratur quidem ſed obſcurè, loco iã indicato 3. Reg. 11, ex quo Nicolaus & Abulenſis hæc colligunt; Razonem ſeruum Adarezeri regis Soba, aut de regni ambitu, aut de alio crimine apud regem accuſatum, ſolũ vertiſſe, quo vel peccati ſuppliciũ, vel vindictã declinaret; idq; eo tẽpore cũ Dauid Syros vaſtaret, ipſo illorum rege Adarezer ſemel & iterum ſuperato. Occaſione igitur captata, ex Adarezeri fuga & infelici contra Dauidem conatu, arma ipſe quoque Razon contra ſuum regem ſumpſit, & latronum profugorumque hominum manu inſtructa, tum Syriæ partem aliquam cædibus, & latrocinijs, tũ latus terræ Iſrael Aquilonare, quod Syriæ conterminum eſt, frequẽtibus irruptionibus deprædationibuſque vaſtabat: quo ſe non ſolum Adarezeri, ſed etiã Salomonis perpetuum hoſtem profitebatur. Damaſco igitur per tyrãnidem occupata, vrbis illius ampliſſimæ, quæ Syriæ caput eſt, rex a militibus renunciatur.

Nicolaus. Abulenſ.

Sed hæc narrationis ſeries multa difficilia cõtinet, primũ quòd quo tempore Adarezer impetum Dauidis & Iſraelitarum ſuſtinere non poterat, non videtur neceſſarium tunc Razoni, vt fugeret dominum ſuum Adarezer.

Secundum, quòd non explicent quo tempore factus ſit rex Damaſci; an ante Salomonẽ, an poſtquam rebellauit contra Iſrael.

Tertium, neque quorſum latronũ manũ coegerit cõtra Dominũ ſuũ iã prorſus à Dauide fractũ, & debilitatũ, præſertim cũ facile fuiſſet Dauidi latrũculos illos exterminare, ſi terræ Iſrael vlla rõne obeſſe potuiſſent. Quare aliter rẽ actã atq; narratã accipe, cũ elucidatione ſacri textus.

4
Idonea tot[i]⁹ rei narratio.

Razõ, quo tẽpore *Dauid interficiebat eos*, id eſt Syros, qui in exercitu Adarezer 2. Reg. 8. & 10. (aliquãdo enim ponitur in Scriptura relatiuũ ſine antecedẽte) *Razon fugit Adarezer* dominum ſuũ, non quòd mali quidquã ſibi à ſuo rege timeret; ſed quòd cum videret victoriam inclinare in partes Dauidis; atq; ſuum dominũ Adarezer ſũmo in diſcrimine laborare, fuga ſibi conſuluit Vatab. *Reliquit herum ſuũ in conflictu, cũ videret inclinatam eſſe aciem.* Sed neq; hæc *fugiendi* ratio cõueniẽs eſſe videtur, niſi velimus, Razonem, cum rebellauit contra Salomonẽ fuiſſe ſeptuagenarium, aut octuagenarium. nã cum Adarezer expugnatur à Dauide, nondũ nato Salomone, agebatur ad ſũmũ annus vigeſimus regni Dauidis; quibus adde alios viginti quatuor aut viginti quinque regni Salomonis, cum deprauari cępit ſi his addas viginti quinque Razonis; efficient proculdubio. 70. ſeptuagenarius autẽ hoſtis non fuit valde timendus Salomoni. Ergo tempore illius victoriæ Dauidis videtur fuiſſe valde iuuenis, aut certe puer; ac fere eiuſdem ætatis cum Adad; vterque enim eodẽ tẽpore rebellauit, & vterque effugit manus Dauidis; vt diuina prouidẽtia ſeruaretur vterq; in Salomonis ſuppliciũ.

Relatiuũ ſine antecedente in Scriptura.
Vatablus.

Tunc itaq; *fugit dominum ſuũ*; nimirũ videtur effugiſſe ex illo prælio, relicto rege, cui fortè miniſtrabat, aut ſi locus prælij nõ aptus pueris miniſtrãtibus, ſed militibus propugnantibus; *fugit* quidẽ, id eſt, effugit, euaſit vbicũq; tãdẽ erat, ex illa ſuæ gentis clade maxima. ſed quò profugit? fortè in Syriæ angulũ aliquẽ, i. quo deliteſceret.

Razõ puer & miniſter regis Damaſci.
Fugere qd.

Is poſtquã confirmata iã ætate, atque exactis prioribus regni Salomonis annis, ſuæ gẽtis ſeruiturẽ, atq; regni adipiſcendi ſpem aliquam animo verſare cœpit, eo tempore quo Adad in Idumæa, ipſe in Syria ſeditionẽ commouet: atq; ex ſua gẽte latrunculorũ manũ *cõgregauit cõtra eũ.*

non

non quidem contra Dauid fœliciſſimum atque fortiſſimum Imperatorem: neque contra Adarezer, fractum omnino atque debilitatum, vt alij non obſeruato Hebraiſmo, intelligunt. *Sed cōgregauit ad ſe.* nam ſæpe pronomia illa pro reciproco ponuntur in Scriptura. ſic legit Tigurina, *Collectis ad ſe viris, factus eſt princeps latronum.* hominum nimirum rapto & præda viuentium, excurrētium ad prædas, & in vicinos terminos irrumpentium. cujuſmodi fuerunt duo illi *principes latronum*, quos habebat Saul. 2. Reg. 4. 2. atque hos etiam Latinus Varro *latrones* nominat, *conductos milites, quos princeps circa ſe haberet, & ad omne diſcrimen mitteret*, vt latiùs memini me expoſuiſſe ad id Iob 19. 12. *Venerunt latrones eius.* A B

Pronomina ſæpe pro reciprocis

Princeps latronum qui, & quales. Varro. Latrones qui.

5

Ergo cū Syria Damaſcena ſub præſidio ſeruiſſet Dauid 2. Reg. 8. atq; deinde Salomoni; iā tūc ſeditione cōcitata, & plurimis aduerſus Salomonem cum Razone rebellantibus, Damaſcus occupatur, & ita occupatur, vt non ſolū Razō Damaſci regnaret, ſed regnū ſuis poſteris firmū & ſtabile conſtitueret: id enim ſignificat: *Abierunt Damaſcum, & habitauerunt ibi, & conſtituerunt eum regem in Damaſco*. Quod etiam legi ex Hebræo propriè poteſt; *& regnauerunt ibi*.

Porro ex Damaſco, quę caput erat Syrię, dominatū vniuerſæ Syriæ obtinuit. quare additur, *Regnauitq; in Syria.* Sed præterea illud, quod proximè antecedit, & ab alijs refertur ad Adad, Hebraizātes referūt ad Razonē: *& odiū cōtra Iſrael, regnauitq; in Syria.* Tigurina, *qui mulctauit Iſraelē, regnauitque ſuper Arā.* Varabl. *abhorruit ab Iſraele*, vel, *contemptui habuit Iſraelem.* Pagnin. & Regia; *deteſtatus eſt Iſrael* alij, *nauſebat*. taſtidiebat, *compungebatur ſuper Iſrael; cum regnaret in Syria.* nam ea omnia complectitur ſignificatio verbi *Kuts*. Sed elegāter Vulgatus *perodium*, odio perpetuo proſequutus eſt Razon Iſrael. C

Odiū quid propriè. Hebraizantes.

קוץ

6

Is ergo fuit *aduerſarius*, Satan, Iſraeli *cūctis diebus Salomonis.* Excipe priores fœlicitatis & pietatis annos, & accipe tantū cū cōmoda diſtributione poſteriores; ex quo enim Razō rebellauit, nūquā deſtitit ab infeſtatione & exercēdis inimicitijs cōtra Iſrael: nūquā deſijt eſſe ille Satan Salomoni. Sicut enim 3. Reg. 4. 25. dicitur pax & fœlicitas floruiſſe *cunctis diebus Salomonis*, nimirū toto illo prioris & ſanctioris vitæ tractu: ita & nūc dicitur Razō infeſtaſſe Iſraelē *cūctis diebus Salomonis*, videlicet poſtq̃ ſemel rebellare auſus. Neque omnino cōtemnendū, qđ dixit Nicolaus, odiū cōtra Iſraelē animo cōceptū, ex quo ipſa ex cōmuni illa ſuæ gētis & ſui domini clade enatū, nunquam depoſuiſſe. Sed tamen nunquam, niſi datā occaſione, prodere auſum fuiſſe. D

Cōmoda diſtributio.

Nicolaus.

7

Vbi tertiò tandem conſiderandum, quàm idoneis ad Salomonem puniēdum diuina iuſtitia inſtrumentis vſa fuerit, nimirum ſeruatis illis ipſis, qui quondam teſtes fuiſſent ſuæ gentis ac ſuę patriæ deuaſtationis; atque infixum animo dolorem ſemper habuerint, quo ad rependendam Iſraelitis mutuam vicē actiùs ſtimularentur, alter videlicet, cui ius competeret recuperandi regni Idumæorum; alter Syrus, cuius animo amantiſſimi domini ſui, & patriæ memoria, atque miſerādā ruina nunquam excideret: & qui inſuper teſtimonium luculentum præbere poſſent ſuæ cladis propter Dauidis pietatem; ſuarum iam viriū atque victoriarum propter Salomonis impietatem. Ergo Dauidis ſanctitate res paruæ incredibiliter creuerunt; Salomonis verò peccatis, maximæ atque pacatiſſimæ dilapſæ ſunt.

Deus idoneis ad puniendū inſtrumētis vſus.

CAPVT XXIII.

Tertia aduerſus Salomonem, eaque grauiſſima Ieroboam rebellatio.

Ad locum 3. Reg. 11. 26. 27. Ieroboam quoque leuauit manum ſuam contra regem, &c.

1 *Inteſtina aduerſus Salomonem ſeditio. Salomoni facta comminatio an per Prophetam. Mirabilis Salomonis impietas. Illuſtratus locus Regū.*

2 *Præceptis nomen per excellentiam de prima tabula. Cur vera religio vocetur pactum, aut fœdus.*

3 *Regni defectio cur diſruptio. aut ſciſſio.*

4 *Ieroboam Ephrataus. Ephraim accipiens primogenituræ partem. Ioſeph Patriarcha cur cum tauro comparatus. Illuſtratus Moyſes.*

5 Taurus *ſymbolum magnanimi principis. Hebræorum traditio.*

6 Leuare manum, *quid in ſacro ſermone. Manus excelſa, & ſublata ad animi audaciam & alacritatem. Illuſtratus ſemel & iterum Moyſes.*

7 *Cauſa rebellionis Ieroboam, alia apud alios.*

8 *Germanus hiſtoria decurſus.* Puer *quid in ſacro ſermone. Salomon tributis æquo maioribus populum opprimens. Ieroboami induſtria.*

9 *Quo tempore Ieroboam rebellans. Quo item accipiens regni prædictionem. Dominandi cupidus & ambitioſus. Peccauit aduerſus Salomonem. Illuſtratus Samuel.*

10 *An Salomon peccans perſequens Ieroboam.*

11 *Abiæ prophetæ geſtum. Pallium nouum regni recentis ſymbolum. Illuſtrati Iſaias, Ieremias, Ioannes.*

12 *Regnum inſtitutum in Dauide; ornatum in Salomone. Cur non ſciſſum Salomonis tempore.*

13 *An prophetæ pallium ſciſſum duodecies. Omen diuidendi regni Iſraelitici.*

14 *Quot tribus in regno Iudaico poſt defectionem. Beniamin accenſus Iudæ. Simeon permiſtus Iudæ. Explicatus Ioſue.*

15 *Cur Salomon Abiam prophetam non perſequutus. Abſtinens à ſanguine prophetarum. Illuſtratus locus Regum.*

1

HAec, vt tertia & vltima, ita grauiſſima, quippe & domeſtica inteſtina conjuratio; & quæ totius regni Salomonici cladis caput & ſumma fuit, vt quæ diuinam comminationem, ipſumque auferendi regni ſuppliciū proximè attingeret, & re ipſa efficeret: *Quaſi parum eſſet Hebræis* (ait Ioſephus) *vnus hoſtis externus, domi extitit, qui Salomonem infeſtaret Ieroboamus.*

Ieroboam cōiuratio grauiſſima.

Ioſephus.

Tota autem hiſtoria Ieroboam ſummatim cōtinetur oraculo illo 3. Regum 11. 11. *Dixit dominus Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi; diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.*

Dixit nimirū Deus vt ſuperiùs dicebamus, nō tā per Prophetā, quā viſione aliqua, & oraculo, quo illū beneuolētiæ ſigno & beneficio ampliſſimo ab impietate retraheret. Illa verò verba, *quia habuiſti hoc apud te*, ſiue; vt ex Hebræo legitur, *Quia fuit hoc tecū*; vel, *in te*; Septuag. *Facta ſūt hæc tecū.* grauiſſima ſunt, & per quandam admiratio-

Iterum locutus Deus Salomoni priuato oraculo.

nis ſpeciem dicta videntur: vt non ſolùm exteriùs ſed interius illius in animo, pectore, cogitatione tanta impietas domicilium ſedemque haberet, quaſi diceret; Mirum quòd apud te reperiri potuiſſet, quod neque in ſtultiſſimis ingratiſſimiſque erga Deum hominibus reperiri poſſe videtur. *ques es poſible que tè cupo sal en todo tu juizio.*

Rupertus.

Rupertus libr. 5. de trin. ca. 1. tractans hæc verba: *Palam* (inquit) *eſt, quòd peccatum ſuum nec dum confiteatur, nam apud ſe habet, cui quod fecit, non diſplicet; cæterum cui diſplicet, non apud ſe, ſed contra ſe habere dicendus eſt: non enim abſcondit, ſed accuſat; quoniam, inquit, iniquitatem meam cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.*

2 Præceptũ & pactũ, de prima tabula.

Porro quod ſequitur, *pactum & præceptum meum*, pertinet potiſſimùm ad illud primæ tabulæ præceptum de *diligendo Deo*, & non adorandis dijs alienis, vt paulo antè exponitur, *præceperat de verbo hoc, ne ſequeretur Deos alienos*. Et quia eiuſmodi religio & fides pacto publico & fœdere ſolemni inter Deum & regem, populùmque ſtabiliebatur, vt videre eſt, Exod. 24. 5. Deut. 5. 2. Ioſue 24. 25. Ideo religio vnius Dei colendi, vocatur *pactum*, aut *fœdus Dñi*, vt alibi latiùs expoſuimus.

3 Geminatio vocis ad certitudinem.

Illud vero *diſrumpens ſcindam*, vel, *diſrumpens diſrumpam*, aut *ſcindens ſcindam*. (eſt enim vtraque vox ab eadem radice) minas continet, non, vt dicunt, comminatorias, ſed perficiendas, ac nunquam reuocandas, etiam ſi Salomon reſipiſceret. Affert igitur repetitio certam regni diuidendi prædictionem. Quorſum autem regni deſectio, & diuiſio dicatur diſruptio, velut panni alicuius, aut abſciſſio, paulo inferius, enucleatiùs diſſeremus, in ipſa hiſtoria rebellationis Ieroboam; quæ tota his verbis deſcribitur 3. Regum 11.

26 *Ieroboam quoque filius Nabath Ephrathæus, de Sareda, ſeruus Salomonis, cuius mater erat nomine ſerua, mulier vidua, leuauit manum contra regem.*

27 *Et hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum; Quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui.*

28 *Erat autem Ieroboam vir fortis, & potens; videnſque adoleſcentẽ bonæ indolis & induſtriũ: conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.*

29 *Factum eſt igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ieruſalem, & inueniret eũ Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantum in agro.*

30 *Apprehendenſque Ahias pallium ſuum nouum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam.*

31 *Tolle tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.*

32 *Porro vna tribus remanebit ei, propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus, &c.*

40 *Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui ſurrexit & aufugit in Aegyptum ad Seſac regem Aegypti, & fuit in Aegypto vſque ad mortem Salomonis.*

Verſ. 26.

4 SAnè verſiculò 26. peculiares quædam circumſtantiæ perſonæ Ieroboã contineri videntur, quæ illius rebellationem vel grauiorẽ reddunt, vel notabiliorem. Prima, quòd Ephrathæus fuerit, quaſi iam tunc deſignaretur à Deo tribus Ephraim, ad regnum Iſraeliticum: fuerũt enim omnes reges Iſrael Ephraimitæ, ſicut reges Ieroſolymitani Iudæi. Et iam inde hoc præfiguratum ab eo tempore, cùm Ephraim natu minor præpoſitus fuit Manaſſe in benedictione aui ſui Iacob, Gen. 24. 19. & cùm Ioſeph ratione filiorum ſuorum, Ephraim potiſſimum, accepit partem primogenituræ, Deut. 33. 17. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius*. non ſolùm quod in Aegypto propter agriculturam ſeruatam, ac bene prouiſã colendus eſſet in Aegypto, & illius ſepulchrũ exornandũ bouis ſimulachro, qui agriculturæ ſymbolum eſt; & vt Auguſtinus dixit de Mirabil. S. li. 1. c. 15. *in agro colendo cooperatur homini*; neque ſolùm, quod aliquam primogenituræ partem, id eſt, duplicem hæreditatis portionẽ, quæ debebatur primogenito Rubẽ, ipſe accepturus eſſet, ſicut dixit Iacob; *Do tibi partem vnã extra fratres tuos*, vt dixit Chaldæus; Gen. 49. in benedictione Rubẽ: ſed quia ſi nõ primũ illu dignitatis honorem inter fratres, qui datus eſt Iudæ, at ſecundũ, vt etiã ex ſuis poſteris reges eſſent, quod ad quandã *primogenituræ* prærogatiuã pertinet, ipſe quoque aut illius poſteri cõſequuturi eſſent. Porro taurum eſſe regis ſymbolum, docuit Homerus 2. Iliad. volens quantum taurus præcellit armentorum robore & magnitudine, tantum præcellere regem.

Reges Iſrael de tribu Ephraim.

Bos cuius ſymbolũ. Auguſtin.

Cur Ioſeph dictus primogenitus tauri.

Homerus.

Taurus vt armentis præſtat lõgè omnibus vnus
Ille boues alios quis inter præcellit agreſtes:
Illa talem Agamemnona fecit luce videri
Iuppiter, heroaſque inter præcellere multos.

5 Diogenes. Taurus, magnanimitatis & prouidẽtiæ ſymbolum. Dio.

Neque vero ſolũ taurus ad pulchritudinẽ & fortitudinem regiam refertur, ſed, vt Diogenes apud Dionẽ oratione 2. de regno philoſophatur, *ad naturæ magnitudinẽ, proque ſubiectis prouidẽtiã*: quod & in Ioſephum optimè conuenire, res ipſa demõſtrauit, vt qui propter paſcẽdi tũ Aegyptũ, tum verò ſuos fratres, prouidẽtiam, *Paſtor Iſrael* appellatus fuerit. Verba autẽ Dionis opportuna quæ adſcribantur: *Taurus enim non ſolum ex generoſis animantibus eſt, neque ſui ipſius cauſa fortitudine vtitur quemadmodum leo, & aper & aquila perſequentes cætera animalia, ſuique deuincentes cibi gratia: quare potius quis tyrannidis eos dicat, quàm regni exemplum eſſe. Taurus autem, manifeſtè, & in alijs* (vt mihi videtur) *ad regni regiſque imaginem factus eſt: cibus enim ei paratus & facilis; in ſilentio paſcitur, vt nullum neceſſe ſit vi opprimere aut circũuenire illius cauſa: ſed quemadmodum beatis regibus abſque defectu atque copioſè sẽper ſuppetũt quæ ſunt neceſſaria. Regnat autẽ & principatũ gerit inter ſui generis animantia, cum beneuolentia* (vt aliquis dicere poſſit) *& ſollicitudine; cũ quod præcedit ad paſcua, tum quòd beſtia apparente, non fugiat, ſed pro toto armento propugnet, & infirmis auxilio ſit, & prouideat quo pacto multitudinem à famis & feris beſtijs conſeruet: quemadmodum & principẽ facere decet, & eum, qui reuera rex ſit, & non indignus maximo inter homines honore.*

Cur facta mẽtio matris Ieroboã vide ç. R. Salomo. Hebræorũ traditio.

Fieri autem peculiarem mentionẽ, quòd fuerit filius mulieris viduæ, Rabbi Salomó apud Abulẽſem, & Hebræorum traditiones, apud Nicolaũ, exiſtimant in cauſa eſſe, quòd Nabath pater Ieroboam fuerit idem ille Semei quem interficiendum mandauerat Dauid, & præſtiterat Salomon: dolorem igitur parentis amiſſi, vidua mater inſtillabat filio Ieroboã, infigebatque animo quo ſtimulabatur Ieroboã, & vindictæ de Salo-

mone ſumendæ ſtudioſè captabat occaſionem; Sed fabula hæc Rabbinica nihil habet veriſimilitudinis; neque enim omnes mulieres viduæ vxores fuerant Semei, vt ex eo quòd mater Ieroboam vidua erat, continuò efficiatur, vxorem fuiſſe Semei. Sanè quidem potuit fieri mentio matris Ieroboam viduæ, non ſolùm vt certò de illius parentibus conſtare poſſet, quippe Principum, & regum genealogiæ minutatim ſcribuntur: verum etiam vt indicaretur adoleſcentis animum paulo erectiorem, & inſolentiorem, nulla paterna diſciplina aut ſeuerioribus monitis coerceri potuiſſe, potiùs materna indulgentia, & viduæ potiſſimùm, quæ multo liberiùs atque indulgentiùs filium ſuum educauerat, animos in dies & auſus maiores ſumpſiſſe. itaque adoleſcentem idonea inſtitutione deſtitutum euaſiſſe opportunum ad *leuandum manum contra regem*.

An Semei pater Ieroboam.

Filius viduæ nō bene audiens.

6 Porro quid illud eſt, *manum leuare?* Certè ipſe ſemet Vulgat. interpres ſtatim expoſuit, cùm dixit, *hæc eſt cauſa rebellionis.* nam in Hebræo eiſdē verbis res eadem repetitur; *leuauit manum contra regem, & hæc eſt cauſa quia leuauit manum contra eum.* Sed quia ea *leuandi manum* formula pro *rebellare*, hoc tantum loco, & ſingularis eſt, frequētiſſimè autem alijs ſcripturæ locis alıter à Vulgato redditur, certè rebellatio hæc Ieroboami contra Salomonem, ea continet, quæ *eleuata*, aut *ſublata manu* ſignificari ſolent. Nam *leuare manum*, eſt iurare, Num. 14. 30. Geneſ. 14. 22. Deut. 32. 40. Ezech. 20. 5. 23. 28. quod cum re etiam præſenti conuenire poteſt, vt dicatur Ieroboam ſeſe iuramento aliquo deuinxiſſe, comminando Salomoni malū aliquod; (*que ſe la tenia iurada*) Et quia etiam *leuare manū* cōtra aliquem, habitus eſt percutere aut rapere volentis, Iob. 31. 21. Mich. 5. 8. fortè ſignificat Ieroboam coniuratione facta, & militū manu coacta minas & cædes Ieroſolymitanis, & qui Salomonis partes tuerentur, intendiſſe, diripuiſſe quoque, quæ Salomonis eſſent.

Vulgatus.

Leuare manum quid.

Excelſa & ſublata manus ad iurandum.

Ad percutiendum.

Tertiò: quoniam *excelſa & ſublata manus* magnam animi audaciam & alacritatem afferre ſolet, tum etiam contemptum quendam aliorum; vt cum Iſraelitæ egrediebātur ex Aegypto *in manu excelſa*, Exodi. 14. 8. id eſt, minimè trepidātes, neque remiſſis manibus, ſed audētes, & alacres, atque altè incedentes. Affert etiam animi arrogantiam atque nullum perfrictæ frontis pudorem, Num. 15. 30. nam vbi nos habemus; *Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit* in Hebræo eſt, *Anima quæ fecerit in manu excelſa*, id eſt, quæ cum audacia inſolentis animi, ac nullo pudore peccauerit; vbi Kaldæus dixit, *aperto capite.* (*con ſu cara deſcubierta.*) certè cum Ieroboam *leuauit manum* contra Salomonem, non ſolùm animosè egit, ſed etiam audacter. & quod videri poſſet temere & impudenter; nimirum ſeruus contra dominum ſuum, nihil reueritus regem, potius contemnens. Sed quo tempore, qua ve ratione rebellauerit, non exprimit Scriptura; erga reliquit nobis diuinandum. de quo paulo inferius:

Ad audaciam.

Ad ſuperbiam.

Verſ. 27. 28.

7 CAuſa rebellionis ſcribitur Verſ. 27. 28. Aedificatio Mello; & Ieroboami primū adoleſcentis bonæ indolis & induſtrij poſtea viri fortis atque potentis, præfectura ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.

Cauſa rebellandi.

Sed quid hæc cum rebellione? R. Salomon, cū quo alij Hebræi, fabulantur, Salomonem ædificantem Mello reprehenſum a Ieroboam; rege autem ab incepto non deſiſtente, Ieroboam coniuratione facta tentaſſe illum regno deijcere. At que Iſidorus non vnam tantum cauſam rebellionis inuenit in hac re, ſed quidem plures: nimirum & quòd ædificatio Mello diſplicuiſſet populo; & quod obſtruxerit interruptionem ciuitatis Dauid, per quam populus aſcendit in templum domini, filię Pharaonis, cui ibi extruxit domum, magis quàm Deo placere ſtudens: ſed fabula hęc ſuperius à nobis reiecta.

R. Salomō.

Iſidorus. Clarius.

Hebręorū fabella reiecta.

Secundam afferunt ijdem Hebræi cauſam, quòd Ieroboam primò conſtitutus in præfectura tributorum domus Ioſeph, nullo ſuo demerito, ab eo honorifico munere deiectus, præpoſitus fuerit ædificio Mello, rei longè inferiori. Ergo ægre ferentem ignominiam ablati honoris, & muneris prioris, rebellaſſe aduerſus regem. Sed hoc item Hebræorum ſomnium nullam idoneam coniecturam habet in ſacra hiſtoria: quæ potius continet, quanti illum fecerit rex Salomon, & quantum auxerit propter egregias corporis & animi dotes: neque propter rem aliam videtur facta mentio ædificati Mello, quàm propter tributa, quæ ad ædificij illius impenſas indicta fuerant a Salomone, & colligebantur à Ieroboamo. Tum præterea quia ex præfectura illa Mello videtur euectus ad collectionem tributorum: nam hæc quæ ſequitur, videtur ſeries & filum totius rei.

Hebræorū traditio altera.

Ieroboam adhuc puer aſcitus eſt in domum regiam, vt Salomoni miniſtraret: id enim ſignificat, quod dicitur *ſeruus fuiſſe Salomonis* 3. Regum 11. 12. 26. nimirum miniſter; & in aliquo domeſtico circa regem obſequio. Fuiſſe autem *puerum* ſignificatur, cum dicitur, vidiſſe Salomon *Adoleſcentem bonæ indolis*, quod Septuaginta dixerunt, *Paruulus*. Et quidem nomen originale *Naghar*, puerum ſignificat è molliori parentum cura recens emiſſum, niſi nunc non ſit nomen ætatis, ſed miniſterij, ſicut etiam Exodi. 33. 11. dicitur, *Ioſue miniſter Moyſis puer*, qui tamen non videtur tunc temporis tam fuiſſe puer, quàm miniſter, & nondum dux populi, ſed priuato alicui miniſterio ſeruiens. *Vidit ergo Salomon Ieroboam bonæ indolis adoleſcentem, & induſtrium.* Septuaginta, *vidit Salomō paruulum, quia vir operum eſt.* Pagninus, *Quòd ad faciendum opera eſſet idoneus*, Tigurina, *Quod faciendo operi inſtaret.* Vatablus, *Quòd operoſus eſſet, laborioſus, & diligentiſſimus in rebus agendis.* Propriè ex Hebreo, *Vidit facientem opus. vio que era moco de recaudo y para hazer haziendas.* Hebræi Hiſpanienſes ſic legebant: *Ieroboam era Barran de fuerça, en que vido Salomon, qui era fazedor de toda obra.* Opus autem in Hebræo pro exquiſito & accurato.

8 Series hiſtoriæ.

Seruus pro miniſtro ingenuo.

נער

Puer nomen miniſterij.

Vir operis in Hebręo, quid

עשׂי

Indicatur igitur Salomonem in ædificādo illo Mello, tum etiā in alijs domeſticis obſequiis experimento cognouiſſe hominis induſtriā, atque adeo eum euaſiſſe in virum fortem, & potentē. Sept. propriè ex Hebræo, & *Homo Ieroboam fortis virtute, (hombre de valor y de importancia)* Tigurina, *Robuſtus & ſtrenuus.* ideo ad honorificū illud munus colligendi tributa, totius domus Ioſeph, eum euexit rex, vel, vt in Hebræo & Septuag. *conſtituit ſuper omnia onera Ioſeph domus*, id eſt, ſuper tributa impoſita duabus tribubus filiorum Ioſeph Ephraim & Manaſſe. Quam rem eo quem diximus ordine, intelligit & narrat Ioſephus in hæc verba, *Cū patre orbatus adoleſcens adhuc à matre educaretur, Salomo animaduerſa generoſa eius in*

Ioſephus.

dolę, præfecit eum fabricæ murorum, quando Ieroſolyma mœnibus cingebat. Eius operis curam tanta ſolertia geſſit, vt rex comprobata hominis induſtria, præmio dignum ducens, eum Ioſephi tribus præficeret. A

Opportunitas rebellandi.

Hæc igitur fuit *cauſa rebellionis*. Septuaginta proprie ex Hebræo; *Hac res, qua eleuauit manum ſuper regem*. quaſi dicat, hæc res opportunitas, & rebellandi occaſio, tum viri conſtantia, & fortitudo ad ardua quæque aggredienda, & induſtria atque ſtrenuitas ad perficienda; tum etiam, quòd longè à Salomone digrederetur exacturus à ſuis ipſis cõtribulibus tributa; quæ in ſumptus B rebellandi facilè potuit conuertere, ægrè ferentibus duabus illis tribubus tantum tributi onus, iuſta cauſa impoſitionis ceſſante, nimirum ædificatio iam Mello, & coæquata voragine, poſt templum abſolutum, & neceſſaria omnia Reip. opera.

Tributa collecta ceſſante iuſta cauſa.

9 Quo tẽpore rebellatio Ieroboam. *Abulenſis.*

Ex his non difficilè eliciemus illius dubitationis explicationẽ, quo tempore Ieroboam rebellarit; an ante oraculum illud Ahiæ Silonitis, diſrupto pallio; an verò poſtea. Nam Abulenſis 3. Regum 11. quæſt. 29. exiſtimat veroſimilius eſſe, rebellaſſe ante geſtum prophetæ; tum quia priùs ſcribitur in ſacra hiſtoria, *leuaſſe manum contra regem*; tum quia cauſa rebellandi, nimirum ædificatio Mello & præfectura tributorum, priora fuerunt geſtis prophetæ.

Sed proculdubio poſt acceptum oraculum, & C prædictionem ſui regni, de rebellando cogitauit, captata ex ſuo munere opportunitate, atque ex ſuorum erga Salomonem iniuſta tributa exigentem abalienationem.

Totius rebellationis ſeries & hiſtoria

Ergo hic reliquæ hiſtoriæ decurſus. cùm corrumpi iam cœpiſſet Salomonis animus, ſimulque illius beneuolentia in animis ſuorum popularium exareſcere, mittitur Ieroboam extra Ieruſalem ad colligenda tributa, in hoc ipſo itinere mittitur à Deo propheta prædicturus Ieroboam diuinum decretum de ſe euehendo in regnum, & de deijciendo Salomone: quæ rerum ſimul narratarum coniunctio non obſcura ſignificatur in ſacra hiſtoria 3. Reg. 11. 28. 29. *Præfecit eum ſuper tributa. Factum eſt igitur in tempore illo,* D *vt Ieroboam egrederetur de Ieruſalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta in via.* Sic quoque Ioſephus: *Ad præfecturam dum Ieroſolymis egreſſus iter faceret, obuiam ei fit propheta.* Cùm verò homo princeps, neque ſolitarius, iter faceret, neque oporteret coram teſtibus arcanum, & quod regẽ Salomonem lædere videretur, à propheta cũ Ieroboamo communicari, illũ de via deducit Propheta. quod diſertis verbis addiderunt Sept. *Inuenit eum Ahia in via, & remouit eum de via*: cum quo commodè cohæret, quod legimus; *Erant autem duo tantum in agro.* Quã rem totam contexuit eleganter Ioſephus. *dum Ieroſolymis egreſſus, iter faceret, obuiam ei fit propheta, is ſalutatum eũ de via* E *paululum ſeduxit, in rus quoddam diuertens, in quo nemo alius aderat.* Simile cõtigit in vnctione Saulis, & regni prædictione, facta illi à Samuele 1. Reg. 9. 27. nã abſque arbitris vngitur, & inſtruitur de ijs quæ agi oporteret. Cùm verò palam & in medio fratrum ſuorum vngatur Dauid, publicè etiam Salomon, fortè regni non diuturni clãcularia illa deſignatio regni Ieroboam infauſtũ omen erat.

Lxx.

Ioſephus.

Clancularia deſignatio regni Ieroboam.

Ioſephus.

Quo oraculo, vt idem Ioſephus ait, *ad res nouãdas excitatus*, & fortè dominãdi moræ impatiẽs, & arcano illo cũ ſuis communicato, Salomonis quoque nomine ac vita in dies in deterius labẽtibus, ſeditio oritur, & adoleſcit in duabus tribubus, ſed in Ephraim potiſſimùm. Res ad Salomonem delata, eum pungit vehementer; & coniurationis caput *Ieroboam voluit interficere, qui ſurrexit & aufugit in Aegyptum, ad Soſac regem Aegypti, & fuit in Aegypto vſque ad mortem Salomonis.* Eleganter res tota elucidatur à Ioſepho; *Propheta verbis erectus ad ſpes magnas Hieroboamus, cùm eſſet alioqui ambitioſo & inquieto ingenio, quàm primùm in ſuam prouinciam peruenit, non immemor præſagij prophetici, ſolicitare populum cœpit, vt à Sa-* B *lomone deficeret, ipſique principatũ deferret, cuius conatibus & inſidijs cognitis, Salomon volebat eum cõprehenſum occidere: at ille ad Suſacũ Aegypti regẽ profugus, & præſens periculum euaſit, & manendo illic vſque ad Salomonis obitum, regno ſe Iſraelitico incolumem ſeruauit.* Quæ ſanè res admiratione digniſſima; regem, qui à Dei gratia exciderat, tam facilè à ſuorum popularium gratia & beneuolẽtia excidere potuiſſe; & qui longè diſſitorum regum amorem conciliarat ſola nominis auditione, nunc tam turpiter vixiſſe, vt illorum ipſorum aulæ ſeruorum animos & voluntates tam facilè à ſe abalienaret, atque etiam Regẽ Aegypti, qui adhuc ſuus gener eſſet, vel certè vxoris ſuæ frater, nullam cognationis affinitatiſve rationẽ duxiſſe, ſed profugum Salomonis ſeruum tam benignè ſuſcepiſſe, vt potiùs Ieroboami quàm Salo- C monis partes ſuſcepiſſe videretur.

Ioſephus.

Salomonẽ hominũ ſimul ac Dei beneuolentia deſtitutũ:

Cur Ieroboam à rege Aegypti benignè ſuſceptus.

Denique Ieroboamo viro forti, & potenti, homini gnauo & induſtrio aduerſus mollẽ & mulieroſum, atque nefarijs ſceleribus corruptiſſimum regem coniurationem facienti, parallelum adiũgere licet Arbactum illum Sardanapali ducem Medis præpoſitum, indignatũ quòd regi & viro muliere corruptiori portantes ferrum & arma parerent: progreſſus ad ſocios ſuos, negat ſe ei parere poſſe, qui fœminam malit eſſe, quàm vir. Fit igitur coniuratio: bellum Sardanapalo infertur Scriptor Iuſtinus liber.

Parallela hiſtoria.

Iuſtinus.

Porro indicatur Ieroboã homo natura ſua ambitioſus, cũ illi dicitur à Propheta 3. Reg. 11. 37. *Regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua:* D quamuis enim in Hebræo per futurum legatur; *Regnabis ſuper omnia, quæ deſiderabit anima tua*, tamen tempora hæc confunduntur; & de homine ingentis animi & nati ad res magnas, ſine temeritate illud ſuſpicari licet, præſertim cùm nihil ab illo dictum Actumve ſcribatur, quod animi modeſtiam & demiſſionem oleat. Quod tamen minimè deſideratum in Saule fuit 1. Reg. 9. 21. Dominandi itaque cupiditate maturitatis & patientiæ terminos prętervectus, modeſti hominis officio defuit.

Tẽpus pro tẽpore in Hebræo.

Debuit itaque Ieroboam diuinæ prouidentiæ conſtitutionem expectare, & res Salomonis intactas relinquere, ſanctiſſimi *Dauidis* exẽplo, qui E quamuis certiſſimam regni promiſſionem atq; adeo etiam ius accepiſſet: & vnctus quidem fuiſſet in regem 2. Regum 2. tamen in manus ſibi datum Saulem non eſt auſus tangere, ſed cùm in interiori ſpelunca latitarent, *dixerũt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua loquutus eſt dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuũ, vt facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit Dauid, & præcidit orã chlamydis Saul ſilenter. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eo quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul: dixitque ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam rem hanc Domino meo, Chriſto Domini.* 1. Regum 24. 5. 6. 7. Potuit itaque Ieroboam non ſolum orã chlamydis præcidere Salomoni;

Peccauit ne Ieroboam rebellans.

Dauidis modeſtia erga Saulem.

ſed

ſe decem pallij ſciſſuras auferre: ſed expectare tamen & illam vehementiorem regnandi cupiditatem coercitam ſuo ſeruare tẽpori. Sed quid quid tamen de Ieroboami peccato ſit, Salomon fruſtra ſe torquebat quæritans Ieroboamũ, quẽ diuina prouidentia incolumem regno ſeruabat Iſraelitico, & ſupplicio per eum inferendo in omnem Salomonis poſteritatem.

10 Salomõ au iure perſequens Ieroboam.

Et quidem ea in re Salomon, ſi non denuo peccato ſe ſe obſtrinxit capite punire volens eam Ieroboami rebellationem, irrito at conatu Ieroboamo inſidiabatur; non minus quàm Saul Dauidi. ille verò rebellando neque iure agebat, neque iuſſus fuerat à Deo rebellare aduerſus Salomonem; neque viuente Salomone futura erat regni diſceſſio aut diſciſio: ſic enim prędictum fuerat à Propheta ipſi Ieroboamo, 3. Regum 11.34. *Nec auferam omne regnum de manu eius.* (nihil ex toto regno; nũc enim ex phraſi Scripturæ, *non omne*, valet idem, quod *nullum*, aut, nihil) *Sed decem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ propter Dauid ſeruum meum.* Septuaginta; *Non tollam regnum tuum de manu eius, ſed propugnans propugnabo ei omnes dies vitæ eius.*

Non omnis pro nullo.

Verſ. 29. 30.

11 Geſtum Ahiæ Silonitis.

SEd iam conſiderandum Ahiæ Prophetæ geſtum, & oraculũ redditũ Ieroboamo; in quo tum res, tum verba fuerunt; ſed vtraque ad inſtruendum Ieroboamum valde opportuna.

Hebr. 1. 1.

Primo itaque perſpicere licet, *Deũ multifariã multiſque modis locutum olim in prophetis*, multipliciter inquam ſuæ mentis atque animi ſigna præbuiſſe per prophetas, illorum non ſolùm verbis ſed etiam geſtis & actionibus vſum: & parũ quidem eſſet, verbis loqui, quod erat humanum, niſi etiam rebus, quod proprie diuinum, dicente Deo ipſo Oſeæ 12. 10. *In manibus prophetarum aſſimilatus ſum.* quaſi diceret ſuis mẽ actionibus geſtiſque repræſentabant, & meæ mentis voluntatiſque quandam quaſi ſimilitudinem atque imaginem ſub hominum oculos ſubijciebant. Exempla obuia in prophetis Iſai. 20. Ierem. 27. Ezech. 4. 5. Oſeæ. 1. 3. Regum. 20.

Dei propriũ loqui per res.

Secundò, quòd Ahias *pallium nouum* induerit, Deum repræſentabat duodecim tribubus ſub vno rege Salomone deuinctis, nouo ſanè regno & recenter erecto & inſtituto, veluti ornatiſſimum incedere voluiſſe, cùm ſcriptum ſit Iſai. 49. 19. *His omnibus velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa.* & iterum c. 11. 5. *Erit iuſtitia* (iuſti) *cingulum lumborum eius, & fides* (fideles, veraces, propoſiti conſtantes) *cinctorum renũ eius.* Habet, enim eos ſibi coniunctiſſimos, & velut ea ornamenta quæ pretioſiſſima & pulcherrima eſſe ſolent, cingulum, faſcia pectoralis. Sed parum fuit hæc dixiſſe, niſi etiam *pallium*, quod totum hominem honeſtat, dixiſſet; aut cãdidam tunicam; non enim alio ſe amictus genere veſtiendum ſponſus ducit, quàm quo ſponſam veſtitam vult, nimirum *vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti* & candido. *byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.* Apoc. 19. 8. Denique rex ſuo ſe regno operit & inducit, & cum rex idem ſit & paſtor, induit ſe regno, velut paſtor pallio, Ierem. 43. 12. *Amicietur Aegypti ſicut amicitur paſtor pallio ſuo.*

Pallium Ahiæ nouum cuius ſymbolum

Deus velut amictus regno Iſraelitico.

Sed in ipſo Iſraelitico regno Saul ſuis ipſe manibus Samuelis pallium lacerans, repræſentauit A ſuum regnum à ſe & ſua poſteritatẽ abſciſſum & reſectum iri: nam, cum abiret Samuel, ille *apprehendit ſummitatem pallij eius quæ & ſciſſa eſt. & ait ad eum Samuel, ſcidit Dominus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* 1. Regum. 15. 27. 28. oblata enim occaſione vtitur Propheta, ad ſignificandam Sauli regni amiſſionem, oblata inquam, non ſine diuina prouidentia, vt quod opportunum eſſet ſignum ad rem propoſitam repræſentandam.

Saul ſuis manibus lacerans pallium Samuelis quid ſignificet.

12 Cur nouũ pallium lacerętur, allegorica explicatio.

Tertiò, *nouum* erat prophetæ *pallium*, ne quis exiſtimaret vſu iam detritum & inutile, non ad aliam rem opportunum, quàm vt in fruſta conſcinderetur. *nouum* inquam & quod in diuturnum tempus duraturum videretur: & quod de B induſtria rumpitur & magna ex cauſa. quippe repræſentabat regnum nouum, & recens erectum in Dauide, non ex tribu Saulis, ſed ex alia tribu electo, ornatum & confirmatum in Salomone, quo indutus viſendum & ſuſpiciendum ſe præbuit vniuerſis mortalibus: qui enim Salomonem mirabantur, *in nomine domini* illum mirabantur. dicere poſſis; *que el reyno fue nueuo flamante, recien ſacado de la pieça en Dauid, y acabado de guarnecer en Salomon.* Res ſanè omni commiſeratione digniſſima, vt nouum veſtimentum elaboratiſſimum pariter ac pretioſiſſimum, in tot fruſta diſſecaretur, & non minus a- C bijceretur, quàm ſi deterrimum vſu, & tempore obſoleuiſſet. Huius verò pallij pars extrema, & veluti limbus toti veſti per circuitum ſubſutus, erant gentes illæ quæ in circuitu Palæſtinæ, muneribus & obſequio Salomonem colebant. Diſſui limbus cœpit rebellationibus Adad & Razonis, & deficientibus Idumæis, Syris, exiſtimo etiam alijs gentibus & regibus vniuerſæ terræ à Salomone abalienatis, ſponteque recedentibus. apud quos iam, non vt prius audiebat Salomon, neque vllo iam in honore erat, nedum in nulla admiratione. Poſt limbum verò diſruptum, reliquum erat vt ipſa per ſe veſtis, domeſtica ſeditione laceraretur, non quidem de manu Salo- D monis, ſed de manu Roboam, hoc ad ſe partem regni retinente, partem Ieroboamo ad ſe diſtrahente, ſicut ad ipſum Salomonem dixit Deus. 3. Regum. 11. 12. *De manu filij tui ſcindam illud: nec totum regnum auferam, ſed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum.*

Regnũ Dauidis nouum.

Pallij limbus quis.

An aliquid regni amiſſum à Salomone.

Et verò de manu Salomonis neque regni ipſius Ieroſolymitani pars abrupta; vel abrepta fuit, neque aliquid ablatum, præterquam inſtita & limbus, quem dicebamus. quamuis enim Salomonis peccata regni amiſſione mulctanda cenſuerit Deus, ſed nullo modo Roboam peccato; non ſit Salomonis tempore regni diuiſio & laceratio, ſed Tẽpore Roboami. quia, vt dixit Theodoretus. 3. Reg. q. 35. Salomon *habebat parentem Dauid in auxilium; Roboam autem erat priuatus paterno auxilio.* Tum præterea ne videretur regnũ Salomoni à Dauide parente iniuſte collatum; præſertim cum viuo adhuc Dauide regnarit Salomon; & cui parens ſanctiſſimus regni diuturnioris ſtabilitatem precatus fuerat. Quædã alia, vt nõ omnino inutilia, ita non multũ cũ præſenti inſtituto facientia Abulenſis habet. q. 18. 19.

Theodoret.

Abulenſis.

13 An verè ſciſſio palij in duodecim, an in duo fruſta.

Quinto loco laceratur palliũ *in duodecim ſciſſuras*, ex quibus decẽ iubetur ſibi ſumere Ieroboã duabus alijs retentis apud prophetam, vt de quibus nihil ſcribatur. Mirũ, quòd in veteri illa Hebræorũ Hiſpaniẽſium bibliorũ vulgari verſione legeretur; *Ahias cubierto con vna ſauana nueua,*

A *raſgò la en dos pedacos, è dixo, toma to diez pedacos*;
in duo inquam fruſta lacerata ſindone; ita vt ma
ior pars quinquies maior eſſet fruſto minore,
cenſereturque maior pars habere decem parti-
culas, ſi minori duæ tribuerentur. Et quidem cū
pallium integrum regni integri & minimè lace-
rati ſymbolum eſſet; cum dantur decem tribus ſi
mul omnes ſub eodem ſtudio, & ſub eodem rege
deuinctæ; cur darentur laceratæ & diſciſſæ, ac
non potius vnitæ & indiuiſæ? Quam quæſtiun-
Rupertus. culam ſubuliter attigit Rupertus ſuo libr. 5. in
B libr. Regum c. 4. *Si nihil aliud* (inquit) *quàm regni*
Cur dãtur Ieroboam decem fruſta. *vnius diuiſionem in duo regna ſignificare volebat, po*
terat vnum pallium ſcindere in duas partes non a-
quas tanto iuxta modulum impares, quanto iuxta nu
merum decem tribubus erat minor tribus vna. Sed
dantur tandem diuiſæ & laceratæ; quo Ieroboam
duo agnoſcere & in animum ſuum inducere po-
tuiſſet, ad bene & ſanctè gubernandum valde ſi-
bi neceſſaria, alterum, oportere vt pietatis & re-
ligionis officijs cõmiſſum ſibi principatum me-
retur, & conſeruaret: nam ſi nouum adhuc & re-
cens erectum in Dauide & Salomone tam facilè
laceratum videtur, & maiori ex parte è tribu le-
gali ad aliam tribum tranſlatum propter Salo-
monis & populi impietatem; quanto faciliùs,
quòd ipſe iam accepit regnum, non integrum
ſed decies conſciſſum atque diuiſum, niſi pius
C ſit, & grato erga Deum animo, ex ſua manu dila
betur, & huc illuc diſpergetur? ſicut illi dictum
eſt, 3. Regum 11. 37. 38. *Te autem aſſumam, & re-*
gnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua, eriſque
rex ſuper Iſrael. Si igitur audieris omnia, quæ præce-
pero tibi; & ambulaueris in vijs meis, & feceris, quod
rectum eſt coram me, cuſtodiens mandata mea, &
præcepta mea, ſicut Dauid ſeruus meus, ero tecū, &
ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui
Dauid domum, & tradam tibi Iſrael, & affligam ſe
men Dauid ſuper hoc. Quare iterum ſuo peccato
diſcidiſſe veri Dei cultum & religionem admo-
netur idem Ieroboam, cum 3. Regum. 13. altare
ipſum, in quo ſacrificabat, medium finditur, vt
Auguſtin. obſeruat Auguſtinus lib. 2. de Mirabil. ſcript. ca-
D pit. 14. Alterum verò occultè & ſymbolicè doce-
tur, fore vt tãdem vniuerſum genus Iudæorum,
vniuerſæque tribus propter peccatum & ingrati
Perpetua animi notam erga Deum, mille conſciſſionibus
tribuum laceratæ per vniuerſi orbis prouincias diſperde
diuiſio & rentur & diſpergerentur; quippe ipſa pallij con
diſperſio. ſciſſio & laceratio non obſcurè repræſentabat
ſempiternam tum diſperſionem decem tribuū,
tum illam diuiſionem regni Iſraelitici à Ieroſo-
lymitano. Sed addit præterea Rupertus loco in-
Rupertus. dicato, decies fuiſſe conſciſſum & laceratum re-
gnum Iſraeliticum pro numero decem ſciſſura-
rum, quæ traditæ ſunt Ieroboamo, quas ille enu-
merat ſub regibus poſterioribus.

Verſ. 31. 32.

IAm duo fruſta pallij prophetici remanent a-
14 pud ipſum Prophetam; quippe de illis nulla
ampliùs mentio; tantùm de ſignificatione, cum
dicitur, *Tolle tibi decem ſciſſuras, porro vna tribus*
remanebit Salomoni propter ſeruum meum Dauid,
& Ieruſalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribu
bus Iſrael.

Quomodo in duabus ſciſſuris v- Vbi meritò dubitari poteſt, cùm ex duodecim
ſciſſuris duæ remanſerint pro Salomone, & po-
ſteris eius, quomodo *vnam* tantum *tribum* illi

A polliceatur. licèt enim Septuaginta apertè lege- Vna tribus ſignificata.
rint: *Tolle tibi decem ſceptra; & duo ſceptra erunt ei*
propter Dauid ſeruum meū, &c. at in Hebræo eſt,
ſicut in Latino; *Vna tribus remanebit ei*, &c. Abu- *Abulenſis.*
lenſis, quæſt. 21. 22. reſpondet non oportuiſſe mē
tionem fieri niſi vnius tantum tribus, nempe Be
niamin; quia altera tribus nempe Iuda non vide
batur dari Salomoni, neque poſteris eius, quòd
eſſent de eadem tribu. Quæ igitur propria erant,
non accipiebantur dono, ſed quæ aliena. Addit
præterea non fieri mentionem Ieruſalē propter
B templum, aliamue cauſam religionis, ſed quòd
ea fuerit vrbs regia Dauidis, & Iudaici regni ca-
put; quòd niſi numeroſo duarum ſaltem tribuū
quaſi ſatellitio & comitatu muniretur, caput re-
gni eſſe non poſſet; Ieroboamo proculdubio ſui
regni ſedem in alia vrbe tribus Ephraim conſti-
tuturo.

At Theodoretus quæſt. 35. & Procopius indi- *Theodoret.*
cant, vnam tribum relinqui Salomoni propter
parentem Dauid, nempe tribum Iuda; alteram
verò, id eſt, Beniaminiticam, propter Ieruſalem,
id eſt, propter templum Ieroſolymitanum, cuius
ædificij pars incidebat in ſortem Beniamin; qua
re facta mentione Dauid, & Ieruſalem, nõ vnius
tantum ſed duarum tribuum mentio facta cen-
ſetur cum diſtributione accommoda vnius tri-
bus pro Dauid, vnius item alterius pro Ieruſa-
C lem & templo. Vbi Procopius per paraphraſim;
Addam, inquit, tribum Beniamin tribui Iuda; Iuda *Procopius.*
enim proſapiam regiam habuit, tribus autem Benia-
min templum Dei.

Illa verò Abulenſis ratio qua etiam videntur *Abulenſis.*
vti Theodoretus, & Procopius, vt nomine Da- *Theodor.*
uid intelligatur tribus ipſa regia Dauid; ratio in *Procopius.*
firma eſt; potuit enim tribus Iuda à Salomone,
& ſua poſteritate deſciſcere, ſicut etiam defece-
rat à Dauide. 2. Regum. 9. 10. 11. cùm neceſſariū
illa Abſalonis, ſacerdotes loqui ad tribum Iuda
abalienatam à Dauide: *Cur venitis nouiſſimi adre*
ducendum regem in domum ſuam? fratres mei vos,
os meum & caro mea vos, quare nouiſſimi reducitis
regem?

D Tertia reſpondendi ratio Vatabli, nomine *v-* *Vatablus.*
nius tribus duas omnino intelligi, quòd *tribus Iu-*
da & Beniamin pro vna reputentur, quòd eſſent per- Tribus Iuda & Beniamin permiſtæ.
miſtæ. quare regibus Iuda ſemper paret & mili-
tat Beniamin. 3. Regum. 12. 2. Paralip. 14. & 15. &
paſſim. Permiſtas autem fuiſſe eas tribus & illa-
rum ſortes nec ſine miſterio agnoſcit ipſe Theo
doretus, immo & Hieronymus: qui in capit. 2.
Matth. ait, ideo dici Rachel plorare filios Iuda,
quia Bethlehem, licèt ſit in tribu Iuda, & Ra- *Theodoret.*
chel mater ſit Beniamin, *tamen Iuda & Beniamin* *Hieronym.*
duæ tribus iunctæ erant. & nos expoſuimus libr. 5.
vbi quærebamus de templo Ieroſolymitano in
quam ſortem cecidiſſet.

E Quarta item aliorum; nomine *vnius tribus* in
telligi tribum Iuda integrā; cui tribus Simeonis Tribus Simeonis per miſta tribui Iudæ.
tota permiſta fuit, ac proinde ſub Iuda ſynecdo
chicè Simeonē includi, qua ratione neque Moy-
ſes inter benedictiones Deut. 33. Simeonis memi
nit: quia accenſitus eſt Iudæ: & poſſeſſio eius per
tribum Iudæ interſerta, vt dicitur Ioſue 19. 2.
Fuit hæreditas eorum (Simeonis) *in medio poſſeſſio-*
nis filiorum Iuda ob cauſas quidem arcanas, quas
ſapienter & ſubtiliter eo loco inquirit Maſius,
& ideo peculiariter vocantur *fratres* Iudas; & Si
meon, & communes habent expeditionis. Iud.
1. 3. *Ait Iudas Simeoni fratri ſuo; Aſcende mecum*
in ſortem meam, & pugna contra Chananæum, vt

& ego

& ego pergam tecum in ſortem tuam; & abijt cum eo Simeon. Beniamin autem non niſi *pars penes Iudam remanſit.*

Annius.

Quinta Ioannis Annij Viterbienſis in commentarijs ſui Philonis 2. parte Breuiarij tẽporum; ideo dici vnam tantum tribum relictam Salomoni, id eſt, tribum Iuda, quoniam tribus alia Beniamin attribuebatur fratri Salomonis Nathano propter ius quod habebat ad ſuccedendum in regnum: & quamuis quidem ſucceſſores Nathan ſimul pugnarent cum Roboam, & ſucceſſoribus eius pro regno Iuda aduerſus Iſraëlitas, tamen reges ſolùm peculiariter ducebant tribum Iuda: at Nathaniſtæ ducebant tribum Beniamin, & producebant in bellum.

B

Quartæ reſponſionis cõfutatio.

Ex his quatuor quinqueve reſpondendi rationibus propoſitæ difficultati, quarta quæ ſpecioſa videtur, neque bona eſt neque boni auctoris, atque apertè pugnat cum ſacra hiſtoria; 3. Reg. 12.21 *Venit Roboam Ieruſalem, & congregauit vniuerſam domum Iuda, & tribum Beniamin.* Et inferius; *Loquutus eſt Semeias vir Dei ad Roboam, & ad omnem Iuda & Beniamin.* & 1. Paral. 14. habebat *Aſa rex Iuda in exercitu ſuo de Iuda trecenta millia, & Beniamin ducenta octoginta millia:* & ca. 15.2. *Omnis Iuda & Beniamin.* Accenſetur igitur Beniamin Iudæ; minimè Simeon. Sed præterea Simeonem fuiſſe in decem tribubus ſequutis Ieroboam, teſtimonium illuſtre 1. Paral. 15.9. Aſa rex Iuda *congregauit vniuerſum Iudam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manaſſe, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Iſrael, videntes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo.* Sed in re indubitata non abutendum otio.

Simeon nũquã accenſus Iudæ.

C

Tantum reſpondendum ad obiectionem, qua illa ſententia aduerſus veritatem pugnabat, fieri ſanè potuiſſe vt alijs rerum & temporis occaſionibus Simeon accenſeretur Iudæ; ſed minimè ſanè in defectione decem tribuum à tribu Iuda, & à domo Dauid. præſertim cum Simeonitæ colonias altò duxerint extra tribum Iudæ, non ſolùm Ezechiæ tempore, vt indicatur 2. Paral. 4.41. ſed à tempore Dauidis: cum enim ibi recenſeantur vrbes Simeonitarum, ſubiungitur verſiculo. 31. *Hæ ciuitates eorum vſque ad regem Dauid.* deinde verò verſiculo. 39. *Multiplicati ſunt vehementer; & profecti ſunt, vt ingrederentur in Gador vſque ad orientem vallis, & vt quærerent paſcua gregibus ſuis.* Atque adeo R. Salomon cum R. Eleazaro, & R R. alijs eiuſdem farinæ, exiſtimauit, Simeonitas aliquando tandè fuiſſe à Iudæis exactos ſuis poſſeſſionibus extra tribum Iuda ad quærendas nouas ſedes.

Simeonitæ ducentes colonias extra ſuã ſortem.

D

Rabbini

Annius reiectus.

Vltima verò, quæ eſt Annij, eſt omnino falſa & commẽtitia, vt conſtare poteſt ex locis nuperrimè adductis, in quibus trib. Beniamin ſimul cum tribu Iuda ducitur & educitur ad bellum ab ipſis regibus; præterea nititur commentitio fundamento de iure ſuccedendi in regnum quo donatus fuerit Nathan filius Dauid. vt oſtendimus, cum de linea & ſucceſſione Salomonis nunquam exciſa vſque ad Chriſtum dominum diſputamus inferius ad finem huius libri.

Abul.

Theodoret.

Vatablus. admiſſus & probatus.

Ex alijs verò ſententijs, prima quæ eſt Abulenſis, ſatis erit, rem in ſpeciem tantum conſideranti. Secunda quæ eſt Theodoreti ſubtilior eſt, & proculdubio acuta: fieri etiam poteſt vt alicui ſolida videatur. Tertia quæ eſt Vatabli opportuna & firma, & cum ſacræ hiſtoriæ loquendi modo conueniens; nam cum 2. Regum. 2. 10. dicatur; *Nec ſequutus eſt quiſquam domum Dauid, præter tri*

A

bum Iuda ſolam, oportet ſanè ſub illa comprehendi Beniamin. Vide quæ ſuperius diſputabamus de loco & ſorte Ieroſolymitani templi.

Verſ. 40.

SEd illud tandem dubitatione & cupidine quadam quærendi animum pulſat; non videri veroſimile Salomonem expetijſſe Ieroboam ad mortem, vt huic neceſſarium fuerit confugere in Aegyptum: & tamen Ahiam prophetam liberum dimiſiſſe, qui auctor & prædicator extitiſſet diuidendi regni, atque futuræ illius miſerrimæ decem tribuum defectionis. Certè de hac re tacet Scriptura, tantum dicit Ahiam prophetam in agro deduxiſſe de via Ieroboamum, cui remotis arbitris decem pallij ſciſſuras tradidit, atque diuinum oraculum expoſuit Paraphraſt. Kald. cant. 8. n. 12, ſuper id, *Vinea mea coram me eſt; mille tui pacifici* (Hebraica: Salomonis) *& ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius.* ſcribit in hæc verba: *Quando audiuit Salomon Rex Iſrael prophetiam Achiæ Sylonitæ, quæſiuit occidere eum, & fugit Achia à facie Salomonis, & abijt in Aegyptum, & in illo tempore dictum eſt in prophetia Salomoni regi, quòd dominaretur decem tribubus omnibus diebus ſuis, & poſt mortem ſuam dominaretur eis Ieroboam filius Nabat. & duabus tribubus, videlicet Iuda & Beniamin dominaretur Roboam filius Salomonis.* Quæ hiſtoria minimè diſplicet Franciſco Lucæ in ſuo illo tractatu de Kaldaica ſacræ Scripturæ paraphraſi p. 7. quin potius probat & confirmat; tametſi enim de Ieroboam ſolo in Scriptura id referatur, potuit id aliunde Paraphraſtes, etiam de Ahia accepiſſe, quemadmodum multa Ioſephus de Iudaicis antiquitatibus narrauit, quæ in Scriptura non extant; nec ideo tamen continuò, vt figmenta damnantur. *Non eſt autem* (inquit) vero abſimile in eodem verſatos fuiſſe diſcrimine: & Ahiam prophetam qui promiſerat, & Ieroboam principem, cui promiſerat decem tribuum à Salomonis regno ſeparandarum imperium.

15

An Salomon perſequutus fuerit Ahiam.

B

Kaldæus.

C

Frã. Lucas.

Ioſephus.

D

Ego ſanè cum videam Ieroboami fugam in Aegyptum, & irritum Salomonis conatum de illo perdendo tradi in ſacra hiſtoria, at vero prophetæ, in quo perſequendo & ad mortem expetendo ingens Salomonis deprauatiſſimi animi, atque diuinæ prouidentiæ clariſſimum teſtimonium ſpectari poterat, nullam prorſus mentionem fieri, firma coniectura in animum induco, nihil eiuſmodi à Salomone tentatum, neque ſæuire voluiſſe in ſanctum prophetam, quippe ſi animus aduertitur inter grauiſſima, atque plurima Salomonis peccata, nunquam reperiemus neque in res ſanctas, neque in homines ſanctos efferatum aliquando fuiſſe, neque templo & ſanctitati iniuriam aliquam intuliſſe, præterquam extructis extra Ieruſalem tẽplis, interim ſacrificijs, ſacerdotibus, prophetis ſanctè & libere viuendi Deumque colendi poteſtate facta. In quo quantum Manaſſe fuerit abſimilis, vel ex illo colligi poteſt, quod ſcribitur 4. Regum 21. 16. *Sanguinem innoxium fudit Manaſſe multum nimis, donec impleret Ieruſalem vſque ad os.* At verò Salomon etiam inter ipſa peccata cum à carne non Abſtinuit, à ſanguine abſtinuit.

Kaldaicæ traditionis confutatio.

Salomon nunquã in ſacerdotes aut viros ſanctos ſæuiens.

CAPVT XXIV.

Infœlicitas eius circa ſobolem.

Ad locum Eccleſ. 2. 18. 19. Deteſtatus ſum omnem induſtriam meam qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus haredem poſt me, quem igno ro vtrum ſapiens, an ſtultus futurus ſit.

1 *Grauiſſima matrimonij moleſtia. Ezechia præſa gium de filio Manaſſe.*
2 *Intemperantia coniuncta ſterilitas. Vnicus Salomoni filius, filia dua. Nulla ex filia Pharaonis proles ſuſcepta. Dauidis ſeueritas erga Michol.*
3 *Roboam immatura pueri Salomonis ſoboles. Timidus, & imprudens. Puer ſenſu non ætate. Explicatus locus Paralip.*
4 *Roboam aduerſus Salomonem iniurius. An giganteo corpore.* Lumbi *ſedes roboris.* Minimus digitus *cuius rei ſymbolum. Illuſtratus locus Regum.*
5 *Roboami excuſatio. Non omnino imbellis. Strenuus inſtaurator vrbium, & publicorum ædificiorum. Triennio pius.*
6 *Abia regis teſtimonium de parente Roboam. Huius poſteriora corruptiſſima.*
7 *Relatus inter impios, & damnatus. Explicatus locus Regum.*
8 *Quo ætatis anno Salomon duxit Naaman. An nuptia cum filia Pharaonis priores.*
9 *Roboami conceptio & natiuitas. Pharaonis filia tertio regni anno ducta. Mater Roboami non primaria vxor.*

I. Raritas, & ſterilitas ſobolis Salomonica ex tot vxoribus.

1

Caro pro filijs.

EOrum, qui matrimonio iūcti ſunt; vt qui grauiſſimam *carnis*, id eſt, filiorum *tribulationem* perpeſſuri eſſent, miſeratione tāgebatur Paulus, 1. Corin. 7. 28. vt propterea cōtinentiam, & cælibatum illis verbis ſuaderet: *Ego autem vobis parco*, id eſt, miſeratione tactus veſtrarum ærumnarum, *(aconſejo os lo de pura laſtima que os tengo.)* Et meritò ſanè; ſi enim non habeant liberos; triſtiſſima quadam ſolicitudine & orbitate contabeſcunt: Si habeāt illa ſemper animo cura, & aculeus infixus hæret educandi, nutriendi, ditandi, & augendi, vt ſenex ille eleganter & verè dicebat: *Duxi vxorem; quam ibi miſeriam vidi? nati filij, alia cura.* Qui volet videre Imperatorem maximum cæteris affluentem bonis omnibus, vnico filiorum ac nepotum infortunio miſerrimum, oculos ad Auguſtum Octauium conuertat, ad omnem filiorum ac nepotum mentionem ingemiſcentem, & vomicas ſuas aut carcinomata vocitantem. Lege Suetonium. c. 65. Quod ſi exempla etiam ex ſacris quæras, inuenies proculdubio in Dauide mille paſſo à filijs corporis & animi moleſtias

Matrimonij moleſtiæ. *Terentius.* *Octauij proles infœlix.* *Suetonius.*

A grauiſſimas: & in ſancto etiam Ezechia, qui, vt dixit Chryſoſtomus, Hom. 1. in caput Matthæi. 1. *præſagiens futuram filij ſui Manaſſe impietatem, voluit illum interficere, malens ſine filio mori, quàm eum relinquere. quòd & Deum exaſperaturus, & ſanctos eius perſequuturus eſſet.* Salomon verò vtroq; nomine infœliciſſimus, & quòd non plures ſuſceperit, & quòd talem ſuſceperit.

Chryſoſt. Ezechias præſagiens impietatē filij Manaſſe.

2

Salomonis quot filij.

Ergo quòd ad primum attinet, ſanè mirum, immo nihil mirum, quòd ex tot vxorum & concubinarum gregibus, non niſi maſculam vnam
B prolem ſuſceperit, Roboamum, ac duas prætera filias Thapheth, & Baſemath. 4. Regum. 11. 15. quarum matres ſine nomine; forte quòd nomine indignæ. Sic Suidas de illo: *Ex mille vxoribus ſolus illi mas natus eſt Roboam filius, & ipſe ex alienigena Naama Ammanitide; indignus imperio. multitudo enim coniugiorum orbitatem facit.* Sanè quidem cum libidine & intemperantia ſterilitatem coniunctam eſſe tum ratio ipſa, tum experientia docet, vt oſtendimus in commentarijs Iob ad id c. 24. verſ. 21. *Pauit ſterilem, & quæ non parit.* Rem attigit Plutarchus in vita Licurgi, & libello de garrulitate, & lib. 5. de Placit. Philoſophorum.

Suidas. Sterilitas Proles intēperātiæ. *Plutarch.*

Et illud etiam fecit nuptias cum Pharaonis filia quam præ cæteris vxoribus diligebat, infœliciores, quòd nihil ex illa liberorum tulit, cū maC ximè cuperet. Quod enim B. Anton. 1. parte ſuæ hiſtoriæ, tit. 3. ſcribit, Salomonem anno vndecimo ſuſcepiſſe *filium ex Pharaonis filia*; procul dubio memoriæ lapſus fuit; voluit enim dicere ex Naama Roboami matre. Atque vtinam is fuiſſet Salomon: qui cum ſciret vxorem aliquam in veri Dei fide nutantem; ita ab illa diſcederet, vt perpetuò ſecubaret, Dauidis parentis exemplo: qui erga vxorem, cui religioſa viri pietas tripudiantis coram Dei arca diſplicuerat, ita ſe præbuit ſeuerum vt *Michol filia Saul nō fuerit vnquā natus filius vſque in diem mortis ſuæ.* 2. Regum. 6. 23. itaque Dauidis pietas, & ſanctitas vxorem effecit ſterilem. Sed longè alia in Salomone filio ſterilitatis vxorum cauſa, nimirum intemperatiſſima libido, & frequentior iuſto vxoria conD ſuetudo.

Salomō ex Pharaonis filia nō ſuſcipiens filium. *Antoninus* Correctus. Dauidis ſeueritas erga Michol.

II. Roboami filij ſtultitia, & impietas.

5

SEd eſto vnicus tantum ſuſceptus Roboamus, as is fuit ne pro multis liberis? minimè ſanè; licet enim is videtur fuiſſe *fortitudo parentis* Salomonis, vt in quo ſe virum oſtenderit: at fuit, *& initium* doloris illius; vt qui non modò non *lætitia* patris, ſed *mæſtitia* incredibilis occaſio fuerit, nimirum parenti ſapientiſſimo ſtultus filius, & imprudentiſſimus. Quod videtur notaſſe Hier. epiſt. 132. ad Vitalem, vocans *immaturam*
E Salomonis ſobolem *Perſpicuum* (inquit) *eſt homines à parua ætate libidini deditos immatura eorū ſobole demonſtrari; quòd etiā eo tempore peccare cœperūt, quod natura nō patitur.* Siue ergo præproperæ libidinis, ſiue aliter Salomonis pęna fuit, infœliciſſimus tamen filius fuit, vt notatur Eccleſiaſt. 47. 27. *Dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis (ſuæ) ſtultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit Gentem conſilio ſuo.* in quo quidem imprudentiæ vitium quod qualeve fuerit apparet: cum enim, vt ſummus Orator idemque clariſſimus Philoſophus dixerit *imprudens eò quò minimè vult reuoluitur*: cum minimè vellet Roboā vt populus ſui iuris ac ſuæ voluntatis libidini per-

Gen. 49. 3. *Prou. 10. 1.* *Hieronym.* *Cicero.*

Imprudentia Roboami.

A ni permitteretur, id maximè imprudens facit, vt omnino deficerent decem tribus ad alium regem arbitratu ſuo conſtituendum. Quare ipſe Salomon Eccleſiaſtæ. 2. 21. iam præuidiſſe videtur id, quod maximè illum angebat, fore vt ſuus hæres euaderet *ſtultus & homo otioſus*. Fuiſſe præterea languidum & imbellem, filius eius Abia, in oratione illa quam habuit ad decem tribus, iam iam manus conſerturus in prælio, ingenuè fatetus 2. Paralip. 13. 7. *Praualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porro Roboam erat rudis & corde pauido, & non potuit reſiſtere eis*, pro quo propriè ex Hebræo legitur; *puer & delicatus corde*. Septuaginta *Iunior & timidus corde*.

Timiditas & languor.

Puer ad imperitiã & pauorẽ.

An Abia parẽti ſuo Roboã iniurius.

B Quodquidem tanquam ex receptiſſima vulgi opinione videtur dixiſſe Abia: non quidem vt aliquid detraheret parenti; quem omnes nouerant, etſi quadraginta vnum & eo amplius annos, natum, fuiſſe imperitia quadam & ſtultitia puerili; ſed prætereà etiam mollitudine & timiditate animi item puerili, atque adeo plus nimio iuuenilibus conſilijs addictum, & contemptiorem ſenum. Stultitiæ item atque impietatis aduerſus parentem Salomonem fuit reſponſum illud 3. Regum 12. 10. *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei*. quod ſanè dixiſſe videtur aſpiciens ad teneriorem parentis Salomonis ætatem, & delicatiorem totius corporis habitudinem, cum regnare cœpit;

4
Stultitia & impietas.

Alluſio ad Salomonis pueritiã.

C cum enim Salomon ſecundum alios fuerit vndecimo aut duodecimo ætatis anno: ſecundum alios decimo quarto, ſecundum alios vigeſimum non exceſſerit initio regnandi; tamen duplo prouectiori & confirmatiori ætate, atque corporis robore maiori fuit Roboam, cum patri ſucceſſit, atque ea potiſſimùm ætate quæ firmiſſima & robuſtiſſima eſt, quem virilitatis ſtatum appellant. Quod tam craſſo & pingui ſenſu accepit Treius Matth. 1. cum in genealogia Saluatoris in Roboamum incidit, vt intellexit Roboamum extitiſſe adeo procera & craſſa corporis magnitudine, vt inſtar coloſſi fuerit: cujus digitus minimus fuerit groſſior dorſo ac lumbis Salomonis.

Treius.

An Roboã nimiũ procera corporis magnitudine.

D Sed proculdubio groſſa hæc & pinguis fuit Treij opinatio; quamuis enim tum eam reſponſionem ſuperbiæ & arrogantiæ plenam dedit Roboam, ad teneriorem delicatioremque parentem Salomonem reſpexerit, vſus tamen eſt hyperbolica & prouerbiali loquendi formula, qua nihil aliud ſignificatur, quàm quod Kaldæus ſua lectione expreſſit: *Debilitas mea fortior eſt robore patris mei*. & quod Septuaginta dixerunt *paruitas mea*. quòd enim *lumbi* ſint ſymbolum, & ſedes roboris: *minimus* autem *digitus* maximè in corpore infirmus, & & ad vſum ineptus: illi ſignificant partem ſupremam rei alicuius, iſte minimam & infirmiſſimam.

Hyperbole prouerbialis.

Lumbi & digitus minimus cuius ſymbolum.

E Ergo voluit Roboam ſignificare minima ſua maiora eſſe maximis parentis ſui Salomonis; & quidquid potuiſſerà populo etiam per tyrannidem & violentiam obtinere parens Salomon, fore vt ipſe multo faciliùs extorquere vel ab inuitis valeat: fore etiam vt ipſe multo pluribus indigeat ad faſtum regium & opulentiam regni non ſolùm non minuendam, ſed multo magis amplificandam, Princeps ſanè vel hoc ſolo nomine, vt Suidas dixit; *Imperio indignus*; quòd Salomonis parentis gloriam & magnificentiam ſupra mortales omnes incredibilem, non modò æquare, ſed etiam ſuperare ſe poſſe aut ſperarit, aut dicere auſus fuerit. Ioſephus: *Ibi* (inquit) *Deus ſine dubio mentem ademit homini*. & Abulenſis non dubitat illum vocare *quendam virum inutilem, ſtultum, & carentem omni perfectione*. vt de illo dici poſſit, magis ſibi ipſi atque parenti dehoneſtamento fuiſſe quam ei parentem honeſtamento & gloriæ.

Roboam cur imperio indignus.

Suidas.

Ioſephus.

Abulenſis.

III. Quæ ad Roboami fortitudinem & bona initia ſpectant.

5
Incertũ an Roboam dixerit, Digitus meus.

3. Re. 12. 10

SEd vt aliquid pro Roboamo dicamus, quamuis quidem ſtultiſſimæ imprudentiæ nota meritò nunc inurendus, tamen nuſquam inuenio neque in libris Regum neque in Paral. illud iuuenile conſilium; atque prouerbium de *dorſo* & *digito* vſurpatum à Roboam: tantum reperiſſe B illa adoleſcentum verba: *Pater meus aggrauauit iugum veſtrum*, &c. Neque inuenio hominem tam imbellem quin ſtatim atque defecerunt decem tribus, congregarit exercitum centum octoginta mille bellatorum; neque aliter ab expeditione deterreri potuiſſe, quàm Dei & Semeiæ prophetæ monitu; *Video regem ſtrenuum in ædificandis & muniendis vrbibus*. 3. Regum 21. 22. 25. Paralip. 11. 6. 7. 8. vbi quindecim ciuitates muratas muniſtiſſimas ædificaſſe ſcribitur, atque inſtruxiſſe *Horrea & apothecas ciborum, olei, & vini; plurima item armamentaria ſcutorum & haſtarum in ſingulis vrbibus feciſſe, atque firmaſſe eas ſumma diligentia*. Tum prætereà per tres annos C confirmato regno piè atque ſanctè vixiſſe. 2. Paral. 11. 17. Placuiſſe illi filium ſapientiſſimum & potentiſſimum, nimirum Abiam, cui & regnum hæredi deſtinauit. 2. Paral. 11. 23. Poſt direpta ſcuta aurea quæ fecerat Salomon, à Seſac rege Aegypti, iterum inſtaurauit totidem ex ære ſcuta, quæ regijs ſcutarijs & cuſtodibus tradidit. 3. Regum 14. 27. nunquam non ſe præbuit conſtantem & repugnatorem aduerſus Ieroboam 3. Regum 14. 30. 2. Paral. 12. 15. Denique *opera Roboam prima & nouiſſima digna fuerunt, quæ in libris Semeiæ prophetæ & Adde videntis diligenter exponerentur* 2. Paralipom. 12. 15.

6
An Abia inſolẽtius loquutus de parẽte Roboam.

Quòd verò dixit Abia de Roboam parente, D *fuiſſe rudem & corde pauido*, fieri potuit, vt paulò etiam inſolentius loqueretur; vt & modum excellit, cùm dixit: *Viros vaniſſimos, & filios Belial*, congregatos fuiſſe cum Ieroboam; ea tamen intentione, vt metum aliquem afferret Iſraelitis; vel vt aliqua ratione ad ſe alliceret; & defectionem factam tempore parentis, tribueret potius vitio parentis, quam vlli rei factæ æquitati aut deficientium tribuum virtuti.

Cẽſura vitę & geſtorũ Roboã.

Itaque inuenio ſanè Roboam virum quod ad res bellicas & alias publicas attinet, non omnino contemnendum, initijs præſertim regni: ſed, quod ad mores, & religionem attinet, hominem poſtea corruptiſſimum; vt cuius tempore E vniuerſum regnum corruptiſſimè vixerit; ſicut ſcriptum eſt, 3. Regum 14. 22. *Fecit Iudas malum coram domino, & irritauerunt eum ſuper omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt: ædificauerunt enim & ipſi ſibi aras & ſtatuas, & effœminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium*.

7
Roboã impietatis impœnitens.

Porro non ſolum peccaſſe, quod multorum fuit; ſed etiam non pœnituiſſe, quòd obſtinatiſſimæ impietatis fuit; colligitur ex 2. Paralip. 12. 14. vbi illius geſta hac clauſula concluduntur: *Fecit malum, & non præparauit cor ſuum, vt quæreret Dominum*. quod ad extremam impœnitentiam, & damnationem referendum cenſet Abulenſis. 2. Paral. 12. q. 21. cuius etiam impietatem

Abulenſis

exagge-

exaggerat incredibilis ille, quo Maacham vxorem amore proſequebatur impijſſimam feminã, & principem in ſacris Priapi, vt ſcribitur 3. Reg. 15. 13. 2. Paral. 11. 2. Tum quod ſcribit Ioſephus. 8. antiquitatum c. 3. *Cum videret regni ſui tanta incrementa, factum fuiſſe contemptorem veræ religionis. ita, vt etiam populum in imitationem ſui pertraheret, ne iuſtitiæ ſtudijs regem ſuum offenderent.*

Ioſephus.

IV. Nuptiæ Salomonis cum Naama Roboami matre.

8 SEd, vt quod ad Roboami matrem Naamam, & eius cum Salomone nuptias ſpectat, breui nunc abſoluamus; meritò in controuerſiam vocatur, quo tempore Salomoni nupſerit, vt in regnum ſuccedens Roboam potuerit eſſe quadraginta & vnius annorum. Intereſt enim rerũ Salomonis, ſcire, qua ætate duxerit mulierem Ammanitidem, nimirum ex gente, cum qua prohibita erant Iſraelitis connubia; oportet enim Roboami natiuitatem incidere in ipſa regni Salomonis primordia, vel paulo etiam antequam regnare inciperet, cum nõ amplius, quam quadraginta regnarit annos: quod ne aſſeramus, duo obſtare videntur. Alterum, quòd eo tempore ſanctiſſimum iuuenem, & totum ardentem ſapientiæ, & pietatis ſtudio, viuente præſertim Dauide parente, vix credi poteſt, ad impia cum Ammanitidibus, & alienigenis connubia deflexiſſe. Et augetur quidem difficultas ex eo, quòd Naama Roboami mater videtur fuiſſe alienæ religionis, atque adeo ſua perſuaſione filium Roboamum ex bonis initijs ad nefariam idolorum ſuperſtitionem pertraxiſſe, vt fatentur Nicolaus 2. Paral. 12. & Abulenſis eodem loco. q. 21.

Naam Roboami mater an alienæ religionis.

Nicolaus. Abulenſis.

Secundum, quòd Salomonis cum filia Pharaonis nuptiæ primæ fuerunt; & ſtatim atque confirmatus eſt in regno, celebratæ. 3. Regum. 1. 2. Paral. 1. 1. neque enim veroſimile videtur alijs nuptijs, aut voluptatibus primum indulſiſſe iuuenem ſanctum, delicatum, ſapientiæ ſtudijs totũ deditum: hæ autem nuptię nõ niſi poſt tres quatuorve annos à ſuſcepto & confirmato regno cõtigerunt: à quo tempore vſque ad Roboamum non intercedũt anni quadraginta & vnus, quot habebat Roboam initio ſui regni.

An nuptię cũ Pharaone primæ fuerint.

In hac controuerſia ego ſic cenſeo, Naamam Salomonis vxorem genere Ammanitidẽ, religione iam Iudaica imbutam, rectè & ritè potuiſſe à Salomone vxorem duci; quòd autem poſtea ad gentilitiam ſuperſtitionem redierit, nõ conſtat; quãuis veroſimili coniectura duci videatur Nicolaus & Abulenſ. quo primæ obiectioni ſatisfit.

Naam vera religione initiata

Nicolaus. Abulenſis.

9 Ad ſecundam autem difficultatem, duas reſpondendi rationes adhibet Abulenſis 3. Regũ. 14. q. 32. & 2. Paral. 12. q. 20. Primam, quòd initio regni tum duxerit Salomon Pharaonis filiam, tũ etiam ſimul duxerit Naamam; huius autem non fieri mentionem vllam, quòd nõ fuerit primaria vxor; ſtatim igitur genuiſſe Roboamũ, qui poſt quadraginta integros regni Salomonici annos, & interregnum aliquorum menſium, antequam communibus populi ſuffragijs confirmaretur in regno Roboam, potuit iam habere quadraginta & vnum annos, inceptos, nondum completos. Sed ſanè vix poteſt hęc reſponſio rei conuenire; nam fere nouem aut decem menſes cõceptionis Roboami demendi ſunt antequam eius natiuitas numerari incipiat in Salomonis regno: interregnum verò, quod Abulenſis requirit, antequã conſtituatur Roboam in regno, nõ videtur fuiſſe multorum menſium; ſolet enim eã res, cum legitimus adeſt hæres, breuiſſimè peragi.

Prima Abulenſis reſponſio minus idonea.

Abulenſis.

Secundò reſpondet Abulenſis, Pharaonis filiã non niſi poſt tres annos à ſuſcepto regno ductã à Salomone; at verò matrem Roboam ab illo ductam viuente adhuc Dauide, immo & natũ fuiſſe Roboam vno anno ante Dauidis mortem; atque eadem eſt Hebræorũ ſententia in Sederbolam c. 16. Quæ res cum nimium difficilis ſit in illorum ſententia, qui contendunt Salomonem vixiſſe non amplius quinquaginta vno aut quinquaginta duobus annis, atque adeo genuiſſe filium decimo, aut vndecimo anno, quod ſupra naturæ vires videtur eſſe, vt & fatetur Hieronymus epiſt. 132. ad Vitalem; quãuis exemplo Achaz confirmetur, qui vndecennis etiam genuit Ezechiã, vt ex certa regnorum cõputatione colligitur. 4. Reg. 16. tum præterea exemplo mulierculæ ebrioſæ pariter, ac libidinoſæ, quę ex decenni puero, quẽ nutrierat, impleta eſt, vt ſuperius iudicabimus lib. 3. cum de Salomonis ætate aliquid diceremus: dictum etiam fuſius cum vniuerſæ vitæ annos numerauerimus ex frequenti plurimorũ ſententia: Tamen apud nos, qui paulo latioribus annorum ſexaginta terminis Salomonis vitam circumſcribimus, res eſt facilis, & ad credendum prona: incidit enim Roboam in Salomonis decimum octauum aut nonum vitæ annum, quo nihil mirum iam duxiſſe, non quidem primariam, ſed ſecundariam aliquam vxorem, eo præſertim tempore, quo in conſuetudine videtur fuiſſe ea paulo maturior cum vxoribus conſuetudo. Ergo primas fuiſſe Salomonis nuptias cum ſecundaria illa concubina, nõ cum primaria vxore.

Secunda reſponſio idonea.

Hieronym.

Roboã ſuſceptus à Salomone nato annos 18.

CAPVT XXV.

An ſtirps Salomonis, & regia linea exciſa in Ioas rege.

Ad locum Matthæi. 1. 9. Ozias autem genuit Ioatham, &c.

1 *Salomon pro ſua poſteritate orans. Linea regia exciſa in Ioas, & translata ad familiã Nathan aliorum ſententia.*

2 *Abiſar & Mathath qui apud Philonem. Fratres Ochoziæ interfecti à Iehu. Qui fratres à Ioram occiſi.*

3 *B. Brigittæ de Salomone teſtimonium. Athalia ſæuiens in ſtirpem regiam. Cur Matthæus, & Lucas non eadem genealogia linea vſi.*

4 *Certum perpetuam duci lineam à Salomone in Chriſtum. Philo & Beroſus Anniani ſuppoſitij & mendaces.*

5 *Ioſeph ſponſus Virginis de ſemine regio. Ioas filius naturalis Ochoziæ. Nathan minor natu Salomone.*

6 *Duplex Nathan. Abiſar nomen proprium, non appellatiuum. Fratres in ſacro ſermone qui*

7 *Cur Beniamin comprehenſus ſub Iuda. Temeritas Annij. Cur Athalia ſæuiens in prolem regiam.*

8 *Matthæus naturalem Chriſti generationem. Lucas legalem texens.*

Illud

A
Illud quoque circa ſobolem de-
ſcendentium à Salomone ad
illius ſiue ſupplicium ſiue par
tem non vltimam miſeriarum
ſpectat, quòd in dubium ver-
tatur, an Salomonis poſteritas
omnino deleta fuerit in Ioas,
id eſt, in ſeptima generatione, an pertinuerit vſ-
que ad Chriſtum verum Meſſiam. Quod tamen
ſummis expetebat votis, cum olim orabat Salo-
mon 3. Regum. 8. 25. *Domine Deus Iſrael, conſer*
ua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, di-
cens: Non auferetur de te vir coram me qui ſedeat
ſuper thronum Iſrael: ita tamen, ſi cuſtodierint filij
tui viam ſuam, & ambulent coram me.

B

Prima ſententia reducentiũ Chriſti lineam per Nathã

Sunt ergo qui aſſerant lineam regiam in Chri
ſti genealogia per Salomonis poſteritatem ſte-
tiſſe generatione ſeptima, deinde tranſlatam ad
poſteritatem Nathan fratris Salomonis; hoc or-
dine, vt ex Salomone ſucceſſerint Roboam, A-
bia, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ochozias, Ioas; qui-
bus ſeptem generationibus Salomonicis finitis
regnat Amaſias, qui Amaſias non iam dicatur
filius Ioas, aut Salomonis naturalis, ſed legalis:
naturalis verò ſit ex poſteritate Nathani. Ex
qua fuerunt poſteri omnes reges & duces vſque
ad Ioſeph; ſed tamen quia binomines fuerunt,
aliter nominantur à Matthæo, aliter à Luca; &
à Matthæo quidem additi qui ab illo prætermit C
tuntur, ſicut Ochozias, Ioas, Ozias, Amaſias,
Ioathan, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Io-
ſias, Iechonias, Salathiel. at verò à Luca his no-
minibus recenſentur, incipiẽdo à Ioas, Simeon,
Mathath, Leui, Iorim, Eliezer, Iehu, Her, Elma
dan, Choſan, Melchi, Addi, Neri.

Huius ſententiæ fundamentum petitur ex
Phil. 2. p. ſui Breuiarij de Temporibus; cuius ver

Philo.

ba fuerit operæpretium adſcribere: *Orta (in-*
quit) lite inter filios Dauid, quos ex Berſabe genue-
rat, quis regno præcederet, Dauid edicto ſtatuit à mi
noribus inchoari, & vt alter alteri ſuccederet, vbi
poſteritas naturalis deficeret: itaque à Salomone mi D
nimo cœptum eſt, à Nathan illi natu proximiore fi-
lio dicto Abiaſar, & Mathath, & poſteris eius A-
biaſarim, atque Mathathim, id eſt, vt omnes dice-
rentur, & eſſent fratres principis, & donati tempo-
re ad ſuccedendum. Hinc vſque ad Ioſaphat & O-
choziam poſteritas Nathan ſemper dicta eſt Abiaſa
rim: nam, quos occidit Ioram poſteros Nathan, quos

Ahiaſarim, & Mathatim qui.

pater in tribu Iuda præter decretum honorauerat,
filij Ioſaphat fratres Ioram dicti ſunt, ſimiliter infan
tes eorum quos Ioram liberos quidem, ſed reditu va
cuos in tribu Iuda reliquerat, dicti ſunt fratres, &
filij Ochoziæ; cum tamen Ochozias vnicus ſolus ex
Ioram, & Salemone ſuperſtes eſſet; quo perempto

Fratres Ochoziæ qui.

omnem ſtirpem regiam Abiaſarim Athalia conata E
eſt delere, niſi prouidentia Ioſabet ſororis Ochoziæ
ex Abiaſarim, ſaluatus fuiſſet minimus ex Abiaſa-
rim infans Elyph, qui Eliachim nam ſynonyma ſunt
Syris & Aegyptijs Elyb, Eliachim, Ioachim. cogno
minatus autem infans Elyb fuit Ioas, primus ex do-
mo Dauid, & poſteritate Nathan; pro My̆zmor à
dextra, & læuo choro decantatus fuit; qui à Septua
ginta ſenioribus ſeptuageſimus quartus poſitus eſt, &
ſub Ioiada inſtitutus, Ne diſperderet Deus funditus
domum Dauid vbi finierat proles Salomonis.

2
Annius. Guilandus. Driedus.

Hanc Philonis ſententiam, viri docti non pau
ci ſequuti ſunt, Ioannes Annius Philonis eluci-
dator, Georgius VVicelius, Claudius Guilan-
dus, Petrus Iturozquius, Matth. 1. Driedo libr.
3. qui eſt de *Supputatione annorum*. Ioannes Lu-
A cidus libro 2. de Temporibus cap. 9. Valerius
Anſelmus in ſuo Catalogo Principum, vbi de Io Anſelmus.
ram. Chriſtianus Maſæus in explanatione ge-
nealogiæ Saluatoris, ætate 6. & libr. 6. Chronic. Maſæus.
latè, & fusè Thomas Beauxamis in Luc. 3. folio.
92. Petrus Galarca in Euangelicis Inſtitutioni- Beauxam. Galarca.
bus lib. 7. cap. 7. & lib. 8. cap. 3. Stephanus Salazar Salazar.
libro 1. de genealogia Saluatoris, num. 16. & 17.
probabilem dicit, & vt probabiliorem ſequi vi-
detur.

Et Ioannes Annius ſuis in Philonem commen Annius.
tarijs contendit elucidare & confirmare ſenten-
tiam hanc, primo ex 3. Regum. cap. 4. vbi filij
Nathan numerantur inter præcipuos principes Nathã trinomius.
B aulæ Salomonis, qui regi aſſiſtebant, quaſi illius
fratres, aut filij, & iure ſucceſſionis donati; qua
re Nathan dictus fuerit *Abiſar*, id eſt, *frater prin*
cipis: & Mathath, id eſt, *iure donatus*, nimirum
ad ſuccedendum in regnum. vt trinomius fue-
rit: Et non ſine cauſa triplex illius nomen indi-
catum; vt intelligatur, filios Nathan in domo
regia fuiſſe, quaſi fratres regis. nam *Abh* eſt
frater: & *Sar* princeps: *Mathath*, autem quaſi אח
donatus. *Azarias filius Nathan ſuper eos, qui aſſi* שר
ſtebant regi: Zabud filius Nathan ſacerdos ami-
cus regis, & Abiſer præpoſitus domus. de quibus
officijs, aut muneribus domus regiæ alibi diximus.

C Secundò, quòd cum 4. libr. Regum. c. 10. di- Quomodo Iehu interficiens fratres Ochoſiæ.
catur Iehu interfeciſſe *fratres Ochoziæ regis Iuda*:
at 2. Paralipom. 22. 8. dicuntur fuiſſe *filij fratrum*
Ochoziæ, qui miniſtrabant ei. quod non conci-
liari poteſt. quam quòd fuiſſent quidam nepo-
tes, id eſt, ex altera linea Nathan, quaſi conſo-
brini ſui; at verò dicerentur fratres Ahiaſa-
rim, & Mathathim, quia donati iure ſucceſ-
ſionis.

Tertiò, quòd 2. Paralipom. 10. dicitur in illa Quomodo vna tãtum tribus ſequuta domũ Dauid.
decem tribuum defectione nõ fuiſſe quempiam
ſequutum domum Dauid, præter tribum Iuda ſo-
lam; quamuis enim etiam tribus Beniamin ſe-
quuta fuerit domum Dauid, tamen vna tantum
D tribus, id eſt Iuda, ſequebatur Roboam, & tri-
bus Beniamin adhærebat poſteris Nathan; vt
vel ſic verum fuerit quod dictum eſt Ieroboa-
mo; *Decem tribus tibi dabo, & vnam tribum filio* 3. Re. 11. 32
Salomonis. Quamuis quidem quilibet filius Da-
uidis cum ſua tribu ſimul pugnarent pro aſſe-
rendo regno Dauidico, quia vtriuſque in-
tererat.

Quartò, quia Ioram, 2. Paral. 21. 4. dicitur oc- Quomodo Iorã occiderit omnes fratres ſuos.
cidiſſe fratres ſuos, quibus ſcilicet Ioſaphat pa-
ter ſuus dederat partem redituum tribus Iuda;
fratres, inquam, non naturales, ſed *Ahiaſarim*,
donatos iure ſuccedendi; quod fortãn fecit Ioſa
phat, præuidens iam iam inſtare defectionem
E poſteritatis Salomonicæ, & volens paulatim in-
troducere Nathanitas in poſſeſſionem tribus Iu-
da, quibus inuidens Ioram, & integros regios re
ditus iterum ſibi vendicare volens; ne præterea
ne tam citò in ſucceſſionem regni admitti poſ-
ſent, voluit ſuos fratres Ahiaſarim ſimul poſſeſ-
ſione atque vita exturbare.

3
Quintò, Ioannes Lucidus probat auctoritate
B. Brigillæ libro ſuarum Reuelationum cap. 19. Lucidus.
cuius hæc verba: *Salomon cui tam mirifica data,*
& promiſſa ſunt, exceſſit à bonitate, & non eſt com-
pleta in eo promiſſio propter ingratitudinem eius.
Quid autem eſt *non eſſe completam in eo promiſſio-*
nem, quàm ex illo non traxiſſe originem, aut ſan
guinem Meſſiam promiſſum?

Sextò,

Quorſum Athalia ſæuiens in nepotem.

Sextò, Accedit ratio, quòd ſi Ioas filius erat Ochoziæ & nepos Athaliæ; quorſum ſæuitura erat in nepotem filium filij ſui, & infantulum præſertim; pro quo dum adoleſceret, deberet auia ipſa iure propinquitatis regnare? Ergo puerum Ioas, qui non erat de familia Ochoziæ, ſed de genere Nathan exquirebat ad necem; ne iam tunc regnare inciperet cum Salomonis poſteritatem defeciſſe viderat.

Caluinus.

Eſt ſeptimum quoque Caluini argumentum; Fieri, credive non poſſe, vt naturalis Ochoziæ filius Ioas diligentius potuerit abſcondi à Ioiada, quàm quæri, & inueniri ab auia ſua Athalia, quæ omne ſemen regium delendi cupidiſſima erat.

Succeſſiones legales pauciores quàm naturales.

Vltimò: Quoniam cum Lucas lineam genealogiæ Chriſti, & Iacob ducat per Nathan, at verò Matthæus per Salomonem, videtur ſanè aperte indicare, Lucam, apud quem ſunt plures generationes, naturalem generationem, & ſucceſſionem perſequi eorum, quos recenſet; at verò Matthæum, qui pauciores generationes numerat, legales patres numerare, qui pauciores eſſe ſolent, quàm naturales. Quare *Ioſeph virum Mariæ* naturalem fuiſſe filium Heli, per Nathan, vt numerat Lucas; at legalem fuiſſe Iacob, per Salomonem, vt ſcribit Matthæus.

4 Certa ſententia non defeciſſe lineam Salomonis in Ioas.

Sed Salomonis Regis ſobolem, & ſanguinem minimè defeciſſe in Ochozia, ſed permanſiſſe in Ioas, qui fuerit filius naturalis Ochoziæ, adeo certum eſt, vt videatur fidei proximum: quod quia in controuerſiam nunc quoque vocari audio, atque imperitis quibuſdam leuiter, & communibus, profaniſque ore, & manibus res ſacras contrectantibus, aut potius poilucnulais, arridere video, non tam veritatis nomine (quam ſanè illi nunquam, vel quærunt, vel examinant) ſed tantum ſpecioſo quodam Philonis Anniani titulo, ex quo mirabilia quædam ad apparatum ſacrarum Scripturarum ſeſe depromere profitentur, & prædicant; quo populo fumos vendant, & nebulas; cum tamen pleraque illa Philonica, Beroſica, Anniana mẽdacia ſint, & fabellæ Græcanicæ; quid de hac Philonis, & Annij ſententia, quod ad Salomonis poſteritatem exciſam pertinet, viri docti, & ſacrarum litterarum diligentes, beneque Catholici examinatores ſentiant, atque pronuntient, exponendum impræſentiarum operæpretium arbitror; ſi prius tamen in vniuerſum illis ipſis Ludouici Viuis viri ſanè doctiſſimi, verbis vtar, quibus de Beroſo, Philone, Xenophonte, Annianis, verè & grauiter cenſuit initio lib. 18. de ciuitate Dei. *Erat quidem* (inquit) *ad manum libellus, quem Beroſi nomine vendunt bibliopolæ erant alia quadam Ioannis Annij quæ non dubito quin admiranda fuiſſent viſa, ſi attuliſſem; nempe portentoſa, & vel ſolo auditu horrenda. Sed ab illis prorſus abſtinui, ne de face, quod aiunt, viderer haurire, hoc eſt, ex libellis friuolis, & incertorum, autorum, quos ad ſtupefaciendos imperitos lectores Græcia luſit otioſa. Non quòd ſi Beroſi ſciuiſſem eſſe, non eſſem per quam libenter vſus. Sed quod mihi fœturam ſubolebant Græci hominis, vt etiam Xenophontis æquiuoca, & alia multa, quæ illorum non ſunt, quorum titulos præ ſe oſtentant. Quòd ſi quis illis delectatur, non procul ſunt petenda, amet, & fruatur, ſine me duntaxat riuali.* Hæc de Annio, & ſuo Anniano Philone, in vniuerſum. Sed ſpeciatim deinceps.

Ludouicus Viues.

Genebrard.

Ergo, vt à minoribus incipiamus, Genebrard. in Ochozia: *Falsò* (inquit) *Philo ab Annio ſuppoſitus poſteritatem Salomonis in Ochozia deſijſſe narrat.* Ioan. Maldonat. Matth. 1. n. 16. *Hæc ſententia* (inquit) *non ſolum quia minime bonos habet auctores, verum multo magis, quia ſacris litteris repugnat abſurda ſemper mihi viſa eſt.* Melchior Canus lib. 11. de locis Theologicis c. 6. *Et quis eos ferat, qui contra apertiſſima Scripturæ ſacræ teſtimonia, ſtirpem Salomonis in Ochozia defeciſſe aſſeuerant, quæ ſine omni ſacro, & profano teſtimonio, ſineque vlla rationis coniectura Philo iſte falſus comminiſcitur?* Alfonſus Salmeron. To. 3. tract. 27. in Matthæi Genealogiam: *Manifeſtò falſum; neque ſolum aduerſari Ioſepho, qui aliter ſcribit, verum etiam Scripturæ ſacræ.* Ianſen. in c. 14. ſuæ Concordiæ. *Sicut liber ille Philonis apud auctores graues ſuſpectus eſt; ita hæc concinatio plauſibilis nimis videtur eſſe contra Scripturas: & figmentum eſſe nimis manifeſtũ.* Matth. Beroaldus li. 3. ſui Chronici in Ochozia: *Impudens* vocat *commentum, & mendacium à Philone Iudæo de Abiaſarim negatorium, & commentitium: quamuis ſuæ vanitatis plurimos habeat aſſeclas cum tamen cætera etiam minus impudenter protulerit: itaque falſum, & contra manifeſtum Scripturæ teſtimoniũ aſſeruit: vnde & quæſtiones alienæ à Scriptura manarunt, & opiniones ſtultæ de genealogia et genere Virginis Mariæ.* Ant. Poſſeuinus lib. 1. ſuæ Bibliothecæ c. 16. *falſiſſimum, & cuius falſitatem aperte oſtendat Scriptura.* Sebaſtianus Barradas to. 1. lib. 5. c. 28. *falſum item eſſe, & Scripturæ ſacræ repugnans.* Et vt ex alijs non tam probatis in fide auctoribus, quàm in Chronologia peritis, etiam aliquid ad veritatem ſubſidij comparemus; Reinerus in Dynaſtia gentis Iſraeliticæ ſic cenſuit: *Philo contra ſacrarum litterarum auctoritatem diſcrepans, Ioam non Ochoziæ filium ipſum fecit, ſed à Nathane propagauit. Sed hæc vt non abſque audacia, & temeritate dicuntur, ita haud modicè ſacroſanctam bibliorum impugnant fidem.*

Maldonat. Canus. Salmeron. Ianſenius. Beroaldus. Poſſeuinus. Barradas. Reinerus.

Et in vniuerſum, Annium cum ſuppoſitis illis ſuis Philone, Fabio Pictore, Metaſthene, Beroſo, Xenophonte, falſitatis, & mendaciorum alioru conuincunt viri graues, doctique, Canus iam indicatus, noſter Pererius in Danielem; Gaſpar Barrerius prædocta cenſura in Beroſum & Anniũ, Ioannes Becanus lib. 4. Originum Antuerpiens. Vergara Tol tanus canon. in ſuis illis vulgaribus, ſed non vulgaris doctrinæ quæſtionibus. Ribera Zachar. 1. Franciſcus Suarez: quamuis re ipſa non verò diſertis verbis illam Philonis & Annij opinationem de exciſa Salomonis ſtirpe non refellat, *at multa falſa, & improbabilia Scripturæ repugnantia de his genealogijs doceri ab Annio* diſerte affirmat. 3. P. vbi de Saluatoris genealog.

Canus. Pererius. Barrerius. Becanus. Vergara. Ribera. Suarez.

5 Gueuara.

Vnus eſt Anton. de Gueuara vir ſanè politiori litteratura cultiſſimus, à ſacra verò ẽt inſtructus qui c. 3. in Habac. verſ. 13. Ioan. Annij patrocinium tam ardenter ſuſcipit, vt ſolus ipſe vniuerſorũ ferè huius temporis ſcriptorũ cuneo, pro Annij ſalute ſeſe opponere non dubitet, vnius tantum Leãdri Alberti auctoritate fiſus, q in deſcriptione Italiæ teſtatur *ſe vidiſſe Viterbi ipſamet vetuſta exẽplaria, ex quibus illos omnes libellos Annius in vſum Reip. & in gratiã ſtudioſorũ ediderit: porrò Annium eximium Theologum* ordinis Prædicatorum profeſſorem, hiſtoriarum, quotquot fuerũt, exactiſſima cognitione percelebrẽ; qui tot egregijs editis monumentis, tũ diuina Scriptura illuſtrãda, tum rebus vetuſtiſſimis eruendis; ſuũ nobis ingeniũ, atque ſolertiam, & multigenam eruditionem probauit, ab omni impoſturarum calumnia alienũ & integrum haberi oportere. Ego certè nihil

Leander Albertus.

A te nihil ſtatuo de Annio, tantum à viris optimis doctiſſimis, probatiſſimis, traduci tanquam impoſturarum & mēdaciorum compoſitorem eximium. Quod aliorū intereſt, euincant alij: quod noſtrū eſt, nos cōſtituamus, illā de linea regia Salomonis in Ioas exciſa, eſſe omnino falſam; ne tum Annium, tum nugiuendos quoſdam fabulas Annij ſequaces grauiori nunc inuram nota.

Ambroſ. Hieronym. Theodoret. Nazianzē. Euſebius. Hilarius. Auguſtin. Iulianus.

Quare hæc eſt certa patrum & conſtanſ perſuaſio, Ioſeph Virginis *ſponſum* fuiſſe de regali Dauidis genere, & Matthæum illius generationē per reges deduxiſſe, vt claris verbis affirmat Ambroſius lib. 3. in Lucā. c. 1. & libro de Benedictionibus Patriarcharū. c. 3. item Hieronym. Ierem. B 22. affirmans Chriſtum fuiſſe de ſemine Iechoniæ. Quod etiam aſſerit Theodoret. eo Ierem. loco, & Ambroſ. ſuperius citatus. Nazianz. in Carmine de Chriſti genealogia, Euſebius libr. 7. de Demonſtra. c. 3. quòd Chriſtus fuit *de ſemine Dauid, & etiam Salomonis*. Hilarius canone. 1. in Matthæum, quòd Matthæus per reges, Lucas verò per Nathan generationem texat, Auguſtinus lib. 83. q. 165. Iulianus lib. 3. contra Iudæos.

Ergo ſtatuendum, Ioram patrem fuiſſe Ochoziæ: hunc verò patrem Ioas naturali propagatione; quod cum his, quorū teſtimonia protulimus cenſeo certa ſcriptura confirmari, vbi Ioas ſimplicibus, & diſertis verbis ſcribitur fuiſſe filius Ochoziæ 4. Regum. 11. 2. & 13. 1. & 14. 13. & 2. C Paral. 22. 11. & vbi ipſa naturalis poſteritas Salomonis ad Chronicorum ſupputationem neceſſaria recenſetur, non minus dicitur *Ioram genuiſſe Ochoziam, ex quo ortus eſt Ioas*: quàm dicitur Ioas *genuiſſe Amaſiam*, & quam *Salomon Roboam*. Quod cū omnino certum habitum fuerit ab antiquis patribus, neque ante Philonem Annianū ab vllo hominum in dubitationem vocatum, nō eſt quòd quiſquam antiquiora huius rei teſtimonia requirat, quàm ipſum apertum, & ſimplex Scripturarum teſtimonium.

Nathā minor natu Salomone

Tū prætereà illud, quod Philo Annianus ſupponit, videlicet Nathan Dauidis filium fuiſſe natu maiorem Salomone, falſum eſt, vt lib. 2. c. 8. ſa D tis oſtēdimus, cum probaremus Salomonem ex Bethſabee poſt mortem adulterini ſtatim conceptum, neque ab alio fratre maiori cauiſſe ſibi Salomonem, quàm ab Adonia, qui tamen non ex Bethſabee, ſed ex alia Dauidis vxore natus fuerat. Quòd ſi Salomon habuiſſet alios vterinos fratres natu maiores, proculdubio non de ſolo Adonia dixiſſet matri. 3. Regum. 2. 22. *Ipſe eſt enim frater maior me*. neque de ſe ſolo dixiſſet Adonias; *Tu noſti, quòd meum erat regnum*.

6

Reſponſio ad rationes Annij

Illa tamen, quæ Annius pro ſe affert, nunc diluenda, neque magno negotio. Et primum quidem, quòd vult. 3. Regum 4. Nathan eſſe Salo- E monis fratrem, eundemque vocari Ahiſar, planè commentum eſt: neque enim ille Nathan eſt Salomonis frater; nam cum is fuerit natu minor Salomone, non potuit habere filios, qui initio regni Salomonis iam tunc domus regiæ miniſterijs, & officijs præficerentur. Erat ergo ille Nathan propheta, & pædagogus Salomonis, cuius filios honore, & beneuolentia proſequebatur Rex? In quo fere conſentiunt interpretes Nicolaus, Abulenſis, Dionyſius. Tum prætereà illud falſum eſt, *Abiſar* eſſe nomen appellatiuum, & tributum ipſi Nathano fratri Salomonis. Qua enim ratione fieri poteſt, vt ipſe Nathan parens poſterius numeraretur inter Salomonis principes, quàm ſui filij? Et contextus ipſe apertè o-

Abulenſis. Nicolaus. Dionyſius.

Ahiſar nomen proprium viri.

A ſtendit, nomen illud, quamuis ſignificationem habere poſſit, vt appellatiuè poſſit ſumi, at non niſi proprium eſſe, ac propriè ſumptum à Kaldæo, Septuaginta, & Græcis omnibus interpretibus.

Frater pro conſanguineo.

Ad ſecundum; neque obſcura, neque difficilis eſt illorum locorum enucleatio; nam communi & frequenti ſacrarum Scripturarum loquutione, *fratrum* appellatione comprehenduntur conſanguinei, & cognati. Quare qui in libris Regum dicuntur *fratres Ochoziæ*, iidem ſunt, qui in Paralipomenis dicuntur *filij fratrum*, ſiue nepotes ex fratribus Ochoziæ. Porro iidem ipſi relicti fuerant à veris & germanis Ochoziæ fra- B tribus, qui ante mortem Ioram parentis iā diem ſuum obierant, ſicut ſcriptum eſt. 2. Paral. 22. 1. *Conſtituerunt Ochoziam filium Ioram minimum regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum*. Et procul dubio nodum in ſcirpo quærit Annius. vide Nicolaum, Abulenſem. 4. Regum. 10. q. 19. Vatablū, Dionyſium; vide etiam Gen. 26. 12. vbi Iacob dicitur frater Laban, qui tamen erat filius ſororis: & Gen. 14. 14. *Audiuit Abraham, quòd Loth frater ſuus captus eſſet*. cum tamen eſſet nepos ex fratre Aran.

Nicolaus. Abulenſis. Vatabl. Dionyſ.

Ad tertium: ſomnium ſuum narrat Annius: 7
atque vtinam qualia ſolent eſſe ſapientum ſom- C nia. Veram itaque rationem, qua dictum fuerit, vnam tantum tribum relictam fuiſſe regno Salomonico, cum duæ relictæ fuerint, nimirum Iudas & Beniamin, expoſuimus, cū de diſciſſione illa pallij Ahiæ prophetæ in duodecim fruſtra ſuperius ageremus: frequenter enim Beniamin accenſetur Iudæ propter templum, quod partim cadebat in ſortē Iudæ, partim in Beniamin: tum ob alias rationes loco īdicato à nobis expoſitas.

Ad quartum; iterum ac ſæpius temere, & impudēter Annius quos Scriptura appellat *fratres*, Ioram & *filios* Ioſaphat, ille non vult eſſe filios, neque fratres, ſed transfert ad familiam Nathanitarum. Ergo Ioram impiiſſimus inuidit tum D bonis, tum vitæ fratrum ſuorum meliorum ſe; à quibus fortè ſibi timebat, impietatis conſcientia exagitatus.

Lucidus.

Promiſſio diuturni regni in Salomone non completa.

Ad quintum; Ioanni Lucido roganti ex reuelatione Brigittæ, quid ſit *promiſſionē non eſſe completā in Salomone*: facilè reſpondemus nō intelligi de Salomonis poſteritate, ſed de regni integritate; qua propter ingratitudinē priuatus eſt Salomon, & illius poſteri, regno iam diuiſo, & maiori tribuum parte à tribu regia deficiente.

Ad ſextum; Athalia auia impiiſſima proprios Ochoziæ filij filios, & nepotes ſuos, crudeliſſimè occidit, vt ſuo ipſa nomine regnaret, nō nepotis nomine & loco. Rem planè & apertè narrat ſa- E cra hiſtoria: ſed non credūt Caluinus & Annius ſimplicem narrationem Scripturarum.

Ad ſeptimum; & fieri & credi poteſt, quod 8
diligentius cuſtoditus fuerit Ioas à Ioiada, quàm quæſitus ab Athelia, ſiue quòd cum alijs occiſum illa crederet; ſiue quòd magna quæſitus diligentia, Deo ſic diſponente, & occultante, inueniri non potuerit. Effugere quoque Pharaonis ſæuitiam Moyſes potuit occultatione matris. Eluſit quoque Herodem Virginis matris, atque Ioſephi diligentia. Nihil ea in re impoſſibile aut repugnans.

Cur Ioas ab Athalia non inuentus.

Ad vltimū, ambiguæ & perplexæ ſunt de Chriſti genealogia controuerſiæ, quas neque tempus neque animus eſt, nunc perſequi. Illud certè indi

caſſe

caſſe fuerit ſatis, frequentiſſimam apud Patres, atque apud me veriſſimam, illam Chriſti genealogiæ intelligentiam eſſe, vt Matthæus naturalem ſimulque regalem Ioſephi generationem texat; Lucas eiuſdem Ioſephi legalem, cuius rei longior firmiorque expoſitio Matthæi. 1. Lucæ. 3. Nos etiam nonnihil amplius ſequenti capite.

CAPVT XXVI.

An Chriſtus Dominus ſecundum carnem duxerit ex Salomone originem, id eſt, an B. Virgo ex Salomonis genere prognata fuerit.

Ad locum Pſalm. 131. 11. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

1 *B. Virgo ex Dauidica & regali progenie.*
2 *Fuiſſe ex progenie Nathan aliorum ſententia; & non fuiſſe Salomonidem. Quæ Iechoniæ comminatio per Ieremiam.*
3 *B. Virgo ex progenie Salomonica.*
4 *Domus Dauid, & domus regia de Salomonica. Chriſtus, & beata Virgo ex eadem tribu, & familia regia. Semel, & iterum explicatus locus Regum.*
5 *Ioſeph & Maria ex eadem domo, & familia per lineam paternam.*
6 *Simul Ioſephi & B. Virginis genealogia recenſita ex Hebræorum more.*
7 *Lucas legalem Ioſephi generationem texens.*

1 Virgo ex progenie David.

CHriſtum Ieſum verum Deum, ac verum Meſſiam, fuiſſe ex ſemine Dauid ſecundum carnem, Paulus docet Romanos, ſecundum promiſſionem factam Dauidi, Pſalm. 131: *de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem ſuam.* Id quod ex eo facilè conſtare poteſt, quòd linea Dauidis per Salomonem nunquam exciſa ad vſque Ioſephum virum Mariæ ducatur; oportuit autē Mariam virginem ſanctiſſimam, vt quæ vnica ſuis parentibus extiterit, atque rei paternæ hæres, nubere non ſolum eiuſdem tribus, ſed prætereà eiuſdem familiæ viro, vt eleganter oſtenderunt Ianſenius, Beauxamis, Salazar, & noſtri Maldonatus, Toletus, Cardinalis, Barradius, Matthæi. 1. Luc. 3. Suarez. 3. p. vbi de genealogia Chriſti & Beatæ virginis, noſter Chriſtophorus Caſtro in ſua hiſtoria Dei paræ Virginis. At non ideo ſtatim ſequitur Chriſtum Ieſum, & beatam Virginem eſſe Salomonides; quippe Dauidis familia non ſola Salomonis poſteritate circumſcribebatur: alij enim filij Dauid; potiſſimum Nathan, ſuas item duxerunt familias, & ædificarunt domos, omnes quidem Dauidicas.

Ianſenius. Beauxam. Salazar. Maldonat. Toletus. Barradas. Suarez. Caſtro.

2 Quare ſi beata Virgo ex Nathano ſit, & Dauidici generis, non ſtatim erit Salomonici. Sic ſanè cenſuerunt viri docti, Lucam texuiſſe generationem Mariæ per Nathanum vſque ad Heli, ſiue Ioachim parentem Virginis, at verò Matthæum Ioſephi, per Salomonem; quod docuit Nazianzenus de genealogia Saluatoris: Ambroſius lib. 3. in Luc. cap. 1. Beda Luc. 3. citans Iulium Africanum. Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus, *In vnum ex quatuor* lib. 1. c. 5. Ioannes Patriarcha Ieroſolymitanus libro de Inſtitutis Monachorum c. 33. Damaſcenus lib. 4. c. 5. & eſt apud recentiores ſententia frequentiſſima, Caietani, Ianſenij, Montani, Gagneij, Palatij, Matthæi 1. & Luc. 3. Driedonis l. 3. de dogmatibus. c. 5. Galatini lib. 3. c. 12. Cani, Soti & aliorum, quos citat & ſequitur pater Franciſcus Suarez 3. p. q. 27. ar. 2. d. 2 ſect. 3. Chriſtophorus Caſtro c. 1. Deiparæ Card. Toletus, Luc. 3. annot. 58. 59.

Nazianz. Ambroſius. Bedas. Zacharias. Ioannes Ieroſol. Damaſcen.

Frequens recentiorū ſententia.

Quòd autem ex Salomone non deſcendat, explicatius affirmat Ianſenius cap. 14. Concord. ac probare nititur ex illo Ierem. 22. 30. vbi contra Iechoniam regem vaticinatur; *Non erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda.* Quòd ſi beata Virgo de ſemine Iechoniæ eſſet, eſſet & Chriſtus, qui ſederet ſuper ſolium Dauidis: id quod apertè docuit, & propter idem teſtimonium, Irænæus, lib. 3. c. 50. diſertè affirmans Ioſeph fuiſſe de ſemine Iechoniæ, qui erat oriundus à Salomone, non autem beatam Virginem.

Ianſenius.

An B. Virgo ex ſemine Iechoniæ. *Irenæus.*

Sed quidem vt de hoc teſtimonio ſtatim dicamus, Ambroſius, Hieronymus, Theodoretus huic obiectioni reſponderunt, de ſemine Iechoniæ non quidem amplius ſediſſe hominem in throno regio; quippe Chriſtus & Deus erat, & non rex temporalis. quare nihil obſtitit quominus beata Virgo Chriſti Domini mater de ſemine & ſanguine Iechoniæ fuiſſet.

Ambroſius. Theodoret. Hieronym.

3 *D. Thomas*

At D. Thomas 3. p. q. 31. ar. 3. ad 2. *Credendum* (inquit) *eſt quòd Virgo etiam ex Salomone originē duxerit ſecundum aliquem modum per illos patres, quos enumerat Matthæus*, nimirum; vt ſi non per lineam paternam; nam hæc erat Nathanica; at per maternam, quæ eſſet Salomonica, propagaretur, & hoc ſiue beata Anna fuiſſet Salomonici generis, ſiue aliquis ex parentibus Ioachim per lineam fœmininam.

Quod ſi ita eſſet, iam tunc dubitari poſſet, an abſolutè, & ſimpliciter dici poſſet beata Virgo fuiſſe ex progenie Salamonica, & Regali. Ita autem contigiſſe, vt illæ duæ familiæ ambæ Dauidicæ, altera Nathani, altera Salomonis mutuis coniugijs conuenirent, atque ita ratione aliqua beata Virgo ex regio non ſolum Dauidis, ſed etiam Salomonis ſanguine eſſet, quanuis potiſſimum ex parentibus Nathanicis, dicere videtur, immo & tenent primæ illius ſententiæ aſſertores, & docent Suarius loco indicato ſectione 3. ad 3. difficultatem. Chriſtophorus Caſtrus, & alij.

B. Virgo ex progenie Salomonica per matrem; Nathanica per patrē.

Caſtrus.

Ego verò communi ſanctorum & Eccleſię cōſenſu audio beatiſſimam Virginem *Regali ex progenie exortam refulgere*, quod quāuis in Virginis gloria maxima, minima ſit claritatis ſcintilla, ſed illa tamen quæcumque ſit, nollem vllius exiſtimatione, aut ſententia obſcurari, dicente Bernardo in illud Apocalypſis: *Signum magnū apparuit in cælo. 8. Quod ſydereum micat in generatione Mariæ? Planè quod ex Regibus orta, quod ex ſemine Abrahæ, quòd generoſa ex ſtirpe Dauid.*

Cōmunis Patrum ſētētia, Virginē ex regali progenie.

Bernardus.

4 B. Virgo ex familia Salomonis.

Quare cenſeo, quod ſine doctorū aliter iudicantium præiudicio dixerim; beatiſſimam Virginē ſimpliciter & abſolutè dici debere regiæ Dauidicæ familiæ; ideoque etiam Salomonicæ. Quod antequā ex communi Patrum non tam ſenten-

tia

tia quàm indubitata apud illos Eccleſiaſtica ſiue traditione, ſiue veritate oſtendam. Pono, cum *domus Dauidis* nominatur in Scripturis, proculdubio mihi non ſonare quamcunque Dauidis poſteritatem, ſed illam ipſam poſteritatem, & domum regiam; diuina pollicitatione ſempiternam, ac nunquam excindendam, quæ ſemper cum regno & throno coniungitur, atque eadem diuina promiſſione confirmatur 2. Regum. 7. 16. *Fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum*, & verſ. 18. ait Dauid: *Quis ego ſum Domine Deus; & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc vſque*, & v. 19. *niſi loqueris de domo ſerui tui in longinquum*. Id eſt, vt domum meam cum ſtabili, ac perpetua regni nunquam finiendi maieſtate coniungeres. *Que caſa la mia para vincular en ella vn reyno eterno?* Idemque poſtea precatur verſ. 25. *Quod loquutus es ſuper ſeruum tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum.* & verſ. 29. *Benedic domus ſerui tui, vt ſit in ſempiternum coram te.* vt ſemper retineat dignitatem. Reges enim dicuntur peculiari ratione *coram Deo*, & coram illius oculis, & prouidentia: ſicut è contrario dicitur Saul exautoratus, & regiá dignitate ad alienam tribum, & domum tranſlata, *amotus à facie Dei*, 2. Regum. 7. 15. Cum quo illud facit, quod in ſua oratione dicebat Salomon. 3. Regum. 8. 25. *Domine Deus, conſerua famulo tuo Dauid patri meo, quæ loquutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me.* (& per expoſitionẽ) *qui ſedeat ſuper thronum Iſrael.*

Domus Dauid pro poſteritate regia.

Reges cur dicantur eſſe coram Deo.

Iam hinc colligo, cum dicitur Chriſtus Dominus deſcendiſſe ex familia Dauid regia, proculdubio affirmatur fuiſſe ex progenie Salomonis; cum autem affirmemus non alia ratione Chriſtũ ſecundum carnem ex progenie & domo Dauid, quàm per virginem matrem, proculdubio pari certitudine affirmamus Beatam Virginem fuiſſe ex regia & Salomonica progenie: Idemque omnino, cum dicimus ex domo, & familia Dauid; illa videlicet domo, & familia, cui fiebant promiſſiones, & annectebatur regnum: idemque intelligendum, cum dicitur Chriſtus, aut eius mater ſanctiſſima de tribu Iuda; quippe intelligunt non ſolum regalem tribum, ſed præterea illam familiam, in qua erat regnum.

Hoc, quod, credo, negabit nemo, ſemel conſtituto, iam accipe teſtimonia patrum certò affirmantium ſiue beatam Virginem, ſiue Chriſtum per beatam Virginem, fuiſſe de domo, & familia Dauid, nimirum regali & Salomonica. Quod enim Chriſtus dicitur *fructus ventris* Dauidis Pſal. 131. & interpretante Petro Actorum. 2. *Fructus lumbi* Dauidis, ijſdem locis coniungitur cum ſede & throno regni, ita vt ille propagandus, ex matre Dauidica, proculdio ex ipſa matre regiam nobilitatem traheret. Ambroſius lib. 3. in Lucam c. 1. de Chriſto: *Fuit verè, & ſecundum carnem regalis ex regibus.* Rurſus Mariam fuiſſe ex eadem domo, ſicut etiam ex eadem Patria, Nazianzenus in Carmine de Chriſti Genealogia.

Chriſtus per matrẽ regali ex progenie.

Ambroſius.

Nazianzẽ.

Sic ille ex Maria regali eſt ſanguine cretus,
Sic etiam ad claros reges ex parte paterna.
Ipſe ſui generis ducit primordia Chriſtus.

Hieronymus Ierem. 22. affirmans Chriſtum ex ſemine Iechoniæ regis fuiſſe, & impletum eſſe, cũ Angelus Mariam ſalutauit; & per Iechoniam, Salathiel, & Zorobabel, ordine veniri ad Chriſtũ. Quod idem affirmant Theodoretus eo loco, & Ambroſius lib. 3. in Lucam c. 1. 4. Chriſoſtomus homilia 2. in Matthæum; *Vt nos diceremus, quæ eſ-*

Hieronym.

Theodoret.
Ambroſius.
Chryſoſt.

A *ſet Maria, vel vnde Generationum catalogum vſque ad ſponſum eius perduxit, ac de domo illius Dauid eſſe monſtrauit, quòd ſcilicet inde eſſet & Virgo.* Damaſcenus li. 4. de fide, 15. *Ioſephus Virginem haudquaquam deſpondiſſet, niſi ex eodem ſceptro genus duxiſſet.* Euſebius lib. 7. de Demonſtratione Euangelica c. 3. quòd Chriſtus *proditurus erat nõ ſolum ex ſemine Dauid, ſed etiam Salomonis.* Ephrem, to. 3. ſermone de Laudibus ſanctiſſimæ Dei genitricis: *Virga verè extitiſti, & flos filius tuus, ex radice quippe Dauid ac Salomonis germinauit Chriſtus.*

Damaſcen.

Euſebius.

Ephrem.

Ex eadem autem tribu, domo, familia, patria, cognatione, in commune fuiſſe Ioſeph, & Mariã atque Chriſtum, Tertullianus aduerſus Iudæos B c. 9. Euſebius Cæſarienſis libro. 1. hiſtoriæ cap. 7. Emiſſenus hom. in Natiuitate Mariæ, Hilarius can. 1. in Matthæum, Ambroſius. 3. in Lucam. c. 1. Hieronymus, Chryſoſtomus, Eucherius, Theophylactus, Euthymius. Matthæi. 1. Beda Luc. 3. Bernar. ſuper *Miſſus eſt.* Damaſcenus lib. 4. c. 15. Nicephorus lib. 3. Hiſtoriæ c. 11. Et fuiſſe de familia Ieſſe, aut Dauidis ſuper id Iſai. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* Iuſtinus Apolog. 2. pro Chriſtianis, Tertullian. aduerſus Iudæos. c. 9. de Corona militis. Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto. c. 5. Hieronymus Iſai. 11. & epiſtola 22. ad Euſtochium. Leo ſermone 4. in Natali Domini, Epiphanius ſermone in laudem Virginis, Illephon C ſus de Virginitate Mariæ c. 3. Andreas Cretenſis ſermone 2. de dormitione Virginis, & alij apud Caniſium libro 1. de beata Virgine. c. 3. Leo Caſtrenſis. Iſai. Chriſtophorus de Caſtro in hiſtoria Deiparæ Virginis. cap. 1. Item beatam Virginem fuiſſe de genere regali Epiphanius hæreſi 68. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euangeliſtarum. c. 2. Eucherius Quæſtionibus in Matthæum, Iulianus lib. 3. cõtra Iudæos, *Chriſti caro regio genere floret.* Et alij præterea, quos adducit Ioan. Maldonatus Matt. 1. num. 16. ſcribens omnes veteres Theologos vno ore reſpondere Ioſeph & Mariam eiuſdem fuiſſe familię. Itaque dum Euangeliſtæ Matthæus, & Lucas genealogiam Ioſeph recenſent, D Mariæ quoque, ac proinde Chriſti recenſent.

5
Maria & Ioſeph ex eadem familia.

Tertull.
Euſebius.
Hilarius.
Ambroſ.
Hieronym.
Chryſoſt.
Beda.
Bernar.
Damaſcen.

Epiphan.
Ildefonſus.
Cretenſis.

Caſtro.

Auguſtin.

Iulianus.

Maldonat.

Et huius rei efficax ſanè probatio illa eſt, quòd ſicut etiam ſi Ioſeph fuiſſet de domo, & familia Dauid, ſi tamen de eadem familia non eſſet beata Virgo, non ideo diceretur Chriſtus filius Dauid; ita ſanè etiam ſi Ioſeph fuiſſet de genere regali, ſi tamen Beata Virgo non eſſet ex regio ſanguine propagata, Chriſtus non fuiſſet ex regali proſapia; quod eſt contra communem Eccleſiæ ſanctorum ſenſum: non ſolum quòd fuerit filius Dauid, ſed quòd fuerit etiam illius filius per regalem lineam. Quod enim de progenie Dauidica futurus Chriſtus promittit Pſ. 131. cum ipſa regali ſede coniungitur; *De fructu ventris tui* E *ſuper ſedem tuam.* Quod & Petrus Actorum. 2. 30. clariùs dixit: *De fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedẽ eius.* Et confirmo, quoniam ſi Beata Virgo ex paterno genere non eſt regij ſanguinis, proculdubio cũ ad parẽtes & progenitores virginis lineæ maſculinæ videatur potiſſimùm facta promiſſio Chriſti; non videretur facta promiſſio ad reges ipſos; quare neq; videretur facta promiſſio futuri regis & ſeſſuri ſuper thronũ regiũ. Sicut ſimili argumento Ambroſius & Damaſcenus probant Beatam virginem nõ deſcendiſſe per lineam paternã ex tribu Leui, ſed ex tribu regia; quamuis eſſet ex linea materna de tribu Leuitica, ne videatur facta promiſſio futuri Meſſiæ ad tribum Leuiticam potiùs quàm ad Regiam. Cum enim

Ambroſius.
Damaſcen.

appel-

appellationes tribuum, & genealogiarum non A conſeruarentur in lineis maternis, ſed in maſculinis; ſanè qui appellationem tribus, & familiæ viginti tribuit, illius genus ex regali proſapia per lineam ducit maſculinam.

6 .B Virgo ex progenie regali maſculina ſicut & Ioſeph.

Propterea affirmo ex paterna etiam origine potiſſimum ac primario beatam Virginem prognatam eſſe ex regali & Salomonico ſanguine, & lubens accedo ad eos patres, qui cenſent omnino non aliter deſcribi beatæ Virginis genus, quàm ex deſcriptione & genere Ioſeph, ex receptiſſimo texendarum genealogiarum more, & opinione apud Hebræos. Quod plerique ex patribus docuerunt, Hieronym. Chryſoſtomus, B Anſelmus, Theophylactus, Eothymius, Euſebius, quos recentiores adducunt, diſputantes de genealogia Saluatoris. Sed dilucidè Toletus Luc. 3. annot. 59. Salmeron in 3. Theſſeradecade genealogiæ Saluatoris.

Hieronym. & alij. *Toletus. Salmeron.*

7 Locum de ſcribere generationem legalem Ioſephi.

Atque adeo Lucam, eiuſdem Ioſephi generationem legalem texuiſſe, duxiſſeque vſque ad Heli, qui fuit pater legalis Ioſephi, ducta nimirum vxore à Iacob illius propinquo, vt Heli defuncto, & maximè propinquo ſiue vterino fratri A ſuſcitaret ſemen. Quare Ioſeph extitit communis filius vtrique parenti, vni legali, alteri naturali: quæ eſt antiquiſſima PP. ſententia, Iuſtini, q. 131. ad Geotes, Hieronymi, Matthæi. 1. Ambroſij, Luc. 3. Euthymij, Anſelmi, Bedæ, Auguſtini, Africani apud Hieronymum, Titi Boſtrenſis, Luc. 3. Nicephori, & aliorum, qui frequenter adducuntur in diſputatione de genealogia Saluatoris. Quam ſententiam reiectis alijs omnibus latè exponit & confirmat doctiſſimus noſter Salmeron to. 3. tit. 18. de Theſſeradecade genealogiæ Saluatoris: quorum perſuaſionē eſſe totius B antiquitatis, & communem Patrum ſenſum ingenuè fatetur, quamuis ipſe illam recentiorum ſequatur, quòd facilior & expeditior videatur, nimitum Virginis à Luca per Nathanum generationem deſcribi.

Iuſtin. Hieronym. Ambroſius. Euthym. Anſelm. Beda. Auguſt. Salmeron.

Ergo ſi in alijs punitus Salomon, ſed non in hoc, ne Salomonides non eſſent beatiſſima Virgo, Chriſtus Ieſus, & Ioſeph ſanctiſſimus. Idque propter Dauidi promiſſiones factas.

Finis Libri Septimi.

LIBER OCTAVVS
DE REBVS SALAMONIS REGIS.
Qui eſt
DE EXTREMIS VITAE EIVS, ET POENI-
tentia geſtis, atque de honore ſupremo.

CAPVT PRIMVM.

An Salomonem ſatis exactæ vitæ ſcelerum pœnituit.

Ad locum 2. Reg. 7. 15. Miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea.

VT diſputationi de Salomonis ſalute, quę vt minimè breuis, ita ſanè, & ſcitu periucũda, pariter ac difficilis, & diſſidentium teſtimoniorum multa ſiue varietate ſiue obſcuritate impedita eſt, lumẽ clariſſimũ in ipſo ſtatim ingreſſu afferamus, vnico aſpectu vniuerſam quæſtionem per ſuas partes ſpectandã, & quid in ſingulis nobis agendũ ſit, proponere decreuimus; vt cum lector hoc quaſi indicio & luce, viæ difficultates à principio proſpexerit, vtilius deinde atq; alacrius, lectionẽ ineat; & ad eã partẽ cõtendat, q̃ maximè cupit. Ergo rem totam ſepiẽ omnino ſectionibus comprehenſam exponimus. *Totius diſputationis diſtributio.*

In prima, rei difficultatem, & obſcuritatẽ ancipitem, ſed ſine vllo erroris periculo, ponimus. *Prima Sectio.*

In ſecunda, illorum teſtimonia producimus, qui nihil certò & definitè aſſerunt, Tertullianus Auguſtinus, Baſilius, Cyrillus, Nyſſenus, Iſidorus Bernardus, Ioſephus, Rupertus, Suidas, & alij minoris notæ, quibus poſt accuratum examen, accenſemus Chriſoſtomum. *Secunda.*

In tertia, graues contra Salomonem proferũtur & examinantur teſtes, Cyprianus, Gregorius Theodoretus, Proſper, Eucherius, Beda, Rabanus, Angelomus, Sozomenus, & recentiores alij firmi & conſtantes. *Tertia.*

In quarta, quatuor damnati Salomonis argumentorum capita indicantur, ex quibus riuuli, & appendices multæ ad idem perſuadendum. *Quarta.*

In quinta, opponũt ſe ſe, vt Salomonẽ tueantur, Hieronymus, Ambroſius, Epiphanius, Cyrillus Ieroſol. Iręneus, Bachiarius, D. Thomas, Bonauentura, & neotericorum numeroſior manus. *Quinta.*

In ſexta, ſeptem itẽ capitibus, ſeu defenſionis locis eruitur Salomonis ſalus. Ex illis rationes & confirmationes firmę, & obiectorũ reſpõſiones. *Sexta.*

In ſeptima, totam cauſam adiudicamus Salomonis patronis. *Septima.*

SECTIO I.

Dubia, & anceps, ſed tuta quæſtionis obſcuritas.

1 *Pulchra Nyſſeni allegoria Moſis Aegyptium interficientis. Quales Catholicorum controuerſia.*
2 *Exemplar Eccleſiaſtici problematis. Nihil certò efficit multorum Sanctorum ſententia, alijs diſſentientibus.*
3 *Vtraque huius controuerſia pars tuta.*
4 *Hic non ſolum duplex, ſed plures quoque ſententiæ contrariæ.*

1 CVm Gregorius Nyſſæ Epiſcopus, argutus omninò, & excellẽtis vir ingenij, in ſua illã, quã deſcribit, Moſis vita, conſiderat attentius duos illos inimicos inter ſe colluctantes, Hebræum, atque Aegyptium, inter quos medius factus Moyſes, cum eos conciliare non potuiſſet, Aegyptium interfecit; deinde verò rixam, quæ inter Iudæos facta fuit, ſedari à Moyſe non potuiſſe: pulchram allegoriam commentatur, nimirum cum Pietas, atque Impietas; Fides, & Infidelitas; hæc per Aegyptium; illa, per Hebræum, ſignificatæ, de veritate quæpiam, aut de *Nyſſenus, lib. de vita Moſis. Exod. 2. Pietatis & impietatis inter ſe pugnantium allegoria.*

Moſis interficiētis Ægyptiū allegoria.

A dogmate cootendunt, Moyſem tunc id eſt, hominem Theologum, verbo Dei & ſacræ legis, atque Scripturarum gladio adacto, voo velut ictu reluctantem Aegyptium occidere, id eſt, prolato teſtimonio ſacro impietatem & falſum dogma iugulare, nec pati adoerſus piiſſimam fidem ioſurgere. *Rixa verò, quæ inter Iudæos facta ſedari à Moſe non potuit; noſtrorum* (ioquit) *ſunt de dogmatibus Eccleſiæ colluctationes, quas ſic ſedare non poſſumus, vt iniuriantem deprimamus.* Non enim producto ſacrarum Scripturarum teſtimonio aduerſus fidelem, qui Scripturarum etiam telis & ſcuto armatus ſit, proficere poſſumus.

Fideliū & Catholicorū diſputationes, & controuerſiæ quales.

B

2 *Ergo* (inquit Nyſſenus) *pugnantibus non miſceamur, nec perturbemur relnctatione multorum.* Hoc ſanè in præſenti controuerſia cueniſſe video; quippe eſt non ſolum vna è multis, ſed inter multas vnica, atque potiſſima, quæ cùm multorum ſacrorum, ſiue Scripturæ teſtimooiorum, ſiue Eccleſiæ Patrum præſidio, & auctoritate pro vtraque parte munita ſit, exemplar & regula eſt aliorum Eccleſiaſticorum dogmatum oodum iudicatorum, ſed ſub iudice adhuc ancipiti & dubia lite verſantium, & quæ ſine vllo fidei præiudicio, vllave temeritatis nota problematicè aſſeri negarive poſſunt.

Exemplar Eccleſiaſtici problematis.

Atque adeo multorum Eccleſiæ Patrum in rem aliquam conſenſum, ſi multi quoque ex oppoſita parte ſentiant, nullam dogmatis Eccleſiaſtici firmam veritatem efficere, ex hac vnica de Salo- C monis ſalute controuerſia probant Iuris atque Theologiæ viri peritiſſimi Abbas, & Innocētius c. Ne innitaris. de Conſtitut. Iacobus Simancas de Catholicis inſtitutionibus titulo 30. Abulenſis 2. Regum 7. quæſt. 13. atque alij antiquiores, quos Ioannes Montholonius adducit in ſuo Prōptuario Iuris, verbo *Salomon*, vt alios prætеream plurimos atque grauiſſimos inferius adducendos, qui ita de propoſita quæſtione dubitant, vt ſecum cæteros omnes, Academicorum more, nihil certò ſtatuere, tantum probabiliter in vtramque partem diſputare & dubitare iubeant.

Multorū, nō omniū Patrū ſententia, quā tū probet.

Abb. & Innocent.

Simancas.

Abulenſis.

Montholō.

3 Et verò cum tam dubio & ancipiti Marte pugnetur, at ſanè minimè periculoſa à viris grauiſ- D ſimis, & firmiſſimorum, auctoritatum rationumque, armorum præſidio inſtructis dimicatione certatur; quippe non de ſua, ſed de vnius hominis, & quidem iam de mortui, ſalute præliantur. Sed quàm acriter & vehementer? ſanè eo in dimicando ardeot, quoplus dubitationis, ac minus periculi: nam ſiue vincant, ſiue vincantur in cōtrouerſia, vtriuſque partis res ſuot in tuto. Vnius Salomonis cauſa igitur. Ac neque ea quidem periclitatur; nam ſiue hoc, ſiue illo modo, acta iam & iudicata à ſupremo iudice eſt; noſtra tantum de illo opinatio & ſententia, aut potius diuinatio quæritur. Sed hæc cum multiplex eſſe ſoleat, neque tantum vt in alijs prælijs, duplex, ſed in- E terdum qoot capita: tres nunc in partes factioneſve totam cōtrouerſiā diſtribuemus.

De Salomonis ſalute controuerſia tuta

4 Primam eorum qui ita in quæſtione verſantur, vt neutri pari ſe addicant; & cum nemini diſplicere velint, nemini placent. Secundam, eorum quos ardentior quidam zelus aduerſus Salomonem inflammat. Tertiam, qui mollioribus, ſed non infirmioribus benignitatis cuiuſdam, & pietatis, velut clypeis, Salomonem tegunt, & inter aduerſariorum tela incolumem ſeruant.

Totius tractationis diuiſio.

SECTIO II.

Qui vel incerti, & obſcurè, vel parum conſtanter de Salomone loquuntur.

5 *Multiplex de Salomonis ſalute dubitandi ratio.*
6 *Duodecim doctores ex poſterioribus ſalutem Salomonis in medio relinquentes. Examinatur Ruperti & Gerſonis teſtimonium.*
7 *Tertullianus, & Auguſtinus accenſiti dubitantibus.*
8 *Baſilius, Cyrillus, Nyſſenus, Iſidorus, Bernardus obſcurè quoque loquuti.*
9 *Ioſephus, & Suidas in Salomonis cauſa examinati. Ille Patriarum traditionum tenax. Sapientiæ locus anceps ad varios ſenſus.*
10 *Chryſoſtomus diligenter expenſus. Clarè in vtramque partem loquutus, probabilibus vſus.*
11 *Qui de Salomone dubitant, ſapientiores, & vtiliores Eccleſiæ. B. Mechtildis teſtimonium.*

HVius factionis auctores ſunt in triplici differentia; Aot enim ita ſuſpenſa manu, ſuſpenſoque iudicio de Salomonis ſalute cenſent, vt nihil certi & conſtituti pronuntient: Aut ita obſcurè loquuntur, vt nullam certam cooſtitutamve ſententiam ab illis poſſis elicere. Aut denique parum in ſemel aſſerta aut negata ſententia conſtantes ſunt. Quare iam à Salomonis impugnatoribus, iam à patronis ad ſuas partes alliciūtur, cū magoa auctoritatum & teſtimoniorū perturbatione, & cōfuſione. In quibus examinā- C dis aliquid oos ponemus laboris & curæ. Quippe oō ſtatim (vt plerique faciunt) ſi quis Salomonē laudet, cū illius ſalutis, & pœnitētiæ patronis nunieramus; neque ſi quis illius peccata, & propudioſam ſenectutē inſectetur, extremā illa ad ſalutē reſipiſcentiæ tabulā poſt miſerrimum bonorum omnium naufragium, negare exiſtimamus. Ergo certa pro certis, dobia pro dubijs.

5 Multiplex de Salomonis ſalute dubitandi ratio.

Diligēs teſtiū & auctorū examen.

6 Primi itaq; *dubitantium* generis plurimi ſunt, ſed innominati, eo tamen nomine, *plurimorū*, vt confuſa multitudine deterrere poſſiot, citaotur à Ruperto, & Gerſone. Nominatim Ropertus in fine lib. 3. Reg. qui eſt de Operib. Trinitatis lib. 3. c. 32. *De Salomonis* (inquit) *pœnitentia magnorū plerique Doctorum diuerſa ſentiunt.* Nihil præterea D ipſe addit aut ſtatuit. Cum verò idem Rupert. lib. 5. c. 2. ait, *Quod ſapientiam in nocte, & per ſomnium non perſeueraturus accepit*: Proculdubio nō loquitur de finali illa perſeuerantia, ſed de continuata ſapientię ſemel acceptæ cum pietate conſeruatione. Tum præterea quantis addat, Salomonem, data ſibi optione, non poſtulaſſe dies, neque bona æterna, neqoe illud, quod *verum & ſummum bonum eſt*: non ſatis ſe explicat, an intelligat non ſolum hō poſtolaſſe, ſed neque vnquā aſſequutum ſummum & æternum bonum.

Plurimi dubitantes in hac controuerſia.

Rupertus.

Illam eandē *magnorum doctorum* dubitatione nulla ſua cenſura adhibita reperit Gerſon. 4. p. Alphab. 69. litt. Q. in ſerm. contra Romantium E de Roſa. Hugo de S. Victore Hom. 5. in Eccleſiaſtem. *Vtinam* (inquit) *tam certum de pœnitentia Salomonis, quàm non dubium de culpa teſtimonium haberemus. Nunc autem dubia pro certis affirmare nō poſſumus.* Nihil item ſtatuere vult D. Antoninus 1. par. tit. 3. cap. 2. tantum recitata varia de hac re ſententia. Iacobus Pammelius annotat in libr. 2. Tertulliani aduerſus Marcionem c. 23. litem hāc ſub ſupremo arbitro, ſicut & Franciſcus Feuardentios in appendice aduerſus Hæreſes lib. 1. in *Dia triba de ſalute Salomonis.* eidem æquiſſimo viuentium & mortuorū iudici Deo dirimendā, & iudicium pronuntiandū relinquunt. Noſter Barrad. lib. 5. ſuæ Conc. c. 9. quod eſt de Salomone,

Gerſon.

Hugo de S. Vict.

D. Antoninus.

Pammel.

Feuardent.

Barradius.

postquam

poſtquam quæſtionem in vtramque partem doctè diſputauit, apertè fatetur dubiam ſe & incertam habere ſententiam. Ianſenius ad cap. 30. Prouerbiorum, ſuper id *Stultiſſimus ſum*, &c. His annumerandum cenſeo Carthuſianum, qui cum 2. Regum 7. vtramque huius controuerſiæ partem afferat, ſententiam tamen non pronunciat; & quamuis nonnihil videatur in partem Salomoni aduerſam inclinare; cæterum nihil conſtituit; potius refert ſeſe ad cap. vltimum libri primi Regum, vbi de Saulis damnatione, quæ proculdubio multo certior eſt, & communi Eccleſiæ ſenſu recepta; nihil item ſtatuere audet; iudici tantum omnium mortalium iudicium relinquit. In his quoque numerandus Ioannes Picus Mirandulanus in ſua apologia quæſt. 7. quæ eſt de ſalute Origenis, citans *Faſciculum temporum*, in quo ſcribitur, *Sanſonis, Salomonis, Traiani, Origenis, ſalutem, ſine periculo, neſciri ab Eccleſia*, ideo omnino diuino iudicio relinquendam. Et verò de Sanſonis ſalute conſtat Hebræorum 11. cætera videtur conſentire Mirandulanus. Huius generis videtur eſſe Chriſtianus Maſſæus lib. 6. ſuorum chronicorum, qui quamuis ex fabricatis à Salom. idolorum templis permanentibus vſque ad Ioſiæ tempora, ſcribat *ſumi argumentum impœnitentiæ eius:* ſed verè hoc ex aliorũ ſententia dicere & potuit, & viſus eſt; atque hi profectò dubiam iſtam ſententiam hauſiſſe videntur non ſolum ex patribus diuerſa ſentientibus, ſed ex pleriſque alijs dubio & ancipiti ſenſu de Salomone cenſentibus, vt clarè perſpici poteſt ex ſubijciendis.

Ianſenius. — *Carthuſ.* — Saulis dãnatio certior. — *Ioan. Mirãdula.* — *Faſciculus Tẽporum.* — *Chriſtianus Maſſæus.*

7 Tertullianus proculdubio neutri parti accenſeri debet; nam cum 2. contra Marcionem cap. 23. ait. *Reijcitur Salomon, ſed iam à mulieribus poſſeſſus, & idolis Moabitarum & Sidoniorum mancipatus:* nihil aliud vult ipſo eodem expoſitore, quàm Deum *pro præſentibus meritis & reijcere, & adlegere*, nihil de æterna reprobatione. & libr. 3. cap. 20. *Salomoni ira Dei acceſſit poſt luxuriam & idololatriam*. Quis hoc neget? & lib. 5. cap. 9. *Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam, amiſit per mulieres, in idololatriam vſque pertractus.* Hoc quoque verè, & ſine præſentis controuerſiæ præiudicio dici à Tertulliano potuit; non enim de gloria illa æternæ beatitudinis loquutus, ſed de glorioſa nominis fama; opponit enim illi, *Replebitur vniuerſa terra gloria eius*. Exiſtimat itaque Salomonis nomen inglorium, & illaudatum remanſiſſe poſt peccata, & prorſus illam prioris nominis gloriam diuinitus illi conceſſam, obſcuratam, atque deletam.

Tertullianus examinatur.

Et quoniam hac in re Auguſtini ſententia grauiſſima eſſe debet, ac video pleroſque exiſtimare, Auguſtinum malè ſenſiſſe de Salomonis ſalute, conſtanter aſſero, Auguſtinum obſcure loquutum, ac nihil definiti poſſe ex illo haberi. Solet enim adduci illius teſtimonium epiſtola ad Alipium. Sed ibi nihil inuenio. Præterea 17. de Ciuitate cap. 8. vbi tantum aſſerit: *Regni initio fuiſſe laudabilem, poſtea fuiſſe in idololatriam.* quod nemo negat. Preſſius loquitur 22 contra Fauſtum cap. 81. *Improbatus* (inquit) *eſt à Deo, & reprehenſus, & ad profundum idololatriæ lapſus & demerſus eſt:* demerſum nemo negat, ſed neque Auguſtinus negat aliquando emerſiſſe. At cap. 88. eiuſdem libri, cum Dauide Salomonem comparans, longe diſſimiles illos efficit: *Dauid* (inquit) *grauiſſimum iniquitatis vulnus pœnitentia humilitate ſanauit. Salomonem autem vehementer arguit, atque condemnat ſacra Scriptura; nihilq́ de pœnitentia eius, vel de indulgentia Dei erga illum omnino commemorat.* Hoc item veriſſime dicitur ab Auguſtino, quòd longè diſſimiles fuerint Dauid, atque Salomon, longè vtriuſque ſalutis cauſa diſſimilis eſt; illius certa, hæc dubia & incõtrouerſia. Sicut & illos valde diſſimiles facit immoderatę libidinis peccato, dum 3. de doctrin. Chriſtiana c. 21. ait. *In Dauide immoderatæ libidinis nõ permanſio, ſed tranſitus fuit: propterea etiam ab arguente propheta ille illicitus appetitus, hoſpes vocatus eſt: at verò in eius filio Salomone, non quaſi hoſpes tranſitum habuit, ſed regnum iſta libido poſſedit.* Sed paulo clarius loquitur 17. de Ciuitate cap. *Bonis* (inquit) *initijs malos exitus habuit*. Sanè & hoc quoque verè, & ſine controuerſia Auguſtinus; nam adoleſcentiæ exitus, fuit ſenectus illa turpiſſima. Sed de ſenectutis ac vitæ totius exitu tacuit Auguſtinus. Illud tandem vrgentiſſimum, quod præfatione in Pſalm. 126. ſcribit: *Salomon reprobatus eſt à Deo*, & quidem non videretur benigniorem admittere expoſitionem, niſi ipſe Auguſtinus ſtatim ſubiecißet non ſe de illa æterna reprobatione loqui, ſed de ea quam quodlibet mortiferum peccatum meretur, vt quod minimè probari Deo poſſit: ſubijcit enim, Salomonem *cecidiſſe, peccaſſe*; & exempla ſubijcit duplicis peccati, alterius, humani, quod per ſubſequentem pœnitentiam deletum eſt; alterius, diabolici cõiuncti cum obſtinatione. *Quid mirum, quia in populo Dei cecidit Salomon? In paradiſo non cecidit Adam? Non cecidit Angelus de cælo, & diabolus factus eſt?* Acutiſſimus enim Auguſtinus rem ancipitem, & de qua ſibi non liquebat, ancipiti etiam exemplo incertam, & obſcuram eſſe demonſtrauit. Sed qui Auguſtini diſcipulus, & imitator eſt Proſper, Salomonem (inquit) æterno exitio damnat, vt videatur illud ex mente & ſententia Auguſtini hauſiſſe. Sanè ſed obijciam etiam D. Thomã Eccleſiæ doctorem, Auguſtini vt qui maximè aſſeclam, qui Salomonem abſoluit, vt clarè liqueat, ita de Auguſtini mente dubitatum ab eius diſcipulis, vt ipſi quoque inter ſe minimè conſentiant.

Auguſtini ſententia perpenditur. — *Abul. Bell. Ioannes Coguatus.* — Dauid & Salomon quantum diſſimiles. — Auguſtini diſcipuli non ſibi cõſentiẽtes.

8 Baſilius epiſtola ad Chylonem, tam anceps eſt, vt tenere illum vix poſſit, nam inter exempla eorum, qui à priſtina iuſtitia ceciderunt, refert, Moyſen propter contradictionem priuatum ingreſſu terræ promiſſæ, & Giezi propter auaritiæ cupiditatem priuatum priſtino vſu familiaritatis Eliſæi: Salomonem *poſt ſapientiam prolapſum, & concidentem*, denique Iudam à melioris vitæ rudimentis ad ſortem deterrimam decidentem: cui adiunxerit Salomonem, Moyſi an Iudæ; incertum.

Baſilij ſentẽtia incerta.

Cyrillus Alexand. libr. 7. contra Iulian. ipſe quoque dubius eſt & obſcurus; nam ait *Salomonem neque cum ſanctis Prophetis, neque cum Apoſtolis, neque Euangeliſtis numerare conſueuimus.* Sed non ideo negat Sanctum, quamuis non ſit de catalogo illorum ſanctiſſimorum prophetarum, de quorum ſalute & ſanctitate nemo vnquam dubitauit. deinde ait; *ceſſiſſe voluptatibus, delicijs & diuitijs, vt pote inſolentia, quæ inde prouenit, grauem.* Tandem: *vbi ad finem & occaſum vitæ venit, defecit ſimul ætas roboris & mentis, deinde laqueum illi per mulieres parauit Satanas, & à recto abduxit.* quod *finem & occaſum vitæ* dixit, proculdubio nõ intellexit in peccato deceſſiſſe, ſed tantum, *cum ſenex eſſet, deprauatum cor eius per mulieres*, vt legenti & intel-

Cyrilli ſententia obſcura.

ligenti conſtare poterit. Et quidem Cyrillus contra Iulianum minimè vult dubia Salomonis ſalute, & ſenectute, tanquam firmo aliquo argumento ni.1.

Greg. Nyſſ.

Nihil contra ius facerem, ſi Gregorium Nyſſenum ad illos referrem, qui ſtant pro Salomone: Sed tamen in numero illum dubitantium cōſtituendū cenſeo; Quanquam enim in libro Eccleſiaſtæ præſertim Homil. 2. ſcribat Salomonē ipſa experientia *didiciſſe, quòd iſtorum in quibus ponitur ſtudium, finis eſt uanitas, & voluptatem eſſe hominum deceptionem.* Et Hom. 3. *accuſaſſe ſua vitæ inſtitutum, quòd ſe dediſſet voluptatibus, & animæ perturbationibus, & in vita ſua paſſum eſſe illa morborum genera, de quibus dat cōſilium.* Et Homil. 4. *confeſſione adhuc accuſare ſua vitium ſuperbiæ,* tamen Hom. 3. *dubitat an certo cōſilio, quæ nō facta ſunt tanquam facta proſequatur, & reprehendat; vt qui ea ſit expertus, necne;* quanquam ipſe in partem affirmatiuam propendeat; & nunquam quidem grauiorum illorum peccatorum effrænatæ libidinis & idololatriæ meminit. itaque cuiuſmodi ſit apud Nyſſenum Salomonis ſpontanea confeſſio & accuſatio non conſtat.

Iſidorus.

Iſidorus, libr. *de Vita & morte Sanctorum, qui Deo placuerunt*, alijs Sanctis Salomonem annumerat. Atque adeo Abulenſis, alijq; exiſtimant, Iſidorum bene ſenſiſſe de Salomonis ſalute. ſed ipſa Iſidori verba, quid verè ſenſerit, in ancipiti relinquunt; *Salomon poſt miram virtutū gloriam amore deprauatus fæmineo, acceptam ſapientiam perdidit, & in profundum idololatria flenda ruina demerſit.* an emerſerit, an ſepultus in profundo nunquam amplius caput extulerit, non expoſuit Iſidorus.

Bernard.

De hoc quoque numero eſt Bernardus libr. 2. de Conſider. ad Eugenium cap. 12. cuius hæc verba *Sapiens Dauid, Sapiens Salomon fuit: ſed blādientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit.* Quid eſt autem illud *ex toto?* an toto vitæ tempore, ac peccaſſe, & nunquam à peccato deſijſſe? potuit ſic intellexiſſe Bernardus; potuit & ea, quæ ſequitur, ratione, vt cum Dauid *ex parte*, id eſt, carnis concupiſcentia per mulierem deſipuerit, non item per aliam ſtultitiæ partem, quæ eſt idololatria, Salomon tamen deſipuerit per vtrumque, id eſt, per libidinem & per idololatriam.

9 *Ioſephus.*

Ioſephus hiſtoricus 8. Antiquit. cap. 2. grauiter & ſeuerè loquitur, ſed obſcurè quoque & dubiè: *Deterior* (inquit) *factus eſt ante obitum, & à patrijs moribus deſciſcendo, indignum ante geſtis rebus vitæ exitum habuit.* Licet verò quidam certò conſtituant Ioſephum inter alios Hebræos bene de Salomonis pœnitentia ſentientes, vt qui eſſet traditionum Hebraicarum valde tenax; at que cum res illa pœnitentiæ parum ad gentiles attineret deſcribendæ, illi cura non fuerit; Mihi tamen hoc Ioſephi teſtimonium; ſi non certum contra Salomonem, nihil omnino pro Salomone efficere videtur: quare omnino dubium & incertum. Si haberet enim, quod pro repetita & inſtaurata à Salomone religione contra peregrinos gentilium ritus, pro patrijs moribus, quorum erat Ioſephus valde tenax, afferre poſſet, ſcripſiſſet proculdubio; non tam vt pœnitentiam, quod peccati pœnitētia eſſet, quā quod auitam religionem tueretur: ac ne vllam occaſionem gentilibus præberet exultandi & calumniandi, inſtar illius apoſtatæ Iuliani, qui vt Cyrillus lib. 7. ait: *oblectabatur Salomonis lapſu, & dicebat illum Græcorum ſeruiſſe dijs:* Auget etiā dubitationem & obſcuritatem ſententiæ Ioſephi, quod initio cap. 3. iterum vniuerſam Salomonis gloriam peccato claudit; excuſaturus profectò ratione aliqua idonea tantam ſui olim fortunatiſſimi regis infœlicitatem, ſi quæ ad manū eſſet: *Omnium* (inquit) *regum fœliciſſimus & opulentiſſimus, atque prudentiſſimus, excepto peccato, ad quod iam ſeneſcens à mulieribus eſt pertractus.*

Cur Ioſephus non ſcripſerit Salomonis pœnitentiam, ex aliorum ſententia.

Ioſephus patriarum traditionū tenax.

Iulianus oblectabatur Salomonis lapſu.

Suidas verò exiſtimari poſſet Salomonis partibus patrocinatus, ſed ſanè obſcurè, & dubiè; nam cum de regno, ob Salomonis peccata lacerato ſcribat, ſic philoſophatur: *Potentibus valida inquiſitio imminet: Hoc eſt, Deus ab virtutis perfectis exactiſſima quæque poſtulat, & alijs hominibus grauiter delinquentibus parcit, ſanctis verò non eandem dat veniā:* quibus verbis nō facilè agnoſcas, an ſanctum vocet Salomonē, & graui illo ſupplicio lacerati regni peccatum eluiſſe: An etiam tanto ſupplicio nunquam ſaltem præteritum ſcelus deleuiſſe. Vtitur enim illo eiuſdem Salomonis ſapientiæ teſtimonio, cap. 6. 7. *Exiguo conceditur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patientur.* Vel, vt propriè ex Græco legitur; *Potentes potenter examinabuntur*, quod an de extremo iudicij examine & tormento, an de temporali accipiatur à Suida, & accipi debeat in eo Sapientiæ loco, incertum & anceps eſt apud interpretes.

Suidas anceps.

Sapientiæ locus anceps ad varios ſenſus.

10 Chryſoſtomum, cuius auctoritas primaria eſt, in vltimum ſeruaui locum, quod peculiaris de illo ratio habenda ſit. quanquam enim alij quoque illum faciant ſententiæ dubiæ & ancipitis, vt qui illis obſcurè loquatur; mihi tamen dubius quoque & anceps eſt, non quia obſcurè loquatur, ſed quia clarè & perſpicuè vno in loco Salomonis nunquam ſcelerum pœnitentis damnationem, in altero reſipiſcētiam adſtruat. Et verò quamuis anceps ſit in eo, quod Homil. 68. in Matthæum pœnitētiam ſuadens, ait: *Quis Manaſſe deterior fuit? ſed facilè conuerſus proprium ſibi Deum largis reddidit lacrimis. Quis Salomone fœlicior? ſed cum negligentia dormitaſſet, decidit in profundum.* Et hactenus quidem videretur Chryſoſtomus damnaſſe Salomonem, niſi continuo addidiſſet: *Has ambas in eius patre mutationes poſſum oſtendere, qui modo diligenti pœnitentia in ſublime ſcandebat; modo negligentia in infima labebatur.* Repetijt eadem ipſa verba Hom. 40. ad populum Antiochenum, q̃ eſt de Pœnitentia, ſed addit: *Quid Iuda fœlicius? ſed proditor factus eſt. quid Paulo miſerius? ſed factus eſt Euangelij præco.* Subiungit deinde *Matthæum & Symonem*, vt videatur omnino voluiſſe paria hominum componere ex altero ſancto, altero reprobo. Ergo & Manaſſen demum ſanctum compoſuiſſe cum Salomone damnato. Hom. 66. Salomonem numerat cum Dauide, Abia, Ezechia, Ioſia, regibus quidem Sanctis. Deinde dicit: *Delapſum in malitiæ barathrum*. Homil. 80. quæ item de pœnitentia eſt, ait: *Salomonem magnam illam iniquitatem auſum, nulleque dignum mortibus factum*. Sed tamen non amplius quam dormitantem lapſum. Paulo clarius Homil. 23. in fine ſuper ſecundam ad Corint. 11. agens de concupiſcentia carnis, ait; *Ab hoc malo Salomon ſic captus eſt, vt lethalem acceperit plagam, & pater quidē ſurrexit, & iterum prælatus eſt ac coronatus.* Cum ergo videretur dicendum, Salomon autē nūquam amplius ſurrexit, ſuſpendit calamum; tatū ſubiecit: *Hic autem nihil tale declarauit.* Sed

Chryſoſtomus clarè in vtranque partē loquutus.

Coaceruatio multorum Chryſoſtomi locorū ancipitum.

Pœnitētia ſuadetur, ſimul & ſalutis timor.

tandem cum hæc omnia Chryſoſtomi loca expoſitionem aliquam benigniorem admittere poſſint, & ad factionem dubitantium referri, tamen ille mihi locus in ſermone de pœnitentia, poſt decem alias de pœnitentia Homilias, tomo 5. qui incipit *Prouida mors*: tam clarus eſt, contra Salomonis ſalutem, vt qui aliò torquere aut aliorſum exponere velit, nugari velle videatur;

Chryſoſtomus clarè damnans Salomoné

Quis ſceleratior Manaſſe? & hunc pœnitentia reuocauit. Pœnituit Deum quòd Saulem regem elegerit; quapropter? niſi quia idem pœnitentiam ignorauit. Quis ſapientior Salomone? ſed neſciens pœnitentiam, perdidit gratiam: & ob hoc dictum eſt; Concepit dolorem: & peperit iniquitatem: concepit peccator delictis dolorem: & ſi non pœnituerit, parit ſibi mortem. Qui tam ardenti tamque concitatæ Chryſoſtomi ſententiæ frigidam illam expoſitionem offundere tentant, vt dicatur Salomon *neſciſſe pœnitentiam*, eo tantum tempore, quo nó pœnituit, licet aliquando pœnituerit; dicant etiam de Saule, idem quod de Salomone, dicant idem de Dauide *neſciſſe pœnitentiam*; dicant de beatis illis, qui animi maculas ſalutari pœnitentiæ lauacro eluerunt, *neſciſſe pœnitentiam*. Credo, non audebunt. Expende quæſo verba Chryſoſtomi; & de mente non dubitabis.

Frigida aliorum expoſitio.

Chryſoſtomus clarè adſtruens Salomonis ſalutem.

Porro idem ipſe Homil. ad cócubinarios, cum ab impuris voluptatibus homines reuocare conatur, in hæc verba ſcribit, *Dicite aliquem, qui hanc ſeruitutem tulerit aliquando, & deinde liberatus ad libertatem bonam recurrerit. Etenim Salomon, cum ſecularum rerum concupiſcentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat; omnem, vt ita dicam, oblectationis & refrigerij viam ſectando, at vbi inde ad ſe reuerſus, & quaſi ex vmbroſa quadam abyſſo ad lumē veræ ſapientiæ reſpicere valuit, túc ſublimem illam, & cœlis dignam emiſit vocem: Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Hoc etiam loco mihi clarè loquitur Chryſoſtomus in partem Salomoni propitiam, vt qui perſpicuè dicat, illum antea ſeruijſſe impuris voluptatibus, in tenebris & & abyſſo profunda iacuiſſe, tandem ad ſe reuerſum lumen aſpexiſſe, & cœleſtiú ſermoni & ſententiæ aſſueuiſſe. Fateor prius illud teſtimonium paulo clarius alicui non immeritò videri poſſe, ſed nihil certius pro parte oppoſita, quàm hoc poſterius pro altera. Ergo ſibi ipſi aduerſatur Chryſoſtomus? minimè ſanè. Sed rem minimè ſibi exploratam, ac prorſus incertam, nunc in vnam, nunc in contrariam partem verſat. Res quidem Hieronymo familiaris, & diuini verbi concionatoribus (qualis Chryſoſtomus) freqnētiſſima, vt ad morum doctrinam non ſolum certa, ſed veroſimilia etiam exempla proponant.

Chryſoſtomus probabilibus etiam cótrarijs vſus. Concionatores vero ſimilibus vſi.

11 Denique quos alij in hanc dubitantium & incertorum claſſem referunt, videlicet Eucheriú, Bedam, Angelomnm; cenſeo minimè habendos incertos, vt quos affirmatè alteram tantum partem aſſeruiſſe, paulo inferius oſtendemus. Hanc autem in incerto ſalutem Salomonis conſtituentium ſententiam longè prudentiſſimam eſſe illud probare videtur, quod diuinæ prouidentiæ, quæ rem hanc occultam nobis eſſe voluit, partes agere & tueri videantur: tum etiam & noſtram vtilitatem: Quanto enim res hęc magis dubia & incerta, tanto videtur ad diuinæ prouidentiæ regulam & noſtræ vtilitatis opportunitatem exactior. Itaque hoc ſolo dubitationis & incertitudinis nomine, ſententia hæc, vt pote tutiſſima, nobis commēdabitur: quę, quod in ſe eſt, illum noſtræ ſalutis optandæ timorem & tremorem dubitationis caligine non ſolum conſeruat, ſed auget & promouet. Et quidem vel temeritatis, vel imprudentiæ eſt, certò definire, quæ incerta & indefinita Deus voluit, propter multos præclaros fines; nimirum, *Ne* (vt inquit Proſper) *fœlicitate huius vitæ turbati poſteri Chriſtum deſerant, qui eſt ſuorum æterna fœlicitas.* Quod fere patres poſt Gregorium obſeruant: & eleganter in hæc verba proponit, Eucherius Reg. 3. *Admonendi ſunt, quibus hoc ſæculum proſperatur, qui nullis aduerſitatibus huius mundi feriuntur; quia Salomon poſt acceptam ſapientiam vſque ad idololatriam ceciſſe deſcribitur, quia nihil in hoc mūdo prius, quam caderet, aduerſitatis habuiſſe memoratur. Sed conceſſa ſapientia eum funditus deſeruit, eo quod eum nulla ſaltem minima tribulationis diſciplina cuſtodiuit, niſi poſtquam Deum deſeruit, & ſe à Deo deſertum eſſe cognouit.* Tum illud, quod ad turpium voluptatum malum & diſcrimen animi & ſalutis grauiſſimum cognoſcendum ſpectat, & in ſua illa reuelatione B. Mechtildis multis rebus dubiis & incertis coaceruatis exponit: *Rogata à quodam fratre, Dominum in oratione requiſiuit, vbinā eſſent animæ Samſonis, Salomonis, Origenis & Traiani. Cui Dominus. Quid pietas mea cum anima Samſonis egerit, volo eſſe ignotum, vt homines ſe de inimicis ſuis vlciſci amplius pertimeſcant. Quid miſericordia mea cum anima Salomonis fecerit, volo homines latere, quatenus carnalia peccata ab hominibus magis diuitentur. Quid vere benignitas mea cum anima Origenis affecerit, volo eſſe abſconditum, vt nullus in ſcientia ſua confidens audeat eleuari. Quid vero de anima Traiani liberalitas mea iuſſerit, volo homines ignorare, quatenus fides Catholica in hoc magis extollatur, quia hic licet omnibus polleret virtutibus, Chriſtiana tamen fide, ac baptiſmo caruit.* *Bene cætera præter illud de Samſone, cuius ſalus certa fide conſtat.*

Dubitandi de Salomonis ſalute pars tutior, & ſapientior.

Vtilitas ex incertitudine ſalutis Salomonis.

Proſper. Proſperitas nimia, noxia.

Turpiū voluptatum malum.

B. Mechtildis teſtimoniú anceps

Origenis, Traiani, Salomonis, ſalus incerta

SECTIO III.

Salomonis ſaluti aduerſantes.

12 *Cypriani teſtimonium examinatum aduerſus Salomonem.*

13 *Gregorius, ex circumſtantia nocturni temporis conijciens Salomonis damnationem.*

14 *Proſper clariſſime loquutus, non item Theodoretus.*

15 *Quindecim alij Salomonis accuſatores. Ioannes Capiſtranus ambitionis notatus.*

12 *Cyprianus perpenſus. Tertullian.*

CYprianus, quamuis à ſuo interprete Pammelio ſimul cum Tertulliano libr. 2. contra Marcionem cap. 23. in numero dubitantium ponatur, ſed, quod ingenuè fatear, mihi omnino videtur hác in claſſem referendus, quippe non obſcurè loquitur de perſeuerantia finali, & de ea quæ hominem Deo ſeruat: & parem facit Sauli, de quo fere nemo dubitat fuiſſe damnatum. Perpende quæſo Cypriani verba confeſſores hortantis, vt perſeuerent, epiſtola 7. quę eſt de obſeruanda diſciplina. *Non ſtatim cōſequutio, ſed conſummatio hominem Deo ſeruat. Dominus hoc magiſterio ſuo docuit, dicēs: Ecce ſanus factus es,*

noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta hoc illum & confeſſori ſuo dicere: Ecce confeſſor factus es; iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon denique, & Saul, & cæteri quamdiu in vijs Domini ambulauerunt: datam ſibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab ijs diſciplina Dominica, receſſit & gratia. & lib. de *Vnitate Eccleſiæ*, iterum inducit Salomonem quaſi amiſſa corona iuſtitiæ; quæ quidem non datur niſi poſt mortem, in hæc verba; quibus confeſſores inſtituit, de ipſorum ſcelere; *Qui in ipſis ſibi delictis placent, & extra Eccleſiam ſine pœnitentia quotidie peccant: Quiſquis ille confeſſor eſt, Salomone maior eſt, aut melior, aut carior non eſt, qui tamen quamdiu in vijs Domini ambulauit, tamdiu gratiam, quam de Domino fuerat conſequutus, obtinuit; poſtquam dereliquit Domini viam, perdidit & gratiam Domini, ſicut ſcriptum eſt; Et excitauit Dominus Satanam ipſi Salomoni, & ideo ſcriptum eſt, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. quod vtique Dominus non minaretur, niſi quia recedente iuſtitia, recedat neceſſe eſt & corona, cum ſcriptum ſit, qui perſeuerauerit vſque in finem.* Nihil clarius.

13 Gregorij ſententia e-lucidata.

Gregorij ſententia alijs obſcura eſt, mihi perſpicua; arbitror, & cuicumque rectè perpenden ti verba lib. 2. Moral. cap. 2. vbi ex circumſtantia nocturni temporis, æternę damnationis noctem in Iuda, diuite auaro, Salomone, ſodomitis, diſertis verbis colligit: *A qualitate* (inquit) *temporis finis exprimitur actionis; ſicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exiſſe perhibetur, cum egrediente illo, ab Euangeliſta dicitur: Erat autem nox. Hinc enim & iniquo diuiti dicitur: Hac nocte repetent animam tuam abs te. Anima quippe, quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti, ſed in nocte memoratur. Hinc eſt quòd Salomon, qui ſapientiam, non perſeueraturus, accepit, in ſomnis hac & nocte accepiſſe deſcribitur. Hinc eſt quod Angeli ad Abraham meridie veniunt, puniturs autem Sodomam, ad eam veſpere veniſſe memorantur.*

Gregor. ex circunſtantia tẽporis capture Salomonis damnationem.

14 D. Proſper. Theodoreti ſententia nõ vbique certa.

Clariſſimè Proſper parte 2. de Prædict. ca. 27. *Salomon clarus in ſenio, fornicatus mẽte & corpore, domino ipſum deſerente, malè obijt.* De Theodoreti D verò ſententia, quamuis non immeritò alij dubitare potuerint, qui tantum illum legerint 3. Regum quæſt. 32. vbi eius *libidinem, intemperantiã, impietatem exponit, quapropter ſua Deus prouidentia & cura eum priuauerit.* Ex quibus verbis nullum efficax argumẽtum peti poteſt illius damnationis, cum 2. Regum quæſt. 32. dominum quoque Dauidis conſtituat, *diuina nudatam prouidentia, inſtar ſcaphæ gubernatore carentis, & ſuſtinentis vehemẽtes fluctus inſanorum dæmonum.* Neque item ex illo, quod initio Pſalm. 71. ſcribit Salomonem *finem vitæ accepiſſe nõ glorioſum*: quod ijſdem verbis repetit Baſilius eodem loco; certum enim eſt E vitæ initijs longè clariſſimis minus illuſtrem reſpondiſſe vitæ exitum: tamen ſuper id ad Romanos 1. *ſine pœnitentia ſunt dona Dei*, quamuis conceptis & claris verbis Salomonem non damnet, at nihil de illo minus, quam de Saule & Iudæis incredulis pronuntiat; *Saul* (inquit) *gratiam ſpiritalem percepit, & ab ea poſtea deſertus eſt, quia etiam ſimiliter Salomon, qui pacem per diuinam benignitatem aſſequutus eſt, poſt tranſgreſſionem gratia priuatus eſt. Porro autem etiam & Iudæi, qui prophetas eorum curam gerentes perpetuò habuerunt, ea cura in præſentia priuati ſunt.*

Baſilius.

Saulis damnatio.

15 Eucherius. Beda. Angelom.

Denique alij poſteriores, vt Eucherius 4. Regum 23. ſuper id. *Excelſa, quæ ædificauerat Salomon, polluit Rex*; cuius verba deſcribunt Angelomus & Beda, quæſt. 29. in libro Regum, & ſuper id Iſai. 2. *Idola conterentur. Palam* (inquit) *oſtenditur, quòd Salomon de admiſſæ idololatriæ ſcelere nunquam perfecte pœnituit; nam ſi fructus pœnitentiæ dignos faceret, ſatageret ante omnia, vt idola, quæ ædificauerat, tollerentur.* Bedam ſequitur Gloſſa ſuper id Iſai. 2. *Idola conterentur*; & Rabanus citatus ab eadem Gloſſa 4. Regum 23. ſuper id, *quæ ædificauerat Salomon*, &c. quanquam idem Rabanus Eccleſi. 47. nihil definitè aſſerat. Sozomenus initio hiſtoriæ in epiſtola ad Theodoſium, quem cum Salomone confert: *Audio* (inquit) *te Salomone Dauidis filio magis pollere virtutibus, ille ſi quidem factus libidinis ſeruus, pietatem non cuſtodiuit ad terminum, quæ illi cauſa fuerat B bonorum, & ſapientiæ.* Ado in Chronic. ætate 4. ad finem: *Salomon* (inquit) *malè obijſſe videtur.* Nicolaum non neceſſariò, ſed gratis & liberaliter huic ſententiæ attribuo; nam 2. Regum 7. poſt adnectam Hebræorum ſententiam de pœnitentia, & ſalute Salomonis; ſic ſcribit: *Hoc eſt mihi valde dubium, ſicut diffuſius tractaui in quadam quæſtione quodlibetica.* Illam non vidi; puto non extare; Sed tamen expreſſit mentem ſuam Prouerbiorum 30. ſuper id, *Viſio, quam loquutus eſt vir.* Hebræorum enim expoſitionem de Salomonis pœnitentia ait *deficere; quia ſi Salomon verè pœnituiſſet, idola, quæ conſtruxerat, deſtru C xiſſet.* Vbi proculdubio ſatis fuiſſet Nicolao ſi diceremus voluiſſe expoſitionem illam Hebræorum certam non eſſe, hoc enim ſolum curabat eo loco; ſed tamen vt dixi, do Nicolaum huic ſententiæ. Abulenſis, 2. Regum 7. quæſt. 13. quamuis aſſerat quæſtionem eſſe problematicã, vt quæ pro neutra parte iudicata ſit ab Eccleſia; tamen ait, *certiſſimè aſſeri poſſe Salomonem non pœnituiſſe.* Beatus Ioan. Capiſtranus lib. de auctoritate Papæ, quem cum alij titulo ſancti indigetent; tamen ambitionis à Pio II. ſuggillatum fuiſſe ſcribit Ioannes Maior, Matth. 4. vbi de Tentationibus Chriſti. & eiuſdem vitij idem Pius in ſua Hiſtoria; id eſt, Aeneas Syl D uius, illum notat. Ioannes Cognatus de proſperitate & exitio Salomonis capitol. 18. Martinus Cantapetrenſ. libro 10. Hypotypoſeon Regula 25. Andreas Vega libro 12. in Trident. capitol. 2. Cardin. Bellarm. tomo 1. libro 1. de Verbo Dei capitol. 6. Pater Benedictus Pererius, in epiſtola ad Romanos capitol. 8. diſputatione 27. Ioannes Maldonatus qui Matth. 2. numer. 8. dicens, *Peius feciſſe Salomonem, quam Achaz, qui & ſi malus, tamen peccati pœnitentiam egit.* Quæ ſententia, neque paucis neque leuibus argumentis fulcitur; quæ ita à nobis proponentur; vt ſimul quantum virium & momenti habeant adiun E ctis & refutatis reſponſionibus ſit à nobis diligenter examinandum.

Gloſſa. Rabanus. Sozomenus. Ado. Nicolaus. Abulenſ. B. Ioannes Capiſtranus quiſi Ioã. Maior. Ioã. Cognatus. Martinus. Vega. Bellarmin. Pererius. Maldonat.

SECTIO IIII.

Quatuor damnati Salomonis argumentorum capita. Primum, quod nunquam ſcribatur Salomonis pœnitentia.

16 *Formula conficiendi argumenti negatiui contra Salomonẽ, confirmata ex conſuetudine Scripturarum.*

17 *Achab*

17 *Achab imitator peccati Salomonis, pœnitētiam ſimulat. Illuſtratus locus Regum.*

18 *Deus diſſimulans peccata, illuminans bona hominum opera. Semel & iterum illuſtratus Iſaias. Chriſtus tacens, ſed ſcribens in cauſa adulteræ.*

19 *An perpetuo Scriptura peccatis recenſitis pœnitentiam ſanctorum ſubſcribat. Non recenſet omnia illorum peccata.*

20 *Salomonis & aliorum in peccando & pœnitendo diſparitas, Noe, Loth, Sanſonis, & 12. Patriarcharum accuſatio & excuſatio.*

21 *Adami pœnitentia ex Geneſi aſſerta. Cuiuſmodi folia, quibus contegitur. De pœnitentia Achab varia opiniones.*

22 *Salomonis & Dauidis collatio. Huius pœnitentia ſolēnis; Illuſtratus Eccleſiaſticus, & Eſdras.*

23 *Salomon non fraudatus iuſto præconio. Pœnitentiæ commendatio. Extenuationis figura. Illuſtrati Dauid & Sophonias.*

24 *Obiectionis reſponſio contra Salomonem, & pro eodem redargutio. Pœnitentia Salomonis ſilentium vtile fidelibus.*

16 Formula, & vis argumēti negatiui.

PRimum argumentum damnati Salomonis, quòd cum illius peccata grauiſſimè ſcribantur, & amplificentur in ſcripturis, ſed nulla de illius pœnitentia mentio, vel leuiſſima. Quod licet argumentum negatiuum ſit, ſed tamen multum habere virium, nemo qui Sacrarum Scripturarum conſuetudinem nouerit, negare audebit: quare conficiendum hac forma: Solet Scriptura poſt recenſita alicuius peccata, libenter pœnitentiam ſubiungere, ſi ubi ille pœnituit; ſed nunquam Salomonis pœnitentiam illius peccatis ſubnectit, vbi maximè videbatur adiūgenda; id eſt, cum illius peccata recēſet; quin potius criminibus ter quaterque recenſitis nullum meliorem exitum proponit. 3. Regum. 11. 4. Regum. 13. Eccleſ. 47. 2. Eſdræ vltimo, & quidem verbis grauiſſimis; peccauit igitur, ſed nunquam pœnituit. Diſcurſus ſanè legitimus, & firmus, ſi ſemel ille mos Scripturarum confirmetur.

D

Scripturarū, & Dei conſuetudo libētius hominum pœnitentiam quā peccata cōmemorantium: Illuſtratus locus. 3. Regum.

Conſuetudo autem illa Scripturarum ortum habet ex diuinę clementiæ, & benignitatis natura, quæ libentius peccata noſtra conuelat & diſſimulat; pœnitentiam, atque virtutes producit, & proponit ſpectanda angelis, & hominibus: vt clarè conſtat. 3. Regum. 21. 20. 25. de Achab qui cum *venundatus eſſet, vt faceret malum*, id eſt, proiectus ad omnem impietatem; tum etiam quaſi redactus in ſeruitutē impiiſſimæ Iezabelis vxoris, quæ illum ſibi emerat mancipium obſequentiſſimum pretio vineæ Naboth? cum diceret; *Ego dabo tibi vineam, &c.* quod pretium cum viliſſimum fuerit pro tanto ſcelere patrando occidendi innocentis Naboth, dixerunt, Septuaginta: *Fruſtra venditus eſt (Vendida de balde, y ſin ningun buen porque.* & velut imitator Salomonicæ impietatis, & mulieroſitatis;) *Concitauit enim eũ etiam IeZabel vxor ſua.* (Septuaginta; *euertit eum IeZabel. (Traſtornole el iuizio)* propriè ex Hebræo; *ſeduxit eum*, quaſi diceret, infatuauit. Sicut infatuatus eſt Salomon ab vxoribus, *& euerſum eſt cor eius.) & abominabilis factus eſt in tantum* (in Hebræo: *Abominationes fecit valde) vt ſequeretur idola, qua fecerant Amorrhæi.* Tamen pœnitentiã, vt quidam volunt, nō tam egit quàm ſimulauit: (& tamen vmbratilem illam pœnitentiæ ſpeciē

17 Achab imitator impietatis Salomonis.

E

Achab an vere, & ex animo peccati pœnitens.

A non præterit Deus; *Placet* enim, vt Greg. Homil. 10. in Ezech. dixit, *ſpontanea pro culpis afflictio, et in eis qui diſplicent.*) *ſcidit veſtimēta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq́, & dormiuit in ſacco, & ambulauit dimiſſo capite* (Et quidem benigniſſimus Deus ſiue veram, ſiue falſam pœnitentis hominis demiſſionem in occulto latere non eſt paſſus:) *Et factus eſt ſermo domini ad Eliam Thesbitem dicens: Non ne vidiſti humiliatū Achab coram me?* (de præterito, inquit, nonne vidiſti?) quaſi ægre ferens, ſtatim atque pœnitere hominem peccati cœpit, non ſtatim ſpectari & prædicari ab vniuerſis mortalibus eius pœnitentiam. Atque illam ſtatim ſui decreti, & minarum intētatarum à Propheta, quaſi pœnitentia & temperatione proſequitur: *Quia humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.* Et pœnituiſſet Salomonem tacente Deo & prætereūte illius pœnitentiam? quis credat?

Greger. Placet Deo ſpontanea afflictio et in eo qui diſplicet.

B

18 Eandem conſuetudinē Scripturarum, & diuinæ bonitatis cōfirmat, quòd ſcriptum ſit Iſa. 42. 2. *Non clamabit neque accipiet perſonam*, (quod propriè eſt in Hebræo. *Non vociferabitur & nō eleuabit.* quam *eleuationem*, vel *acceptionem*, aut aſſumptionem, vt ex Hebræo legitur, cū ad *perſonā* retulerit Vulgatus: tamē ad ipſam vocem referre commodè poſſumus, vt ſit expoſitio præcedētis *vociferationis. Non eleuabit vocem: (no dara voZes ni leuantara el grito para pregonar el peccado*) vel, *non eleuabit*, neque attollet peccatorem; *no leuantara en alto, ni pondra ala verguenZa al peccado y al peccador.* Septuaginta; *Non dimittet*: Non præteribit peccatorem ad ſe accedentem; non abijciet pœnitentem.) *Neque audietur vox eius foris.* (ſed ſilentio & ſecretò accipiet ſpontaneam peccati accuſationem) *calamum quaſſatum non conteret) hara que no ſe vean, ni ſuenē nueſtras quiebras) & linum fumigans non extinguet.* vel minimā ſcintillam boni alicuius, quaſi igniculi, quantumuis exigui & tenuis, reliquias non extinguet, neque opprimet iniecto pede, ſed ſuo ſpiritu excitabit vt lumen maius concipiat, atq; in hominum oculis ſplendere poſſit: *vna centella de bien que aya la abiuara a ſoplos para que luZga y ſe vea*, Vbi iam vel minima alicuius boni ſcintilla in Salomone, ſi quidem illam non excitauit neque accendit Deus? Siccine illam oppreſſam & extinctam pateretur Dei, & Scripturarum ſpiritus?

Deus non traducens hominis peccata. נשא

C

Deus illuminās hominum bona opera.

D

Res eadem robur, & exemplum habet in illa Chriſti Domini vel ſentētia, vel abſolutione fœminę adulterę, cuius ingens adulterij crimē *non eleuauit*, neque extulit ſpectandum populo; ſed ita depreſſit, *vt ſe inclinans digito ſcriberet in terra.* quid porro ſcribebat: Sanè Phariſæorum accuſationem facilè delendam; vt pote ſignatam in monumento pulueris minimè diuturno. *Neque clamauit*; ſed, quod minimum fuit, tacens & ſilens *digito ſcribebat*; non perſcripſit, neq; perfecit accuſationē; vt ſcribendo, linum fumigās minimè extingueret, & illas qualeſcunq; ſcintillas pœnitentiæ in animo adulteræ iā conceptas, excitaret & accenderet: deniq; ſubijcit Iſaias: *In veritate educet iudicium; ſplendebit, &c.* facietq́, vt non diſſimuletur tet veritas, ſed potius promulgetur, & ſplendeat. Et vellet æquiſſimus rerum arbiter, rem & cauſam Salomonis ſuæ ſcripturæ monumentis ita cōſignari, vt æſtimari ex initijs, non etiam ex fine poſſet; & veritatem ita ignorationis & ſilētij tenebris obſcurari, vt extrema rei iudicatę ſententia nō promulgaretur?

Chriſti in cauſa adulteræ iudicantis ſilētiū & ſcriptio.

Ioan. 8. 6.

E

Deus ad veritatem educēs iudicium.

Sed quod ratione & teſtimonio ſacro oſtēdi- 19

Obiectio & reſponſio argumenti ſuperioris.

mus, exemplo etiam vt cõfirmemus, poſſet quis ſuo iure à nobis exigere; inſuper & pro Salomone reſpondere ſuperiori argumento; conſuetudinem quidem illam Scripturarum merè particularem eſſe in vno, aut altero Dauide, & Manaſſe, quorum pœnitentia ſcribitur in ſacra hiſtoria; ac ne perpetuam quidem; nam primorum parentum pęnitentiam nullibi legimus; ſicut neque Noe inebriati; Loth inceſtuoſi; Iudæ patriarchæ ſcortantis. Sanſonis ſe ipſum morti deuouẽtis; Bethſabeæ adulterium non repudiantis, & aliorum ſimiliter plurimorum ſanctorum; quorum cum peccata legamus, pœnitentiam non legimus, ſed credimus.

Multorum Sanctorũ peccata leguntur, pœnitẽtia creditur.

Huic, vt reſpondeamus, & diſparem Salomonis, atque aliorum ſanctorum, quorum pœnitentia taceatur, rationem oſtendamus: obſeruãdum quidẽ, non eſſe conſuetudinis ſacrarum Scripturarum, vt quælibet hominum peccata commemoret; aut ſi quando recẽſuit, non ſolere ſtatim pœnitẽtiam ſubiungere, niſi peccata grauiſſima fuerint, & ex illorum genere, quæ clamant in cęlum; præſertim cum ex vno, aut alio peccato nõ ſtatim peccatoris exiſtimatio & nomen conflatur: aut tandem quando hominis, qui peccatum commiſit, ſanctitas ſingulari præconio celebratur, vt eo etiam illius pœnitentia aſtruatur, & peccatum omnino deletum intelligi poſſit.

Scriptura non omnia Sanctorũ peccata recenſet.

30

Salomonis & aliorum qui peccarunt cõditio diſſimilis. Noe ebrietatem qui a peccato liberent.

Ex hoc fundamento facilè Salomonis, & aliorum diſſimilitudo conſtat: quippe Noe, etiam ſi cum peccato inebriatus fuerit (de quo tamẽ minimè conſtat; immo potius ab omni peccato illũ excuſant Chryſoſt. hom. 29. Theodor. q. 65. Procopius, Antiochus hom. 5. in Geneſim. Albinus, D. Thomas. 2. 2. q. 150. art. 1. corp. Eucherius, & docti recentiores) tamen neque ex illa ebrietate peccatoris nomen mereretur: neque, ſi meruiſſet, non deleretur quæcunque de illo minus digna exiſtimatio, præclaro eius ſanctitatis teſtimonio, quo ſæpe in ipſa illa Geneſis hiſtoria cõmendatur. Geneſ. 6. 8. 9. & c. 9. 1. 9. vt prætercam illius elogiũ Eccleſ. 44. 17. Hebr. 11. 7. Sed quam alius Salomon? cuius peiores vietutes propudioſa nefariorum ſcelerum commemoratione concluduntur. 3. Reg. 11. & Eccleſ. 47.

Perer. Tẽ. Singulare præconiũ ſanctitatis Noe.

Sanctitas Loth.

De peccatis Loth, obſcura quoque res, ſed ſanctitas longè illuſtrior: licet enim non ſimpliciter & abſolutè iuſtum vocari velit Auguſt. q. 45. in Geneſ. atque Origenes hom. 5. ſed tamen Petrus Apoſtolus 2. epiſtola. 2. 8. *iuſtum & pium* vocat, ac Dei beneuolentia *à tentatione ereptum*, & licet Auguſt. quidem cum Origene videatur in Loth paulo ſeuerior, nam ebrietatem illius omnino reprehendit: ſed eleuat, & partim excuſat Theodoretus q. 69. *Nonnullam* (inquit) *habet reprehenſionem, ſed venia temperatur.* Chryſoſtomus hom. 44. prorſus excuſat, atque etiam benigniorem ſe oſtendit D. Thom. 2. 2. q. 150. art. 4. inceſti verò culpam, etiam ipſe Auguſtin. lib. 22. contra Fauſtum. c. 43. ea ratione excuſat, *vt culpandus*, inquit, *ſit non quantum inceſtus, ſed quantum ebrietas merebatur*; & excuſant quidem omnino Chryſoſtom. Albinus, D. Thom. cum Origene, immo & ſacra ipſa hiſtoria Gen. 19. 33. 35. *nam ille non ſenſit*. Præterea ſi tam iniquus ſis erga Loth, vt etiã peccato illi vertas, quòd virgines filias, & quidem iam deſponſas maritis conſtuprandas Sodomitis obtulerit: ſcito etiam Auguſtinum cum alijs ſeueriſſimis cenſoribus, ſi nõ ex facto, at ex quadam *animi perturbatione*, atque indeliberatione illum excuſare; & ſimpliciter quidem, D. Thom. cum ſua ſchola, quòd nihil malum perficere, potius impedire voluerit. Quid igitur in hac re tam exploratum, tamque nefarium, vt oportuerit ſtatim ſubijci pœnitentiam Loth, perinde ac Salomonis; vt hunc, perinde atque illum in numero iuſtorum Eccleſia haberet?

Ebrietatẽ Loth qui excuſent.

Inceſtus Loth liberatur a culpa.

An peccatum Loth virgines filias offerẽs Sodomitis.

D. Thom. de Malo. q. 1. ar. 1. ad 14. Cant. 22. q. 78. ar. 4. & in Gen. 27. Arborens lib. 10. Theoſophia c. 2. Sotus. 6. de Iuſtitia. q. 1. ar. 5.

A fornicatione nõ excuſandus Iudas patriarcha, ſed excuſandus quidem ab inceſtu, quippe ignorabat nurum. Sed hoc non eſt ex illis grauiſſimis peccatis, quæ ſtatim obſtinati animi, & nũquam eluendæ maculæ metum afferant: ſemel hoc de Iuda commemoratur; non bis. Non ideo ſcortator; neque ſi illius pœnitentia non ſtatim ſubſcribatur, meritò debeat illius ſalus in dubiũ vocari, perinde ac incredibilis illa Salomonis libido, & petulantiſſima effrænati animi intemperantia cum ſumma impietate coniuncta.

Iudæ patriarchæ fornicatio nõ inceſtuoſa.

Cęteros Patriarchas plagiarios fuiſſe, & parricidali inuidia fratrem vẽdidiſſe, perſpicuũ eſt, ſed nequa valde obſcura illorum pœnitentia, & ſpontanea criminis confeſſio, Gen. 42. 21. cum dicunt: *Meritò hac patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ.* & c. 50. 17. *Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum. & peccati, atque malitiæ, quã exercuerunt in te; nos quoque oramus vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.*

Duodecim Patriarcharũ pœnitentia.

Sanſon peccauerit, necne, ducendo vxorem Philiſtinam, ambigunt docti; ſed minimè dubitant non peccaſſe triginta illos Philiſthæos ſpoliando & occidẽdo; tum præterea peculiari Dei inſtinctu ſe ipſum occidendo, vt plures ex hoſtibus moriens quàm viuus perderet, vt exponit Auguſt. 1. de ciuitate. c. 21.

Sanſonis peccata quæ.

Auguſtin.

Iam Bethſabee pietas & religio poſt adulteriũ multis clariſſimis argumentis demonſtrata à nobis eſt ſuperius lib. 1. c. 4. Tũ præterea adulterij crimen non vna tantũ rõne extenuatum, vt propterea peculiarẽ illius pœnitentiæ mentionẽ fieri nõ fuerit neceſſe, & ex poſteriori vita ſatis firmũ extremæ ſanctitatis teſtimoniũ fieri poſſit.

Betſabee ſanctitas.

31

Adami peccatum.

Denique primi parentis pœnitentiã poſt primũ illud originale peccatum nemo vnquam Catholicorum deſiderauit, perſuaſus nimirum nõgentis integris, quibus ſuperuixit, annis illum grauiſſimè pœnituiſſe. cuius rei non aliud Scripturarum teſtimonium requirit Auguſt. quam communẽ Eccleſiæ totius conſenſum: ſic exigente ratione ipſa, vt ait Iren. lib. 3. c. 34. *Vt cum ſaluatur homo, oporteat ſaluari eum, qui prior formatus eſt homo.* Sed ſi præter apertum illud teſtimoniũ Sapiẽ. 10. 1: *Hæc illum, qui primus formatus eſt, eduxit à delicto ſuo*: in ipſa Gene. hiſtoria requiras pœnitentiæ veſtigia, inuenies cũ Irenæo lib. 3. c. 37. *Ab altero* (inquit) *ſeductus occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur, & abſconditur, confuſus; quoniam tranſgreſſus præceptum, indignus eſt venire in conſpectum, & colloquium Dei. Timor autem Domini initium intelligentiæ; intellectus verò tranſgreſſionis fecit pœnitentiam, pœnitentibus autem largitur benignitatem ſuam Deus. Etenim per ſuccinctorium in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus, & alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, retundens petulantem carnis impetum, timens Deum, & aduentum eius expectans.* & multa alia in hanc rem pulchra.

Auguſtin. epiſt. 69. ad Euodium. Irenaus.

Adamus peccati pœnitẽs aſperis folijs abſconditur.

Ex his tandem colligimus, quod initio proponebamus, nullius grauiſſimi ſceleris, aut turpiſſimæ vitæ narrationẽ cõtineri in Scripturis, cuius pœnitẽtia taceatur, ſi ſalus aſtruẽda ſit. Quẽ Scripturarũ morẽ, ꝙ obiecimus exempla, non ſolum non

Inſtauratur vis argumenti ſuperioris ex ſolenni Scripturarum more.

non infirmant,ſed illa præterea Dauidis & Ma-
Achab an ex animo pœnituerit. naſſe confirmant;tum præterea Achab,cuius ve
ram fuiſſe pœnitentiam vult Hieronymus in epi
taphio Fabiolæ, & in epiſtola ad Ruſticum. tum
etiam Auguſtinus ſermone.58. de tempore; ad-
Hieronym. dit tamen non perſeueraſſe,nunquam tamen ve
Auguſtin. rè aut perfectè penituiſſe indicat Greg. Homil.
Gregorius. 10.in Ezech.Theodoretus.5.Regum.q. 60. Pro-
Theodor. *Procopius.* copius,Nicolaus,Carthuſianus.

aa Et vt vim maiorem roburque addamus ſemel
inite ratiocinationi, ſanè argumentum damna-
ti Salomonis,quod ſumitur à pœnitentia Daui-
dis,validiſſimum eſt;nam non ſolum in Regum
hiſtoria eius peccato ſtatim annectitur pœniten
B tia,ſed in Eclceſiaſtico nullaadulterij homicidij
ve mentione, poſt alia elogia ſubijcitur: *Domi-*
Præclarũ pœnitentiæ Dauidis teſtimonium. *nus purgauis peccata ipſius*.quaſi veller Ieſus Sira-
cides occurrere obiectioni tacitæ;quorſum tan-
topere commendaret Regem, qui ſe grauiſſimo
homicidij & adulterij crimine polluiſſet;aut
Eccl.47.13 quorſum tam nefarij peccati memoriam non re
Illuſtratus Eccleſiaſticus. peteret;quia,inquit, peccatum per *pœnitentiam*
purgatum apud Deum iudicem,& rem ſemel iu
dicatam,neq; retractare,neque refricare opor-
Dauidis peccatum præiudicatum. tet: *No ay que tratar de peccados paſados ay en co-*
ſa iuzgada.Non ſolum inquam apud ſupremi Iu
dicis tribunal,ſed præterea apud ipſummet Da-
uidẽ de plano iam actum & iudicatum erat de
ſuo peccato,accuſatore Nathan Propheta, ſicut
Pſ.118.121 C ſcriptum eſt: *Feci iudicium & iuſtitiam, non tra-*
2.Cor.11.31. *das me calumniantibus me*;quippe *ſi noſmetipſos di*
iudicaremur per pœnitentiam, *non vtique dijudi-*
caremur a Deo, neque cum hoc mundo damnare-
Salomonis elogiũ peccato clauditur. *mur*.At longè aliter de Salomone loquitur idem
Eccleſiaſticus;cum enim propoſuiſſet *laudare vi*
ros glorioſos, tamen nihil habuit laude dignum,
quo fœliciſſimam Salomonis iuuentutem clau-
deret,quam illaudatã ſenectutem, & multis ne-
farijs ſceleribus contaminatam:itaque non alia
fuit vitæ & hiſtoriæ clauſula, quam ea turpiſſi-
ma.Cui item ſimilis eſt ille alius locus.2. Eſdræ.
13.26.*Nunquid non in huiuſmodi re peccauit Salo-*
mon Rex Iſrael? & certè in gentibus multis non erat
D *Rex ſimilis ei, & dilectus Deo ſuo erat, & poſuit*
Deus eum regem ſuper omnem Iſrael; & ipſum ergo
duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ.

23 Quod autem clariſſimo vitæ ſuæ facinore &
encomio Salomonis hiſtoria deſtitueretur, ſi cũ
egiſſet pœnitentiam,illa non deſcriberetur, ex
eo oſtẽditur,quod pœnitentia clariſſimum red-
Pœnitentiæ laus apud Deũ, & homines. dat hominem apud Deum & homines, dicente
Eccleſiaſtico.c.8.6. *Ne deſpicias hominem auerten*
tem ſe à peccato,neque improperes ei.quaſi diceret,
non exprobrandum peccatori ſcelus, quanuis
grauiſſimum, quod pœnitentia elutum fuerit;
quin potius ſummo honori & laudi habendum:
Illa enim negatio *non deſpiciendi*, per extenuatio
Extenuationis vis in ſcriptura. nem ſignificat ſingularem honorem peccatori
E pœnitenti deferendum propter inſignem animi
virtutem & fortitudinem,animum ſuum frænã
di, & retrorſum ab incœpto curſu conuertendi.
Ergo ſi ſacra hiſtoria neque diminuta cenſenda
eſt, vbi minimè debuit eſſe; neq; iuſto præconio
Neminem fraudat Scriptura iuſto præconio. Salomonem fraudaſſe,vbi maxime commenda-
re oportuit;certè cum tacuit pœnitentiam,nihil
habuit de pœnitentia narrandum; immo cum
omiſſa pœnitentia,peccata Salomonis tam proli
xè,& tam ſæpe recenſeat,certa ducitur coniectu
ra numquam cum Deo rediſſe in gratiam, cum
Pſal.31.1. ſcriptum ſit: *Quorum remittuntur iniquitates*,con
tegi quaſi deſuper iniecto operculo illo Propi-

A tiatorio Arcæ,ne apparere amplius poſſint; tum
Soph.3.17.*Silebit Deus in dilectione ſua*,& , *Exul-*
tabit ſuper te in laude.id eſt,ſi ſemel in gratiam re
deat anima,quæ ſe adulterij & impietatis crimi
ne polluerit,nihil iam Deum ſponſum cum illa
de condonato peccato expoſtulare, ſed *ſilere* in Peccatorũ remiſſorũ obliuio apud Deũ.
dilectione: *no le habla palabra de lo paſado, porque*
la quiere bien, potius, *exultat ſuper illa in laude*. At
Salomon quam longè ab hoc ſilentio ſuorum
ſcelerum,tam longè profectò ab omni poſterio-
ris vitæ commendatione & laude.

Sed iterum pro Salomone inquis: illius fortè 24
pœnitentiam deſcriptam fuiſſe libris Ahiæ Silo- Obiectioni reſpondetur.
nitis, Addo videntis,aut Nathan Prophetæ. Be-
B ne quidem;& verè in illis libris aliqua, fortè ẽt
multa ſcripta fuiſſe de Salomone,quæ in iјs li-
bris ſacris, qui nunc extant, deſiderantur; ta-
men quod permagni Eccleſiæ & fidelium inter-
erat, videlicet pœnitentiæ exemplum, ſpectare
videbatur ad Dei prouidentiam ne intercideret An Salomonis pœnitentia ſcripta interciderit.
ſed in aliquo libro ſacro poſteritati commenda
retur.Quod ſi non eſt ſcriptum ad noſtram vtili
tatem,profectò nullum fuit.

Sed huic tandem reſponſioni iterum obijci à
Salomonis patronis poſſet,ſi Salomonis pœnitẽ
tia tacetur,taceri quidem propter magnum Ec
cleſiæ lucrum ex eo ſilentio ad poſteros omnes
mortales redundaturum.Forte etiam non ſileri, Pœnitẽtię Salomonis ſilentium vtile.
C cuius tam aperta argumenta & clara veſtigia in
ipſis Salomonis libris reſplendeant, & clament
illum reſipuiſſe,ac deteſtatum priores vitę erro
res; vt Salomonis patroni oſtendere conantur.
ac paulo poſt diligenter ea ponent.

I I. Damnati Salomonis argumentum;quòd
illum traducat Scriptura tanquam pri-
mum Idololatriæ in ſanctam vr-
bem inuectorem.

D

25 *Salomonis quam aliorum regum idololatria gr*
uior.Mons offenſionis.Illuſtrati Iſaias,& Za-
charias.
27 *Subditorum peccata attributa principibus. Pr*
mus peccati auctor grauiter punitus. Rex pec-
cans.Illuſtratus Moyſes.
27 *Conectura idololatriæ nunquã à Salomone ſub*
lata. Aliorum regum etiam puerorum pietas
damnat Salomonis impietatem.

ALiud damnati Salomonis probatio 25
nis caput,quod Scriptura non ali-
E ter illi ſcelera,præſertim idolola-
triæ exprobret, quam alijs regi-
bus,de quorum vel impietate, vel
damnatione nemo ambigit. Cum
enim alijs conuitietur Scriptura, *quòd excelſa*
non abſtulerint, quæ alij reges ædificaſſent;
Salomonem tamen non ſolum non abſtu-
liſſe, sed inſuper primum ædificaſſe; neque Grauius Salomonis quam aliorum Regũ idololatrię ſcelus.
ipſe, neque alij reges abſtulerunt, ſed fue-
runt populo in ſcandalum fere per trecen-
tos quinquaginta annos, vſque ad Ioſiam, non
temere ſacra refert hiſtoria. 4. Regum. 23, 13.
Excelſa,quæ erant in Ieruſalem, ad dexteram par-
tem

tem montis offenſionis, quæ ædificauerat Salomon, polluit rex. Quod cum grauiſſima nefariæ impietatis circumſtantia dictum videtur, vt ſuperius lib. 7. ponderabamus, nimirum erectas fuiſſe idolorum aras in Ieruſalem: per ſuade enim fuit erexiſſe aras idolis in ipſa vrbe, atque in monte extra vrbem qui proximè totius vrbis conſpectui parebat. Quare quod 3. Reg. 11. dicitur: *In monte contra Ieruſalem.* 4. Reg. 23. dicitur ipſa *Ieruſalem*; ex montis enim cõſpectu creabatur perpetuum irritamentum idololatriæ & impietatis ciuibus Ieroſolymitanis. ex quo accipere potuit appellationem illã *Montis offenſionis*, vt in quẽ offenderent & impingerent, tum idololatræ alij, tum verò infirmiores ciues Ieroſolymitani, aliorum exemplo allecti: Quare in eum mõtem quadrare videtur quod de eadem idololatriæ impietate ſub perſona fœminę impudentiſſimę, quæ *vocabatur Impietas*, dictum eſt ab Angelo Zach. 5. 6. *Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra:* in ſublimi enim conſpecta eſt à Prophetà, iuſſo, vt *leuaret oculos, & videret.* In illam ergo ſuſpiciebant venerabundi: neque aliter quidem Ieroſolymitani ciues in altaria illa ſublimia ſuſpenſi intuebãtur. Et amplicat nefariã Salomonis impietatem, quod dicitur *Mons contra Ieruſalem*; quaſi mons ille ex oppoſito, & e regione pugnauerit cõtra ſanctum Dei templum, & ſacram pietatẽ, atque religionẽ: vt meritò de Salomone ſub perſona fœminæ impudentiſſimæ grauiſſimis Iſaiæ verbis. 57. 8. conqueri videatur Deus: *Iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum, dilataſti cubile tuum.* quia videlicet iuxta templum ipſum, & in conſpectu Dei ſponſi laſciuierit cum idolis. quare ſubdit Deus: *Quia ego tacens, & quaſi non videns;* nimirum vt poſtea quaſi parturiens loquatur. quaſi diceret; *Bien lo veo, pero callo y hago me del deſentendido.* Cuius ſceleris grauitatem eleganter ponderat Origenes hom. 8. in Exod. *Nõ habebis Deos alienos coram me. Ego enim ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes. ſicut enim,* (inquit) *amatorium eſt, ita & indignationi concitatiſſima aduerſus idolorum cultores proximum eſt; nam illud, coram me, indicat impudentiſſimam aliquam idololatriæ impietatem coram Deo, qui præſens ſit, qui animam ſcortantem cum idolis intueretur.* Neque minus præclarè Theodor. q. 39. in Exod. *Sicut vir* (inquit) *ignauum habens vxorem, admonere ſolet illam his verbis Zelotypus ſum, videre non poſſum te cum altero viro loquentẽ: ita Dominus Deus volẽs à cultu dæmonum illos ab alienare, non tantũ ſe ipſum Zelotem appellauit, ſed & ignem conſumentem.*

Stãs offenſionis vnde dictus.

Impietas idololatriæ nomẽ.

Salomonis & idola colentium grauis reprehẽſio.

Origenes.

Theodoret.

Denique in monte hoc, qui erat ad Orientẽ, idololatras ad Orientem adorantes, oportuit habere dorſa cõtra Templũ, *vertentes ad Deum tergum, & non faciem*; adorantes enim in templo, & ingredientes per portam Orientalem adorabãt ad Occidentem. dictum præterea eſſe *montem offenſionis*, aut *montem Corruptionis*, deſtructionis, doloris, montemve peſtiferum, quòd fuerit cauſa grauiſſimi ſupplicij, & excidij Ieroſolymitani, diximus ſuperius cap. 10. lib. 7.

Adorantes in monte offenſionis dorſa habuiſſe ad Templum.

Atque huc pertinet grauiſſima illa Dei querimonia, quòd cum ex vniuerſo orbe terram illã promiſſam; ex terra verò promiſſa vnicam Ieruſalẽ ſibi propriam ac peculiarem voluiſſet Deus tamen ſanctam ciuitatem, in qua ſuum *ignem*, ſuum *caminum*, ſuum *altare* ſacrificiorum conſtitueret Deus, polluit Salomon inuectis dijs alienis, & quaſi eorum tutelæ tradens ciuitatem, quam ſibi elegerat Deus. 3. Regum. 8. 4. 8. & cap. 11. 32. 36. & 14. 21. 2. Par. 6. 5.

Illa etiam augent ſceleris grauitatem, quod cum non ſolum quidquid delirant reges, plectãtur ſubditi; ſed quod ſubditi, & populares peccãt & delirant, id quoque tribuatur regibus, & vel vitio vel virtuti, vt videre eſt. 3. Reg. 16. 34. cum inter peccata Achab refertur, quòd *in diebus eius ædificauit Hiel-Iericho*, ciuitatem minirũ inſtauratione omnino interdictam: quãtum ſceleris redundat in Salomonem ex eo, quòd non ſolum in diebus eius ædificata fuerint templa idolis, ſed ipſe primus ædificauit? Adde quòd primus ſceleris alicuius auctor mirum in modũ diſplicet Deo, atque grauiſſimo ſupplicio afficitur: & tandem, permittente illo tantum ſcelus inexpiatum manet, vt videre eſt Numer. 15. 32. grauiſſimo enim capitis ſupplicio affectus eſt, *Quem inuenerunt filij Iſrael in ſolitudine colligentẽ ligna in die Sabbathi, & obtulerunt eum Moyſi & Aaron, & vniuerſæ multitudini. qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eum facere deberent. Dixitque Dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte: & obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra.* Sed quod tantum ſcelus extremo ſupplicio dignum? quodcumque tandem illud fuerit, ſi primum fuit, grauiſſimum fuit. Theodoretus q. 31. *Qui primum auſus eſſet legem prætergredi, ne fieret auctor tranſgrediendi, legibus iuſſus eſt lapidari.* qđ ſi, qui primus trãſgreditur, rex ſimul, aut princeps ſit, iam non vna tantum ſed dupliciratione alijs erit peccandi auctor. quare de impœnitente Ieroboam dicitur. 3. Regum. 14. 16. *Peccare & peccare fecit Iſrael.* quod meliori ratione in Salomonem cõuenit. primo rege idololatra, & ſuo exemplo ſanctum populum contaminante: ſicut & de impio ſacerdote dicitur; Leuit. 4. 3. *Si Sacerdos peccauerit, delinquere faciẽs populum, &c.* 26

Subditorum peccata attribuũtur Regibus.

Primus peccati auctor grauiſſime punitus.

Theodoret.

Rex peccans dupliciratione peccati auctor.

Sed fuit tandem (inquit) grauiſſimum ſcelus cuius poſtea pœnituit? minimè ſanè; nam tam exaggeratum fuiſſe, iam inde ab initio portendebat, fore vt nunquam reuocaretur per pœnitentiam. quare ſicut perſtiterunt idola toto vitæ Salomonis tempore; ita ſanè & ipſe in peccato perſtitit, atque deceſſit, vt præterea colligi põt ex illo. 3. Regũ. 15. 12. quod de Aſa nepote Salomonis ſcribitur; *Purgauit vniuerſas ſordes idolorũ quæ fecerant patres eius.* Qui aũt patres? nõ alij ſanè, quàm Roboã parẽs, & Salomõ auus. Quid. n. obeſſe potuiſſet, quominus tantę impietatis reliquias ipſe Salomon auferret, pſertim cũ nondũ radices egerat in populo, vtpote recens inuecta in Ieruſalem, & cũ ipſe quoq; auctor fuiſſet; propterea que & eſſe poſſet ſua ipſe acta reuocandi. Adde ẽt fore vt teſtimoniũ ipſius Salomonis deteſtantis idola multo eſſet efficacius ad animos populariũ errore deceptos in verã religionẽ reducendos, quod perfacilè fuit regi Aſa, quãuis longè adoleſcentiori, & cum iã idololatria altas egiſſet in populo radices. 3. Reg. 15. 12. 2. Paralip. 14. 2. & Ioſaphat *cum ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, ẽt excelſa & lucos de Iuda abſtulit.* 2. Paral. 17. 6. Ezechias viginti quinque annorum *diſſipat excelſa, & conterit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confringitq; ſerpentem æneum, quẽ fecerat Moyſes, ſiquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum* 4. Reg. 18. 2. 3. 4. nullum igitur peccatum inueteratum obſtitit pijſſimo Regi *Ioſias octauo anno regni ſui, cum adhuc eſſet puer* (id eſt, ſedecim annorum) *cœpit quærere Deum patris ſui Dauid, & duodecimo anno, poſtquã regnare cœperat,* 27

Coniectura idololatriæ Salomonis nun quã ſublatæ.

Pietas Regis Aſa nepotis Salomonis.

Regibus facile eſſe ſua acta reuocare.

Aliorum Regũ pietas euertẽtium idola.

caperat, mundauit (Cœpit cum ſedecim eſſet annorum, perfecitque munditiem & omninò extinxit idololatriam, cum eſſet viginti, id eſt. ſpatio quadrienni) *Iudam & Ieruſalem ab excelſis & lucis, ſimulachriſque & ſculptilibus,* &c. 2. Paral. 34. quibus exemplis inexcuſabile videtur, quòd à Salomone non ſunt idola omninò ſublata, atque conuulſa. Quæ res cum totius Salomonis ſiue pœnitentiæ ſiue obſtinatæ impietatis caput & cardo ſit, non ſemel à nobis repetendum erit.

III. *Ex ampliſſimis pollicitationibus, atque grauiſſimorum ſuppliciorum comminationibus contemptum à Salomone habitis.*

28 *Quomodo Salomon proiectus à Deo non ſicut Saul.* Amouere, & proijcere *quid in ſacro ſermone. Illuſtrati Samuel & Eccleſiaſticus.*

29 *Reges peculiari Deo cura & prouidentia. Salomon cum Saule cōparatus,* Miſericordia *quid propriè. Illuſtrati Ionas & Oſeas.*

30 *Deus non reuocans minas ſemel Salomoni intentatas. Geminatio & repetitio illarum.*

31 *Salomon cum Roboamo & Dauide comparatus. Par Saulis. Illuſtratus Samuel & Eccleſiaſticus.*

32 *Non plus Salomoni quàm alijs impijs regibus profuiſſe Dauidis parentis merita. Propter Salomonem punita poſteritas Dauidis.*

33 *Non ideo condonata culpa, ſtatim condonari pœnam, variè in vtramque partem diſcutitur, & contra Salomonem; & pro Salomone.*

28 TErtium probationis caput ex magnificentiſſimis promiſſis, acerrimis etiam comminationibus, quibus Salomonem in officio continere curauit Deus, tum ſe ipſo per viſionem bis aut tertium per Dauidem parentem, præſertim. 1. Paralipom. 28. 9. *Si quæſieris Deum inuenies; ſi autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum.* quæ cum Dauidis verba ſint, videntur accepta à diuina reuelatione facta illi per Nathan. 2. Regum. 7. 15. qua illi promittebatur Salomon filius: Cum autem illic dicatur *Proijciendus in æternum* Salomon; videtur illa altera promiſſio, *Miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea,* intelligenda non quantum ad perſonam, ſed quantum ad ſucceſſionem; alioquin videtur Salomon propter peccatum *proiectus in æternum,* inſtar *Saulis* amoti à facie Dei. Et quidem verbum *proijciendi Zanahh* acrius & vehementius eſt, quam illud alterum *amouendi*; hoc enim affert ſimplicem quandam amotionem, aut ſeparationem rei, quæ aliò diſcedit, aut diuertit; & eſt elegans eiuſdem verbi repetitio in loco. 2. Regum 7. vt propriè exprimit verſio Septuaginta Latina: *miſericordiam meam non remouebo ab eo, ſicut remoui ab ijs quos remoui à facie mea.* quod cum ſpecialiter Saulem non exprimit, ſed in vniuerſum dicitur de alijs, quos à facie ſua remouit

Quomodo Salomon proijciendus à Deo.

2. Reg 7. 15

Amouere & proijcere quid propriè.

זנח

סור

A Deus; indicat in vniuerſum de improbis & reprobis loqui, atque de illis, à quibus diuina recedit miſericordia; qui dicuntur deſeri à Deo, & poſſet eleganter & propriè verti: *Hize que miſericordia los dexaſe y ſe fueſe: y a ellos, que me dexaſen y ſe fueſen.* Verbum autem *proijciendi* acrius eſt, & cum violentia quadam abijciendi, repellendi cum tædio quodam, atque faſtidio; ſicut ſcriptū eſt, Pſalm. 59. 3. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti:* & iterum Pſal. 73. 1. *Vt quid Deus, repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus?* Eadem igitur repulſa & fortè grauior intenditur Salomoni, quæ Sauli; quippe Salomō in ſua perſona proiectus fuit, & amotus à diuino conſpectu, ſicut Saul; licet perſeuerauit B adhuc diuina *miſericordia* erga poſteritatem, præſertim propter Meſſiam ex illa promiſſum, in quo à Saule differt. Cum quo facit, quod ſuperius ex Theodoreto & Procopio afferebamus, Salomonem propter peccata *deſtitutum fuiſſe diuina prouidentia.* & quod ex Tertulliano, *amiſiſſe gloriam, quam in Deo habuerat.* & quod Eccleſiaſticus; cum diuinam miſericordiam ſemel impēdi cœptam Salomoni propter Dauidis merita; ſtatim Salomone prætermiſſo transfert à Dauide in nepotes; nam poſt Salomonis peccata, ſtatim ſubiungitur: *Deus autem non derelinquet miſericordiā ſuā, & nō corrumpet, nec delebit opera ſua, neq. perdet à ſtirpe nepotes electi ſui; & ſemē eius, qui*
C *diligit Dominū, non corrumpet. dedit autē reliquum Iacob & Dauid de ipſa ſtirpe.* id eſt, quàuis nequā & perditus fuerit Dauidis filius, at miſericordia illa promiſſa Dauidi ſeruabitur *nepotibus, vt reliquiæ* Iacob tandem in aliquo poſtero de ſtirpe Dauidis ſaluentur: quaſi diceret *No ſe perdieron las mercedes de Dios, porque ſe perdieſe el hyo; que para algun nieto ſe las guardaron.* Sed de hoc loco iterum nobis dicendum ſect. 6. n. 53.

Sed antequam hinc diſcedo, premendus ille locus *amoti Saulis à diuino conſpectu,* qui plenus eſt arcano & profundo ſenſu; nam cum ex proprietate vocum originaliū, vt diximus, is omnino ſenſus efficitur: *Non faciam recedere miſericor-* 29
D *diam meam ab eo, ſicut feci recedere à Saul, quem feci recedere à facie mea:* Indicat Regem eſſe coram oculis Dei; id eſt, diuinæ prouidentiæ oculos defixos eſſe in Regibus cuſtodiendis, ſeruandis, dirigendis; tum præterea Reges principes verſari in conſpectu, & in *circuitu Throni* ſupremi Imperatoris Dei: per quos eius mandata, & decreta populo deferuntur, inſtar angelorum, qui *in conſpectu Throni eius ſunt:* Tunc autē Deus facit Reges recedere ab eius facie, vel prouidentia, cum permittit regem cadere in peccata, propter quæ diuina benefica eius prouidētia ab illo recedit. Ergo cum deſinit eſſe Rex, regno & principatu
E amiſſo, *Miſericordia* illa diuina recedit; quæ ex vi & proprietate vocis, quamuis accipi ſoleat pro beneficio aliquo, etiam tēporali, vt Gen. 21. 23. *Iuxta miſericordiam, quam feci tibi facies mihi.* & Iſai. 57. 1. *Viri miſericordiæ*, id eſt, beneficentiæ, per quos Deus alijs benefacit. & Ionæ 2. *Qui cuſtodiunt* (obſeruant & colunt) *vanitates* (idola) *fruſtra* (mendacia & vana) *miſericordiam ſuam derelinquent.* Hebræi Complutenſes: *Non recordantur beneficiorum tanquam ingrati.* melius; Ab idolorum mendacium & vaniſſimorum cultoribus nihil boni expectandum; quippe poſtulant beneficia à mortuis, & deſerunt ipſum bonorum fontem & largitorem Deum; *miſericordiam*, Tigurina, *beneficentiam*, actiuè, *Beneficum*: Tamen eiuſmodi beneficium, & miſericordia affert

ſimul

Salomon ſicut Saul non ſua perſona proiectus, nō in ſua poteſtate.

Theodoret. Procopius

2. Reg. 7. 15

Reges peculiari prouidētia ſeruantur.

Apoc. 5. 11 & 7. 11.

Miſericordia quid propriè.

חסד

Miſericordia affert beneficiū cum beneuolentia.

ſimul gratiam & beneuolentiam eius qui confert ex amicitia. quare eadem vox vertitur *Gratia*. 2.Regum 16.17. *Hæc eſt gratia tua ad amicum tuum? es eſa buena amiſtad y buen trato con el amigo?* & Oſeæ 6.6. *Miſericordiam* (animum bene erga me affectum) *volo, & non ſacrificium. Coraçones como, y no ſacrificios.* Ergo cum ait Deus *miſericordiam ſuam abſtuliſſe à Saule, quem à facie ſua amouit*, filium indicat gratia & beneuolētia ſimul cum regno illum priuaſſe. Quid igitur de Salomone, qui non minus *proiectus à Deo in cæterum*, quàm repulſus & amotus Saul?

Salomon cum Saule cōparatus

30 Quod verò ad minas alias non fruſta intentatas ſpectat, ſignum videtur minimè obſcurum impœnitentis Salomonis animi, quòd nunquam Deus illas reuocarit; ſicut ſcriptum eſt Ierem. 18.8. *Si pœnitentiam egerit à malo ſuo, quod loquutus ſum, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei, & ſubitò loquar de gente, & regno, vt ædificem, & plantem illum.* Deum autem non egiſſe pœnitentiam de malo, quod loquutus eſt aduerſus Salomonem, id eſt, non reuocaſſe minas, ſed impleſſe, illud indicat. 3.Reg. 11.11 *Diſrumpens ſcindam regnum tuum*. quæ eiuſdem verbi originalis geminatio certitudinem irreuocabilem affert ipſo euentu confirmatam, vt ſuperius expendebamus. Quod rurſus confirmari poteſt ex eo, quòd veriſimile videatur comminationes illas amittēdi regni factas ab ipſo Deo, iterum repetitas per Prophetam aliquem eidem Salomoni, vt Iſidorus ait libr. de Vita & morte ſanctorum. cap. 53. Ahiam Silonitem Regi Salomoni *prædixiſſe, quòd per mulieres à mandatis Dei declinaret*. Atque cum idem Propheta propter Salomonis peccata regni diuiſionem ſui pallij laceratione ſignificauerit, videtur proculdubio rem eandem prius fuiſſe comminatum Salomoni: & cum nihil ſua comminatione profeciſſet, tandem pallium laceraſſe, decem fruſtis Ieroboamo traditis, quòd nihil iam expectaret ab impœnitente rege, ſed rem futuram, quaſi factam repræſentaret.

Deus non reuocauit minas Salomoni intētatas.

Eiuſdē vocis geminatio ad firmitatem.

Minæ Salomoni ſæpius repetitæ.

Iſidorus.

Ahias Silonites Salomoni minatur.

31 Huius quoque ſignum, quòd nihilo melius videtur vſus diuinis comminationibus, quā Saul: ſicut enim hic Dauidem, regni promiſſione accepta; ita Salomon, Ieroboam, regni æmulum accepto pignore decem tribuum, interficere voluit. 3. Regum. 11. Et quidem ea in re melius ſe geſſiſſe videtur Roboam, quamuis, vt Eccleſiaſticus illum appella. c.47.28. fuerit *imminutus à prudentia, & ſtultitia gentis*. Cum confeciſſet enim exercitum aduerſus Ieroboam, & decem tribus, admonitus tamen à Semeia Propheta. 3. Regum 12.24. *Audiuit ſermonem Domini, & reuerſus eſt de itinere, ſicut ei præceperat Dominus*. Quanto etiam melius Dauid, qui. 2.Regum. 15. fugiens Abſalonem *nudis pedibus, & aperto capite*, vrbe ceſſit regia; & ita declinauit manus furentis filij, regnum inuadentis, vt tamen nimium lento gradu, Dei ſupplicium ſupplex potius expectare, quam equo & admonitis calcaribus effugere velle videretur; vt aliquando ad eum locum ponderabamus.

Salomō nihilo melior Saule, inferior Dauide & Roboamo

Cur Dauid pedes non eques fugiat Abſalonem.

Confirmari item ex illo poteſt, quòd vt Salomoni intentatæ minæ non ſibi ſolum, ſed vniuerſæ etiam poſteritati perniciem portendebant, 3.Regum. 11.6.7.8. ita ſanè re ipſa eueniſſe teſtatur Eccleſiaſticus, cap.47.22.23. *Profanaſti ſemen tuum* (commiſcens te cum alienigenis) *inducere iracundiam ad liberos tuos*; nimirum vt & aduerſus Salomonem, & aduerſus illius poſteros ſæuiret diuina indignatio: atque re ipſa complerentur diuinæ illæ comminationes, & in Salomone, & in ſua poſteritate. Tigurina: *offenſam contraxiſti liberis tuis*. videlicet & tibi, & tuæ poſteritati ſcandalum comparaſti.

Salomō ſibi & ſuis poſteris perniciem afferens.

32 Sed quid illud, quod ſæpe teſtatur Deus, *propter Dauid?* Certè, quod ipſi Achab, quamuis vmbratili quadam & ficta pœnitentia, ſupplici conceſſit Deus. 3.Regum. 21.29. *Quia humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.* hoc conceſſum eſt Salomoni, ſed *propter Dauid*. 3. Regum. 11.12. *In diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui ſcindam illud.* & ſicut de Ioram filio Achab ſumptum eſt ſupplicium pro peccatis ſui parentis. 4. Regum 9. 26. ita & tempore Roboam, *Soſac Rex Aegypti ſpoliauit Ieruſalem & theſauros domus Domini, & ſcuta aurea, quæ fecerat Salomon*. 3. Regum. 14.25.

Dauidis merita quatenus pro fuerit Salomoni.

33 Sed his omnibus occurris, ſtare quidem poſſe, vt neque minas ſuas reuocaſſet Deus, neque non ſua ſcelera reuocaſſet Salomon; nam tranſlata à Dauide adulterij culpa; tamen non transfertur ſupplicium morituri infantuli. Ezechias quamuis peccatum ſuum aboleuit pœnitentia, non tamen aboleuit mortis per prophetam intentatæ minas. & Roboam atque populus humiliati coram Deo, tamen non euaſerunt, quin ſeruirent regi Aegypti; dicente Deo, per Semeiam Prophetam: *Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, veruntamen ſeruient ei*, &c. Diripuit igitur Seſac omnes theſauros Ieruſalem. Denique multa occurrunt in ſacris hiſtorijs rei huius teſtimonia, ne tantum fidat Abulenſis ſuo illi contra Salomonem argumento. Sed inſtat; ſi poſt mortem Salomonis, illius adhuc peccata puniuntur laceratione regni, certè viuunt & vigent illios peccata nunquam abolita. Reſpondebis: Recentem adhuc peccatorum Salomonis memoriam in Roboam non tam cœpiſſe affici ſupplicio, quam ſupplicio perfecto affectam; quippe viuente ipſo Salomone laceratio regni cœpit in Prophetæ pallio lacerato, & finita eſt, regno ſub Roboam diuiſo. Sed adhuc vires argumēti inſtaurantur ex eo, quòd non ſolum in Roboamo duret recens paternæ impietatis memoria; ſed illud ipſum Salomonis peccatum nunquam ſatis puniatur vſque ad nouiſſimam captiuitatem, cum Ioachim & mater eius, atque principes adducti ſunt Babylonem direpta & euerſa vrbe, vt ſuperius ex Ezechiele oſtendebamus, dicente. capit. 4.5. *Ego dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos, & nonaginta dies*: totidem enim anni fluxerunt à Salomonis peccato, vſque ad captiuitatem. Sed ſi reſpondeatur tandem grauiſſimum peccatum diuturno ſupplicio affici oportuiſſe, quamuis condonata culpa; quid præterea obijci poterit ab aduerſarijs contra Salomonem, præterquam inſignis peccati grauitas, quo licet condonato, nulla tamen grauiſſimi ſupplicij condonatio & remiſſio concedatur? vides quantum virium habeat hoc argumentum: quantum item veriſimilitudinis aduerſariæ partis reſponſio.

Cōdonata culpa non pœna.

2.Re.12.14

4.Reg.20.

Iſa.38.

2.Par.12.7

Præcedētis argumenti dilutio.

Inſtauratio ſuperioris argument.

Peccati Salomonis ſupplicium diuturnū.

IV. Ex eo quòd non perſeuerauerit; neque non ſapientiam amiſerit: tandemque damnatio eius ceſſerit ad Eccleſiæ vtilitatem.

34 *Quæ probent Salomonem non perſeueraſſe. Cor perfectum relatum ad vltimam perſeuerantiam, ex frequenti Scripturarum vſu.*

35 Implere, *quid propriè.* & Implere poſt Iehouah *dictum non niſi de ſanctis. Illuſtratur Samuel & Ioſue.*

36 *Salomon inſtar ſalis primum condiens mortales, poſtea infatuatus, & foras proiectus.*

37 *Sententia damnãs Salomonem, vtilis Eccleſiæ.*

34 QVartum caput eſt, quia multa ſunt, quæ non obſcure probant illum nõ perſeueraſſe; quid autem eſt non perſeueraſſe, quam damnatum fuiſſe, cum perſeuerãtia ad ſalutem neceſſaria ſit? Nõ perſeueraſſe autem ſatis indicat 3. Regum. 11. 4. *Non erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris ſui.* quam *perfectionem* non ſolum ad animi ſanctitatem, ſed etiam ad temporis vitæ conſummatæ abſolutionem referri oportet, ſicut olim ipſe Salomõ precabatur pro ſe & pro populo. 3. Regum. 8. 61.

C *Sit cor veſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie.* vbi vides perpetuitatem quandam ſignificari, quaſi diceret, *Plega à Dios que aſi ſea ſiempre.* Et ſimiliter ipſe Dauid precatus fuerat. 1. Paralip. 29. 19. *Salomoni filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua,* &c. quam *perfectionem* perpetuam ipſemet Dauid intellexerat, cum verbis proximè antecedẽtibus dixiſſet: *Cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in veneratione tui mens iſta permanea*: Quare. 3. Regum 15. 3. de Abiam impio dicitur: *Ambulaſſe in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum: nec fuiſſe cor eius perfectum cum*

D *domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius.* E contrario verò dicitur; *Cor Aſa perfectum erat cum Domino.* (& quaſi per expoſitionem additur) *cũctis diebus ſuis.* Sicut etiam de Amaſia, qui bonis initijs non bonos habuit exitus, ſcribitur. 2. Paral. 25. 2. *Fecit bonum in conſpectu Domini, verumtamen non in corde perfecto,* nimirum, quia poſt multa præclara & ſanctè geſta, adorauit Deos Seir, *& malè perijt.* 2. Paral. 25. 24. 27. Quare cum cor *perfectum* ſit, à radice *Salam*, quod eſt pacificum & completum eſſe, propriè etiam verti poſſet; *Non erat cor eius completum*, ſiue integrum. quod ad finem ſeu complementum temporis etiam refertur. Iſai. 38. 14. & 60. 20.

Cor perfectum quid in ſacro ſermone.

3. Reg. 15. 14.

שלם

35

E Tum prætetea quoniam eodem illo cap. 11. 3. Regum. n. 6. vrgetur res eadem: *Fecit Salomon, quod non placuerat coram domino, & non adimpleuit vt ſequeretur dominum, ſicut Dauid pater eius*; quod licet ab alia radice *Male*, id eſt, *implendi*, proculdubio ſignificat tempus perfectum, & refertur ad vitæ finem Geneſ. 29. 14. Iob. 15. 32. & de complemento temporis alicuius conſtituti, Gen. 29. 21. Leuit. 8. 33. Eſther. 1. 5. Quare quod hic dicitur; *Non adimpleuit, vt ſequeretur*, propriè eſt in Hebræo: *Non impleuit poſt Iehouah.* Quod non dicitur niſi de impijs, & qui damnantur; ſicut è contrario *implere poſt Iehouah*, non dicitur niſi de ſanctis, Num. 14. 24. *Caleb qui plenus alio ſpiritu, ſequutus eſt me.* Quod propriè ex Hebræo legitur: *Fuit alius ſpiritus in eo & impleuit ire poſt me.* & Deut. 1. 36. de eodem: *Sequutus eſt Dominum.* propriè in Hebræo; *Impleuit poſt Dominum*: Septuaginta; *Adhæſit ijs quæ ad Dominũ.* Kaldæus; *Plene ſequutus timorem Domini.* Et Ioſu. 14. 8. 9. 14. Quod in Latino eſt: *ſequi Dominum.* in Hebræo eſt, *implere poſt Dominum.* Denique malè pereunt, qui non implent poſt Dominum. ſicut impleuerunt ſancti Caleb & Ioſue. Num. 32. 11. 12. Quid igitur ſentiendum de Salomone, qui *non adimpleuit poſt Deum*, quam malè perijſſe? Accedit illa Gregorij ſiue regula, ſiue coniectura non perſeuerandi, *quòd ſapientiam in nocte acceperit*, quam ſuperius adduximus, & libenter vſurpant Rupert. lib. 5. de operibus Trin. c. 2. atque alij patres, qui apertè non perſeueraſſe ſcribunt.

Adimplere quid propriè.

מלא

Implere poſt Iehouah, dictũ de ſanctis.

Kaldæus.

B

Gregorij regula. & coniectura non perſeuerandi.

36 Cum hoc quoque facit eiuſdem rei probatio quinta ex ſapientia amiſſa, vt ſuperius ex communi patrum plurimorum conſenſu probauimus: quæ proculdubio ſi illi reſtituta non fuit, non videtur quoque diuina gratia reſtituta, neque ipſe ſaniori mẽte redditus. Adde quòd infatuatus Salomon & deſipiẽs, nihil profectò aliud eſt, quam *infatuatum*, & inſipidum *Sal, quod ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras. & conculcetur ab hominibus.* Quò forte reſpexit Chri-

C ſtus Dominus, cum id diceret, Matt. 5. 13. indicans Salomonem, cuius; ſicuti, & ſapientiæ, ſymbolũ eſt ſal, per idololatriæ infidelitatẽ, & vitæ turpitudinem infatuatum, proiectum extra Eccleſiam; qui cum ſapientiæ acrimoniam, & vſum haberet, ſuo ſapore totius orbis mortales, quaſi inſperſis ſalis granis condiebat; vndique ad illum confluentibus auditoribus. Ergo à nemine iam ſemel inſipidum ſaliri & reuocari potuiſſe ad ſaniorem mentem, indicauit. &, *Quis* (inquit idem Salomon) *miſerebitur incantatori a ſerpente* percuſſo?

Sapientia amiſſa Salomonis.

Salomon deſipiens inſtar ſalis infatuati.

Alluſio ad Salomonẽ infatuatũ.

Salomonis ſapientia vniuerſos mortales condiebat.

Ecc. 12. 13.

37 Sexto tandem, quoniam illi plurimi, atque præclariſſimi fines, quos diuina prouidentia ſi-

D bi proponeret, in occultanda Salomonis ſiue ſalute, ſiue damnatione; multo melius obtinebuntur ab Eccleſiæ fidelibus, ſi non ſolum ſibi perſuaſerint ſalutem Salomonis dubiam, ſed iam prorſus deploratam, certoque damnatam.

Exiſtimatio Salomonis damnationis Eccleſiæ vtilis.

Hæc tria capita damnati Salomonis nemo ſtẽ non videt quam difficilè ab aduerſarijs ſolui poſſint; vnde enim elicient finali perſeuerantia donatum, cuius vitam claudit non alia, quam ipſa peccatorum clauſula, & turpiſſima ſenectus 3. Regum. 11. 2. Eſd. 13. Eccleſ. 47. Aut vnde aſtruent reſipuiſſe, quem Scriptura ad vitæ extremum deſipientem ſcribit? Aut vnde tantus metus, & ſollicitudo operandi ſalutem ſuam ad fi-

E deles redundabit, quam ex certa perſuaſione damnati Salomonis ſapientiſſimi, opulentiſſimi, delicioſiſſimi mulieroſiſſimi, & ad diuina demum beneficia ingratiſſimi? Aut quid tandem efficacius ad contemptum humanæ fœlicitatis, & faſcinantis nugacitatis noſtræ concupiſcentiæ, quam vnius Salomonis damnatio, & damnationis certa perſuaſio?

Horum argumentorum non facilis pro Salomone reſponſio.

SECTIO

SECTIO V.

Salomonis Patroni.

38 *Incerti à certis in Salomonis cauſa ſeparandi. Ioannes Maldonatus commendatus.*
39 *Hieronymus firmus pro Salomone teſtis. Illuſtre eiuſdem teſtimonium.*
40 *Salomon ab Ambroſio appellatus ſanctus. Sancti nomen in quem conueniat. Illuſtratus Ieſus Sirach.*
41 *Hilarij de diuina bonitate, & Salomonis ſalute, ad animorum ſolatium opportunum teſtimonium. Clarum item Epiphanij & Cyrilli.*
42 *Irenæi graue, ſed difficile teſtimonium. Quis preſbyter ab illo citatus. Cur Scriptura ſanctorum peccata reprehendat.*
43 *Bachiarij & Tychonij auctoritas quanta.*
44 *D. Thomæ liber de regimine Principum, an illius germanum opus. Viginti duo pro Salomone teſtes.*

38 Incerti auctores ab certis ſeparandi.

NOn dubij falſive pro Salomonis ſalute producendi teſtes, ſed certi, conſtantes, veri. Quare tibi, Lector, non vendimus Ambroſium lib. de Salomonis pœnitentia, qui à nonnullis falsò adſcribitur Ambroſio; vel potius nullus eſt; non *Hieronymum*, ſuper libros Machabæorum, quem nemo hominum vidit, ſed nec videre poteſt; neque eundem ipſum in c. 28. Ezechielis, quo loco nihil dicit. non *Leonem magnum*, ſermone de Aduentu, qui diligenter inquiſitus, nuſquam inuenitur. non *Origenem* (Origenes.) in expoſitione Arcæ Noe: in ea enim non eſt Salomon. non *Chryſoſtomum* (Chryſoſt.), qui quàuis vno in loco Salomonem apertè defendat, at in alio contraria quoque ſententia apertè vtitur; quare inter incertos à nobis eſt relatus. non *Nyſſenum* (Nyſſenus.), quem liberaliter, & gratis factioni dubitantium accenſuimus, multo licet ad Salomonis partes inclinantem. non *Iſidorum* (Iſidorus.) lib. de morte Sanctorum qui quanquam Salomonem inter illos numeret; ſed ita numerat vt inter dubitantes à nobis fuerit relatus. non *Nazianzenum* (Nazianz.) qui ita Salomonem laudat, vt ea tantum commendet, quæ apud omnes laudem merentur. Et tamen his auctoribus patronisque huius ſententiæ plerique ex recentioribus vtuntur. Atque vt neotericum Theologum tempore diſparem, ſed eruditione & iudicio cum antiquioribus componendum, noſtrum Maldonatum, non prætercam: is certè Matth. 1. verſ. 10. cum de Acab *pœnitentia agente* loqueretur, viſus eſt non nemini negligentius legenti, de Salomone loquutus: cum tamen apertè Salomonem Achabo poſt habeat. Ergo quo ad fieri potuit velut vanno auctores auctoritateſque ventilauimus, atque expurgauimus teſtimonia in Salomonis ſalutem, quæ grauiſſima, certa, firma plurima iam accipe, & quæ à nemine infirmari poſſint.

Ioannes Maldonatus commendatus.

39 Hieronymus certus Salomonis patronus.

Primus Hieronymus, qui non ſolum libenter vſurpat Hebræorum ſententiam aſſerentium Salomonem pœnituiſſe Eccleſiaſtæ. 1. ſed præterea cum aduerſus Iouinianum de pœnitentia diſſerit lib. 2. inter peccatores, ſed pœnitentes & ſanctos medium conſtituit Salomonem: *Dauidem, Salomonem, Manaſſem, Ioſedech, Moyſen, Aaronem.* & in c. 11. Danielis, ſuper id *ſtabit in loco* A *eius deſpectus. Sicut ſaluator* (inquit) *habet & Salomonem & cæteros ſanctos in typum aduentus ſui. ſic & Antichriſtus peſſimum regem Antiochum typum ſui habuiſſe credendus eſt.* Quis hinc non videat à Hieronymo Salomonem optimum, & è cæterorum ſanctorum numero vnũ aſſeri? Sed voces illas ſolemnes & proprias deſideras *agendi pœnitentiã.* Leges in Hieronymo Ezech. 43. ſuper id, *Oſtende domui Iſrael templum. Non ſolum* (inquit) *tẽpli cultores & aditum, ſed & ipſe fabricator eius Salomon peccauerit & offenderit Deum, licet poſtea egerit pœnitentiam ſcribens Prouerbia, in quibus ait; Nouiſſime ego egi pœnitentiam* &c. atq; iterum *pœnitudinis* Dauidis atq; Salomonis meminit epiſtola 6. ad Saluinam, de ſeruanda Viduitate: B *Si Dauid amicus Domini, & Salomõ amabilis eius, victi ſunt quaſi homines, vt & ruina nobis ad cautionem, & pœnitudinis ad ſalutem exempla præberent: quis in lubrica via lapſum non metuat?* denique Hieronymi teſtimoniũ ſuper Eccleſia. 2. grauiſſimum eſt, vbi Salomonem inducit in ipſo quaſi vſu & exercitio pœnitentiæ ad ſe reuerſum. *Accidit* (inquit ex perſona Salomonis) *vt ex nimiis opibus ad maiores delicias prouocarer; ſed quanto iſta creſcebant, tanto ſapientia deerat. Nam in quancumque voluptatem me cupido traxiſſet, infrenis ferebar & præceps: putabamque hunc eſſe fructum laborum meorũ, ſi ipſe in libidine luxuriaque conſumerer. Tandem in me reuerſus, & quaſi de graui ſomno euigilans, aſpexi ad manus meas:* C *& opera mea plena vanitate, plena ſordibus plena ſpiritu erroris intuitus ſum, conſequenter in laudem illius hominis erupi, qui poſt vitia ſe refrænans, virtutum poſſit eſſe ſectator.* Et clariſſimè c. 7. vbi de *muliere morte amariore*, loquitur, ait: *Non putemus temere hanc Salomonem de omni genere mulierum protuliſſe ſententiam: quod expertus eſt, loquitur. Ideo quippe offendit Deũ, quia captus eſt à mulieribus, & hoc ſecundum litteram.* Vnus Hieronymus pro multis. Sed non deſunt quoque alij multi grauiſſimi, atque ſanctiſſimi.

Salomonis pœnitentia conceptis verbis à Salomone aſſerta.

Illuſtris Hieronymi de Salomone ſententia.

Secundus Ambroſius, qui omni proculdubio pro Salomone eſt; nam etiam cum Salomonis D peccata recenſet, illum cum Dauide, cum Samſone connumerat, & omnes tres *iuſtorum* appellatione condecorat, Apolog. 2. pro Dauide. c. 3. *Si Dauid* (inquit) *infirmus, tu fortis? ſi Salomon lapſus eſt, tu poteris eſſe primus ſanctorum? Ergo ſi errauerunt iuſti, errauerunt tanquam homines: ſed peccatum ſuum tanquam iuſti agnouerunt.* Sanctum verò appellat 1. Apolog. de Dauid. c. 3. *Quid de Salomone ſancto loquar; cuius poſteriora cum graui errore non careant, vulgus tamen Iudaicum ipſum exiſtimant veniſſe pro Chriſto* (*Sanctum* inquam vocat, ſed eo ipſo quod peccauit, non fuiſſe Deum, non Chriſtum Dei filium) *fuit igitur in eo inuidioſa ſapientia, & culpæ ſuaſoria, qua hominem comprobaret.* iterum reperit *ſanctam*, Pſal. E 118. octonario 2. ſuper id, *in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam.* & Prooemio in Lucam; *Tres illi libri oſtendant trina ſapientia ſanctum Salomonem fuiſſe ſolertem.* quæ loca, qui eludere velit, ludos proculdubio faciet. Porro *iuſti & ſancti* appellatio non conuenit niſi in eum, qui quanquam peccarit, at tandem pœnitentia deleuerit maculas criminum, ſicut ſcriptum eſt Prouerbiorũ. 24. 16. *ſepties in die cadet iuſtus, & reſurget.* quod elegãter Hieronymus elucidauit epiſtola ad Ruſticũ. *Si cadit* (inquit) *quomodo iuſtus? Si iuſtus quõ cadit? Sed iuſti vocabula non amittit, qui per pœnitẽtiã ſemper reſurgit.* Quaſi diceret; ſi vltimò

40 Ambroſius.

Salomon appellatur ſanctus.

Sancti & iuſti appellatio cui tribuenda.

Hieronym.

tandem

quomodo cadit? Sed iuſti vocabulum nō amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Quaſi diceret; ſi vltimò tandem reſurgens ſtat, quid obſtat ſæpius olim cecidiſſe? Ergo ſi *ſanctus* Salomon, per pœnitentiam reſurrexit.

41 *Hilarius.*

Hilarius in Pſalm. 42. cum de diuinæ bonitatis indulgentia diſſerit, præclarum ſcribit de Salomonis, & quorundam aliorum ſanctorum pœnitencia, & venia teſtimonium; *Indulgentiam* (inquit) *infirmitati noſtræ, qua non ſemper boni permanemus, ex merito voluntatis impartiens, bonos nos eſſe delecta: magiſque his quæ volumus propitiatus eſt, quàm his quæ non poſſumus, iratus eſt. Namque cum Moſi fideli vtique amico ſuo dixiſſet; quia non glorificaſti me in aquis contradictionis, aſcende in montem & morere: hunc ſibi poſtea vna cum Elia ab Apoſtolis in monte conſpectum beati & æterni regni ſui conſortem & martyrem reſeruauit. Et ne per Aaron, & Dauid, & Salomonem, ac pleroſque alios iſtius bonitatis Dei exempla percurram; quibus incrementis de mutationum offenſis, ob fidei tamen meritum affuit venia proclinis; conſcius Dominus infirmitatis humanæ, neganti Petro, claues non ademit,* &c. Nihil clarius, nihil pulchrius, & ad animorum ſolatium opportunius.

Numer. 20. — Diuinæ bonitatis natura.

Epiphan.

Epiphanius Hæreſi. 42. contra Marcioniſtas; Marcionis impietatem damnat, aſſerentis *In infernum deſcendiſſe Dominum, vt ſaluaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Eſau, & omnes gentes, quæ non nouerunt Deum Iudæorum: Abel autem, & Enoch, & Noe & Abraham, & Iſaac, & Iacob, Moyſem item, Dauid quoque ac Salomonem ibi reliquiſſe.* Epiphanio itaque tam errabat Marcion volens eripere Caio, quam volens damnare Salomonem.

Marcionis error damnātis Salomonem.

Cyrillus Ieroſolym.

Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi. 2. inter *pœnitentes quibus datur ſalus*, numerat *Salomonem, Achab, Manaſſem, Ezechiam, Nabuchodonoſorem, Petrum.* Hoc quoque teſtimonio nulla via eludendum.

42 Irenæus li. 4. c. 45. docens aduerſus hæreticos, *Non eſſe cōtemnendos Prophetas, neque Patriarchas exhonerandos,* ſubijcit: *Se audiuiſſe à quodam presbytero, qui audierat ab his qui Apoſtolos viderant, ſufficere veteribus de his, quæ ſine conſilio ſpiritus egerunt, eam quæ ex Scripturis eſſet, correptionem.* quaſi diceret, ſufficiens antiquis Patriarchis peccantibus extitiſſe, quòd à Deo, vel alio propheta corriperentur, vt agnoſcentes peccata, *miſericordiam conſequerentur, & remiſſionem à Chriſto.* Et poſtquam Dauidis peccata, & pœnitentiam ſcripſit, Salomonem adſcribit peccantem & reprehenſum à Deo; ſubiungitque. *Sufficienter increpauit eum Scriptura, ſicut dixit presbyter, vt non glorietur vniuerſa caro in conſpectu Domini. Ea propter Dominum in ea, quæ ſunt ſub terra, deſcendiſſe, euangelizantem & illis aduentum ſuū, remiſſione peccatorū exiſtente, his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui ſperabant in eum, id eſt, qui aduentum eius prænuntiauerunt, & diſpoſitionibus eius ſeruierunt, iuſti & prophetæ, & Patriarchæ; quibus ſimiliter vt nobis remiſit peccata.* Et alia in eandem ſententiam Irenæus: quæ quanuis nonnulla difficilia contineant, præſertim illud de *Chriſto, euangelizante*, quod reſpicit locum 1. Petri 3. 20. *His, qui in carcere erant ſpiritibus, prædicauit*, &c. tamen tum ex ſua ſententia tum ex presbyteri illius docet Dauidis atque Salomonis & aliorum Patriarcharum, qui Chriſti veſtigia extiterunt, peccata ab Scriptura reprehenſa, *vt ſciremus vnum eſſe Deum noſtrum & illorum, cui non placeant peccata, etiam ſi à claris fiant*, vt idem Irenæus ait; Item per Chriſtum remiſſa; *quibus* (inquit) *curatio & remiſſio peccatorum, mors Domini fuit, propter quos nondum filius Dei paſſus erat.* Presbyterum autem illum Irenæi, vel Papiam, vel Clementem ſuſpicatur Feuardentius. Sed non eſt facile diuinare; quanquam per facile intelligere, hanc de ſalute Salomonis exiſtimationem frequentem, ac peruulgatam fuiſſe in prima Eccleſia: & denique hoc Irenæi pro Salomone teſtimonium tam graue eſſe, vt eo permotus Feruardentius in Diatriba libro. 1. aduerſus hæreſes, *Non videt* quomodo ſatis tutè poſſit contraria ſententia defendi.

Cur ſācto rū peccata nō ſine reprehenſione prætereat Scriptura.

Irenæus difficilem Petri locū attingens.

Presbyter citatus ab Irenæo quis. *Feuardent.* Salus Salomonis per vulgata in prima Eccleſia.

43 *Bachiarius*

Bachiarius coætaneus Auguſtini Epiſtola ad Ianuarium de Recipiendis lapſis, & habetur tomo. 1. Bibliothecæ: *Salomon* (inquit) *ille mirabilis, qui vinculis libidinis illaqueatus etiam ſacrilegij errore ſe polluit; qui per prophetam culpam erroris agnouit, numquid miſericordia cæleſtis exterris fuit? An forſitam dicas: Numquam eum in Canone lego pœnituiſſe, neque miſericordiam conſequutum. Audi ergo frater, pœnitentia eius, quæ non inſcribitur publicis legibus, fortaſſe à Deo acceptabilior indicatur, qui non ad faciem populi, ſed in ſecreto conſcientiæ teſte Deo pœnituit. Veniam autem conſequutum eſſe agnoſcimus,* &c.

Tychonius.

Tychonius in Regula 3. de promiſſis & lege, & habetur tomo 6. Bibliothecæ, qui licèt Donatiſtarum errore tinctus, tamen in alijs grauis & antiquus auctor, cuius *Regales* non negligit Auguſtinus, epiſtola 77. ad Aurelium; & eius auctoritate vtitur ſuper Exodum. q. 47. atque adeo illas approbat & commendat libro 2. Retract. cap. 18. Is ergo Regula 4. quæ eſt, *Neminem ex operibus legis iuſtificari potuiſſe;* ſic de Salomone ſcribit: *Quid dicimus de Salomone? cum Deo eſt? An poſt idololatriam reprobatus eſt? ſi cum Deo dixerimus, impunitatem ſpondebimus idolorum cultoribus. Non enim dicit Scriptura pœnitentiam egiſſe Salomonem, aut recepiſſe ſapientiam. ſi autem reprobatum dixerimus, occurrit vox Dei, quā dicit; nec terræ quidem regnum auferre Salomoni propter Dauid. &c. Quid enim prodeſt Dauid, ſi propter eum filius eius regnum terræ conſequeretur, cœleſte perditurus? quo manifeſtum eſt cum Deo eſſe Salomonem,* &c. Et quidem Bachiarij & Tychonis teſtimonia adiunctam habent oppoſitæ partis argumentorum ſolutionem.

Tychonij regulæ & auctoritas quanta. — *3. Reg. 11.*

44 *D. Thomæ liber de Regimine Principum* — *Cuiacius.* — *Barclaius.*

Sequuntur poſteriores alij quorum teſtimonium vt clariſſimum ita grauiſſimum quoque atque integerrimum. D. Thom. libro. 3. de Regimine Principum, c. 8. quod opus quamuis Cujacius lib. 1. de Feud. tit. 1. & cum eo Barclaius li. 6. contra Monarchomachos c. 20. *delirijs planum* eſſe aſſerant, proptereaque indignum tanto auctore; ſed illius eſſe germanam prolem, receptiſſimum eſt; & quæ à vero aliena videri poſſunt, non difficili negotio ad veritatem adducentur. Vincentius in ſpeculo hiſtoriali c. 84. Bonauentura in prooemio Eccleſiaſtæ, vbi de auctore libri diſputat, ſequuti omnes Hieronymum & Hebræorum traditionem. Hugo Cardin. 3. Regum. 11. ſuper id *Adamauit mulieres* &c. & initio Eccleſiaſtæ, vbi Dionyſius citat Gloſſam & Albinum, aſſerentes, illum librum eſſe Salomonis pœnitentiam agentis, quo etiam loco Gregor. Neocæſ. c. 2. ſuæ Paraphraſis ex perſona Salomonis ſic loquitur: *Tādē expergeſactus, atq; oculis reſtitutus, ea quæ in manibus habebas, flagitioſa ſimul acerbitatiſque*

Vincentius. — *Bonauentur.* — *Hugo.* — *Dionyſius.* — *Albinus.* — *Neocæſar. Thaumat.*

bitatiſque plenã eſſe perſpexi; ſpiritusque non boni opificis; proinde magna hunc virum admiratione perſequutus fuerim, qui cum præceps ferretur, temereque vagaretur, poſtea mente recepta ad virtutem officiumque rediit. Petrus Comeſtor. 2. Reg. 7. & ſuo c. 10. Burgenſis. 2. Regum. 7. Ioannes Maior Matthæi. 1. qui ait fuſius rem hanc elucidaſſe in quæſtione Quodlibetica, & argumentis Nicolai reſpondiſſe. Aluarius Pelagius libro. 2. de Planctu Eccleſiæ. cã. 45. Iacobus de Valentia Præfatione in Cant. quo etiam loco Ludouicus Sotomaior; Damianus Hortolanus; noſter Martinus Delrius, Ioannes Arboreus libro 17. Theoſophiæ. ca. 7. Ludouicus Viualdus in Opere regali p. 2. Georg. Venetus tom. 5. ſuorum Problematum ſectione. 1. Genebrardus in Chronologia ſua, & in Seder olam Hebræorum. Petrus de Natalibus referens in catalogum Sanctorum, Chriſtophorus Santotiſius Matthæi. 1. Lopezius Chotonienſis in ſua Epitome tom. 3. ſer. 6. Dominicæ. 3. quadrageſimæ.

Petrus Comeſtor. Burgenſis. Maior. Aluarus. Pelagius. Iacobus de Valentia. Sotomaior. Hortulan. Delrius. Arboreus. Viualdus. Genebrar. Petrus de Natalibus. Santotiſius. Ioannes Lopez.

Accedit etiam graue imprimis & perantiquũ teſtimonium, quod ſaluti & pœnitentiæ Salomonis afferunt plumbi laminæ, aut libri nuper in ſã cto Granatenſi monte reperti: quod, quia ipſum pœnitentiæ argumentum clariſſimũ, & quod ab oppoſitæ ſententiæ auctoribus deſideratur, aperte exhibent, conſultò ad finem huius diſputationis ſeruamus, cum de idolis dixerimus, fuerint nec ne à Salomone ſublata.

Plumbei libri Granatenſes.

SECTIO VI.

Septem loci, è quibus varia pro Salomone argumenta eruuntur.

Primus pro Salomone locus Prouerbiorum ex Septuaginta interpretatione.

45 *Pro Salomonis ſalute argumenta qualia. An Prouerbiorum. 23. Salomon de ſe loquatur. Parabola vineæ incultæ Salomoni conueniens.*

46 *Cur Septuaginta ordinem quarundam ſententiarum perturbauerint. Libidinis Salomonis teſtimonium in ipſo Salomone.*

47 *Diuino conſilio Salomon ſupprimens ſuæ pœnitentiæ narrationem. Cur ſe vocet* congregantem atque vomentem. *Illuſtratus locus Prouerbiorum 30.*

48 *Salomon deteſtatus Idololatriam ſuam; & auaritiam, & in extrema vita bonam mortem precatus. Illuſtratus idem Salomon.*

45 Pro Salomonis ſalute argumẽta aſſerentia.

Ergo teſtes omnes quos ſingillatim produximus, diſertis verbis ſalutem Salomonis & extremam poſt peccata pœnitentiam aſſerunt, atque in Sanctorum prædeſtinatorum catalogo ſcribunt. His autem argumentis vtuntur, non quidem vt prima ſententia negatiuis, ſed quæ rem ipſam pœnitentiæ & ſalutis affirment & ponant;

Primum ex Prouerbiorum. 24. quo Hieronymus vtitur Ezech. 43. & Cyrillus Catechesi. 2. *Peccauit* (inquit Hieronymus) *Salomon, licet poſtea egerit pœnitentiam ſcribens Prouerbia, in quibus ait: Nouiſſime ego egi pœnitentiam.* Qui locus cum ſit ſecundum Septuaginta, noſtra lectio habet verſ. 30. & deinceps: *Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleuerant vrticæ: operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Vſque quo piger dormies? vſque quo de ſomno conſurges?* pro quo Septuaginta ſic legunt: *Tanquam ager vir imprudens, & tanquam vinea homo egens ſenſu, ſi dimiſeris eum, deſertus fiet, & ſyluoſus erit totus, & ſic derelictus; ſepes autem lapidum eius defodientur. Nouiſſimè ego egi pœnitentiam; reſpexi, vt eligerem diſciplinam.*

Varietas Vulgatæ & Septuaginta.

Sed ſi hoc (inquis) teſtimonium tam apertum legebatur in Septuaginta, cur Græci omnes, & Latini antiquiores, qui lectione Septuaginta vtebantur, de Salomonis pœnitentia aut dubitarunt, aut illam negarunt? Sanè quia & ſi hoc teſtimonium legerant; tamen de Salomone non acceperant, ſed à Salomone licet in ſua perſona dictum tamen de quocunque alio: quaſi diceret: Ego, ſi huiuſmodi piger eſſem, cuius eſſet vinea tota ſenticoſa & horrida, tantæ incuriæ pœnitentiam agerem. Sed cur tantum inuideant illi expoſitores ſaluti Salomonis, vt quod ipſe in ſua perſona dixit, non de eius perſona dictum velint? Et cum ipſe dicit, *ego*, dicenti non magis credant, quàm ſi diceret *ille*, aut *tu*? Sed locum premamus. nam in neminem melius quam in Salomonem quadrat: illud enim *tranſiui*, neſcio quam experientiam rei, quam dicit, ſignificare videtur, ſicut & illud; *exemplo didici diſciplinam*. Vbi iterum parabolam vineæ incultæ ad ſuam rem applicat; quaſi diceret; *que lo que de Zia auia paſado por el, y el por ello.* Tum præterea quoniam ipſa parabola *agri & vineæ* primum cultæ atque deliciosiſſimæ ſepe & maceria munitæ; poſtea tamen deſertæ & incultæ, appoſitiſſimè repræſentat Salomonis animum primum à Deo ſapientiæ & virtutum omnium ſationibus excultiſſimum, diuinę prouidentiæ ſepe circundatum; poſtea tamen non agricolę culpa, ſed ſoli vitio ſyluescentem, diruta maceria, & diuina non amplius illum prouidentia cuſtodiente, vt ſuperius dicebamus.

An de ſe ipſo loquutus Salomõ Prouerb. 24.

Verbũ *tranſiuit* ad experimẽtũ referri.

Parabola agri & vineæ conueniens Salomoni.

Neque ſine peculiari myſterio credendum eſt, quod nos habemus in vulgata lectione, cap. 30. 15. Septuaginta interpretes coniunxiſſe cum hoc loco Prouerb. 24. de pœnitentia Salomonis, ſtatim enim ſubiungunt: *Sanguiſugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ, & tres ipſæ non ſatiarunt eam, & quarta non ſuffecit dicere: ſatis eſt: infernus, & amor mulieris. & terra, quæ non ſatiatur aqua, & aqua & ignis non dicent ſatis eſt.* Vbi cum pro eo, quod nos habemus: *os vuluæ*, & in Hebræo, *conſtructio vulua*, ipſi dixerunt, *amor mulieris*; proculdubiò videntur ad effrænatam illam Salomonis libidinem reſpexiſſe, & cum rebus omnibus inexplebilibus comparaſſe: tum *inferno* (infernus eſt enim domus alienæ) cum aqua quam (inexplebiliter abſorbet terra; eſt enim etiã mulier *aqua*; quare iubetur qui vxorẽ habet, non de alia bibere, quã de *ciſterna* ſua) & cũ *igne* (eſt enim etiam ardens libido *ignis vſque ad conſummationem deuorans, & omnia eradicans genimina*) vt

46 Cur Septuaginta ſententias ex vno loco in alium tranſtulerint.

Libidinis prauæ inexplebilitas.

Prou. 5. 15.

Iob. 31. 12.

na) vt vel ex hoc ſolum attento lectori, modo non proteruo & ceruicoſo, veroſimillimum fiat in illa tanta ſententiarum & capitum perturbatione & tranſpoſitione rem peculiarem aliquam, & quidem non aliam quam Salomonis, ſignificatam ab interpretibus diuinitus illuminatis.

Illuſtratus Locus Prou. 30. ad pœnitẽtiam Salomonis.

47 Et confirmatur ipſa eadem coniectura ex illo loco Prouerbiorum. 20. 1. 2. *Verba congregantis, filij Vomentis. Viſio, quam loquutus eſt vir, cum quo eſt Deus, & qui Deo ſecum morante confortatus ait: Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum nõ eſt mecum. Non didici ſapientiam, & non noui ſcientiam ſanctorum.* Quod Septuaginta etiam cum illo c. 24. coniungunt, vt videantur omnia conſonare cum pœnitentia Salomonis. Quare cum locum de Salomone iam reſipiſcente interpretantur Hebræi, vt vocet ſe *ſtultiſſimum*, propter idololatriæ lapſum, & alias belluinas voluptates, quibus ſtolidiſſimus redditus eſt: & ſeſe vocaſſe *Congregantem* atque *Vomentem*, quod congregarit ſalutaria vitæ conſilia, quæ tum hoc libro, tum alijs ſcriptis euomens expoſuerit, vt initio Eccleſiaſtæ exponimus, differentes de ſignificatione *Kohеleth*: vel quod ex multis cogitationibus, quas mente collegerat, illas maximè arcanas & neceſſarias ſilentio premens ſibi retinuerit; & fortè multa de ſuis rebus, & pœnitentia, ſic ſpiritu ſancto diſponente, vt dicere poſſet: *ſecretum meum mihi*. At verò alias, quæ ſupereſſent, & Eccleſiæ vtiles forent, quaſi euomuerit. Hæc fere eſt de Salomonis pœnitentia, & huius loci intelligentia, R. Salomonis, & R. Leui, atque communis Hebræorum interpretatio, quam Arboreus probabiliter ſequitur. Minus probabilem cenſet Carthuſianus; Ianſen. dicit *incertam*, improbat Nicolaus; ſed minimum Hieronymus cenſet Salomonem de ſe ipſo loqui, & appellare ſe tum *ſtultiſſimum*, tum *Vomentem*, ea ratione, qua ſe etiam nominat *Eccleſiaſten*. vt non temere conijcere poſſimus, ſaltem ex Hieronymi ſenſu, non minus hæc verba ad pœnitentiam Salomonis pertinere, quam Eccleſiaſten; præſertim cum illa verba eſſe ipſius Salomonis, non Hieronymus ſolum, ſed alij Eccleſiaſtici interpretes aſſerant, demptis Hebraizãtibus recentioribus, qui non ad Salomonem ſed ad alium quendam ſapientem Agur referunt, qui & ſi de ſe loquutus ſit, tamen non tam de ſe quam de Salomone loquatur: namque ſapientiam ſuam qua abuſus eſt Salomon, non amplius vult appellari *ſcientiã hominum*; nec *ſapientiam ſanctorum*, quæ de ſurſum eſt; ſed *terrenam, animalem, diabolicam*. Qua vero ratione cætera, quæ initio illius c. 30. Prouerbiorum, necti & conuenire in Salomonem poſſint, conſule Nicolaum.

Cur ſe vocet Salomon Congregãtem, atque Vomentem.

Salomon ſupprimẽs ſuæ pœnitentię narrationem,

R. Leui, & R. Salomonis interpretatio. Arboreus. Carthuſia. Ianſenius. Hieronym. Nicolaus.

Sapientia terrena Salomonis poſt peccatæ.

Iacob 3. 15

48 Denique hæc omnia vim & confirmationem accipiunt ex eo quod ſtatim ſubiungitur Prouerbiorum. 30. quod cum alijs Septuaginta tranſtulerunt in ſuum illud cap. 24. *Duo rogaui te, ne denegеs mihi, antequam moriar. Vanitatem & verba mẽdacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei*. Vbi non obſcura deteſtatio idololatriæ, qua negatur vera fides, & non agnoſcitur verus Deus: tum præterea *diuitiarum*, quæ vitiorum & omnium malorum pabulum ſunt; quibus *ſatiatus dilectus recalcitrauit, illectus ad negandum*: tandem *egeſtatis* ſiue veræ, ſiue, quam ef-ficit auaritia, qua aliquando Salomon afficiebatur. Porro quid aliud illud eſt; *Antequã moriar*; quam, cum iam ad ſenectutem perueniſſet, præteritorum pœnitens, precari vt meliori ratione, & in vera religione confirmatus extremum ſpiritum mittere permittatur? Scio hæc ab alijs aliter accipi poſſe. Sed quid in hac intelligendi & interpretandi ratione, aut abſonum, aut minus conueniens? Sanè qui minus ſimpliciter acceperit, & aliò detorſerit, vim ſacris ſententijs Salomonis afferat.

Salomõ deteſtatus idololatriã, & auaritiam.

Deu. 32. 15

Salomõ in extrema vita bonã mortẽ precatus.

V. Ex 3. Regum. 11. & ſolenni Scripturarum formula deſcribentium mortem, & ſepulturam iuſtorum.

49 *An Salomon cum Dauide ſepultus. Quæ ſit ciuitas Dauid.*

50 *Ambroſij & aliorum regula minus ſolida.* Apponi ad patres, *dictum tam de impijs, quam de ſanctis.*

51 *Salomonis ſancta mors ex bonis Roboami initijs. Priores via alicuius vituperata, etiam ſi ſanctè obierit. Illuſtratus locus Regum.*

52 *Roboam non reducturus populum ad Dei cultum, niſi ipſum ſtabiliſſet Salomon ante mortem. Explicatus locus Regum.*

SEcundus locus ex eo; quod 3. Regum. 11. 43. ſcribitur: *Dormiuit Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui*. Ex quo loco ſic elicit Bachiarius Salomonis ſalutem: *Veniam ex hoc conſequutum eſſe agnoſcimus, quia cum ſolutus fuiſſet à corpore, ſepultum illum inter Regum Iſraelitarum corpora Scriptura commemorat, quod tamen alibi peccatoribus regibus abnegatum eſſe cognoſcimus, qui vſque in finem vitæ ſuæ in propoſiti peruerſitate manſerunt. Et ideo quia inter Reges iuſtos meruit ſepeliri, non fuit alienus à venia. Veniam autem illam ſine pœnitentia non potuit promereri*. 49

Bachiarius

Regula de ſcribẽdę ſepulturæ ſãctorum.

Sed, inquis, non eſt ſepultus Salomon cum Dauid, neque in eadem cum illo ciuitate. nam Dauid fuit ſepultus in monte Sion, id eſt, in ciuitate ſua, quæ appellatur *ciuitas Dauid*. 3. Regum. 2. 10. Salomon autem licet dicatur *ſepultus in ciuitate Dauid*, additur tamen *in ciuitate Dauid patris ſui*; vt videatur non intelligenda ciuitas Sion; ſed alia ciuitas Dauid, nempe Bethlehem; quemadmodum intellexit Iſidorus, dicens Salomonem *ſepultum eſſe in ciuitate patris ſui, Bethlehem*. Et cum illud *patris ſui*, commodè addi potuiſſet, cum de Salomone ſermo eſt 3. Regum. 5. 2. 1. Paralip. 8. 11. nunquam tamen niſi eo in loco additum inuenias. Nihilominus quamuis id verũ eſſet, quod tamen minimè eſt, nihil impediret vim illius regulæ intelligendarum Scripturarũ; quippe cũ dicitur *quis dormiſſe cũ patribus ſuis*, non tam reſpicitur ad ſepulchri, quam ad fidei & ſanctitatis conſortium, vt docuit Ambroſius l. 1. de Cain & Abel c. 2. *Cognoſcitur* (inquit) *illud, nec otioſè ſcriptũ eſſe ſed perpensè, atque examinate, quod legimus in Regnorum libris. Et appoſitus eſt ad*

An Salomõ ſepultus cũ Dauide.

Iſidorus li. de morte Sãctorum.

Quæ dicatur ciuitas Dauid.

Ambroſius

Quid ſit Apponi ad patres ſuos.

patres ſuos. Intelligi enim datur, quòd Patrum ſimilis fuerit fide: vnde claret non ad ſepulturam corporis, ſed ad conſortium vitæ relatum. Deinde de Iſaac non perfunctoriè ſcriptum putatur, quòd requirens corporis iſtius ſpeciem, quæ animæ ſuæ attexebatur, appoſitus ſit ad genus ſuum. eo quod patris ſui moribus adhæſerit. Pulchre autem ad genus ait, non ad populum; quia plures in populo ſuo, quam genere; & præſtantius dicitur paucorum ſimilem eſſe, quam plurimorum. Quare licet Dauid non fuerit ſepultus cum patribus ſuis, tamen dicitur *dormiſſe cum patribus ſuis*. 3. Reg. 2. 10. Et licet quidem quod de Iſaac dicitur Geneſ. 35. 29. Septuaginta legerint *appoſitus ad populum ſuum*. Vt propterea obſeruatio illa ſecunda Ambroſij minus ſit ſolida;

50 Obſeruatio Ambroſij qualis.

B tamen prima illa obſeruatio à plurimis admitti tur, & confirmari poteſt ex aliorum Regum exitu & ſepultura. Nam Amon rex impius ſepultus eſt in horto Oza; 4. Regum. 21. 26. neque dicitur, *appoſitus ad patres ſuos*, & Ioram. 2. Paral. 21. 20. *Ambulauit non rectè*; & licet *ſepelierint eum in ciuitate Dauid verumtamen non in ſepulchro Regum*. Peſſimus item Ioas non eſt appoſitus ad patres ſuos; & licet *ſepelierint eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris Regum*. 2. Paral. 24. 25.

Sepulti reges impij & non appoſiti ad patres ſuos.

Sed adhuc obijcis illam Ambroſij regulam neque videri perpetuam, neque ſolidam: Tum quia Manaſſes quamuis pœnitens, & cum Deo in gratiam reſtitutus. *non apponitur ad patres ſuos*, C ſed in priuato ſuo ſepulchro conditur, 3. Regum 21. 18. *Dormiuit Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ in horto Oza* Ex oppoſito verò Roboam, qui *dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael cum eo*. 2. Paral. 12. 1. dicitur *dormiſſe cum patribus ſuis, & ſepultus cum eis in ciuitate Dauid*. 3. Regum. 14. 31. & Amaſias, qui *receſſit à Domino*, ſepultus cum *patribus ſuis in ciuitate Dauid*. 2. Paralip. 25. 28. & Abiam, qui *ambulauit in omnibus peccatis patris ſui, dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid*. 3. Regum. 15. 8.

Manaſſes non dicitur apponi ad patres ſuos.

Reges Impij appoſiti ad Patres ſuos.

Obiectio.

Sed cum hæc vera ſint, tamen reſponderi poteſt, non ſine cauſa factum eſſe, vt Ieſus Siracides D Eccleſiaſt. 47. 26. de nemine alio, quam de Salomone ſcripſerit: *Et finem habuit Salomon cum patribus ſuis*. Huic reſpondet Abulenſis. 3. Regum. 11. in fine; quod licet Salomon turpiſſimus non merebatur honorem regalem, quo in ſepulchro regio Dauidis conderetur, tamen quia templo ciuitatem Ieruſalem nobilitarat, funere regio elatus apud Dauidem conditus fuit. Sanè infirma & voluntaria reſponſio, ſed quia tota illa Ambroſij regula non valde firma eſt, neque Salomonem ſatis tuetur, fortiora alia & validiora adhibenda.

Abulenſis reſponſio.

Ambroſij regula infirma.

III. Ex bonis initijs regni Roboam.

51 Bona Roboami initia cômendant finê Salomonis

TErtio quia 2. Paral. 11. 17. dicitur *Ambulaſſe Roboam cum populo in vijs Dauid & Salomonis annis tantum tribus*, vbi vides *vias Salomonis* probari perinde ac Dauidis vias. Reſpondent aduerſarij de vijs Salomonis prioribus intelligi, quæ plenæ fuerunt pietate & religione; non de impietate poſteriori. Et ne inuita & repugnans, quin potius prona & obuia videatur expoſitio, certè non ſemel priora vitæ alicuius regia exempla vel in bonum vel in malum proponuntur, A quantumuis poſteriora fuerint, diſſimilia. Nam cum Manaſſes nouiſſimè pœnitentiam egerit; tamen Amon filius eius dicitur. *Feciſſe malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius, & ambulaſſe in omni via, perquam ambulauerat pater eius. ſeruiuiſſe immunditijs, quibus ſeruierat pater eius*. 4. Regum. 21. 20. 21. quod ſanè de prioribus tantum vijs Manaſſe accipi oportet: & Abia dicitur *ambulaſſe in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum*. 3. Regum. 15. 3. cum tamen poſtea. 2. Paral. 13. 18. *Sperarit in domino Deo patrum ſuorum & religionem inſtaurarit*. Vera ſanè hæc omnia, nimirum cum priora alicuius regia fuerint mala, abſolutè produci in malum; at nũquam mentionem fieri in bonum *viarum* alicuius regis, niſi vitam ſanctè clauſerit. Id quod exemplo oſtendi poteſt; nam cum Aſa poſt vitam ſanctè & religioſè actam, tandem defecerit, *Prophetam in neruum miſerit, & interfecerit plurimos de populo*. 2. Paral. 16. 10. tamen non dicitur ſanctus Ioſaphat ambulaſſe in vijs patris ſui, quamuis priores ſanctiſſimæ fuiſſent. Itaque ſi *viæ Salomonis* probantur tandem, ſanctum exitum habuerunt.

Nam vituperentur, laudêturve.

Nũquam laudari vias, aut vitam, niſi quæ ſancto exitu claudatur.

Sed, vt vim huius coniecturæ, quæ apud me grauis eſt, eleuare poſſis, dices, Roboamum neceſſitate quadam compulſum, priſtinam veri Dei religionem à parente ſuo iam pridem reie- C ctam, reuocare voluiſſe eo conſilio, vt totum ſe opponeret conſilio Ieroboam, qui introducebat falſorum idolorum cultum in decem tribus. Oportuit igitur ex politia quadam vel inſtituere vel reuocare diſſimilem religionem, qua ſuos apud ſe contineret, ne ad alienum regem & religionem dilaberentur. Sed ſanè hæc obiectio parum ſolida eſt; nam laudantur verè initia Roboam, neque ex eo laudantur, quòd ipſe abſtulerit paternam idolorum impietatem, ſed ex eo, quod in via, quam parentes Dauid & Salomon illi reliquerant, progreſſus fuerit: *Ambulauit* (inquit) *in vijs Dauid & Salomonis*. Atque adeo confirmatur ex eo, quod ſibi perſuaſerat Ieroboam. D 3. Regum. 12. 26. fore, vt populus aſcenderet adoraturus verum Deum in Ieruſalem, ſicut ſcriptũ eſt: *Dixit Ieroboam in corde ſuo, nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem*. &c. nimirum quia iam populus nulla alia habebat ſacrificia, neque idola. Igitur optima & ſancta Roboami initia apertè indicant optimum & ſanctum Salomonis finem. non enim tãti fuiſſet auctoritas, prudentia, pietas virtusve Roboam, vt populum à falſa religione abduceret, & ad veram religionem dux eſſe poſſet, niſi iam Salomõ religionem ſtabilitam reliquiſſet, omni ſuperſtitione relegata, omnibuſque idololatriæ ſordi- E bus expurgatis.

52 Quo conſilio Roboã religionẽ coluerit.

Firma pro Salomone côiectura.

Priora vitæ alicuius quãdo

IV. Ex promiſſionibus ampliſſimis de Salomone factis parenti Dauidi: tum ex comminationibus ſuppliciorum.

53 Virga virorum, *quæ ſit.* Vir *pro ſene*. *Salomoni ſupplicium humanum intentatum. Illuſtratus Iſaias.*

54 *Miſericordia auferenda à Salomone an de ſolo regno temporali.*

55 *An promiſſiones factæ Dauidi de Salomone, an de ſolo Chriſto accipiendæ.* Sempiternitas, fidelitas quid.

56 *Salomon punitus cum menſura. Illuſtratus Iſaiæ locus, de plaga hoſtis.*

57 *Salomonis & Saulis diſparitas. Promiſſiones facta Dauidi implenda per Salomonem. Repetitio eiuſdem vocis ad ingens operationem.*

53 QVarto ex ampliſſimis promiſſis Dauidi factis de filio Salomone, & nomine alli impoſito à Nathan propheta, eius pædagogo. 2. Regum: 7.14. *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Miſericordiam autem meam nõ auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea.* vbi cum videatur ad litteram ſermo eſſe de Salomone, & futuros iam illius lapſus atque peccata non obſcurè ſignificari; tamen nihil acerbius comminatur Deus *quam virgam virorum*, nimirum calamitates & mala temporalia; non æterna: nam ab hominibus hæc non inferuntur, ſed illa, ſicut ſcriptum eſt: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. quare illud *In plagis filiorum hominum*. Septuaginta dixerunt, *In tactibus filiorum hominum*. quod eleganter elucidat Theodoretus. 2. Regum q. 22. *Illud* (inquit) *in tactibus hominum poſuit pro caſtigatione per homines, quoniam per manus fit & tactus & cædes hominum*. Atque Hieronymus in Traditionibus ſuperius à nobis adductis, *Virgam virorum* interpretatur *Gladium inimicorum & plagas hominum* vult eſſe *incommoditates corporum*.

Virga virorum quid. — *Matth. 10. 28.* — *Theodoret.* — *Hieronym.*

Tum præterea *virga virorum*, neſcio quid mire & blandũ affert: eſt enim hoc loco pro *viro*, in originali *enos*, qui propriè eſt, homo miſer, infirmus, languidus, vt proinde, *virga virorum*, ſit baculus ſenis & languidi hominis: hæc eſt enim aliquando *viri* ſignificatio, vt illud 1. Reg. 17. *Et fuerat vir in diebus Saul ſenex & grandæuus inter viros*, quod licèt Kaldæus paraphraſtes legerit *Annumeratus inter electos*, id eſt, *inter fortes atque inclytos*, vt interpretatur Vatablus; tamen ex proprietate originalis *enos*, illud *grandæuus inter viros*, idem eſt quod eſſe de numero ſenum & ætate prouectorum, vel, de numero debilium & languidorum præ ſenio. Ergo cum Deus minatur ſe virga virorum diuerberaturum Salomonem, ſignificat inſtar ſenis filium paruulũ & tenellũ flagellaturum, timide, parcè, & *cum reuerentia*; non acriter, neque vehementer impacto flagello; ſed ita vt vix, quod eſt in prouerbio, Muſcam verbere opprimat. Secus cum res ſerio agitur, & vires ſuas aduerſus impietatem exerit Deus, nõ iã flagellat *in virga virorum*, ſed vt dicitur Iſai. 30. 32. *Erit tranſitus virgæ fundatus quã requieſcere faciet Dominus ſuper eum*, id eſt, verbere penetrabit inſtar *fũdamẽti*: quod in aliũ iacitur, & ictu, quẽ nemo poterit à ſe depellere; quippe erit eiuſmodi ſuppliciũ immutabile, fixũ, ac nulla ratione euitabile, perinde ac ſunt ædificiorũ fundamenta quibus tota domus firmitas nititur. Illud verò quod additur: *Quam requieſcere faciet Dominus*, ſignificat flagellum ita impactum iri, vt perpetuo adhæreat tergo & humeris: quaſi diceret, non conſtabit verberatio ex elatione & deiectione flagelli; neque ſupplicium immiſſum diuina vi leuamen habebit vllum. At verberatio Salomonis facienda cum miſericordia, & humano modo *in plagis filiorum hominum*: nam diuina ſupplicia longè ſunt inexſuperabilia. Et propterea adiungitur; *Miſericordiam meam non auferam ab eo*.

Vir pro ſene. — *Kaldæus.* — *Vatablus.* — *Deus blande verberans virga virorum.* — *Illuſtratus Iſaiæ locus.*

A

Dei ſupplicium firmũ & immutabile. — *Cur Salomoni inte datur non diuinum ſuppliciũ.*

54 Sed dices *miſericordiam* hîc intelligi de regni ſucceſſione non abrumpenda, neque transferenda à domo Dauid & Salomonis, non vero de beneuolentia ſeruanda erga ipſum Salomonem, vt ſuperius argumentabimur pro parte aduerſariorum negante: cuius nunc quoque illa addenda confirmatio, quòd illam ipſam promiſſionem diuinam factam Dauidi non alio modo intellexit, cum ipſe Dauid. 2. Regum. 7.26.27. tum etiam Salomon, quàm de regni ſucceſſione continuanda. 3. Regum 8. 24. 25. *Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ loquutus es ei: ore loquutus es, & manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nunc igitur Domine Deus Iſrael conſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ loquutus es ei, dicens; Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam.* Ergo conſeruato regno temporali, amiſſo æterno, conſtat illa miſericordia promiſſa Dauidi exhibita Salomoni. Reſpondet Tychonius; *Quid prodeſt Dauidi, ſi propter eum filius eius regnum terræ conſequeretur, cæleſte perditurus? quo manifeſtum eſt cum Deo eſſe Salomonem, cuius regnum quidem terræ non eſt ablatum propter Dauid, cui dixerat: Arguam in virga hominum peccata eius; miſericordiam autem meam non auferam ab eo.*

Miſericordia nõ auferenda à Salomone, quæ. — B

C — *Reſponſio Tychonij.*

55 Sed obijcies: neque hanc interpretationẽ admittendam, quòd ille locus non tam de Salomone, quàm de vero Meſſia filio Dauid accipi debeat, vt eleganter oſtendit Theodoret. 2. Reg. q. 22. Præterquã enim quod Dauidi à Deo dicitur, 2. Reg. 7. 12. *Suſcitabo ſemen tuum poſt te*: quaſi loqueretur de filio naſcituro Dauidi iam mortuo, non de Salomone, quem viuens adhuc parens in regium thronum extulit: quem locum in hãc ipſam ſententiam vrget Auguſtinus li. 17. de ciuitate c. 8. *Aliud* (inquit) *pacificus intelligitur eſſe promiſſus qui non ante, ſicut iſte; ſed poſt mortem Dauid prænunciatus & ſuſcitandus.* Certè quod additur: *Stabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum*; non poteſt conuenire temporali Salomonis regno & poſteritati, tum illud, *Ego ero ei in patrem & ipſe erit mihi in filium*, de Chriſto dictum interpretatur Apoſtolus ad Hebræos 1. Deinde non de Dauidis, & Salomonis carnali poſteritate ſed de Chriſti ſpirituali atque diuina accipi poteſt, *Fidelis erit domus tua & regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter.* Cum & domus Salomonis plena fuerit allenigenarum infidelium, atque poſteri eius gentilium errore infecti, vt teſtatur Ieſus Siracides cap. 49. 5. *Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam omnes* (reges Iuda) *peccatum* idololatriæ vel cultæ vel non omnino ſublatæ) *commiſerũt: nam reliquerunt legem altiſſimi reges Iuda, & contẽpſerunt timorem* (cultum, religionem) *Dei*. Tum propter alia minutiora, quæ diligẽter & copioſe cõgeſſit Abulenſis 2. Reg. 7. q. 9. & illum imitatus Carthuſianus eodẽ loco illã quæſtionẽ diſputantes; An hæ ampliſſimæ Dei à Dauide promiſſiones de filio ſuſcipiendo, accipi & intelligi poſſint de Salomone literali & Hiſtorico ſenſu, an tantum de vero Meſſia, & quidem nos ea de re diſputauimus ſuperius cũ de Pſalmo 71. qui ſcriptus eſt

Altera obiectio. — *Theodoret.* — *An promiſſio Dauidi ſit de Salomone, an de Chriſto.* — *Auguſtin.* — *Quomodo fuerit fidelis domus Dauid, & Salomonis.*

D — E

Abulenſis. — *Carthuſ.*

Auguſtin. Ambroſius Tertullian. Hieronym. Eucherius. Rupertus.

ptus eſt *in Salomonem*, diceremus. Quod verò ad A præſens attinet, Auguſtinus. 17. de ciuitate Dei cap. 8. Ambroſius, Tertullianus, Iſidorus, Rabanus, Gloſſa & alij frequenter hæc aduerſus Iudæos de ſolo Chriſto Domino accipienda ſuadent: at verò Hieronymus, Eucherius, Rupertus. 3. Regum. 1. Abulenſis 2. Regum q. 9. vniuerſa hæc Salomoni conuenire, & de illo dicta eſſe cõtendunt; quanquam quædam etiam de Chriſto Domino, litterali etiam ſenſu vt etiam recentiores docti probant, Nicolaus, Caiet. Dionyſius. Et ſanè quidem quædam de ſolo Salomone intelligenda nemo ambiget, quale illud: *Si iniquè aliquid geſſerit*: quædam etiam veriſſimè de eodem, quale illud: *Ipſe ædificabit mihi domum*: ſed tum B hæc, tum ea, quæ ad fœlicitatem ſpectant, de Salomone typicè, de Chriſto domino longè perfectiſſimè atque cumulatiſſimè accipienda; etiam illa, quę obiecta ſunt. *ſempiternitas* enim propriè & perfectiſſimè in Chriſti poſteritatẽ & regnũ, imperfectè pro diuturna, & prælonga duratione in Salomonem, & eius poſteros; quod idem eſt, atque illa, *domus fidelitas*, ſiue conſtantia ex proprietate ſacri ſermonis: non enim ea fidelitas accipienda de fide & religione nunquam violata à Salomone & eius poſteris. Quibus etiam non tãtum iudicem, ſed *patrem* ſe exhibuit benigniſſimus Deus. Vide quæ diſputabamus lib. 6. c. 17. 18. 19. Vbi, quomodo Salomon fuerit Chriſti Domini figura. C

Nicolaus. Caietanus. Dionyſius.

Sempiternum pro tempore diuturno.

Fidelitas quid.

55 Ergo illam moderationẽ in Salomonis peccatis cum miſericordia puniẽdis ſeruaſſe viſus eſt Deus, quam Iſaias poſtea docuit. c. 27. 8. *In menſura contra menſuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam.* (id eſt, non ſine modo, non ſine menſura; menſuram autem inferenda ſupplicia ipſa miſericordia) *meditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per diem æſtus.* quaſi diceret, ita regem regnumque florentiſſimum punies velut agricola florentem arborem, cuius folia & ramos vento & æſtu vehementi deijcies, & decuties, radice intacta & incolumi, vt iterum floreat. Quare pro eo quod nos legimus, *cum abiecta fuerit*; Pagnin. Vatablus & alij Hebraizantes ex Hebræo legunt. *In plantationibus, vel, in hortis iudicabis eam*; vel, contendes D cum ea, quod Septuaginta dixerunt: *rixans & exprobrans.* (*Reñireys le, y trataréis le como el hortelano al arbol.*) reſecabis ramos, decuties honorem, partem regni auferes, denique hoſtili ferro & ſecuri cũ illa ages, vt ab ipſo ferro & hoſte decutiat opes, bonumque ramorum & foliorum honorẽ. Quod proculdubio Salomoni accidiſſe videtur, dilacerato regno, amiſſa magna ex parte infinita ſubditorum multitudine, acceptis damnis incredibilibus ex hoſtium & inimicorum ferro, perpetuiſque poſt peccata rebellationibus, ſeruata tamen ſemper radice à poſteritate vſque ad Chriſtum: ſicut in ipſo Salomone dicebat Ieſus Siracides: *Deus non derelinquet miſericordiam ſuam: & ſemen eius qui diligit Dominũ non corrũpet.* Eccleſ. 47. 24. Igitur *plaga illa verberũ*, nõ eſt illa de qua dicebat Iſaias ca. 27. 7. *Numquid iuxta plagam percutientis* (ex animo hoſtiliter) *ſe* (eum) *percuſſit eũ, aut ſicut occidit* (hoſtis & inimicus illius) *interfectos eius; ſic occiſus eſt?* quaſi diceret; minimè, fuit enim non plaga diuina, ſed humana.

Salomonis peccata punita in mẽſura.

Illuſtratus Iſaię locus

Pagninus. Vatablus.

Deus agẽs cum peccatore tãquã cu arbore.

Eccleſiaſt. 47. 24.

Plaga hoſtis qualis.

56 Ergo vt ad illã *miſericordiã* reuertamur, ſi de ipſo Salomone accipienda eſt illa promiſſio cum tam multis interpretibus; & vt nuper oſtẽdebamus, *miſericordia* affert ſedũ gratiã beneuolentis animi, profectò nõ eſt amotus Salomõ à diuino E cõſpectu, neque ab illius beneuolentiſſima prouidentia, quamuis verberatus, & varijs ſupplicijs affectus; ſicut ille amotus eſt, qui & corpore, & animo malè perijt Saul.

Diſparitas Salomonis & Saulis.

Et confirmari quidẽ tota hæc ratiocinatio poteſt: nam illa regni, & poſteritatis ſeruandæ promiſſio non eſt Dauidi facta, niſi in Salomone filio, & per eũdẽ ducẽdæ & propagandæ; quare ſi propter Dauid ſtat firma poſteritas promiſſa, ſtat Salomõ, per quẽ promiſſa eſt, & propter Dauidẽ parentẽ ſeruatus eſt, & non omnino obiectus à diuino conſpectu. Cum ergo regnũ, cauſa gratificandi ſuis amicis, datũ ſit à Deo: ſi regnũ à Salomone ablatum omnino nõ eſt, neque ab eius poſteritate, ſanè non eſt omnino ablata diuinæ gratiæ, pœnitẽtiæ & perſeuerãtiæ miſericordia. Et ſubtiliter rem eandem vrget Tychonius, non quidem amotum Salomonem à diuino conſpectu; ſed diuinam prouidẽtiam circa illũ iugi operatione verſatam: quare premens illa verba: *Diſrumpens ſcindam regnum tuum; de manu filij tui ſcindam illud.* ſcribit in hæc verba: *Iugis operationis eſt, diſrumpens diſrumpam; Sicut benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo ſemen tuũ. Oſtendit enim ſuperfuturum Salomonem in filio, id eſt in poſteritatibus poſthumis Salomonis temporibus non auferre Deus regnum ſecundum promiſſa patrũ: ſed corrigit illud vſque in æternum, vt auferat iugiter ſecundum idololatriam Salomonis in ſuo peccato perſeuerantes;* (corrigo enim neceſſario, quod in codicibus legitur *perſeuerantis*, niſi intelligas perſeuerantis Salomonis ſecundum poſteritatem) *Audias quomodo de manu Salomonis diſrumpens diſrumpit? ſi non nunc eſt Salomon in filijs bonus, aut malus.*

Promiſſiones factæ Dauidi per Salomonẽ implendæ.

Tychonius.

Semper punitum Salomonis peccatum, ſed cum miſericordia.

Repetitio eiuſdẽ vocis affert cõtinuatio nẽ operationis.

V. Quod ſit ex potiſſimis Scriptoribus ſacrorum Voluminum.

57. *Salomon ex ſcriptoribus ſacris primarius. Eius peccata ſeruorum auctori ſacrorum voluminum.*
58. *Nemo ex ſacris ſcriptoribus damnatus. Salomon longè diſſimilis Caipha, & Balaam.*
59. *Salomon præclara Chriſti Domini figura. Peccata poſſunt ex diuina prouidentia præfigurare aliquid diuinum.*
60. *Salomonis nomen pro Chriſto. Nemo ex damnatis Chriſti Domini figura.*
61. *Totus Eccleſiaſtæ liber eſt pœnitentiam agentis & ſe accuſantis.*
62. *Etiam in libro Eccleſiaſtæ Idololatriam inſectatur. Liber Prouerbiorum, & Canticum, ſcripſit poſt peccata.*

Q Vinto, quòd, vt Bonauentura vult, qui ſacer ſcriptor, & diuino afflatus Spiritu, multorum ſacrorum librorum ſapientiſſimus vtiliſſimuſque Eccleſiæ compoſitor fuerit, indignum videatur fuiſſe tandem diuini ſpiritus gratia deſtitutum, & illum, cuius frequentiſſimè ſacerrimis ſententijs & ſcriptis vtimur, & tam crebrò cum honore & laude nomen & memoriam vſurpamus, æternis ſupplicijs addictum. 57

Bonauẽturę pro Salomone cõiectura.

Sed huic tamen argumento reſpondere videtur Auguſtinus præfatione in Pſ. 126. diuina pro

Auguſtini reſponſio.

uidentia factum eſſe: vt dicta & ſcripta peccatoris hominis ab Eccleſia retinerentur, vt veritas tantum Deo non homini tribueretur. *Si illo cadente* (inquit Auguſtinus) *quæ per illum dicta ſunt, delerentur, indicaretur quia ipſe dixerat, non quia per illum dicta erant. Optime igitur etiam hoc egit miſericordia Dei, & ſpiritus eius, vt quidquid boni per Salomonem dictum Deo tribueretur: peccatum autem hominis, homini.* Adde nihil videri indignũ quòd per impios Balaam & Caipham ſacras aliquas prophetias acceperit Eccleſia. Quare neq; quod per Salomonem damnatum libros aliquos ſacros habeat.

Quid ex peccato Salomonis in veritatem Scripturæ auctoritatis redundet.

58 Sed ſanè præterquam quod Auguſtini ratiocinationi ſatis ſit, Salomonem peccaſſe, & erraſſe, ne intelligeretur ipſe fuiſſe veritatis, quã tradebat verbo aut ſcripto, primarius auctor; neque ad id præterea requireretur, damnatũ fuiſſe cum in alijs ſacris ſcriptorib. id non requiratur; tamẽ adhuc inſtauratur robur huius argumẽti, quia ſine exẽplo eſt, quod Eccleſia habeat auctorẽ alicuius voluminis ſacri non ſanctũ; qui ipſa myſteria, quæ ſcribebat, intelligeret. nõ enim huiuſmodi ſũt illi Balaã & Caiphas qui ſũt prorſus illaudati; & pauca quædam verba, & quæ fortè ipſe minimè intelligerent, diuini ſpiritus afflatu loquuti ſunt. non *quidem ſancti Dei homines*, ſicut Salomon & alij ſacri ſcriptores. quare ex inductione & exemplo aliorum ſacrorum ſcriptorum, non leuiter colligenda eſt Salomonis ſanctitas & ſalus.

Iterum ad Auguſtinũ. — *Inſtauratio præcedentis argumenti.* — *Omnes ſacri ſcriptores ſancti.* — *2. Pet. 1. 21*

VI. Quid fuerit Salomon perilluſtris Chriſti Domini figura.

59 SExtò videtur ſanè res præter decorem Eccleſiæ & diſpenſationis Chriſti Domini, vt qui tam clara fuerit filij Dei figura, & in tam multis Dei actionibus & gradibus filium Dei repræſentauerit, damnatus tandem fuerit, malo ſcilicet exitu acta ſuperioris vitæ improbante.

Salomon præclara Chriſti figura.

Obiectio. Sed occurris, nihil incommodi quod impius homo, & in ipſis etiam peccans aliqua ratione Dei & Chriſti Ieſu perſonam & figuram repræſentet; nimirum diuina prouidentia etiam peccatis hominum vtente ad aliquid diuinum repreſentandum; vti ſæpius diximus de Dauidis adulterio repræſentante aſſumptionem gentilitatis ad Chriſti & Eccleſiæ conſortium; ſicut è contrario Vrias ſanctus, tamen, vt Iſidorus vult, *typum habuit Diaboli, cuius coniugio prius erat copulata Eccleſia, quam Chriſtus concupiuit lauãtem ſe à ſordibus ſæculi & per lauacri vndam purificantem.* Non aliter igitur Salomon quamuis impius & peccator, potuit geſtare filij Dei figuram. At quidem ita fuiſſe eius peccata enormia, vt nulla in illis ratione repræſentatum ſit aliquod Eccleſiæ myſterium Iſidorus libr. 3. Reg. cap. 6. Eucherius, Angelomus, & alij huius ingenij pij grauesque doctores ſcribunt. *Nec prorſus* (inquit Iſidorus) *occurrit, quid ſaltem in allegoria boni ſignificet Salomonis flenda ſubmerſio; niſi fortè quis dicat mulieres alienigenas ſignificare Eccleſias electas de gentibus. Poſſet hoc fortaſſe non abſurdè intelligi, ſi illæ propter Salomonem desererent deos ſuos. Cum vero ipſe propter illas offendit Deum ſuum, non eſt quid unde boni coniecturari poſſit.*

Iſidorus. — *Vrias ſanctus, typus Diaboli.* — *Iſidorus. Eucherius. Rupertus. Angelom.*

60 Reſpondeo tamen aliud eſſe quod vir aliquis ſãctus in aliquo ſuo lapſu ſeu peccato aliquid diuinum & ſanctum repræſentare potuerit ex Dei prouidẽtia & diſpẽſatione: aliud verò, quod impius homo, & qui tandem damnatus fuerit, illuſtrem geſtarit Saluatoris figuram, non in vna aut altera re, ſed in plurimis & frequentiſſimis vitæ ſuæ actionibus, & toto fere vitæ vſque ad ſenectutem tempore. quod proculdubio indignum videtur, & ſine exemplo; & ſanè hoc ipſum eſt, quòd Hieronymus ſuper id Oſeæ 10. *Vaccas Bethauen*, &c. ſcribit: *Impium eſt quod iuxta hiſtoriam intelligitur de rege Aſſyrio* (homine videlicet impio) *iuxta tropologiã ad Chriſtum referri.* Atque in re ſimili huius rationem reddit ſuper Ezech. 12. Improbans enim quod alij vellent Sedechiam impium typum eſſe Saluatoris, ſubijcit: *Neque enim rex impius in figuram poteſt præcedere illius, qui totus pietatis exemplum eſt.* Quod idem de Salomone dicẽdum, neque iam celebrẽ neque tam vulgatam fuiſſe Saluatoris figuram, ſi damnatus fuiſſet. præſertim cum ſicut nomen Dauid frequenter in Scriptura vſurpatur pro ipſo Dei filio; ita ſanè & *nomen Salomonis* pro eodem ſæpe vſurpatur; vt plerique patres contendunt in Pſalmo. 71. qui inſcribitur *in Salomonem.* Quam verò abſonat, vt hominis æternis ſupplicijs addicti appellatio frequentiſſima totius ſanctitatis & ſalutis auctori Chriſto Ieſu tribuatur? Quare in Bedæ presbyteri fragmentis (ſi illius ſunt; quod ſi non, at ſunt antiquioris & grauioris patris alicuius) ſic ſcribitur: *Nec miramur in parte contraria peſſimos reges in typo præuaricatorum præcedere principum, cum optimos reges Dauidem, Salomonem & Ioſiam, & patriarchas ac prophetas in figura Domini Saluatoris præceſſiſſe doceamus.* Quomodo autem Chriſti Domini figuram in pleriſque ſuis geſtis geſtauerit, diximus li. 6. c. 16. & 17.

Reſponſio. — A — B — C

Salomonis nomẽ pro Chriſto. — *Salomonis appellatio de Chriſto.* — *Beda fragmenta.* — *Nemo damnatus ex ijs qui Chriſti figuram geſtarunt.*

VII. Ex libro Eccleſiaſtæ qui totus eſt ſe accuſantis & pœnitentiam agentis.

SEptimo, quòd totus liber Eccleſiaſtæ videatur eſſe pœnitentiam agentis & recognoſcentis lapſuum prioris vitæ veſtigia, & peccatorum vulnera. Id quod ex Hebræorum traditione & interpretatione præter R. Salomonem, & R. Leui, docent Hebræi in ſuo Chronico magno cap. 15. & libenter recipit Hieronymus, Albinus, Bonauentura, Dionyſius, Hugo, & alij initio Eccleſiaſtæ a nobis ſuperius adducti: tum præterea D. Thomas, Vincentius, Gloſſa, & recentiores fere omnes, qui Salomonis ſalutem tuentur. Sed ſi non propter Hebræorum, & aliorum interpretum loquelam credenda res; at certè quod illam nos videre, & cognoſcere poſſimus ex ipſius libri decurſu, & aperta ipſius Salomonis confeſſione, poſt diuturnam voluptatum omnium experientiam: quod quamuis ad initium Eccleſiaſtæ perſpicua ratione demonſtrauimus, tamen nunc breuiter, quod ad præſens attinet, non tam dicemus quam indicabimus. Non dubium quin in ipſis delicijs & voluptatibus Salomon ſæpius ac grauius peccauerit: neque item quin liber Eccleſiaſtæ poſt voluptatum immoderatum vſum ſcriptus fuerit: ergo & poſt peccata. ſcriptus autem eſt ab homine nauſeabũdo ad vaniſſimas & fallaciſſimas voluptates, quas deteſtabatur: non igitur amplius reuerſus ad vomitum: præſertim cum tẽpus deprauatæ vitæ valde exiguũ fuerit. Quare Eccleſiaſtæ. 1. ait: *Ego ſui rex in Ieruſalem;* vt de maxima tẽporis parte ſui principatus iã exacta loqui videatur. Cum quo facit quod c.

61 *Eccleſiaſtes agens pœnitentiam ex plurimorũ ſententia.* — D — E

Eccleſiaſtes ſcriptus poſt peccata & voluptatũ experimenta.

7.16.ait: *Hoc quoque vidi in diebus vanitatis meæ*; A quod videtur proprium ſenum grauiſſimorum, prioris vitæ errata & vanitates cenſorio incorruptoque iudicio condemnantium. Porro ipſa

Salomõ in c. Eccl. accuſat curioſitatem ſciẽdi.

peccata & peccatorum occaſiones, toto libro ſparſim recenſet, & deteſtatur: Cap. 1. immodicam ſciendi cupidinem & *curioſitatem*. capit. 2. Diuitiarum famam & ſitim ſacram, *coaceruato argento & auro*; *ædificiorum* luxum, voluptates *conuiuiorum*, & rerum omnium humanis *oculis* lenocinantium.

C. 2. Auaritiam.

C. 3. licentiã ab vtẽdi rebus creatis.

capit. 3. culpam reijcit, & non quidem in res ipſas corporeas, ſed in prauitatem mortalium illis abutentium: ſe itaque abuſum creaturis Dei. Deinde poſtquam ſequentibus capitibus de alijs peccatis Iudicum & Principum, B & de ſua pœnitentia quædam alia interpoſuit, quæ viderentur pertinere ad eum ſtatum, cum nondum nuntium ſapientiæ & pietati remiſerat. cap. 7. lethalia vulnera, quæ *à mulieribus ipſa morte amarioribus* accepit, recenſet; Et illud *inueni*, & rurſum; *Virum de mille vnum reperi: mulierem autem ex omnibus non inueni*, quid aliud eſt, quam mulieroſitatem ſuam accuſare, & ex omnibus mille vxoribus, ſeptingentis reginis, & trecentis concubinis, quas adamauit miſer, ne vnam quidem inueniſſe, cui ſe tuto committere potuiſſet? Porro falſam falſorum Deorum religionem, quæ neque iudicium, neque prouidentiam agnoſcebat, notare videtur. c. 5. Quanquam C potius appellandus videatur Salomon libidinoſus, & mulieruſus, quam idololatra. Ac nulla ſane melior idololatriæ reprobatio, quam vnius Dei Creatoris, iudicis, vota nuncupata exigentis, impios per patientiam ſuſtentantis, tam aperta, & tam conteſtata confeſſio, & fides toto Eccleſiaſtæ libro tam ſæpe repetita. Quanquam & alia etiam idololatriæ reprobatio in extrema huius diſputationis parte, vt iam dicemus. Quid ſi etiam idola deteſtetur, cum *vanitatem* tam ſæpe eo in libro inſectatur? Non vana huius rei coniectura ex vſu ſacri ſermonis, & ex ijs, quæ ſectione ſequenti exponemus.

C. 4. 1. 6. alia quædã quæ interim gerebantur.

C. 7. mulieroſitatem.

62

C. 5. falſam religionẽ & diuinæ prouidentiæ obliuionem.

Salomõ deteſtatus idololatriã c. 5. & 12.

Denique poſtquam ſui temporis ac regni pec- D cata multa, & vanitates enumerauit (fieri enim non potuit, quin corrupto rege, corruptiſſimi toto regno mores non regnarent, & *ager hominis pigri*, & negligentis regis non operiretur vitiorum ſpinis, & nefariorum ſcelerum vepribus) Tandem cap. 12. Iuuenem hortatur ad ſobrietatem, deterretque miſerrimæ ſenectutis incommodis, quæ in ſe ipſo experiebatur, non tam multorum annorum ætate quam omnium libidinum & peccatorum licentia ærumnoſiſſimus; diuini iudicij terrore concionem claudit, & indicto *Dei timore*, id eſt, veræ religionis inſtauratione, & peregrini cultus propulſatione, vt paulo in- E ferius oſtendemus. Quid itaque in toto libro nõ ſit, quod cum peccatorum pœnitentia & deteſtatione ſcriptum non ſit? Quid, ſi cum Eccleſiaſtæ libro iungas etiam prouerbia, quæ poſt peccata & poſt pœnitentiam Hieronymus, Cyrillus, Bachiarius & alij ſcripta fuiſſe aſſerunt, vbi ſanctiſſimis præceptis quaſi proprijs experimentis & malis edoctus, mortales omnes inſtituit? Quid ſi etiam Cantica, in quibus etiam veſtigia ſuarum voluptatum, ſed iam ad diuiniorem rationem tranſlata, ſuprema Dei prouidentia in Salomonis quoque peccatis ſeſe prouidentis & ſuæ bonitatis erga Eccleſiam ſuam myſteria adumbrantis?

C. 12. Salomon ſuæ ſenectutis incommoda indicat.

Prouerbia poſt pœnitentiã ſcripta à Salomone.

Item & Cantica.

SECTIO VII.

Totius controuerſiæ iudicium, & Salomonis abſolutio; atque eius pœnitentiæ ratio.

63 *Cauſa iudicata pro Salomone. An publicam egerit pœnitentiam: & publicè à Propheta reprehenſus.*

64 *Hebræorum traditio de Salomonis publica pœnitentia. ſi falſa, non pernicioſa.*

65 *Formula veroſimilis eius pœnitentiæ.*

66 *Concio publica ad pœnitentiæ publicæ conteſtationem.* Timor Dei *pro cultu. Illuſtratus locus Paralip. & Prouerbiorum.*

67 *Totus liber Eccleſiaſtæ deteſtatur idololatriam.* Vanitas *quid in ſacro ſermone. Doctrina idolorum, quæ Explicatus Ieremias.*

68 *An idola ſublata à Salomone. Quatuor cauſæ non auferendi.*

69 *An Ezechias, & Manaſſes pœnitens idola abſtulerint. Explicatus locus Regum.*

70 *Euerſis ne altaribus, manſerint reliquiæ vllæ quas Ioſias deleuerit.*

71 *Euerſa à Salomone, reſtituta ab alijs. Inconſtantia Hebræorum in religione.*

72 *Pœnitentia Salomonis fortè ab alijs Prophetis ſcripta.*

73 *Granatenſes libri montis ſancti. Iacobus doctor Hiſpaniarum. Characteres Salomonis. Præſulis Granatenſis pietas.*

63 Cauſa adiudicata Salomonis patronis.

AVdiuimus atque examinauimus teſtes litigioſæ ſanè ancipitiſque cauſæ; expendimus teſtimonia partis vtriuſque, quæ cum numero atque grauitate etiam imparia nobis vtſa fuerint, non tam Salomonem abſoluimus; quam eos, qui illius ſalutis & pœnitentiæ partes defendunt, ſuperiore cauſa cenſemus: nimirum plures pro illis ſteterunt teſtes integerrimi atque grauiſſimi; teſtimonia ſacra plura, ſi non omnino clara, non omnino obſcura; coniecturæ multæ & firmæ. Atque, vt eſſet vtrumque æquale, tamen cum neceſſe ſit, noſtram omnium litem & cauſam fieri; cum de alicuius peccatis & pœnitentia dicimus; quippe homines à quibus nihil humani alienũ; ipſa humanitatis ratio ſuo ſanè iure non niſi E humaniſſimam ſententiam à nobis exigit. Sed id tamen iure etiam à Salomonis patronis vltimò exigendum vt idoneam aliquam pœnitentiæ rationẽ, quæ & Deo, & hominibus publica impietate offenſis, publicè quoque fecerit ſatis, veroſimiliter exponant, quod vltimum in illa Salomonis defenſione deſiderari videbatur. Tum præterea vt aduerſariorum argumentis, ſi quid deſideretur, ſatisfactum curent.

An Salomõ egerit publicam pœnitẽtiã.

Ergo ſanctus Bachiarius nõ aliã agnoſcit, aut reddit Salomonis pœnitentiã, quã illã internam dolentis & reſipiſcẽtis animi: *Forſitan* (inquit) *dices nunquã ego in canone lego pœnituiſſe, neque miſericordiã conſequutum. Audi ergo frater, pœnitẽtiam eius, quæ non inſcribitur publicis legibus, fortaſſe à*

Bachiarius

Deo

Deo acceptabilior iudicatur, qui non ad faciem populi, ſed in ſecreto conſcientiæ teſte Deo pœnitent. Sed in publicis ſceleribus publicam pœnitentiam meritò deſiderabis. Irenæus illam videtur conſideraſſe ex eo, quòd reprehenſus fuerit à Deo; intelligo per prophetam aliquem, qui publicè & coram teſtibus eius peccata coarguerit. Sic enim ſcribit li.4.c.45. vt ſuperius adducebamus: *Cum non ſit perſonarum acceptor Deus, quæ ſunt non ſecundum eius placitum facta, his inferebat congruam correptionem. quemadmodum mittitur ad Dauid Nathan propheta, oſtendens ei peccatum. Cum Salomon vxores accipiebat. Sufficienter increpauit eum Scriptura, vt nõ glorietur vniuerſa caro in cõſpectu domini.* Hæc Irenæus paucis demptis. Huiuſmodi autem Dei & Scripturæ, aut prophetæ alicuius verbis facta reprehenſio peccatorum (vt Irenæus innuit) à Salomone ſupplici animo ſuſcepta, peccatum iam agnoſcente, & repudiante, pœnitentiæ non ſibi ſolùm, ſed toti populo ſalutaris illuſtre quoddam argumẽtum fuiſſe oportet. ſed res hęc de Salomonis admonitione & obiurgatione à propheta aliquo præſtita, incerta eſt, vt ſuperius cenſebamus. Et præterea tam nefaria manifeſtiſſimorum ſcelerũ & impietatis exploratiſſimæ labes & cœnum, aliã certioris & manifeſtioris pœnitentiæ & publicarum lacrymarum ſpongiam, qua elui & abſtergi poſſet, requirebat.

Irenæus.

An Salomõ publicè à propheta reprehẽſus.

64 Ergo ſolemni pœnitentium ritu, Salomonem quinquies tractũ per plateas Ieruſalẽ cauſa pœnitentiæ, & cum quinque virgis veniſſe in templũ, quibus vt verberaretur à legis peritis poſtularit: ſed illis renuẽtibus in Chriſtũ Domini manũ mittere; à ſe ipſo acriter flagellatũ, Hebræorũ traditio eſt. quam ſcribi à Hieronymo aſſerit Viualdus; at ab Ambroſio vult Abulenſis. ſed in neutro inuenitur, inuenio tamẽ inter Bedæ opera, in fragmentis in librum Prouerbiorũ; vbi additur, *Salomonem à ſe ipſo depoſitũ fuiſſe regno.* Cõmentum exiſtimo Hebræorum ſed pellucidũ ſanè, & minùs quã alia Rabbinica pernicioſum, vt quod pœnitẽtiam ſuadeat, & macerationem, ac compreſſionẽ laſciuientis & petulãtis corporis. Illud mihi veriſſimum eſt, ſi Salomon pœnituit, fructus egiſſe pœnitẽtiæ dignos, atq; digna etiã corpori adhibuiſſe ſupplicia, & illa ſolemnia pœnitentiæ documenta, cinerem, ſaccum, deiectionem, ſalutare ieiunium & potum lacrymarum.

Hebręorũ traditio de Salomonis publica pœnitẽtia.

Viualdus. *Abulenſis.*

Digni pœnitentiæ fructus Salomonis.

65 Sed iam tandem manifeſtæ pœnitentiæ medicinam manifeſtis ſceleribus adhibuiſſe, nõ in ſecreto, non in angulo, in ipſa vrbe regia, quæ impietatis teſtis extitiſſet, ex vno libro Eccleſiaſtæ tam manifeſtum, tamque certum mihi eſt, quã eum librum eſſe pœnitentiam agentis, & prioris vitæ errata recognoſcentis. Ergo ea fuiſſe videtur agendæ pœnitentiæ ratio. Diuina correptione punctus, & prophetæ verbis quaſi ex graui veterno expergefactus, ſe ipſum agnoſcens auerſari cœpit: *percuſſit femur ſuum; confuſus eſt & erubuit, quia ſuſtinuit opprobrium* turpiſſimæ ſenectutis ſuæ. Init ſtatim rationem, qua Deo ſupremo iudici faceret pro tantis criminibus ſatis: & tum ſibi mille vulneribus ſauciato, tũ popularibus, quibus miſerandæ ruinæ & exitij cauſa extitiſſet, qua poſſet ratione occurreret, & medicinam aliquam faceret.

Pœnitẽtię actę à Salomone formula.

Iere.31.19

66 Cauſa ergo cum Deo tractata, ad retractanda vitæ turpiſſimæ ſcelera corã vniuerſo populo ſe ſe ardentius excitat. Concionem conuocat ex omnium ordinũ hominibus, atque, vt Chryſoſtomus dicebat: *Ad ſe reuerſus, & quaſi ex vmbroſa quadam abyſſo ad lumen veræ ſapientiæ reſpicere valens, ſublimem prorſus, & cœlis dignam vocem emiſit tandem; vanitas vanitatum & omnia vanitas.* & quæ ſequuntur vniuerſa vſque ad diuini iudicij conteſtationem in extremo capite, quod *timore Dei* propoſito claudit concionem vniuerſam. Cũ autem *timorem Dei iudicis* indixit, proculdubio veram religionem reſtaurandam voluit, & omnium abijciendum falſorum deorum cultum; nã *timor Dei* in ſacro ſermone vniuerſum veræ religionis cultum amplectitur, ex frequentiſſimo Scripturarum vſu, Deu.13.4. & 4.Reg.17.25.34.35.36. Pſal.2.11. Pſal.5.8. *Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* id eſt, ſolemnia ſacrificiorum ſeruabo, & quæcumque ad ſacros ritus templi, & religionis pertinent. Atque non aliter ille Ieroſolymitanam concionem adhortabatur, quã Dauid parens ei ſuaſerat. 1.Paralip.28. 9. *Seruito* (Deo) *corde perfecto, & animo voluntario; omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentiũ cogitationes intelligit.* Salomon vero: *Deũ time, & mãdata eius obſerua; hoc eſt enim omnis homo: & cũcta quæ fiunt adducet Deus in iudiciũ pro omni errato.* pro omni occulto. ſic enim propriè ex Hebræo: vbi vides non ſolũ ſentẽtias ſententijs ſed verba reſpõdere verbis, ſeruitutẽ Dei timori, *cor perfectum*, ſiue integrum, idẽ quod *omnis homo*, ſiue totus & integer homo, ſiue, vt alij dicũt, perfectio hominis, ſiue, vt alij, *totũ hominis; El todo del hombre.* quaſi diceret, ſic homo totũ ſe impendet Deo, neque diuiſus ſeruiet duobus dominis, neque claudicabit in duas partes ſeruiẽs Deo, & idolis, vt hactenus feci. Tandem *mẽtium & cogitationum* perſcrutatio reſpondet illi *iudicio occultorum.* quo indicat prius mente & cogitatione locum præbuiſſe peccato, quàm in actum externum ſe dederet.

Corã concione peccata retractat, potiſſimum idololatriam.

Chryſoſt.

Timor Dei, quid in ſacro ſermone, pro religioſo cultu.

Salomon Dauidẽ imitatus in ſua concione.

Atque cum ipſe Salomon ex veri Dei adoratione & religioſo cultu, magnificentiſſimo illo ſacrificio Gabaon videatur duxiſſe ſuæ ſapientiæ initium. 3.Regum.3.4. 2.Paralipom.1.6. proculdubio illum ipſum *timorem religioſum* diuini cultus reſpexit, cum Prouerbiorũ 7.1. & c.9.10. ſemel ac iterum repetit *Timor domini principium ſapientiæ*, vt ſuo exemplo doceret alios ab ipſa pietate ſapiendi ducere principium. Ergo cum eodem ipſo Dei *timore* ſuam concionem claudit, finem docendi faciens illis verbis, Eccleſiaſt. 12. 13. *Finem loquendi pariter omnes audiamus, Deũ time & mandata eius obſerua. hoc eſt enim omnis* (totus perfectus) *homo.* proculdubio de illo ipſo Dei timore & vera religione inſtauranda loquutus eſt: quam cum reſtitueret abdicata omni idololatria, ſapientiam amiſſam recepit, & ſuo exemplo veræ ſapientiæ & religionis ſtudium ſuis auditoribus ſuadendum curauit.

Salomonis ſapientia principiũ ducens à religione.

Quid ſi non ſolum finis Eccleſiaſtæ, ſed initiũ etiã, ſiue mauis totus ipſe ab initio ad finem, tũ in aliorum peccatorum, tũ potiſſimum in idololatriæ deteſtationem cõpoſitus ſit, & nihil aliud primis ipſis verbis præferat quam vanitatẽ idolorum, nimirum cum exclamat, quantum poteſt vocẽ cõtendens: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas?* Sciendũ eſt enim nomen originale *vanitatis*, id eſt mẽdacij, nõ ſemel, ſed ſæpe de idolis dici, nimirum vaniſſimis mendaciſſimiſque numinibus Deut. 32. 21. *Irritauerunt me in vanitatibus ſuis.* 4.Reg. 17. 15. *Abiecerunt legitima eius, ſequuti que ſunt vanitates, & vanè egerũt, & ſequuti ſunt gẽtes, quæ erant per circuitũ eorũ, feceruntque ſibi cõflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerũt vniuerſam*

67

Salomõ toto Eccleſiaſte damnãs idololatriã.

Vanitatis nomen de idolis.

הבל

militiam cæli,ſeruieruntque Baal, &c. Vides quid A ſit,*vanè agere*,quid *vanitas*,Ierem. 42.19.&c.10. 8.Pſ.30.7.Ionæ 2.8.Ierem.2.5.

Ergo cum nomen ipſum , ipſaque res aptiſſimè conueniant,fueritque idololatriæ impietas, grauiſſimum Salomonis vulnus,quis non de illo intelligat has dolentis & pœnitentis animi voces:*Vanitas vanitatum*:quaſi diceret:En quò me vaniſſimorum numinum mendacium adduxit? in quas me vanitates coniecit? in quæ vaniſſimæ vitæ & caducarum voluptatum ſtudia impulit? nimirum hæc omnia ſunt *Idolorum doctrina*, & profanarum ſectarum quaſi quoddam corollarium.ſicut S S.Ierem. 10.8. *Pariter inſipientes, & fatui probabuntur;doctrina vanitatis eorum lignum* B *id*.id eſt, ex eo facilè idololatras probari ſtultos ac ſtupidos eſſe , quòd à ligno & idolo mortuo doceri velint. Quid verò aliud lignum vaniſſimum doceat,quam vanitatem?id eſt,vanitatem colere,& ſtatim quod ſequitur,*vanè agere*.

Doctrina vanitatis, vitia quæ cum idolo latria nexa ſunt.

Vanæ autem actiones omnino illæ ſunt,quas Salomon ſua concione recenſet , videlicet curioſitatem ſciendi , quæ proculdubio ab idololatris & Magis ſuperſtitioſè colitur, quam ipſe ſignificat ca. 1. & 2. deinde vitam voluptuariam quam ſparſim per totam concionem damnat ; auguria & ſomnia,quibus idololatriæ addictiſſimi ſunt ca. 5.auaritiam quam ſæpe etiam inſectatur , & ſolet eſſe idololatriæ proles ; turpes voluptates, C quæ coniunctæ ſunt cum illa mentis & idolorum fornicatione.cap.7.vt ſuperius latè exponebamus.& quæ cum his quaſi capitibus nexa ſũt: vt veriſſimè dici poſſit Salomon concionem inſtituiſſe aduerſus *idola , & doctrinam idolorum*; quod eſt dicere, aduerſus *vanitatem & doctrinam vanitatis*. Hebræorum item ſententia fuit Salomonem in ſuo Eccleſiaſte damnare Idololatriam,ſed alia longè petita, longeque à vera diſſidente ratione, vt in Eccleſiaſtæ prologo expoſuimus. Hic igitur totius concionis decurſus , id initium,is finis.

Quæ ſint vanæ actiones.

68 Concione finita , quantus clamor , paucorum quidem fidelium plaudentium;plurimorum ve- D rò falſæ religionis cultorum cum plangore murmurantium atque frementium?Quid ſi vagitus, & iras addas mille fœminarum alienigenarum, & meretricularum aliarum infinitarum?tumultuatur populus,& Salomonem menti ſaniori reſtitutum, & ab inſano illo idololatriæ furore reuocatum, atque idolorum delubra euertere vel aggredientem,vel præcipiẽtem , quaſi delirum ſenem,impediunt.Ipſi illi principes & rerum gerendarum adminiſtri , quibus falſam religionem eliminandam demandauerat , vel conniuent,vel obſiſtunt.Res proculdubio prona in populo ad idololatriam tam prono,immo tam pro E fecto.vt colligi ex illo poteſt,quòd cum eſſet ſancta & vera Dei religio optime conſtituta tempore Ioas, tamen *poſtquam obijt Ioiada , ingreſſi ſunt Principes Iuda,& adorauerunt regem; qui delinitus obſequijs eorum,acquieuit eis, Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruieruntque lucis , & facta eſt ira contra Iudam & Ieruſalem propter hoc peccatum*.2.Paralipom.24.17.18.Quid ergo fecerint huius ingenij Principes conuulſa ſemel religione veri Dei,& inuecto idolorum cultu? An hunc facilè dimitterent? an ſicut pronum fuit populo poſt regem peccantem aberrare, ita facilè potuit reſipiſcens rex furentem ab errore populum retrahere? minimè ſanè. Adde quoque infinitam alienigenarum ſeruorum copiam, mi-

Quid circa delubra idolorum factum.

Populus nõ acquieſcens Salomoni idola euertere conãti.

Prima Salomonis excuſatio non euerſorum excelſorum.

a.cauſa.

A niſtrantium vxoribus Salomonis: quis enim ambigat ſingulas ex ſua gente & genere aſciuiſſe ſeruos & ancillas,qui ſuo iure viderẽtur ſibi vẽdicare illa ſuorum Deorum delubra. Cum quo ſi coniungas ætatis languentis,&,vt ſuperius diſſerebamus,honoris & exiſtimationis apud populares poſt peccata deficientis valde tenuẽ ac prope iam perditã & nullam auctoritatẽ ; fiet quod, diximus veroſimillimum,& exemplo etiam omnino firmum ; nam ea ipſa *excelſa quæ ædificauerat Salomon & polluit rex Ioſias* 2.Regum. 13.non ſunt ablata ab alijs pijs regibus,qui præceſſerãt, potiſſimũ ab optimo & religioſiſſimo Ezechia ; & tamẽ Ezechiæ nõ vertitur culpæ quòd illa nõ B euerterat,vt probat Abulẽſis 4.Reg.18.q.10.immo potius eius pietas mirificè commendatur 4. Reg. 18. & Eccleſiaſt. 48. Quam igitur aliam ob cauſam niſi quia obſiſtente populo illa Salomonis delubra deſtruere non valuit,quãuis voluiſſet. Adde item exemplum alterũ in Manaſſe qui & pœnitentiam egit, & ſancto exitu vitam clauſit ſceleratam:at illa ipſa altaria idolorum quę ipſe erexerat,durarunt vſque ad Ioſiã:de quo ſcribitur 3.Regum.23.12.*Altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs templi Domini, deſtruxit rex*; quæ proculdubio culpa regis Manaſſe minimè conſeruata ſunt,vt qui,licet impiè vixerit,ſanctè obierit.Quod igitur de Manaſſe, hoc de Salomo- C ne dicendum.

3.cauſa.

69 Sãctorum Regum exẽpla pro Salomone

Cur Ezechias non abſtulerit excelſa.

Manaſſes ſanctè moriens, cur nõ abſtulerit altaria idolorum.

An etiam poſtquam veri Dei cultũ & religionem inſtaurauit,non valde curauit Salomon, vt delubra euerteret &aras demoliretur , quibus iam neque ſtatuæ conſiſterent, neque thus adoleretur? itaque ceſſante omni profano vſu ſeruierunt poſtea ornamẽto,& amplitudini vrbis propter magnificentiam fabricæ.Sane propter hanc cauſam non fuiſſe illa Salomonis excelſa deſtructa ab Ezechia aſſerit Abulenſis 3.Reg.18.quæſt. 9.& 10.quæ cur Salomonem quoque excuſare à peccato non poſſint,minimè video;nam non minus peccaſſet Ezechias non euertendo,cũ poſſet, Salomonis excelſa,quam Salomon ſua ipſa ope- D ra non demoliendo.

4.cauſa nõ deſtructorum delubrorum.

excelſa ædificata à Salomone ornabant ciuitatem.

70 An fortè cum vim omnem & laborem adhibuiſſet Salomon, euertit tandem ſtatuas,labefactauit & diruit templa , ſed non complanauit vſque ad fundamenta ? ergo ruinæ & parietinæ tantum manſerant , tum peccati tum reſipiſcentiæ Salomonis teſtes : illas Sanctus Ezechias ſine peccato,contemnendas cenſuit:Sanctus Ioſias ingenti animi & pietatis ardore omnino delendas , & locum illum polluendum ad deteſtationem præteritæ impietatis ſanctiſſimè curauit . Res item, quam libenter recipiunt Abulenſis loco indicato,& prętereà 4.Regum.23.quæſt. E 21.22.23.& Dionyſius ibidem,& exemplo vero ſimilis ; nam Ezechias *confregit ſerpentem æneum*.4.Regum.18.4.& tamen Petrus Comeſtor 4.Regum.36.ſcribit,quaſdam ænei ſerpentis reliquias ab Ezechia confractis poſtea à Ioſia penitus contuſas & commolitas in puluerem. Quod quidem refertur in quodam prologo Hieronymi in Sophoniam prophetam , qui habetur in Gloſſa ordinaria.Sed ea ſententia in ipſis Hieronymi commentarijs non inuenitur. Brito in expoſitione eius prologi ſcribit eam hiſtoriam de ſerpente redacto in puluerem à Ioſia , hauſtam à Ioſepho: ſed neque Ioſephus illius meminiſſe videtur.

An euerſis altaribus, remanſerint reliquiæ non ſublatæ à Salomone

Abulenſis.

Dionyſius.

Prologus Hieronymi.

Brito.

Ergo hoc tanquam incerto relicto; illud ex ſacra hiſtoria veriſſimum, Manaſſen , poſtquam egit

egit pœnitentiam, 2. Paralipomenon. 33. *abſtuliſſe deos alienos, & ſimulachrum de domo Domini, aras quoque quas fecerat in monte domus Domini & Ieruſalem.* & nihilominus 4. Regum 23. 12. nepos eius Ioſias, *altaria, quæ fecerat Manaſſes, in duobus atrijs templi Domini*, deſtruxit: quæ cum in ſpeciem contraria videantur; at conciliari poſſunt ratione iam indicata, nimirum, Manaſſen diruiſſe ſua illa altaria; ſed ita tamen, vt penitus non complanarit, neque deleuerit. Ergo reliquias ruinarũ, & impietatis veſtigia, aboleuit Ioſias. Videndus Abulenſis 4. Regum. 23. q. 21. & eodẽ loco Dionyſius. Non aliter de delubris à Salomone dirutis, à Ioſia deletis, cenſeri poteſt.

Quomodo Ioſias deſtruxit altaria quæ fecit Manaſſes.

71 An forte Salomõ pro pietate inflammatus, & ſubruit templa idolorum, & deleuit: at poſteriores reges illa inſtaurarunt? quæ tamen ſemper retinebant appellationem illam *excelſorum Salomonis*, à primo inuentore, & inuectore. Ergo deſtruxit, ac polluit Ioſias excelſa Salomonis, ſed inſtaurata vel ab Amon, vel ab alijs impijs regibus, Salomone poſterioribus, Ioſia prioribus. Atque huiuſmodi profectò videntur fuiſſe altaria illa Manaſſe, quæ euertit Ioſias; nimirum inſtaurata ab Amon; de quo ſcribitur. 4. Regum. 21. 21. *Seruiuit immunditijs, quibus ſeruierat pater eius, & adorauit eas.* quod fieri aliter non potuit, quàm inſtauratis altaribus, & idolis, quæ pater eius euerterat. Nam mira illius gentis, dicam obſtinatiſſimi animi pertinacia, an inconſtantiſſimi leuitas? vnus deſtruebat, alter ædificabat, ſumma religionis, & fidei inſtabilitate, vt tum ex alijs. tum ex illo perſpicitur, quòd, Salomon primum Dei cultor, mox idolorum; tandem religionem inſtaurat: hanc triennio tantum ſequitur Roboam; mox abijcit. reſtituit Aſa, *Manaſſes conuerſus ædificauit excelſa*, quæ diſſipauerat Ezechias pater eius. 4. Regum. 21. 3. Diruit tandem Manaſſes, & ædificat Amon, &c.

Salomonis delubra ab ipſo euerſa, ab alijs inſtaurata.

Hebræorũ incõſtãtia & pertinacia.

72 An tandem aliam etiam rationem actæ à Salomone pœnitentię deſcripſerunt Nathan Propheta, Ahias Silonites, Addo videns? nam cum non ſolum *priora*, ſed etiam *nouiſſima Salomonis opera* ſuis monumentis conſignarint, credi oportet, ea quæ ad extremæ ætatis reſipiſcentiam attinebant, minimè prætermiſiſſe. Ergo quod diuino Spiritu prouidente ad doctrinam eius ætatis fidelium ſcriptum fuit, iam aliter eodem numine diſponente, intercidit ad noſtram quoque doctrinam, & vtilitatem. Sicut & 2. Paral. 33. 19. dicitur *Oratio Manaſſe, & exauditio eius ſcripta in ſermonibus Hozai*, quæ tamen oratio intercidit, aut excidit ex Canone librorum ſacrorum; & quam ad Eccleſiæ ædificationem diuino ſpiritu afflatus ſcripſerat Hozai Propheta, nunc noſtra non habet Eccleſia, Deo ſic pro tempore, fidelium ſalutem atque vtilitatem attemperante. vide quæ ſuperius diſputabamus de libris Prophetarum nunc non extantibus. lib. 1. c. 1.

Pœnitẽtia Salomonis an deſcripta ab alijs Prophetis.

Oratio Manaſſe.

73 Sed extremum iam, idemque firmiſſimum, & veluti Colophonium auxilium Salomonis ſaluti & defenſioni afferamus; atque præclarã peractæ diſputationi clauſulam imponamus, quã nobis Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Granaten. Archiep. D. Petrus de Caſtro & Quiñones dono miſit, ſingulari ſanè Princeps cum eruditione, tum vitæ ac morum integritate, atque ad Eccleſiæ dignitatem & ſplendorem ſiue procurandum, & tuendum, ſiue promouendum & amplificãdum diuino natus munere; Is ergo ex ſuo illo ſacro ac penitus recondito Plumbeorum librorũ penu; qui iam inde à Iacobo Apoſtolo, Hiſpaniarũ patrono & Doctore ſanctiſſimo; & ab eius diſcipulis ſimul in Hiſpania, & in Bætica quidẽ prouinciæ conuerſantibus, Cecilio, Creſiphonte, alijſq; eiuſdem notæ, & ſanctitatis ſocijs, in tenuibus plumbi laminis orbiculatis ad menſuram volæ manus, inſculpti & inſcripti *characteribus* (qui ibi vocantur) *Salomonis*, ad miraculum minutiſſimis, ſed abſolutiſſimis; nimirum Arabicis Orientalibus, id eſt antiquiſſimis; tum præterea Arabico illo, vt antiquiſſimo, ita cultiſſimo idiomate, quod ipſi peritiſſimi Arabum ad Iudaicam originem referunt (vt quod mirifica cũ Hebraico vicinitate & agnatione colludat, Iſmaelitico alio vulgari longè elegantius atque ſignificantius; vt doctus ille Abunahiſa, auctor libri linguarum Arabicæ, & Moſtarabicæ oſtendit.) Hi, inquam, ſanctiſſimi libri, qui vel ſolo antiquitatis nomine commendatiſſimi atque probatiſſimi haberi debent, multis rerum præteritarum ſacris hiſtorijs, multis futurarum arcanis prædictionibus referti, diuina, vt par eſt intelligere, prouidentia, noſtro huic ſæculo, ac tanto Præſuli aſſeruati; caſu ac leui indicio, ſed non niſi cæleſtis lumine ſideris oſtenſi: à Præſule diligentiſſimo, auidiſſimè quæſiti: ſagaciſſimè indagati: diutino labore per altos Granatenſis montis cuniculos & latebras, ſuis quaſi veſtigijs, & argumentis inueſtigati; fœliciter tandem inuenti & comprehenſi: inter alia, Salomonis Regis ſalutem, & illam, in qua ſiue aſtruenda, ſiue excuſandæ, tantopere laborauimus, idolorũ & delubrorum euerſionem, vt breuiſſimè, ita clariſſimè exponũt. cuius præclari teſtimonij partem aliquã, vt ſua tum antiquitate grauiſſimum, tum inſolenti nouitate iucundiſſimum lectori accidat, Arabicè illis ipſis Salomonis characteribus, ſubijcere curauimus: tum Hiſpanicè ex accurata Licentiati Conſalui de Ayala interpretatione, hominis ſanè moribus honeſtiſſimis, atque non ſolum apud noſtrates Hiſpalenſes Medicinæ, & Aſtronomiæ, ſed Arabicæ quoque linguæ docti: conſentiente etiam interpretatione, quam apud ſe retinet Illuſtriſſimus Granatenſis: Tandem Latinè, ita vt ex verbo Arabicis reſpondeat, ſed à dextra ad ſiniſtram, more Hebraico, procedendum. Ergo ſic de Salomone facti pœnitente, iam idolorum altaribus & ſtatuis euerſis.

Teſtimoniũ Granatenſium librorum.

Qui libri Granatenſes, & a quibus ſcripti. Iacob. Apoſtol. Doctor Hiſpaniarum.

Arabicum antiquum.

Abunahiſa auctor libri linguæ Arabicæ.

Granatẽſis præſulis pietas & diligentia.

Interpretatio teſtimonij Arabici, Hiſpaolica & Latina.

CAPVT II.

Quantum poſt eius pœnitentiam atque vitæ vniuerſæ tempus.

1 *Salomonis vita tempus incertum. Libri poſt pœnitentiam conſcripti. Salomonis ſenectus qualis.*

2 *Quatuor de Salomonis ætate ſententia reiecta. Quot anni regni Saul. Illuſtratus Samuel.*

3 *Quinta ſententia tribuens Salomoni 60. vitæ annos, confirmata. Senectus ex intemperantia.*

4 *Salomonis pueritia & adoleſcentia caſta & temperans. Quoto anno generat Salomon.*

5 *Frequens ſententia Salomoni tribuit quinquaginta duos annos. Qua ratione computentur.*

6 *Vixiſſe tantum. 60 non minus, definitur.*

7 *Ad quinquageſimum libidinoſus. Ad quinquageſimum quartum idololatra Salomon, ex idonea computatione.*

1
Poſt pœnitentiá ſcripti à Salomone libri

SIcut veræ pœnitentiæ tempus agendæ, vt ſit valde longum minimè exigitur; ita ſanè Salomoni oportuit fuiſſe non valde breue, vt in quo & côcionem ad populum habuerit, & libros præterea ad morum compoſitionem, & C Eccleſiæ eruditionem, diuino item afflatu excitatus conſcripſerit, vt ſuperius probauimus, nimirum Prouerbia, vt ex Hieronymo ſuperius adducebamus; & Cantica, in quibus iam ad ſublimiores & puriores animi delicias ex impuritate corporis emergens, in ſuis nuptijs quamuis impuris, vt Eucherius. 3. Regum dixit, diuiniora Chriſti, & Eccleſiæ myſteria deſignari potuiſſe peruiderit atque cantauerit; denique de ſepulchro ſibi parando, feriò cogitare potuerit. Sed quod quantumve tempus illud fuerit, certo aliquo annorum, aut menſium numero præfinire nemo poteſt, paulo tamen certius vitæ vniuerſę ſpatium; ex quo, quid priori vitę ſanctè & incorruptè actæ; quid poſteriori deprauatæ; quid tan D dem extremę pœnitentię tribuendum ſit, veroſimili côiectura colligi poterit. Quam de Salomonis ætate diſputationem, vt attigimus, cum de illius regni initijs dicebamus; ita in hûc locum accuratè exponẽdam reiecimus, cum de illius morte neceſſario nobis differendum ſit.

Hieronym.
Eucherius.
Incertum vniuerſæ vitæ Salomonis tempus.

Ergo moritur proculdubio ſenex, cum etiam ſenex deprauari cœperit per mulieres; & iam vitam deprauatam, atque corruptam aliquandiu duxerit, longioribus curis atque operibus templorum fabricandorum incumbens. Sed cum ſenectutis tempus, neque breue, neque multorum annorum ſpatium complectatur; tum præterea cum ſenectus non ſolum ex tempore, ſed non ra E rò ex morbo contingere ſoleat, ingens inter interpretes concertatio eſt de Salomonis ſenectute, an ea ex multorum annorum numero fuerit, an ex morbis ex vitæ intemperantia contractis. Atque hæ in vniuerſum de hac re ſententiæ.

Salomonis ſenectus ex annis, an ex morbo.

2
Prima ſẽt. Ioſephi. an. 94.
Theodoret.
Procopius.

Prima Ioſephi. 8. antiq. c. 1. *Salomon* (inquit) *iam admodũ ſenex moritur, exactis regni annis octoginta, vita verò nonaginta quatuor.* Quã Ioſephi ſẽtẽtiam Theodoret. 3. Reg. q. 37. atque Procopius eodem loco libenter vſurpant: atque adeo elucidat Theodoretus dicens Ioſephum ſimul numeraſſe omnes vitæ, & regni annos: at verò auctorem libri regum eos numeraſſe ſolos quos tran- A ſegit in pietate, & vera religione. Sentit itaque Ioſephus, ex interpretatione Theodoreti, quadraginta integros poſteriores vitæ annos turpiter Salomonem exegiſſe, atque adeo corrumpi cœpiſſe ab ann. 54. Simili fere ratione Ioſephum ſequitur Petrus Comeſtor. 3. Reg. ſuo c. 27.

Petrus Comeſtor.

Sed hanc Ioſephi. opinationem idoneis argumentis confutant Nicolaus. 3. Regum. 11. & Abulenſis eodem loco. q. 14. non enim ſolet ſcriptura præterire annos quantumuis impiè, & nefariè traductos: alioquin magna eſſet temporum, & Chronicorum ſacrorum perturbatio. Illud verò quod in confirmationem adducitur ex. 1. Regũ. 13. 1. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœ* B *piſſet; duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael.* quaſi duo tantum anni, quibus ſanctè vixit, Saulis regno tribuantur, reliqui, id eſt triginta octo, vt colligitur ex Actorum. 13. 21. & Auguſtino. 18. de Ciuitate. c. 20. vel ex aliorum computatione viginti, aut duodeuiginti, aut quatuor de viginti: denique plures alij, quibus vixit impiè, ſilentio prætereantur. quam interpretandi rationem vſurpant Greg. Rupert. & Gloſſa Rabani, Angelomus, Nicolaus, Caietanus, Dionyſius, Abulenſis, ſed longè aliam intelligentiam habet, videlicet vel tantum *duobus annis* regnaſſe legitimè, quamuis pluribus illegitimè imperitarit: vel quidem cum ea, quæ eo capite ſcribuntur, contige- C runt, iam exegiſſe duos regni annos, quæ eſt ſimpliciſſima interpretatio.

Refutatur Ioſephi ſẽtentia.
Nicolaus.
Abulenſis.
Quot annos regnauit Saul.
Gregorius.
Rupertus.
Rabanus.
Angelom.
Nicolaus.
Caietanus.
Carthuſ.
Abulenſis.

Illud itẽ in Ioſephi fauorẽ opportunè adduceretur. Roboamum ſuſceptũ à Salomone vno & quadraginta annis ante mortem, quippe cũ ſuccedit in regnũ, erat vnius & quadraginta annorum; ſuſcepit autẽ illũ ex Naama Ammanitide, muliere alienigena, & de illarum numero, quas iam adamauit corruptior & intemperãtior poſt ædificatum templũ, & poſt multos in pietate & religione exactos annos, cum ad minus eſſet quadraginta annorum; his ſi addas alios quadraginta vitæ Roboami, efficiunt minimum octuaginta vitæ Salomonis. Sed huic difficultati ſatisfecimus. ca. 24. libr. 7. cum de Roboami matre & D quoto ætatis anno illam duxerit Salomon, diligenter diſputauimus.

Secunda ſententia Cedreni in ſuo compendio numerantis vniuerſæ Salomonis vitæ annos. 73. qui cum initio regni illũ faciat duodennẽ, & regno tantũ aſſignet annos. 40. profectò videtur fauere Ioſepho, tantum numeranti annos quibus piè vixit, non item, quibus nefariè. Vniuerſos autem regni annos. 61.

Secũda ſentẽt. Cedreni. an. 73.

Tertia. Idem ipſe Theodoretus vbi proculdubio ex ſua ſentẽtia preſſius & clarius loqui videtur. 2. Reg. q. 22. ait, *Salomonem neque longiorẽ habuiſſe vitam, quam cæteros homines, neque peruenisſe ad ſenectutem patris.* cum autem Dauid ſeptua- E genarius deceſſerit, neque concedit quidem Salomoni annos. 70.

Tertia ſentẽtia Theodoreti infra 70. ann.

Quarta. Chriſtianus Maſsęus li. 6. Chronicorũ ſexaginta ſex annos Salomoni tribuit; ex quibus ſi demas quadraginta regni, regnãdi primordia tribuet anno vigeſimo ſexto ætatis Salomonis.

Quarta ſẽtentia ann. 66. Maſſæi.

Quinta Nicolai. 3. Reg. 11. atque Abulenſis eodem loco q. 5. tribuentũ vniuerſæ Salomonis vitæ *annos ſexaginta*; videlicet viginti cũ regnare incipiat, & regni præterea quadraginta; deprauari autẽ cœpiſſe alienigenarũ cõſuetudine poſt quinquageſimum ætatis annũ cum quadã quaſi ſenectutis prærogatiua leuitę à miniſterio tabernaculi dimittebãtur, nu. 8. cuius ſentẽtię ea potiſ

Quinta ſẽt. Nicol. & Abul. an. 60.
Leuitæ poſt ann. 50 non ſeruiebant.

ſimum

ſimum probatio, quod. 3. Regum. 11. dicitur fuiſſe, *Senex* cum cœpit *deprauari per mulieres*; neque fuiſſet ſenex niſi quinquagenarius, aut eo amplius: oportet autem aliquot ſaltem annos deprauatè vixiſſe, minimum ſex, aut ſeptem; ergo ex quadraginta quibus in vniuerſum regnauit, ſi demas ſex, aut ſeptem, remanent tres & triginta; his ſi addas ſeptemdecim, aut octodecim, quos habebat, quando primò inauguratus eſt in regnum viuente Dauid, efficiuntur anni quinquaginta, aut quinquaginta vnus; ſi addas duos treſve alios quibus regnauit viuente patre, efficitur. 53. aut 54. His ſi addas corruptioris vitæ ſex aut ſeptem, efficiuntur ſexaginta vniuerſæ vitæ; & cum ſolus regnare incipit, viginti plus, minuſve.

Prima probatio ex idonea vitæ Salomonis computatione.

Sed huic ex ſenectute argumento reſpondent, qui non tribuunt tot annos deprauatæ vitæ; dici quidem *ſenem*, non *ætate*, vt Gloſſa interlinearis ait; *ſed moribus & ſapientia*. Sed proculdubio ad ætatem reſpexiſſe ſacram Hiſtoriam, vt libidinis & intemperantiæ crimẽ amplificaret, quod tum in omni ætate, tum verò in prouectiori turpiſſimum eſt; nemo iure ambiget; tum præterea indicauit poſt multos pietatis & ſapientię fructus ex priori vita perceptos, miſerum fuiſſe iam ſenem libidini corrumpi, atque iuueniliter & petulanter ſtulteſcere.

Aliorum reſponſio. Nomen ſenectutis ad ętatẽ referri; nõ ſolum ad mores.

Alij verò non quidem fuiſſe *ſenem* ætate, ſed morbo ex intemperantia libidinis, cui à prima ætate deditus fuit, vt ſignificat Hieronymus epiſtola ad Vitalem; propterea cum eſſet quadraginta quinque aut ſex annorum, effœtum & languidum ſenem videri potuiſſe. Sed hoc quoque minus ſatisfacit Hiſtoriæ ſimplicitati, & rei geſtæ. Quanquam veriſſimum ſit, quod Cicero de ſenectute dixit; *Libidinoſam intemperantemque adoleſcentiam effœtum corpus tradere ſenectuti*. & fieri poſſe, immo & frequentiſſimè contingere, vt libidinoſis & intemperantibus, vel viris, vel adoleſcentibus, tacito curua pede obrepat ſenectus; & non minus, quam qui vna nocte canuerunt, vna nocte ſeneſcant; ſicut & Theocritus dixit; *Quos amor angit, in vna luce ſeneſcunt*. quod pulchre, æquè ac verè, monuit Chryſoſtomus Hom. Quòd nemo læditur, niſi à ſe ipſo: *Qui in libidine vitam ducunt, reſoluta corpora & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibuſque ad cumulum malorum podagra tremor, & immatura ſenectus ſuccedit: & eſt eis vita ſemper cum medicis, & medicamentis*.

Senectus ex morbo & intemperantia. *Hieronym.*

Intemperãtes vna nocte ſeneſcẽtes. *Theocritus in Aitu. Chryſoſt.*

4 Sed tamen Salomonem, neque à pueritia intemperantem, aut libidinoſum fuiſſe, credi oportet, vt pote ſapientiæ & pietatis ſtudio apprime deditum; neque prius libidini & plurimis illis mulierculis ſe tradidiſſe, quam vir eſſet confirmatæ ætatis, vt ipſa Hiſtoria ſacra non obſcurè indicat: *Cum iam eſſet ſenex*, &c.

Salomonis adoleſcentia temperans.

Secunda præterea probatio, ne puerum vndennem aut duodennem, & antequam vxorem regni conſortem duceret, & antequam in regnum aſſumeretur, & ſanctè educatum à ſãctis parẽtibus, & ſanctiſſimè inſtitutũ à ſanctiſſimo pædagogo Nathan, & ſapientiæ ſtudio totum flagrantem atque incenſum cogamur concedere, iam tunc libidini & corporeis voluptatibus indulgere cœpiſſe; atque ſuſcepiſſe Roboam filium, ſi minor eſſet octodecim, aut viginti annis. Nam cum in regnum ſuccedit Roboam, eſt quadraginta vnius annorum: Ergo cum gignit Salomon, eſt ſaltem viginti annorum plus minuſve, & forte iã ducta Pharaonide regina, & regno potitus, quod ſanè cum ſanctitate & temperãtia, quam primis annis coluit, multo conueniẽtius eſt: atque cum re ipſa, ne vel miraculum cũ Hieronymo quærere cogamur, vt ante duodecimum annum generet. *vel corporis incoinquinati* in primo illo ætatis flore, gloriam obſcuremus. 5 *Sap. 8. 20.*

Secũda ratio ex caſtitate adoleſcentis Salomonis.

Sexta ſententia quæ frequentior eſt, Salomoni omnino tribuit duos ſupra quinquaginta vitæ annos; vndecim, cum generat Roboam viuo parente; aliquãtulum etiam temporis vt regnet ſimul cum parente; ſoli autem iam regnanti integros quadraginta. Hæc ſententia apertè colligitur ex Hieronymo Epiſtola. 132. ad Vitalem, vbi potiſſimum diſputat de tempore, quo filium Roboamum ſuſcepit, atque ea eſt frequens Hebræorum ſententia, nimirum R. Salomonis, & aliorum Hebræorũ, quos affert Nicolaus, & ſequuntur Hebræi in Seder holam, nam. ca. 16. ſcribunt quòd Dauid auus non vidit Roboam nepotem, niſi annum vnum: quare ſignificant profectò illam ipſam R. Salomonis annorum computationem. Sed illa tamen ſententia eſt Viri, cuius grauiſſima & antiquiſſima debet eſſe auctoritas. S. Ignatij Epiſtola. 6. ad Magneſianos, aſtruentis, Salomonem regnare duodecimo ætatis anno, atque eodem tempore iudicium ferre in illa meretricum lite ſuper infante mortuo; ſequitur Euſebius li. 9. De præparat. Euangelica. c. 4. ex Eupolemo, indicat Gloſſa interlinearis ſuper id. 3. Regum. 11. *Cum eſſet ſenex*, dicens, *non tam fuiſſe ætate ſenem, quam moribus*. quod defendit, & videtur ſequi Burgenſis. 3. Reg. 11. addit. 1. & 2. Antoninus. 1. p. Hiſtoriæ tit. 3 c. 2. ait enim, vndecimo anno ſuſcepiſſe filiũ. Antoninus, Hugo, Iſidorus. Hugo. 3. Reg. 3. & 11. Iſidorus, Clarius. 3. Reg. 3. Cantapetrenſis. li. 1. Hypotypoſeon. ca. 1. Ioannes Maior in c. 1. Matthæi, vbi ait ſe alio opere diligenter reſpondiſſe argumentis Lyrani. Zonaras, to. 1. Annalium, Tiraquellus item. 15. Lege Connub. n. 8.

Sexta ſententia an. 52. *Hieronym. R. Salomõ. S. Ignatius. Euſebius. Gloſſa. Burgenſis. Antoninus. Hugo. Iſidorus. Martinez. Maior. Zonaras. Tiraquel.*

Hæc ſententia tantum pro ſe habet, quod iam moribundus Dauid appellet filium Salomonem *puerum paruulum & delicatum*. 1. Paralip. 12. 5. ſed quidem quamuis fatendum omnino ſit initio regni, & obtentæ ſapientiæ non fuiſſe ætate confirmata, ſed tamen minimè referendum ad ętatem puerilem, abundè oſtendimus lib. 3. c. 2.

Ego totam huius controuerſiæ & computationis cauſam adiudicandã cenſeo Nicolao & Abulenſi, cuius rei probationem indicauimus lib. 3. ca. 2. cum ex hiſtoria Dauidis, & accurata annorum & temporum ſupputatione, quo ad fieri potuit, veroſimile elicuimus tempus vitæ Dauidis, in quod adulterium cum Bethſabee incidit; Deinde tempus ſuſcepti Salomonis, videlicet ad quinquaginta vel quinquaginta duos annos ętatis Dauidis; vt cum is moritur habeat Salomon decem & octo, aut viginti annos. Faciunt quoque, quæ pro Nicolao & Abulenſi nuperrimè dicebamus. Ergo moritur ſexagenarius Salomõ exactis annis regni quadraginta, quos omnino præfinit ſacra Hiſtoria, nam aſſignare octoginta regni cum Ioſepho maximè fieret cum ſactorum annalium & temporum perturbatione: numerare autem in vniuerſum ſexaginta quatuor annos regni, vt numerare videtur Theodoretus. 3. Regum q. 37. ſine idonea ratione eſt. ſicut & 73. ex Cedreni ſupputatione. quamquã in eo quod addit, colligens poſtea non amplius quam ſexaginta vnum, cum nobis facit. 6

Salomonis vita annorum 60.

Hinc

7 Quantum temporis libidinosè & impiè vixerit. Hinc colligi poteſt quoto ætatis anno corrumpi & deprauati cœperit: nam ſi de intemperantia libidinis loquamur, certè multo ante idololatriæ impietatem cœpit molleſcere; & capi alienigenarum conſuetudine, & id quidem nõ ſtatim à conſummato templo, & domo regia: florebát enim adhuc in Sapientia & pietate; nã procul dubio *Regina Saba venit audire Sapientiam eius*, poſt perfectum ædificium templi & domus regiæ, id eſt, poſt vigeſimum regni annum, vigente adhuc in nomine Domini fama pietatis & ſapientiæ, nã poſtea ſimul defloreſcere cœpit per peccatum, in ſapientia & pietate. *Pradus in c.4. Ezech. p.c.* Quare non ſolum cum noſtro Prado *Poſteriores viginti annos* non do, vt in illis vxorũ dijs ædificauerit fana, & coluerit gentium immunditias, ſed neque tantum temporis tribuo intemperantiori vitæ. B Quare cum aliquãto poſt tempore, à templo & domo regia perfectis, venerit Regina Saba, & ipſe non ſtatim corrumpi cœperit, forte iam appetente quadrageſimo octauo, aut quinquageſimo anno, alienigenis, libidini & vino indulget; ſed neque ſtatim labitur in idololatriam, ſed poſt multas fœminarum blanditias, & diuturnam conſuetudinẽ, forte ad annum quinquageſimũ tertium, aut quartũ propterea illud *cum eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres*; nõ tãtũ accipio de libidine, ſed de eo quod ſequitur, id eſt, de idololatria; ita vt in ſenectute, ita deprauatus fuerit, *vt ſequeretur Deos alienos*; licet ante ſenectutem intemperãter viueret. C Quæ omnia dilucidè extremo capite Chronologico huius libri indicabuntur: & iam per partes ſuperioribus libris fusè à nobis expoſita ſunt.

CAPVT III.

Eius vitæ exitus, & ſupremus ſepulturæ honos, & locus.

1 *Salomon quibus infeſtatus morbis. An etiam mœſtitudine. Indicatus Eccleſiaſtæ locus.*

2 *Salomonis mors illaudata, Dauidis commendata cur.*

3 *Moribundus Salomon filio commendans religionem, & alia præcepta regni adminiſtrandi.*

4 *Locus ſepulturæ Salomonis. Ciuitas Dauid an Bethleem. Saul cur non ſepultus Ieroſolymis, neque in ſepulchro regali.*

5 *Dauidis & Salomonis commune ſepulchrum. Ioſephus notatus.*

6 *Viuens ſibi Dauid monumentum deſignauit. Perfecit Salomon. Commune id alijs Principibus.*

7 *Communis locus ſepulchrorum Regalium. Deſignatio & veſtigium ſepulchri Dauidis & aliorum.*

8 *Viginti vnum ſepulchra Regũ præſagio quodam à Salomone deſignata. Peculiaria quoque matri ac fratribus. Illuſtratus locus Paralip.*

1 CVm præ nimio ſenio minime moriatur Salomon, vt qui communem illam ſui temporis viuendi metam; id eſt, ſeptuaginta annos nondum attigiſſet, quo nam tandem interit morbo? potuit ſanè confici non vno, ſed multis *Salomon quibus morbis infeſtatus.* morbis ex intemperantiſſima libidine contractis, quos ille cap. 12. Eccleſiaſtæ non obſcurè indicat, recenſens tum alia ſenectutis incommoda, tum frequentes ac moleſtiſſimos catharros, A alterum alteri ſuccedentem *inſtar nubium reuertentium poſt pluuiam*; *Eccl. 12. 2.* atque veſicæ incommoda, quibus ſenes & intemperantes infeſtari ſolent, vt eo loco dictum à nobis. *Mœſtitudine affectus.* Sed in incredibilem quandam mœſtitudinem animi incidiſſe extrema iam ætate, extrema item illa Eccleſiaſtæ verba ſignificant, quibus iuuenes ſui exemplo hortatur: *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: nõ mihi placent*; *Eccl. 12. 1.* ſiue quod illa loquendi formula, & phraſis ſcripturarum ſignificat, *vehementer diſplicent*; *Extenuatio.* iã enim ſui ipſius ac ſuæ vitæ incredibili tædio afficiebatur. *Valerius. Anſelmus.* Valerius Anſelmus in ſuo annorum & Principum Catalogo; *vltore Deo, grauis ex mœſtitia mortuum* ſcribit.

2 *Ioſephus.* *Moritur autem* (inquit Ioſephus) *omnium regũ fœliciſſimus, & opulentiſſimus, atque prudẽtiſſimus, excepto peccato, ad quod iam ſeneſcens à mulieribus eſt pertractus.* verè quidem. Sed illud quoque veriſſimum, cum de Salomonis exitu ſcriptura loquitur, nihil peculiare addere, quod in illius laudem redundet: verbis tantum ſimpliciſſimis dicitur *mortuus & ſepultus*; cum tamen de Dauide parente; cuius & opes & gloria longè minores, *Cur Salomonis mors ſine laude; Dauidis laudetur.* tamen cum laude ſingulari prædicantur in morte. 1. Paralip. 29. 28. *Mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum, diuitijs, & gloria.* fortè quòd Salomon, neque *plenus dierum*; vtpote quia ad ſenectutem patris non perueniſſet; neque *plenus diuitijs*; vt qui iam pene exhauſtus immodicis ſumptibus: quamuis minimè ad extremã illam pauperiem redactus, vt ſcipioni nitens, mendicare cogeretur; vt Hebræi nugãtur. neque plenus *gloria*, vt cuius quantumuis olim ſumma, atque maxima, multo dedecore maculoſa in ſenecta extiterit: ſicut ſcriptum eſt: *Dediſti maculam in gloria tua.* *Eccl. 47. 22*

3 Sed morti iã proximum filio Roboamo, *Dauidis* parẽtis exẽplo, bene & prudẽter adminiſtrãdi regni leges præſcripſiſſe verosimile fieri vel *Salomõ inſtruens filium moribundus.* ex eo poteſt, quòd quãuis Roboamus vir eſſet ætatis cõfirmatæ, id eſt, quadraginta annorũ, erat D tamẽ *Gẽtis ſtultitia, & imminutus à prudẽtia*, vt lepidus Siracides appellat. *Eccleſ. 47.* Quare, ſi quiſquã alius paternis cõſilijs & admonitionibus Roboã indigebat: *Roboami ſtultitia.* atque ille moribundi parentis hærebat infixus animo dolor, quem illa teſtãtur verba Eccleſiaſtæ. 2. 18. *Deteſtatus ſum omnẽ induſtriã meã, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus heredẽ poſt me, quẽ ignoro, vtrũ ſapiens, an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui, & ſollicitus fui, & eſt quidquam tam vanum? niã cum alius laboret in ſapiẽtia, & doctrina, & ſollicitudine, homini otioſo quæſita dimittit.* quod de ſe, ac de filio E Roboamo dictum, ipſa ſimpliciter verba euentusque demonſtrant.

Sepulchrum item ſibi fabricaſſe Salomonẽ; & in eo ſepeliri voluiſſe, qui parẽti tam magnificè iuſta funeris perſoluit, vt ſuperius dicebamus, credendus eſt. Nonnulla etiam alia teſtamento mandaſſe, & præſertim religionis & templi cultum ſeriò commendaſſe Roboamo filio, *Religio cõmendata Roboamo à Salomone.* illud argumento eſſe poteſt, quod dicitur. 2. Paralip. 11. 17. *Tribus tantum annis ambulauit (Roboam) in vijs Dauid & Salomonis*, quo nimirum tempore Roboam ſanctè vixit, paternam ſanctitatem æmulatus.

4 *Locus ſepulturæ Salomonis.* Sed quod ſuperius in Controuerſia de Salomonis ſalute indicabamus, & quod ad ſepulturæ locum ſpectat, nunc non prorſus prætereundum, quod

dum. quod enim 3. Regum. 11. 43. ſcribitur *Dormiuit Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui*; ſic accipit Iſidorus lib. de morte Sanctorum, vt ſcriberet, *Salomonem ſepultum in ciuitate patris ſui, Bethlehem*. forte illa coniectura ductus, quòd non dicatur *ciuitas Dauid*, ſed *ciuitas patris ſui*. Tam enim ſolennis eſt illa appellatio *ciuitas Dauid* pro Sione, vt etiam cum de ipſo Dauid ſermo eſt, non omittatur, ſicut ſcriptum eſt. 3. Reg. 2. 10. *Dormiuit Dauid cū patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid*, cum dicendum videretur, in *ciuitate ſua*: Nulla autē alia fuit *ciuitas patris ſui*, quàm Bethlehem.

Iſidorus.

Ciuitas Dauid an Bethleem.

Sed certum eſſe debet Salomonem Ieroſolymis in monte Sion ſepultum fuiſſe, quæ erat *ciuitas Dauid, patris ſui*; præterquam enim quòd ſic exigebat regalis dignitas, ſic quoque non obſcurè indicat illud, quod dicitur, *in ciuitate Dauid patris ſui*. Cum enim Saul, quamuis rex fuiſſet, tamen quia nullius regiæ poſteritatis caput fuit, nullum ſibi peculiare ſepulchrum, aut extruxit, aut obtinuit: & ita *ſepelivit eū Dauid in ſepulchro Cis patris ſui*. 2. Regum. 21. 13. 14. quia verò Dauid inſtitutus eſt caput familiæ, atque poſteritatis regiæ, in peculiari regali ſepulchro deponi debuit, & nō in priuato parentum ſuorum Bethlehemitarum monumento. Neque dici oportuit ſepultum cum aliquo alio; quia cum ipſe eſſet primus rex, primus ipſe ſepulchrum regium dedicauit. At, qui ſequutus eſt Salomon, in ſepulchro parentis conditus eſt; habuit enim iam anteceſſorem regem, ad quem apponeretur in eodem monumento, ideo dicitur *ſepultus in ciuitate Dauid*, & additur *patris ſui*, id eſt, cum patre ſuo. De tertio, qui ſequitur, Roboam, quia habuit duos alios reges in regali monumento, quibus apponeretur, numero multitudinis dictum eſt. 3. Reg. 14. 31. *Dormiuit Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid*. Neq; quidem alium Salomoni monumenti locum aſſignauit Ioſephus lib. 8. Antiquitat. c. 3. cum ait, *ſepultum Ieroſolymis*; quippe eadem loquendi formula loquitur de Roboam. c. 4. & de ipſo Dauide, quos tamen cōſtat in ipſa arce Sion, & in regijs conditorijs tumulatos.

Salomō in ſepulchro Dauid vel apud illū tumulatus Saul cur non ſepultus Ieroſolymis & in ſepulchro peculiari.

Ioſephus.

5 Sed ad ſepulchrum, quod ſibi, ac parenti Dauidi cōmune præparauit Salomon, illud ſpectat, quod Abulenſis. 3. Regum. 2. q. 20. & 2. Paral. 12. q. 18. exiſtimat Salomonem parenti ſepulchrum magnificentiſſimum extruxiſſe ſeptem loculis, cellisve diſtinctum; idque ex auctoritate Ioſephi, qui in Dauidis monumentum ingentes à Salomone theſauros ſimul cum parentis cadauere in duabus cellis præambulis, conditos fuiſſe ſcribit; præter loculos alios quibus regum cineres continebantur. vt ſuperius retulimus ex Ioſephi verbis libro 7. Antiquitatum ad finem. quanquā idem ipſe lib. 16. c. 11. paulo à ſe ipſo diuerſus videtur: nam priori loco ſcribit, neque Hyrcanū neque Herodem *peruenire potuiſſe ad loculos, qui regum cineres continerent; Singulari enim arte ita erant ſub terram conditi, vt ab ingredientibus in monumentum, inueniri nequirent*. At poſteriore de Herode: *Noctu apertum ſepulchrum ingreditur, depoſitas tamen pecunias non inuenit, ſicut Hyrcanus; ſed mundi pretioſi, & aureorum ornamentorum vim magnam inde ſuſtulit. His inuitatus ad diligentius ſcrutandum, interius proceſſit vſque ad conditoria corporum Salomonis, ac Dauidis: vbi duos ſatellites amiſit, erumpente, vt fertur, ex adytis flāma contra progreſſos temerè. quo caſu territus exiuit*

Dauidi & Salomoni cōmune ſepulchrum.

Abulenſis.

Ioſephus paulo à ſe ipſo diuerſus.

& tactus religione, ad expiandum ſe, in aditu ſepulchri monumentum candido marmore condidit ſumptuoſiſſimis impendijs. Vides igitur iam patefacta reconditoria Salomonis ac Dauidis, quippe non ſolum parenti, ſed præterea ſibi parauit Salomon ſepulturæ locum.

6 Ille tamen ſcrupulus non relinquendus in lectoris animo, Non videri veroſimile tam magnificum, tamque ſumptuoſum ſepulchrum Dauidi à Salomone puero adhuc, recenſque inauguratoin regnum, extrui potuiſſe: quod, & multo tempore, & multis ſumptibus indigeret. Reſpondeo, ſumptus non defuiſſe; fortè etiam neque tempus; cum ex Hieronymi ſententia ad Vitalem, viuente adhuc Dauide, quatuor annos regnarit Salomon; præſertim cum videatur iam inde ab eo tempore, quo Dauid ciuitatem Sion ſuo nomine decorauit ac regiam conſtituit, locum aliquem honeſtiſſimum ſibi ac poſteris ſepeliendis deſtinaſſe; quod indicat Abulenſis. 3. Regum. 2. q. 20. Quare quod à Dauide inceptum perfecit Salomon, ipſi Salomoni auctori tribui poteſt, ſuo parenti ac primo Regi iuſta funeris perſoluenti, vt indicauit Ioſephus, & ex illo Petrus Comeſtor lib. 3. c. 2. atque alij poſteriores interpretes. Neque id Dauide indignum, digniſſimum autem Salomone; illo, quòd viuentes adhuc principes de ſuo ſepulchro ſeriò agerent, vt Tertullianus ex communi more. cap. 4. libri de Teſtimonio animæ indicauit; *Quis* (inquit) *non hodie memoria poſt mortem frequentanda, ita ſtudet, vt vel litteratura operibus, vel ſimplici laude morum, vel ipſorum ſepulchrorum ambitione nomen ſuum ſeruet?*

Reſponſio obiectioni propoſitæ.

Hieronym.

Abulenſis. Dauid cœpit, Salomon perfecit monumentum.

Viuētes ſibi locum monumenti parātes. *Tertullian.*

Exemplo ſunt Mauſolæum Auguſti, quod ipſe ſibi viuens fecit, vt ſcribit Sueton. c. 110. Strabo libro. 5. & moles Adriani, apud Xiphilinum, & Spartianum; & Traiani columna ex eodem Xiphilino; monumentum Antonij & Cleopatræ ex Suetonio, in Auguſto. cap. 17. Idque frequentiſſimum apud Romanos, vt teſtantur inſcriptiones illæ, *Viuens ſibi poſuit, &, Viuus ſibi locum monumenti*. Vide Lilium, & Kirmannum de funeribus. Salomon verò vtpotè vnicus hæres chariſſimus, ac piiſſimus, vt ſuperius inter eius virtutes exponebamus, committere non potuit, vt ſanctiſſimi parentis reliquiæ negligerentur ſine magnificentiſſimi honore monumenti, ſine titulo, ſine nomine, cuius memoria multorum præclarè geſtorum gloria vniuerſas illas regiones peruagaretur.

Mauſolæū Auguſti. Moles Adriani. *Suetonius. Strabo. Spartian.*

Lilius. Kirman.

7 Sed, vt ſemel de hoc regalium ſepulchrorum loco à nobis dictum ſit, ſanè Salomon non ſibi tantum atque parenti, ſed ſequuturis poſtea Ieroſolymitanis Regibus cadauerum reconditoria præparaſſe colligi poteſt, non ſolum ex eo, quòd fuit peculiaris aliquis locus tumulandis Regibus deſtinatus in monte Sion, qui. 2. Paral. 21. 20. dicitur, *ſepulchrum regum*. quod in Hebræo, & Græco numero multitudinis effertur, *In ſepulchris Regum*, ſicut & cap. 24. 25. & cap. 26. 23. dicitur, *Ager regalium ſepulchrorum*. iterumque numero multitudinis dicuntur, *Sepulchra Regum Iſrael*. 2. Paral. 28. 27. & c. 32. 33. dicitur, Ezechias *Sepultus ſuper ſepulchra filiorum Dauid*. quod Septuaginta dixerunt: *In aſcenſione ſepulchrorum filiorum Dauid*. Regia; *In ſublimitate ſepulchrorum*. Pagninus; *In excelſo ſepulchro*. Tigurina, *In inſignioribus ſepulchris filiorum Dauidis*. quaſi in ipſo ſepulchrorum loco ſuus ordo eſſet, vt alia dicerentur ſuperiora, alia inferiora,

Salomon commune Regum ſepulchrum condens.

Ager regalium ſepulchrorum.

Ordo inter ſepulchra Regū.

ab Herode, candido marmore, & impendijs ſum-ptuoſiſſimis extructum; & ſepulchrum Dauidis dicebatur, vt quod eſſet alterius interioris & ve-rioris ſepulchri teſtis, & index. Nam neque de illo ſubterraneo, & penitus abſtruſo recondito-rio Salomonis, ſed alio externo, & ſublimi, intel-ligi poſſe videtur, quod Dio Caſſius in Adriano ſcribit, Cum Iudæorum cladem, & quæ illā præ-nuntiauerant, prodigia commemorat; *Nam Sa-lomonis (inquit) ſepulchrum, quod illi in ſupremo cultu & reuerentia habebant, ſponte, & nullo impel-lente diſcuſſum, corruit.* Cum quo illud facit quod Hieronymus ait, ſcribens ad Marcellam, ſe *ad Dauidis Mauſolæum precari* ſolitum.

Dio Caſſius

Salomonis ſepulchrū dirutum.

Hieronym.

Quòd ſi illa delubra Regum conditorijs & ca-daueribus deſtinata erant; certè non vago & in-certo numero à Sapientiſſimo Salomone facta eſſe, exiſtimari oportet; ſed prænotione aliqua futuri. præſertim cum rei euentus, atque nume-rus ſuccedentium Regum numero illi delubro-rum, ſiue reconditoriorum, ex æquo reſpódeat; nam cum à Dauide vſque ad vltimum Sedechiā vnus & viginti Reges omnino numerentur, pro-fectò vltimam illam cellam, in qua ianua illa è regione cōſpicitur, & duo alia à lateribus recon-ditoria, ita diſtribuo, vt in medio & potiſſimo Dauidem collocem in A. Salomonem à dextris, in B. Roboamum à ſiniſtris, in C. In media verò & ampliſſima cella octodecim ſunt recōditoria, pro reliquis decem & octo regibus. In prima ve-rò cella, ſiue in ipſo ingreſſu quatuor alia delu-bra matri Bethſabee, & tribus vterinis fratribus deſignare potuit Salomon. Quia autem non om-nes poſteri Reges in ſepulchris Regum condiri ſunt, poteſt ita accipi quod de Ezechia dicitur 2. Paral. 32. 33. *Sepultus fuiſſe ſuper ſepulchra filiorum* A *Dauid*, id eſt, vt nuper dicebamus, *In aſcenſione*, vel in ſuperiore parte, honoris gratia; *en las bene-das demas adentro*, nimirum non ſeruato ſui tem-poris & ſucceſſionis ordine. Sed in re incerta, & tenui tantum veroſimilitudine probanda, non amplius immorandum.

B

C

Numerus ſepulchrorum Regalium.

Vnum & viginti reconditoria pro totidē regibus Ieroſolymitanis.

Locus ſepulturæ Ezechiæ.

CAPVT IIII.

Salomonis Chronologia.

SEd & quæ bene longa tractatione ſparſim ac fuſè de Salomone dixi-mus, ratione quidē & ordine non tam temporis, quàm rerum & ma-teriæ ſeruata, iam nunc & memo-riæ & claritatis gratia, in vnicam breuem quaſi tabellam coacta, ſua temporis, & annorum ſerie lectori proponamus; ita annos vi-tæ Salomonis numerabimus, vt quid in vno quo-que geſſerit (quod vltimum in hoc noſtro opere deſiderari videbatur) & ſi nō certo indubitato-que, at veroſimillimè, anno vno, aut altero plus minusve, breuiſſimè deſignemus; totamque re-rum Salomonis ſeriem ab ipſis auſpicijs & diui-nis promiſſionibus Dauidi parēti factis ad ipſius Salamonis mortē deducamus. Quia autē illæ de Salomone filio templum ædificaturo pollicita-tiones ampliſſimæ reſpondent Dauidis pietati deducentis arcam magnificentiſſima pompa in domum ſuam, & concipientis votum ardentiſſi-mum ædificandi templum; ſanè ab eo ipſo tem-pore Hiſtoriæ Salomonicæ filum duci oportet.

DAVID ANN. Aetat.	Regni.	
		DAuid poſtquam ſeptem annis regnauit in Hebron, annos natus 37. regnat in Ieruſalem 3. Reg. 5. 5.
38	8	Eodem anno expugnat Iebuſæum habitantem in arce Sion.
39	9	Aedificat ciuitatem, & domum ſuam; comportata ex Tyro materia, & fa-bris 2. Regum 7. 8. 9. 10. Accipit adhuc vxores, & concubinas Ieroſolymitanas, verſu 13
40	10	Percutit & fundit Philiſthæos ſemel, verſ. 20: & iterum, verſ. 24. 25.
41	11	Cogit exercitum triginta millium electorum, vt adducerent Arcam de Gabaa. Percutitur Oza. diuertit Arcam In domum Obededom tribus menſibus. Reducit in domum ſuam 2. Regum 6. & 1. Paral. 13.
42	12	Potitus pace ſtatim cogitat de augenda religione concepto voto ædificandi tē-plum. Prohibetur à ſoluendo. Promittitur illi filius, qui parentis vota perſoluat 2. Regum 7. 12 & quidem prænuntiatio etiam ipſo *Salomonis* nomine, & nominis virtute, ob quam cauſam *Pacificus* vocandus eſſet 1. Paral. 29. 9.
SALOMON PROMISS.		
43	13	Percutit & humiliat Philiſthijm; & redigit ſub tributum Moab. 1. Reg. 8. 1. 2.
44	14	Proficiſcitur, vt dominetur ſuper Euphraten. Percutit Adarezer, & Syros: & fa-cit ſibi nomen cum reuertitur capta Syria, & ſubacta Idumæa 2. Reg. 8.
45	15	
46	16	Regnat pacificè, & ius dicit populo, adminiſtrante interim Ioab res bellicas 1. Regum 8. 15. & 9.
47	17	Mittitur Ioab contra Ammonitas. Reuertitur idem cum triumpho 2. Regum 10. 14.
48	18	Prodit ipſe Dauid aduerſus Syros tranſacto Iordane. Paciſcitur cum alijs regi-bus conſtituto tributi ſeruitio verſ. 17. 19.
49	19	Mittit Ioab ad expugnandum Rabba; manenſque in Ieruſalem, conſpectam Bethſabee (quam filij matrem fecit, poſt nouem menſes ſuſcepti (& mortuo Vria, in vxorem rectè & legitimè ducit 2. Reg. 11.
50	20	Moritur paruulus ſeptima die à natiuitate; quem luget vterque parens, ſed po-tiſſimum Bethſabee; quam *conſolatus eſt Dauid*, expoſita illi diuina promiſſione & reuelatione de concipiendo & ſuſcipiendo filio fœliciſſimo, regni non ſolum hæ-rede, ſed amplificatore 2. Regum 12. 24. vide noſtro libro 1. cap. 6. Iuramento etiā pollicetur ſibi ſucceſſurum in regnum 3. Regum 1. 13. Bethſabee, vt erat ſancta & prudens fœmina, diuino promiſſo erecta; vota nuncupat pro habendo filio, & de-precanda ſterilitate. Concipit non ex miraculo, neque ex nuptijs illegitimis, pro

fœlici

DAVIDIS.
Aet. Reg. fœlici partu Salomonis iterum votis nuncupatis 2.Reg. 12.24. vide vniuerſam hi
ſtoriam Bethſabee noſtro lib.1.c.3.5.6.7.8.
Salomonis ætas. Eadem ſunt Salomonis conceptionis, ac primæ formationis primordia, quæ cæ
terorum hominum Sap.7.1. vide noſtro lib.1.cap.9.& 11. Geſtatur decem menſiũ
tempore, quod Heroum & primogenitorum geſtandi atque naſcendi legitimus
terminus eſt. Sap.7.2. noſtro lib.1.c.10.
51 21 1 Naſcitur Salomõ; ſuſcipitur è terra; inuoluitur; peraguntur puerperij & natiui
tatis ſolemnia. Sap.7.3.& Ezech.16.4. Nos lib.1.cap.12.13.14. Circunciditur; Im-
ponit illi nomen, Iedidiah, id eſt, *Amabilis Domini, Nathan miſſus à Deo*; & Bethſa-
bee mater nominat *Salomon* 2.Reg.12.24.25. Nos lib.1.c.17.
52 22 2 Singulari cura lactatur ab ipſa matre Bethſabee. Sap. 7. 3. idque duorum aut
53 23 3 trium annorum ſpatio, quo tempore exacto ablactatur, ablactationis epulo & fe-
ſto peracto. Nos lib.1.c.15.& 17.
45 24 4 Pulcherrimus puer, & iam à prima ætate ſpecie fulgẽs imperio digna, & *corpore
incoinquinato*. Sap.8.20. Cant.5.10.11. vſque ad num.16.& Pſalm. 44. 4. 6. vide no-
ſtro lib.1.cap.18.
Puer moribus placidiſſimis, Sapientiæ 8. 9. præclara indole & fœliciſſimi in-
55 25 5 genij; eodem Sapientiæ loco. Docilitate, atque memoria præſtantiſſima, idque
56 26 6 diuino munere. Nos libro primo capite 18. Incipit iam ſanctiſſimis præceptis
57 27 7 inſtitui à parentibus, Prouerb.4.3. ſed à matre peculiariter, Prouerbiorum 31. 1.
58 28 8 2.3.& ſequentibus.
59 29 9 Traditur ſanctiſſimo & ſapientiſſimo pædagogo Nathan prophetæ 2. Regum
60 30 10 12.25. Eccleſ.47.15. Docetur *primas litteras, & legi operã dare, maiorumque facta co-
61 31 11 gnoſcere*. Ioſephus lib.2. contra Appionem. Adiunguntur illi nobiliſſimi pueri; qui
62 32 12 vna alantur, & iiſdem præceptis, præceptoreque vtantur, ex more regio, 3.Regũ
63 33 13 12.8. vide noſtro libro 1.capite 19. concipit paulatim virtutum ſemina. & ſubli-
64 34 14 mioris, Sapientiæ deſiderium exacta infantia & pueritia, quæ in adoleſcentia ado
65 35 15 leſcunt.
66 36 16 Adonia paternum regnum affectante, & ambiente, modeſtiſſimè ſe gerit Salo-
67 37 17 mon, totum ſe Dei & parentũ voluntati permittens. Ambroſ. Apolog.1. de Dauid
68 38 18 c.6. Chryſ. hom.50. in Gen.& hom.20. noſtro lib.2.c.1.
Inſoleſcit in dies Adonias; ſeneſcit Dauid vel inſcius vel non potis Adoniam
corripere 3.Reg. 1.6. inſcio parente inauguratur in regnum; Salomone adhuc ni-
hil ſua curante; curantibus tamen Nathan Propheta, & matre Bethſabee; & ſuo iu
re exigentibus à Dauide fidem iuramento firmatam de Salomone futuro regni
hærede 3.Reg.1.15.22.
69 39 19 Præcipit Rex Dauid filium Salomonem ſolemni ritu & ſtatis cerimonijs conſe
crari in regẽ 3.Reg.1.33. vſque ad 38.& noſtro li.3.c.4. Deducitur & reducitur ſo
lemni pompa 3.Reg.1.33.38. noſtro li.3.c.5. Vngitur, inclamatur Rex, publica læti
tia, Pſal.44.9.3.Regum 1.38.39. noſtro lib.2.c.6. Sedet in throno regio 3. Regum
1.35. lib.2.cap.7. Imponitur illi diadema regni ex more regio 4. Regum 11.12. 2.
Paral.23.11. Pſalm.20.3. 2.Regum. 12.30. 1. Paralipom. 20. 2. eodem libro noſtro,
& capite.
Accipit ergo regnum non primogenij iure, neque populi ſuffragijs, ſed Dei &
Dauidis parentis voluntate & decreto 3.Reg.1.20. vide lib.2.c.1.2.3. Conſecratus
in regem ſolemne cum Deo & cum populo fœdus init ex lege, Deut.17.18. li.2.c.
8. Peraguntur ſacrificia & ſolemnes epulæ ex more 1.Par.29.21. lib.2.c.9.
Accepto regno ante parentis mortem, ducit vxorem Naamam Ammanitidem,
iam prius profeſſam veri Dei fidem & religionem; ex qua ſuſcipit Roboam filiũ,
quem auus Dauid videt natum vnum annum; Hebræi in ſuo Chronico magno c.
16.& hoc ante nuptias cum filia Pharaonis annis quinque aut ſex, libr.7. cap.24.
Quare non ſupra naturę vim, neque miraculo adoleſcens iam 19. aut 20. annorum
generat. noſtro lib.3.c.1.& li.7.cap.24.& fere per idem tempus ſuſcipit Thapheth
filiam, quę poſtea nupſit Benabinadab; & Bazemath, quę poſtea nupſit Achimaas
3.Regum 4.11.15.
Initia Regni Salomonis. Regnat duobus annis viuente adhuc Dauide Pſalm.71.1. Hieron. Epiſt. 132. ad
Vitalem. *aliquot annos* tribuit Dauidi *regnante iam filio, ſed qui ſibi, non filio imputentur*.
Adonias timens regem Salomonem, ſalutem ſibi quærit ex perfugio ad Taber
naculum, neque audet comparere coram Salomonę, niſi prius accepta fide & iura
mento incolumitatis, 3.Reg.1,52.53. interim domi ſuæ agit ſecurè.
Dauid gratias Deo agit, quod viderit Salomonem ſedentem in ſolio ſuo 3.Re
gum 1.48. Habita peculiari oratione ad filios, illis exponit diuinum decretum de
deſignando Salomone ſucceſſore, ne iniquè ferant minorem filium natu maiori-
bus præpoſitum Philo in Breuiario. vide lib.2.c.10.
Conſecratur ſecundò Salomon paulo ante mortẽ Dauidis 1.Paral.28.1. Habita
concione Dauid conciliat Principum & populi animos Salomoni; *Dant illi manus
fratres*, obſequio præſtito 1.Paral.29. lib.2.c.11.& 12.
70 40 20 Denique traditis filio Salomoni templi deſcriptione; 1.Par. 28. theſauris, atque
expenſis in templi ædificium, 1.Par.29. Mandatis præterea ex teſtamento ſcelera

tos

SALO MON.

Aetat. | Regni.

tos quoſdam digno ſupplicio, bene verò de ſe merentes digno præmio proſequen
di; ſeptuagenarius moritur, vigeſimum iam Salomone filio annum agente; & pa-
renti iuſta funeris magnificentiſſimè perſoluente. Nam in arce Sion in ſepulchro
iam à parente & ſibi & ſucceſſoribus deſignato, & in latere ſaxei mõtis excauato,
ſimul conditis immenſis auri & mundi pretioſiſſimi theſauris parentem ſepelit.
Ioſephus lib.7. Antiq.cap.vltimo, nos lib.8.c.3. Serſius lib.3.ex Traditione Patriar
chæ Aquileienſis. Vide lib.6.c.21.

Conuertit ſe Rex ad dicendum populo ius; & initio regni, ſperans Adonias, ex
more regum recens creatorum, fore vt obtineret quidquid poſtularet à Rege,
præſertim ſi Bethſabee interuentu poſtularet; regni ambiendi ſtudio regiam puel
lam Dauidis conſuetudinariam expetit: denegat Salomon: & ſtatim exigit à tu-
multuoſo & ambitioſo fratre debitas pœnas 3. Regum 2. 25. Ioab partes Adoniæ
ſequutus & conſiliorum illius particeps, interficitur Salomonis iuſſu 3. Regum 2.
28. exautoratur Abiathar. Vide lib.6.c.14.

Semei ad ſe vocato certam viuendi legem præſcribit Salomon, & muris Ieruſa
lem circumcludit, ne longius vagetur & tumultuetur ſub pœna capitis 3. Regum
2.38. lib.6.c.14. idque poſt tres annos.

Sic ſingulari pietate mandata parentis defuncti exequitur, & ſingulari virtute
irrumpit iniquitatem, vt nemo adoleſcentiam eius contemnat. Sublatis itaque ini
micis conſtabilitur in regno.

21 1 Iam inde à prima inauguratione in regnum, ſapientiam à Deo precandi, &
obtinendi ſtudio incenditur, Dauidis monitis atque etiam ſanctiſſimi pædago-
gi Nathan conſilijs. Orat pro illa aſſiduè, Sapient. 8.21. & toto cap. 9. & cum
interim de vxore in regni conſortium aſciſcenda ad commune regni bonum, &
amplificationem ageretur, præponit ſapientiam regnis & ſedibus, & illius nu-
ptias ambit ardentiſſimè, Sap. 7.7. & ſequentibus. Orat etiam cum lachrymis
ante Tabernaculum, Eccleſ. 51.26. Inſtituit preces longiores apud Deum Sap. 9.
nos lib.3.cap.3.4.5.6.

Aſcendit ad altare, & Tabernaculum quod erat in Gabaon, Hecatomben in il-
lo victimarum ſacrificaturus pro obtinenda ſapientia rectè & ſanctè adminiſtran
di regnum. Ea ipſa nocte ſibi diuinitus inditam ex diuino ſomnio expergefactus
agnoſcit, ſimulque accipit ampliſſimas pollicitationes diuitiarum & gloriæ. Re-
uerſus in Ieruſalem gratum ſe Deo præbet plurimis victimis 3. Regum 3. à num.
4. vſque ad 16. nos lib.3.c.7.8.9. vſque ad 24. quibus copioſè exponitur, qualis ac
quanta fuerit Salomonis ſapientia, quæ illius partes.

Tunc, id eſt, paucis interiectis diebus, non quidem anno ætatis decimo, neque
in ipſis primis initijs regni, vt plures cum B. Ignatio epiſtola ad Magneſianos, vo-
lunt, ſed poſt acceptam Sapientiam, vt iam ſapiētiæ diuinæ ſpecimen aliquod
præberetur, *venerunt duæ mulieres meretrices ad regem*, cauſam acturæ ſuper infan
tibus, viuo & mortuo, audit Rex, pronuntiatque ſententiam ſapientiſſimè: quam
prius populus tacitè damnabat, vt puerilem: poſteà verò controuerſiæ perdiffici-
lis exitu inuento, viſum eſt populo inſigne argumentum regiæ prudentiæ ſimul
& patientiæ; & ex illa die non ſecus quàm diuina mente prædito obtemperabāt.
Ioſephus lib.8. Antiq.c.2. nos lib.6.c.13.

Confirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis; & affinitate coniunctus eſt Pha-
22 2 *raoni regi Ægypti; accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid.* 3. Re-
gum 2. 3. ſumma cum lætitia ſolemnia nuptiarum peraguntur, nos libr.5.cap.2.
Interim congratulantur illi vicini reges miſſis nuntijs, & litteris 3. Regum 5. 1.
Euſebius ex Eupolemo lib.9. ca.4. & Sapientiæ eius fama permoti Regem regum
conſtituunt, Prouerb.8.15. 3. Reg.5.1. Poſſidonius libr.1. ſacrarum hiſtoriarum,
nos lib.5.cap.1.

Agit ſeriò cum Hiram de præparanda materia templi, 3. Reg.5.3. & de adornan
da claſſe in Ophir & Tharſis, quæ ſimul cum Tyrijs & Sidonis, aurum & argentū
ad Templi expenſas, & alia regalis magnificentiæ opera abundè ſuppeditarent,
3. Reg.9.26. Interim paciſcitur cum Hiram Tyrio de accipiendis & expendendis,
3. Reg.5. à verſu 6. vſque ad 14.7. & 2. Paral.2.10. Abit Salomon in Aſiongaber ad
videndam & vrgendam claſſem, quæ parabatur in Ophir 2. Paral. 8. 17. nos lib.4.
vbi de Salomonis diuitijs, nauigatione, claſſibus, præſertim à c.3.

Partitur officia operarum & artificum parantium materiam ædificando templo
23 3 3. Reg.5.15. 2. Paral.2.1.2.17.18. Septuaginta millia portantium onera, octoginta
millia cædentium lapides, tria millia & ſexcentos præpoſitos operum. Interim mi
randum in modum res Hebræorum augebantur, populo ad agrorum colendorū
ſtudium conuerſo, & nullis bellicis tumultibus diſtracto, optatiſſima libertate
auidè perfruentes. Ioſephus lib.8.c.2. *Comedentes & bibentes, atque lætantes innume
rabiles, ſicut arena maris in multitudine.* 3. Regum 4.20. quippe ſuos, id eſt, Iſraelitas
humaniſſimè atque honorificentiſſimè tractabat, non permittens ſeruire quem-
quam in officijs mechanicis 3. Reg.9.12.

Iaciuntur fundamenta templi, & ædificare cœpit domum Domino 3. Reg.6.1.
24 4 2. Par.3.1. cœpit autem ædificare menſe ſecundo in anno quarto regni ſui. ineunte
videlicet quarto, nos lib.5.c.5. Sect.17.

Interim

SALOMON.

Aetat. Regni.

25 5 Interim res regiæ domus, regnique ſapientiſſimè conſtituit: principes, & offi-
26 6 cia domus regiæ 3. Regum 4. 1. vſque ad 11. nos lib. 5. cap. 6. & 13. Prouincijs ſpon
27 7 te ſe illi ſubijcientibus, & munera offerentibus, Præfectos item conſtituit, & ali-
28 8 mentorum collectores, atque ciborum domus regiæ curatores 3. Reg. 4. à numero
21. vſque ad 28. nos lib. 5. c. 13.
29 9

30 10 Sapientiæ fama non ſolum vicinas prouincias, ſed longè etiam diſſitas peruaga
ta, plurimos illi auditores conciliat, venientes *de cunctis populis, & ab vniuerſis regibus terræ qui audiebant Sapientiam eius.* 3. Regum 4. 34. & c. 10. 24. Docet etiam publicè Phyſicam, Ethicam, Theologiam; nos lib. 3. c. 27. Et diſputat de plantis, quadrupedibus, auibus, ſerpentibus, piſcibus, 3. Reg. 4. 33. 34. nos lib. 3. c. 22.

Sed cum potiſſimum vrgeret ædificium Templi, ſeptennio illud perficit 3. Regum 6. 37. 38. non ad opulentiæ modo, ſed ad celeritatis oſtentationem; quæ enim ætatem integram hominis poſcere videbantur, tam breui temporo ſunt abſoluta. Ioſephus 8. Antiquit. c. 2. nos lib. 5. c. 6. Sect. 9.

31 11 Dedicationem facit Templi menſe Septembri, ſolemni pompa, conuocatis prius regni proceribus, deducitur Arca Sacerdotum humeris 3. Regum 8. 6. Cantantibus interim choris Pſalm. 118. *Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Domini.* Oblatis victimis, & ſimul etiam celebrato feſto Tabernaculorum, dimittitur populus 3. Reg. 8. 65. 66. nos lib. 5. c. 5. Sect. vltima.

32 12 Totum ſe conuertit ad domum ſuam ædificandam, Reginæ domum & domum
ſaltus Libani 3. Reg. 7. 1. 2. & c. 9. 1. nos lib. 5. c. 6.

33 3 Augetur in dies opulentia, & fama regis Salomonis; eunt, redeunt fœliciter
claſſes, redundat nō ſolum domus regia, ſed & vniuerſa Ieruſalem, argento, & au-
34 4 ro, rege liberaliſſimè, quæ ſua erant, diſpertiente ciuibus, 3. Reg. 10. 27. 2. Paral. 1.
35 5 15. Eccleſ. 47. 20. Confluunt in Ieruſalem pretioſiſſima quæque totius orbis, & *ſub*
36 16 *ſtantia regum & prouinciarum*, Eccleſiaſtæ 2. 8. Pulcherrima quæque & peregrina,
37 17 ebur, pauones, ſimiæ, ebenum, breſilium; 3. Regum 10. 11. 12. 2. Paralip. 9. 10. arma,
aromata, equi, muli, 3. Reg. 10. 25. nos lib. 4. c. 17. & 18. & lib. 5. c. 20.

38 18 Inſtruit Ieruſalem, atque vniuerſum regnum ſelectiſſimo & copioſiſſimo equi-
39 19 tatu, quadraginta millibus equorum, & mille quadringentis curribus 3. Regum
40 20 10. 26. 2. Paral. 1. 14. liberè excurrunt Hebræi negotiatum ſiue in Aegyptum, ſiue
in alias prouincias, tum pro ſe, tum pro Salomone rege, 3. Regum 10. 28. 29. nos
lib. 5. cap. 23.

41 21 Interim docet; quæſitis reſpondet; propoſita problemata diſſoluit, ſiue per lit-
teras, etiam præmio ſolutionum propoſito. Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 2.

42 22 Feſtinabat interim opus domus regiæ & ſaltus Libani, ſed feſtinabat lentè; pa-
rabatur enim & in dies augebatur pretioſiſſima ſupellex & ornamenta domus. Io
43 23 ſephus lib. 8. c. 2. Et ſimul ædificauit Mello 3. Regum 9. 24. c. 11. 17. Cingit muris Ie
ruſalem 3. Reg. 3. 1. Curat & inſtruit ſtratas publicas, diuina quadam prouidentia
rebus in omnibus vſus, & elegantiarum vbique amator. Ioſephus lib. 8. cap. 2. Nos
lib. 5. cap. 11.

44 24 Et cum non tam ſua quàm diuina curaret, fere duplo maius ſpatium, id eſt, tre-
decim annos in vrbanis ædificijs conſumpſit, quàm in templo, 3. Reg. 9. 10. 2. Par.
8. 1. Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 2. nos lib. 5. c. 6. Sect. 9.

45 25 Conuertit ſe ad externa ædificia, & ad inſtaurandas deſtructas vrbes 3. Reg. 9.
15. 2. Paral. 8. 2. 3. 4. 5. 6. Neque ſolum ſuū regnum munitiſſimis vrbibus inſtruxit,
46 26 ſed etiam in Syria, & circa Babylonē nouas vrbes extruxit, iiſdem locis, Ioſephus
lib. 8. Antiq. c. 2. nos lib. 5. c. 12.

47 27 Cum verò procedebat publicè extra Ieruſalem, mirum quàm magnifico apparatu, & numeroſo equitum comitatu procederet. Ioſephus lib. 8. cap. 2. nos lib. 5. cap. 9.

48 28 Florens adhuc tum pace, & opulentia, tum pietate & cultu religionis, quæritur
& inuiſitur à Regina Saba. 3. Reg. 10. 1. Sic ex probatiſſimis neotericis haberi regi-
nam Sabæam aduenisse ad Salomonem. quinque annis poſt ædificatam domum
regiam, aſſerit Paulus Minerua lib. 1. de Neomenijs Salomonis cap. 10. Manet per
otium Ieroſolymis, poſtquam excipitur magnificentiſſimè; docetur; fruitur opulentia, & conſuetudine regia. quæ cuius religionis mulier fuerit; vndè venerit. quorum comitatu, quibus, quantis diuitijs onuſta acceſſerit & redierit, nos lib. 5 cap. 15. per Sectiones nouem.

49 29 Tanta rerum exterarum abundantia & otio ſenſim ad voluptates labitur, ſub
eunte diuinorum vel obliuione, vel tædio. Prou. 24. 39. Eccleſ. 2. 1. Indulget conui-
uijs & vino, Eccleſ. 2. 8. 9. 10. Adamat mulieres alienigenas multas lege prohibitas
50 30 3. Reg. 11. 1. Eccleſ. 47. 21. Temere præſumit fore vt nihil de illius ſapientia per vo
luptates & libidinem imminuatur. Nicolaus initio Prouerb. 30. Hieronymus. nos
lib. 7. c. 5. 6. 7.

51 31 Prodigit infinitam diuitiarum vim in pellicum obſequium, & in voluptates
52 32 conſectandas. Hebeſcit mente; torpeſcit ſenſu; Tangitur auaritia, & coaceruare
ſibi incipit aurum & argentum, Eccleſiaſtæ. 2. 8. nos. lib. 7. c. 14.

53 33 Vexat populū iniquis exactionibus & grauiſſimis tributis 3. Reg. 12. 4. Tandē

nimis

SALOMON.

Aetat. | Regni.

nimis mulieroſus, & vxorius redditus, turpiſſimis & impijſſimis fœminis obſe-
quitur, Eecleſ.47.21.nos lib.7.c.5.6.7.
54 34 Paulatim emollita iam illius pietate, amiſſa vel conſopita ſapientia, defloreſcē-
55 35 te ſimul cum ætate virtute animi, teniatur illius fides & religio. Tandem ſubrui-
tur alienigenarum perſuaſione. Cumque iam *eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per
mulieres, vt ſequeretur deos alienos*, 3.Reg.11.4.Nos lib.5.c.3.4.
Aedificat templa Chamos, Moloch, Aſtarthi, & alijs gentium idolis, 3.Reg.11.
6.7.8.nos fuſius de huiuſmodi idolis lib.7.c.10.de loco, id eſt, *Monte contra Ieru-
ſalem.* lib.eodem c 10.
56 36 Viuit nefariè, & impiè, quinque ſex ve annis. R.Salomon & Hebræi, Nicolaus,
Abulenſis. Sed ædificandis templis, & incredibili ſtultitiæ, & furori idololatriæ
ſat multi, duo vel tres. Interim ſimul cum amiſſa ſapientia gloriam & exiſtimatio
nem præclaræ opinionis apud ſuos & apud exteros amittit. Tertull. lib. 5. contra
57 37 Marcionem c.9.Irenæus lib.4.c.45.D.Thom.lib.3. de regimine Principum cap.8.
Nos lib.7.c.19.
Pertrahitur ab idololatris & veneficis fœminis ad veneficia & artes magicas;
& commutat veram & ſolidam ſapiētiam cum curioſitate dæmoniaca. Georgius
Venetus in problamatis. Nos lib.7.c.12.
Grauiſſimè reprehenditur vel à Deo, vel à Propheta, Dei nomine; & ſummæ at-
que nefariæ ingratitudinis arguitur. Iſidorus de vita & morte.SS.nos lib.7.c.18.
58 38 Simul cum contemptu religionis, perturbata etiam pace, ſuſcitat Deus Satanā,
& aduerſarios, qui pluribus rebellationibus res & regnum illius infeſtant, 3.Reg.
11. à num. 14.Nos lib.7.c.21.22.23.
59 39 Grauiſſimis animi & corporis vexatus incommodis, reſipiſcit demum, & quaſi
ex graui ſomno expergefactus, ad lumen veritatis aſpicere valens. Gregor. Nyſſ.
Chryſoſt. publicam ſuſcipit pœnitentiam, habita ad populum grauiſſima concio-
ne, qua vaniſſimorum ſtudiorum totius vitæ criminum confeſſionem facit, atque
vehementi animi ſenſu prioris vitæ ſcelera deteſtatur. Is eſt liber Eccleſiaſtæ. Ac
tum ex his, quæ verbo quondam docuerat, tum quæ experimento, ſuo malo didi-
cerat, conſcribit librum Prouerbiorum: in quo etiam ſuæ pœnitentiæ veſtigia im
preſſa reliquit. Atque adeo etiam Canticum, turpitudinem omnem deteſtatus,
ad ſublimiores animi delicias & Chriſti Ieſu, atque Eccleſiæ nuptias, Deo reuelan
te, agnoſcens ſuos amores, transferr; & illius qui eius figuram geſtabat, peccatis
ad ſuam gloriam & Eccleſiæ vtilitatem vtente.
Viuebat interim filia Pharaonis diuinorum Chriſti & Eccleſiæ myſteriorum re
præſentandorum conſors, & Salomonis etiam ſanctitatis, atque pœnitentiæ par-
ticeps, quæ illius conuictu & conſuetudine vixerat annos.36. id eſt, à quarto re-
60 40 gni anno vſque ad quadrageſimum & vltimū. Hebræi in Seder-olam c.16.Sed pu
blicæ etiam pœnitentiæ, & corporis macerationis exemplum præterea exhibet,
dum flagellari petit in templo à ſacerdotibus; ſed his renuentibus, à ſe ipſo tan-
dem acriter verberatus. Beda in collectaneis; ex quo alij recentiores ex Hebræo-
rum traditione. Nos hæc omnia prolixè lib.8.c.1.per multas ſectiones.
Seriò agit de euertendis idolorum delubris, & altaribus; atque grauiſſimè pręcipit exagitari idololatriam, & ſtatuas euerti & proculcari, vbicumque tandem
conſiſtant. Plumbei Granatenſes libri ab Apoſt. Iacobo, & eius diſcipulis conſcri
pti: idem ipſum teſtamento moribundus mandat. Amedæus Franciſcanus in M.
S.Vaticano. Immò id reipſa ipſe perficit, euertitque altaria, quæ olim Reges alij
idololatræ iterum excitarunt; Vel, ſi non abſtulit, à fœminis malitioſè impeditus
& à proceribus regni aduerſus regem peccatorem plus nimio audacioribus & po
tentioribus, non tam retractus, quàm repulſus à pio conatu. Vtcumque ſit, grauiſ-
ſimè indoleſcens animo, & de admiſſo ſcelere mœrore contabeſcens, ſexagena-
rius moritur. Nos lib.8.cap.2.3.
Sepelitur à filio Roboam in Dauidis ſepulchro, iuſtis perſolutis, & in recondi-
torio poſt Dauidem primo, inter alia regalium ſepulchrorum deſignata loca. Quę
ipſe Salomon parenti, ſibi, poſteris, viuens poſuerat. Nos lib.8.cap.3. ex Ioſepho
& alijs.

Finis Libri Octaui.

. P. F.

. 7 .

99 971617

[illegible]IOTECA NAZIONALE CENTRALE